DECISIONES
S.RÆ ROTAE ROMANAE

Coram R. P. D. bon. mem.

COELIO BICHIO
PATRITIO SENENSI
AVDITORE CELEBERRIMO

Cum Argumentis, Summarijs, ac Indice locupletissimo.

TOM. SECVNDVS.

R O M Æ,

Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ.

M. DC. LXXI.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

ILL.MO AC REV.MO D.

D. CAROLO BICHIO

APOST. CAM. CLERICO

Felicitatem.

ADest, Illustrissime, ac Reuerendissime Domine, Tomus alter Decisionum Romanæ Rotæ, editus nuper in lucem à Typographia mea, non alia Obstetrice, quàm Spe publici Boni. Antequàm editus, fuit Mundi Votum: postquàm editus, erit Oraculum Iuris: interim est hac vna laude sat inclitus, quòd idem ille sit ipsi Autor, qui Romanæ Rotæ Miraculum erat, Ill.mus nempè, ac Reu.mus P. D. Cœlius Bichius. Cur autem, Opus tàm præclarum præstantissimi Viri Patrui Tui, ego consecrauerim Nomini Tuo, id nemini minùs est mirandum, quàm Tibi, qui genere, qui moribus, qui factis, qui fama ipsa, supra ætatem, etsi non supra meritum, clarus, ambiguum reddis, Vtrum Tu ex Maioribus Tuis, an ex Te Maiores Tui plus lucis accipiant. Scio id quidem aliquando de alijs fuisse duntaxat splendidè dictum; at de Te profectò nunc dicitur splendidè simul,

& verè. Commendatione quippe nobilissimæ Abbatiæ susceptā primùm in Gallia sub Christianissimo Rege Ludouico XIV: Pro-legatione Pōtificia mox in Italia tres annos per Flaminiam fæliciter obita sub Alexandro VII: Quæstura Fidei apud Melitenses, non ita multò post, in difficillimis rerum, temporumque articulis, non sine Turcarum malo, & Christianorum bono constanter exercita sub Clemente IX: Clericatu demum Apostolicæ Cameræ, accepto quidem sub eodem Clemente IX, sed sub Clemente X. ad hanc vsque diem summa cum integritate, vigilantia, fide, iugiter administrato, nonnè, antequam sextum ætatis Tuæ lustrum annis impleueris, Tua luce, Tuo nomine, Te ipso Europam ferè, atque Africam impleuisti? Tantus tamen cum sis, Nobilitas Maiorum Tuorum ita complexa gradatim est omne genus Decorum, quæ magna censentur, vt conspicuitatem quidem habere possit in Te, incrementum verò habere non possit ex Te, nisi maximus sis. Est siquidem illi Origo sanguinis planè magna. Nam, si recolas Hetruriam, Flaminiam, Græciam, Bichiorum Genus est Patricium Senis, erat Inclitum Rauennæ, fuerat forsan Regium Mycenis, hinc primùm ab Agamemnone trahens Leonis caput in Stemma, Gręcum idioma in Cognomen, & Atridarum sanguinem in venas. Est illi Titulorum claritas itidem magna. Mitto Marchionatum Arcis Albegnæ, cuius Corona, sicut olim Primogenitis Sfortiadum cingebat caput, ita nunc ornamentum peculiare est Primogenitis Domus Tuæ; Sat magnum ornamentum reor illud, quód omnibus Bichijs commune est, ex Germania, videlicet, Ius, nomenque Comitum Palatinorum in omnium Capita æque, ac in omnium Insignia Alitem Cæsaream, ita per Imperatoria diplomata descendisse, vt non immeritò videatur, quod, ad efformandum Bichiæ Genti par Stemma, concurrerint duo Orbis Imperia, Græcum, & Latinum, illud ob Leonem in Agamemnone, hoc ob Aquilam in Sigismundo. Est illi fulgor à Diuitijs pariter magnus. Id vnum argumento sit, quód in Petro Tritaui Tui Patre suum Sena demirata est Crassum, hoc est, Opulentiæ tàm prodigiosæ Ciuem, qui posset, in priuato tantùm ærario pecuniarum suarum, tot ferè summas decem millium aureorum, proprio cuiusque Principis signo percussas, distinctasque, numerare, quot Principes. Est illi splendor ab Armis similiter magnus; Neque enim in Annalibus Martis parua nomina sunt Iacobus, & Alexander, ille Atauus, hic Proauus Tuus, vterque Ductor Co-

piarum

piarum, & ambò tàm pro Neapolitano Regno, quàm pro Florentina Republica par Fulminum in prælijs, & duo Propugnacula in obsidionibus. Est illi à Politicis Magistratibus commendatio perinde magna. Nam si exigua laus non est, quòd Pandulphus Petruccius, inter Nouemuiros, habuerit Collegam Imperij Alexandrum Atauum Tuum, an non magna sit laus, quòd Oligarchia, post mortuum Pandulphum, abeunte in Monarchiam, eumdem Alexandrum, sine vllo Imperij consorte, solum, ac supremum Respublica Senensis, & Patria Principem tulerit? Est ab Ecclesiasticis quoque Dignitatibus Honor proculdubio magnus. Quid enim memorē Antonium Bichium ab Alexandri VII. promotione nūc in Ecclesia Em.mum? Vaticana Purpura bis illata iam fuerat in Familiā Tuam, semel sub Paulo V. iterum sub Vrbano VIII, primùm à Metello Aui Tui fratre, deinde ab Alexandro Patris Tui fratre, Illum subsecuta post Infulas Archiepiscopales, Hunc post Sedis Apostolicæ Nunciaturas, Vtrumque post merita; sed tàm illustri successu ad gloriam Tui Generis: vt in Purpura, quamuis reipsa Neuter fuerit nisi Magnus, Vterq; tamen apparuerit Maximus; Metellus quidem quia suffragio virtutis suæ, & aliorum expectatione videri potuit Pontifex; Alexander verò, quia repræsentatione, ac rebus gestis videri potuit Rex, vsque adeo cum dignitate sustinuit semper, toties in se transfusam plenè, Potentiam, ac Personam Christianissimi Regis Ludouici XIII. modò seditionum in Prouincia nascentium Oppressor: modò Pacator Italiæ: modò alterum Romæ Numen Tutelare Galliarum. Est illi, præter hæc omnia, etiam accersita de Cœlo Gloria, vtique magna. Ex Bichia enim Gente sunt duo illa Franciscani Ordinis Lumina Alexander & Margarita, hæc Abamita tua, ille Abamitæ tuæ Frater. Vtriusque Sanctitati communis est titulus Beatitatis, non quidem auctoritate publica, sed priuata duntaxat Populi religione consecratus; At proprium Margaritæ decus est vt, quotannis in Templo Virginis immaculatè conceptæ accipiat à Senatu Populoque Senensi grates, ob conseruatam Patriā, publico nomine sibi solemniter redditas. Nō est cur amplius quæras an merita Maiorum Tuorum in Patriam fuerint Magna: Quantum debuit Bethulia Iudithæ: tantundem Sena debuit Margharitæ. Vtraque sanctimonia præstans: Vtraque Vidua: Vtraque obsidentium Hostium Victrix: Vtraque nō alio telo Victrix, quam Pulchritudine: hoc tamen inter vtramque discrimine: quod Iuditha

pugna-

pugnauit sua: sed Margarita pugnauit non sua, sed Virginis Deiparæ Pulchritudine. Virginem enim sine labis vmbra conceptam, hoc est, Mulierem illam vndique amictam Sole, Prima ipsa è Scholis ac Templis eduxit in Aciem: Prima in Vexillis militaribus pinxit: Prima denique, impletis terrore, fuga, clade hostium copijs, docuit milites, in Hoc Signo vincere. Quid pluribus? Deerat Nobilitati Maiorum Tuorum illud vnum Decus, quod à non interitura luce Typorum redundat in Viros doctrina præstantes eo titulo, quod ipsorum non solum egregiè facta, sed etiam præclarè cogitata profuerint mortalibus cæteris. At postquam Cœlius Bichius Romanæ Rotæ vixit Auditor: postquàm tàm doctè scripsit: postquam Scripta ipsius ad vtilitatem publicam sunt impressa, profectò inter Decora quæ sunt proxima Maximis, Nobilitati Tuæ iam nullum deest. Quæ cum ita sint, hactenus explicata Maiorum Tuorum, tàm Virtus quàm Fortuna sat docet, tũ quamobrem Nobilitati Tuę nullum à Te nouum decus possit accedere, nisi magna supergressus, maxima consequaris: tùm cur Ego, duo cum sint Patrui Tui Decisionum à me impressarum Tomi, attamen alterum duntaxat, nõ verò vtrumque Tuo Nomini dedicauerim. Potui, equidem non inficior, duplicare obsequium: sed Tibi ad maxima nato, & ad maxima quæque, ipso velocius tempore, tua sponte currenti, calcar certè duplicare non debui. Vale.

Illustriss. & Reuerendiss. Dominationis Tuæ

Seruus addict.^{mus} & obseq.^{mus}

Zenobius Masottus.

PRIVILEGIORVM SVMMA
Pro Impressore Camerali, & Vaticano.

CLemens Papa Octauus Diplomate sanxit ne quis citra voluntatem Dominici Basæ, olim in Typographia Vaticana Impressoris Sacram Bibliam, Concilia Generalia, Epistolas Decretales, Libros ad Ecclesiasticum munus pertinentes, ac etiam Sanctorum Patrum volumina; Libros etiam cuiuscumque generis, vel nouiter ab ipso edendos, vel nouis additionibus auctos, per decennium ab editione cuiusque Voluminis imprimat, vel impressa venalia habeat. Quod Priuilegium Paulus Papa V. peculiari Chirographo in fauorem Hieremiæ Guelfi I.V.D. ac Impressoris Cameralis transtulit, indulsitque. Idem Gregorius Papa XV. litteris expeditis ratum, firmumque haberi voluit. Violatores excommunicationis latæ sententiæ pœna puniuntur. Quod si in terris S.R.E. subiectis id contigerit, confiscatione etiã Librorum, ac quingentorum ducatorũ auri solutione mulctabuntur, vt latiùs patet in litteris ipsius Gregorij Papæ sub datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 21. Octobris 1621. Pontificatui sui anno primo. Ac idem Vrbanus VIII. peculiaribus litteris datis apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 23. Maij 1628. Pontificatus sui anno quinto In fauorem Andreæ Brogiotti Impressoris Cameralis, & Vaticani transtulit, indulsitque. Ac iterum Innoc. X. peculiaribus litteris datis apud S. Petrum in fauorem Angeli Balladori, pariter Impressoris Cameralis, ac Vaticani; confirmauit sub annulo Piscatoris die prima Martij 1646. Et tandem omnia supradicta priuilegia, & gratias amplè confirmauit, & indulsit Alexander Septimus in fauorem Zenobij Masotti, præsentis Impressoris Cameralis, & Vaticani, datis litteris die 14. Decembris 1663. Pontificatus anno decimo.

Imprimatur, si videbitur Reuerendissimo Patri Mag.Sac. Pal. Apost.

I. de Angelis Archiep. Vrbin. Vicesg.

Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Libellus S. Palatij Apost. Magister.

DECISIONVM R. P. D. COELII BICHII SACRÆ ROTÆ ROMANÆ AVDITORIS

PARS SECVNDA.

BONONIEN. BONORVM DE FELICINIS.

Lunæ 10. Ianuarij 1650.

ARGVMENTVM.

Possessio quot modis in donatarium à donante transferri valeat? Donatio quando est pura, & continet clausulam, *Constituti*, licet donans reseruauerit vsumfructum bonorum donatorum, ac possessionem operatur effectum suum vsque ab initio, & reseruatio possessionis intelligitur de possessione naturali cum facultate percipiendi fructus propria authoritate non de possessione ciuili translata ab initio, & ex quibus donatio dicatur pura, non conditionalis?

SVMMARIVM.

1 *Clausula* constituti *possessionem transfert*.

2 *Donans reseruando in donatione vsumfructum bonorum donatorum donec vixerit, censetur in donatarium proprietatem possessionis transtulisse, nàm idem est vsum fructum retinere, quod tradere. Declara num. 4. 5. & seqq.*

3 *Pactum precarij iuxtà extensionem Statutorum Bononiæ includit verba*, Constituit *ex nunc prout ex tunc, ac possessionem manutenibilem transfert*.

4 *Possessio per clausulam* Constituti *non censetur translata in donatarium stante speciali pacto fauore donatoris retinendi donec vixerit vsumfructum & possessionem bonorum donatorum*.

5 *Declara multum interesse, an donationis substantia sit conditionalis, & collata post mortem donatoris, an verò sit pura. Primo casu militat resistentia d. pacti, simulque deest voluntas donatoris transferendi donec vixerit aliquam possessionem in donatarium.*

Secundo verò casu donatio pura quia statim effectu parit tàm respectu dominij, quà possessionis propterea reseruatio possessionis intelligitur de retentione possessionis naturalis cũ detentatione facti, & perceptione fructuum num. 7. & 9. & redditur ratio num. 10.

6 Natt. cons. 374. num. 2. & 3. *in quibus terminis loquatur?*

7 *Donatio pura statim effectum parit tàm respectu dominij mediantibus clausulis, ac verbis illius translatiuis, quàm possessionis per clausulam*, Constituti, *& reseruationis vsusfructus*.

8 *Clausulæ accessoriæ sequuntur naturam contractus principalis*.

11 *Donatio dicitur pura, si continet simpliciter verba*, dedit, tradidit, & assignauit, ac donationem irreuocabilem fecit.

12 *Constitutum in dubio non præsumitur collatum post mortem constituentis.*

13 *Donans reseruando sibi vsumfructum bonorum donatorum, ac possessionem donec naturaliter vixerit non censetur substantiam donationis voluisse suspendere, sed solùm executionem respectu translationis facti ad effectum ne eius vita durante circà fructus molestetur.*

14 *Pactum præcarij iuxtà extensionem Statutorum Bononiæ continens clausulam*, ex nunc, prout ex tunc, *operatur possessionis translationem vsque ab initio licet sola executio facti post mortem constituentis translata fuerit.*

15 *Possessio ciuilis ministerio legis trahit ad se naturalem.*

16 *Suspicio antidatæ in apocis priuatis semper militat, vbi agitur de præiudicio tertij.*

17 *Amplia quamuis sint recognitæ, quia recognitio non probat in præiudicium tertij fuisse factas de tempore ibi descripto.*

18 *Possessio capta post præsentatam inhibitionem est attentata.*

19 *Possessio posterior in concursu possessionis anterioris manutenibilis non est.*

DECISIO CCCCIII.

DVODECIM citationibus frustrà lacessitum Comitem Bartholomæum de Felicinis, vt informaret super dubio manutentionis ad instantiam Comitum Horatij, & Angelæ de Boschettis coniugum iàm diù subscripto expectari vlteriùs non decuit; ideoque dictis Coniugibus tantùm informantibus ipsis decisum hodie fuit dandam esse manutentionem in possessione bonorum ab Antonia de Melegottis assignatorum in Instrumento dotali dato in *Summ. num.* 1.

Idem namq; Instrumentum tria continet, quæ transtulerunt in dictas Coniuges possessionem ciuilem, ac manutenibilem aduersus præfatum Bartholomæum Antoniæ Donatricis hæredem, videlicèt clausulam
1 *Constituti*, quam esse possessionis translatiuam
probat *text. in l. quod meo ff. acq. poss. Osasc. dec.* 133
num. 3. *Rot. decis.* 174. *num.* 34. *par.* 6. *recent.* Reseruationem vsusfructus bonorum donatorum
2 donec † donatrix vixerit, qua cum solus vsusfructus formalis retentus ad fauorem donatricis censeatur, translata in donatarios proprietatis possessio dicitur, quia idem est vsumfructum huiusmodi retinere quod tradere, vt per hæc verba disponit *text. in l. quisquis in fin. C. donat.* & tradit *Socc. Iun. cons.* 118. *num.* 18. *lib.* 2. *Mandill. cons.* 767. *num.* 10. *Ceph. cons.* 61. *n.* 24 *Guidopap. dec.* 46. *sub num.* 2. *Rot. dec.* 84. *nu.* 2. *coram bo. mem. Vrgellen. & in Baren. donationis* 5. *Aprilis* 1647. *coram Reuerendissimo D. meo Decano.*
Tandem pactum præcarij, ibi, *pacto præca-*
3 *rij* † quod iuxtà extensionem Statutorum
Bononiæ includit verba, *constituit ex nunc prout ex tunc*, ac possessionem manutenibilem transfert *Laurent. de Pinu cons.* 49. *nu.* 3. *&* 4. *Gratian. cons.* 63. *num.* 33. *& seqq. par.* 2. *Burett. decis.* 179. *num.* 3. *& seqq.*

Neque obstat, quod Antonia donatrix non dum reseruauerit sibi vsumfructum, sed etiam possessionem, ibi, *saluo, & continuo præseruato dicta Domina Antonia vsufructu, & possessione omnium bonorum prædictorum &c.* & sic ne-
4 que clausula *Constituti*, † neque reseruatio vsusfructus operari potuerit viuente Antonia effectum translationis possessionis resistente pacto, quod præualere debet, vt in puncto ponderauit *Natt. cons.* 374. *num.* 2. *&* 3. & fuit dictum *in Rauennaten. Donationis* 31. *Ianuarij, &* 28. *Martij* 1583. *coram Cardinali Blanchetto.*

Multum enim interest, an donationis sub-
5 stantia sit conditionalis, † & collata post mortem donatoris, an verò sit pura, quia primo casu militat resistentia dicti pacti, simulque deest voluntas donatoris transferendi donec vixerit aliquam possessionem in donatarium
6 & in his terminis † loquitur † *Natt.* quotque alij in idem possunt allegari. Altero verò
7 casu, quia donatio pura † statim effectum parit *l. legatum ita* 82. *ff. leg.* 2. tàm respectu dominij mediantibus clausulis, ac verbis illius translatiuis, quàm possessionis per clausulam *Constituti*, & reseruationis vsusfructus, quæ
8 puræ sunt † non secus ac ipse contractus principalis cuius naturam sequuntur *Paris. cons.* 59 *num.* 25. *lib.* 1. *Rot. decis.* 549. *num.* 4. *&* 5. *par.* 1. *diuers. decis.* 694. *num.* 9. *par.* 1. *recent.* propterea re-
9 seruatio possessionis † intelligitur de possessione naturali cum detentatione facti, & facultate percipiendi fructus propria authoritate non retardata interim translatione possessionis ciuilis, & hoc ad euitandam contrarieta-
10 tem, † quæ oriri posset in eodem Instrumento, si reseruatio intelligeretur etiam de ciuili, quæ iam per constitutum, & reseruationem vsusfructus translata fuerat in donatarium, & ne alias reseruatio vsusfructus sit inutilis, & frustratoria, vt post *Corn. consil.* 8. *num.* 5. *& seqq. vsque ad* 14. *lib.* 2. tradit *Bero. consil.* 60. *num.* 15. *lib.* 1. *Bolognett. cons.* 6. *n.* 40. *& seqq. Tiraquell. de iur. & const. par.* 2. *ampliat.* 9. *Seraph. decis.* 157. *num.* 1. *Rot. decis.* 258. *num.* 4. *decis.* 408. *num.* 6. *& seqq.* vbi cum hac distinctione respondetur omnibus contrarijs *par.* 6. *recent.*
11 Nos autem versamur † in donatione pura, ibi, *dedit, tradidit, & assignauit, ac donationem irreuocabilem fecit*, vt in terminis aduertit *Bero.*
12 *cons.* 60. *nu.* 16. *lib.* 1. & in constituto † non collato post mortem constituentis, vt ex lectura patet, ac etiam in dubio præsumitur *Seraph. d. decis.* 157. *num.* 1. *in fin. Oldr. cons.* 114. *sub num.* 3 *vers. & in dubio* non obstante clausula suspen-
13 siua donec donatrix naturalitèr vixerit † apposita reseruationi vsusfructus, & possessionis, vt supra, quia illa non donationis, aut constituti substantiam, sed solam executionem respectu translationis facti suspendit, & confert post mortem donatoris ad effectum dumtaxat ne donatrix circà fructus in eius vita molestetur, iuxtà *d. cons. Oldr.* 114. *num.* 2.

& tex-

& consil. 139. num. 5. quod sequitur *Bero. dicto cons. 60. num. 14. Natt. cons. 453. numer. 1. & seqq. Surd. cons. 221. num. 58. Tiraquell. de iur. const. ampliat. 6. & limit. 2. num. 18. Ciriac. controu. 258. n. 34. & seqq. Rota dicta decis. 258. num. 3. par. 4. recent. decis. 150. num. 3. & 4. apud Modern. Petusin. de manuten.* præsertim quia donatrix disertis verbis declarauit velle se assignationem, seu donationem esse puram, & nequaquam conditionalem, ibi, *declarantes tamen, & conuenientes, quod præsens assignatio sit pura, & perfecta, & nequaquam conditionalis*, ac etiam quia agitur de assignatione facta ex causa dotis in ipso contractu matrimonij, nec verisimile est voluisse coniuges matrimonium purè contrahere, & dotem, quæ solùm in d. assignatione consistit recipere sub conditione; aduertendo insuper quod vt supra dicebatur pacto præcarij
14 iuxtà † extensionem Statutorum Bononiæ inest clausula, *ex nunc pro vt ex tunc*, per quam datur intelligi solam executionem facti fuisse post mortem translatam *Gabriel. cons. 141. sub num. 4. vers. vel si apposita Maluas. cons. 33. num. 13 Paris. cons. 26. num. 128. lib. 2. Rot d. decis. 258. sub num. 3. dec. 408. num. 10. par. 4. recent. decis. 150. n. 5 apud Modern. de manuten. decis. 179. sub num. 8. coram bo. me. Buratto*.

Defuncta itaque Antonia donatrice manutenendi sunt coniuges in possessione nedum
15 ciuili, sed etiam naturali † quam per mortem vsufructuariæ ipsa ciuilis ministerio legis ad se traxit *Natt. cons. 419. nu. 3. & seqq. Bero. d. cons. 60. num. 26. & seqq. lib. 1. Menoch. consil. 139. num. 14. & seqq. & de retinen. remed. 3. num. 23. & seqq. Pontan. de spol. lib. 2. cap. 14. num. 103. Rota d. decis. 258. num. 2. in fin. & in alijs relatis in Recanaten. Manutentionis 27. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Cerro*.

Non attenta possessione Comitis Bartholomæi Aduersarij, quam non probant locationes per apocas priuatas, vt asseritur ab eo factæ in vita Antoniæ propter suspicionem
16 antidatæ, † quæ militat, vbi vt in casu nostro agitur de præiudicio tertij, vt in his terminis aduertit *Ciriac. controu. 10. num. 14. & 17.* vbi id ampliat quamuis scripturæ essent recognitæ,
17 quia † recognitio non probat in præiudicium tertij fuisse factas de tempore ibi descripto, *Rot. decis. 54. num. 2. par. 4. diuers. & in Placentina Donationis 21. Aprilis 1589. coram Gipsio*: præter quod possessio Comitis Bartholomæi viuente Antonia excluditur ex ipsius Comitis confessione implicita petitioni immissionis post mortem Antoniæ iudicialitèr deductæ.

Possessio autem, quam Comes Bartholomæus Antonia defuncta cæpit non suffraga-
18 tur; tùm quia capta fuit † post præsentatam inhibitionem, & sic attentatè; tùm quia est
19 posterior possessione † in coniuges ab ipsa Antonia per actum inter viuos, vt supra translata ad tradita per *Felin. in cap. licet causam nu 8 & 9. de probat. Surd. cons. 168. n. 16. Rot. decis. 322. num. 2. par. 1. recent. & aliàs sæpissimè*.

Et ita decisum &c.

ROMANA ATTENTATORVM.

Veneris 14. Ianuarij 1650.

ARGVMENTVM.

Attentata commissa post appellationem interpositam; licet appellans postea appellationi renunciauerit, adhuc firma remanent, & renunciatio appellationis solùm efficit ne postea gesta sint attentata, ratio est nam actus ab initio nullus per renunciationem non conualescit.

SVMMARIVM.

1 *Clausula* si quid exequendum *futuram executionem suspendit donec de exceptionibus contra mandatum oppositis cognoscatur.*
2 *Post inhibitionem generalem siuè particularem nihil innouari debet.*
3 *Renũciatio appellationis facta à muliere sine solemnitatibus, an teneat?*
4 *Attentata post appellationem commissa non obstante renunciatione appellationis per appellantem adhuc manent sub lege attentati, & renunciatio solùm efficit ne postea gesta sint attentata.*
5 *Attentata commissa ante renunciationem appellationis officio Iudicis reuocari possunt.*
6 *Ratio est quia per talem renunciationem actus, qui erat ab initio nullus non conualescit.*
7 *Ius nunquam remissum censetur nisi in remittente illius notitia concurrat.*
8 *Attentata sunt purganda reducendo omnia in statum pristinum.*

DECISIO CCCCIV.

QVATVOR centum scuta monetæ è Banco Alexandri, & Iustiniani de Orsinis transportata fuerunt ad Sacrum Montẽ Pietatis sub die 5. Iulij 1649. ad instantiam Hieronymi Cuccinetti, & Victoriæ Coniugum in executionem mandati ex causa dotis relaxati ab A.C. contra filios, & hæredes Simonis de Arpa, qui dictam dotem viuens promiserat: & ex eisdem pecunijs scut. 181. m ba. 94. à Sacro Monte dicti Coniuges exegerunt sub die 16. Septembris subsequentis. Vtrumque verò actum esse attentatum Rota censuit hodierna die particulari dubio desuper proposito.

Primò quia inhibitio Eminentissimi Cardinalis Signaturæ Iustitiæ Præfecti, alterum quia inhibitio Rotalis præcesserat in vim appellationis à supradicto mandato A.C. commissæ cum clausula *si quid exequendum*, quæ
1 cum sola † futuram executionem suspendat, donec de exceptionibus contra mandatum oppositis cognoscatur *Hond. cons. 29. n. 14. lib. 2. Rota dec. 487. sub num. 7. par. 3. diuers. Bur. dec. 231. num. 2. Maresc. var. resol. lib. 2. cap. 121. nu. 17. cum cum alys allegatis à Barbos. claus. 169. num. 2.* eo magis suspendit accedente inhibitione post
2 quam † siuè particularis, siuè generalis illa fuerit nihil debet innouari *c. nõ solum c. Romana*

§. quod si obijcitur de appellat. in 6. Lancell. de attent. par. 2. cap. 20. ampliat. 1. & seqq. Rot. decis. 20. & 31. de appellat. in nou. & decis. 235. num. 2. par. 1 recent. decis. 181. numer. 3. coram bon. memor. Buratto.

Nec releuat quod successiuè aliqui ex appellantibus appellationi renunciauerint per schedulam priuatam, & idem Eminentiss. Signaturæ Iustitiæ Præfectus declarauerit cōmissionē appellationis, vt suprà interpositæ non afficere quoad renunciantes. Quia
3 omisso an huiusmodi renunciatio † tanquā
facta à fœminis, & forsan minoribus requireret solemnitates statutarias, efficit quidem
4 ne postea † gesta sint attentata, sed quæ præcesserunt manent adhuc sub lege attentati in
sui origine contracti, vt distinguendo declarat *Lancell. de attent. par. 2. cap. 20. ampliat. 2. n. 11. & 12.* quem secuta est *Rot. in Meliuitana dignitatis 10. Ianuarij 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in nullius seu Sublacen. attentatorum prima Iuly 1647. coram me,* itaut saltem ex of-
5 ficio Iudicis † possint reuocari, *Lancell. d. tract. par. 2. cap. 20. ampliat. 2.* vbi dicit rationem
6 quia per talem renunciationem † actus, qui
ex eo quod emanauerat post inhibitionem erat ab initio nullus non conualescit *add. ad Buratt. decis. 406. num. 4.* & fuit dictum *in Romana Fideicommissi, seù attentatorum 17. Maii 1647. coram R. P. D. meo Arguelles.*

Vndè nec præbet excusationem supradicta declaratio Eminentiss. Cardinalis Præfecti, quia non egreditur fines ipsius renunciationis, cui innititur, eoque minus, quia attentati iam commissi notitia in declarante
7 non probatur, † sine qua vrget defectus in-
tentionis ne censeatur remissum vt per *Ias. in l. 2. num. 130. C. iur. emphitb. Bero. cons. 116. n. 13 lib. 1. Hond. cons. 55. num. 89. lib. 1. Surd. decis. 181. num. 7.* in proximis terminis *Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 15. num. 15. & 16.*

His consequens est vt pecuniæ exaduersò exactæ reportentur ad locum, à quo fuerunt
8 amotæ, cum attentata sint purganda † idque
fiat reducendo res ad statum pristinum, *Dec. cons. 103. num. 1. Lancell. de attent. par. 3. c. 29. num. 77. Rot. penes Buratt. decis. 356. num. 4.*

Et ità decisum informantibus solum hæredibus de Arpa septies tamen aduersarijs citatis.

HISPALEN. BENEFICII.

Lunæ 24. Ianuarij 1650.

ARGVMENTVM.

Subrogatio concessa de beneficio litigioso siue reseruato, tunc subrogato datur immissio tribus dumtaxat iustificatis nempè Clericatu, obitu prædecessoris in possessione, ac reseruatione siue lite, si verò subrogatio est concessa de beneficio non litigioso, nec reseruato, tunc subrogatus omnia narrata iustificare tenetur. Subrogatus ad litem potest illam prosequi in eisdem statu, & terminis, ac si defunctus, cui fuit subrogatus viueret. Ordinarius nequit beneficium simplex absque legitima causa in parochialem erigere, & de legitima causa abundè constare debet, quam ex illius assertione, vt in simili dicitur de vnione, de cuius iusta causa non statur assertioni Ordinarij.

SVMMARIVM.

1 *Subrogato gratiose datur immissio iustificatis tribus requisitis nempè Clericatu, obitu defuncti in possessione, ac lite siue reseruatione si de reseruato, siue litigioso facta sit subrogatio, secus quando beneficium non est litigiosum, vel reseruatum.*

2 *Ratio diuersitatis est nam primo casu nulli fit iniuria cum de litigioso, vel reseruato nemò præter Papam prouidere potest secundo verò casu inferri potest iniuria prouisis ab Ordinarijs, seù legitimis collatoribus.*

3 *Subrogato de beneficio non litigioso, vel reseruato, cū habeat vim collationis, subrogatus omnia narrata iustificare tenetur.*

4 *Subrogatio propriè dicitur illa, quæ superstiti collitiganti conceditur alia vero, quæ fit tertio tanquam de reseruato est potius, quædam prouisio, & collatio merè gratiosa.*

5 *Ad executionem subrogationis in beneficio litigioso, ac reseruato eodem modo proceditur.*

6 *Subrogatus ad litem cum defuncto pendentem, eiusque prosecutionem in statu, & terminis, in quibus tempore subrogationis reperiebatur potest illam prosequi, ac si defunctus viueret.*

7 *Clericatus probatur ex litteris patentibus ordinarij.*

8 *Possessio beneficij probatur ex instrumento captæ possessionis nomine Comissarii Cameræ.*

9 *Possessio probatur ex mandato de manutenendo à Iudice reportato quod soli possessori conceditur.*

10 *Possessio vsque ad obitum continuata præsumitur.*

11 *Mors testatoris probatur ex exhibitione testamenti facta per hæredem dummodò testamentum ei à Notario datum fuerit authore prætore, qui dare non permisisset nisi obitus ei innotuisset.*

Secus si hæres testamentum authore prætore non habuit, tunc cessat præsumpta cognitio mortis testatoris, cum illud è manibus testatoris subtrahere potuerit.

12 *Mensis Maij semper est reseruatus Sedi Apostolicæ siue Ordinarius alternatiua gaudeat, siue non, & hæc reseruatio est notoria.*

13 *Lis super beneficio non inducit reseruationem beneficij litigiosi, sed solum ligat manus ordinarij, seu inferioris collatoris ne ea durante conferat.*

14 *Beneficium Curatum non potest conferri absque concursu, quamuis sit reseruatum.*

15 *Exceptio, vt retardare valeat immissionem gratiosè subrogato probanda est incontinenti.*

16 *Ordinarius absque legitima causa erigere nequit beneficia simplicia in parochiales, & de causa non statur illius assertioni.*

17 *Assertioni Episcopi non statur circa causam vnionis, ne aperiatur via erigendi, seù vniendi sub mendicato prætextu legitimæ causæ.*

18 *Ordinarius non potest conferendo mutare statum beneficij.*

19 *Be-*

19 *Beneficium in dubio præsumitur simplex.*
20 *Prouisiones Apostolicæ non mutant statum beneficij nisi probata in Pontifice scientia præcedentis status, ac voluntas mutandi, quæ in dubio non præsumitur.*
21 *Status vltimus beneficij attenditur pro obtinenda executione litterarum apostolicarum non docto de anteriori statu contrario legitime præscripto.*

DECISIO CCCCV.

TANTA est virtus gratiosæ subrogationis ad beneficium litigiosum, vel reseruatum obtentæ independenter, aut etiam desumptæ ex corpore siue ex clausulis generalibus antecedentis prouisionis Apostolicæ,
1 & ad partem expeditæ, vt subrogato† sit danda immissio tribus dumtaxat iustificatis, nempè proprio Clericatu, possessione prædecessoris de tempore mortis, ac reseruatione si de reseruato siue lite si de litigioso facta sit subrogatio, licet secus sit quando beneficium non est litigiosum, vel reseruatum, seù alias
2 affectum, ea ratione diuersitatis † inter vtrūque casum intercedente, quia primo casu per talem prouisionem nulli fit iniuria cum de litigioso, seù reseruato nemò præter Papam prouidere possit; at secundo casu inferri potest iniuria prouisis ab Ordinarijs, seù alijs legittimis collatoribus: cumque ea subroga-
3 tio † vim habeat collationis omnia ibi narrata iustificare necesse est non secus, ac narrata in alia prouisione, & collatione pro obtinenda illius canonizatione, vt egregie distinguendo declarauit *Rot. apud Peniam decis. 669. nu.4. & seqq. vsque ad 16. facit Lotther. de re benef. lib.2. quæst.20. num.212. Gonz. super reg.8. Cancell. §.7. proemial. num.212.*

Hinc D. Antonio de Aragoniā, qui à Sede Apostolica nedum fuit prouisus de beneficio simplici in parrochiali seù alia Ecclesia Loci de Molares Hispalen. Diœcesis vacante per obitum Hieronymi Bezzerra tanquam de reseruato, sed etiam obtinuit ad partem subrogationem gratiosam ad ius, & possessionem, in qua ipse Hieronymus tempore sui obitus reperiebatur decisum hodie fuit vigore huiusmodi subrogationis dandam esse immissionem in possessione dicti beneficij cum vt infrà probauerit suum Clericatum, possessionem Bezzerræ, ac beneficij reseruationem non obstante, quod donec Bezzerra vixit super hoc beneficio penderet lis, & Dominus Antonius collitigans non fuerit; quamuis enim subrogatio propriè dicatur
4 illa,† quæ in beneficio litigioso superstiti cōceditur, ea verò quæ fit tertio in beneficio tanquam reseruato sit potius quædam prouisio, & collatio merè gratiosa, vt ex sententia Sarnensis aduertit, *Rota in Burgen. de Pancorno 24. Octobris* 1588. *coram Gipsio in Neapolitana Rectoria 13. Februarii* 1598. *coram clar. mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio*, eodem modo
5 nihilominus † proceditur ad executionem subrogationis in beneficio reseruato, ac in litigioso, vt fuit dictum *in Tirasonen. Cappellaniæ 13. Martii & 7. Aprilir* 1606. *coram Sanctissimo Domino Nostro Innocentio X. tunc nostri ordinis Auditore, & in aliis decisionibus*, quas in puncto ad effectum concedendi subrogato immissionē ad istar *l. fin. C. edict. Diu. Adrian. toll.* secuta est *Rota in Corduben. Præstimonii 27. Ianuarii* 1644. *coram Reuerendiss. Terracinensi.*

Quo magis, quia Dominus Antonius fuit
6 vlterius subrogatus specificè ad litem † viuente Bozzerra pendentem eiusque prosecutionem in eisdem statu, & terminis, in quibus tempore subrogationis reperiebatur, vndè in ipso quoque eadem lis substinetur, eamque prosequi potest non secus, ac Bezzerra si viueret, *Mohed. decis. 3. num. 2. vt lit. penden. Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 20. numer.* 169. *Rot. in Salamantina Cappellaniæ del Voto 5. Iulii 1593. coram Cardinali Hieronymo Pamphilio impress. apud Garz. de benef. par. 6. cap. 4. sub num. 41. col. 2. vers. et præsertim, & vers. et tanto magis in Toletana Beneficii de Masomalis 14. Nouembris 1605. coram Iusto impress. apud Marches. de commiss. par. 1. fol. 384. sub num. 9. & in Nazzarena, seù montis viridis beneficii 14. Decembris 1645. §. et ex his coram R.P.D. meo Verospio*, vbi aliæ concordantes allegantur.

Probauit inquam Dominus Antonius suum Clericatum ex litteris patentibus Or-
7 dinarij, quas sufficere notat, *Abb. in cap. 1. numer. 1. & seqq. de cler. Peregrin. Gramat. decis. 81. num. 1. Buratt. decis. 390. numer. 8.* Possessionem
8 Bezzerræ† nedum ex instrumento possessionis captæ nomine Commissarij Cameræ, qui deinde cessit Bezzerrę vt per *Buratt. decis. 407. num. 4.* Sed simul ex mandato de manutenen-
9 do † eidem Bezzerrę à Iudice concesso, quod quia soli possessori competit possessionem probat *Rot. decis. 170. sub num. 2. & seqq. part. 4. diuers. decis. 182. numer. 1. & seqq. par. 1. recentior. decis. 217. num. 2. coram Cardinali Caualer. decis. 66. numer. 2. inter impress. post Zacch. de oblig. camer.*
10 eaque præsumitur continuata † vsque ad obitum, vt in his terminis dixit *Rot. dec. 401. num. 4. p. 2. recent.* Obitum tandem Bezzerræ de mense Maij 1645. ex testamenti quod condi-
11 dit exhibitione † facta ab hęrede, ex qua sola esto quod probetur mors tunc demum quādo instrumentum testamenti hæredi à Notario datum fuit authore Prætore, eo quod Prætor dari non permisisset nisi cognouisset testatorem obijsse, secus verò si hæres dictum instrumentum authore prętore non habuit, quo casu cessat præsumpta cognitio mortis testatoris cum illud hæres è manibus testatoris subtrahere, vel sponte habere potuerit, vt declarando *tex. in l. 2. §. si dubitetur ff. quemad. testam. aperian.* & conciliando dissidentes sētentias *Bart. Fulgos.* & aliorum benè distinguit *Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 669. post Sapiam in repet. l. vlt. num. 23. Cod. edict. Diu. Adr. tollen. &* sequitur *Mascard. de probat. conclus. 1073. num. 8.* Probatur absque dubio in casu nostro, quovlterius hæres in testamento scriptus, ac itidem executor actus hæreditarios fecit constitendo procuratorem ad exigendum credita hæreditaria, & in specie fructus huius bene-

cij vſque ad diem decimam Maij, qua Bez-
zerra obiit decurſos, vt conſtat ex datis in
Summ.num.6.

Et exinde reſultat quoque probatio reſer-
uationis per obitum ſcilicet poſſeſſoris in
menſe reſeruato qualis ſemper eſt menſis
12 Maij ſiue Ordinarius † alternatiua gadeat
ſiue non vt notat *Gonz.ſuper reg.8.cancell. gloſſ.*
45.§.1. *numer.*22. & hanc reſeruationem eſſe
notoriam dixit in his terminis *Rot. deciſ.* 200.
*num.3.& 4.par.4.tom.3.recentior.*itaut opus non
ſit expiſcari reſeruationem etiam à lite viuo
13 Bezzerra mota, quæ ſanè † quicquid per-
funtorie dixerit *bon.mem. Vrgellenſis deciſ.* 204.
num.1. allegando tex. in cap.1. & 2. vt lit. penden.
in 6. non inducit reſeruationem beneficij li-
tigioſi, ſed ſolum ligat manus Ordinarij, ſeù
inferioris collatoris ne ea durante conferat
eiuſque collationem ſuſpendit, quod ſolum
diſponitur *in d.cap.1.& 2.vt notat Sarnen.in reg.*
*de triennn.quæſt.*31.*nu.*9.*Simonett.de reſeru. qu.*10.
*num.*5.*verſ.ex prædictis Rot.in Auenionen. Canoni-*
catus 4.*Iulii* 1576.*coram Cardinali Lancellotto Se-*
niori in Legionen.Præſtimoniorum de menſe Iunij
1594.*coram Cardinali Hieronymo Pamphilio, &*
in alijs relatis *à Garz.de benef.par.*5.*cap.*1.§.*pri-*
mo §.*primo num.*135.*verſ.non obſtat, & nu.* 136.
verſ.non obſtante, & nouiſſimè in Valentina. Recto-
ria 24.*Maij* 1647.§.*et hic coram me.*

Non obſtat, quod huiuſmodi beneficium
licet ab initio eſſet ſimplex fuerit poſtea ab
Ordinario erectum in Parrochiale, & pro-
14 pterea quamuis eſſet † reſeruatum non po-
tuerit conferri Domino Antonio abſque
concurſu iuxtà conſtitutionem ſan.memor.
Pij V.impreſſam apud *Garz. de benef. part.* 9.
cap.2.tit.de forma ſeruanda in prouiſ. Parroch.n.3.
15 quia vt hæc exceptio † retardare valeat im-
miſſionem ſubrogati, probanda incontinen-
ti eſſet aſſerta erectio validè facta, *Rota dicta*
deciſ.200.numer.6.& ſeqq.par.4. tom.2. recentior.
Exhibetur autem ſolum enunciatiua ere-
ctionis emiſſa ab Ordinario in collatione
huius beneficij tanquam curati ab eo facta
de anno 1622. quæ non ſufficit, ſed conſtet
oportet de ipſa erectione, & illius legittimis
16 cauſis cum Ordinarius † beneficia ſimplicia
in Parrochialia erigere non poſſit abſque le-
gittima cauſa, de qua illius aſſertioni non
ſtatur, *Garz.de benef.par.12.cap.3.num.7.Rot.de-*
ciſ.484.num.1.par.1.recentior.& in Piſauren. Be-
neficii 18.*Iunii* 1646.*coram Reuerendiſſ. Terraci-*
*nenſi,*ſicut in ſimili non ſtatur aſſertioni Epi-
17 ſcopi† de vnione eiuſque cauſis ne alias ape-
riatur via erigendi, ſeù vniendi ſub mendi-
cato prætextu legittimæ cauſæ; *Oldr.conſ.*261
per tot.Pariſ.conſ.36.num.11.lib.4.Aegid.dec.617.
in princ. Barboſ.de poteſt.Epiſc.alleg.26.numer.23.
Caualer.deciſ.339.num.7.& 8. Ipſa verò colla-
tio Ordinarij de beneficio tanquam Curato,
nullius momenti eſt, cum ipſe non poſſit
18 conferendo mutare † ſtatum beneficij *Rot.*
deciſ.308.num.4.in fin.par.1.recent.deciſ.636. nu-
mer.8.penes Buratt.vbi add.litt.E allegat. concord.
& in Peruſina Parrochialis 10.*Iunii* 1641. *coram*
19 *me,* quod ab initio fuit ſimplex, vt in dubio
præſumitur *Aegid.deciſ.675.in princ. Staphil. de*
litt.grat.tit.de qualit.& ſtat.benef. num.2. Rot. de-
ciſ.233.num.4.deciſ.277. num.1. par.1. recentior.
prout nec beneficij ſimplicitatem mutarunt
duæ prouiſiones Apoſtolicæ tanquam de
curato ſubſecuti de anno 1627. & 1629.non
quidem ex defectu poteſtatis, vt in Ordina-
20 rio, ſed voluntatis,† quia videlicet non pro-
bata in Pontifice ſcientia præcedentis ſtatus
ſimplicitatis, deeſt voluntas illum mutandi
ad hunc effectum neceſſaria, quæque in du-
bio non præſumitur, *Rot.deciſ.749.nu.8.par.1*
diuerſ.deciſ.337.ſub nu.2.verſ.hic autem non adeſt
voluntas par.2.recentior.Buratt. deciſ.636. num.8.
add.ad Gregor.XV.deciſ.434.num.26. Lotther. de
re benef.lib.1.quæſt.34. num.53. & pluribus ſeqq.
vſque ad 71.

Vndique igitur turbida manet aſſerta ere-
ctio, ſeù mutatio ſtatus beneficij de ſimplici
in Parrochiale, & per conſequens ex hoc ca-
pite immiſſionem Domini Antonij gratio-
sè ſubrogati remorari non licet, quo minus
quia vltima prouiſio Apoſtolica ſecuta de
anno 1629.eſt tanquam de ſimplici, & hic
21 vltimus ſtatus † ſufficit pro obtinenda exe-
cutione litterarum Apoſtolicarum niſi do-
ceatur de anteriori ſtatu contrario legittime
præſcripto *cap.cum de beneficio vbi notant.omnes*
de præben.in 6.Felin.in cap.cam te ſub numer.22.de
reſcript.Feder.de ſen.conſ.240.num.1. Caualer. de-
ciſ.390.num.5.Rot.inter recent. deciſ.233. num.1.
in fin.par.1. & magis in puncto fuit deciſum
in Gerunden.Prioratus 14.*Iunii* 1645.*coram me.*

Et ità deciſum informante ſolum Domi-
no Antonio, altera tamen parte per nouem
citationes diuerſis temporibus executas ad
informandum vocata.

ROMANA DOMVS.

Lunæ 24.*Ianuarii* 1650.

ARGVMENTVM.

In hac deciſione plenè diſcutitur an cenſus ex-
tinctus per acquiſitionem fundi, eo euicto an
reuiuiſcat? ac etiam an melioramenta facta
poſt litem conteſtatam fiant meliorantis;
itaut fructus ſuos faciat, & reſoluitur, nega-
tiuè, prout latius colligere poteris ex Sum-
marijs.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio non probat contra tertium non habentem cauſam à confitente.*

2 *Adminiſtrator rationem reddere tenetur de bonis adminiſtratis.*

3 *Alias de ſuo credito ſatisfactus præſumitur.*

4 *Adminiſtrator allegans fructus bonorum adminiſtratorum ceſſiſſe in alimenta illius, ad quem bona adminiſtrata ſpectant hoc probare tenetur.*

5 *Probatio plena reſultat ex pluribus ſimul iunctis.*

6 *Confeſſio, quam quis in iudicio pro fundamento ſuæ intentio-*

intentionis adduxit, & vnus conuentus acceptauit non potest amplius reuocari, seu impugnari.

7 *Administrator si conueniatur ad reddendam rationem de bonis administratis, tunc aduersarius probare tenetur eorum quantitatem, quæ ad manus administratoris peruenit.*

8 *Testis varius nullam meretur fidem.*

9 *Census per acquisitionem fundi censiti extinguitur si acquisitio fuit facta irreuocabiliter, secus vero si reuocabiliter.*

10 *Creditor census emens fundum censitum, ac reseruans sibi iura anterioritatis, vigore reseruationis euicto fundo agere potest actione, ex contractu census, ac si fundum nusquam acquisiuisset.*

Et talis reseruatio iurium in casu euictionis fundi censualis quid operetur? nu. 33. & 34.

11 *Fructus ad rationem quinque pro centenario æstimari solet in domibus vrbanis non nobilibus.*

12 *Fructus melioramentorum etiam post motam litem fiunt meliorantis.*

13 *Et acquiruntur melioranti non ratione bonæ fidei quam litis contestatio sustulit, sed dominij ipsorum melioramentorum, quod possessor bona fide meliorando acquisiuit, nec amittit nisi sibi pretio restituto, & redditur ratio num. 14. & num. 15. quod hæc opinio contra Couarr. est magis æqua, & n. 16 dicta opinio admittitur etiam in foro conscientiæ ante latam sententiam, post vero latam standum esse sententiæ latæ, & num. 17. & 18. vbi quod hanc opinionem pariter sequuta est Rota. Contrarium firmatur infrà num. 35. & seqq.*

19 *Fructus siue pensiones spectant ad Dominum fundi.*

20 *Fructus melioramentorum spectant ad cessionarium meliorantis.*

21 *Melioramenta in domo vtiliter fecisse videtur, qui Fabro murario soluit quod ei occasione melioramentorum debebatur.*

22 *Solutio vera, & realis ad effectum repetendi à debitore non probatur ex confessione creditoris, quia referri non potest ad gratuitam remissionem, vel ad aliam causam, ob quam absque pecunia numeratione creditor se pro satisfacto vocare potuit, siue ad numerationem factam ab alio, quam illo, cum quo confessio emanauit.*

23 *Limita non procedere quando pro repetente concurrunt adminicula, tunc enim ex confessione probatur actus verus solutionis ad omnem effectum, & adminicula referuntur. num. 24.*

25 *Solutio, seu numeratio præsumitur facta ab eo, qui illam facere promiserat.*

26 *Census reuiuiscit euicto fundo censuali è manibus censuarij, qui illum titulo dominij comparauit.*

27 *Declara hoc procedere quando extinctio census processit, vel ministerio legis per solam confusionem dominii, & hypotecæ, vel facto hominis per dationem insolutum ipsius fundi censualis pro sorte principali census, in quibus casibus militat ratio temporalis extinctionis donec dominium reuocetur.*

28 *Extinctio census per compensationem parit eumdem effectum, ac per numerationem.*

29 *Contractus diuersi inuicem independentes possunt vnico instrumento, & sub eadem clausula actum contineri, &c.*

30 *Contractus in eodem instrumento contenti non sunt confundendi, sed separatim recipiendi.*

31 *Correspectiuitas inducta ex actuum contextualitate cessat quoties actus contextuales sunt diuersæ naturæ, & vnus non venit ad determinationem alterius, habentque singuli peculiarem causam.*

32 *Contractus, vt correspectiui dicantur non sufficit vnum dedisse occasionem alteri.*

35 *Fructus melioramentorum post litem contestatam non fiunt meliorantis, quia per litis contestationem melioranS effectus fuit malæ fidei possessor, nec illos acquirere potest ratione dominij cum vti facta in re aliena statim cedant Domino soli.*

Melioramenta facta in re aliena statim cedunt Domino soli ibid.

36 *Fructus melioramentorum perceptos restituere tenetur malæ fidei possessor, non autem quos percipere potuit.*

37 *Fructus melioramentorum facit suos malæ fidei possessor, si Dominus fundi interpellatus ad restituendum pretium melioramentorum fuit in mora restituendi.*

38 *Malæ fidei possessor si meliorauit non tenetur cum sumptibus compensare fructus ex melioramentis percipiendos, sed tantum perceptos, & damnum ob perditam industriam in meliorando cum fructibus compensatur.*

39 *Fructus melioramentorum factorum à malæ fidei possessore acquiri non valent melioranti non iure dominij, quod cessit domino soli, non ex æquitate* leg. curabit *quia melioranS nusquam fuit Dominus melioramentorum, & propter moram restituendi sumptus peti potest interesse non fructus.*

40 *Melioramenta, quando sunt facta in re aliena tunc impossibile est quod melioranS sit Dominus melioramentorum ne in eadem re duo sint domini.*

41 *Fundus, quod sit alienus, & pars illius sit alterius domini, hoc implicat.*

42 *Melioramentorum dominium non acquiritur melioranti, sed domino fundi, cuius nomine illa facta fuerunt mediante pretio, seu mercede conuenta.*

43 *Et tunc manet melioranti simplex creditum, cuius intuitu fructus melioramentorum percipere non valet, nisi probatis requisitis* Castr. in l. 3. ff. eo quod cert. loc. *ratione interesse, & lucri cessantis, seu damni emergentis.*

44 *Fructus, quando melioranti debentur, tunc inspici debet quanti melioramenta valeant, ac rei valor.*

DECISIO CCCCVI.

OMNIS disceptatio hactenùs versata in nullitate venditionis factæ à Bernardina Lancellotto Domini Magalotti authore, ac in retentione ab eodem Magalotto prætensa ob æs alienum testatoris solutum restricta hinc indè hodiè fuit ad summam, quæ soluta vltima decisio huius causæ concedit immissionẽ Carolo Anriano Serlorio Adriani testatoris hæredi, illam augeri Magalotto, minui vel in totum deleri prætendente Serlorio.

Delendo nempè è credito D. Magalotti scut. 610. quæ ipse soluit Peregrino Fabro murario pro laborerijs viuente testatore factis in hac domo vtpote non bene probatis, vel ab ipso testatore solutis. Et computando in creditum Magalotti tum dolia 19. vini hæreditarij dicto Lancellotto tradita à Bernardina,

nardina, quorum prætium cedere non potest in causam scutor. 300. testatori à Lancellotto mutuatorum, quia mutuũ non probatur aliter, quam ex confessione Bernardinæ, cui licet vltima decisio statuat adhibendam esse fidem, eo quod etiam ipsa traditio vini non aliunde, quam ex eadem confessione probabatur, corruit hodiè hoc fundamentum, quia dicta traditio probata nuper fuit ex duobus testibus formiter examinatis Summ. Serlori numer. 6. vnde cum Serlorius intentionem suam ampliùs non fundet in dicta confessione,
1 nec à confitente † causam habeat aliqua exinde in eius præiudicium probatio non resultat *l. duobus §. primo ff iureiur. Tiraquell. de retract. conuent. §. 4. gloss. 6. numer. 9. Ceph. cons. 101. numer. 28. Surd. decis. 325. num. 3.*

Tum mobilia hæreditaria, ac fructus vineæ pariter hæreditariç non calculandos in annuis scutis 100. vt supponit vltima decisio, quià vineam constat fuisse locatam non pro annuo affictu pecuniario, sed pro medietate fructuum, quos propterea, ad quam summã ascenderint probare debet ipse Lancellottus, qui vineam, vt testes *d. Summ. num. 6. litt. B.* deponunt administrauit tanquam tutor, etsi talis
2 non esset cum administrator † teneatur reddere rationem de bonis administratis *Socc. sen. cons. 34. num. 15. lib. 1. Bellon. decis. Ianuen. 187. num. 1. Rot. decis. 470. numer. 1. part. 1. recentior.*
3 & alias † de suo credito satisfactus præsumatur ex allegatis *in vltima decisione §. in debitum*, prout reddere rationem debet de dictis mobilibus, quæ pariter testes probant ad eius manus peruenisse, & saltem pro medietate hæreditaria esse confessa fuit ipsa Bernardina Lancellotti autrix in codicillis datis in Sum. Magalotti num. 4.

Nec respectu vineæ administratio excluditur ob Lancellotti carcerationem criminalem, & condemnationem ad triremes mediantè compositione postea versam in exiliũ, nam quo tempore exulare cæperit nõ apparet, & antea dum in carceribus detinebatur, ac etiam de anno 1630. administrasse mediãte vxore, & filio deponunt testes dati in Summariolo Serlori num. 1. ac probat quærela criminalis de dicto anno 1630. de dolosa occultatione partis fructuum recollectorum in duobus annis antecedentibus, ac arboribus incisis contrà Vinearolum porrecta à Lancellotto dicto Summariolo num. 2. Gratis etiam dicitur fructus vineç cessisse de dictis annis in alimenta Serlori, quia ille tunc temporis, imò ab anno 1626. vsque ad totum annum 1631. circiter moratus continuò fuit in Ciuitatibus Perusiæ, vel Firmi, & famulando vtrobique sibi victum comparauit, vt testantur fides datæ in dicto *Summariolo nu. 2. in fin.* onusque probandi † alimenta ex dictis
4 fructibus à se præstita fuisse incumbit aduersario *Escobar. de ratiocin. cap. 22. num. 3.*

Hæc tamen non suffragari Serlorio visa sunt, nam laboreria fabromurario soluta à testatore de anno 1625. diuersa sunt ab alijs antea factis ascendentibus ad valorem scutorum 610. & iunctis expensis iudicialibus ad scut. 670. quod vltima *decisio in §. item & seqq.*
5 colligit ex pluribus simul iunctis, vt † debet facientibus plenam probationem *gloss. in l. 3. §. eiusdem verb. speciem ff. testib. Bald. cons. 3. num. 4. lib. 3. Socc. iun. cons. 32. numer. 24. cons. 39. num. 14. lib. 2. Roman. cons. 7. num. 3. Ciriac. controu. 291. numer. 21. Coccin. decis. 297. nu. 2.*

Dolia 19. vini hæreditarij peruenisse ad manus Lancellotti non benè concludunt testes exaduerso adducti cum primus deponat de auditu ibi, *Io non sò, che fusse fatto di detto vino, se non che hò inteso dire, mà non mi ricordo da chi che fù portato à casa di detto Pietro Paulo Lancellotto, & io non sò ne hò inteso dire à qual effetto fusse portato, nè che ne fusse fatto.* Secundus pariter deponit de auditu ibi, *E sentiuo dire ch'ue erano tante botte di vino piene*, ac de propria credulitate ibi, *Mà che il vino, del quale hò deposto fusse venduto, donato, versato, ò portato via viuenti deti q. Adriano, e Bernardina credo non potesse esser Summ.* Serlori *num. 6.* quapropter probatio per necesse sumenda est à Bernardinæ confessione, à qua per consequens separari non potest qualitas mutui iuxtà allegatos in vltima decisione §. *neutrum*, eo minus postquam Serlorius eam confessionẽ dumtaxat in præ-
6 teritis disputationibus pro † fundamento suæ intentionis adduxit idque Magalottus reus conuentus acceptauit vt per *Vestr. in prax. lib. 6 cap. 1. num. 5. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 465. Guidopap. quæst. 243. in fin. Put. decis. 262. libr. 2. in corr.*

Mobilia, quæ sanè ad Lancellottum peruenisse duo testes benè conuincunt modici sunt valoris depta præsertim illorum portione ad Bernardinam spectante. Fructus vineæ pro triennio, quo fuit locata ad ponmedium in maiori quantitate, quam valoris annui scut. 100. de quibus habetur ratio fuisse à Lancellotto perceptos probandum exaduersò esset, quia cum Lancellottus non esset tutor, sed conueniatur solum pro rebus, ac
7 fructibus à se de facto administratis † aduersarius qui de illis reddi rationem petit eorum quantitatem probare debet, *Socc. cons. 24. n. 35. libr. 1. ex tex. iuncta gloss. in l. licet Cod. iudic. Aym. cons. 231. num. 14. Rot. decis. 220. num. 2. & 3. coram san. memor. Gregor. XV.* Nec verò probat ex duobus testibus datis in eius *Sum. sub num. 6. litt. C.* quia secundus deponit de proprio iudicio ibi *à mio parere computato l'anno sterile &c.* & infrà ibi, *mà à mio giuditio se non hauesse haute gelate &c.* nihilque releuat extraiudicialis fides Vinearoli cum eam deinde reuocauerit *Summ.* Magalotti *num. 6. & 7.* & ob varietatem in
8 dicto † nullam fidem mereatur *Aret. in cap. per tuas num. 8. vers. nec. obstat. & num. 13. de testib.* cum alijs allegatis *à Farinacc. de testib. quæst. 66. n. 241. & seqq. Rot. decis. 207. num. 3. par. 1. recent.*

Augeri è conuersò ad sui fauorem summam in vltima decisione firmatam allegabat Dominus Magalottus addendo scut. 250. de residuo totidem aliorum, quæ Lancellottus soluit Felici Riccardæ mediantè renouatione societatis officij, ex qua originaliter scuta 500.

ta 500. debebantur. Item scuta 200. pro fructibus viuente testatore decursis census scut. ab eo debiti Lancellotto, & posteà cum prætio huius domus extincti. Item fructus eiusdem census ex die litis super dicta domo exaduersò motæ decursos; par enim est, vt sicuti ab illa die Lancellotti successor amittit domum eiusque fructus, reuiuiscat, pariatque fructus census per acquisitionem dictæ domus extinctus, cum extinctio ex acquisitione
9 fundi censualis † non resultet nisi quatenùs dominium verè, realiter, & irreuocabiliter fuerit acquisitum secus si vt in casu nostro reuocabiliter, vt distinguendo benè declarauit *Rot. in Veliterna Census 20. Iunij 1616. coram clar. mem. Coccino, & in Romana Censuum 7. Maij 1629. coram Reuerendis Terracinensi penes Cinc. de censib. decis. 300. num. 2. & 3. decis. 530. num. 12.* Eo magis, quia in instrumento acquisitionis domus Lancellottus creditor, ac respectiuè
10 emptor reseruauit sibi iura anterioritatis † ex instrumento census competentia, cuius reseruationis vigore potest domo euicta agere actione ex contractu census, ac si domum censualem nusquam acquisiuisset *Bart. in l. si quis aliam num. 2. in fin. vers. item si esset actum ff. solut. Fab. Anna cons. 35. numer. 12. & 13. Vinc. de Franc. decis. 50. num. 7. & seqq. Castill. decis. 5. n. 50. & seqq.*

Nec non detrahendo ex annua pensione huius domus, quam vltima decisio firmat in scutis 77. & à die motæ litis adscribit integrè in debitum Magalotti, ratam ratione melioramentorum vltra antiquum fructum auctam, & perceptam, quæ calculata ad scut. 5.
11 pro quolibet centenario, † vt in domibus vrbanis non nobilibus consueuit, *Rot. apud Caualer. decis. 358. num. 2. decis. 387. sub numer. 4.* ascendit annuatim ad sc. 30. & integro sexennio litis durantis ad scut. 180. fructus enim
12 melioramentorum † etiam post motam litem fiunt meliorantis, neque si percepti fuerint compensantur cum expensis melioramentorum, cum acquirantur non ratione
13 bonæ fidei, quam litis contestatio substulit, sed dominij ipsorum melioramentorũ, quod possessor meliorando bona fide acquisiuit, nec amittit nisi sibi prætio restituto, nullumque ex inde fit præiudicium vero Domino,
14 cui † res est restituenda, quia non factis meliorationibus nihil plus quam, qui iuxtà antiquum rei statutum percepti fructus fuissent forent restituendi, cuius opinionis autrix est *gloss. in l. final. verb. si per mulierem vers. quod falsum est ff. fund. dotal.* quam reprobata contraria opinione *Couarr.* & aliorum secuti post *Afflict. decis. 87. num. 6. & seqq.* fuerunt *Valasc. de iure emph. quæst. 25. num. 26. in fin.* vbi quod ità pluries iudicari *Redoan. de reb. Eccles. non alien. §. de emptore num. 4. & §. si vero numer. 9. Garz. de expen. cap. 24. sub num. 54. col. 2. infra med. vers. contrarium & col. seq.* vbi pluribus id comprobat *Peregr. de fideic. art. 50. sub num. 68. vers. quamobrem* vbi quod hæc opinio est æqua *Pelacz. de maior. par. 4. quæst. 32. num. 10. vsque ad 15.* vbi signanter *num. 13.* ait quod est communior opinio, *Guttier. prat. quæst. lib. 5. cap. 68. sub num. 17. vers. et*
15 *ita,* vbi quod hæc opinio contra † *Couarr.* est communior, & magis æqua, *Molin. de contract. disput. 456. sub num. 6.* vbi id in foro conscientiæ
16 admittit † ante latam sententiam post latam vero standum esse sententiæ latæ ait in vtroqe foro *Marescot. variar. resol. lib. 2. cap. 112. numer. 54. Caualcan. decis. 28. in addit. num. 8. part. 1. Gamma decis. 230. sub num. 3. vers. ego itaque,* vbi quod hanc opinionem Senatus crebrioribus sententiis approbauit, licet nonnulli ex nouioribus colleghis aliud teneant moti per ea quæ *Couarr. ingeniosè tradit & decis. 364. sub num. 2. vers. sed hæc,* vbi quod dictorum Collegarum opinio, nec stylo senatus conuenit, nec iuri consentanea est *Vincen. de Franch. decis. 705. per tot. Surd. decis. 282. sub num. 29. & n. 30.* cum aliis allegatis *à Modern. Panorm. var. resol. lib. 1. resol. 14. num. 76. Hier. Leo decis. Valent. 98. num. 11. & seqq. remisiue libr. 1. & decis. 153. nu. 1. & seqq.* vbi hoc limitat, quando facta compensatione cum fructibus ante motam litem perceptis meliorans esset de melioramentis satisfactus *lib. 2.* eamdem sententiam amplexa
17 fuit † *Rot. penes Put. dec. 275. n. 1.* vbi supponitur litem fuisse motam contra possessorem, eique declaratum per sententiam competere retentionem propter melioramenta, & nihilominus deciditur quod si propter melioramenta pensio domus esset aucta, illud augumentum non teneretur possessor restituere donec melioramenta essent soluta, cum procederet ex
18 re sua *libr. 3. in corr.* quam decisionem † iuxta sensum supracitatæ *decis. Afflict. 87.* secuta pariter fuit *Rot. inter impresi. par. 2. diuers. 112. num. 1. & inter recent. decis. 435. num. 15. part. 1. decis. 130. nu. 17. par. 7.*

Faciliùs verò eadem opinio recipienda videtur in casu nostro, quo faber murarius pro laborerijs à se factis in domo illius portionẽ sibi adiudicari à Iudice obtinuit Summ. Magalotti num. 14. & sic ad ipsum tanquam effectum verum dominum proprietatis, &
19 fundi † pensiones domus proportionabiliter spectant *l. fructus l. ex diuerso ff. rei vendic. Surd. cons. 128. num. 5. Rot. decis. 451. sub num. 4. part. 1.*
20 *recentior.* eodemque iure spectare † debent ad Magalottum successorem, & fabrimurarij cessionarium, *Rot. decis. 435. sub nu. 15. vers. et consequenter par. 1. recent.* qui quoque soluen-
21 do quod † ex domo debebatur fabro murario domum ipsam vtiliter meliorasse videtur, *Peregr. de fideic. art. 50. num. 25. & 50. Boer. dec. 44. num. 9.* alijque relati *à Moder. Panorm. resol. 44. numer. 5.*

Ex his partitis à Domino Magalotto prætensis. Primum Domini admiserunt, quia solutio illorum scut. 250. probatur confessione Ricciardę creditricis educta ex eo quod cum Lancellotto renouauit societatem officij in summa scut. 250. pro residuo scut. 500.
22 Et licet ista confessio probare non soleat † veram solutionem ad effectum repetendi à debitore quia referri potest siue ad gratuitam remissionem, quam creditor fecerat, aliamq; causam, ob quam absque pecuniæ numeratione

tione

tione se pro satisfacto vocauerat, siue ad realem numerationem factam ab alio, quam illo cum quo confessio emanauit *Feder. de sen. consil. 54. per tot. & prater alleg. in vltima decisione §. in creditum* in terminis similis confessionis emanatæ ad fauorem principalis debitoris, qui totum soluere tenebatur, & prætendebat ab alio confessatum repetere, fuit decisum *in Panormitana Pensionis 1. Decembris 1642. §. 1. & seqq. coram Reuerendissimo D. meo Decano*, ibidem
23 tamē *in §. non obstat*, id limitatur quando † pro repetente concurrunt adminicula cum tunc ex confessione probetur actus verus solutionis ad omnem effectum *Grat. discept. 426. n. 18. Seraph. decis. 1443. num. 1. Rot. decis. 177. n. 6. par. 2 diuers.* Qui est casus noster, quia creditrix erat
24 mulier extranea, † quæ gratiosè summam scutorum 250. remittere voluisse non præsumitur, certumque est nullam adfuisse aliam causam satisfactionis, nec debitum ab alio solui potuit quam à Lancellotto, cùm Testator eo nō soluto decessisset, & hæreditas multo ęre alieno grauata esset; solumque existerent pupilli hæredes penitùs inhabiles ad soluendum, & quod plus est mortuo Testatore ab ipsis pupillis hæredibus, seù eorum matre hanc domum emendo Lancellottus integrā societatem officij scut. 500. accollauerat, & estinguere promiserat, quod demonstrat hæredes non alitèr potuisse, aut voluisse soluere de proprio, nec antea ab alio fuisse solutam; præsumiq; facit omnibus simul iunctis confessionem emanasse ex causa veræ numeratio-
25 nis factæ † ab ipso Lancellotto, qui de proprio numerare promiserat *ad text. in l. fin. Cod. alim. pupill. præstan. Menoch. præsump. 11. num. 1. & seqq. lib. 6. Surd. de alimen. tit. 6. qu. 23. num. 11. Rot. coram san mem. Greg. XV. decis. 250. nu. 7. & par. 7 recent. dec. 253. num. 3.*

Admiserunt paritèr alteram partitam fructuum census decursorum ante illius extinctionem, ac domus venditionem, quorum summa non excedit scut. 168. circitèr, si calculentur, vt debet à die 23. Septembris 1622 vsque ad diem 10. Decembris 1626. qua secuta fuit extinctio. Non ita senserunt Domini de fructibus Census decursis à die motę litis. Quod enim dicitur reuiuiscere Cen-
26 sum † euicto fundo censuali è manibus Censuarij, qui illum titulo dominij comparauerat locū habet quando extinctio Census pro-
27 cesserat, † vel ministerio legis per solam confusionem dominij, & hypothecæ, quia scilicet dominium fundi quocunque titulo habili ad Censuarium peruenerat, vel facto hominis per dationem in solutum ipsius fundi cēsualis pro sorte principali Census, quibus casibus militat ratio temporalis extinctionis donec dominium reuocetur, quia ab ipso dominio fundi formalitèr, & immediatè pendet extinctio, quam rationem in eisdem terminis afferunt *decis. 300. & 530. apud Cinc. de censib. in obiecto allegatæ.*

In casu autem nostro neutro ex dictis modis fuit Census extinctus, sed Censuarius titulo puræ, ac simplicis emptionis fundum censualem emit pro certo prætio, quod soluere promisit; deinde in computum prætij à se soluendi accollauit diuersa debita venditoris, eiusdemque prætij partem compensauit, & sibi retinuit in extinctionem Census: Extinctio itaque nullam habuit formalem dependentiam ab acquisitione dominij, & fundi ex qua solùm resultauit venditori cōmoditas extinguendi censum cum pecunijs retractis ex præcio fundi, & sicuti si totum præcium fuisset venditori ab emptore exbursatum, & statim venditor ipsi emptori, ac simul Censuario illius ratam in extinctionem Census numerasset, extinctio dubio procul esset irreuocabilis, nec desineret per euictionem fundi eo quod venditio fundi, & extinctio census essent actus distincti habentes singuli peculiarem causam; eundem parit effectum compensatio ratæ prætij cum sorte cen-
28 sus, † quia includit actum præcedentis exbursationis pecuniarum ex parte emptoris pro pretio rei emptæ, & subsequentis numerationis ex parte venditoris pro extinctione Census *ad Text. in l. si debitor ff. qui pot. in pig. habean. Afflict. decis. 121. num. 4. Surd. decis. 191. nu. 1.* & in terminis extinctionis Census *Molin. de iust. & iur. disput. 394. num. 7. Rot. decis. 354. num. 2. & seqq. par. 5. decis. 148. num. 1. & seqq. par. 6. recen*

Nec vrget, quod in eodem Instrumento venditio fundi, & extinctio Census in pecunia numerata, vel compensata contineantur,
29 quia possunt diuersi contractus † inuicem independentes vnico Instrumento, & sub eadem clausula actum contineri *l. scire debemus 29. ff. verb. oblig. l. cum eiusdem ff. edilit. edict. Alb. cons. 45. per tot. Dec. cons. 421. num. 2. vers. sed in tali conclusione Surd. cons. 101. numer. 38. Cothman. con-*
30 *sil. 28. nu. 18.* qui addit contractus † in eodem Instrumento contentos non esse confundendos, sed separatim recipiendos *Rota in Romana Cambij, seù Pecuniaria 22. Iunij 1639. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, in qua dictum fuit posse in eodē Instrumento contineri contractum Cambij, & pecuniarum ad Cambium acceptarum successiuum mutuum, esseque diuersas vtriusque contractus obligationes, *& in Romana, seù Veliterna Restitutionis in integrum 17. Decembris 1646. coram Me*, in quibus decisionibus ad obiectū correspectiuitatis edu-
31 ci solitum ex actuum contextualitate † respondetur non intrare, quando actus contextuales sunt diuersæ naturæ, & vnus non venit ad determinationem alterius, habentque singuli peculiarem causam, prout habent nostri, nempè solutio prætij causam venditionis, compensatio causam extinctionis Census: adeo quod dici ad summum possit, quod
32 vnus contractus † dederit occasionem alteri, quod tamen non sufficit, vt correspectiui dicantur *Anchar. in cap. accessorium sub nu. 16. vers. præterea isti duo actus Pacian. de prob. lib. 1. cap. 28. in addit. litt. F. Rota in Eugubina erroris calculi 26. Aprilis 1641. coram Reuerendissimo Salamantino & in dicta Romana, seù Veliterna Restitutionis in integrum §. in hac in fin. coram me.*

Cùm ergò Census fuerit ab initio per actū

retro-

retrosimilem æquipollentem numerationi pecuniarum irreuocabiliter extinctus reser-
33 uatio iurium† anterioritatis Census exaduerso ponderata operari solùm potest quoad sortem principalem,& fructus ante extinctionem decursos, quod scilicèt pro illis emptor in casu euictionis redire valeat ad primeua iura, vt in terminis respondit *Rota in Romana Anterioritatis 4. Febr. 1608. coram bo. me. Iusto, & in Romana Census 20. Februarij 1612. coram Sanctiss. D. N. Innocentio X. impress. apud Cinc. de censib. decis. 290. & decis. 411. sub numer. 2. & seqq.* vel etiam ad effectum excipiendi con-
34 tra † posteriores creditores, qui suas hypothecas in fundi possessorem dirigerent, vt in simili *Rot. decis. 135. num. 19. & num. 24. par. 6. rec. repetita apud Cinc. de censib. decis. 559. nu. 20. & 27.*

Quo tertiò ad fructus melioramentorum
35 post litem contestatam † fieri meliorantis, absque onere imputandi in expensas negant infrà allegandi, quia per litis contestationem meliorans euenit malæ fidei possessor, nec illos acquirere potuit ratione dominij melioramentorum, cum ea vti facta in re aliena statim cesserint Domino soli *§. si quis in aliena inst. de rer. diuis. l. adeo ff. acq. rer. domin.* & consequentèr hi fructus ex aliena re percipiantur non secus ac hi, qui ex re propria pecunia, sed nomine alieno empta capiuntur, qui tamen compensantur *sic gloss. in l. cæterum verb. potuerunt vers. quid si percipisset ff. rei vindic.* vbi dicit meliorantem teneri restituere fructus ex
36 meliorationibus† perceptos, non autem quos percipere potuisset *Ang. in l. emptor ante num. 1. vers. dic quia, & vers. sequitur ff. eod. Couarr. variar. resol. lib. 1. cap. 8. num. 4. vers. percepti,* vbi paritèr distinguit inter perceptos, & qui percipi potuerunt, & ab his tantùm malæ fidei possessorem excusat, eumque sequitur *add. ad Roman. sing. 337. in fin. Peregr. sibi contrarius de fideic. art. 50 num. 67. vers. in mala fidei,* vbi quod contraria opinio in bonæ fidei possessore est vera, & multum equa, secus in malæ fidei *Menoch. de recup. remed. 15. num. 610. in fin. vers. verum,* vbi ait quod rectiùs adnotauit *Couarr. loco alleg. & num. 611. Negus. de pignor. 4. memb. 5. par. num. 20. vers. & licet, & vers. stante mora,* vbi hoc limitat,
37 si Dominus interpellatus † ad restituendum prætium melioramentorum fuisset in mora restituendi *Caldas. de empt. & vendit. cap. 27. n. 69* vbi quod meliorans licet non teneatur eum
38 sumptibus† compensare fructus ex melioramentis percipiendos, tenetur tamen perceptos, quodque non vrget damni consideratio ob perditam industriam, & sumptus factos in meliorando, quia illud damnum cum fructibus compensatur *Ant. Faber. in C. lib. 7. tit. 18 diffin. 19. in corpore in fine, & nu. 11. in fin. Hieron. Gabr. cons. 151. sub nu. 9. vers. tamen puto, vbi damnat glossam autricem contrariæ opinionis,* eamque
39 ait substineri non posse, cum fructus† huiusmodi acquiri non valeant melioranti, aut iure dominij, quia dominium cessit Domino Soli, aut æquitati *l. curabit,* quia meliorans nusquam fuit Dominus melioramentorum, subditque solùm propter moram restituendi sumptus peti posse non fructus, sed interesse quatenùs illud probetur *lib. 1. Bero. consil. 79. num. 62. lib. 2. Barbos. in l. diuortio §. fin. nu. 49. vers. sed his, & pluribus num. seqq.* vbi respondet omomnibus contrarijs, & *allegat concord. Capic. decis. 93. num. 12. circa fin. vers. & essent Gabriel. Pereira decis. Portugallia 47. sub num. 7.* vbi ponderat impossibile esse, quod meliorans sit Do-
40 minus † melioramentorum ne in eadem re
41 duo sint Domini; implicat enim† quod fundus sit alienus, & pars illius sit alterius Domini, & nu. 8. Decisiones autem Rotæ allegatæ pro affirmatiua licet allegent *decis. Afflict.* loqui videntur de possessore bonæ fidei, qui propter bonam fidem facit suos fructus meliorationum.

Verùm vtriusque opinionis trutina in casu præsenti necessaria non est, quia nos versamur extrà terminos quæstionis, ea namque à Doctoribus discutitur in casu, quoquis nomine proprio in re aliena melioramenta fecerit, tunc enim intrat dubitatio, an ille sibi quæsiuerit melioramentorum dominium, propter quod non obstante mala fide superueniente fructus suos facere potuerit. Hic verò melioramenta fieri fecit ipse Dominus fundi author Serlori, & conuenit cum Fabro murario de certa mercede, & præcio soluendo: adeo quod Faber murarius, seù eius successor qui hodie fructus prætendit, quia meliorauit non suo nomine, sed Domini fundi,
42 non † sibi meliorationum dominium voluit seù potuit acquirere, sed Domino fundi *l. qui aliena pecunia l. nihil probibetur Cod. si quis alt. vel sibi Rot. decis. 262. num. 1. & 7. dec. 425. nu. 1. par. 1. recent. & inter impress. apud Cinc. de censib. dec. 165. & 166. per tot.* manetque Fabro murario simplex creditum pecuniarum mercedis, ac præ-
43 cij cementorum, †cuius intuitu fructus meliorationum percipere non valet, sed ad summum probatis requisitis *Castr. in l. 3. ff. eo quod cert. loc.* petere interesse, seù lucri cessantis, seù damni emergentis, vt benè ad propositum aduertit *Ang. in l. emptor in princ. vers. hic tantum ff. rei vindic. Maresc. var. resol. lib. 2. cap. 12. num. 57. facit text. in Can. eiciens 88. distinct. Alex. cons. 21. num. 8. lib. 4. Decian. cons. 2. num. 22. lib. 1. Cinc. de cens. qu. 34. num. 21.*

Vrget tamen, quod Faber murarius in conuentionibus initis cum Domino fundi reseruauit sibi nominatim dominium melioramentorum vsque ad integram satisfactionem præcij, ibi, *cum conditione, quod dicto Magistro Io. Maria intelligatur reseruatum dominium super laborerijs donec de prætio fuerit integrè satisfactus,* vt in Summario præteritæ positionis pro Magalotto *num. 3. in fin.* Item supramemorata deliberatio iudicialis, seù veriùs datio in solutum partis nostræ domus facta à Iudice Fabro murario de anno 1634. pro credito meliorationum. Quapropter cum negari non possit quin Faber murarius meliorationum Dominus sit, tum ex conuentione cum ipso Domino fundi, tùm ex facto Iudicis ritè, ac rectè procedentis cessat omnis amaritudo, & ratione dominij fructus acquirit

rit ex supra allegatis. Quota autem fructuũ pars ei debeatur ratione melioramentorum eget liquidatione probando, vel quanti sint fructus pars data in solutum, vel quanti hoc
44 tempore melioramenta valeant † cum inspici debeat præsens valor rei de tempore restitutionis *Gomes. in l. Thaur. 46. num. 3. Morot. consil. 31. num. 13. & seqq. Ceph. cons. 188. num. 37. Molina Franc. & alij plures alleg. à Modern. Panorm. resol. 14. num. 64.*

Ex quibus aucta iuxtà prædicta summa scut. 676. qua soluta dandam esse immissionẽ in hanc domũ Carolo Adriano Serlorio decisum fuit sub die 17. Martij 1649. standum esse in decisis Domini censuerunt vtraque parte informante.

ROMANA SOCIETATIS LIGNORVM.

Veneris 28. Ianuarij 1650.

ARGVMENTVM.

Notarius tàm ex dispositione Iuris communis, quàm ex reformatione fa. me. Pauli V. tenetur ad custodiam scripturarum in actis productarum, & potest ad exhibitionem dictarum scripturarum etiam executiuè conueniri.

SVMMARIVM.

1 *In obligationibus facti, promissor condemnari non debet copulatiuè ad factum, & ad interesse, sed sufficit præstare interesse quando factum præstari non potest. Declara vt nu. 9. & seqq.*

2 *Notarius postquam scripturas in officio productas alicui ex litigantibus accomodauit, ad illarum exhibitionem iterum cogi non potest.*

3 *Venditor, si semel tradidit rem venditam, licet illa ad eius manus postea perueniat, non potest ab emptore conueniri actione exempto, sed agendum est reiuendicatione, vel publiciana, vel interdicto vti possidetis.*

4 *Reformatio fa. me. Pauli V.* sub rubric. de Not. Tribun. Vrbis §. 35. *precipit Notarijs custodiam scripturarum, ac etiam eis imponit vt infrà annum scripturas accomodatas recuperent, alioquin si pereant eorum sumptibus eas reficere teneantur.*

5 *Reformatio prædicta parit conditionem ex lege quæ de sui natura iudicium ordinarium exposcit.*
Notarius ad exhibitionem scripturarum vigore supradictæ reformationis non potest, nisi via ordinaria conueniri ibid.

6 *Notarius ad custodiam scripturarum tàm ex dispositione Iuris communis, quàm reformationis fa. m. Pauli V. tenetur ad custodiam scripturarum in eius actis productarum.*

7 *Verba, sententiæ, siue mandati interpretationẽ recipiunt à libello, & petitione actoris, & n. 9.*

8 *Citatio in executiuis succedit loco libelli.*

10 *Sententia, siuè decretum interpretationem passiuam recipit à iure communi.*

11 *Dictio, pro, quid importet?*

12 *Interpetratio qualibet admittenda est ad subsistendam sententiam.*

13 *Notarius, si scripturas in actis productas accomodauit præsumitur ei fuisse restitutas, dum ex interuallo iterum accomodauit vnam ex dictis scripturis, nàm ex restitutione vnius præsumitur restitutio aliarum.*
Præsertim quando non constat Notarium pro recuperatione scripturarum accomodatarum, vt tenebatur vllam adhibuisse diligentiam.

14 *Notarij ex inueterato stylo scripturas accomodatas describere solent in liberculo nuncupat,* accomodatorum, *reportata à commodatarijs quietantia, & ibidem adnotare illarum restitutionem.*

15 *Etsi Notarius dictum librum non exhibet intrat præsumptio contra ipsum, quod ibi adnotata fuerit restitutio scripturarum accomodatarum.*
Præsertim quando plures concurrunt præsumptiones, quæ simul iunctæ sufficiunt, vt Notarius cogi possit ad exhibitionem ibid.

16 *Notarius vt teneatur ad exhibitionem scripturarum sufficit, quod in eius actis fuerint producta, nam sibi imputet si negligens fuit ad illius custodiam.*

17 *Scripturas accomodatas, fuisse Notario restitutas probatur præsumptionibus, & coniecturis.*

18 *Notarius vt ad exhibitionem scripturarum in eius officio productarum non teneatur, quid probare debeat?*

19 *Obligatio Notarij de transportando scripturas non expirat, si illas ad cuius fauorem fuit facta obligatio accomodauit, nàm secuta illarum restitutione dicta prima obligatio reuiuiscit, & ex ea Notarius conueniri potest, & num. 20.*

21 *Notarius cum sit custos, ac depositarius scripturarum productarum potest pro illarum exhibitione executiuè conueniri.*

22 *Iudicium editionis, seù exhibitionis Summarium est.*

23 *Notarius potest etiã vigore reformationis Pauli V.* sub Rubr. de Notarijs §. 54. *executiuè, & manu Regia conueniri, si aliquid ex facto suo, vel suorum tenetur refundere restituere, aut partibus resarcire.*

DECISIO CCCCVII.

INIVSTITIAE duo argumenta obiecit Theulus mandato Rotali contra se relaxato à R. P. D. Ameo Meltio in vim obligationis Cameralis eiusdem Theuli de transportando libros in suo Notariatus officio productos. Primum percutit formam ipsius mandati concepti pro damnis, & interesse ad fa-
1 ctum, eo quod in obligationibus facti † prout est obligatio transportandi libros, promissor condemnari non debet copulatiuè ad factum, & ad interesse, sed sufficit præstare interesse quando factum præstari non potest *Morl. in emptor. par. 1. tit. 9. quæst. 7. nu. 3.* vt in his terminis *Buratt. dec. 808. num. 1. & seqq.*

Secundum educitur ex culpa, & mora ipsius Lercarij actoris in restituendo eosdem libros, quos ad eius manus post dictam obligationem Notarij peruenisse apparet, quia successiuè de anno 1637. illos commodauit Deside-

siderio Oddo,& ab ipso paulò post recuperauit, vt probat quietantia data in Summario Theuli num.6. nulla enim ratio poscit, vt Lercarius petat quod intus habet, & propriã culpam retorqueat in Notarium, qui post-
2 quam libros semel tradidit actori,†ad eorum exhibitionem iterum cogi non potest,vt alijs allegatis fuit decisum *in Marsicen. Iurisdictionis 1. Iulij 1641. coram Eminentiss. Domino Cardinali Hieronymo Verospio*. Negatur verò iterùm libros ad Notarium rediisse; cum imò Lercarius de anno 1638. citatus à Desiderio Oddo coram Eminentissimo Card. Signaturæ Iustitiæ Præfecto ad exhibendum libros nuncupatos Mastri signatos G. H. I. K. L. M. N. O. responderit de ordine eiusdem Signaturæ libros existere apud R.P.D. Fliscum dicto Summario num.9. & successiuis temporibus nempè de anno 1643. & 1646. traditos à partibus fuisse peritis ad calculandum electis demonstrent eorum relationes desuper compilatæ d. Summ.num.10. & 11.

Et in omnem euentum Notarius postquã semel libros tradidit Lercario esto quod illos rehabuisset non posset ampliùs executiuè cõdemnari; non quidem vigore suæ prioris obligationis,quia expirauit per dictam traditionem, nec postea reuiuixit sicuti in simili dicimus,quod si venditor semel tradidit rem
3 venditam † licet illa ad eius manus postea perueniat, non potest ab emptore conueniri actione ex empto, sed agendum est rei vindicatione,vel publiciana, vel interdicto vti possidetis, vt voluit *gloss.in l.si cum fundum §.fere verb.tradat, & verb.n.ultis ff. contrh.empn.& in l. Sacramenta puberum verb.custodiant C. si aduers. vendit. Ias.in §.actionum sub num.138.vers.quod si venditor inst.de act.* non etiam in vim reformationis san: mem: Pauli V. *sub rubr.de Notarijs*
4 *Tribun.Vrb.§.35.* præcipientis Notarijs†quod custodiant scripturas omnes, & alicui personæ accõmodatas infrà annum à die accommodationis recuperent, alioquin si deperditæ fuerint suis sumptibus reficere teneãtur,quia
5 ea constitutio † parit condictionem ex lege *l.1.ff.condict.ex lege, & ibi Bart.num.1. in fin. Ias. num.6. Bald.in rubr.C.eod.num.6. Olisan.de action. par.1.lib.3.cap.3.num.70.& seqq.* quæ de sui natura iudicium ordinarium exposcit ex allegatis à *Vela dissertat.14.sub num.6.Coler.de process. execut.par.1.cap.3.num.34.& 77.Modern.Baccens. de Iudic.tom.2.lib.1.tit.3.disput.14.sub num.14.*

Adhuc nihilominùs exequendũ esse mandatum Rotale Domini censuerunt, quia cla-
6 ra est obligatio Notarij, † idemq; tam ex reformatione supra citata fa.me.Pauli V.quam de iure cõmuni tenetur ad custodiam scripturarum in eius actis productarum *Abb.in cap. quoniam contra num.3.& 4.de probat.Rot.decis.97. num.1.& 4.decis.339.num.1.inter impress.post consil.Farin.decis.542.num.1.& 2.coram bo.me.Card. Caualer.*

Primo verò argumento satisfactum fuit in-
7 terpetrando formam,ac verba mandati†iuxtà libellum, & petitionem instantis, vt debet *Aym.cons.138.num.1.Cres.dec.6.num.2. de senten. & iudic.Seraph.decis.640.num.1.* Siquidem in
8 corpore citationis, quæ in executiuis † succedit loco libelli, vt notant *Doct. in clem. dispendiosam de iud.& in Clem.sepe de verb.sign. Asin. in praxi cap.3.n.38.& seqq.Cartar.decis.63.num.8* Lercarij petierunt relaxari mandatum ad factum sine præiudicio aliarum actionum, & pro damnis,& interesse quatenus factum non præstaretur, ibi, *alias videndum sine præiudicio aliarum actionum infrascriptis instantibus competentium, & pro damnis,& interesse contra ipsum decerni, & relaxari mandatum executiuum ad factum.* Sic itaque alternatiuè, aut demonstratiuè intelligenda sunt verba, *decreti*, de damnis, & interesse loquentia attento tenore citationis,
9 ac dispositionis iuris communis † à quo interpetrationem passiuam recipiunt *Bald. consil.898.sub numer.3.vers.praterea sicut lib.2. Aym. cons.515.num.2.Rot.dec.282.num.2.coram fa. me. Greg.XV.decis.66.num.3.* vbi quod verba, *sen-*
10 *tentia*, † intelligi debent, prout ius disponit *par.2.rec.& in Bononien.Dotis 19. Decemb.1644. §.penult.coram Me.* Siuè etiam causatiuè, vt scilicèt propter damna, & interesse quod instantes patiuntur ob non exhibitionem librorum Notarius censeatur condemnatus ad fa-
11 ctum ponderata dictione, *pro*, † ibi, *pro damnis, & interesse*, hunc sensum quandoque recipiente, vt per *Barbos.dict.287.numer.3.& 25.*
12 omnisque est admittenda interpetratio † ad substinendam sententiam *Aym.cons.52. num.2. Buratt.decis.316.nu.15.Rot.in recent.dec.65.n.10. par.7.*

Ad secundum benè respondent decisiones in priori instantia æditæ *coram R.P.D.meo Meltio die 31. Ianuarij, & 10. Iunij 1645.* videlicèt quod libros, qui de anno 1637. peruenerant ad manus Lercarij titulo commodati restitu-
13 tos postea fuisse Notario côuincitur†ex quo de anno 1641. alterum ex illis Notarius iterum commodauit Lercario, neque commodare potuisset, nisi rehabuisset, & sicuti exinde probatur restitutio dicti libri, ita,& aliorũ quos ex eadem causa Lercarius restituere, & Notarius recuperare tenebatur, vt in simili *add.ad Greg.XV.decis.557.num.9.* Concurrente præsertim quod ab eo tempore citrà Notarius nusquam alios libros à Lercario petijt, vt petere eo diligentiùs debuisset, quia non fuerant producti à Lercario, sed ab Oddo eius Aduersario, necnon quod ex inueterato
14 stylo † solent Notarij scripturas, quas commodant partibus describere in particulari liberculo nuncupato accõmodatorum reportata à commodatarijs quietantia, & ibidem adnotare restitutionem,quem liberculũ cum
15 Notarius non exhibeat † intrat præsumptio contra ipsum, quod ibi adnotata fuerit omnium librorum restitutio *Abb.in cap.accepimus sub num.5.vers.aut non potest de fid. instr. Parin.de test.qu.73.num.139.& seqq.Boer.dec.292.sub nu.9. Rota in Romana Becattiaria 9. Iunij 1645. coram Me*, & inuerisimile admodum est,quod Lercarius qui ob carentiam librorum caeet bonis subhastatis, & effectu decisionis fauorabilis obtentæ pro eorumdem bonorum recuperatione illos non ederet, nisi Notario restituisset. Quæ præsumptiones simul iunctæ viden-

tur satis ad condemnandum Notarium, vt
16 libros exhibeat; tùm quia ille ex officio† tenetur ad custodiam, ideoque sibi imputet, si negligens fuit in recuperando libros, & sufficit probare quod scripturæ fuerint semel in eius actis productæ, *ex allegatis in prima decisione coram R.P.D. meo Meltio §. quia obiectum, & in d. Romann Pecuniaria coram Me*, tùm quia intentio Lercarij non fundatur simplicitèr in existentia librorum penès Notarium, vt in casu *decisionis 199. num. 2. & 3. coram san. mem. Greg. XV.* sed in eius promissione per apocam priuatam de transportando libros coram Iudice appellationis; & quatenus Notarius excipit de impedimento prouenienti ex culpa Lercarij quippe qui ipsos libros sibi post dictam promissionem commodatos non restituit, replicat Lercarius de restitutione facta,
17 quæ sanè † coniecturis, & præsumptionibus plenè probatur *Bertazz. cons. ciuil. 118. nu. Rimin Iun. cons. 407. numer. 12. Menoch. præsumpt. 135. sub num. 22. lib. 3. Cinc. dict. qu. 87. sub num. 24. Surd. decis. 105. num. 10. Rota decis. 259. num. 2. par. 4. tom. 2 recent.*

Non obstant coniecturæ contrariæ supra ponderatæ, nàm citatio coram Eminentissimo Signaturæ Iustitiæ Præfecto emanauit de anno 1638. & excepto libro Magistro signato H. quem de anno 1641. Notarius commodauit Lercario, & hodie existit in actis Rotæ, nec non alio libro qui non apparet an sit signatus littera G. vel alia loquitur de alijs libris, de quibus hodie non agitur. Relationes autem peritorum mentionem non faciũt de libris controuersis, ac proinde imperfectæ visæ fuerunt Dominis, vt benè aduertit *secunda decisio coram R.P.D. meo Meltio §. fin.* debetq; Notarius plenè, & concludentèr probare
18 existentiam † penes peritos, aut amissionem librorum, vt ab eorum exhibitione liberetur *Rota decis. 339. num. 5. ibi, nisi plenè, & concludentèr inter impress. post cons. Farin. vbi allegantur concord. quibus additur Minadous decis. 40. nu. 3.*

Quo autem ad viam executiuam ponderatum fuit. Primò quod obligatio Cameralis Theuli de trasportando libros ad Rotam non
19 expirauit † ex quo deinde ex alia causa nempè commodati libros Lercario tradiderit, vt probat *text. in l. serui emptor 16. ff. peric. & commod. rei vend. ex quo alijs alleg. Moder. Lucan. consil. 39. num. 37.* desumit quod obligatio venditoris de rem venditam tradendo, non expirat quia rem venditam tradiderit emptori alio titulo
20 puta locationis, vnde restituto † commodato Notarius ex prima obligatione iterùm iuxtà illius formam exhibere tenetur, vt in proximis terminis *Castr. in l. cum vir sub nu. 8. vers. aut erat ff. de vsucap.* quem sequitur *Neguf. qu. 56. nu. 8.* Secundò quod Notarius cum sit scrip-
21 turarum productarum Custos, † ac depositarius executiuè pro illarum exhibitione conueniri potest, non secus ac quilibet alius depositarius *Alex. in l. ait prætor §. si Iudex num. 2. ff. re iudic. in l. si cum dotem §. eo autem num. 6. vers. secundo potest ff. sol. matr. Rol. cons. 17. num. 1. lib. 1. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 62. n. 11. Grat. discept. 667. num. 15. & discept. 728. per tot. Rot. in Romana Census, seù depositi 28. Iunij 1645. coram R.P.D. meo
22 Meltio.* Et regularitèr † iudicium editionis, seù exhibitionis Summarium est *l. 3. §. sciendũ & ibi gloss. verb. summatim l. thesaurus ff. ad exhiben. Asin. in praxi §. 3. cap. 31. nu. 18. & 19.* Tertiò
23 quod † etiam reformatio sa. me. Pauli V. *sub rubr. de Notarijs §. 54.* disponit quod quandocunque Notarij vigore ipsius reformationis ex facto suo, vel suorum tenentur aliquid refundere, restituere, aut partibus resarcire procedatur contra eos executiuè, & manu regia, vnde non est dubitandum quin competat via executiua cum super hoc habeamus casum decisum per legem Principis.

Et ita decisum vtraque &c.

MILITEN. PAROCHIALIS.

Lunæ 31. Ianuarij 1650.

ARGVMENTVM.

Impetrans beneficium ex capite homicidij tenetur coram Executore narratiuam concludentèr iustificare, nec sufficit sola productio sententiæ criminalis, quæ si lata apparet in contumaciam, ex ea non probatur delictum. Et quid si reus non comparuit intrà annum, an saltim probet priuationem? Sententia non dicitur lata in contumaciam, si contra reum non fuit transmissum monitorium. Infamia facti ad effectum nequis possit eligi, quando dicatur incursa? Infamia Iuris non resultat ex sententia lata in contumaciam, reo non legitimè vocato.

SVMMARIVM.

1 *Citatio est omninò necessaria attenta clausula, vocato, in litteris apostolicis adiecta.*
2 *Ablatiuus absolutus inducit conditionem, & formam, quæ ad vnguem adimpleri debet.*
3 *Citatio semper requiritur, quoties gratia tendit in præiudicium alterius.*
4 *Citatio per affixionem ad valuas non præcedente citatione personali non est attendenda.*
5 *Declara conclusionem non procedere, quando fuerunt factæ diligentiæ in loco soliti domicilij, & citatus postea cõparuit, tunc enim citatio substinetur.*
6 *Narratiua homicidij plenè, & concludentèr coram executore iustificanda est ab impetrante, cum sit fundamentum gratiæ.*
7 *Sententia condemnatoria ad triremes lata in contumaciam non probat delictum, præsertim quando successiuè fuit reuocata.*
8 *Processus criminalis calumniosè compilatus dicitur, si contra reum non fuit transmissum monitorium.*
9 *Iudex criminalis, reo non citato nedum ad sententiam, sed nec ad inquisitionem procedere potest, quando ad instantiam partis proceditur, quicquid dicendum esset, quando ex officio proceditur.*
10 *Sententia lata in contumaciam licet non probet delictum, reo tamen non comparente intra annum probat priuationem.*

11 *Amplia*

11 *Amplia procedere quamuis post annum, reus ex Principis rescripto admissus fuisset ad purgandam contumaciam, quia rescriptum non tollit Ius quæsitum ex annali mora in comparendo.*

12 *Item amplia moram nocere, etiamsi ex ipsâ lectura inquisitionis, & processus euidentèr constet de eius nullitate.*

13 *Sententia criminalis non potest dici lata in contumaciam, si contra reum non fuit transmissum monitorium.*

Contumacia sine præcedenti citatione, siuè monitorio non contrahitur ibid.

14 *Sententia reuocata habetur pro non sententia.*

15 *Iudicio criminali pendente propter infamiam facti non potest Ordinarius conferre accusato beneficia.*

16 *Limita non procedere, quando iudicium criminale fuit motum, ac instructum per calumniam, quo casu non releuat, ne aperiatur via impediendi consecutionem beneficiorum.*

17 *Denunciatus de aliquo delicto, ad hoc vt eligi nequeat ad aliquam dignitatem, seù officium, requiritur saltim semiplena probatio delicti.*

18 *Iudicium criminale nullatenus pendere dicitur contra reum nusquam monitum, nec citatum.*

19 *Infamia facti incursa dicitur ad effectum nequis possit eligi quando accusatio, vel delictum vociferetur apud personas honestas.*

20 *Infamia facti, vt incurratur, oportet opinionem criminis, quatenùs commissum esset manere apud personas graues, & plures, itaut non sufficiat minoris partis.*

21 *Infamia iuris ex sententia condemnatoria resultat.*

22 *Declara conclusionem non procedere, quando sententia fuit lata in contumaciam, & reo non legitimè vocato.*

23 *Infamia iuris resultans ex sententia deletur per sententiam reuocatoriam.*

DECISIO CCCCVIII.

CITATIONIS defectum obstare vlteriori executioni sententiæ latæ ab executore Apostolico, nec non eiusdem sententiæ iniustitiam apparet ex deductis in alia decisione sub die 28. Iunij proxime præteriti coram Me ędita, quæ hodie reuisa, & confirmata fuit.

1 Erat enim necessaria citatio Iosephi† quem ex capite homicidij incapacem esse huius Parochialis Ceraulus Aduersarius narrauit Papæ in litteris suæ prouisionis, tàm inspectis verbis litterarum Apostolicarum, ibi, *vocato dicto Iosepho*, quæ vti concepta per ablatiuum
2 absolutum † inducunt conditionem, & formam, eaque non impleta processus est nullus *Rota decis. 707. num. 2. in fin. par. 3. recent.* quam etiam attenta dispositione iuris cum regula-
3 ritèr † quoties gratia tendit in præiudicium intrinsecum alterius illius citatio coram executore requiratur, vt præter *alleg. in alia decisione* fuit dictũ *in Callien. Prioratus 5. Iulij 1649. §. penult. coram me*.

Citatio autem facta per affixionem ad val-
4 uas † nullius momenti est non præcedente citatione personali *clem. 2. de re iudic. Seraphin. decis. 1276. num. 4.* & gratis exaduerso dicitur

5 adhibitas prius fuisse diligentias † in loco soliti domicilij Iosephi, quo casu subsecuta præsertim comparitione citati substineri citationem, dixit *Rotr penes Comitulum dec 125. n. 2. & 3.*

Iniustitia paritèr euidens est, quia coram executore iustificata non fuit narratiua homi-
6 cidij plenè, & concludentèr vt debuit † cum sit fundamentum gratiæ, sed solùm exhibita
7 sententia condemnatoria † Iosephi ad triremes, quæ vti lata in contumaciam delictum non probat *ex alleg. in prima decisione §. at in casu quibus adduntur aliæ duæ relatæ à Farin. in prax. quæst. 11. post num. 92.* Eo minus quia eadem sententia ex capite nullitatis, & iniustitiæ reuocata nouissimè fuit ab A.C. & insupèr cõdemnatus accusator ad perpetuas triremes, ob calumniam accusationis, & falsitates commissas etiam simulando, quod contra Iosephum fuisset executum monitoriũ ad comparendum coram Iudice, qui ipsum vt supra in contumaciam ad triremes condemnauit,
8 vnde conuincitur† quod processus ille criminalis compilatus fuit calumniosè contra Io-
9 sephum sine eius citatione, sine qua † Iudex criminalis nedum ad sententiam, sed nec ad inquisitionem potuit procedere, quando vt hic ad instantiam partis procedebatur quicquid dicendum esset, si fuisset processum ex officio, vt distinguendo ex sententia *Aret.* tradit *Boss. in prax. tit. de inquisit. num. 72.* facit *Farin. cons. 111. num. 11. lib. 2.*

Nec obstat, quod licet sententia lata in cõ-
10 tumaciam non probet delictum,† reo tamen non comparente intrà annum probet priuationem, quæ sufficit, vt declarauit *Rot. in Romana Beneficiatus S. Petri 16. Iunij 1561. coram Oradino impress. post primum vol. cons. Farinac. decis. 3. n. 5.* & tradit *Lotther. de re benef. lib. 3. qu. 18. num. 168. iuncto num. 166.* vbi dixerat hoc pro-
11 cedere † quamuis post annum reus ex Principis rescripto admissus fuisset ad purgãdam contumaciam, quia rescriptum non tollit ius quæsitum ex annali mora in comparendo,
12 quam nocere† etiam quando ex ipsa lectura inquisitionis, & processus constat euidentèr de eius nullitate, tradit *Farinac. cons. 111. nu. 13 in fin. & num. 14. lib. 2.*

In casu namque nostro hæc non applicantur, quia nec versamur in terminis sententię latæ in contumaciam, cum in rei veritate nuper probata, nusquam cõtra Iosephum transmissum fuerit, & executum monitorium, &
13 alioquin † contumacia non contrahatur *l. contumacia 53. ff. re iudic. Seraph. dec. 972. num. 12. Rota dec. 254. num. 5. par. 6. recent.* neque solum Iosephus post annum comparuit, sed etiam obtinuit sententiã reuocatoriam primæ sen-
14 tentiæ cum omnibus inde secutis† quæ proinde habetur, ac si lata non fuisset, & in terminis *Rota in Romana Canonicatus S. Angeli 17. Maij 1567. coram Cott. impress. post Farin. in prax. qu. 11. sub num. 92. col. 2. in fin.* ibi, *& non constat de reuocatione illius Seraph. dec. 965. num. 9.* & magis in puncto *Rota apud Peniam dec. 24. n. 4.*

Tandem non obstat, quod sola pendentia

Iudicij criminalis propter infamiam saltem
15 facti. † quæ Iosepho irrogabat efficeret ne ei
Ordinarius posset hanc Parochialem confer-
re *cap. omnipotens. de accusat. cum alys alleg. à Garz.*
de benef. par. 7. cap. 8. num. 6. Nàm respondetur
primo, quod ad hunc effectum iudicium cri-
16 minale † per calumniam, vt in casu nostro
motum, ac instructum non releuat *Felin. in d.*
cap. omnipotens num. 3. vers. limita, nè alias aperia-
tur via cuilibet maleuolo impediondi perso-
nis honestis consecutionem beneficiorum, vt
benè *in d. cap. omnipotens* aduertit *August. Barbos.*
sub num. 2. vers. & limitatur, & conferunt tradi-
ta à *Nauarr. cons. 22. sub num. 6. de Hæretic.* vbi
17 quod ad impediendum nè criminalitèr † de-
nunciatus de aliquo delicto eligi possit ad di-
gnitatem, seù officium requiritur semiplena
probatio delicti sic etiam *Mirand. & aly relati à*
Modern. Parmensi in consil. regular. resol. 26. nu. 22.
& à Moder. Clusino de Canon. elect. disput. 5. contr.
prima num. 5. & 8.

Secundò quod dici non poterat pendere
18 iudicium † aliquod criminale contra Iose-
phum, qui vt supra dicebam nusquam fue-
rat monitus, aut citatus *l. libertus la 2. ff. in ius*
vocan. Boss. in tit. de foro compet. num. 203. Farinac.
cons. crimin. 208. sub num. 3. vers. nec. facit lib. 3. ni-
hilque refert, quod inter aliquas personas ca-
19 lumniæ participes, † aut saltèm non graues,
& honestas Iosephi accusatio, aut prætensum
crimen vociferaretur *Felin. in cap. testimonium*
num. 14. de testibus Garz. de benef. d. cap. 8. numer. 7.
& num. 12. & seqq. Barbos. de potest. Episc. alleg. 43.
num. 17. & in d. cap. Omnipotens sub num. 2. vers. quæ
incurritur Pater Layman. Theolog. mor. lib. 1. tract. 5
par. 5. cap. 4. sub num. 4. vers. secundo vt aliquis cum
alys allegatis à Moder. Matritensi qu. regular. tom. 1.
verb. infamia num. 9. vt enim incurratur infa-
20 mia facti † oportet opinionem criminis illam
quatenùs commissum esset irrogantis mane-
re apud personas graues, & plures; itaut non
sufficiat minoris partis, vt ex *text. in cap. inqui-*
sitionis §. quæsiuisti de accusat. docet ibi gloss. versic.
vltimo Innoc. num. 5. Abb. nu. 6. idem in cap. per ve-
stras num. 12. de cohabit. cleric. Sanch. respons. morale
tom. 2. lib. 6. cap. 3. dub. 4. num. 2. & 4. vbi allegan-
tur concord.

21 Quæ verò infamia iuris † ex sententia con-
demnatoria resultare solet *l. infamem ff. publ. iu-*
dic. non resultat quando, vt hic in contuma-
22 ciam, † seù verius reo non legittimè vocato
sententia lata fuit *Clar. in prax. crimin. lib. 5. §. fin.*
quæst. 72. col. 1. in fin. Pater Layman. d. tract. 5. part. 5.
cap. 4. sub num. 2. vers. requiritur autem Giurb. cons.
crimin. 65. num. 69. aliique relati à Moderno Mace-
ratensi de differ. inter. iud. ciuilia, & criminalia dif-
fer. 16. num. 3. vbi pluribus id comprobat, & qua-
23 tenus opus esset deleta fuisset † per senten-
tiam reuocatoriam nouissimè latam *Sanchez.*
respons. mor. tom. 2. lib. 6. cap. 3. dub. 6. n. 28. Barbos.
de potest. Episc. allegat. 43. num. 21.

Et ita decisum informante Iosepho diù ta-
men aduersario expectato, ac citato.

MEDIOLANEN. PRAEBENDAE.

Veneris 11. Februarij 1650.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac decisione de præbenda, cui est an-
nexum onus coadiuuandi Archipresbyterũ
Ecclesiæ Mediolani in administratione curæ,
ex decreto S. Caroli Borromei, quod ex ob-
seruantia subsecuta probatur effectuatum, &
vsu receptum, & obseruantiæ in contrarium
adductæ respondetur.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus ob populi numerositatem potest præben-*
dis canonicalibus annectere onus coadiuuandi Ar-
chipresbyterum in animarum cura, quando solus
non sufficit.
2 *Episcopus potest ex causa necessitatis beneficia sim-*
plicia in curata, & parochialia erigere.
3 *Existentia scripturæ in Archiuio probatur ex illius*
extractione facta à Notario.
4 *Effectuatio decreti ex quibus conuincatur, & nu-*
mer. 5.
Obligatio iuxtà formam alicuius decreti includit
omnia quæ in decreto continentur ibid. n. 5.
6 *Confessio de facto proprio plenè probat indistinctè*
præsertim quando est adminiculata.
7 *Curæ mentio facienda non est in prouisione beneficij,*
quando illi non incumbit in proprietate, sed tantũ
in exercitio.
8 *Status anterior beneficij probatus publicis instru-*
mentis potius attẽdi debet quam vltimus per abu-
sum introductus.
9 *Manualitatis qualitas non cadit in beneficijs haben-*
tibus curam in proprietate, secus in habentibus an-
nexionem curæ in exercitio.
10 *Onus coadiuuandi Rectorem incumbens Beneficiato*
non tribuit curam in substantia, nec facit benefi-
cium curatum.

DECISIO CCCCIX.

PRINCIPALITER hodie quæsitum fuit, an Præbenda, de qua agitur habeat annexum onus coadiuuandi Archipresbytero, & affirmatiuè Rota respondit; hanc enim Præbendam esse eamdem, quam de anno 1578. possidebat Cesar Landrianus constat, quia eo mortuo deuenit ad Ioannem Petrum de Lacu, & huic successit Cesar Sessa, per cuius obitum contigit vacatio, à qua lis ista occasionem sumpsit.

At Præbendæ olim possessæ, vt supra à Cesare Landriano onus coadiuuandi Archipresbytero in animarum Cura exercenda annexum fuisse à Gloriosissimę Mem: S. Carolo Boromeo tunc Archiepiscopo Mediolani, ob oculos ponunt verba apertissima decreti ad eo desuper æditi d. anno 1578. quæ sunt hæc, *Canonicatus, & Prebenda quam nunc obtinet Presbyter Cesar Landrianus, nec non Canonicatus, & Prebenda quam nunc obtinet R. D. Franciscus Bernardinus Cerminata &c. eriguntur, & ex nunc*

con-

constituantur in Canonicatus, & Præbendas coadiutorales Reuerendo Archipresbytero in cura animarum &c. itaut quilibet Canonicus qui fuerit de ipsis Canonicatibus, & Præbendis pro tempore prouisus semper habeat onus annexum coadiuuandi dicto Archipresbytero in dicto animarum munere exercendo. Nec dubitari potest quin ex iusta causa, nempè quia alius modus non aderat consulendi curæ animarum, cuius administrationi
1 ob Populi numerositatem † solus Archipresbyter non sufficiebat, potuerit Archiepiscopus Præbendis, quamuis in sui erectione à curæ exercitio immunibus onus huiusmodi annectere, cum imò possit ex causa necessitatis
2 beneficia † etiam simplicia in Curata, & Parochialia erigere *Rebuff. in prax. benefic. par. 1. tit. de erect. in Curat. & Paroch. num. 1. & seqq. Azzor. inst. moral par. 2. lib. 5. cap. 30. q. 25. & lib. 6. cap. 30. quæst. 3. & 4. Garz. de benef. par. 12. cap. 5. numer. 2. Barbos. de potest. Episc. alleg. 68. num. 9. & 10.*

Prout dubitari non potest de præfati de-
3 creti, aut existentia † quam Instrumentum ex documentis publicis existentibus in Archiuio Cancellariæ Archiepiscopalis Mediolani à Moderno Cancellario extractum probat *Bart. in l. si quis ex argentarijs §. cogentur nu. 3. ff. eden. Dec. in auth. si quis in aliquo num. 26. eod. tit. Couarr. pratic. quæst. cap. 21. num. 3. vers. hoc ipsum Caputaq. decis. 246. num. 3. par. 2. Rot. decis. 271. n. 5. par. 1. recent.*

Aut effectuatione cum Io. Petrus de Lacu immediatus antecessor vltimi possessoris huius præbendæ de anno 1587. per publicum Instrumentum promiserit coadiuuare Archipresbytero iuxtà formam, & tenorem præfati decreti S. Caroli in eodem Instrumento ad
4 verbum registrati, exinde enim † decreti effectuatio conuincitur, vt vltrà *alleg. in alia decisione super sequestro sub die 1. Martij 1649.* dixit *Rot. penes Verall. decis. 158. par. 2. penes Vrgellen. decis. 23. num. 4. inter recent. decis. 573. num. 4. par. 2. & in Barchinonen. Iurisdictionis 8. Aprilis 1647. coram me*, nec refert quod ibi Io. Petrus dixerit velle suscipere onus annexum Canonicatui; vnde exaduerso informantes inferunt obligationem non cõprehendere Præbendam controuersam, & per consequens respectu Præbendæ non constare de effectuatione decreti.
6 Quia cum obligatio huiusmodi † emanauerit cum integra insertione decreti, & in illius executionem de Canonicatu, & Præbenda loquentis, vtrumque includit non secus, ac ipsum decretum *Surd. decis. 212. nu. 14. Randen. decis. Pisana 4. num. 81. Mastrill. decis. 126. num. 18. Rot. decis. 114. num. 4. par. 1. recent. & in Bononien. Legati de Marescottis 22. Martij 1627. coram bon. mem. Merlino.* Vt ex abbundanti declarauit etiam obseruantia probata ex nuperrima cõfessione eiusdem Io. Petri asserentis se dum hanc Præbendam possidebat coadiuuasse Archipresbytero pro executione suæ obligationis, & oneris iniuncti à S. Carolo illi Præ-
6 bendæ; cui confessioni de facto proprio † confitentis, & adminiculatæ decreto, & obligatione præfatis adhibenda fides contra quoscunque *Cin. in auth. hoc ius porrectum num. 3. Cod. Sacras. Eccles. Tiraquell. in l. si vnquam verb. donatione largitus num. 100. & seqq. C. reuoc. donat. Surd. cons. 290. num. 46. & decis. 325. sub num. 6.*

Nec vrget, quod Iacobus de Pellibus antea de hac Præbenda prouisus similem obligationem non fecerit, & decreto non paruerit, quia ille nusquam cœpit possessionem Præbendæ, vt legitur in supracitato Instrumento obligationis Io. Petri de Lacu. Minus vrget quod idem Io. Petrus de Lacu de anno 1618. Canonicatum, & Præbendam ressignauerit liberè ad fauorem Iulij Cesaris Sesse absque aliqua mentione oneris coadiuuandi Archipresbytero, quia exinde inferri non potest ad non effectuationem decreti per supradicta plenè probatam: præsertim cum oneris à decreto iniuncti, quia non respicit ipsam curam in proprietate soli Archipresbytero incum-
7 bentem, sed illius exercitium, & est accessoriè annexum mentio fieri non debuit in dicta ressignatione, & successiua prouisione ressignatarij *Garz. de benef. par. 5. cap. 3. n. 122. & 123. Menoch. de arbitr. cas. 201. num. 67. add. ad san. mem. Greg. XV. dec. 450. num. 10.* Atque hinc d. prouisio Sesse vltimum statum Coadiutoriæ cõtrarium non constituit; præter quod inhæ-
8 rendum potius esset † anteriori statui coadiutorali publicis Instrumentis, vt supra probato *Rota decis. 735. num. 2. par. 3. recent.* & vltimus tanquam per abusum introductus reiciendus vt in proximis terminis respondit *Rot. dec. 368 num. 5. par. 2. recent. & in Geruuden. Prioratus 14. Iunij 1645. coram Me.*

Tandem decreti Sancti Caroli effectuationem non excludit aliud decretum editum de anno 1621. à Cardinali Federico Boromeo successore in Archiepiscopatu, quia imò ibi illud Sancti Caroli recensetur, & quatenus subditur quod Cardinalis Federicus suppressit tot Canonicatus, & assignauit Archipresbytero cum onere manutenendi perpetuo duos coadiutores ad sui nutum amouibiles referendum hoc est ad alios Canonicatus præter illos à Sancto Carolo coadiutorales perpetuo effectos, & in omnem euẽtum licet qua-
9 litas nutualitatis, † & manualitatis repugnet annexioni curæ in proprietate *Rebuff. in prax. lib. 2. tit. de non promot. intr. ann. nu. 66. Petrus Erriq. cons. 69. num. 3.* non tamen repugnat annexioni in exercitio, & ministerio coadiuuandi Archipresbytero, de qua solùm hodie agitur,
10 quæque non tribuit † curam in substantia nec facit beneficium esse Curatum, vt fuit decisum *in Barchinonen. Beneficij 17. Februarij 1634. coram Reuerendiss. Vrgellen. inter eius impress. dec. 433. num. 11.*

Et ita &c. vtraque parte informante.

CONCHEN. PENSIONIS.

Lunæ 14. Februarij 1650.

ARGVMENTVM.

Pensionarius in petitorio tenetur iustificare valorem narratum, secus verò in possessorio, & redditur in decisione ratio diuersitatis. Reseruatio pensionis ob falsam narratiuam valoris corruit, præsertim quando pensionarius bene sciebat beneficij valorem, & quamuis narratiua fuerit facta à Procuratore; nihilominus si pensionarius sciuit, & non contradixit censetur eam ratificasse. Pensio super fructibus beneficij quod Pater possidet reseruari nequit ad fauorem filij naturalis iuxtà dispositionem Sacri Concilij Tridentini, & ex quibus coniecturis huiusmodi reseruatio simulata arguatur?

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius in petitorio tenetur iustificare valorē narratum per ascensum tanquam fundamentum suæ intentionis.*

2 *Amplia præsertim quando agitur de pensione reseruata beneficio pleno.*

3 *Pensionarius in iudicio possessorio non tenetur verificare valorem narratum, cum ei sufficiat docere de quasi possessione exigendi, sed onus probandi falsitatem valoris incumbit titulari, secus verò quando agitur petitorio tunc valor probandus est à pensionario, & redditur num. 4.*

5 *Falsa narratiua quæ non mouit concedentem, & dolosa non est gratiam non irritat.*

Declara hoc procedere quando non tendit in præiudicium tertii, aliàs secus, & ponitur exemplum sub num. 14.

6 *Papa solet beneficia grauare pensione quoties pro titulari remanent duæ tertiæ partes fructuum.*

7 *Mala valoris expressio facta à pensionario excusatur quoties remanent duæ tertiæ partes fructuum pro titulari.*

Debet tamen hoc probari deductis oneribus nu. 11.

Item excusatur si pensionarius tempore expressionis erat puer teneræ ætatis, & agitur contra titularem qui consensit pro reductione pensionis, & num. 12.

8 *Mala valoris expressio excusat, quando prouenit ab errore procuratoris.*

9 *Rota tamen non facilè admittit istam excusationem propter fraudes, quæ alias fieri possent impetrando per medium procuratoris.*

10 *Declara principalem conclusionem procedere, quando error versatur circa ea, quæ Papam ad concedendum difficiliorem reddere potuissent, vel non conuincitur ex publicis instrumentis mandati procuræ dati à principali.*

13 Rota decis. 536. tom. 3. rec. *in quibus terminis loquatur?*

15 *Reseruatio pensionis est gratia præiudicialis tertio.*

Papa quando agitur de gratia præiudiciali tertio procedit cum magna circumspectione ibid.

16 *Falsa expressio valoris inducit suspicionem in impetrante, qui benè sciebat valorem beneficij, quod nisi falso expressisset Papa non concessisset.*

17 *Gratia quādo tendit in præiudicium tertij tunc præsumitur Papam non concessurum, vel difficilius, si narrata sunt falsa.*

18 *Litteræ Apostolicæ non discordantes à supplicatione, sed tantum à mandato procuræ non corriguntur.*

19 *Gratia à procuratore obtenta censetur à principali ratificata, si illam in iudicio exhibuit pro obtinenda illius exequutione.*

20 *Quamuis non constet de mandato Procuratoris, nam ex vsu inducta dicitur ratificatio æquipollens speciali mandato.*

Ratificatio æquiparatur mandato speciali ibid.

21 *Supplicatio porrecta à Procuratore præsumitur ratificata à principali, si dicta supplicatione vsus fuit.*

22 *Et idem est in pensione expedita à procuratore.*

23 *Falsa narratiua procuratoris apta vitiare gratiam nocet principali propter illius vsum, quamuis alias non noceret, si nullatenus mouere potuisset Principem ad concedendum, ac tertio non præiudicaret.*

24 *Pensio reseruari nequit ad fauorem filij naturalis super fructibus beneficij, quod Pater possidet iuxtà dispositionem Sac. Conc. Trid. & num. 33.*

25 *Pensio quod fuerit simulatè reseruata ex quibus præsumptionibus, & coniecturis arguatur? & nu. 27. 30. & 31.*

26 *Simulatio quia occultè committitur coniecturis probatur.*

28 *Correspectiuitas non inducitur, vbi causarum diuersitas concurrit.*

29 *Et ex quibus identitas causæ, ac correspectiuitas colligatur?*

32 *Fraus in reseruatione pensionis, quod interuenerit ex quibus desumatur? & num. 34.*

DECISIO CCCCX.

RATIONES ipsæ, quæ iuxtà decisiones in priori instantia coram R. P. D. meo Corrado æditas sub die 13. Ian. 1648. & 21. Maij 1649. sententiæ Rotalis ab eodem Domino meo Corrado super nullitate pensionis latæ iustitiam demonstrant, mouerunt hodie Dominos, vt eandem sententiam confirmandam esse responderent; nempè defectus iustificationis valoris à Manzilla pensionario narrati, & simulatio in fraudem decreti *Sacri Conc. Trid. sess. 25. de reformat. cap. 5.*

Debuit namque pensionarius in hoc iudi-
1 cio petitorio † iustificare valorem ducat. 500. auri de Camera à se narratū Papæ per ascensum, cum huiusmodi narratiua dicatur causa, & fundamentum gratiæ, vt in puncto præter allegatos *in decisionibus R. P. D. mei Corradi* tradit *Lother. de re benef. lib. 1. qu. 43. num. 1. & seqq.* vbi hoc ampliat, quando vt in casu nostro
2 agitur † de pensione reseruata beneficio pleno *Rot. decis. 526. num. 1. par. 3. decis. 287. numer. 9. par. 5. recent. & in Placentina Pensionis 25. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Cerro*, vbi sequendo distinctionem semper in hoc Sacro Tribunali receptam dicitur, quod aut agitur in iudi-
3 cio possessorio, † & onus probandi falsitatem valo-

valoris narrati incumbit titulari, quia est de eius exceptione cum pensionario sufficiat docere de quasi possessione exigendi, aut agitur petitorio, & valor probandus est à pensionario, quia cum titularis habeat intentionem
4 fundatam † in dispositione iuris, quod beneficia sine diminutione conferantur, innitatur opus est pensionarius litteris Apostolicis reseruationis pensionis, & quidem validis, quales non sunt nisi iustificentur in valore narrato, vbi vt hic agitur contra successorem in beneficio, qui reseruationi pensionis non cõsensit.

At pensionarius non iustificauit solumque apparet de valore in scutis 500. monetæ Castellæ, nec excusatur siuè quia falsa narratiua,
5 quæ † non mouit concedentem, & dolosa non est, gratiam non vitiat *cap. super litteris de rescript.* cuius dispositionem ad rescripta gratiosa extendit *Innoc. in cap. postulasti num. 1. eod. tit. Lap. allegat. 89. num. 6. alijque relati in decis. 288 num. 1. post conf. Farin. decis. 536. nu. 4. par. 4. tom. 3. recent.* concedentem verò non magis mouit narratiua valoris in 500. ducatis Cameræ, quam mouisset in totidem monetæ Castellæ
6 cum semper remaneant pro titulari † duæ tertiæ partes fructuum, quibus saluis Papa solet beneficia grauare pensione, vt per *Gigan. de pens. quæst. 9. sub num. 1. & 2. & sub numer. 5. in fin. Rota in Romana Pensionis 25. May 1646. §. vnde huiusmodi coram Me*, & magis in terminis ad effectum excusandi malam expressionem va-
7 loris fuit ponderatum in *d. decis. 536. sub nu. 5. vers. alia enim, & num. 0. par. 4. tom. 3. recent.*
8 Siuè quia mala expressio † prouenit ab errore Procuratoris, ac expeditoris, vt constat quia in mandato procuræ dato à principali valor expositus fuit in 500. ducatis monetæ Castellæ, quod excludit dolum principalis,
9 & licet Rota non facilè admittat † istam excusationem propter fraudes, quæ alias fieri possent impetrando per medium Procuratoris, vt refert *Cresc. decis. 10. de praben.* hoc pro-
10 cedere quando error † versatur circa ea, quæ Papam ad concedendum difficiliorem reddere potuissent, vel non conuincitur ex publicis Instrumentis mandati procuræ dati à principale declarauit *Rota inter impress. post cons. Farin. decis. 270. sub num. 4. vers. censuerunt Domini, & dicta decis. 288. sub num. 11. vers. fuit responsum*, quas refert, & sequitur *dicta decis. 536. nu. 5. & num. 18. par. 4. tom. 3. rec.*

Primum enim cessat, quia non constat re-
11 manere pro titulari † duas tertias partes fructuum deductis oneribus, quod est in specie probandum ab impetrante *Seraph. decis. 1030. num. 1. Rot. decis. 444. num. 4. par. 2. recent. dec. 237. num. 6. coram bo. mem. Card. Mellino, & in Monopolitana Pensionis 7. Februarij 1648. coram Me*, præsumique potest dolo narratus valor in ducatis Cameræ, vt Papa libentiùs tantam pensionem beneficio pleno reseruaret; quic-
12 quid enim sit quando pensionarius † erat puer teneræ ætatis, & agitur pro reductione pensionis contra titularem qui illi consensit, in
13 quibus terminis † loquitur ex aduerso allegata *decis. 536. par. 4. tom. 3. recent.* vt patet *nu. 4. &*
14 *& sub num. 7.* vel quando narratiua † non tendit in alicuius præiudicium, puta quia impetrans beneficium non curatum se Presbyterum narrauerit, cum tamen simplex Clericus esset, qui est casus supracitatæ *decis. 270. & 288. apud Farin. post cons.* Sanè in maiore, qui benè sciebat valorem beneficij, & in gra-
15 tia præiudiciali tertio † prout est reseruatio pensionis, quia Papa procedit cum maiori
16 circumspectione oritur suspicio † quod nisi fuisset facta illa narratiua Papa non concessisset, vt respondendo contrarijs, benè distinxit *Rota in dicta decis. 270. sub num. 3. vers. & quantum ex doct. Gemin. in cap. gratia num. 4. in fin. de rescrip. in 6.* quam sequitur *Cresc. decis. 10. numer. 2. de praben. Cassad. decis. 10. nu. 3. vers. scilicet. quod expressio eod. tit.* & generalitèr, quod Papa gratiam
17 quæ † alicui præiudicium infert præsumatur non concessurus, vel difficiliùs, si narrata sint falsa fuit dictum in *Nouarien. Canonicatus 12. Februarij 1593. coram clar. mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio impress. apud Marth. de commiss. par. 1. fol. 451. sub num. 1. vers. & præsertim in decis. 150. num. 5. coram san. mem. Greg. XV. & in Calaguritana Beneficij de Cornago 27. May 1647. coram Me*,

Alterum pariter penitùs remouetur, quia pensionarius receptis litteris Apostolicis narratiuam valoris in ducatis 500. Cameræ continentibus, non solùm non contradixit, aut pro illarum correctione institit, quam forsan nec obtinere potuisset, cum litteræ non dis-
18 cordent † à supplicatione, sed à mandato iuxtà alteram ex opinionibus relatam à *Mandos. super reg. 27. Cancell. num. 7.* Sed eas in iudi-
19 cio produxit † pro obtinenda earum executione; hinc enim illas ratificasse censetur cũ omnibus qualitatibus, & narratiuis ibi expressis *ex alleg. in secunda decis. R.P.D. mei Corradi §. quia præter quod*: parumque refert, quod productio facta fuerit à Procuratore absque spe-
20 ciali mandato, † quia ipse pensionarius tùm litteris, tùm earum productione vsus fuit obtinendo illarum executionem, & obtentam in varijs tribunalibus defendendo, qui vsus inducit ratificationem æquipollentem speciali mandato *l. si filius familias vbi notant omnes ff. ad Maced. cum alijs adductis in Cesenaten. fructuũ 28. Iunij 1647. §. fin. coram R.P.D. meo Roias*, &
21 in specie supplicationis † porrectæ à Procuratore *Caputaq. decis. 193. num. 1. & 2. & numer. 4. par. 1. Caualer. decis. 26. num. 3. Put. in puuct.* pen-
22 sionis expeditæ † à Procuratore *decis. 100. sub num. 1. vers. tamen, & num. 2. lib. 2. in corr.* itaut falsa narratiua Procuratoris apta vitiare gra-
23 tiam † noceat principali propter illius vsum esto quod non noceat, si nullatenus mouere potuisset Principem ad concedendum, ac tertio non præiudicaret, in quibus terminis gratiæ vsum non nocere, dixit *Rota in sæpè citata decis. 288. n. 12. post cons. Farin.*

Simulatio quoque in fraudem Concilij Tri-
24 dentini prohibentis reseruari filio pensionem super beneficio possesso à Patre visa est vrgere nam Manzilla quia prohibebatur obtinere pen-

pensionem super fructibus Ecclesiæ Parochia-
lis loci Vallis de Colmenas, quam tunc Iaco-
25 bus eius Pater naturalis possidebat, † curauit
quod idem Iacobus consentiret pensioni ad
fauorem Petri Ordono nepotis Sanctij Ordo-
no, vt viceuersa idem Sanctius super fructi-
bus alterius Parochialis loci Carasanellæ à se
possessæ consentiret simili pensioni ad fauo-
rem ipsius Manzillæ, prout factum fuit, ex-
peditęque hinc inde litteræ expensis solius
Manzillæ. Vnde apparet tùm causa simulan-
di ad euitandam scilicèt, seù veriùs eluden-
dam prohibitionem Concilij, vt ferè *in punct. Paris. de confid. quæst. 51. num. 8. Aym. cons. 153. n. 8*
tùm animus, & coniecturæ simulationis qui-
26 bus illa conuincitur † ex quo occultè com-
mittitur *cap. per tuas cap. sicut vbi Innoc. numer. 1 de Simon. Lotther. de re benef. lib. 1. qu. 36. num.* 105. *Rota decis. 238. num. 14 coram san. mem. Greg. XV. & in Balnorigien. Simoniæ* 17. *Maij* 1624. *coram bo. me. Coccino*.

27 Et inter coniecturas potissima est † quæ re-
resultat ex contextualitate mandatorum pro-
curæ ab vtroque Rectore eodem tempore, &
coram eodem Notario, & Testibus ad con-
sentiendum pensionibus. vt supra datorum
Paris. de resign. lib. 14. qu. 9. num. 10. & seqq. vsque ad 15. & de confiden. d. quæst. 51. num. 5. & 9. & 17. in fin. Rot. decis. 234. nu. 3. vers. & ex breuitate par. 2 diuers. alijque relati in 2. decis. coram D. meo Corrado §. penult. neq; correspectiuitas euitari po-
test eo quod Testes deponant mandatum Ia-
cobi Patris Manzillæ emanasse in remunera-
tionem eorum, quæ Sanctius Ordono fecerat
ad fauorem ipsius Manzillæ, ex quo infertur
28 quod ob diuersitatem causæ † vtriusq; man-
dati contextualitas non inducit correspecti-
uitatem *ex alleg. in dec. 392. num. 13. coram sa. me. Greg. XV. & in Romana, seù Veliterna Restitutionis in integrum* 17. *Decembris* 1646. *coram Me*.

Quia titulus iste remunerationis cum sit
relatiuus ad beneficium acceptum, hoc est ad
consensum à Sanctio præstitum ad fauorem
Manzillæ magis conuincit identitatem causę
29 & correspectiuitatem † consensuum, quod
scilicèt vnus consenserit contemplatione cō-
sensus alteriùs; itaut ex vtriusque simultaneo
& effectuato consensu probetur mutua inter
ipsos permutatio, vt in terminis consensus re-
muneratorij *est tex. in l. sed etsi lege 28. §. consuluit in fin.* ibi, *genus quoddam hoc est permutationis ff. pet. hæred. & ibi notat Ant. Faber. col. 3. circa fin. vers. remunerationem fol. 307. facit text in l. si pignora 56. vers. species enim ff. furt.* Accedente præ-
sertim, quod Manzilla fecit expensas expedi-
30 tionis † vtriusque pensionis, quod pro co-
niectura fraudis adducit *Paris. de confid. qu. 27. num. 1. & seqq. Rota in Romana Domus ad Transtiberim 18. Iunij 1638. §. tertiò insurgit coram Eminentissimo Domino Cardinali Panzirolo*, & vtrin-
que resultabat vtilitas ad fauorem consan-
31 guineorum ipsorum cōsentientium † nempè
ex vna parte nepotis, ex altera filij, quod pa-
ritèr fraudis argumentum præbere tradit *Paris. de confid. d. qu. 27. num. 6. &* 7. vnde quicquid
dicendum esset, si aliqua ex prædictis conie-
cturis concurreret, sanè omnibus simul
32 iunctis † apparet præcessisse inter partes ex-
pressam, aut præsumptam cōuentionem de
ad inuicem consentiendo *Anchar. cons. 434. sub num. 3. vers. ex preambula Aym. cons. 153. num. 9.* &
33 pensionem cadere sub prohibitione † Con-
cilij Tridentini, vt in his terminis declaratum
fuisse à Sacra Congregatione, refert *Garz. de benef. par. 7. cap. 3. nu. 87.* vbi in fine dicit, quod
34 consensus pēsioni † dicitur præstitus per frau-
dem, & in proximis terminis *Aufred. ad Cappell. Thol. qu. 439. num. 5.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

ROMANA DOMORVM.

Veneris 18. *February* 1650.

ARGVMENTVM.

Renouationi Emphyteusis per mortem vltimi inuestiti locus nō est quoties Ecclesia Domina directa vult bona Emphyteotica retinere pro se, nec sufficit simplex declaratio Rectoris de renouando, nisi illa reducatur ad actum & fuerit exaduerso acceptata, aliàs Rector ad renouandum cogi non potest, quinimò potest declarationem factam reuocare. Renouatio rei solitæ locari fieri nequit absq; euidenti Ecclesiæ vtilitate inspecto tempore, quo illa fit.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non competit Domino directo finita Emphyteusi, quoties renouationi locus est.*

2 *Nec tenetur qui renouationem petit bona Emphyteotica à se possessa dimittere Domino directo, vt iterum ab eodem sibi restituantur.*

3 *Manutentio datur Domino directo in possessione bonorum Emphyteoticorum ex capite deuolutionis, ob lineam finitam, & nu. 22.*

4 *Renouatio Emphyteusis locum non habet si Rector Ecclesiæ vult bona deuoluta retinere pro se.*

5 *Declaratio facta à Domino directo de renouando inuestituram ad effectum, vt sit irretractabilis, & cogi possit Dominus directus ad renouandum requiritur, quod illa reducatur ad actum.*

6 *Alias enim talis declaratio resoluitur in simplicem voluntatem, seù propositum, quod ad renouandum non obligat.*

7 *Tractatus de renouando inuestituram non obligat Dominum directum, & locus est pænitentiæ, nam multa tractantur, quæ non perficiuntur, num. 8.*

9 *Ecclesia Domina directa, si ex simplici declaratione ad relocandum obligari possit absque eo quod nemo ad reconducendum se obligauerit, esset valdè iniquum.*

10 *Declaratio facta à Rectore de renouando inuestituram de tempore quo adhuc viuebat vltimus Emphyteuta, & durabat prima inuestitura reuocabilis est, quia declaratio de eo tempore non poterat secum trahere executionem.*

11 *Nominatio facta à Rectore ad Cappellaniam vacaturam reuocabilis est.*

12 *Hæres*

12 *Heres grauatus restituere post mortem uni ex familia Testatoris per eum eligendo potest electionē, seu nominationem ante mortem factam reuocare.*
13 *Nominatio facta ante mortem nullum ius tribuit nominato.*
14 *Ius petendi renouationem ante extinctam generationem considerabile non est.*
15 *Et est locus pœnitentiæ, ac variationi, quando alteri Ius quæsitum non fuit.*
16 *Declaratio de renouando inuestituram emissa à Rectore in precibus porrectis pro obtinendo beneplacito Apostolico dependere dicitur à beneplacito, ut scilicet Rector eatenus renouare velit, quatenus beneplacitum Apostolicum accedat.*
17 *Et eo non obtento declaratio corruit, vel saltim reuocari potest.*
18 *Nominatio ad beneficium nondum Superiori exhibita nihil operatur, & nemini ius acquirit.*
19 *Error in declarante voluntatem excludit.*
20. *Renouatio rei solitæ locari fieri nequit absque euidenti Ecclesiæ vtilitate inspecto tempore præsenti quo illa fit.*
21 Decis. in Mutinen. Emphyteusis 28. Maij 1638. coram Reuerendiss. Dunozetto Decano, *quo casu loquatur?*

DECISIO CCCCXI.

EXCEPTIO renouationis inuestituræ
1 apta † excludere manutentionem Domini directi, quando renouationi locus est, puta quia fuerit promissa, in quibus terminis loquitur *Rot. decis. 111. num. 8. in fin.* ibi, *hic autem excipi poterat de renouatione promissa à Capitulo*, apud *Modern. Perusin. de manuten.* cum
2 non teneatur † qui renouationem petit bona emphyteotica à se possessa dimittere Domino directo, vt iterum ab eodem sibi restituantur, vt aduertit *Valasc. Consul. 157. sub num. 29. vers. in quo articulo, & seqq.*

Suffragari visa non est Io: Petro Teste aduersus Rectorem Ecclesiæ S. Saluatoris in
3 Vnda, cui ex capite deuolutionis† ob lineam finitam dandam esse manutentionem decisum fuit *sub die 15. Decembris proximè præteriti*: Siquidem vt in eadem decisione firmatur re-
4 nouationi locus non est † cum Rector velit bona deuoluta penes se retinere prout potest, quamuis alias in quodam memoriali porrigendo Sacræ Congregationi Concilij interpetrum declarauerit desiderare se renouationem inuestituræ facere ad fauorem Io: Petri geniti ex Io: Antonio Hieronymo vltimo Emphyteuta; vt enim declarationes huius-
5 modi † irretractabiles sint, ac præstent successoribus vltimi Emphyteutæ ius cogendi Dominum directum ad renouationem faciendam opus est fuerint reductæ ad actum, vt in terminis declarauit *Rota in Rauennaten. Emphyteusis 19. Ianuarij 1646. §. minus prodest vers. adhuc opus fuisset coram Reuerendissimo Domino meo De-*
6 *cano*, cum alioquin resoluantur † in simplicē velleitatem, seu propositum quod ad renouandum non obligat *Molin. de Iust. & iur. tom. 2 tract. 2. disput. 262. num. 1. infra med. vers. cum solum* sicut in fortioribus terminis, nec obligat sta-
7 tatus† de renouando *l. iuris gentium §. adeo autem in princ.* ibi, *re nondum secuta posse abiri ab emptione ff. pact. l. contractus circa fin. Cod. fide instr. Mant. de tacit. lib. 4. tit. 3. num. 10. Cirias contr. 452. num. 16.* vbi infert quod est locus pœnitentiæ
8 quia nimirum multa tractantur † quæ non perficiuntur *Alex. cons. 18. num. 2. & cons. 28. n. 3. lib. 1. Gaill. obser. 140. num. 9. & seqq. lib. 1.* & iniquum esset, quod Ecclesia Domina directa
9 ad relocandum † obligaretur ex simplici declaratione, ex qua neminem sibi obligauit ad reconducendum, vt benè ponderat *Beniten. decis. 19. sub num. 2. vers. & etiam*, quem sequitur *Honded. cons. 51. n. 44. vers. nam sicut lib. 1.* aliosq; refert *Moder. Fulginaten. de iur Emphit. tit. de renouat. qu. 1. sub num. 24.*

10 *Dicta* verò declaratio Rectoris † nusquam redacta fuit ad actum, nec ex aduerso acceptata, nisi postquam Rector, vt bona pro Ecclesia retineat iudicium, mouit pro obtinenda manutentione super bonis deuolutis, & sic post ipsam declarationem verbo, & facto reuocatam, quam eo magis reuocare licuit, tùm quia cum emanauerit de tempore quo per superuiuentiam vltimi Emphyteutæ prima inuestitura adhuc durabat non potuit statim sortiri, & secum trahere executionem, sed eam expectabat in tempus futurum post mortem scilicet eiusdem Emphyteutæ, ex
11 qua ratione dicimus in simili† quod reuocabilis est nominatio facta ad Cappellaniam vacaturam, vt fuit decisum *in. Giennen. Cappellaniæ 23. Martij 1620. §. minus obstat coram Sanctissimo Domino nostro*, quodq; hæres grauatus re-
12 stituere † post mortem vni ex familia Testatoris per eum eligendo potest electionem, seù nominationem ante mortem factam reuocare, vt probat *tex. in l. vnum ex famil. in princ. ff. leg. 2.* & tradit *Crot. cons. 11. num. 36. Rimin. Iun. cons. 112. num. 182. vers. præsertim Surd. cons. 264. num. 24. & seqq.* vbi addit quod nominatio fa-
13 cta ante † mortem nullum ius tribuit nominato, & magis in terminis quod ius petendi
14 renouationem † non sit considerabile antequam extincta sit generatio, dixit *Rot. dec. 664 sub num. 11. infra med. vers. non autem par. 2. recent.*
15 quodque locus sit pœnitentiæ, † & variationis quando alteri ius quæsitum non fuit, tradit in terminis renouationis Emphyteusis *Caldas. de Emphit. tit. de renouat. lib. 1. qu. 19. n. 37. in fin.*

16 Tùm quia emissa fuit in precibus†pro obtinendo beneplacito Sacræ Congregationis Concilii eidem Congregationi porrigendis, & propterà dependentèr à dicto beneplacito, quod quicquid sit an esset necessarium, declarationem nihilominus ad illud obtinendū emissam, ac ordinatam qualificat, ita ut Rector eatenus declarauerit velle renouare, quatenus Congregationis beneplacitum accederet *iuxtà theor. Gemin. cons. 29. num. 4. Silitan. cons. 56. n. 19 Ceph. cons. 516. num. 34. Cocc. decis. 144. numer. 14.* Vnde fit vt eo non obtento ipsa declaratio
17 vel de se corruat, † vel saltim reuocari potuerit ex allegatis *in prima decis. §. voluntas*. Facilius quia nec aliquando dictæ preces fuerunt

runt Congregationi porrectæ, exinde enim assequimur non habuisse Rectorem deliberatam voluntatem renouandi, sed initiatiuã dumtaxat ex qua alteri nullum ius acquiritur
18 sicut in simili de nominatione † ad beneficiũ nondum superiori exhibita *Abb. in cap. fin. sub num. 4. de iurepatr. Garz. de benef. par. 7. cap. 1. n. 34. Rota coram Penia dec. 4. num. 5. & seqq. & num. 16. & 17. & in Aquilana Iurispatronatus 24. Ianuarij 1646. §. nam pro declaratione coram R.P.D. meo Corrado*.

Tum tertio, quia in dictis præcibus Rector credidit ac supponit renouationem esse vtilẽ Ecclesiæ, ibi *attesa l'euidente vtilità &c.* quod suppositum erroneum conuincitur, cum imò perniciosissimum esset Ecclesiæ pro annuis scutis 12. vt ibi exponitur relocare has domus, ex quibus annuatim scut. 77. perci-
19 piuntur, & hic error † amouet à Rectore renouandi tam voluntatem *l. sed hoc ita ff. acq. plu. arcen. Buratt. decis. 19. nu. 10.* quam potestatem,
20 quia renouatio etiam rei solitæ locari † fieri non potest absque euidenti Ecclesiæ vtilitate inspecto tempore præsenti, quo illa fit, vt tradit *Honded. cons. 51. num. 60. & 61. lib. 1. Molin. de iust. & iur. disput. 468. num. 17. Grat. discep. 813. num. 37. & 40. Castropal. oper. moral. tom. 2. tit. de reueren. debit. Ecclesias. disput. vnica punct. 15. §. 4. sub nu. 4. vers. secunda conditio Ces. de Grass. decis. 3. num. 16. & decis. 4. per tot de reb. Ecceles. non. alien. Rot. in recent. dec. 243. num. 15. par. 7.*

Ex quibus nullatenus vrget decisio *in Mu-*
21 *tinen. Emphiteusis* † *28. Maij 1638. coram Reuerendissimo D. meo Decano*, quia in eo casu, vt oculariter ibi legitur non aderat simplex declaratio Ecclesiæ, sed vltro deuentum fuerat ad actualem inuestituram extranei, & inuestitura non detegebatur Ecclesiæ præiudicialis, vt in casu nostro.

Cum itaque incontinenti appareat nullam Io. Petro competere defensionem, seu actionem ad renouationem petendam, & clara sit de-
22 uolutio ob lineam finitam, † denegari non potest manutentio Ecclesiæ ex deductis in alia decisione, quam hodiè Domini confirmarunt vtraque parte informante.

BONONIEN. SEPARATIONIS THORI.

Lunæ 21. Februarij 1650.

ARGVMENTVM.

Sæuitia viri ad effectum separationis thori, ex quibus facti circumstantijs, exclusa remaneat?

SVMMARIVM.

1 *Thori separatio concedi nõ debet sub prætextu, quod vir concubinam retineat si vir cautionem de illam amplius non retinendo præstet.*
2 *Thori separatio non debet permitti, ex quo maritus aliam mulierem deperit si fides matrimonij non violatur, nec vxoris cura diuiditur.*
3 *Responsio ad positiones attendi debet, quia explicitam confessionem importat.*
4 *Vir de iure potestatem habet redarguendi vxorem.*
5 *Thori separatio vt permittatur, requiritur quod actus, ex quibus viri sæuitia resultat sint plures, & reiterati quodque vir frequenter consueuerit vltra modum in vxorem sæuire, nec sufficit vnicus actus quamuis atrox.*
6 *Actus vnicus si non prouenit ex sæuitia viri, sed potius ex quadam subitanea ira non est sufficiens pro separatione Thori.*
7 *Remissoria denegatur, quando materia articulata est suspecta de mendacio.*
8 *Thori separatio denegari debet si post actum sæuitiæ vxor viro cohabitauit, ex qua præcedens sæuitiæ actus remissus censetur.*
9 *Thori separationi locus non est, si probantur tantum simplices minæ, quæ iustum metum non incutiunt, nisi vlterius constet virum esse solitum minas exequi.*
10 *Thori separatio non est permittenda quoties ex pluribus facti circumstantijs viri odium excluditur, & hoc casu consultum erit vxori mediante cautione viri de eam bene tractando arbitrio Iudicis, vt in his casibus fieri solet.*
11 *Fallit quando ex iteratis actibus magna sæuitiæ ex lite super maiori parte bonorum, & ex antiquo odio inter coniuges periculosum esset fragili cautioni vxoris vitam committere.* Decis. 155. part. 6. recentior. *quo casu loquatur? ibidem.*
12 *Remissoria ex suspicione calumniæ denegatur, & calumniæ suspicio oritur, si illam petens testes alias in partibus examinauit, qui meliores, & magis informati præsumuntur.*
13 *Vxor si absque causa à viro diuertit ad redeundum cogi potest, & vir ad thorum vxoris reintegrari debet.*

DECISIO CCCCXII.

IRRELEVANS ad obtinendam separationem Thori visus est primus articulus ab Appollonia productus de præterito concubinatu Commendatarij Manizini viri cum quadam Madalena tunc domi retenta, quia eiusdem Madalenæ successiuus ingressus in Monasterium Conuertitarum ibique solemniter emissa professio, antequam Apolonia Manzino nuberet omnem peccandi in futurum, & insidiarum libidinem deleuit melius, quam cautio de concubinam amplius non admittendo, quæ tamen satis esse solet, vt ex
1 hoc † capite separatio Thori peti non possit *Bald. in cap. primo nu. 3. vt lit. non contest. Io. Lupus in cap. per vestras notab. 3. in princ. num. 6. & §. 21. num. 8. de donat. inter vir. & vxor. Matthien. lib. 5. recopill. tit. 9. l. 2. gloss. 1. sub num. 52. vers. nisi cautionem Sanchez de matrim. lib. 10. disput. 18. sub numer. 20. vers. quare.*

Inanis ideò redditur etiam secundus articulus, ac duo subsequentes super frequenti, ac ferè diurno accessu Manzini ad dictum Monasterium, quodque idem, quia vxor Madale-

dalenam inuiſere recuſabat eam ſæpè redar-
guit, ac ſpoliauit iocabilibus, quæ ad Mada-
lenam detulit, quatenus enim exinde depre-
hendi poſſet feruidus Manzini amor ergà Ma-
dalenam iam Deo irreuocabiliter dicatam, &
clauſura Monaſterij cuſtoditam illę, vel lau-
dabilis eſſet ob pietatem ergà Religionem,
& anteactæ vitæ emendationem, vel in om-
2 nem euentum † non ſufficeret obtinendæ ſe-
parationi Thori, quia matrimonij fidem nō
violat, vxoriſque caro non diuidit *Aſtenſ. in ſum. 2. par. lib. 8. tit. 11. art. 3. queſt. 9. Monald. in ſumm. tit. propter quid fiat diuort. in matrimon. verſ. item extenditur Siluеſt. in ſumm. verb. diuortium queſt. 7.* aliiſque quos refert, & ſequitur *Sanch de matrim. lib. 10. diſput. 4. nu. 1.*

Præter quod articulata ſpoliatio, ac reſpe-
ctiuè delatio iocalium ad Madalenam falſa
conuincitur ex reſponſione ipſius Apollo-
niæ ad 61. ac tres alias poſitiones à viro iudi-
cialiter exhibitas continente exiſtentiam io-
calium de præſenti penès ipſam Apolloniam,
vt in Summ. Manzini num. 4. quæ reſponſio
3 attendi debet,† quia explicitam confeſſionem
importat *Rot. coram ſan. mem. Gregor. XV. dec. 92. numer. 1. & in Bononien. Legati de Mareſcottis 24. Aprilis 1626. coram bon. mem. Merlino.* Nec mo-
4 menti eſt quod vir † redarguit vxorem cum
à iure hanc habeat poteſtatem *gloſ. in c. quemadmodum § illud verb. denunciare in fin de iureiur. vbi Abb. num. 15. verſ. nota primo Roland. conſ. 27. num. 12. & ſeqq. lib. 3. Surd. de alim. tit. 7. queſt. 16. num. 4. Rot. deciſ. 441. numer. 3. part. 2. recent.*

Quatenus verò in quinto articulo ſubditur
quod vir pugione euaginato inſectatus fuit
Apolloniam recuſantem viſitare Madalenā
prædictam, animaduerterunt Domini. Pri-
mò quod id probatum non releuaret, quia
vt ſit locus ſeparationi Thori ex capite ſæui-
5 tiæ † oportet quod actus, ex quibus illa edu-
citur ſint plures, ac iterati, itaut conſtet virū
conſueuiſſe frequenter vltrà modum ſæuire
in vxorem, quod vnicus actus quamuis atrox
non præſtat *Roland. d. conſ. 27. num. 12. Aldobrand. conſ. 71. num. 8. lib. 1. Sanchez. de matrim. libr. 10. diſput. 19. nu. 16. verſ. ſecundo exiſtimo Rot. dec. 815. num. 9. coram bon. mem. Buratt. deciſ. 155. numer. 2. deciſ. 324. num. 7. & ſeqq. par. 6. recent. & in Romana Separationis Thori 4. Iulij 1629. §. quæ verbera coram Eminentiſſ. D. Cardinali Hirronymo Veroſpio.* Eo minus in caſu noſtro, quo articulatus
6 actus potiùs à quadam ſubitanea ira, † ac te-
dio verborum vxoris irrationabiliter contra-
dicentis, aut increpantis factum viri proge-
nitus videbitur, quam geſtus ad ſæuitiam, vt
in terminis ponderat *Buratt. d. deciſ. 815. ſub num. 9. verſ. tanto minus & num. 10.*

Secundò quod cum alias Apollonia inter-
rogata iudicialiter, an vir aliquando eam
offendere tentauerit, & quatenus ſic, qua oc-
caſione, & quo tempore, vt legitur in po-
ſitione 130. & 131. d. Summ. num. 5. reſpondit
ſemel id accidiſſe pugione euaginato occa-
ſione dimiſſionis ancillæ è ſeruitio, quam
vxor, quia bona mulier erat, dimitti non de-
buiſſe viro dicebat, veriſimile namque eſt
quod mox articulatam contentionem, & pu-
gionis euaginationem quatenùs ab alia præ-
dicta diuerſa eſſet Apollonia in dicta ſua re-
ſponſione expræſſiſſet, prout iuxtà formam
poſitionum exprimere tenebatur ſi vera fuiſ-
ſet, & ipſa variatio in cauſa contentionis, &
inſecutionis cum pugione articulum de men
7 dacio† ſuſpectū facit vt in ſimilibus terminis
ad effectum denegandi remiſſoriā ponderatū
fuit *in Auximana Prædij 29. Maij 1648. coram me.*

Tertiò quod in omnem euentum cum
deindè inter coniuges ſecuta fuerit cohabita-
tio imò, & carnalis coniunctio paucis horis,
antequam Apollonia à viro diuerteret, vt
ipſa cōfeſſa fuit in poſitionibus Sum. Manzi-
8 ni num. 10. in fin. præcedens actus † articulatæ
ſæuitiæ cenſeretur remiſſus, ne propterea Tho-
rus ſeparandus veniret *Sanchez. de matr. lib. 10. diſput. 5. num. 19. in fin. & diſput. 14. num. 6. Riminaldus conſ. 174. num. 28. Bertaz. conſ. crim. 228. nu. 12. Buratt. d. deciſ. 815. num. 12.* & fuit deciſum *in Ceſenaten. Dotis 28. Aprilis 1623. §. nec minus coram bon. mem. Manzanedo Patriarcha Hieroſolymitano, & in Ianuen. Separationis Thori 16. Ianuarij 1645. coram R. P. D. meo Meltio.*

Reiecti pariter fuerunt alii quinque articu-
li continentes, quod vir ſæpè aſſeruit ſibi cu-
ræ non eſſe perſonam Apolloniæ vxoris, pœ-
nitere ſe illi nupſiſſe, quærere illius reditum
non amore coniugali, ſed vt in cubiculo clau-
ſam, & nuſquam dimittendam malè habere
poſſit, capillos etiam omnes eradendo ad ma
iorem contemptum, ac tandem in omnibus
colloquijs de Appollonia indicaſſe animi
auerſionem, & odium, quia hæc omnia, vel
reſoluuntur in ſimplices minas, quę dū mi-
9 nans non probatur † ſolitus minas exequi, fe-
rociſque mentis ſeparationi Thori cauſam
non præbent, quia iuſtum metum non incu-
tiunt *l. hac autem ff. ſi cui plus* ibi *nā iniquum erat &c. cum poſsint eluſoriæ minæ fieri &c. Iaſ. in l. ſi ſuper poſſeſſione nu. 3. C. tranſact. Rolan. ſæpe citat. conſ. 27. num. 3. & 4. Sanch. de matr. libr. 4. diſput. 1. num. 20. & 21. & lib. 10. diſput. 18. num. 13. Pont. eod. tract. lib. 9. cap. 23. ſub num. 5. verſ. ſimiliter Rot. deciſ. 374. num. 3. inter impreſſ. poſt conſ. Farin. & in Romana Separationis Thori 15. Aprilis 1616. coram Cardinali Sacrato.*

Vel eſto, quod odium indicarent, tamen
attentis circumſtantijs facti, nempè quod in
præteritum non probatur magna ſæuitia viri,
ergà vxorem, imò ex teſtibus ab eo examina-
tis, necnon ex ſupra ponderatis reſponſioni-
bus Apolloniæ ad poſitiones apparet de con-
trario, quodque amenum viri, ingenium, ac
Deum timentem animam, libri quoq; ab eo
typis editi præſeferunt, maturaque iam ætas
ſuadet, & rurſus quod ſuper eodem ferè, nunc
articulato odio ad inſtantiam Apolloniæ alij
teſtes examinati fuerunt, nec tale aliquid de-
10 poſuerunt, cenſuit Rota † conſultum fore
vxori mediante cautione viri de eam benè
tractando, vt ſolet quando non obſtantibus
indicijs terribilitatis, ita arbitrari poteſt Iudex
cuius rationabili arbitrio id totum commit-
titur *Abb. in cap. litteras num. 7. in vlt. notab. de reſt. ſpoliat.*

*spoliat.Gabr.cons.*161 *num.*9.*lib.*1. *Guttier. libr.*1. *can.quaest.cap.*24.*nu.*10.*Sanch.de matrim.d.disp.*18. *num.*32.*Rot.d.decis.*371.*num.*13.*post cons.Farin.* & *in d.Ianuen.Separationis Thori §.fin.coram R.P.D. meo Meltio*, et in puncto sic fuit decisum *in supracit.Romana Separationis Thori §. quo vero vers. et preinde coram bo.me.Card.Sacrato*. Licet secus
11 dicendum esset† si ex iteratis actibus magnæ sæuitiæ, ex lite super maiori parte bonorum, ex antiquato odio inter coniuges, eorumque ferocia cautionis fragilitati vitam vxoris fidei e periculosum suspicari posset, in quibus terminis loquitur *decis.*155.*par.* 6. *rec.* et quot exaduersò allegantur.

Quare ex capite irreleuantiæ articolorum
12 resolutum fuit denegandam esse petitam remissoriam, tantò magis, quia petitio non vacat suspicione calumniæ, cum vxor ansia huius separationis alios testes in prima instantia, in qua tamen succubuit super sæuitia viri examinari curauerit, & præsumatur, tunc induxisse meliores *Mant.decis.*61.*num.*5. *Pen. decis.*289.*num.*2.& 3.*Buratt.decis.*357.*num.*1.& *decis.*180.*num.*4. *Reuerendiss.Vrgellen. dec.*462. *numer.*2.& 3.nec sub leui prætextu retardari de-
13 bet reintegratio viri ad Thorum vxoris † sine causa, & absque iudicio Ecclesię diuertentis *iux.tex.in cap.litteras,* & *cap. ex parte de rest. spoliat.*

Et ità decisum vtraque parte informante.

FOROSEMPRONIEN. BONORVM.

Veneris 11.*Martij* 1650.

ARGVMENTVM.

Rupto testamento Auiæ, in quo nepos fuit præteritus, aperta est eidem nepoti via successioni ab intestato vna cum hærede scripto in testamento non obstante clausula codicillari in testamento contenta, concepta per verba futuri temporis, quæ operari solet, vt nepos ab intestato succedens restituere teneatur hæreditatem per fideicommissum hæredibus in eo scriptis, quia locum habet in præteritione facta scienter, secus verò ignoranter, & redditur ratio in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum matris, quæ filium sine causa præterijt rescinditur per querelam inofficiosi eo quod de iure institutionum mater non tenetur nominatim filium instituere, aut exhæredare, prout tenetur pater, sed ipsa præteritio vim habet exhæredationis.*
2 *Et attento iure nouissimo testamentum ab initio est nullum, quia mater non secus, ac pater filium nominatim instituere, aut exhæredare debet.*
3 *Testamentum matris ob præteritionem filij quamuis sit nullum substinetur de æquitate prætoria si filius ante matrem decedit.*
4 *Testamentum auiæ ob præteritionem nepotis rumpitur, quamuis tempore conditi testamenti natus sit, quia debet sub nomine nasciturorum hæres ab auia institui, & redditur ratio.*
5 *Nepos æqualiter succedit cum patruo in bonis auiæ ab intestato defunctæ.*
6 *Non attenta distinctione an nepos, et patruus descendant ex primo, vel secundo matrimonio.*
7 *Interdictum quorum bonorum competit hæredibus ab intestato venientibus.*
8 *Item, & nepoti præterito, si tempore mortis testatricis primum gradum obtinet.*
9 *Clausula codicillaris concepta per verba futuri temporis operatur, vt etiam rupto testamento per filij præteritionem idem filius, siue alij ab intestato venientes teneantur restituere hæreditatem per fideicommissum hæredibus in illo scriptis.*
10 *Declara conclusionem procedere, quando Testator sciens habere filium, vel nepotem illum præterijt secus si ignorauerit, & redditur ratio numer.* 11. *& seqq.*
12 *Clausula codicillaris, nec etiam in testamento militis operatur, quando nascitur posthumus, de quo Testator non cogitauerat.*
13 *Donatio facta per superuenientem natiuitatem filij reuocatur.*
14 *Testator non præsumitur cogitasse in eius testamento de filijs nascituris, illosque eius hæreditate priuare voluerit.*
15 *Testator non censetur codicillis velle onerare filium nasciturum, de quo non cogitauerat.*
16 *Et hæc est æquior, & magis communis opinio.*
17 *Præteritio in filijs nascituris præsumitur facta ignoranter, in natis verò præsumitur scienter.*
18 *Nepos nondum natus si fuit ab auia in testamento præteritus, si deindè nascatur, nec ipsa superuiuens testamentum mutauit, an resultet coniectura, quod illum grauare voluerit stante clausula codicillari in eo apposita restituendi per fideicommissum hæredibus in eo scriptis, et supra nu.9.*
19 *Declara ex hoc nullum resultare grauamen cum id procedere possit ex aliqua legitima causa, vel ex quo fortè scit per natiuitatem nepotis testamentum rumpi, & sic opus non esse alia mutatione, sed quod nepos vna cum hærede scripto ab intestato succedat.*
20 *Statutum excludens à successione parentum sorores propter fratres intelligendum est de fratribus vtrinque coniunctis, non autem de vterinis.*

DECISIO CCCCXIII.

1 SIVE testamentum matris, quæ † filium sine causa præterijt rescindatur per querelam inofficiosi eo quod de iure institutionũ mater non tenetur nominatim filium instituere, aut exhæredare, prout tenetur pater, sed ipsa præteritio vim habet exhæredationis *§.fin.inst.de exhæred.liber.§.primo inst. de inoff. test. cap.*3.*Cuiacc.in l.*4.*circa fin.ff.eod.Donell. in auth. ex causa num.*5.*C.liber.præter.Vasq.de success.creat. lib.*2.*§.*20.*part.*3.*requisit.*29.*declarat.*3. *num.*163. *Suarez in Thes.recept.sentent.verb.filij.numer.*264. *Ioannes Harprett.in §.fin.num.*1.& *seqq.* & *signanter num.*7.*inst.de exhered.libe.*

2 Siue sit ab initio nullum, † ex quo de iure nouissimo mater non secus, ac pater filium

lium nominatim instituere, aut exhæredare debet, vt habetur *in §. aliud quoque capitulum Auth. vt cum de appellat. cognosc. & notat gloss. in §. exhæredatos vers. noluit. auth. de hæredib. & falc. Missing. in d. §. fin. num. 3. Bertrand. conf. 1. num. 42. vol. 2. Clar. in §. testamentum quæst. 47. Crass. in §. testamentum quæst. 36. num. 1.*

Censuerunt Domini concedendam esse immissionem in possessione medietatis bonorum hæreditariorum Dianæ auiæ Augustino eius ex Ludouico filio prædefuncto nepoti aduersus Camillam hæredem Ascanij alterius filij eiusdem Dianæ ex secundo matrimonio, non obstante, quod Diana in suo testamento ipsum Ascanium dumtaxat hæredē scripserit de anno 1601. quia nullum aut rescissum manet ob præteritionem nedum di-
3 cti Ludouici tunc viuentis, † quo ante matrem prædefuncto sustineretur forsan testamentum de æquitate prætoria, vt docet *Alex. in l. si pater num. 14. C. de inst. & subst. & in l. Gallus in princ. num. 6. vers. sed tunc ff. lib. & posth.* aliique relati *ab Arias de Mesa var. resol. lib. 3. cap. 9. nu. 6. & seqq. & cap. 10. num. 1.* sed etiam ob præteri-
4 tionem ipsius Augustini nepotis, † qui licet tempore conditi testamenti natus non esset debuit sub nomine nasciturorum hæres ab auia institui, ne per subsequentem eius natiuitatem, & patre præmortuo subingressum in primo gradu descendentiæ de tempore mortis testatricis, testamentum rumperetur, *§. posthumorum inst. de exhæred. liber. l. posthumorum ff. in iniust. rup. & irrit. testam. l. Gallus §. 1. & §. quidam reiecto ff. lib. & posth. l. 1. C. posth. instit. Pancirol. conf. 113. num. 1. Gabr. conf. 129. num. 2. lib. 1.*

Vndè eo non instituto, & propterea rupto testamento aperta fuit via successioni ab in-
5 testato, quæ † in bonis auiæ, & matris respectiuè defertur æqualiter filio superuiuenti, & nepoti ex alio filio prædefuncto, quia in patris præmortui locum succedit *§. cum filius inst. quæ ab inst. defer. l. vlt. C. legitt. hæred. §. si igitur defunctus auth. de hæred. ab intest. venien. Rot. dec. 463. num. 1. part. 1. rec.* nulla adhibita distinctione an
6 descendant † ex primo, vel secundo matrimonio *l. cum alius §. ad maternas C. secun. nupt. §. nec illud quoque Auth. de nupt. Rot. in Pisaurien. Donationis 8. Februarij 1647. §. cui quidem coram R. P. D. meo Otthobono.* Ab intestato autem venienti-
7 bus competit interdictum, † quorum bonorum *l. 1. et 2. seqq. C. quor. bonor. l. prima ff. eod. Socc. Iun. conf. 75. num. 4. & 9. lib. 1. Paris. conf. 41. nu. 1. lib. 1.* & in puncto, quod competat nepoti
8 præterito, † qui tempore mortis testatoris primum gradum tenebat tradit *Argel. de acq. possess. quæst. 3. art. 16. num. 908.*

9 Nec releuat clausula codicillaris † in dicto testamento apposita, quæ maximè vbi concepta fuit per verba futuri temporis operatur vt etiam rupto testamento per filij præteritionem idem filius, siue alij venientes ab intestato teneantur restituere hæreditatem per fideicommissum heredibus in illo scriptis *Bart. in l. 1. num. 9. ff. iur. codicill. & in auth. ex causa numer. 24. & seq. C. lib. & posth. Alex. conf. 26. num. 5. vers. etiam quando libr. 1. Crass. in §. testamentum quæst. 50. num. 1.* Hoc enim procedit quando
10 testator sciens † habere filium, vel nepotem illum præterit, in quibus terminis recipienda est sententia quotquot in id allegari possunt, secus in casu nostro, quo Augustinus nepos natus fuit post sexdecim annos à die conditi testamenti, & de tempore testamenti eius pater vxorem non duxerat, quia tunc præteri-
11 tio nepotis † dicitur facta ignoranter, cum testatrix cogitare non potuerit sibi fore nasciturum, & hæc ignorantia clausulæ codicillaris etiam per verba futuri temporis conceptæ operationi resistit ob defectum voluntatis testatricis, quæ scilicet non præsumitur, quod si sciuisset nepotem nasciturum cum præterijsset, aut fideicommisso grauasset fauore hæredis scripti, vt originaliter voluit, *Bart. in l. 1. num. 10. ff. iur. codicill. & conf. 210. numer. 1. conf. 235. num. 1. lib. 1.* vbi id comprobat primo,
12 quia nec in testamento militis † clausula codicillaris operatur, quando nascitur posthumus, de quo testator non cogitauit, *l. si cum, vel in vtero C. milit. testam.* Secundò quia si pro-
13 pter superuenientem † natiuitatem filij reuocatur donatio iam facta *l. si vnquam C. reuocan. donat.* multò magis reuocabitur fideicommissum. Tertiò *per tex. in l. ex facto ff. vulgar.*
14 *vbi pupill.* vbi dicitur, † quod non est verisimile Principem, vel testatorem de hoc casu cogitasse, vt voluerit filios nascituros hæreditate priuare. Quartò *ex l. qui graui & l. penult.*
15 *ff. iur. codicill.* † vbi dicitur, quod codicillis testator non censetur velle onerare filium nasciturum, de quo non cogitauerat, & *Bart.* sequitur *Ang. in l. prima nu. 3. C. codicill. Ias. in auth. ex causa num. 24. vers. ego autem C. liber. præter. Rip. in l. si vnquam num. 42. vers. ego vero & num. seqq. C. reuocan. donat. Aret. conf. 93. num. 6. vers. si vero Panzirol. conf. 113. num. 6. & seqq.* vbi cum *Bart.* respondit omnibus contrarijs *Gabr. conf. 113.*
16 *nu. 9.* vbi quod hæc est æquior, † verior, & magis communis opinio, & quod nisi alia aliqua particularis ratio in aliquo casu opinionem contrariam esse sequendam suaderet, non auderet recedere à Bartoli sententia *lib. 1. Rot. decis. 74. num. 11. part. 5. recent. & in Romana de Marescottis 29. Ianuarij §. sed inter alia & 21. Maij 1618. coram bon. mem. Sacrato in Romana Fideicommissi de Agazzaris 11. Aprilis 1622. coram bon. mem. Remboldo confirmata 12. Decembris 1644 coram R. P. D. meo Peutingerio, & in eadem Romana de Marescottis 18. Maij 1646. §. neque ex eo* vbi
17 quod in nascituris præsumitur † præteritio facta ignoranter, in natis verò præsumitur regulariter facta scienter, & *20. Maij 1647. §. fin. coram Reuerendiss. Terracinensi* vbi allegantur concordantes.

A qua opinione præsumpto defectui voluntatis testatoris innixa, recedendi motiuum
18 non præbet † contraria coniectura resultans, ex eo quod testatrix post natum nepotem superuixerit per plures annos, nec testamentum mutauerit, vt commode facere potuisset,
19 quia id procedere potuit, † vel ex aliqua legittima causa, quæ fuerit impedimento ne testatrix testamentum mutauerit, quamuis

mutandi animum habuisset, vel ex quo fortè sciuit per natiuitatem nepotis testamentum esse ruptum, & sic non indigere alia mutatione, vt ipse nepos vna cum hærede scripto juxtà iuris communis dispositionem ab intestato succederet, vt post, *Franc. Aret. cons. 93. sub num. 5. vers. nec potest & cons. 165. nu. 4. & seqq.* bene ratiocinatur *Parzirol. d. cons. 113. sub nu. 9. circa med. vers. vbi ait Gabr. d. cons. 113. sub nu. 13. vers. verum*, vbi quod hæc coniectura est admodum leuis *lib. 1. Bursatt. cons. 15. num. 20. Socc. iun. cons. 153. in fin. lib. 2. & cons. 29. nu. 2. lib. 3. Rub. Alex. cons. 125. per tot. Decian. cons. 37. nu. 10. lib. 1. Menoch. cons. 499. num. 19. & seqq.* vbi respondet omnibus contrarijs *Turret. de clausf. codicill. quest. 63. num. 27. Crass. in §. codicillus sub num. 22. col. 3. vers. quam communem*, vbi quod ad hunc effectum vltrà superuiuentiam testatoris, requiruntur alia, quæ mentem testatoris fuisse persistere in voluntate ordinata ostendant.

Non obstante, quod Dianæ superstiterit Liuia altera filia ex secundo matrimonio, ideoque Augustino non fuerit delata, nisi tertia pars hæreditatis eiusdem Dianæ, quia cum dicta Liuia occasione ingressus in Monasterium dotata congruè fuerit remansit exclusa ab omni successione vigore Statuti dati in Summ. num. 9. & quatenus replicetur,
20 quod statutum excludens † à successione parentum sorores propter fratres intelligendum est de fratribus vtrinque coniunctis non autem de vterinis qualis erat Ludouicus Augustini pater natus non ex secundo matrimonio Dianæ, ex quo prodijt Liuia, sed ex primo, vt pluribus allegatis respondit, *Rot. decis. 461. num. 6. & 7. par. 2. recent. decis. 502. numer. 3. & 4. par. 4. tom. 2.* sufficit respondere, quod Liuia hodiè non comparet.

Et ità decisum vna tantum parte informante.

FOROSEMPRONIEN. BONORVM.

Lunæ 14. Martij 1650.

ARGVMENTVM.

Mater transiens ad secundas nuptias potest petere legitimam in bonis filij præmorientis prouenientibus aliundè, quam ex substantia paterna, nam ad ea pœnæ secundo nubentium non se extendunt. Dispositio *§. hinc nos auth. de nupt.* ponderatur, ac etiam declaratur. Mater transiens ad secunda vota non petito filio impuberi Tutore non amittit ius petendi legittimam, si eo tempore viuebat auus, quinimò si filius non decessit in pupillari ætate, nec viuens hanc exceptionem matri opposuit, censetur ad legitimam successionem reintegrata.

SVMMARIVM.

1 *Legitima siue illius supplementum debetur matri in bonis filij prædefuncti.*

2 *Legitima supplementum, dote à lege ipso iure defertur transmittitur ad quoscunque hæredes etiam extraneos, licet non agnitum.*

3 *Legitimæ supplementum ius petendi non præscribitur minori spatio 30. annorum.*

4 Text. in l. fœminæ C. de secund. nupt. *restringit matri binubæ successionem in bonis filij prædefuncti ad solum vsumfructum reseruata proprietate alijs filijs primi matrimonij.*

Mater per transitum ad secundas nuptias ex bonis filij prædefuncti non consequitur nisi vsumfructum cum illorum proprietas spectet ad filios prioris matrimonij ibid. & declara nu. 8. & seq.

5 *Amplia dispositioně* d. tex. in l. fœminæ *procedere etiam in legitima matri debita.*

6 *Mater transiens ad secundas nuptias non petito filio impuberi Tutore, non potest ei succedere, nec etiam quoad vsumfructum.*

7 *Amplia quod nec etiam potest petere legitimam, qua penitus priuata remanet.*

Fallit vt num. 38. & declara, vt n. 39.

8 *Mater non obstante transitu ad secundas nuptias consequitur in bonis filij aliunde, quam ex substantia paterna quæsitis pleno iure legitimam, ac si secundo non nupsisset.*

Tex. in l. fœminæ *non loquitur de bonis filij aliunde, quam ex substantia paterna quæsitis ibid.*

Et dicitur illius dispositio correcta per l. mater C. ad Tertullian. ibid.

9 *Legitima debita est matri in bonis filij, siue intestatus, siue cum testamento decesserit; itaut si in testamento minus legitimam reliquerit, agere valeat ad legitimæ supplementum.*

10 *Legitima non debetur matri binubæ in bonis filij prædefuncti prouenientibus ex substantia paterna si supersunt filij primi matrimonij, & filius cum testamento decessit.*

11 *Debetur tamen in alijs bonis aliunde, quam ex substantia paterna quæsitis, prout deberetur successio, si ab intestato successisset.*

Legitimam petendi ius metimur à successione ab intestato ibid.

12 *Pœnæ secundo nubentium locum non habent in bonis filij aliunde, quam ex substantia paterna, quæsitis, & num. 14.*

13 *Legitimæ supplementum matri, quæ secundo non nupsit prohiberi nequit à filio, ita nec etiam si secundo nupsit, quando de successione in bonis aliunde quæsitis, quam ex substantia paterna tractatur.*

15 *Legitima matri in bonis filiorum si debetur, illa etiam eis inuitis debetur.*

16 *Dispositio* tex. in §. hinc nos auth. de nup. *plenè discutitur, & num. 17. & seqq.*

Legitimæ supplementum petitur contra testamentum & dispositionem Testatoris d. num. 17.

18 *Legitima siue illius supplementum heredi extraneo non debetur.*

19 *Legitima relinqui debet titulo Institutionis.*

20 Text. §. cum igitur auth. de non eligend. secũdo nuben. *corrigitur* à text. in §. hinc nos auth. de nuptijs *Contrarium n. 30. & 31.*

21 *Mater transeundo ad secunda vota infert filijs, ac marito mortuo iniuriam.*

22 *Iniuria tamen potest matri à filio remitti, sed remissio operatur tantum in eo quod filius ei reliquit, non in reliquis, intellige, vt num. 32. & 33.*

23. Text.

23 Text.in §.hinc nos auth.de nupt. *declaratur, & num 24.& seqq.*

24 *Mater binuba in bonis filij prouenientibus ex substantia patris non succedit ab intestato, nisi quoad vsumfructum.*

25 *Filius in testamento non probibetur matri relinquere bona sua siue paterna, siue aduentitia pleno iure cum ea relinquere possit etiam extraneo.*

26 *Mater ex dispositione* text.in §. hinc nos *acquiescere tenetur dispositioni filij morientis cum testamento, hoc tamen intelligitur quatenus iura legitima ei non minuantur.*

Legitima an possit descedentibus relinqui titulo legati? ibid.

27 *Filius, qui matri testando legitimam non reliquit nõ dicitur ex dispositione* text.§.hinc nos *legitime disposuisse.*

28 *Legitimã petendi ius sine aliqua dictione taxatiua, siue exclusiua nunquam censetur à lege, vel statuto probibitum.*

29 *Mater potest relictum in testamento filij petere ex ipso testamento si quid vero legitimæ deest petere condictione ex lege.*

31 *Correctio nunquam censetur inducta nisi expressim, vel necessaria legis posterioris incompatibilitate id suadente.*

32 *Iniuria remissa censetur matri binubæ à filio in bonis profectitijs tantum, in quibus lex punit iniuriam filio illatam, nec potest capere nisi tantum quod filius reliquit, licet à successione ab intestato sit penitus exclusa, vt quilibet extraneus.*

33 *Secus vero quoad bona aliundè quæsita, nam quoad hæc non est opus remissione iniuriæ, ex quo eorum etiam proprietatem matri binubæ lex defert.*

34 *Verbum* rogo, *quandoque in vltimis voluntatibus aptum est importare præceptum, siue probibitionem.*

35 *Tamen resoluitur in simplices preces, quando voluntas Testatoris ex testamento elicita ita suadet, & ex quibus destmatur Testatoris voluntas?*

36 *Legitima non censetur matri probibita ex verbis testamenti filij* quatenùs de iure debeatur, *quæ solum important imputationem legati in legitimam pro concurrenti quantitate.*

37 *Legitima matri debita, quoties à filio non est expressè probibita censetur secundum tacitam illius voluntatem permissa detractio.*

38 *Mater transiens ad secunda vota non tenetur petere filio impuberi tutorem, si tunc viuit auus paternus.*

39 *Mater quamuis transiens ad secunda vota tutorem filio impuberi non petierit, nihilominus si filius in pupillari ætate non decedat nec maior factus hanc exceptionem opponat, censetur ad legitimam filij successionem reintegrata.*

40 *Ad legitimæ supplementum agi nequit ante firmatum statum hæreditatis.*

41 Bartol.cons.17.lib.1. *quo casu loquatur?*

42 *Legitima matris in bonis filij aliunde quæsitis determinanda est in medietate trientis, cum alia medietas spectet ad alterum fratrem vtrinque coniunctum.*

DECISIO CCCCXIV.

PETI à Comitissa Camilla hærede Ascanij filij, & hæredis Dianæ suplementum
1 legittimæ† in bonis Antonij alterius filij prædefuncti eidem Dianæ debitum §. *primum itaque auth.de hæred. & Falcid. Peregr. de fideicomm. art.49.num.49.in fin.Seraph.decis.1331.numer.15.* nec mors Dianæ antè illud agnitum, nec la-
2 psus temporis † vetat siquidem quia ipso iure à lege defertur transmittitur ad quoscumque hæredes extraneos licet non agnitum, *Aym.cons.142.numer.2.Mant.de coniect.lib.7.tit.8. num.10.Grat.decis. March.4. num.2.& 3.* & in puncto matris *Mart.cons.151.num.23.* neque
3 præscribitur † minori spatio 30. annorum vt reprobato *Bart.* declarat *Bald. in l.si quis filium numer.6.in fin.C.inoff.testam.Galuan.cons.13. num.108.Neguf.quæst.535.sub num.6.Rot.dec.489. num.1.& seqq.coram san.me.Gregor.XV.decis.256. num.5.coram bon.me.Cardinali Caualerio.*

Vtique tamen vitare videbatur eiusdem Dianæ transitus ad secunda vota Antonio filio adhuc viuente ob claram dispositionem
4 *tex.* † *in l.fœmina §.illud C.secu.nupt.* restringentis matri binubæ successionem in bonis filij prædefuncti ad solum vsumfructum donec vixerit reseruata proprietate alijs filijs prioris matrimonij, quæ matre mortua etiam vsumfructum ad se traxit ministerio legis *l. si quis prioris §.illud C.secund.nupt.§.finitur inst. de vsufr. Rot.decis.209.num.2.part.1.recent.* idque proce-
5 dere † etiam in legittima alioquin matri debita tradit *Bald.in auth.ex testam.ante nu. 1. vers. pone ergo C.secun.nupt.Peregr.cons.78.num.5.lib.1. & cons.17.num.4.lib.3.Menoch.cons.237.numer.7. & seqq.Sanch.de matrim.disput.89.num.19. libr.7. Rot.decis.80 num.6.& 9.par.6.recent.*

Imò cum Diana Antonio tempore dicti
6 transitus impuberi tutorem † à Iudice dari non petierit, ei nec quoad vsumfructum succedere ab initio potuit *l.omnem C. ad senat. consul.Tertull.Guttier.de Tutel.par.1.cap.16.n.32.*
7 *& seqq.* & magis in terminis † quod priuetur penitus legitima tradit *Bald. cons.140. sub numer.1.vers.ista igitur mater lib.1. post Bart. in l. 2. num.13.ff.qui pet.tutor.Gabr.de tutel.conclus.1. numer.15.Neguf.quæst.627.nu.5.*

8 Verum quia legitimæ suplementum† hodiè petitur in bonis aliundè, quam ex paterna substantia Antonio quæsitis, de quibus exaduerso allegatus *tex.in l.fœmina* non loquitur, binubatus non obstat, debeturque in illis matri successio,& per consequens legitima pleno iure,ac si secundo nõ nupsisset, vt probat *text.in l.mater* ibi, *extrinsecus quidem quæsita filio filieue simili firmitate possideat Cod.ad Tertullian. §.cum igitur auth. de non eligen. secun. nuben.* per quem corrigi dispositionem *d. l. fœminæ aduertit Alba cons.349.sub num.1.Castr. Bald. Io.de Garronib.Crass.*& alij plures, quos refert, & sequitur *Rot.in Fauentina Bonorum* 5. *Iulij* 1649. *§.alia vero, & §.seq.coram R.P.D.meo Celso,* quibus additur *Sichard.in auth.ex testamento num.* 3. *C.secun.nupt.August.Barbos.ibid. num.4.& 5. Go-*

mes.in l.14.Thauri sub num.2.Matthien. recopillat.
lib.5.tit.3.l.3.gloss.2.sub num.15.Azuedo recopillat.
lib.5.tit.1.lib.4.num.43.Facchin.cons.81.numer.2.
lib.1.Bellon. Iun.cons.59. num.54.& seqq. Negus.
quaest.367.numer.15.Fontanell.decis.52.nu.19.
9 Siue filius decesserit intestatus, † siue
cum testamento, itaut si in eo minus legiti-
ma matri reliquerit agere matri liceat ad le-
gittimę supplementum Bald.in d.auth.ex testa-
mento ante nu.1.vers.pone ergo & n.2. & cons.314.
num.3.lib.4.Castr.cons.416.in princ.& nu.2. lib.1.
Soccin.Iun.cons.penult.n.4.libr.4.Menoch.cons.237.
num.12. vbi distinguendo inter bona paterna,
10 & alia ait in illis † si filij primi matrimonij
supersunt, & defunctus cum testamento de-
cessit, matri non deberi legittimam, in his
11 vero deberi † prout deberetur successio si in-
testatus decessisset, quia ius petendi legitti-
mam metimur à successione ab intestato,
Rimin.Iun.cons.305.nu.17.& seqq.Peregr. cons.80.
num.22.libr.1.cons.417. num. . . lib.3. Facchin.
controu. Iur.lib.3.cap.63. vers. quibus non obstanti-
bus Mant.de success.legal part.2.quaest.4. art.1. nu-
mer.18. cum alijs, quos refert, & sequitur,
Moder.Pisauriensis de imput.quaest.7. nu.6. & seqq.
& Moder.Vrbinaten.in tract.de fratr.par.3.cap.13.
num.51.& seqq.
Etiamsi in testamento filius prohibuisset
matri ne plus peteret, quia cum in bonis
12 aliunde quaesitis † locum non habeant pœnę
secundo nubentium ex supra allegatis sicut
13 filius† prohibere suplementum legitimae nō
potest matri, quae secundo non nupsit Suarez,
in l.quoniam in prioribus ampliat.16.nu.3. C.inoff.
testam.Gomes.var.resol.tom.1.cap.11.sub num. 24.
Azeued.recopill.lib.5.tit.8.l.prima sub numer. 49.
14 ita nec † potest matri biuubae, vt probat text.
in §.cum igitur ibi, sed etiam contra testamentum &
datis allegationibus si forte filius eam praetermisserit,
aut irrationabiliter exheredatam fecerit Auth.de non
elig.secun.nuben.confirmatus in §.hinc nos infra med.
ibi in residuis vero omnibus rebus, quae aliunde erant
filio praeter paternam successionem veniant secundum
vocationem nostram, & in fine ibi, alijs omnibus,
quae de successionibus dicta sunt parentum in filijs in-
tactis remanentibus Auth.de nupt. & tradit Io. de
Garron.in d.auth.ex testamento num.29. in fin, vbi
signanter dicit rationem, quia ad haec bona
non extenditur pœna secundarum nuptiarū
C. eod. tit. & reprobata contraria sententia
Soccini, & Beroi, quos secutus est Laderch. con-
sil.33.num.5.& seqq. Moder. Foroliuien. de legitt.
lib.4.tit.2.quaest.2.num.0. & seqq. tradit remissi-
ue Rimin.Iun.d.cons.305.num.17.& seqq. per tot.
vbi respondet omnibus contrarijs, Peregr. d.
cons.80.num.26. vbi ait, quod in proposito le-
gittimae non est considerabilis differentia an
contra voluntatem, vel secundum volunta-
tem filij mater veniat, sed id tantum spectan-
15 dum est an matri sit debita legittima, † & si
debita sit inuitis filijs debetur libr. 1. Castr.
cons.416.in princ.vers.nec excluditur lib.1. Anchar.
cons.421.nu.2. vers.secundo casu.Moder.Pisauriensis
sis d.quaest.7. num.28. & seqq. Modernus Vrbinates
d.cap.13.num.49.& seqq.Moder. Assisiensis dec. for.
Ecclesiast.33.sub num.1.vers.comparitum & numer.
seqq.per tot. qui omnes Moderni sequendo Rimin.
iunior. loc. alleg. respondent cunctis aduersan-
tium obiectis.
Quorum duo precipua sunt, nempè text.
16 in d.§.hinc nos † auth.de nupt. ibi, si igitur legit-
time filius testatus fuerit, & reliquit matri substan-
tiam siue partem eius aliquam, bene illa accipiat per
scripturam, quia vbique custodire morientium vo-
lumus voluntates, & habeat quod dimissum est, aut
datum, & secundum proprietatem, & secundum
vsum, sicut enim licebat relinquere alicui extraneo-
rum ita, & matri relinquens, siue institutionem, siue
legatum rectè relinquat dominium, & vsum, siue ex
rebus, quae extrinsecus aduenerunt fuerit facultas, siue
ex paternis nihil ex hoc fratribus condicere valenti-
bus, ponderando tum verbum per scripturam,
hoc est testamentum, & sic non contra testa-
17 mentum† prout suplementum legitimae vo-
luit, Dec.in l.precibus num.24.C.impuber. & alijs
subst.Socc. Curt. sen. Ruin. & alij relati à Peregr.
d.cons.80.num.24. tum praeceptum quod serue-
tur voluntas morientis, tum equiparationem
18 matris cum extraneo, cui † sanè legittima,
aut eius suplementum non debetur Rot. Bono-
niae in cons.vnica impress.post decis.Bartij num.74.
tum tandem verba illa siue institutionem siue le-
gatum, per quae datur intelligi, quod Impera-
tor voluit testamentum filij seruari quamuis
legittimam non reliquerit, sed aliam suae
substantiae partem titulo legati, quod in legit-
tima non verificatur, quia illa reliqui debet
19 titulo † institutionis, vt in terminis legiti-
mae ascendentium, Bald.in l.omnimodo numer. 2.
Cod.inoff.testam.cum alijs allegatis à Matthiense
recopell.lib.5.tit.8.l.1.gloss.7.num.2. vbi quod li-
cet Bart.contrarium senserit nemo eum se-
cutus fuit Purpur.cons.164.num.13. Ex quibus
corrolarie concludunt contrariae opinionis
asseclae, quod per hunc textum loquentem
20 in specie etiam de bonis aliunde † quaesitis
corrigitur alter in §.cum igitur auth. de non eli-
gen.secun.nuben.
21 Secundò in id expendunt rationem † pro-
pter iniuriam videlicet illatam, & marito, &
filio mortuo per transitum ad secunda vota
§. prospeximus auth.de non eligen. secundo nuben.
§.soluto §.quae vero vbi gloss. verb.defuncti auth.
de nupt.Rot.decis.773.numer.3. part.3.recent. quam
22 potuit filius † remittere, sed remissio opera-
tur taxatiuè in eo quod matri reliquit, cum
prohibendo ne plus petat declarauit, quod
in reliquo noluit remittere, vt in proximis
terminis contra matrem ratiocinatur Masca-
rdun.cons.79.num.13.
23 Caeterum ad educta ex text.in §.hinc nos † re-
spondetur quod Imperator ibi non intellexit
iura matri competentia restringere, sed am-
pliare mandando, quod eius fauore seruetur
filij voluntas, plenumque ius idest proprie-
tatem, & vsumfructum mater acquirat to-
tius, vel partis substantiae, quam quouis ti-
tulo ei filius reliquerit tam de aliundè quaesi-
24 tis, quam de paternis, quamuis in his† ab in-
testato non nisi quoad vsumfructum succes-
sisset, vt benè aduertit, Facchin. contr.d. libr.3.
cap.63.vers.ad primum, & exemplo extranei
vltur

vetitur Imperator non vt illi penitus matrem æquipararet, sed ne illo mater sit deterioris cõditionis redarguendo in hoc constitutiones
25 anteriores, nempè ne prohibitum sit † filio morienti relinquere matri in testamento bona sua paterna, aut aduentitia pleno iure, cum ea relinquere non prohiberetur extraneo, vt ponderat *Rimin. Iun. d. conf. 305. num. 97. & seqq. Peregr. conf. 80. num. 22. vers. nec tex. lib. 1.*

26 Itaque seruanda est voluntas filij, † sed vt ait *Peregr. d. conf. 80. num. 26. in fin.* quatenus fauet matri, & iura legittimæ ei ex alijs iuribus prouenientia non minuit, & sic quatenus legittimam, quam ascendentibus quicquid sit in descendentibus titulo legati posse relinqui voluit, *Bart. in auth. nouissima nu. 4. C. de inoff. testam. Io: Franc. à Ponte conf. 66. num. 3. lib. 1. Rouit. dec. 22 sub num. 12.* pars illi à filio relicta adequet, vt supposuisse Imperatorem colligitur; tum
27 quia locutus fuit de filio, qui legittime † testatus fuerit ibi, *si igitur filius legittime testatus fuerit* qualis non est, qui matri legittimam non reliquit *Sesse dec. Aragon. 270. nu. 6. Hieron. Leo in responso post dec. 210. Valentiæ nu. 78. & 79. in puncto Facchin. d. cap. 63. vers. ad primum in fin. Rimin. iun. d. conf. 105. num. 52. & 53.* tum etiam quia vsus non fuit dictione aliqua taxatiua,
28 aut nominatim exclusiua, † sine qua ius petendi legittimam nusquam censetur à lege, vel Statuto prohibitum, *Ruin. conf. 97. numer. 2. lib. 1. Franc. Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæst. 37. num. 8. Thesa. decis. 184. num. 3. Barz. decis. 97. num. 40.* & stant simul, quod mater per scripturã hoc est
29 testamentum consequatur † partem relictam si quid verò legittimæ deest obtineat authoritate legis conditione ex lege *Socc. in l. si ex toto num. 3. in secundo notab. ff. legat. primo Rip. in l. in quarta num. 115. ff. ad leg. falcid. Ruin. conf. 55. nu. 7. lib. 2. Peregr. d. conf. 80. numer. 25. Neguf. quæst. 424. num. 6.* Tum tertiò, quia in bonis aliundè, quam à patre filio obuentis reseruauit expressè leges fauorabiles matri. Atque hinc
30 gratis dicitur fuisse ex hoc textu † correctam dispositionem *tex. in §. cum igitur auth. de non eligen.* cum imò præseruetur *Neguf. quæst. 450. sub num. 36.* & correctio nusquam censeatur in-
31 ducta † nisi expressim *Ceph. conf. 535. num. 19. Neguf. quæst. 465. sub num. 18.* aut necessaria legis posterioris incompatibilitate id suadente *l. sed & posteriores ff. legib. gloss. in l. sciendum in princ. ff. qui satis d. cogant. Cancer. var. resol. tom. 3. cap. 19. num. 7. & 8. & in puncto quod tex. in §. hinc nos* non corrigat *sed cum §. cum igitur concordes* obseruat *Bellon. Iun. conf. 59. num. 21.*

Ad rationem limitatæ remissionis iniuriæ respondetur aplicari quidem in bonis profe-
32 ctitijs filii, in quibus lex punit iniuriam filio illatam, & propterea mater exclusa à plena successione intestati licet agnita in testamento filij non capit, nisi quod ei filius reliquit, quia censetur agnita, seu instituta, vt quilibet extraneus *Bald. conf. 49. nu. 1. in fin. lib. 5. Barbat. conf. 50. col. 6. vers. capio nunc vol. 3. Alex. conf. 3. num. 10. & seqq. lib. 7. Azeued. recopill. lib. 5. tit. 1. l. 4. num. 39. Rot. Bononien. diuers. dec. 11. numer. 5.*
33 Secus verò in bonis aliundè quæsitis nam quo ad hæc non est opus remissione iniuriæ cum nec iniuriæ ratio habeatur, vt egregiè ponderat *Bellon. iun. d. conf. 59. sub nu. 21. vers. ad secundum, & num. 22.* vbi id probat, ex quo lex eorum etiam proprietatem matri binubæ defert *Marcabr. conf. 79. num. 62. & 63. post Salyc. in auth. sed & si quis col. 2. in princ. C. secund. nupt.* aliosque ibi allegatos, vndè etiam dicimus, quod in huiusmodi bonis pœnæ secundo nubentium fauore filiorum inductæ non militant, vt suprà probatum fuit.

Sed prætereà in casu nostro filius non prohibuit matri ne plus peteret, sed rogauit ibi, *la prego à contentarsi per tutto quello, che potesse pretendere della mia heredità*, & verbum *rogo*
34 aptum † quandoque importare præceptum, ac prohibitionem in vltimis voluntatibus, *l. 2. C. comm. de legat. Fusar. de subst. quæst. 243. n. 2.*
35 resoluitur in simplices præces † sic suadente testatoris voluntate ex alijs testamenti partibus elicita *Castr. in l. peto 71. num. 2. ff. leg. 2.* quæ hic euidens colligi videtur ex superiori parte testamenti vbi filius quatenùs mater legittimam prætenderet, & ei de iure deberetur, quod non credit grauauit hæredem certo onere fauore cuiusdam Monasterij erigendi, id enim demostrat, quod filius noluit addere prohibitionem, sed tantum seruari dispositionem legis, & in puncto, quod verba illa,
36 *quatenus de iure deberetur* † non importent prohibitionem legittimæ, sed solum imputationem legati in illa pro concurrenti quãtitate, *Corn. conf. 200. sub num. 5. vers. et illam habeo, & 3.* quem refert, & sequitur *Rip. in l. in quartam numer. 154. in fin. ff. ad leg. falcid. Rot. in Romana hæreditatis de Fabijs 4. Aprilis 1642. §. antepen. in fin. co-*
37 *ram me* quodque vbi non adest † expressa prohibitio filij legittimæ detractio fieri dicatur secundum tacitam eius voluntatem *Io: de Garronibus in dicta auth. ex testamento sub nu. 29 sed in casu C. sec. nupt.*

Negligentia vero matris in petendo tuto-
38 rem † filio impuberi euitatur, quia tunc viuebat auus paternus, in cuius potestate cum filius esset superflua erat tutoris petitio *Alex. conf. 185. num. 12. lib. 6. facit Socc. sen. conf. 153. numer. 38. vers. sed clarum est lib. 2. Fulgos. conf. 137. sub num. 3. vers. in qua re Robert. Marant. conf. 31 num. 4. Gabr. de tutel. conclus. 1. num. 66. Guttier. tod. tract. par. 1. cap. 16. num. 99.* Et in omnem euen-
39 tum, quia filius non decessit in † pupillari ætate, sed maior factus, nec viues huiusmodi exceptionem matri opposuisse probatur, reintegrata diceretur mater ad legittimam filij successionem vt ad litteram disponit *tex. in l. matris C. ad Tertull. & notant gloss. & Doct. in l. sciant C. hæredit. legat. Castr. conf. 416. num. 1. lib. 1. Corn. conf. 234. num. 2. vers. si autem decesserint puberes lib. 4. Nicol. de Vbald. de success. ab intest. par. 2 in tertia limitatione Gabr. d. conclus. 1. num. 45. Guttier. d. cap. 16. num. 77. vers. secus si factus pubes Gomes. in l. 14. Tauri sub num. 18. vers. secus vero si moriantur puberes Ciriac. contr. 367. num. 30. & 31. Rot. decis. 479. num. 9. vers. vltra quod part. 1. recent.*

Non obstat, quod ante firmatum statum
40 hæreditatis agi non possit † de suplemento legit-

legittimæ iuxta *theor. Bart. conf. 17. lib. 1. quia ex*
datis in Summ. Comitissa Camillæ num. 17. & seqq.
satis constat quod legatum scutor. 25. Dianæ
matri ab Antonio relictum minus est legiti-
ma, cùmque proindè dubitari non cõtingat,
41 an supplementum debeatur, † in quibus ter-
minis loquitur Bartholus, sed de eius quan-
titate firmari poterit status hæreditatis quan-
do decernenda erit certa quantitas supple-
menti statuendo interim legittimã in triente
42 medietatis† bonorum aliunde quam à patre
acquisitorum, quia alia medietas spectat ad
Ludouicum Antonij fratrem vtrinque con-
iunctum iuxta textum *in auth. defuncto Cod. ad*
Tertull. ac tradita à Neguf. quæst. 512. nu. 36. Gabr.
conf. 94. num. 20. lib. 1. Thes. decis. 172. num. 6. & in
fin. Rot. dec. 30. num. 15. inter impress. post moder. Fo-
roliuien. de legit. cum alijs alleg. ab eod. moder. lib. 1.
tit. 4. quæst. 7. num. 12. & 14. Hector. Felic. alleg. iur.
par. 3. alleg. 22. num. 1. & num. 3. in fin. Ronit. decis.
decis. 280. num. 13. Rot. in Imolen. legitimæ 20. No-
uembris 1645. coram Reuerendissimo Domino meo
Dunozetto Decano.

Et ita decisum vtraque parte informante.

ROMANA SALVIANI.

Veneris 18. Martij 1650.

ARGVMENTVM.

Beneplacitum Apostolicum necessarium non est in emptione, quæ fit ab Ecclesia. Nullitas licet sit exclusiua iuris agentis allegari nequit à tertio possessore, sed declarari debet ab eo, ad cuius fauorem inducta fuit. Defectus hypothecæ allegari nequit à tertio possessore possidente bona debitoris tanquam ad ipsum spectantia. Census per compensationem vt ipso iure extinguatur, requiritur oppositio, seu declaratio ad dictum effectum, cũ possit debitor nolle, censum extinguere, sed pecunias sibi debitas in alios vsus erogare.

SVMMARIVM.

1. *Ecclesia potest absque beneplacito, seu licentia Superioris bona emere, & pecunias ad se spectantes in eam causam soluere.*
2. *Ecclesiæ euidens vtilitas solum attenditur pro obtinendis licentijs in alienationibus rerum Ecclesiæ.*
3. *Nullitas, licet sit exclusiua iuris agentis opponi nequit à tertio possessore non præcedente declaratione illius, cuius fauorem respicit.*
4. *Hypotheca continetur sub obligatione Camerali.*
5. *Saluianum datur contra tertium possessorem probatis solitis extremis.*
6. *Donatio facta absenti potest ab eo non acceptari, vel si fuit acceptata ei renunciari.*

Stipulatio Notarij pro absentibus ante acceptationem nihil operatur, ibid.

7. *Hypothecæ defectus opponi nequit agenti in saluiano à tertio possessore, qui tanquam creditor communis debitoris bona super quibus petitur immissio vti spectantia ad debitorem eiusque, securitatis liberari fecit.*
8. *Saluianum non admittit exceptiones requirentes altiorem indaginem.*
9. *Census per compensationem extinguitur, quæ ipso iure inducitur ad euitandum cursum vsurarum.*
10. *Declara ad hunc effectum requiri iudicialem, vel extraiudicialem debitoris oppositionem, siue declarationem cum possit debitor nolle censum extinguere; sed pecunias sibi debitas in alios vsus erogare.*
11. *Item declara per compensationem non extingui, quando in illius redemptione certa, & particularis forma seruanda est, quæ per compensationem impleri, ac seruari non potest, nec constat fuisse seruatam.*

DECISIO CCCCXV.

ORIGINALIS creditor census scutorum 1220. in sorte principali de anno 1597. impositi à Lelio Petronio cum fideiussione Io: Frãcisci Salamonij fuit Petrus Paulus Amadeus, qui vna cum Angela Arditia eius vxore in eodem censu pro suis dotibus assecurata, illum de anno 1624. tradidit in fundum dotalem Magdalenæ communis filiæ, & tam ipsa Magdalena, quam Victoria, & Cęcilia dictæ Angelæ hęredes transigendo de anno 1639. cum Abbate, & Monacis Sanctæ Crucis ad Hyerusalem, illis hunc ipsum censum translatiuè cesserunt recepto prętio, quod Monaci soluerunt de pecunijs retractis à venditione duorum aliorum cẽsuum quos cum licentia Sacræ Congregationis Concilij Interpetrum imposuerant.

Adeò quod hodie Monaci sunt legitimi
creditores, ac Domini census olim spectantis
ad Petrum Paulum mediãte huiusmodi ces-
sione, quam tertij possessores rei conuenti in
hoc iudicio vtilis saluiani interdicti impu-
gnare non possunt sub prætextu quod licen-
tia præfata Sac. Congregationis præbeat Mo-
nacis facultatem imponendi alios census ad
effectum hunc censum extinguendi; tum
quia id respicit validitatem aliorum cẽsuum
quos Monaci in vim dictæ licentię imposue-
runt, non autem huius census translatiuam
acquisitionem, ad quam illa opus non erat
1 cum non sit prohibitũ Ecclesiæ † bona eme-
re, & pecunias ad se spectãtes in eam causam
soluere absque aliquo beneplacito, seu licen-
tia Superioris, vt aduertit *Nauarr. in Comment.*
alienat. rer. Eccles. in princ. num. 1. Butr. in cap. nulli
num. 11. de reb. Eccles. non alien. Rebuff. in compend.
alienat. rer. Eccles. num. 8. Rot. in Amerina bonorum
19. Aprilis 1641. §. neque potest coram Eminentiss.
D. Cardinali Hieronymo Verospio, & in eadem 18.
Maij 1643. §. nec repugnat, & §. nihil obstat coram
coram R. P. D. meo Roiaz.

Tum quia vtilius fuit Monacis censum
acquirere translatiuè, quam extinguere, quia
sic ex fructibus soluere possunt fructus cen-
suum quos imposuerunt, & in huiusmodi
2 licentijs attenditur † dumtaxat euidens Ec-
clesiæ vtilitas, *Ruin. conf. 157. nu. 23. in fin. lib. 1.*

Seraph.

Seraph.dec.443.num.2.& dec.1174. num.7.Mant. dec.31.num.5.Rot.dec.710.num.3.par.2.rec. Tum tertio quia in omnem euentum hæc nullitas
3 vti respiciens † fauorem Monacorum licet exclusiua esset iuris agentis opponi non potest à tertijs possessoribus dum nusquam ab eisdem Monacis declarata fuit *Socc. consil.78. num.8.lib.4.Surd.cons.1.n.84.Rimin. sen. consil.99. nu.8. & in puncto fuit decisum in Romana Saluiani 4.Martij 1644. §.etenim in fin.coram R.P.D. meo Verospio.*

Hinc instantibus Monacis pro fructibus huius census, & renouatione fideiussionis ibidem promissa, se immitti ex vtili Saluiano interdicto in possessionem bonorum olim à Salamonio, qui vt supra in Instrumento census fideiussor accessit, nunc verò à reis conuentis possessorum, & probantibus eadem bona cadere sub hypotheca generali, quę verbis explicitis constituta fuit in obligatione
4 Salomonij, & inest † etiam obligatione Camerali *Zacch.de obligat.Camer. quæst.31. num.8. Barz.dec.108.num.29. Buratt.decis.905. numer.2.* Necnon tẽpore hypothecæ, vel postea fuisse possessa ab eodem Salamonio, & nunc possideri à reis conuentis, quia tanquam hæreditaria Salamonij ea sibi deliberari fecerunt, vt in Summario Monacorum *nu. 2.* censuerunt Domini immissionem petitam esse conce-
5 dendam, † vt debet dictis extremis probatis, *Menoch.de adipisc. remed.3.num.161.& seqq. Rot. dec.491.num.6.coram san.mem.Greg.XV. dec.407. num.1.part.5. recent. & in his terminis fuit dictum in Romana Census, seu Saluiani 26. Iunij 1647. coram me.*

Non obstat defectus hypothecæ, eo quod de tempore fideiussionis præstitæ à Salamonio hæc bona non essent in eius dominio stante præcedenti donatione, quã fecerat ad fauorẽ Andreæ filij, & aliorum filiorũ nasciturorũ, nam eadem donatio reuocata fuit de anno 1602. & visa fuit requirere altiorẽ indaginem, cum stipulata fuerit pro filijs absentibus, ac reseruata facultate illam alterãdi, nec hodie de ea excipiant donatarij, qui potuerũt
6 eam † non acceptare, vel acceptatæ renunciare, vt in terminis stipulationis Notarij pro absentibus, *Ruin.cons.119. sub num.8. vers.antequam ergo, & cons.172.numer.16. vers. quod si illo lib.1.Rot.in Romana census 25.Iunij 1640.§.tertio quod coram me.* Sed tertij possessores, qui eum hæc bona sibi deliberari fecerint tanquam
7 creditores † Salamonij, & ad illius hæreditatem spectantia, negare interim non possunt, quod fuerint in eiusdẽ Salamonij dominio, & sub hypothecis eius creditorũ ceciderunt, vt in puncto hypothecæ respondit *Rota decis. 68.num.11.decis.108.numer.33. inter impress.apud moder.Perusin.de subhast.& in Romana Saluiani de Casalibus 17.Nouembris 1637. §. et demum coram bon.mem.Buccabella, & 23.Maij 1642. §.creditum coram bon.mem. Merlino.* Nec per consequens donec plenius de viribus donationis, ac reuocationis cognoscatur retardare valent immis-
8 sionem in hoc iudicio, † quod non admittit exceptiones requirentes altiorem indaginem *Rot.dec.559,num.3.par.1.rec.dec.94. num.10. post Gilien. ad statut. Perus. & in Maceraten. censuum 22.Iunij 1646. coram bon.mem. Arguelles vbi allegatur concord.*

Minus obstat, quod Salamonius tractu temporis euenerit creditor Petripauli creditoris census in scutis 636. & proinde census
9 extinctus fuerit per compensationem † quæ ipso iure inducitur ad euitandum cursum vsurarum. Quia, & si census possit compensatione extingui, *Nauarr. de vsur. sub num. 124. vers. trigesima nona quæstio, Rot.dec.354.num.1.& seqq.par.5.recent.dec.148.n.1.& seqq. par.6.* deest
10 in casu nostro † iudicialis, vel saltem extraiudicialis debitoris congrua oppositio, seu declaratio quæ ad hunc effectum requiritur, quia potuit debitor nolle censum extinguere, sed pecunias sibi debitas in alios vsus erogare, *Peregr.cons.107.num.3.lib.2.Roder.de annu. reddit.lib.2.quæst.18.num.9.& seqq.Molin. de contract. disput.560. sub numer.3.* vbi rationibus id comprobat *Cenc.de censib. quæst.88. sub num 6. vers. contrarium, & quæst.108.num.4.Rot.in Rom. census 13.Maij 1630. coram bon.mem. Merlino, & in Romana census 10.Iunij 1641.§.minus coram R. P.D.meo Cerro.*

Præsertim quia Salamonius non est debitor principalis census, sed fideiussor, & in instrumento census fuit à contrahentibus designata certa forma seruanda in illius redemptione, nempè quod prętium deponi deberet in Sacro Monte Pietatis ad effectum illud denuo inuestiendi pro euictione domus, ex cuius prętio census emptus fuerat ad contentamentum, & eum præsentia, & consensu Abbatis Sanctæ Crucis, quæ forma, seu conuen-
11 tio cum † non potuerit impleri, ac seruari per assertam tacitam compensationem, nec aliquo modo seruata fuerit gratis allegatur compensatio, *Surd. cons.246. num.21.* & quod census fuerit per compensationem extinctus *Roder.de ann.reddit.lib.2.quæst.15.numer.89.Grat. discept.45.num. 2.num.16.& 29.Amat.dec.March. 50.num.13.Giurb.dec.79.nu.45.& 46.Rota in Romana fructuum census 22.Iunij 1645. §.per obitum coram R.P.D.meo Cerro.*

Et ita decisum informantibus solum Reuerendissimo Abbate, & Monacis S. Crucis post quatuordecim citationes contra aduersarios executas.

AVENIONEN. SALVIANI.

Lunæ 28. Martij 1650.

ARGVMENTVM.

Datio in solutum vt valeat, quænam requirantur? sub generali hypotheca omnium bonorum cadunt etiam bona feudalia, quæ ad instar allodialium alienabilia sunt. Præscriptio interrumpitur per litis contestationem, & litis contestatio ex quibus probetur? Possessio debitoris de tempore hypothecæ ex quibus probetur?

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Datio in solutum alicuius rei pro pretio æstimando ante æstimationem, & nondum certificato pretio conditionalis, & imperfecta est.*

2 *Item debet sequi actualis rei traditio, à qua clausula* constituti, *in Instrumento adiecta debitorem non liberat.*

3 *Hypotheca resultat ex illis verbis*, obligauit omnia bona &c.

4 *Bona feudalia cadunt sub hypotheca bonorũ quando ad instar allodialium alienabilia in extraneos, & hæreditaria sunt.*

5 *Et debitor dum poterat illa hypothecare, voluisse sub hypotheca generali ea comprehendi præsumendum est.*

6 *Feuda in Statu Auenionensi, & Comitatu Venusino ex generali consuetudine alienabilia sunt.*

7 *Præscriptio per litis contestationem interrumpitur.*

8 *Litis contestatio ex quibus probetur?*

9 *Lis contra aliquem mota probatur ex illius intimatione facta euictionarijs ad effectum vt à molestijs liberetur.*

10 *Clausula* constituti, *probat constituentis possessionem etiam contra tertium quando pluribus adminiculis fulcitur, & num. 12. vbi enumerantur adminicula, ex quibus possessio probatur.*

11 *Clausula,*constituti,*possessionem constituentis probat contra habentem mediatè ab eo causam.*

13 *Libri publicorum Officialium plenè probant.* *Solutio Canonum facta ab aliquo pro feudo probatur ex libris publicis alijsque adminiculis, præsertim quando non constat de eo tempore neminem alium illos soluisse ibidem.*

14 *Possessio Castri continetur sub appellatione Castri.*

15 *Possessio Castri probatur ex solutione Canonum quando non constat alium tunc temporis possedisse.*

16 *Laudemium soluitur pro inuestitura, & actuali traditione possessionis.*

17 *Aditio hæreditatis probatur si hæres hæreditario nomine transegit.*

DECISIO CCCCXVI.

REiecta hodie fuerunt quecumque per informantes pro Hectore Bello adducta aduersus creditũ Francisci de Tertullis actoris vti extinctum mediante datione in solutum, aduersus hypothecam, vel quia orta nusquam fuerit super Castro controuerso, vel quia præscriptione fuerit sublata, ac tandem aduersus possessionem Francisci de Scessas principalis debitoris.

Extinctio namque crediti, seu asserta datio insolutum vigore conuentionis in instrumento mutui apposito, quod in euentum non restitutionis pecuniæ mutuatæ creditor haberet in solutum quamdam Coloniam
1 pro pretio æstimando, † non probatur purificata per successiuam eiusdem Colonię æstimationem, sine qua nondum certificato pretio conditioualis, & imperfecta erat §. *pretium inst. de empt. & vendit.* & in terminis dationis in solutum *Anchar. Regien. quæst. familiar. 28. nu. 8. lib. 1. Surd. cons. 225. num. 9. in fin. Buratt. dec. 372.*
2 *num. 5.* Minusque probatur effectuata † cum actuali Coloniæ traditione, à qua clausula *constituti*, in dicto instrumento adiecta non liberabat debitorem ex *allegat. in 2. decis. huius causæ §. fin.* quibus additur *Ciriac. controu. 327. num. 24. & seqq.* imò nusquam fuisse traditam nec tradi potuisse apparet, quia ab alio possidebatur, vt probat sententia arbitramentalis lata de anno 1578.

3 Ortus hypothecæ † euidens est in verbis Instrumenti, ibi, *obligauit omnia bona &c.* quibus sic vniuersaliter conceptis includuntur
4 etiam bona feudalia † quæ ad instar allodialium alienabilia in extraneos, & hæreditaria
5 sunt, cum ideò sicuti † poterat debitor hypothecare voluisse præsumendum sit, *Menoch. cons. 129. num. 13. Natt. cons. 159. sub nu. 25. Surd. cons. 551. sub num. 25. Bellon. iun. cons. 30. sub n. 9. & seqq. Mastrill. dec. 86. numer. 10. Amat. dec. Ferrar. 51. num. 7. Buratt. dec. 87. num. 10. & seqq. Rot. inter recent. dec. 164. num. 18. par. 7.* Qualia esse
6 ex generali consuetudine † feuda in statu Auenionensi, & Comitatu Venusino tradit *Ludou. Bell. cons. 3. num. 64. & cons. 4. num. 1. & 81. post Bertrand. cons. 237. num. 1. & 2. lib. 6.* quos refert, & sequitur *Moder. Auenionen. in tract. de prauent. cap. 14. numer. 5. & variar. resolut. tom. 2. cap. 34. numer. 12.*

Præscriptio verò non intrat ex allegatis in prioribus decisionibus, interrupta † nimirum
7 fuit † per litem cõtextatam de anno 1618. & 1621. ac prosecutam successiuis temporibus: gratisq; exaduerso negatur contextatio litis, & impedimenta præstita illius prosecutioni,
8 cum constet† de citationibus, ac productione articulorum, & de dilationibus exaduerso petitis, ne dum ad effectum intimandi litem euictionarijs, sed etiam sub prætextu feriarũ, vt in calce responsionis facti pro *Tertull.* Dumque ipse aduersarius fatetur litem sibi
9 motam intimasse † euictionarijs contraque eosdem, vt à dicta lite liberaretur ad plures actus iudiciarios deuenisse fateatur oportet in necessarium antecedens præexistentiam litis contra se ipsum in Saluiano ab hac parte motæ, ac prosecutæ ad tradita *à Bald. per illum tex. in l. 2. numer. 1. Cod. dot. promiss. in 2. lect. Dec. cons. 135. sub numer. 2. vers. nam probato Rot. dec. 400. n. 10. par. 1. recen.*

Possessio tandem Francisci debitoris de tempore hypothecæ, vel postea quam probatam fuisse negant priores decisiones, nunc iunctis scripturis nouissimè ab actore productis probata satis visa fuit. Adducitur namque quod Franciscus de anno 1575. in instrumento dotali constituit se possidere Castrum hoc pro vxore, & clausula, *constituti*, in casu
10 nostro † probat constituentis possessionem contra quemcumque, quia pluribus adminiculis fulcitur, quibus concurrentibus resultat sufficiens probatio etiam contra tertium *Cyn. in Auth. hoc ius porrectum nu. 3. Cod. Sacrosan. Eccles. Tiraquell. in l. si vnquam verb. donatione largitus num. 110. & seqq. Cod. reuoc. donat. Surd.*

cons.

conſ.290.num.46.& deciſ.325.num.6. Rota in Mediolanen. Præbenda 11. Februarij proximi præteriti coram Me, eoque magis contra aduerſarium
11 qui † vt infrà probabitur habet mediatè cauſam à conſtituente *Grat.conſ.42. num.12. lib.2. Morot.conſ.58.num.6.Rot.deciſ.491.num.10.coram ſa.me. Greg.XV. deciſ.49. num.3. coram Reuerendiſſimo Vrgellen.deciſ.539.num.2.par.4.recent.*
12 Adminicula deſumuntur ex homagio† per Franciſcum præſtito pro hoc Caſtro anno 1555. Summ. Tertullij num.3. ex epiſtola Cardinalis de Armignac tuncCollegati Auenionenſis mandantis de anno 1570. d. Franciſco, vt ſoluat Canones, & Vicetheſaurario, vt recipiat, attento quod Franciſcus eſt poſſeſſor Caſtri Summ. ibidem num.4. ex ſolutionibus Canonis à Franciſco paritèr factis ab anno 1559. vſque ad 1578. quas probant plures confeſſiones de recepto adminiculatæ, vt ponderatur *in ſecunda deciſ.* & alia inſtrumenta nuper producta necnon Vicetheſaurarij liber cui tamquam officialis publici ad id deputati, & legalitèr tento videtur adhi-
13 benda fides † accedente maximè dicta præſtatione homagii, & Epiſtola Cardinalis Collegati, & quod nemò alius dictorum temporum Canones ſoluiſſe probatur *Socc.conſ.205. nu.6.verſ.non obſtat lib.2.Surd.conſ.429.ſub n.38. verſ.circa libros Moder.Pataninus de ſcript. priuat. lib.4.tit.de libr. Theſaur.num.10. & 11. Caualer. deciſ.361.num.1.Rota in Bononien. Gabella 4. Decembris 1648. coram R.P.D. meo Ottbobono.* Nec obſtat, quod aliquæ confeſſiones loquantur ſolùm de ſolutione pro iuriſdictione, quia plereque, prout ipſa præſtatio Homagij cantant *pro feudi Caſtri territorij, diſtrictus, & iuriſdictionis loci de Roques*, vnde reſtringendæ non ſunt ad ſolum dominium, & iuriſdictionem, ſed intelligi debent etiam de poſſeſſione, quæ
14 ſub d. vniuerſalitate verborum; † & ſignantèr appellatione Caſtri cõtinetur, *vt per Surd. conſ.135.nu.65.Menoch.de retinen.remed.3.n.115. & ſeqq.relat.à Moder.Peruſino de manut. obſer.10. num.11.* Præſertim ponderando quod nemò
15 alius† tunc temporis probatur Caſtrum poſſediſſe, vt ad propoſitũ aduertit *Alb.conſ.244. ſub num.1.verſ.ſecus*, quodque eodem modo leguntur factæ ſolutiones à Gabrielle Bello Aduerſarij authore, quem fuiſſe Caſtri poſſeſſorem non controuertitur.

Tandem ex pluribus Inſtrumentis nouitèr exhibitis, in quibus Franciſcus vti Dominus directus dicti Caſtri inueſtiuit plures emptores, & ab illis ſolitum Laudemiũ exegit; hæc enim exactio præbet argumentum poſſeſſio-
16 nis cum Laudemium ſoluatur † poſſeſſori pro inueſtitura, & actuali traditione poſſeſſionis *l.fin.§.& ne auaritia C.iur.Emphyt. Grat. diſcept.377.num.34.Surd.deciſ.200.num.3.* Quæ libentius recipienda ſunt, quia Hector Aduerſarius cauſam habet à Gabrielle, hic verò ab Alemanno qui erat frater Germanus, & hæres Franciſci principalis debitoris nàm tranſigendo, vt fecit cum eius vxore ſuper debito hæreditario, nomine illius hereditatem adiuiſſe dubitandum non eſt *ad text.in l.pro hærede*
17 *ff.acq.hæred.l.2.C.iur.deliber.* & in terminis tranſactionis *Bald.conſ.224. num.1. lib.2. Rota coram ſa.me. Greg.XV. dec.98.nu.3.& in Btuntina Cenſus 27. Nouembris 1645. coram R.P.D. meo Corrado impreſſ.apud Moder. Foroliuien. de pignoribus deciſ.105.num.21.& ſeqq.*

Ex quibus omnibus ſimùl iunctis ſublato obiecto non probationis poſſeſſionis Franciſci debitoris, cui ſoli priores deciſiones immiſſionem à Tertullio petitam denegantes innitebantur dictam immiſſionem eſſe concedendam, & ſic à deciſis recedendum eſſe Rota cenſuit vtraque parte informante.

BONONIEN. BONORVM DE FELICINIS.

Veneris 1. Aprilis 1650.

ARGVMENTVM.

Clauſulæ plures tranſlatiuæ poſſeſſionis contentæ in eodem inſtrumento fauore plurium perſonarũ operantur iuxtà ordinẽ ſcripturæ, ſecus verò quando ſunt adiectæ fauore vnius perſonæ, tunc enim non operantur ſuum effectum, niſi in vltimo momento, quo partes habuerunt contractum pro perfecto, conſtituuntque quodammodò vnum quid integrale. Cauſæ plures poſſidendi cumulari poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio per conſtitutum tranſlata amplius non remanet penes conſtituentem, nec poteſt iterùm transferri per pactum precarij, & reſeruationem vſufructus.*

2 *Declara concluſionem procedere, quando plures clauſulæ tranſlatiuæ poſſeſſionis ſunt appoſitæ fauore plurium perſonarum, tunc enim prioritate temporis debent diſtingui iuxtà ordinem ſcripturæ.*

3 *Secus quando ſunt adiecta fauore einſdem perſonæ, nam inter debitorem, & creditorem clauſulæ, & pacta non operantur ſuum effectum niſi in vltimo momento, quo partes habuerunt contractum pro perfecto conſtituuntque vnum integrale.*

4 *Nec diſtinctionem temporis recipiunt, & in eodem inſtrumento non datur prius, & poſterius.*

5 *Clauſulæ plures tranſlatiuæ poſſeſſionis fauore creditoris vnitim operantur, nec vna ante aliam operantur, ſed omnes ſimul iunctæ, quaſi pluribus manibus poſſeſſionem in creditorem transferunt. Poſſeſſio poſſeſſioni cumulari poteſt ibid.*

6 *Petens immitti fatetur ſe non poſſidere.*

DECISIO CCCCXVII.

AVDIRI licet Comes Bartholomeus de Felicinis obtinuerit aduerſus deciſionem, qua ſub die 10. Ianuarij proxime præteriti coram Me firmatum fuit da dam eſſe manutentionem Comitibus Horatio, & Angelæ de Boſchettis coniugibus in poſſeſſione bono-

bonorum eisdem assignatorum ab Antonia de Malegottis in Instrumento dotali, nusquã tamen releuans aliquid in contrarium deduxit fretus dumtaxat spe reperiendi reuocationem dictæ assignationis, vnde seruando huius Sacri Tribunalis inueteratum stylum non expediendi causas sub vnica decisione, quando victo noua audientia concessa fuit, etiam si ille ampliùs non compareat, repropesui hodie instantibus actoribus dubium idẽ manutentionis alias decisum, & in decisis Domini steterunt.

Siquidem vigore dicti Instrumenti assignationis translata in ipsos coniuges fuit possessio manutenibilis in vim, tum clausulæ, *constituti*, tùm reseruationis vsusfructus, tùm precarij ibidem appositorum, quorum neutrum otiosum dici potest, ex quo post translatam possessionem † per constitutum non
1 manserit penes constituentem aliqua possessio ciuilis, quam successiuè per pactum præcarij, seù reseruationem vsusfructus posset transferre, vt per *Guidopap. decis. 512. per tot. & alios relatos in Ariminen. Donationis 22. Iunij 1640. coram Eminentissimo Domino Cardinali Panzirolo, & in Perusina Bonor. 25. Iunij eiusdem anni coram Reuerendiss. Terracinensi*.

2 Quia obiectum forsan procederet † quando plures clausulæ translatiuæ possessionis essent appositæ ad fauorem plurium personarum, earum enim respectu prioritate temporis distingui valent iuxtà ordinem scripturæ *ad Text. in cap. authoritate de concess. praben. in 6. Felin. in cap. cum dilecta num. 4. vers. ordo scriptura de rescr. Mant. de tacit. lib. 11. tit. 22. nu. 3. Gratian. discept. 586. num. 33. Colleg. Patauinum post Zabarell. consf. 2. num. 23.* Secus verò † quando vt in
3 casu nostro omnes adiectæ sunt fauore eiusdem personæ in eodem Instrumento assignationis; nam inter assignantem, & assignatarium, seù inter debitorem, & creditorem clausulæ, ac pacta non operantur suum effectum, nisi in vltimo momento quo partes habuerunt contractum pro perfecto, constituuntque quodamodò vnum quid integrale *Ias. in l. si ita sit scriptum num. 8. & 11. ff. leg. 1. Caguol. in l. singularia num. 124. & in l. lecta num. 157 ff. si cert. pet. Becc. cons. 92. num. 6. Surd. cons. 217. n. 9 Rota in Romana Saluiani 13. Martij 1643. coram R. P. D. meo Peutingero*.

Cumque propterea distinctionem tempo-
4 ris † non recipiant, nec in eodem Instrumento detur priùs, & posterius *l. contractus vbi Bart num. 4. C. fid. Instr. Bald. in l. penult. §. mulier in fin. ff. sol. matrim. Frat. discept. 175. nu. 8. Surd. dec. 157. nu. 6. Bellon. de potest. cor. qua in continen. fiunt cap. 182. num. 7. & seqq. & magis in terminis vtrunque casum distingunt allegati à Moder. Forosiuien. de Pignor. & hypoth. lib. 4. tit. 1. qu. 4. sub num. 21.* consequens est, quod respectu assignatarij, seù
5 creditoris† vna clausula translatiua non operetur ante aliam, sed vnitim ex omnibus simul quasi pluribus manibus possessio contestualitèr feratur ad creditorem cumulando tradendi modos, & possessionem possessioni vt potest *Mant. decis. 20. num. 4. & 5. Rot. dec. 283. num. 6 & 7. decis. 305. num. 3. dar. 4. tom. 2, recent. decis. 129. num. 1. par. 5. & in Regien. Parochialis 5. Martij 1649. §. neque dici potest coram R. P. D. meo Otthobono*.

Non obstat possessio capta à Comite Bartholomeo post mortem Antoniæ, quia est attentata, ac iunior, quæque viuente Antonia acquisita prætenditur non probatur, & in omnem euentum fuisset amissa, eo quod Antonia mortua idem Bartholomeus petijt iu-
6 dicialitèr immitti,† id enim petens fatetur se non possidere *Rot. decis. 46. num. 4. coram san. me. Greg. XV. & alias sæpissimè*.

Et ita decisum vna tantum parte informante.

LVCANA CAPPELLANIAE.

Lunæ 4. Aprilis 1650.

ARGVMENTVM.

Capitulum absente Episcopo potest solùm conferre, quando collatio est simultanea, quod tamen declaratur procedere quoties reditus Episcopi non facilè speratur, nec Episcopus collationi Capituli in tempore contradixit. Possessor per superuenientiam tituli validi præsumitur absque alia declaratione mutasse sibi causam possidendi, si tituli inter se sunt incompatibiles, si verò compatibiles sunt præsumitur cumulasse causam possidendi, & possidere ex pinguiori. Possessor si titulum in iudicio produxit, presumitur meliorem produxisse.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex confessione Aduersarij iuncta etiam publico instrumento capta possessionis.*
2 *Lis introducta dicitur per commissionem respectu impetrantis quamuis Aduersario præsentata non sit, itaut quicquid postea gestum est sit attentatum.*
3 *Attentata non excusantur sub prætextu continuationis, quando prima possessio capta est improba, & nullius momenti, tunc enim deest primum extremum habile, à quo desumi possit continuatio.*
4 *Item si ad continuationem fuit processum non per viam priuata facultatis, sed mediante facto Iudicis.*
5 *Possessor beneficij dicitur intrusus stante nullitate tituli proueniente ex defectu potestatis in conferente.*
6 *Intrusio via attentati venit reuocanda.*
7 *Collatio simultanea Capituli, & Episcopi facta à solo Capitulo substinetur stante absentia Episcopi.*
Declara conclusionem procedere, quando reditus Episcopi de facili non speratur, nec Episcopus collationi Capituli in tempore contradixit num. 9. & ratio adducitur sub num. 11. vbi quod non contradicendo in tempore videtur tacitè approbasse collationem Capituli, secus verò vbi opportunè contradixit, tunc neutra collatio tenet, & nu. 12.

8 Capi-

9 *Capitulum habens potestatem conferendi cum consilio Episcopi validè confert eo absente iuxtà opinionem* Garz. qui à Lotter. reprehenditur.

10 *Collatio, quando est simultanea Capituli, & Episcopi tunc Episcopus, & Capitulum considerantur duo corpora distincta, quæ ad inuicem non confunduntur.*

13 *Consensus vnius dicitur consensus nullius, si duorum de necessitate requiritur.*

14 *Manutentio non retardatur per exceptiones requirentes validitatem tituli, sed illæ discutiendæ sunt in iudicio petitorio.*

15 *In iudicio possessorio etiam in beneficialibus attenditur nudum factum possessionis absque alia discussione, vel exhibitione tituli, ne liceat cuicunque possessores molestare.*

16 *Exceptio intrusionis, an releuet in iudicio reuocationis attentatorum? & num.17.*

Decis.1. Bisignetti vt lit. pendent. *loquitur in terminis* cap.si hi vt lit. pendent. in 6. *ibidem num.17.*

18 *Intrusus verè dicitur qui lite pendente possessionem capit.*

19 *Attentata sine lite non dantur.*

20 *Possessio capta in executionem alicuius tituli cum non sit separabilis à sua causa admittit omnes exceptiones respicientes ipsum titulum:*

21 *Et interim talis possessio debet sequestrari, & videri de bono iure.*

22 *Declara ad hunc effectum non sufficere extraiudicialem exhibitionem tituli in actu apprehensionis possessionis, sed requiritur illius productio iudicialis, & redditur ratio num.seqq.*

23 *In beneficialibus datur multiplicatio titulorum.*

24 *Possessor per superuenientiam noui tituli potest absque alia declaratione variando mutare sibi causam possidendi, si tituli sunt incompatibiles, si verò sunt compatibiles cumulando causam possidendi, possidere ex titulo pinguiori.*

25 *Præsumptio melioris tituli cessat vbi possessor titulum in iudicio produxit, quia tunc præsumitur meliorem produxisse.*

26 *Et talis productio iudicialis vt noceat producenti requiritur, quod sit facta parte petente, vel saltem tacitè acceptante per non contradictionem.*

27 *Possessio pendente lite continuari potest absque vitio attentatorum, quia lis prohibet acquisitionem, non autem continuationem.*

28 *Et vtraque possessio manutenibilis est.*

29 *Multiplicatio titulorum possidendi datur.*

30 *Item & possessionum, capiendo secundam in continuationem, & confirmationem primæ.*

31 *Manutentio danda est possessori anteriori.*

32 *Possessio Cappellaniarum non est capienda capitulariter.*

DECISIO CCCCXVIII.

FVISSE à Sbarra sub die 24. Septembris anni 1649. preoccupatam possessionem tunc vacuam huius Cappellaniæ in Ecclesia Cathedrali existentis, iterumque sub die 10. Decemb. eiusdem anni continuatiuè, captam de manu Executoris Apostolici, con-
1 fessio † ipsius Sertij Aduersarij, & publica instrumenta probant etiam ad effectum manutentionis *l.prædia vbi notant omnes ff.acq.poss. Rota coram recol.mem. Cocc.decis.14.nu.5.& alias sæpissimè.*

Sed obesse videbatur continuationi præexistentia litis motæ à Sbarra mediante commissione causæ in Rota, & inhibitione eius
2 vigore obtenta sexendio ante, quæ licet † nondum aduersario præsentata fuisset litem induxit respectu impetrantis, vt propterea quicquid postea gessit attentatum sit *Rot.decis.6.vt lit.penden.in nou.decis.4.num.2.eod.tit. in antiq. decis.629.num.2. par.1. recent.* nihil suffragante
3 prætextu continuationis † quando, vt ex infrà dicendis apparebit prima possessio, vel est improba, & nullius momenti, tunc enim deest extremum habile à quo desumi possit continuatio *Alex.cons.99.nu.5.lib.5.* cuius opinionem indistinctè, & omninò recipiendam esse, ait *Lancell.de attent.par.2.cap.4.limit.1.n.79 & num.81.& seqq.post Dec. cons.103.num.2. Rota decis.196.num.4.apud Modern.Perusin.de manuten.* vel ad continuationem processum fuit non
4 per † viam priuatæ facultatis, sed mediante facto Iudicis, vt declarauit *Rot.dec.342.sub n.5. par.4.rec.& in Bononien. Bonor. 17. Martij 1649. §.fin.coram Me.*

Primæ verò possessioni notoria nullitas tituli, in cuius executionem capta fuit nempè collationis habitæ à solo Capitulo Cathedralis prætendente potestatem conferendi simul
5 cum Episcopo, quæ nullitas † vti proueniens ex defectu potestatis conferentis efficit, vt possessor dicatur intrusus, & intrusio via at-
6 tentati † veniat reuocanda *Lancell. de attentat. par.1.cap.3.num.73. Cassad.decis.9.num.5. de caus. poss.& propr.*

Neque excusationem præbet absentia
7 Episcopi, ob quam † sustineri collationem solius Capituli dixit *Rota in Placentina Canonicatus 26. Febr. 1596.coram Orano relata per Garz. de benef.par.5.cap.4.num.45.* nam quicquid sit, an hoc recipiendum sit solùm in casu, quo collatio nō erat simultanea Capituli, & Epis-
8 copi, † sed Capitulum conferre poterat cum consilio Episcopi, vt voluit *Garz.ibid.num.49 & 50.* quem perperam locutum fuisse, ait *Lotther.de re benef.lib.2.qu.21.num.37.& 38.* non aplicatur casui nostro dicta decisio, quia ibi
9 reditus Episcopi † de facili non sperabatur, nec Episcopus collationi Capituli in tempore contradixerat, prout contradixit noster Episcopus, qui præterea discesserat breui reuersurus, & infrà tres menses rediit, magna autem inter vtrunque casum est differentia, quia etsi in vtroque possit Capitulum conferre seiunctim ab Episcopo, vt etiam potest eo præsente cum Episcopus, & Capitulum
10 etiam † in simultanea collatione sint duo corpora separata, quæ ad inuicem non confunduntur *Garz.sup.reg.8.glos.45.num.52.& 53 Acchill.decis.4.num.10. de praben. Put. decis.116. lib.2.in Corr.Rota in Montis Alti beneficij 28. Iunij 1645. §.fuisse coram Me)*, primo tamen casu militat particularis ratio adducta *in cap. vnico §.fin.ne Sede vacan.in 6.* videlicèt quia si Epis-
11 copus egerit in remotis † ita quod non possit eius

eius presentia breui haberi periculum in eo
expectando imminere posset vacanti benefi-
cio, & Episcopus non contradicendo in tem-
pore videtur tacitè approbasse collationem
capituli, *Acchill.d.decis.4.num.13. & 14. de pre-
ben Put.decis.190.num.3.lib.3.Coccin.dec.212.n.4.*
aliique relati *ab add.ad Buratt.d.decis.225. in fin.*
12 vbi verò oportune contradixit, † & alteri
contulit neutra collatio valet *Feder.de sen.con-
sil.1.sub n.7.* qui dicit rationem, quia consen-
13 sus nullius dicitur cōsensus nullius si duorū
quiritur, *& cons.232.sub* de necessitate re *nu.2.
vers.sed subsequenter Rebuff.cons.60. col.5.vers.itē
quando, & vers.præterea quando Lotth.de re benef.
lib.2.q.21.n.40.Buratt.dec.225.n.8.et dec.380.n.2.*
Hæc autem omnia tanquam respicientia
14 validitatem tituli † visa sunt Dominis di-
scutienda in iudicio petitorio non retar-
data interim manutentione Sbarræ posses-
15 soris cum in summariissimo† possessorio etiā
in beneficialibus attendatur nudum factum
possessionis absque alia discussione, vel exhi-
bitione tituli, ne liceat cuicumque molestare
possessores *Abb.in cap.in litteris num. 27. de rest.
spoliat.quem secuta est Rot.decis.212. num.8. coram
san.mem.Greg.XV.decis.13.num.3. & seqq.coram
Reuerendissimo Vrgellensi decis.698. num.3. part.2.
recent.decis.589.num.8.apud Moder.Perusin.de ma-
nuten.* & in puncto exceptio nullitatis tituli
defectu potestatis conferentis innixa reiecta
fuit *in Florentina Parrochialis* 10.*Iunij* 1641.*& in
montis Cassinensis Parrochialis* 17.*Februarij* 1648.
coram me: præter quod eadem exceptio esto
16 quod intrusionem conuinceret † dubitari
potest an releuet in hoc iudicio, quo princi-
paliter agitur de reuocatione attentatorum,
nam in id exaduersò allegati loquuntur de
17 tertio intruso † post litem motam sequendo
decisionem primam Bisignetti sub num. 6.
vt lit.penden., quæ loquitur in terminis *cap.
si hi vt lit. penden. in 6.* & verè dicitur intru-
18 sus, qui lite pendente † possessionem cæpit,
*Ferrett.cons.12.num.11. vers.addo ad ea Cocc. de-
19 cis.412.num.6.* sine lite autem attentata † non
dantur, *Lancell.de attent.par.2.cap.4. limit.2. nu-
mer.16.Cassad.decis.6.sub num.2.super reg. cancell.
Rot.decis.10.vt lit.penden.in non.decis.506. num.3.
apud Pen.decis.108.num.11.par.5.dec.79. num.10.
part.7.recent.*
Non obstat, quod Sbarra cæperit possessio-
nem nominatim in executionem collationis
20 habitæ à Capitulo, & proindè possessio sepa-
rabilis cum non sit à sua causa admittat om-
nes exceptiones respicientes titulum, *Menoch.
de retinen.remed.3.num.683.Rot.in Verulana Bene-
ficiorum 31. Ianuarij 1646. §. non obstat coram
R P.D.meo Cerro,* vbi dicitur, quod interim
21 possessio debet sequestrari, † videri de bono
iure, vt reseruatum fuit *in Mediolanen. Cimi-
liarcatus 27.Iunij 1640.coram Eminentiss.D.Car-
22 dinali Panzirolo.* Nam ad hunc effectum†non
sufficit extraiudicialis exhibitio tituli in actu
apprehensionis possessionis, sed requiritur il-
lius productio iudicialis, vt in puncto decla-
rauit *Rot.in Cæsaraugustana Parrochialis de Maella
8.Nouembris 1599.coram clar. memor. Cardinali*
23 *Hyeronimo Pamphilio* ea ratione † quia cum in
beneficialibus detur multiplicatio titulorum
*cap.post electionem de concess. preben. Roman. con-
sil.433.num.7.Cassad.decis.3.in fin.de caus. poss. &
propr.*potuit possessori superuenire alius titu-
lus validus, & præsumitur, quod eius vigore
24 postea mutauerit† sibi causam possidendi, vt
licuit etiam absque alia declaratione, siue va-
riando causam possidendi si tituli sunt in-
compatibiles, siue cumulando data eorum
compatibilitate, & semper possidendo ex ti-
tulo pigniori *Cresc. dec.5.nu.3.de rest.spoliat.add.
ad Gregor.XV.decis.546.num.15. Reuerendiss. Vr-
gellen.decis.269.num.11.& 12.* cum alijs allega-
*tis in Bonon. Fideicommissi de Leonorijs 22. Iunij
1646.coram me,* tunc verò cessat præsumpta
25 alterius melioris tituli possibilitas† cum
possessor met titulum nedum exhibuit, at in
ipso iudicio pendente produxit, quia præsu-
mitur produxisse meliorem *Aegid.cons.10.nu-
mer.20.vers.item & aliter Put. decis.239. num. 1.
& 2.lib.3.in rec.san.mem.Greg.XV.decis.467.n.7.
Rot.decis.570.num.9. part.5. recent. Lotther. de re
benef.lib.2.quest.49. num.31. qui num.42.* distin-
guit inter exhibitionem extraiudicialem, &
productionem *& num.58.* addit quod vt ipsa
iudicialis productio noceat producenti opor-
26 tet † illam factam esse parte petente, vel sal-
tem tacitè acceptante per non contradictio-
nem, vt post alios tradit *Paris.cons.115. nu.31.
lib.1.Osasc.decis.38. num.8. Surd.decis. 267.num.4.*
Nullatenus, itaque prima possessio donec
suo loco de validitate tituli cognoscatur reijci
potest, atq; hinc etiam secunda capta de manu
executoris extraiudicialiter, & authoritate
priuata procedentis cum expressa protestatio-
27 ne continuandi† primam attentati vitio va-
cat non attenta pendentia litis, quia illa pro-
hibet acquisitionem nouæ possessionis non
vsum antiquæ *Bero.cons.118.num.8.& 24.lib.3.
Lancell.de attent.par.2.cap.4.limit.1.per tot.Rot.de-
cis.85.num.4.& seqq.post Moder.de manuten.* Et ex
28 vtraq; possessione † *Rot.in Legionen. Beneficij 4.
Iulij 1640.§.antepen. coram Reuerendiss. Terraci-
nen.* competit manutentio cum sicuti datur
29 multiplicatio titulorum possidendi *l. 3. §. ex
pluribus ff.acq.poss.Menoch.de adpisc. remed.4. nu-
30 mer.348.* ita & possessionum, † capiendo se-
cundam in continuationem, & confirma-
tionem primæ *Mantic.decis.20.num.4.& 5.Rot.
decis.283.num.6.& 7. decis.305. numer.3. par.4.
tom.2.recentior.decis.129.num.1. par.5. & in Re-
gien.Parrochialis 5.Martij 1649.§.neque dici potest
coram R.P.D.meo Otthobono.*
Ex quibus vtraque parte informante deci-
sum fuit non constare de attentatis, & man-
31 datum de manutenendo†dandum esse Sbar-
ræ possessori anteriori iuxta tradita per *Felin.
in cap.licet causam nu.8.& 9.de caus.poss.& propr.
Surd.cons.168.num.16.Rot.decis.225.num.1.par.1.
recent.*& alias sepissimè; non obstante quod
32 possessio non fuerit capta capitulariter,†quia
in cappellanijs hoc non requiritur, vt fuit di-
ctum *in Placentina Cappellaniæ 21.Maij 1601.co-
ram clar.mem. Card.Hieronymo Pamphilio impress.
apud Modern.Perus.de manut.d.dec.402.n.13.& 14*

CLVSI-

CLVSINA BENEFICII.

Veneris 29. Aprilis 1650.

ARGVMENTVM.

Gratia apostolica cum derogatione medietatis vocum patronorum substinetur, quamuis tẽpore gratiæ præsentatio reuera non adesset, quia sufficit, quod sequatur intra legittima tempora iuxtà stylum Cancellariæ, & Datariæ ea ratione, quia Papa solum consensum patronorum considerat infra legittima tempora. Quasi possessio præsentandi non transit ad hæredes. Præsentatus in paritate habens gratificationem apostolicam præfertur compresentato eam non habẽti Reliqua circa verificationem valoris beneficij per non excessum, ac etiam obtentorum desume ex summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua præsentationis in gratia apostolica cum derogatione medietatis vocum patronorum licet tempore datæ non verificetur parum refert, dummodo illa sequatur intra legittima tempora quod sufficit de stylo Cencellariæ, & Datariæ, & nu. 3. eo magis quando præcesserat mandatum patronorum ad præsentandum num. 4.*

2 *Clausula* accedente patronorum consensu *apponi solet in gratia apostolica derogationis medietatis patrononum à Dataria, & Cancellaria.*

5 *Præsentatus à vero patrono præfertur præsentato ab existente in possessione præsentandi, quia possessorium à petitorio absorbetur.*

6 *Quasi possessio præsentandi authoris non transit in eius hæredes iuxta opinionem, quam Rota amplexa est reprobata opinione Lambertini.*

7 *Præsentatio facta in paritate neutri ex præsentatis ius tribuit.*

8 *Præsentatus in paritate habens gratificationem apostolicam præfertur compresentato eam non habenti.*

9 *Valor per non excessum sufficienter probatur per testes de publica voce, & fama.*

10 *Valor obtentorum iustificatur ex instrumento locationis iuncta exactione affictus, alijsque adminiculis.*

11 *Valor obtentorum contentatur leuioribus probationibus.*

12 *Valor obtentorum narrari debet in imperatione beneficij, ac etiam iustificari.*

13 *Fallit conclusio, quando impetrans est paratus illa dimittere, tunc enim vlterior valoris iustificatio necessaria non est.*

DECISIO CCCCXIX.

RESPONSIONIBVS adductis in decisione edita sub die 5. Iulij anni proxime præteriti euacuari tria ex quatuor exaduersò obiectis iterum repetita censuerunt hodiè Domini causa super eisdem posita.

1 Nihil enim refert † de stylo Cancellariæ, & Datariæ, quod præsentatio habentis prouisionem Apostolicam cum derogatione medietatis patronorum ipsam prouisionem præcesserit, aut subsecuta fuerit, dummodò infrà legittima tempora fiat, vt in his terminis responsum fuit *in Firmana Iurispatronatus 28. Nouembris 1631. §. non obstat vers. et Papa coram Reuerendiss. Terracinensi & in eadem 24. Ianuarij 1633. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Burgi Sancti Sepulchri Iurispatronatus 19. Decembris eiusdem anni coram clar. mem. Coccino* & in alijs in priori *decis. adductis sub §. ad primum, nec decis. Seraph. 1165. sub num. 11.* declarat hoc tantum procedere quando in litteris adest clau-

2 sula *accedente consensu*, sed simpliciter fait quod solet Cancellaria, & Dataria hanc clausulam apponere: Cæterum ratio mox allegatarum decisionum in eo consistit, quod Summus

3 Pontifex nil aliud considerat, † nisi consensus patronorum siue præcedat, siue subsequatur infra legittima tempora, quo magis quando

4 vt in casu nostro præcesserat † mandatum ad præsentandum, vt ex *Seraph.* & alijs ibi allegatis ponderat *prima decisio d. §. ad primum in fin.*

Quod verò descendentes Vincentij, qui Maccarinum præsentarunt sint patroni pro medietate euidens est ex instrumento dotationis, & reseruationis iurispatronatus, quod debet attendi etiam in concursu præsentati

5 ab † existente in quasi possessione præsentandi, quia possessorium à petitorio absorbetur, vt dixit *Rot. dec. 374. num. 4. par. 1. dec. 180. nu. 4. par. 3. decis. 191. sub num. 2. vers. aut instrumentum decis. 362 num. 4. part. 5. recent. decis. 521. numer. 8. coram Penia* ibi namque iuspatronatus reseruatum fuit Vincentio, Petro, & Felici nepotibus fundatoris, eorumque hæredibus, & successoribus, vnde extincta linea Petri totũ iuspatronatus consolidatum fuit in linea Vincentij, & Felicis. Gratisque dicitur fundatori fuisse alium hæredem nomine Franciscum; idque posse in petitorio iustificari per exhibitionem testamenti, cum nullus de hoc detur fumus, ac ille Franciscus, qui in vltima vacatione huius beneficij secuta de anno 1629. fuit admissus ad præsentandum non sit nepos, ac immediatus hæres fundatoris, sed filius Lucæ filij d. Felicis nepotis fundatoris, vt legitur in ipsa institutione Ordinarij, cui pars aduersa innititur ibi *ad Franciscum q. Lucæ filij q. Felicis* Summ. Maccarini num. 6. quod etiam confirmatur ex testibus datis in Sum. Rosonini nu. 3. deponentibus dictum Franciscum fuisse patrem Marci patris Francisci, qui Rosoninum præsentarunt: vndè non mirum si ijdem testes affirment iuspatronatus pertinere ad dictum Franciscum eiusque successores, quia loquuntur de Francisco descendente à Felice, cui vna cum Vincentio, & Petro fuerat in instrumento dotationis reseruatum iuspatronatus.

Hinc vltrò sequitur quod ad multiplicandas voces patronorum, nihil releuet quasi possessio præsentandi, quam dictus Franciscus Lucæ filius, & Felicis nepos acquisiuit ex præsentatione anni 1629. ac superuacaneũ sit quærere an compatroni, qui tunc eumdẽ Franci-

Franciscum ad præsentandum admiserunt sibi in futuris vacationibus præiudicauerint, quia & tunc admiserunt, & hodiè etiam aduersarios eius descendentes admittunt tanquam de linea Felicis senioris originaliter compatroni. Præter quod non versamur in concursu præsentati ab existente in quasi possessione præsentandi cum Rosaninus aduersarius non fuerit præsentatus à dicto Franci-
6 sco sed ab eius hæredibus, in † quos quasi possessio authoris non transijt iuxta opinionem, quam reprobata contraria sententia Lambertini semper amplexa est *Rota apud Acchill. decis. 5. de caus. poss. & propr. Caputaq. decis. 420. p. 2. Mant. decis. 88. num. 5. Cocc. decis. 464. num. 3. inter recent. decis. 260. num. 4. part. 2. & coram Reuerendiss. Vrgell. decis. 62. num. 14. decis. 87. num. 20. vbi alleg. concord.* & sic inhærendum solum est proprietati per publicum instrumentum, vt suprà probatæ, firmis etiam de cætero remanentibus responsionibus in priori decisione adductis.

Ex quibus cessat pariter tertium obiectum desumptum ex clausula *dummodò tempore datæ alteri non fuerit ius quæsitum* apposita in prouisione Apostolica obtenta à Maccarino, quia exclusa pertinentia iurispatronatus ad alium Franciscum in reseruatione non nominatum, imò nec probata existentia alterius Francisci, qui fuerit fundatori nepos, & coheres Vincentij, Petri, & Felicis in dicta reseruatione nominatorum, vterque ex præsentatis scilicet tam Rosoninus, quam Maccarinus habent medietatem vocum, & per conse-
7 quens neutri † ipsorum fuerat ius quæsitum,
8 sed præferendus est Maccarinus tamquam à Pontifice gratificatus *cap. si à sede de præben. in 6. Lother. de re benef. lib. 2. quæst. 23. num. 1. Seraph. decis. 318. num. 1.*

Superest quartum obiectum defectus probationis valoris narrati, ex quo in prima decisione conclusum fuit litteras apostolicas Maccarini non esse iustificatas. Verum, & hoc hodiè sublatum fuit ex probationibus nouiter exhibitis Respectu enim beneficij impetrati examinati fuerunt alij duo testes deponentes de publica voce, & fama Summar.
9 Maccarini num. 8. qui sufficiunt † vbi agitur prout hic de valore narrato per non excessū *Caputaq. decis. 277. num. 7. par. 1. Greg. XV. dec. 78. num. 3. & decis. 471. num. 9. Penia decis. 287. num. 8. Caualer. decis. 517. num. 4. & fuit dictum in Florentina Iurispatronatus prima Martij 1644. coram R. P. D. meo Rojas in Bonon. Abbatiæ 3. Iunij 1645. coram bon. mem. Arguelles* concurrente præsertim taxa emanata pro exigendis decimis, de qua d. Summ. num. 9.

Respectu verò obtentorum existentium
10 in Diœcesi Vrbeuetana valor iustificatur † ex instrumento locationis, quod iunctis successiua exactione affictuum depositionibus aliorum testium fide exactoris, & quietantia subcollectoris decimarum satis probat ex adductis per *Rot. in recent. decis. 186. num. 8. & 9. par. 6. decis. 583. num. 8. par. 4. tom. 3. ac in Camerinen. Pensionis 12. May 1642. §. moti vers. quia etiam coram R. P. D. meo Rojas*: maximè quia in probando
11 valore obtentorum † sufficit qualis probatio iuxta notata *per Aegid. decis. 674. Seraph. decis. 1199. num. 2. Caualer. decis. 517. num. 5.*

Non obstat, quod Maccarinus possideret etiam alia duo beneficia in Diœcesi Clusina,
12 quorum valorem aut non iustificauit, † aut Papæ non narrauit, vt debuit *cap. si motu proprio de præben. in 6. Rot. decis. 650. num. 2. par. 1. diuers.* Quia cum Maccarinus non solum fit
13 paratus illa dimittere, † sed de facto dimiserit, vt in eius Summ. num. 10. ipsorum narratiua, seu valoris vlterior iustificatio non desideratur, vt tradit *Felin. in cap. ad aures num. 10 de rescrip. Lotther. de re benef. lib. 3. quæst. 20. nu. 71. Rot. decis. 20. vers. tamen secundum omnes de præben. in nou. dec. 84. sub num. 4. ibique add. num. 9. coram san. mem. Greg. XV. & in Legionen. Canonicatus 2. Decembris 1602. coram clar. mem. Coccino impress. apud Marches. de commiss. part. 1. fol. 347. sub nu. 3. in Placentina Canonicatus 16. Decembris 1647. §. denique coram R. P. D. meo Rojas.*

Quapropter confirmando decisionem in reliquis ab ea in hoc vltimo capite fuit recessum, ac resolutum litteras Apostolicas esse iustificatas, & exequendas vtraque parte informante.

MELEVITANA BENEFICII.

Lunæ 23. May 1650.

ARGVMENTVM.

Præsentationes fieri debent coram ordinario, vel alio superiori habente potestatem instituendi; nihilque refert an ipsi patroni an verò præsentatus coram ordinario comparuerunt. Numerus patronorum considerandus non est in abstracto, sed eorum tantum, qui actu præsentant ad effectum dignoscendi an quis sit præsentatus à medietate patronorum. Præsentationes vt præsentato suffragentur constare debet præsentantes descendere ab existentibus in quasi possessione præsentandi, vel à legitimis patronis. Gratificatio apostolica non solet per Datariam concedi, nisi viso consensu patronorum, & de tali consensu constare sufficit ex simplici nominatione.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio beneficij saltim de iure sufficit, vt præsentatio patronorum admitti debeat.*
2 *Iurispatronatus existentia eiusque pertinentia probatur ex confessione aduersarij.*
3 *Præsentationes fieri debent coram Ordinario, vel alio habente potestatem instituendi.*
4 *Numerus patronorum non debet calculari in abstracto, sed eorum tantum, qui realiter præsentant.*
5 *Præsentatus vt habere dicatur medietatē patronorum attendi debet numerus patronorum, qui actu in vacatione beneficij præsentarunt.*

6. Pre-

6 *Præsentatus probare debet, quod illi, qui eum præsentarunt descendant ab existentibus in quasi possessione præsentandi, vel quod sint legittimi patroni ad hoc vt præsentationes ei suffragentur.*
7 *Præsentatus, quando dicatur habere medietatem patronorum?*
8 *Præsentatio quod fuit facta coram ordinario probatur ex publico instrumento à Notario rogato, cui fides adhibenda est.*
9 *Præsentatio coram ordinario an sit facta ab ipsismet patronis, an vero quod idem præsentatus instrumentum præsentationis exhibeat parum refert.*
10 *Et instrumentum præsentationis fuisse exhibitum à præsentato ex quibus conuincatur?*
11 *Gratificatio apostolica non solet per Datariam præsentato concedi, nisi viso patronorum consensu.*
12 *Et sufficit de tali consensu ex simplici nominatione facta à patronis.*
13 *Gratificatio apostolica concessa post quadrimestre suffragatur quando constat de instantijs factis intra quadrimestre pro habenda institutione.*
14 *Appellatio datur à denegatione institutionis.*
15 *E valore beneficij detraheda sunt onera missarum à Rectore celebrandarum.*
16 *Item detrahenda est de stylo Rotæ sexta pars ad saluandam malam expressionem valoris.*
17 *Valor obtenti non est rigidè probandus.*

DECISIO CCCCXX.

QVAECVMQVE vt obtineret gratiam apostolicam pro præsentato cum derogatione medietati patronorum Io: Antonius Casciarius narrauit Papæ iustificata esse Rota censuit sub die 25. Iunij proximè præteriti, & iterum hodie, nam ex deductis in decisione extensa sub dicta die probatur vacatio bene-
1 ficij † saltem de iure, quæ sufficit, vt patronorum præsentatio admittatur, vt præter allegatos *in prima decis. tradit Gonz. super reg. 8. gloss. 15. §. 1. num. 64. & seqq.* vbi declarat *tex. in cap. cum in nostris, & in cap. litteras de concess. præben.* & fuit dictum *in Imolen. Cappellania 26. February 1638. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo.*
2 Existentiam quoque iuripatronatus † eiusque pertinentiam ad Petrum Casciarium, Aemilium de Anastasijs, & Argentam Piccardam, qui Ioannem Antonium præsentarunt etiam pars aduersa fatetur, sed negat dictos præsentantes constituere medietatem pa-
3 tronorum, ac præsentationes † fuisse factas coram Ordinario, vel alio habente instituere, vt requirit *Sac. Conc. Trid. sess. 14. de reform. ca. 13 & ex tex. in cap. laici, & cap. si vero cap. nobis de iurepatronatus tradit Garz. de benef. p. 4. ca. 1. n. 15. seqq. Lotth. de re benef. lib. 2. quæst. 6. nu. 33. & seqq. Barbos. de potest. Episc. allegat. 72. num. 148.*

Verum primò obiecto occurrit responsio adducta in prima decisione, nempè quod, & si in vacatione anni 1613. octo patroni præsentauerint, in hac non exhibentur aliorum compatronorum præsentationes, & numerus
4 patronorum † non calculatur in abstracto, sed eorum tantum, qui realiter præsentarunt, vt præter allegatos *in prima decisione* fuit decisum *coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 199. num. 10. & in Compostellana Parrochialis 20. February 1630. coram bon. memor. Merlino:* adeò quod satis est Ca-
5 sciario probare † se præsentatum à medietate patronorum, qui in hac vacatione præsentarunt, vt satisfecisse dicatur oneri probandi se habere medietatem, quod ipsi incumbit, *Put. decis. 402. num. 3. lib. 1. in corr. Rot. decis. 568. num. 1. decis. 625. num. 1. par. 2. recent. decis. 142. numer. 3. & nu. 5. in fin. inter impress. apud Moder. Pisan. de iurepatr.* Nec merentur attendi præsentationes, quæ extraiudicialiter asseruntur, sed debent produci in actis probando vlterius,
6 quod præsentantes † descendant ab existentibus in quasi possessione præsentandi, vel alias sint legittimi patroni *Garz. de benef. par. 7. c. 15. num. 31.* cum alijs allegatis *in Mutinen. Beneficij 27. Marty 1648. coram bon. mem. Arguelles,* præter quod diuidendo etiam iuspatronatus in tres familias videlicet de Santoro, de Nicolaccis, & de Ballis iuxtà antiquissimas præsentationes, & institutiones datas in Summ. præteritæ positionis num. 6. & seqq. apparet quod Io: Antonius habet integram vocem familiæ de
7 Santoro cumque præsentatus † sit ab vno ex duobus descendentibus aliarum familiarum illarum quoque dicitur habere medietatem, vt per *Imol. in clem. plures num. 4. in fin. de irepatr. add. ad Greg. XV. decis. 452. num. 23.*

Secundum pariter obiectum tollitur ex verbis instrumenti præsentationum ibi, *præsentauit, & præsentat coram Illustrissimo Domino Episcopo &c.* quibus cum sint emissa à Nota-
8 rio † de præsẽtationibus rogato corã testibus adhibenda est fides *Rot. decis. 412. num. 2. part. 1. recentior. dec. 576. num. 3. & ibi add. num. 16. coram*
9 *san. mem. Greg. XV.* nihilque refert † an ipsi patroni comparuerint coram Episcopo, an verò ipse præsentatus instrumentum suæ præsentationis coram Episcopo exhibuerit, *Lap. alleg. 75. sub nu. 3. vers. sed prædictis omnibus non obstantibus Lambert. de iurepatr. lib. 2. part. 2. quæst. 4. art. 3. num. 1. Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 6. num. 38.* prout in casu nostro exhibuisse Casciarium
10 conuincitur † vlterius, quia intra quadrimestre, postquam supplicauerat Episcopo pro obtinenda institutione à tacita illius denegatione apppellauit ad Sanctissimum, & de supplicatione, ac appellatione constat ex publico instrumento dato in Summ. præterito positionis pro Io: Antonio nu. 2. neque ad hunc effectum obstat, quod dicta appellatio non fuerit interposita coram Episcopo, sed coram Notario, quia hodiè non agitur de eius prosecutione, sed solum adducitur ad probandã exhibitionem præsentationum factam coram Episcopo, & instantiam pro institutione ocularirer apparentem ex supplicatione in dicto instrumento appellationis inserto, quæ negari non potest quin ex ipso instrumento probetur non secus, ac appellatio illam in necessarium antecedens supponens, vt in proximis terminis respondit *Rot. penes Caualer. decis. 197. num. 7.*

Quo magis, quia paulò post interpositam appellationem idem Casciarius app... con...

comparuit coram Eminentissimo Datario, & loco institutionis, & gratificationis ab Ordinario petitæ, eique tacitè, vt suprà denegatæ supplicauit pro gratificatione apostolica, ac eam obtinuit, quod solum sufficere videtur ad victoriam, quia vt ponderauit *Rot. in Firmana Iurispatronatus 28. Nouembris 1631. §. altera coram Reuerendissimo Terracinensi* Datarius
11 non † concedit similes gratificationes, nisi viso consensu patronorum, *& in §. seq.* subditur
12 sufficere, quod † de tali consensu constiterit etiam ex simplici nominatione facta à patronis iuxta *decis. 12. Acebill. num. 3. de iurepatr.* quam sequitur *Caualer. decis. 28. num. 4. Buratt. decis. 481. num. 6. & 7.*

Non obstat, quod in litteris gratificationis apostolicæ adsit clausula *si ita est*, quodque debuissent coram Datario exhiberi præsentationes intra quadrimestre, quia clausula *si ita est* referenda est ad narratiuam iurispatronatus, & medietatis patronorum, seù valoris non autem ad patronorum consensum corã Datario exhibitum, & sine quo vt dicebam gratificatio non emanasset. Quod verò qua-
13 drimestre † tempore gratificationis expirasset per paucos dies non est momenti stantibus instantijs, vt suprà intra quadrimestre pluries repetitis coram Ordinario eiusque malitiosa dilatione in instituendo, à qua tandem fuit
14 fuit appellatum, † vt potuit *Rot. in Feltren. Canonicatus 5. Decembris 1603. coram Ortimbergo impress. apud Marches. de commiss. tom. 2. fol. 84.*

Tandem exaduersò negata iustificatio valoris per non excessum ducatorum 24. beneficij prius à Casciario obtenti, quod imò ascendere ad scu. 70. monetæ deponunt testes facilè corruit aduertendo, quod scuta 70. monetæ illarum partium, vt constat ex datis in hodierno Summ. Casciarij num. 2. non exce-
15 dunt ducatos 35. auri de Camera, † è quibus detrahendo onera missarum à Rectore celebrandarum, vt debet *Cassad. decis. 19. nu. 1. & 2. de praeben. Caualer. decis. 462. num. 1. add. ad sanmem. Greg. XV. decis. 245. num. 12.* ac attenta se-
16 xta parte, quam † ad saluandam malam expressionem valoris Rota concedere solet, *Mant. decis. 182. num. 4. decis. 220. num. 5. dec. 327. num. 7. Buratt. decis. 826. num. 3. in fin. & inter recent. decis. 774. num. 6. par. 2.* excluditur falsitas valoris narrati in ducatis 24. per non excessũ, quem satis probant testes Casciari, cumque
17 agatur de valore obtenti † non est rigidè procedendum, *Seraph. decis. 924. num. 2. Greg. XV. decis. 13. num. 6.* cum alijs relatis *in Placentina Canonicatus 16. Decembris 1647. coram R. P. D. meo Rojas.*

Etita decisum vtraque parte informante.

CATHACEN. PRAETENSAE OBEDIENTIAE.

Luna 23. Maij 1650.

ARGVMENTVM.

Exemptio concessa Societati Iesu à Summis Pontificibus à superioritate, & iurisdictione ordinarij comprahendit etiam ius reuerentiale debitum Episcopo, & talis exemptio suffragatur nedum Collegijs eiusdem Societatis, sed etiam Ecclesijs eisdem Collegijs accessorie vnitis; & ex quibus vnio accessoria probetur?

SVMMARIVM.

1 *Societas Iesu à Summis Pontificibus habet amplissima priuilegia exemptionis, tam respectu personarum, quam bonorum ab omni superioritate iurisdictione, & correctione ordinariorum.*

2 *Exemptio, quando est plena eximit exemptum etiam ab ipso iure reuerentiali præstando Episcopis, secus si exemptio non est plena.*

3 *Exemptio competens Societati Iesu suffragatur etiam Ecclesiis eius Collegiis accessorie vnitis, & num. 6.*

4 *Vnio accessoria extinguit titulum, & nomen beneficij, sine Ecclesia vnita, eamque efficit prædium illius, cui vnio fit.*

5 *Et de tali vnione iudicatur, vt de incremento per alluuionem contingente.*

7 *Vnio accessoria resultat ex illis verbis* perpetuò vnimus ennectimus, & incorporamus.

8 *Vnio vbi fit per incorporationem, res vnita incorporatur principali, & efficitur eius membrum.*

9 *Exemptio à iure reuerentiali Episcopi non potest ab ipso Episcopo præscribi minori spatio, quam quadraginta annorum.*

10 *Ius obedientiale potest contrà Episcopum præscribi, præsertim quando in præscribente concurrit titulus exemptionis.*

11 *Causa, ob quam quis teneatur alicui obedientiam præstare probanda est ab eo, qui illam prætendit.*

DECISIO CCCCXXI.

POSSIDET Venerabile Collegium Societatis Iesu in Ciuitate Cathacensi Ecclesiam sub inuocatione Sancti Leonardi Abbatiam nuncupatam à fel. record. Greg. XV. de anno 1579. illi perpetuò vnitam, & incorporatam, cuius ratione prætendente Reuerendissimo Episcopo Cathacensi sibi ab eiusdem Collegij Rectore præstandam esse obedientiam, quam cæteri Ecclesiarum Rectores præstare solent in festiuitatibus Assumptionis Beatissimæ Virginis Mariæ, & consecrationis Ecclesiæ Cathedralis, emanarunt in partibus duæ sententiæ, à quibus deuoluto per appellationem toto negocio ad Rotam, mihique commisso proposui hodiè dubium. An Rector Collegij teneatur ad præstationem obedientiæ prætensę per ordinariũ Cathacensem, quod fuit negatiuè resolutum.

Habet

1 Habet enim Societas Iesu † à Summis Pontificibus Paulo III. & Gregorio XIII. amplissima priuilegia exemptionis tam respectu personarũ, quam bonorum quorumcumque ab omni superioritate, iurisdictione correctione Ordinariorum, vt legitur in *constit.89.Pauli III.Bullar.tom.1.§.13. fol.564.* ibi, *ipsamque societatem, & vniuersos illius socios, & personas, illorumque bona quæcumque ab omni superioritate, iurisdictione, correctione quorumcumque Ordinariorum eximimus, & liberamus, ac sub nostra, & præfata Sedis protectione suscipimus*, quæ priuilegia Pontificia, ac verbis adeò amplis con-
2 cepta important exemptionem † etiam ab ipso iure reuerentiali alias præstando Episcopis, licet secus sit in exemptione non plena, vel data ab Episcopo iuxtà veriorem Doctorum opinionem, quam amplexi fuerunt *Ias.in l.in ius vocari §.patronorum il. secondo in 4.notab.num.5.in fin.vers.limita quando ff in ius vocan.Felin.in cap.dilectus 18.num.7.post med.vers. sed de exemptis per Papam de off.ordin. & in cap. cum inter 13.sub num.4. circa med.de sent. & de re iudic.Abb.in cap.cum venerabilis 21.num. 4. in fin. de censib.Mandos.in tract.de signat.grat.verb.exemptionis ab Episcopis §. an autem exemptio fol. 121. à tergo Rodriquez.canon.quæst.tom. 2.quæst.64.art.9. per tot.Erasmus à Khokier. de iurisdictione ordin. in exemp.par.4.quæst.34.num.3.vers.vtramque Lotther.de re benef.lib.1.quæst 23.num.32.Put.dec.114 vers.secus lib.3.in corr.Seraph.decis.1025.nu.19.*
3 Eademque exemptio † suffragatur etiam respectu huius Ecclesiæ Societatis Collegio accessorie vnitæ, esto quod illa ante vnionem præstitisset Episcopo prætensam obedientiã (quod tamen negatur) quia vnio accessoria
4 facta † extinsit prorsus titulum, ac nomen Ecclesiæ vnitæ, eamque efficit partem; & prędium ipsius Collegij *Oldr.cons.257. numer. 15. ad fin.& num.16.& 17.Ferrett. cons.242. sub numer.5.* vbi quod de tali vnione iudicatur, vt
5 de incremento † per alluuionem contingente, *Ludouic.Bell.cons.59.num.17.& cons.195. num.3.Mant.decis.224.numer.3.Caualer.decis.330. numer.5.Rot.inter recentior.decis.710.num.2.par.2. decis.140.num.4.num.15.in fin.& seqq. part.7.* vndè quemadmodum Episcopus obedientiæ huiusmodi præstationem non prætendit, nec prætendere potest à Rectore Collegij re-
6 spectu Collegij, † ita pariter, nec respectu huius Ecclesiæ, quæ est eiusdem Collegij membrum, *vt ex tex.in cap.recolentes §.caterum de stat.monac.* tradit in terminis exemptionis, *Barbos.de potest.Episc.alleg.105. numer.17. in fin. post Felin. in cap. in nostras sub num.30. infr. med. vers.et è conuerso de rescr.* fuisse verò Ecclesiam
7 accessorie vnitam † denotant verba vnionis ibi, *perpetuò vnimus, annectimus, & incorporamus* iuxtà theoricam, quam originaliter tradit, *Ang.cons.247.infra med. vers. sed vbi fuit vnio*, vbi ponderat, quod si fit vnio per incorpo-
8 rationem, † quia res vnita incorporatur principali efficitur eius membrum, & sequitur *Ferret.d.cons.242.sub num.5. vers. et quando Castrop.oper.moral.tom.2.tract.13. disput. 6. punct.2. §.primo sub num.11.vers.si autem post Mandos.supra per reg.12.cancell.quæst.1.num.6. Hoied.de incompat.benef.par.2.cap.3. sub num. 3. vers. nam si fit vnio, & vers tamen incorporatio Grat. discep. 291. num.2.& 3.*

Neque Episcopus aduersus huiusmodi priuilegia allegare potest se præscripsisse hoc ius obedientiale, quia actus in id eliciti ex libris cathedralis, quibus dubitari potest an sit pręstanda fides in pręiudicium Collegij Episcopo non subiecti prout præstanda non est fidei extraiudiciali exaduersò productæ non concludunt possessionem tricennariam à tempore factæ vnionis cum, tamen quadra-
9 genaria † requireretur, *Butr.in cap.peruenit numer. 18.de censib.* quem refert, & sequitur *Balb. de præscrip.par.5.princ.quæst.12.num.8. inter tract. Magnos.tom.17.fol.mihi 91. à tergo Bertrach. de Episc.lib.4.par.2.princ.quæst.20.num.54.inter eosd. tract.tom.13.par.2.fol.328.* Imò cum adsint fides contrariæ de obedientia nusquam præstita, & ex ipsis libris Catthedralis nullus actus obedientialis eliciatur de anno 1603. citrà
10 Collegium † contrà Episcopum quatenùs opus esset libertatem tanto tempore pręscripsisset, *Ruin.cons.217.sub num.13. vers.non obstat libr.1.Iacob.de Leonard.inter cons.feud. Brun.consil.117.num.138.Aym.cons.111. numer.21. & seq. Siluan.cons.59. numer. 11. & 12.* alijque relati à *Moder.Carpen.contr.foren.cap.110.num.12.* maximè accedente titulo supramemoratę exemptionis, & quia exaduersò causa aliqua, ob
11 quam † prætensa obedientia præstari debet non probatur, vt de iure requiritur ex traditis per *Bald.in l.cum aliquis 21.num.9.C.de iur. deliber.* quem refert, & sequitur, *Mascard. conclus.1117.nu.17.*

Et ità decisum informante solum Collegio post plurimas citationes contra Episcopum executas.

CRACOVIEN. PRAEPOSITVRAE SANCTI FLORIANI.

Veneris 27.Maij 1650.

ARGVMENTVM.

Ab institutione appellare permittitur, quando ad eã fuit iudicialiter processum, secus si extraiudicialiter, & redditur in decisione ratio inter vnum, & alterum casum; Statutum, siue Constitutio mandans à gratificatione nullam admitti reclamationem intelligitur de gratificatione extraiudiciali tantùm, non autem de iudiciali. Institutio debita est præsentato à maiori parte vocum, licèt præsentatus à minori maioribus polleat qualitatibus, neque hoc casu locum habet gratificatio concessa Episcopo in casu discordiæ.

SVMMARIVM.

1 *Attentata sunt omnia gesta intra decem dies ad appellandum, quando sententia appellationem suspensiuam admittit.*

2 *Appellatio suspensiua etiam ab institutione datur si fuit iudicialiter processum, secus verò si extraiudicialiter, & redditur ratio num. seq.*

3 *Institutio de sui natura non comparente contradictore est merè interlocutoria, nec sortitur naturam diffinitiuæ, nisi inter institutum, & instituentem, qui institutionem reuocare non valet, Secus contradictore comparente, & formato processu, tunc vim diffinitiua habet.*

4 *Iudicialiter fuisse processum probatur, ex contradictionibus citationibus, ac decretis, quæ iudicialem processum efformant.*

5 *Statutum, seu ordinatio Academia Cracouiensis mandans quod à gratificatione per Episcopum facta inter præsentatos reclamari non possit intelligenda sit de gratificatione extraiudiciali non de iudiciali, de qua nominatio non loquitur.*

Gratificatio extraiudicialiter concedi solet, ibid.

Constitutio prohibens appellationem suspensiuam intelligitur, quando fuit extraiudicialiter processum, secus si fuit processum iudicialiter, ibid.

6 *Constitutio prohibens appellationem suspensiuam, vt locum habeat illius forma seruanda est.*

7 *Iudici asserenti de aliquo actu à se gesto non creditur, & quid si verba sint à Notario prolata?*

8 *Consensus ex sola præsentia non præsumitur, quando ex facti circumstantijs contrarium suadetur.*

9 *Verba,* cum parte maiori, vel duabus, *quid importent?*

10 *Gratificatio, siue collatio iniuncta Episcopo cum parte maiori, vel duabus fieri nequit, nisi maior vel duæ partes æquè principaliter cum Episcopo votum proferant in gratificatione, siue collatione.*

11 *Præsentiam alicui actui præbere aliud est, & aliud facere, & votum proferre.*

12 *Appellatio semper datur à sententia iniusta.*

13 *Institutio debita est præsentato à maiori parte patronorum, non attento quis ex præsentatis maioribus polleat qualitatibus.*

14 *Gratificatio in casu discordiæ concessa Episcopo non est extendenda ad exclusionem præsentati à maiori parte patronorum habentis ius ad rem.*

Ius ad rem quæsitum dicitur præsentato à maiori parte patronorum, ibid.

15 *Iuri quæsito ex præsentatione maioris partis patronorum derogatum non censetur per facultatem gratificandi Episcopo concessam in casu discordiæ.*

16 *Gratificatio in casu discordiæ concessa intelligitur seruata iuris cõmunis dispositione, videlicet quod præsentatus à maiori parte patronorum præferatur, & sic arbitrio boni viri.*

17 *Appellanti præiudicari nequit per Iudicem appellationis reijciendo appellationem in causa appellabili.*

18 *Lis per appellationem simpliciter admissam adhuc durare dicitur.*

19 *Attentata etiam per viam nullitatis reuocari possunt per secundum Iudicem.*

20 *Maximè quando in commissione adest facultas reuocandi attentata.*

21 *Possessio beneficij quando est attentata, venit sequestranda, ne in beneficialibus detur vitiosus ingressus, & attentans fruatur commodo vitiosæ possessionis.*

DECISIO CCCCXXII.

CApta quæ fuit possessio huius Præposituræ à Sigismundo Grigieroniz infrà decendium à die sententiæ latæ à Reuerendiss. Episcopo Cracouiensi vti Cracouiensis Accademiæ Cancellario ipsum Sigismundũ quamuis à minori parte patronorum nominatum instituẽdum esse pronunciantis reiecto Stanislao Iurkoreski à maiori parte præsentato attentata, ac proinde sub sequestro ponenda an sit discutiendum hodie propositum, & affirmatiuè Rota respondit.

1 Quicquid enim intra decem dies vigore sententiæ geritur attentatum est, quando sententia appellationem suspensiuam † recipit *cap. non solum de appellat. in 6. gloss. in c. dilectis 55. verb. exequendam de appellat. cum alijs allegatis in Cracouien. Præpositura 30. Ianuarij 1645. coram R. P. D. meo Verospio, & in Melenitana Commenda de Vouurs 13. currentis coram R. P. D. meo Cerro.*

2 Recipit verò appellationem dicta sententia Domini Episcopi Cracouiensis, quia etiã ab institutione † appellare permittitur quando ad eam processum fuit iudicialiter, licèt secus sit si extraiudicialiter, vt post *Gemin. Franc. Calder.* & *alios ibi allegat. decisum fuit in d. Cracouien. Præpositura corã R. P. D. meo Verospio*, estque ratio diuersitatis, quia institutio de sui

3 natura † non comparente contradictore est merè interloquutoria, nec sortitur naturam diffinitiuę nisi inter institutum, & instituentem, quia videlicet institutionem reuocare non valet, vt in *cap. fin. de elect. in 6. notat Lap. num. 6. Franc. num. 7. Anch. sub num. 4. in 5. quæst. Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 13. nu. 81.* At comparente contradictore iudicialique formato processũ cum causæ cognitione habet absolutè vim diffinitiuę, & grauat competitorem, vt reprobata contraria sententia *Couall. q. 693. num. 11. tradit Garz. de benef. part. 9. cap. 4. num. 16. & seqq. & præsertim num. 26. Lotther. d. quæst. 13. num. 80. & quæst. 42. num. 14. Rot. decis. 6. numer. 2. par. 2. decis. 227. ex numer. 4. lib. 2. par. 3. diuers. dec. 197. num. 1. & 2. par. 5. recent.* Fuisse

4 autem iudicialiter † in casu nostro processum demonstrat nedum tenor ipsius sententię, sed etiam decreta, contradictiones, & citationes præcedentes quæ iudicialem processum efformant, *cap. forus de verb. signif. Lambert. de iurepatr. lib. 2. par. 2. quæst. 11. art. 4. nu. 1. & 4. Cassad. dec. 18. in fin. de præben. Rot. dec. 266. nu. 1. & seqq. lib. 3. part. 3. diuers. & in Calaguritana Beneficij 27. Maij 1641. coram R. P. D. meo Peutingero.*

5 Non obstat statutum, † seu ordinatio Academiæ mandans seruari sine omni contradictione quicquid Episcopus Cracouiensis gratificando censuerit, tum quia cum non loquatur nominatim de gratificatione iudicialiter concessa intelligenda est de extraiudiciali, prout regulariter concedi solet ex con-

certa-

certationi ibique Gemin.num.3.de appellat. in 6. & in puncto similis Constitutionis, *Rot.in Calaguritana de Ollauary 22.Martij 1604. coram bon. mem.Penia in Lunen.Sarzanen Iurispatronatus 22. Iunij 1615.coram bo.me.Remboldo impress. part.3. recent.dec.691. sub num.2.in Calaguritana Beneficij 23.Iunij 1645.coram bon.mem.Arguelles,Gonz. super reg.8.Cancell.post gloss.9.in annot. contr.null. num.27.& nu.216.Lotther.de re benef. lib.2. q.13. num.84.& seqq.*

Tum etiam quia vt dictæ Constitutioni
6 locus fieret † probandũ exaduerso esset illius formam fuisse seruatam, vt notant *Doctor. in cap. pastoralis de appellat. & in cap. super quæstionum 27. §.porrò de off.deleg.tradit Butr. numero 6. Bald.num.5. Felin.nu.7. in fin.Rot. in puncto clausulæ prohibentis appellationem dec.91. num.10. coram san.mem. Gregor.XV.* Quod non probatur imò constat de contrario cũ Dominus Episcopus non gratificauerit cum parte maiori, vel duabus, quo casu eadem ordinatio gratificationem sine contradictione seruari pręcipit, sed solus vt apparet ex ipsa lectura sententiæ, in qua licet asseruerit se pronunciare
7 in præsentia, † & personali assidentia Rectoris, ac trium Decanorum Accademiæ ibi nominatorum illi de hoc non adhibetur fides: quicquid dicendum esset si ea verba non essent Iudicis, sed Notarij, *cap. prudentiam de off. deleg. Franc.in cap.cum plures numer.1.eod.tit.in 6. Felin.in cap.quoniam contra num.34.de probat.Soc. cons.47.num.15.lib.4.Menoch.cons.439.numer.28. Rot.dec.450.n.12.in fin.par.2.rec.*

Eo minus, quia ex publico instrumento dato in Summario Stanislai *num.10.* apparet Rectorem vna cum duobus Decanis maiorem partem cõstituentibus votum protulisse pro Stanislao eadẽ die latæ sententiæ ab Episcopo, & de eiusdem sententiæ nullitate dixisse, vnde vltro colligitur, quod eorum præsentia, & assidentia tẽpore sentẽtiæ esto quod vera esset, non ideo induxisset consensum,
8 qui ex inde præsumi † nõ potest quando alię circumstantiæ facti contrarium suadent, vt post alios quos allegat tradit *Felin. in cap. non nonne nu.6.de præsumpt.* quem sequitur *Seraph. decis.708.num.4.& 5.* relatus à *Moder.Capuccino Bononien.de elect.par.1.cap.3.dub.23.num.5. Rota decis.377.num.42.par.5. recent.* Cumque verba
9 illa ordinationis † *cum parte maiori, vel duabus* directa ad Rectorem, & Decanos ad quos omnimodum regimen huius, & aliorum negociorum ex eadẽ ordinatione principaliter spectat, importent quod maior, vel
10 duæ partes † æquè principaliter, ac Episcopus votum proferre debeant in gratificatione iuxta theoricam, quam ex *tex. in l. titia textores §.nihil differt ff.leg.1.* tradit in terminis collationis *Feder.de Sen.cons.1. num.8. Abb.cons. 57. sub nu.3.vers. Et si in creatione par.1.Prob. ad Monach.in rubr.de iurepatr.in 6.nu.10. & 11.Rot. in Montis alti Beneficij 28.Iunij 1645.§.maior coram me,* vt etiam declarauit obseruantia inter has ipsas partes, quia Episcopus aliud decretum super quodam emergenti tulit ne dum in personali assistentia Rectoris, & Decanorum, sed etiam de eorum voto, vt legitur in Summario Stanislai sub *num.15. Litt.A.* non sufficeret maioris, vel duarum partium præ-
11 sentia, & assidentia, quia aliud est † assidere, vel actui alterius præbere præsentiam, aliud facere, & votum proferre, *l.1. ff.offic.assessor. Bald. in l. omnium numer.9. vers. Et hoc est verum, Cod.testam.ibique Bart. Alex.& alij,* quos in proximis terminis refert, & sequitur *Moder.Capuccinus Bononien.de elect. par.1. cap.2. dudub.22.num.4.*

Versamur præterea extra terminos ordi-
12 nationis propter notoriam † sententiæ Episcopi iniustitiam, *cap. pastoralis 53.de appellat. ibique Abb.num.17.Put.dec.414. n.3.lib.3.in corr. Rot.dec.56.num.4.par.4.diuers.decis.461. sub n.2. par.1. recent.* quia reijcere non debuit Stanislaum habentem vota maioris partis non solum Rectoris, & Decanorum, sed etiam omnium professorum Accademiæ, ad quos ex donationibus Regijs Apostolica authoritate suffultis iuspatronatus spectat, quique ideò
13 instituendus erat † non attento quis ex præsentatis maioribus qualitatibus polleret, *c.1. iuncta gloss.verb.Cum maioribus de iurepat.Couar. in reg.peccatum par.2.§.7.numer.3.Cuttier.Canon. quæst.lib.2.cap.11.numer.20. Garz.de benef.par.9. par.9.cap.2.num.257.Seraph.dec.875.num.2. Rot. dec.202.num.1.par.2.recent.dec.942.num.1. coram bon.mem.Buratto.*

Neq; enim ordinatio quæ dumtaxat con-
14 cedit gratificationem Episcopo † in casu discordiæ Rectoris, & Decanorum extendenda est ad exclusionem præsentati à maiori parte aliorum patronorum, & sic habentis ius ad rem ex huiusmodi præsentatione quæsitum *Host.in cap.cum Bertoldus sub num.5. vers. solum de re iud.Seraph.decis.1238.num.4.& decis.1274. num.1.Buratt.dec.481.num.5.* Cui neque per facultatem gratificandi concessam Episcopo
15 in casu † dumtaxat discordiæ Rectoris, & Decanorum, neque per regimen, & ordinationem omnimodam Vniuersitatis eisdem Rectori, & Decanis tributam, derogatum censetur, *Sarnen. super reg.de iure quæs.non tollen. quæst.1.n.8.& seqq.Garz.de benef. par.4. c.3.n.20. Rot. decis.17.infra med.vers.verum est de præben. in nou.decis.52.num.3.par.2. recen.* Sed tam gra-
16 tificatio † quam regimen intelligitur concessum seruata semper iuris communis dispositione pręsentatum à maiori parte patronorum præferentis, & sic arbitrio boni viri, quod solum tributum censetur, *Castr. consil. 335.num.3.lib. Alex.cons.129. num.53. lib.1.Dec. cons.493.num.16.in fin.Socc.iun.cons.129.num.54. lib.1.Fab.de Anna cons.75.num.28. & seqq. lib.1.* & in proximis terminis *Molin.de primog.lib.2. cap.5. sub num.69.vers. si vera electio Rota in Caguritana Beneficiorum 27. Nouembris 1648. §. Et hic coram me.*

Tandem non obstat, quod Reuerendissimus Nuntius Apostolicus, ad quem à sententia Episcopi appellatio deuoluta erat suam inhibitionem moderatus fuerit vigore sæpè memoratæ Ordinationis, quia Iudex
17 appellationis † non potest appellationem in in casu-

in causis appellabilibus reijciendo appellanti præiudicare *l.eos 6. Cod. appellat.* & stante appellatione postea ad Papam interposita,& per
18 signaturam simpliciter admissa adhuc † eadem lis durare dicitur *Federic. de Sen.cons.98. num.5.in fin.* quæque intra decem dies innouata fuerũt ante inhibitonis moderationem
19 possunt adhuc † à secundo Iudice appellationis reuocari, saltem per viã nullitatis *Rot. dec.425.sub num.8.& num.9.apud Peniam,* maxi-
20 mè † attenta facultate reuocandi contenta in commissione Rotali, *Rot.decis.75.numer.8. par.7.recent.*

His consequẽs est, vt possessio Sigismundi
21 quæ attentata est ponatur sub† sequestro iuxtà rationabilem stylum Rotæ, ne videlicet in beneficialibus detur vitiosus ingressus, & attentans fruatur commodo vitiosæ possessionis, *Cæs.de Graff.dec.1.num.2.de appellat.Rot.dec. 616.num.3.par.1.diuers.dec.691.num.1.par.3.rec.* & in alijs relatis in supracitata *Meluitana Commendæ de Vaours coram R.P.D. meo Cerro, & in Cracouien. Præpositura coram R.P.D. meo Verospio.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

FIRMANA PECVNIARIA.

Veneris 3. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

In hac decisione plenè discutitur, an solutio facta à Depositario cedat in causam primæ, vel secundæ depositariæ ad effectum liberandi primum fideiussorem? Solutio an, & quando dicatur coacta? Appellatio suspensiua non permittitur,vbi agitur de re frumentaria, quę paratam habet executionem. Cessio iurium reportata dummodò contra cedentem non retorqueantur non operatur, vt cessionarius ex alia actione sibi ex propria persona contra cedentem competente agere nequeat? Repetitioni indebiti soluti vt locus sit, quænam requirantur? latè in decisione declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Defalcum,quod ex pluribus causis fit omnibus aquè tribui debet.*
2 *Confessio etiam implicita nocet confitenti.*
3 *Emptor præsumitur eligisse quod melius est.*
4 *Testes de facto proprio deponentes plenam merentur fidem, quando eorum dicta adminiculantur, quamuis non sint examinati formitèr.*
5 *Probatio plena resultat ex pluribus præsumptionibus simul iunctis etiam in re grauis præiudicij.*
6 *Depositarius tenetur eandem rem penes se depositam consignare.*
7 *Obligatus aliquam rem consignare præsumitur eam consignasse ad formam suæ obligationis.*
Depositarius præsumitur consignasse rem depositam iuxtà formam suæ obligationis ibid.
8 *Traditio, seù consignatio facta præsumitur in causam debitam ad formam obligationis, dum nil aliud est expressum.*
9 *Asserenti maiorem quantitatem alicui fuisse consignatam, quam ipsi debita sit incumbit onus probandi.*
10 *Depositarius de nouo confirmatus non præsumitur in præiudicium fideiussoris secundæ depositariæ transfudisse in secunda depositaria, quod ei superat in prima, quæ præsumptio cessat quoties apparet depositarium in fine primæ depositariæ computa reddidisse, & nu.11.*
Alias enim præsumitur in proprios vsus conuertisse num.12.
13 *Depositarius post expiratam depositariam, & sequutam decoctionem non potest in præiudicium fideiussoris debitor declarari.*
14 *Liber continens partitas crediti, & debiti potest quoad partitam crediti acceptari,quia contra scribentem plenè probat,& reijci quoad debitum dum aliunde non iustificatur, & num.15.*
16 *Reo sufficit offuscare, & dubias reddere prabationes actoris, itaut ei incumbat onus probandi plenè & concludentèr suam intentionem ad elidendam exceptionem rei nu.17.*
18 *Metus coactionis inducitur à decreto habente executionem paratam.*
19 *Pro re frumentaria datur via executiua ex priuilegio Annonæ.*
20 *Declaratio facta à creditore de agendo contra vnum ex pluribus obligatis non excludit quin possit deinde agere declaratione non obstante etiam contra alios.*
21 *Fideiussor non tenetur nisi post liquidatum debitum.*
22 *Appellatio necessaria non est vbi protestationes, & contradictiones concurrunt.*
23 *Appellatio suspensiua non datur vbi agitur de re frumentaria, & de obligatione Camerali viam executiuam habentibus.*
24 *Liquidatio necessaria non est, quoties res oculis corporeis subijcitur.*
25 *Actus gesti à Procuratore non habente mandatum non releuant.*
26 *Regulator Ciuitatis durante Magistratu molestari nequit.*
Tale enim priuilegium non suffragatur, nisi à die captæ possessionis officii num.30.
27 *Ratificatio nunquam inducitur nisi in ratificante particularis notitia probetur, vt debet.*
28 *Cessio iurium reportata dummodo contra cedentem retorqueri non possint. non excludit quin cessionarius possit ex alia actione sibi ex propria persona contra cedentem competente agere, & num.29.& vide num.47.*
31 *Actus gesti durante metu coactionis omnes coacti censentur quamuis in singulis contradictio non repetatur.*
32 *Actor si in tempore suam intentionem non iustificauit excusari debet stante impedimento.*
33 *Libros si alicui datur commoditas videndi in aliquibus folijs, in quibus solutiones adnotantur non exinde potest inferri,quod eidem fuerit permissum videre in alijs folijs, seu locis.*
34 *Solutio semper cedit in causam antiquiorem ex præsumpta voluntate debitoris. Declara num.36. 37.& 38.*

35 *Debitor nequit in præiudicium fideiussoris aliquem consensum præstare.*

36 *Solutio facta à debitore habente plures fideiussores non præsumitur in causam antiquiorem, præsertim quando pro alia causa adest particularis conuentio num. 37.*

Et concurrit voluntas debitoris, quæ etiam ex coniecturis elicita contrariam præsumptionem tollit num. 38.

39 *Repetitio indebiti vt locum habeat attendi non debet, an qui soluit sit debitor, sed qui recepit creditor sit. Contrarium num. 40. & sub num. 41. refertur distinctio Accursij communitèr recepta, & num. 42. & 43. concordantur leges in contrarium allegatæ, & adducuntur DD. hanc distinctionem approbantes.*

44 *Solutio an in dubio facta præsumatur nomine debitoris? nu. 45.*

46 *Fideiussor in actu solutionis reportando iurium cessionem censetur nomine proprio, & animo deliberato soluisse ad effectum se à fideiussione liberandi non autem contemplatione debitoris.*

48 *Indebitum ignorantèr solutum præsumitur.*

DECISIO CCCCXXIII.

PLENE probatum censuerunt hodie Domini non debuisse Sauipum Ciuitati Firmi scut. 1814. quæ ex causa secundæ depositariæ frumẽti à Leonardo Bentiuolo administratæ soluit de proprio eidem Ciuitati; Constat siquidem calculum, in quo dicta depositaria creata fuit debitrix Rubrorum frumenti 180. erroneum esse in aliquibus partitis, quibus emendatis omne debitum euanescit.

Earum prima est Rubrorum 100. frumenti Communitati S. Ginenij currente secunda depositaria venditorum, quæ dictus calculus adscribit credito primæ depositariæ, pertinere autem ad secundum facilè dignoscitur, si vt omnes decisiones hinc inde hactenùs reportatæ constantissimum habent vtriusque depositariæ creditum distinguatur iuxtà qualitatem frumenti, tribuendo nimirum priori vetus, posteriori nouum. Quale fuisse præfatum Communitatis S. Ginesij ponit in claris liber ipse Ciuitatis aduersariæ signatus Littera L. quippe ibi pro quantitate dictorũ Rubrorum 100. cum supposito, quod consignata Communitati fuissent post mensem Martij, Bentiuolus Depositarius creatur debitor crescimenti, quod ex speciali conuentione de frumento nouo dumtaxat non autem de veteri debebat; & insuper detecta postmodum in substantia dicti suppositi, cum verè Communitas ea Rubra recepisset de mense Ianuarij, quo casu etiam de frumento nouo crescimentum non debebatur, idem liber corrigendo hunc errorem fecit Bentiuolo è conspectu dictæ partitæ debiti occasione crescimenti defalcum similis quantitatis, creauitque depositarium creditorem tot salmarũ frumenti, quot dicta occasione debitorem, vt supra descripserat, ibi, *e più deue hauere some cinque, quarte cinque, e coppe vna, e mezzo di grano per essergli defalcato da Signori Regolatori per hauer mesurato le Rubbia cento di grano alla Communità di S. Cinesi per essergli fatto debito come all'incontro.*

Nec obstant verba statim subsequentia, ibi, *& anco lo sgrauio del grano, che non haueua esatto*, vnde exaduerso infertur quod defalcũ processerit etiam ratione frumenti à depositario non exacti. Quia esto quod duæ fuissent causæ defalchi, nempè sgrauium frumẽti non exacti, & consignatio Rubrorum centum frumenti facta Communitati, quorum crescimentum in debitum depositarij erronee Ciuitas antea retulerat, † negari non
1 potest quin vtrique saltem causæ defalcum tribui debeat *l. 3. §. ex pluribus ff. acq. poss. Signorol. cons. 167. nu. 1. Cancer. var. resol. tom. 3. cap. 3. n. 202 & 205. Montor. decis. Aragon. 5. num. 68.* quodque Ciuitas creando depositarium debitorem crescimenti frumenti d. Communitati consignati, illud frumentum nouum fuisse implicitè † agnouerit, ac fassa fuerit, quod sufficit
2 *Aegid. decis. 683. ante num. 1. Rot. in Marsicen. Iurisdictionis 26. Ianuarij 1644. §. primum adminiculum in fin. coram Me.*

Eo magis accedente fide duorum testium id ipsum affirmantium, quorum alter est ille met deputatus à Communitate S. Ginesij ad frumentum, vt supra recipiendum, alter præsens consignationi fuit, & frumenti vecturæ incubuit, & primus addit, quod non recepisset si fuisset vetus, quia sic sibi Communitas mandauerat, secundus quod non recepissent nisi fuisset nouum, vt verisimile
3 etiam † est cum ab emptore electum præsumatur, quod melius est, *vt per Cresc. decis. 5. num. 3. de rest. spoliat. add. ad Greg. XV. decis. 546. num. 15. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 269. num. 11. & 12.* vnde tanquam Testibus de facto pro-
4 prio † adminiculatis vltrò, tùm verisimilitudine, tùm supramemorato libro Ciuitatis quamuis nõ formitèr examinati fuerint adhibenda est fides *Caputaq. decis. 234. par. 1. Buratt. decis. 716. num. 3. Rot. recent. decis. 198. sub num. 2. par. 1.*

Nouum paritèr fuisse frumentum vltrà quantitatem Rubrorum 490. consignatum pistoribus tempore secundæ depositariæ, (& hæc est secunda partita emendanda) probatur pluribus præsumptionibus simul iun-
5 ctis † ex quibus plena probatio resultat etiam in re grauis præiudicij *Bald. cons. 3. num. 4. lib. 3 Socc. Iun. cons. 32. num. 24. cons. 39. num. 14. lib. 2. Ciriac. contr. 291. num. 21. Cocc. decis. 297. nu. 2. Rot. decis. 336. nu. 4. & 7. par. 2. recent.* Prima præ-
6 sumptio est, quia depositarius † tàm de iure, quàm ex pacto speciali in capitulis depositariæ inserto tenebatur consignare Pistoribus idem frumentum penes se depositatum, ibi, *quarto il Depositario debba dare, e misurare l'istesso grano che haurà riceuto per l'abbondanza, e non d'altra sorte di qualsisia per vso de fornari &c.* cum enim propterea tradere Pistoribus debuerit frumentum nouum penes se depositatum,
7 illud † iuxtà formam suæ obligationis tradidisse præsumitur *Ciriac. contr. 261. nu. 5. Seraph. decis. 1093.*

decis.1093.sub num.7. vers. & præsumitur Buratt. decis.464.num.5.& fuit ponderatum *in decisione huius causæ edita 28. Iunij 1638. §. quartus error coram bo.me. Merlino.*

Secunda quia quoties Pistoribus traditum fuit frumentum vetus expressa hæc qualitas fuit verbis, vel explicitis, vel relatiuis ad instrumenta, & acta de veteri mentionē facientia, quæ ergo traditiones nullam eiusmodi expressionem præseferunt factæ censentur de
8 frumento† nouo ad formam obligationis depositarij ad tradita *per Menoch.cons.215.num.69 & seq.Surd.cons.554.sub nu.6. Rot.apud.Greg.XV decis.62.num.9.decis.434.num.6.& in d.§.quartus error decis.coram bo.me. Merlino.*

Tertia quia impossibile est d. frumentum fuisse vetus,cum Ciuitas non probauerit tantam quantitatem frumenti veteris in secunda depositaria fuisse depositario consignatam quæ summā Pistoribus vigore primi instru-
9 menti debitam excederet,vt probari†debuisset ab ipsa Ciuitate vetus frumentum illud fuisse asserente *Socc.cons.24.num.35.lib.1.ex tex. iuncta gloss.in l.licet C.iudic. Aym.cons.231.nu.14. Rot.decis.220.num.2.& 3.coram sa. me. Greg.XV. & in Romana Domus 24. Ianuarij proximepræteriti §.mobilia coram me.* Neque ad hunc effectū sufficit Ciuitati allegare, quod vtriusque depositariæ fuerit idem depositarius, & in fine primæ remanserit in eius manibus frumentū
10 vetus sibi antea consignatum, † quod totum transfusum fuerit in secundam, quia vt benè in puncto respondit *Rot.decis.592. num.6. vers. non obstat, & seqq.& decis.612.nu.3.& seqq.par.5 recent.* asserta transfusio ad damnum, & periculum Sauini, qui in secunda tantum depo-
11 sitaria fideiussit procederet † si Bentiuolus depositarius in fine primæ conductionis reddidisset computa, prout tenebatur,itaut constaret apud ipsum extitisse residuum frumenti veteris, ac de eo à Regulatoribus Ciuitatis creata fuisset partita in computum secundæ
12 depositariæ, alias enim † gratis dicitur extitisse in fine depositariæ maiorem quantitatē frumenti veteris transfusi in secundam, & potiùs præsumitur quod depositarius frumētum vetus hoc est in prima depositaria receptum in proprios vsus conuerterit, vt ponderat *Decian.cons.11.num.97.& seqq. lib.1.* Gratis etiam allegatur, quod frumentum nouum, siuè Communitati S. Ginesij, siuè Pistoribus mensuratum fuerit illud, quod tempore secundæ depositariæ restituerāt debitores, quibus in prima fuerat frumentum mutuatum, & ex hoc capite etiam si nouum esset ad primam depositariam spectauerit, quia nullibi constat de huiusmodi restitutione de tempore dictæ mensuræ; imò apparet dictos debitores posteà sub die 24. Maij fuisse interpellatos ad restituendum.

Ad firmandam autem quantitatem frumenti noui consignati pistoribus tempore secundæ depositariæ vltrà debitam, vt supra vigore primi Instrumenti durante prima depositaria celebrati, reminisci oportet, quod in eo Instrumento depositarius tribus Pistoribus nempè Io: Andreę Alexandri, Rodulpho Riccino, ac Petro de Grassis mensurare promiserat Rubra 750. frumenti videlicè Rubra 250. pro quolibet Pistore absumenda per totū mensem Augusti anni 1630.quodq; durante prima depositaria dicti Pistores receperunt per totum mensem Iulij Rubra 251. vt in secundo Summario Sauini nu.3. ideoq; remanebant mensuranda in dictum computum Rubra 499. frumentum itaque eisdem Pistoribus mensuratum tempore secundæ depositariæ referri non potest in causam dicti instrumenti, atque ita primæ depositariæ,nisi pro dicta rata Rubrorum 499. imò 490. quia Io. Andreas alter ex dictis Pistoribus non recepit integra Rubra 250. sibi promissa, sed solùm 241. d. Summ. num.4. Vnde cum Pistoribus tempore secundæ depositariæ mēsurata fuerint Rubra 648. ex illis rubra 158. cedere per necesse debent credito eiusdem depositariæ detractis dictis Rubris 490.à præfato instrumento prouenientibus.

Emendanda postremò est partita Rubrorum 98. descripta ad debitum Bentiuoli sub die 15. Octobris 1631. in libro Ciuitatis signato L. non quia Bentiuolus illud receperit sed quia similis quātitatis in libro signato B. fuerit descriptus creditor, ibi, *per essergli dato debito di detta somma al registro B.* Neque enim potuit Ciuitas de dicto mense Octobris postquam de mense Augusti præcedentis secun-
13 da depositaria expirauerat, † & quod plus est depositarius decoxerat eumdem depositariū in præiudicium Sauini fideiussoris creare debitorem, vt per *Bald.cons.432.num.1.lib.1.& cons.399.num.3.lib.5.Grat.discept.287.num.1. & seqq.discept.768.num.7. & 8. Castill.decis.22.n.36 lib.1.Buratt decis.9.sub num.1. vers.præsertim, & decis.460.sub num.2.* Cumque dicti libri Ciuitatis, qui eiusdem quantitatis Rubrorum 98. Bentiuolum creditorem, & deinde debito-
14 rem creant † sint diuersi, & in aliis partitis, vt supra demonstrabam erronei, licitum est Sauino acceptare partitam crediti sibi fauorabilem, quæ contra Ciuitatem scribentem, plenissimè probat *l. publia §.fin.ff.depos.l.admonendi vbi notant omnes ff.iuretur. l.si aliquid C. do-*
15 *nat.* & reicere partitam debiti † non aliunde iustificatam,ac incongruo tempore, vt supra descriptam *Felin. in cap.2.num.25. vers.si autem de fid.instr.Menoch.de arbitr.lib.2.cas.93.add.ad sa.mem. Gregor.XV. decis.377. in fin.Rot.in Romana Tutelæ de Ferratinis 13. Martij 1595. coram clar.mem. Card. Hieronymo Pamphilio, & in Papien. bonorum 1. Iulij 1605. coram Ortembergo impress. apud Marches. de commiss. tom.1. fol.895. & 96.* Tanto magis quia eadem partita debiti apparet duplicata semel nimirum in specie frumenti, & iterùm in illius prætio, ibi, *della somma di scudi 785.& 50.*

Ex quibus prædictarum trium partitarum errores visum est concludentèr probari à Sa-
16 uino,cui tamen sufficeret offuscare,† seu dubias reddere probationes Ciuitatis, cum ex *alleg.in discursu huius causæ per me æditum die 14. Iunij 1647. §.secundæ inspectionis,* Ciuitati incum-

cum-

17 cumbat onus probandi† summam à Sauino solutam fuisse debitam eo quod Sauinus nõ spontè, sed coactè soluit, aut saltèm metu coactionis vt apparet, quia præcesserat ne dũ sub die 6. Maij arrestum personale Sauini in Palatio Vicegubernatoris, sed etiam sub die 17. eiusdem Mensis aliud præfati Vicegubernatoris decretum, quo ille impartitus fuit Ciuitati licentiam emendi frumentum sumptibus, & periculo Bentiuoli, ac Sauini eius fideiussoris pro prætio, quo reperiri posset, quod decretum coactionis metum induxit,
18 quia † habebat executionem paratam, tùm ex priuilegio annonæ frumentariæ,† tùm ex
19 obligatione Camerali, sub qua Sauinus fideiusserat *ex alleg. in d. discursu §. maximè in fin.* quibus additur *dec. 15. n. 6. inter impress. apud Zacch. de obligat. Camer.*

Nec non quia vt dictus discursus ibidem ponderat, Sauinus protestatus fuit sæpiùs nullam actionem contra ipsum competere Ciuitati, sed esse dirigendam contra Bentiuolum, & Paccaronum eius fideiussorem in prima depositaria, ad quam debitum spectat, ac tandem die 29. Octobris in protestatione tunc emissa addidit se fuisse coactum soluere Ciuitati. Nec obstat quod prima excepta aliæ protestationes non loquantur de Ciuitate, sed contra Bentiuolum, & Paccaronum dirigantur; nam in omnibus adest explicita repetitio primæ, ibi, *repetitis protestationibus alias factis, illisque semper saluis, & firmitèr inherendo*; Cumque propter indebitam vexationem Sauini tam Ciuitas, quàm Bentiuolus, & Paccaronus Sauino indemnitatem debe-
20 rent, declarationes † ipsius Sauini, quod intendebat agere contra Bentiuolum, & Paccaronum non excludunt animum repetendi etiam à Ciuitate *l. si ex toto §. 1. ff. leg. 1. l. liberum
 lareos l. fin. C. fideiussor. Aret. in l. ex duobus num. 6. ff de duob. reis Gabr. de all. conclus. 2. num. 19. Surd. consil. 413. num. 2. & seqq.*

Quæ pariter ad excludendum coactionis metum, ac debiti spontaneam agnitionem probandam exaduerso afferuntur non vrgent. Non inquam quod Sauinus non soluerit, nisi post quinque menses à die supramemorati decreti Vicegubernatoris, intra quos commodè potuisset, aut excipere se vti fide-
21 iussorem depositarij non teneri† ante quam præuia redditione computorum secundæ depositariæ debitum liquidaretur, ita vt donec ista liquidatio fieret nullus in Sauinum cadere potuerit metus coactionis, aut perscrutari libros Ciuitatis, quos gratis negat sibi fuisse denegatos, dum in illis ad eius instantiam adnotatæ fuerunt plures solutiones dicto tempore à se factæ Ciuitati, aut à decreto Vicegubernatoris appellare.
22 Nàm appellatione opus non fuit † stantibus præfatis protestationibus, & contradictionibus, vt in terminis tradit *Magon. decis. Florentina 94. num. 24. post Ruin. consil. 147. num. 16. lib. 1. & alios ibi allegatos*, & appellatio apta non
23 fuisset † suspendere executionem decreti ratione rei frumentariæ, & obligationis Camera-
ralis viam executiuam habentis *Zacch. de obl. Camer. qu. 35. num. 12. & 14. & qu. 37. num. 8. Rota decis. 626. sub num. 2. par. 1. diuers. decis. 117. nu. 1. apud Zacch. d. tract.* poteratque Sauinus etiam ante liquidationem debiti, & crediti secundæ depositariæ executionem decreti timere, quia decretum non condemnat ad depositariæ reliquatum, sed præbet Ciuitati licentiam emendi frumentum periculo Sauini, prout emit, & sic statim decretum habuit suam executionem, eiusque vigore non expectata liquidatione computorum secundæ depositariæ licebat Ciuitati exigere executiuè à Sauino frumenti eius periculo empti prætiũ apparens in continenti per supputationem singularem emptionum, quæ à liquidatione differt, & habet promptam executionem
24 cum † oculis corporeis subijciatur *Galles. de oblig. Camer. tit. de liquidat. sub num. 13. vers. descendo Rota decis. 409. nu. 3. par. 1. recent. & in Barchinonen. Confinium 18. Aprilis 1611. coram bon. me. Card. Sacrato*. Quod verò non potuerit perscrutari libros dicam infrà.

Item non vrget, quod ipsa die decreti procurator Sauini comparuerit, & dixerit velle se emere frumentum sumptibus Bentiuoli, Dominorum Regulatorum, & Paccaroni; quod die 20. Augusti Sauinus obtulerit soluere Ciuitati absque animo litigandi contentus cessione iurium Ciuitatis contra Bentiuolum, & Paccaronum, quam Ciuitas publico decreto promisit dummodò contra ipsam retorqueri non possint; quod soluerit in tresdecim vicibus, & cessionem iurium iuxtà formam dictæ promissionis, ac decreti Ciuitatis reportauerit. Quod nullo modo timere posset molestias, cum electus fuisset regu-
25 lator Ciuitatis, qui † magistratus donec durat præstat priuilegium exemptionis ob omnibus molestijs, quia primus actus contemporaneus decreto Vicegubernatoris emana-
26 uit à Procuratore, † de cuius mandato non constat, & habet in ventre explicitam protestationem, quod Ciuitas contra Sauinum actionem non habet. Oblatio diei 20. Augusti non legitur facta à Sauino, vel eius nomine, siuè ipso præsente, neque dici potest ratificata eo quod in executionem decreti desuper à Ciuitate æditi reportauerit Sauinus in actu solutionum cessionem iurium dummodò contra Ciuitatem retorqueri non possint, quia cessio legitur facta in executionem decretorum generalitèr vnde inferri nõ potest ad ratificationem dicti particularis decreti, cuius omniumque ibi contentorum
27 indiuidualis notitia † in ratificante non probatur, vt debet *Natt. cons. 162. num. 33. Decian. cons. 5. num. 26. lib. 5. Lancell. de attent. par. 1. cap. 1. num. 74. & seqq. Rot. decis. 95. num. 4. decis. 149. n. 7. decis. 280. nu. 10. par. 1. recent.* & reportatio ces-
28 sionis iurium† dummodò contra Ciuitatem retorqueri non possint alterius actionis Sauino ex propria persona ab ipsa indebita solutione contra Ciuitatem resultantis *§. his quoque inst. quib. mod. re contr. ob. oblig. l. si in arca 33. ff. con- dict. indeb cum aliis alleg. à 10.* [illegible] *in dicto §. his*

§.his quoque num.5.& seqq. Morz.de contract. tit.de contradict.indeb. sub num.2. exclusionem, ac re-
29 nunciationem † non importat, *Rimin.iun.conf. 751.num.48.& seqq. Peregr conf.93.num.15.lib.1. Decia.resp.21.num.15.& 76.lib.1. Rot. in Romana Societatis officij 7.Iunij 1627. coram bo.mem.Merlino,& in Bononien. fideicommissi de Boatterijs,8.Aprilis 1644.coram R.P. D.meo Corrado.* Maximè quia Sauinus contextualiter quando dictam cessionem reportauit repetiit, vt supra dicebam protestationes alias factas contra Ciuita-
30 tem. Priuilegium Regulatorum † non suffragabatur nisi ex die captæ possessionis officij ad quam Sauinus non fuit admissus nisi die 31. Octobris post quam coactionis metu integrè, vt supra soluerat.

Et in omnem euentum tum prędicti actus tum pluralitas solutionum non merentur attendi, siue quia vigente primo decreto V. Gubernatoris, & sic durante causa coactio-
31 nis, † omnes coacti censentur quamuis in singulis cõtradictio Sauini repetita non fuerit, vt præter *alleg.in discursu §.deinde, & seq.* dixit *Rot.penes Cenc.de cens.dec.226.num.8.& 9.decis.292.num.14.* Siue quia tunc temporis Saui-
32 nus iustificare non poterat † pertinentiam debiti ad primam depositariam cum libros Ciuitatis, è quibus hæc iustificatio petenda erat habere non potuerit nisi postea sub die 7.Decembris 1631. post quam die 29. Octobris integrè soluerat licet sub die 25.eiusdem instetisset pro deputatione Notarij ad extractum partitas, vt in tertio Summario Sauini *num.8.* & ponderauit *Rot.decis.592.num.12.vers. nec facit par.5.recen.* Neque anterior commoditas videndi libros educi valet ex quo in illis adnotarentur dictæ solutiones quas Sauinus hac occasione fecit Ciuitati; nam Sauinus, quia reportabat à Ciuitate singulas quietantias non erat solicitus, aut curiosus de adnotatione in libris quos præterea, & si vi-
33 disset † in folijs vbi hę solutiones adnotabãtur inferri exinde nõ potest, quod fuerit permissus videre in alijs folijs, ac locis, vt notant *DD.in l.non est ferendus ff.transact. Ias.in l.qui Romæ §.duo fratres num.58. ff. verb. oblig. Rot. decis. 200.num.9.& 10.par.1.rec.*

Firmato ex his, quod onus probandi præmemoratas partitas frumẽti spectare ad primam depositariam incumbit Ciuitati, quæ tamen non probauit, quin è conuerso Sauinus probauit cõcludentissimè spectare ad secundam. Non obstat, quod eædem partitæ adhuc referendæ sint ad creditum primæ, vel quia in libris Ciuitatis debito primæ fuerint
34 contrapositæ, vel quia in eam † vti antiquiorem ex præsumpta Bentiuoli debitoris voluntatem cedant, *l.1. ff. solut.* Contrapositiones enim negantur, & nullatenus probatur, vt oportet, quod illis Bentiuolus, aut Sauinus consenserit imo apparet de expresso dissen-
35 su Bentiuoli qui præterea † nec volens consentire potuisset in præiudicium Sauini fideiussoris, vt latè comprobat sæpè citatus discursus *in §. ad assertam,& seqq.* cum quo Domini transierunt.

Ad secundum respondent *decis.592. nu.15. & seqq.dec.612.num.10.& 11.par.5.recent.* quod obiectum procederet nisi prima, & secunda depositaria essent diuersæ, ac separatæ; at cum
36 sint huiusmodi † habeantque singulæ diuersos fideiussores non intrat præsumptio solutionis in antiquiorem, & consignationes frumenti factæ in secunda nullo modo referri possunt ad primã, vt in puncto *Escobar. de ratiocin.cap.36.num.5.vers.et loquendo post Rip.tract. de pest.tit.de remed.ad conser.V bert.num.33.& 34. facit tex.in l.2.§.necessariæ vers. sin autem frumentaria pecunia ff.administr.rer.ad Ciuit.pertinen.*prę-sertim quia ex particulari conuentione supe-
37 rius † recitata depositarius tenebatur pro secunda depositaria consignare illud idem frumentum, quod in ea receperat, quo casu nullatenus militat præsumptio in causam antiquiorem, *Bald.cons.115.num.1.& per tot. lib.3. Bursatt.con.26.num.66.lib.1.Mant.dec.77. num.4.* vt etiam conuincitur tum ex ordinibus Grassieriorũ directis Depositario ibi, *per farli buoni à suoi conti*, quod intelligi non potest nisi de computis secundę depositariæ tunc currentis quæ ab alijs anni antecedentis vti diuersa retinebantur, tum quia ex declaratione Bentiuoli, quod nusquam consensit contrapositioni partitarum de quibus agitur in causam primæ depositariæ, clara est eius voluntas, quod illas noluit in eam causam videre, quę
38 voluntas † etiam ex coniecturis elicita tollit contrariam præsumptionem ab antiquioritate causę deductam, *Roman.cons.94.nu.2.Grat. discept.962.num.40.Rot.dec.92.nu.2.par.1. diuersæ cum alijs alleg.ab add.ad Buratt.dec.541. in fin.*

Quatenus verò subditur saltem in causam primæ depositariç cedere scuta 1049. quę Sauinus habuit ex effectibus Bentiuoli pro credito primę depositarię sequestratis, respondetur illis etiam detractis remanere Sauinũ creditorem occasione indebitæ solutionis scut. 1814. quippè Ciuitati indebitè soluit nedum hanc summam, sed scuta 2905. vt in instrumentis datis Summario *Ciuit. num.9.*

Tandem non obstat, quod ex quo creditũ Ciuitatis siue sit ex 1. siue ex 2. depositaria est
39 indubitatũ cessat soluti repetitio † cũ ad hunc effectum non attendatur, an qui soluit deberet, sed an qui recepit creditor esset, vt ad literam probat *tex.in l.repetitio 44.* ibi, *repetitio nulla est ab eo qui suum recepit, tam & si ab alio, quam à vero debitore solutum est, ff. condit. indebit. l.de hæreditate ibi, nam repeti à creditoribus qui suũ receperunt non potest Cod.petit.hæred.l.de qua re 74. §.cum absentem, & ibi gloss.verb. repetere vers. Et ideò ff. iudic.gloss.in l. quod si possessor 19.verb. repetit. ff.pet.hæredit.*

Contrarium enim nempè quod ad effectũ
40 repetitionis attendatur indebitum † ex parte soluentis quamuis sit debitum ex parte recipientis probant apertissima verba *text. in l. si pœna 19. §.primo,ibi, quamuis debitum sibi quis recipiat tamen si is, qui dat non debitum dat, repetitio competit*, & infra ibi, *quamuis enim debitum sibi quis recipiat tamen si is, qui dat non debitum dat repetitio competit, ff.condict. indeb. l.in summa 65. in*

finali.

finalibus verbis, ibi, *indebitum est &c. si id quod alius debebat alius quasi ipse debeat soluat ff. eodem, l. si à patre Cod. eod. tit. d. l. quod si possessor 19. ff. petit. hæredit. & tradit Cancer. var. resol. tom. 1. cap. 2. num. 64. & seqq.*

Harum autem legum antinomiam diuersimodè componere conantur scribentes quorum sentẽtias refert *Nicolaus Genoa in conciliatione leg. in iur. ciuil. contrar. fol. 136. num. 4. & seqq.*

41 Sed magis communiter recepta est † distinctio *Accursij in dicta l. repetitio verb. solutum in d. l. de hæreditate in princ. in d. l. si à patre verb. dedisti in l. si quid possessor 34. verb. debebit ff. petit. hæredit.*

42 quod videlicet aut is, qui non debet † soluit nomine eius, qui debet, & cessat repetitio, in quibus terminis loquuntur leges pro prima opinione allegatæ, & in specie *tex. in d. l. de hæreditate*, vbi soluens putans falsò se hæredem soluit creditoribus hæreditario nomine, quo nomine solutum debebatur, non idem tamen diceretur si soluisset legatarijs nisi alius verus hæres ex testamento extitisset, quia alioquin legatum corrueret, & sic nec ex parte recipientis creditum adesset, vt benè declarando textum, qui videbatur contrarius *in d. l. quod si possessor ff. petit. hæred. aduertit ibi gloss. verb. repetionem.* Aut soluit nomine proprio, & de proprijs pecunijs, quod non ipse, sed alius debe-

43 bat, & datur repetitio† iuxta leges pro secunda opinione relatas, hanc distinctionem vltra *Salyc. Paulum de Castr. & Iason. in d. l. repetitio, secuti sunt Ioannes Harprettus in §. is quoque nu. 37. & 38.* vbi quod est communis, & verissima distinctio *Instit. quib. mod. re contrah. oblig. Picard. ibid. numer. 20. & 22.* vbi subdistinguit an quis suum, an sibi debitum receperit, & posteriori casu admittit distinctionem Accursij, primo verò negat absolutè dari repetitionem, *Vuessembec. in pandect. lib. 12. tit. 6. num. 5. Donell. Commentar. iur. ciuil. lib. 14. cap. 13. ibique Osuard. alleg. concord. Cuiac. lib. 8. obser. cap. Mozzius de contract. tract. de indebit. tit. de causis,* quæ faciunt cessare conditionem indebiti *nu. 10. & 11.* pluresque vltramontani relati ab *Harperto dicto num. 38. in fin.*

Nos autem versamur in secundo casu distinctionis Accursij, nam quicquid sit an in

44 dubio cẽseatur solutum†nomine debitoris, vt voluit *Bart. in d. l. si pœnæ §. primo Mozzius d. tit. de caus. num. 11.* quibus contrariatur *Harpett.*

45 nisi adsint circũstantiæ † quę aliud suadeant *in d. §. is quoque numer. 40. & seqq. inst. quib. mod. re contrah. obligat.* ex lectura instrumentorũ *Sum. Ciuitatis num. 9.* constat ulariter Sauinum soluisse tanquam fideiussorem Bentiuoli pro secunda depositaria reportãdo cessionem iu-

46 rium, & sic † nomine proprio animo liberandi se à fideiussione non contemplatione debitoris, vt ponderauit *Rot. in Signina Saluiani 14. Martij 1639. §. nec visum coram Reuerendissimo Salamantino, & ex tex. in l. Papinianus 28. ff. mand. not. in punct. gloss. in l. si quid possessor 34. verb. suo nominè vers. sed si non apparet ff. petit. hæreditatis.* Vnde nec dici potest, quod soluerit tanquam tertius, & quamuis in actu solutionis reportauerit à Ciuitate cessionem iurium contra

Bentiuolum, & Paccarorum, dummodo iura

47 contra Ciuitatem non retorquantur, † non ideò præclusa est ei via agendi contra Ciuitatem condictione indebiti ex propria persona competente ob indebitam solutionem: maximè quia tunc libros, ex quibus indebitum probabatur nondum videre potuerat, vt latius supra demonstrabatur, & præsumitur

48 ignoranter soluisse, *Neguss. quæst. 454. numer. 9.*

Quapropter recedendo à posterioribus decisionibus antecedentes coram Eminentissimo D. Cardinali Panzirolo *sub die 30. Maij 1636. & 15. Iunij 1637. & aliam coram bon. mem. Merlino 28. Iunij 1638.* Confirmandas esse resolutum fuit vtraque parte bis informante.

VRBINATEN. PRAEDII.

Veneris 3. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione positi cẽsentur vocati quando plures concurrunt coniecturæ, ex quibus receditur à sententia, *gloss. in l. Lucius la 2. ff. de hæredibus instituend.* Et ex quibus coniecturis huiusmodi vocatio deducatur? Testamentum filijfamilias etiam peculio aduentitio nullum est, nec conualescit licet sui iuris effectus decesserit, nisi in eadem voluntate vsque ad mortem perseuerauerit. Tamen si iuris effectus postea codicillos fecit, in quibus Testamentum antea factum confirmauit talis confirmatio suffragatur, vel in vim solemnis declarationis voluntatis substinendi testamentum durante patria potestate conditum, vel in vim nouæ dispositionis codicillaris, ac si primum testamentum esset pars codicillorum, in quibus confirmatur.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione positi censentur vocati concurrentibus coniecturis, ex quibus à negatiua sententia* gloss. in l. Lucius la 2. ff. de hæred. instit. *recedi solet.*

2 *Item vocati censentur attenta qualitate, sub qua vocantur nempe, quod sint legitimi, & naturales ad exclusionem legitimatorum, qui vna cum legitimis ab intestato succedunt.*

3 *Præsertim quando adest immediatè post cõditionem,* si sine filijs legitimis, & naturalibus, *clausula*, & non aliter, *quæ eo magis legitimatos excludit.*

4 *Item vocati censentur quando inter proprios filios Testatoris hæredes institutos adest reciproca.*

5 *Item vocatio resultat si Testator post mortem omnium heredum institutorum vocauit primogenitum gradatim ad gubernium alicuius rei.*

A vocatione ad rem particularem, an inferri possit ad fideicommissum vniuersale? ibid.

6 *Item vocatio inducta censetur ex* oneribus annuis, ac perpetuis per Testatorem impositis ad pias causas impersonaliter relictis, quæ vt perpetuo adimpleri possint, præsumitur dispositiua voluntas Testatoris.

Ex

statoris erga filios in conditione positos.

7 *Item positi in conditione vocati censentur si Testator legatum alicui reliquit per hæredes perpetuo adimplendum, quo casu attentis verbis perpetuitatem denotantibus fauore legatarij onus adimplendi censetur nedum hæredibus institutis, sed etiam descendentibus impositum, & n.8.*

9 *Item attenta prohibitione alienationis extra familiam indeffinita, & per orationem independentem, & sub particulari verbo conceptam.*

10 Decis.387.Buratti *declaratur.*

11 *Coniecturæ pro vocatione filiorum in conditione positorum singulæ si non prosunt simul iungendæ sunt.*

12 *Præsertim fauore descendentium Testatoris, ad quorum vocationem inducendam leuiores coniecturæ sufficiunt.*

13 *Filij in conditione positi censentur vocati nedũ ad portionem patris, sed etiam patruorum si per eorum prædecessum omnes portiones vigore reciproca deuenerunt ad patrem, quæ amplius non considerantur patruorum, sed patris.*

14 *Testamentum à filiofamilias conditum est ipso iure nullum.*

15 *Amplia procedere etiam in peculio aduentitio, itaut nec conualescat, licet sui iuris factus decesserit.*

16 *Quod tamen declara nisi in eadem voluntate durauerit intelligendo non de simplici duratione, aut noua voluntate, sed de iusta, & solemni.*

17 *Filius familias post mortem patris sui iuris effectus si codicillos fecit, in quibus Testamentum durante patria potestate confectum confirmauit suffragatur, vel in vim solemnis durationis, ac declarationis voluntatis sustinendi Testamentum.*

Vel in vim nouæ dispositionis codicillaris, ac si primum Testamentum esset pars codicillorum, in quibus confirmatur ita operante confirmatione explicitam repetitionem omnium in testamento dispositorum num.24.

18 *Testator si profert verba dispositiua confirmationis testamenti, tunc prius testamentum confirmatur.*

19 *Testamentum inter liberos solemnitatem septem testium non requirit, sed duobus contentatur.*

20 *Dispositio inter liberos coram duobus Testibus non dicitur codicillus, sed testamentum, & per consequens liberi ex testamento succedunt.*

21 *Filius familias sui iuris effectus si in codicillis testamentum confirmauit coram quinq; testibus tunc valet tanquam nouum testamentum.*

22 *Ad fideicommissum sustinendum sufficit quæcunq; voluntas.*

23 *Primum Testamentum quod erat nullum si Testator in secundo approbat, inducitur de nouo restitutio bonorum per fideicommissum.*

DECISIO CCCCXXIV.

COMITIS Cæsaris de Odasijs testamentum, An contineat fideicommissariam substitutionem ad fauorem Domini Com. Iulij Cęsaris filij Petri Antonij alterius ex filijs Testatoris hæredibus institutis, cum idem Comes Iulius Cęsar fuerit sub collectiuo nomine filiorum in conditione positus pendet à resolutione alterius quæstionis, An scilicet in casu nostro filij in conditione positi censeantur vocati, qua hodie discussa affirmatiuè fuit responsum, † quia concurrunt plures

1 coniecturæ id suadentes, ex quibus à negatiua sententia, *glos. in l.Lucius la 2. ff.de hæred. instit.* recedi solet *Pereg.cons.91.numer.30.lib.1. Honded.cons.75.num.28.& cons.67. num.2. lib.1. Surd.cons.434.num.19.latissimè Fusar.de substitut. quæst.437.num.16. Rota decis.266. num.3.part.1. recent.*

Earum autem prima deducitur ex quali-

2 tate naturalis legitimitatis † sub qua, & non aliter filij positi fuerunt in conditione, hæc enim qualitas cũ censeatur adiecta ad exclusionem legitimatorum, qui vna cum legitimis ab intestato succederent plurimũ vrget pro vocatione, *Socc.iun.cons.110.nu.25.& seqq. cons.145.num.39.lib.3. Menoch.cons.420. num.13. Fusar.cons.51.num.4.& cons.145.num.13. Rot.coram san.mem.Greg.XV.dec.329.num.6. decis.422. num.4.par.4. tom.2. recent. & in Auximana fideicommissi 22. Martij 1638. §. prima desumitur coram Reuerendissimo D.meo Decano,* ponderando

3 præsertim clausulam, *& non aliter,* † adiectam immediatè post conditionem, *si sine filijs legitimis, & naturalibus,* quæ non aderat in casu decisionis exaduerso allegatarum, & plurimũ vrgere videtur, quia magis excludit legitimatos etiam quia alias comprehenderentur, *Leon.cons.10.num.3.& seqq.& per tot.Peregr.de fideic.art.24.num.46.in fin.Thes.in add.ad dec.196. add.prima.*

Secunda ex reciproca inter proprios filios

4 Testatoris† hædes institutos, quam in his terminis ponderat *Rust.in tract.de lib.in cond.posit. lib.8.cap.1.num.1.Fusar.q.437.numer.87.Menoch. cons.420.num.8.Giouagn.cons.79.num.8.lib.1.Rot. dec.355.num.3.par.5.decis.355. num.5. decis.389. num.6.par.4.tom.2.rec. & in alijs relatis in Bonon. fideicommissi 26. Nouembris 1638. §.4. deducitur coram Reuerendissimo D.meo Decano, & in Terracinen. fideic.14.Decembr.1643.§. plures coram R. P.D. meo Otthobono.*

Altera, & quidem potentissima ex alia parte testamenti, in qua Testator præcipiendo modum quo Castrum hæreditarium gubernari debeat mandat onus gubernij semper spectare ad maiorem natum, & post mortem eorum omnium ad primogenitum ma-

5 sculum gradatim, vt supra,† quo loci certum est Testatorem dispositiuè locasse ad gubernium Castri primogenitum masculum filiorum hæredum institutorum, vt clarè demõstrant verba illa, *post eorum mortem*; neque hic intrat dubitatio, An à vocatione ad rem particularem inferri possit ad fideicommissum vniuersale, vt per *Buratt.dec.387.num.8.* quia subsequentia verba *gradatim vt supra*, supponunt pernecessè eumdem primogenitum fuisse in præcedenti vniuersali fideicommisso sub conditione *si sine filijs* dispositiuè vocatum, cum alias primogeniti ex filijs hæredibus institutis, nisi ad eorum fauorem fuisset supra præordinatum fideicõmissum vniuersale, sub quo etiam Castrum comprehendebatur, non potuissent gradatim, vt supra in

eius

eius administratione succedere, quapropter cum ex dictis verbis constet Testatorem in hac parte Testamenti supposuisse, quod primogeniti filiorũ quos supra collectiuè filiorum nomine in conditione posuerat fuerint ad vniuersale fideicõmissum vocati, euidens fit, quod voluit in conditione positos dispositiuè vocare, vt tradit *Menoch. præsumpt.76. num.59.lib.4.Ciriac.controu.96.num.70. Fusar. de subst.q.437.num.194.Raundel.dec.27.sub num.94. in fin.vers. præcipuè facit Decian. cons.49. num.5. lib.3.aliјque alleg.ab Altograd.cons.95.n.65. in fin. vers. quod suppositum, & n.66.& 96.*

Quarta coniectura oritur ex oneribus an-
6 nuis, ac perpetuis † impositis per Testatorem ad pias causas, & quidem impersonaliter pro vt est legatum perpetuum fauore Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Insulæ Fossatiæ, & aliud Patribus Cappuccinis relictum, quod pariter perpetuum censetur *l.annuam 6.ann.leg.Gratian.discept.104.num.49.Peregr.de fideic. art.3. num.70. Bellon.iun.cons.2.num.66.* vt enim hæc onera perpetuò possint adimpleri dispositiua præsumitur voluntas Testatoris etiam erga filios in conditione positos, *Rustic.in tract.de lib.in conditione posit.lib.1.cap.5.num.10. Simon.de Pret. d.interpetr.vlt.volunt.lib.3.cons.3.dub.2. col.3. numer.25. fol.302.Ciriac. controu.96. nu.71. Intrigl. de substit.cent.3.q.26.num.144.Rot.in Tiburtina fideicommisi 25.Maij 1645. §.sed & quando coram bo.me.Arguell.vbi alleg.concord.*

Quinta huic affinis habetur ex codicillis, ibi, *ordina che sempre, & in perpetuo detti suoi heredi nominati in detto testamento siano obligati à tener il poder della foglia* (de quo hodie agitur) *al seruitio di S.A.Serenissima d'Vrbino, e suoi successori della Casa della Rouere, cioè nel passare che farà da quel luogo sia da dd. suoi heredi seruito &c.* ex quibus verbis informantes pro reis conuentis admittunt super hoc prædio constitutum esse particulare fideicommissum ad fauorem etiam nepotum Testatoris, & meritò quia tractatus successiuus contemplatus in legatarijs nempe successoribus domus de Ruuere, quibus in transitu per hoc prędium
7 est inseruiendum, † inesse videtur etiam personis hoc est descendẽtibus Testatoris à quibus pręstandum est dictis successoribus, *Peregr.de fideicom. art.32. sub num.70. vers. secunda sublimita*, cum alioquin voluntas Testatoris non possit adimpleri, vt per *Crau. consil.130. sub num.6.vers. itaque vt voluntas, Paris. cons.30. num.22.& seqq.lib.2.Laderch. cons.169. numer.3. Surd.cons.96.num.15.Coccin. dec.493.nu.10. Rot. in recent.dec.316.n.1.& 2.par.1.* Non obstante quod præceptum inseruiendi directum sit ad hæredes nominatos in testamento ibi, *detti suoi heredi nominati in detto testamento*, quia propter verba perpetuitatis adiecta legatarijs adhuc fideicommissum est perpetuum, *Fusar. cons.24.num.65. & seqq. vbi alleg. concord.*

Grauati itaque fuerunt ad inseruiendum legatarijs de Ruuere in transitu per hoc præ-
8 dium etiã hæredum institutorum † filij cumque eos Testator nuncupauerit hæredes nominatos in testamento, in quo tamen solum

Pars Secunda.

in conditione positi fuerant sequitur in necessarium antecedens, quod ipsam conditionem voluerit à principio habere vim dispositiuę nominationis, *Hyer.Leo dec. Valent.209. num.43.vers.rursus lib.2.* quia aliàs non verificaretur, quod dicti filij essent hæredes nominati in testamento, neque hoc nomine essent grauati in codicillis, & ipsum quoque grauamen prębet coniecturam testamentarię vocationis positorum in conditione *Ruin. cons. 139.num.7.lib.3.Tobb.Nonus cons.31. numer.19. vbi quod hæc est magis cõmunis opinio Decian.cons. 44.num.51.lib.3.Giouagn.cons.79.numer.26.lib.1. Viu.decis.262.num.17.& 18.Barz. decis.5.num.6. & seq.*

Sexta coniectura sumitur à prohibitione
9 alienationis extra familiam † non restricta ad decennium, prout prohibitio diuisionis immediatè præcedens, sed indefinita per orationem independentem à priori, & sub particulari verbo conceptam ibi, *ac etiam alienationem extra familiam prohibuit*, quam coniecturam probant *Soc.cons.250.num.8.lib.1.Curt.iun. cons.43.num.8.Decian.cons.41.num.36.lib.1.Surd. cons.539.num.5. Hier.Leo decis.Valent.209. n.45. lib.2.Rot.decis.422.num.5.par.4.tom.2. rec.*

10 Quare non applicantur † *decis.387. Buratti*, & aliæ exaduerso allegatæ, in quibus aliquæ ex dictis coniecturis reijciuntur, quia fortiores in casu nostro concurrunt, & esto quod
11 singulæ † non prodessent simul iungendas esse monet in his terminis, *Hond.cons.54.num.53. lib.2.Rot.dec.356.num.17.dec.422. num.20. par.4. tom.2.recent.decis.330.num.10.coram san.me. Gregor.XV. & in supra alleg. Bonon. bonorum 25.Nouembris 1638. §.quæ coniecturæ coram Reuerendiss. D. meo Decano in Terracinen. fideicommissi 14. Decembris 1643.§.quæ coram R.P.D. Otthobono*, præsertim fauore descendentium Testatoris
12 ad † quorum vocationem inducẽ leuiores coniecturę sufficiunt, *Corn.cons.97.num.8.in fin. lib.1.Surd.cons.434.num.19.Rot.decis.200. num.6. par.2.recent.decis.422.nu.3.par.4.tom.2. & in Auximana fideicommissi 22.Martij 1638. §. præsertim coram Reuerendissimo D.meo Decano.*

Nec hic cadit quæstio, an Comes Iulius Cæsar dicatur vocatus dumtaxat ad portionem Petri Antonij patris, vel etiam patruo-
13 rum, † quia cũ omnes patrui prædecesserint P.Antonio isque vigore expressæ reciprocæ illis successerit iam non considerantur amplius portiones patruorũ, sed consolidatas in persona P.Antonii capit Comes Iulius Cęsar filius vti portionem patris *Gabr.cons.115.n.13. lib.1.Fusar.cons.144.num.21.& seq.cons.145.n.32 & seqq.Gratian.disc.371.nu.12.& seqq. Rot. coram san.mem.Greg.XV.decis.337.n.2.& seqq.*

Non obstat, quod testamentum Com.Cæsaris, ex quo fideicõmissum educitur sit ipso
14 iure nullum † eo quod ille tunc esset filiusfamilias, *l.qui in potestate l.filiusfam. ff. testamen. Clar.in §.testam.quæst.18.Buratt.decis.039. num.2. & 3.* vbi quod hoc procedit etiam in peculio
15 aduentitio, † ita vt nec conualescat licet sui iuris factus Testator decesserit, *d.l. filiusfamilias in fin. & §. 1. in fin. inst. quib. non est permiss. facer.*

16 *facer.testam.* nisi durauerit † in eadem voluntate, *l.1.§. sed si filiusfam.vers.videlicet ff.legat.3.* quod testamentum intelligendum esse non de simplici duratione voluntatis, aut noua voluntate, sed de iusta, & solemni, *not.Piccard. in d.§.1.num.97.vers.nec & noua instit.quib.non est permiss. facer.testam.in d.l.1.§ sed si fil. fam.tradit Bart.num.7.Castr.cons.93.num.7.lib.1. Hond.cons. 24.n.24.vbi quod requiritur præsententia 7. testam. lib. primo.*

Cum enim Testator patre defuncto fecerit solemnes codicillos de annos 1591. in quibus omnia in testamento contenta in omnibus,
17 & per omnia confirmauit † sũmario responsionis pro Comite Iulio Cesare *num.1.* confirmatio hæc suffragatur, vel in vim solemnis durationis, ac declarationis voluntatis sustinendi testamentum durante patria potestate conditum iuxta terminus *text.in d.§. sed si fil. fam. Bart.ibid.num.7.in fin.* vbi quod si testator
18 proferat † verba dispositiua confirmationis testamenti testamentum prius confirmatur, quamuis coram quinq; testibus tantum emanauerint, quia agitur de testamento inter li-
19 beros, † quod solemnitatem 7. testium non requirit, sed duobus munitur, *l. fin. Cod. fam. ercisc. Ias.in l.hac consultissima §. ex imperfecto n.6. Cod.testam.Gabr de testam.concl.7.num.1.& 2.Gomes.ad l.3.Tauri num.53.& 55.* vbi addit, quod
20 dispositio inter liberos† coram duobus testibus non dicitur codicillus, sed testamentum, & per consequens liberi succedunt ex testamento, *Seraph.dec.1302.numer.6.* & in puncto confirmationis testamenti factæ à filiofamil.
21 sui iuris effecto † in codicillis coram 5. Testibus, quod valeat tamquam nouum testamentum, *Castr.d.cons.93.nu.6. lib.1.* Eo magis vt fideicomissum in testamento relictum debeatur, nam ad sustinendum fideicõmissum
22 sufficit † quæcumque voluntas, vt in his terminis *Picard.in d.§.1.nu.97. inst. quib.non est permiss. fac.testam. Gomes. in l.45.Tauri sub num.41. circa med.vers. secundo pro ista*, vbi ait, quod si quis in secundo testamento approbat primũ,
23 quod erat † nullum inducitur de nouo restitutio bonorum per fideicommissum *ex text. in l.posthumus §. si paganus ff. de iniust. rupt. irrit. testamento l. si quis priore ff.ad Trebell.*

Vel in vim nouæ dispositionis codicillaris,
24 ac† si primum testamentum esset pars ipsius codicilli in quo confirmatur operante huiusmodi confirmatione explicitam repetitionẽ omnium in testamento dispositorum, *l.prima Cod.codicill. Natt.cons.483.num.2.Caph. consil.73. num.25.& seq.Surd.cons.230.num.9.& seqq.aliique relati ab Altograd.cons.78.numer.13.& seqq. & in punct.Castr.d.cons.93.num.6.vers.nam sicut lib.1.*

Cæteræ exceptiones de valida alienatione huius prædij ex capite, aut æris alieni, aut detractionum, aut consensus à Comite Iulio Cæsare præstiti particulari dubio oportune discutientur cum hodie strictè quæsitum fuerit de vocatione dicti Comitis ad fideicommissum aui.

Ad quod vocatum esse Rota censuit vtraque parte informante.

BONONIEN. SEPARATIONIS THORI.

Veneris 10. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Sæuitia viri ad effectum separationis Thori, quomodo probanda est?

SVMMARIVM.

1 *Separatio Thori ex capite sæuitiæ nõ debet permitti nisi plures sæuitiæ actus, & quidem tales vt vxori futuri periculi probabilem metum incutiant, probentur.*

2 *Et quidem plenè, & concludenter, cum causa diuortij sit grauis, & ardua.*

3 *Nec sufficit si vnicus actus sæuitiæ probetur, & quidem per vnicum testem de auditu ab vxore.*
Testis vnicus, & de auditu ab ipsa parte non probat, ibid.

4 *In iudicio separationis Thori requirũtur testes omni exceptione maiores.*

5 *Sæuitia non probatur per vnicum actum, quando est leuis, & nullius momenti, sed plures requiruntur.*

6 *Sæuitia viri erga vxorem ex subsecuta inter eos cohabitatione, ac concubitu, nedum excluditur, sed inducta dicitur reconciliatio, quæ omnem animi amaritudinem delet, ac præcedentem causam separationis tollit.*

7 *Thori separatio concedi non debet quando constat maritum erga vxorem semper se bene gessisse, ex quo omnis cessat timor, qui etiam ex abundanti eliminatur mediante cautione à viro præstanda de eam bene tractando.*

DECISIO CCCCXXV.

DENEGATA Apolloniæ vxori Commendatarij Manzini remissoria ex rationibus adductis in decisione desuper extenta sub die 21. Februarij prox. præt. assumptum hodie fuit examen negocij principalis, ac resolutum nõ esse locum separationi Thori ab Apollonia petitæ ex capite sæuitiæ viri,
1 quia ad † effectum huiusmodi separationis actus sæuitiæ plures, ac tales vt vxori futuri periculi probabilem metum incutiant probari debuissent, *Abb.in cap. ex transmissa num.4. de rest. spoliat. Aldobr.cons.71.num.3.lib.1. Sanch. de matrim.lib.10.disput.18.sub numer.16.vers. secundo existimo Rot.dec.324.num.11.part.6. recent.*
2 & quidem per necessarias, & † concludentes probationes cum causa diuortij sit grauis, & ardua *Paris.cons.54.num.15.lib.4. Rolan. cons.27. num.10.lib.3. Rot. coram Reuerendissimo Vrgellen. decis.72.num.2.& nuperrimè in Tridentina matrimonij 11.Martij 1650.coram R. P. D. meo Albergato.*

At ab informantibus pro Appollonia vni-
3 cus actus sæuitiæ † assertur ex depositione vnius famulæ, cui præstanda fides non est, quia contestem non habet *cap.licet cap. vniones cap.iusiurandi de testib.* quia deponit de auditu ab ipsa Appollonia *cap.licet ex quadam cap.super*

litteris

litteris eod.tit.l.testium. C.eod.cum alijs allegatis in Assisien.hæreditatis 26.Iunij 1645. coram me. Et
4 quia in hoc iudicio requiruntur † testes omni exceptione maiores Felin.in rubr. de sponsal. num.4.in fin.Socc.iun.cons.86.num.6.& seqq.libr.2. Natt.cons.616.num.1.Rot.decis.441.num.2. par.1. decis.324.num.3.par.6. recentior. & in dicta Tridentina matrimonij coram R.P.D.meo Albergato.

Et quatenus plenè probaretur non releuaret,
5 † quia vt dicebam plures actus requiruntur, illeque leuis momenti est, solum enim vxor conqueritur, quod redarguenti sibi virum de dimissione ancillæ idoneæ seruitio, vir responderit, *che la caccerebbe ancora lei*, & hæc verba proferendo ipsam ad superiores domus partes fugientē prosecutus fuerit pugione euaginato vsque ad mediam scalam, sed euentus docuit virum non habuisse animum offendendi vxorem, dum vlterius ad vulnera, seù verbera non processit, vt potuerat, sed spontè redijt vndè discusserat, & quod plus est ipsamet nocte subsequenti ambo coniuges in solito cubili cubarunt, vt priùs, ac successiuis temporibus per tres menses simul conuixerunt pluries etiam repetita coniugali copula, vt Apollonia respondendo ad positiones confessa fuit. Vndè prorsus excludi-
6 tur † consuetudo viri seuiendi in vxorem, ac inimicitiarum, seù odij causa ex indè aptam resultare, & cōuincitur quatenùs opus sit coniugum reconciliatio, quę præcedentem animi amaritudinem deleuisset, ac separationis causam si quæ extitisset substulisset penitus, vt præter allegatos in decisione super remissoria dixit gloss.in cap.plerumque verb. nec reconciliata de donat. inter vir. & vxor. Rot. penes Seraph.decis.1315.num.3.& in dicta Tridentina matrimonij §.fin.coram R.P.D.meo Albergato.

In quam sententiam Domini eo libentiùs iuerunt, quia ex testibus datis in Summ. viri
7 num.6. constat, quod vir semper † se benè gessit ergà vxorem honorifico in omnibus tractatu iuxtà eius qualitatem, quodque penes vxorem continuò mansit clauium, ac mobilium cura, vt ipsamet fassa fuit in responsionibus ad positiones Summ.ibid.nu.5. idemque in posterum vir pollicetur, itaut spes omnis coniugalis charitatatis vndequaque arrideat, possitque vxor reintegrare Thorum absque vllo timore, qui ex abbundanti eliminari poterit mediante cautione à viro præstanda de eam benè tractando ex allegatis in decisione super remissoria §.penult.

Et ita decisum informante solum Commendatario diù tamen expectata, ac citata sæpius Apollonia.

BONONIEN. BONORVM DE FELICINIS.

Veneris 10. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Statutum Bononiæ lib. 3. rubric. de donat. mandans Instrumentum donationis rogari à duobus Notarijs coram septem testibus non compræhendit donationes ob causam dotis, & iuramento vallatas, & de clausula constitui adiecta in Instrumento donationis plura in decisione notantur.

SVMMARIVM.

1 *Donationis Instrumentum ex dispositione Statuti* Bononiæ lib:3. rubric. de donat. *rogari debet à duobus Notarijs coram septem testibus.*
2 *Dictum tamen Statutum non comprehendit donationes ob causam dotis iuramento vallatas.*
3 *Donatio, quādo est pura tunc clausula Constituti, & aliæ possessionis translatiuæ ibi appositæ transferunt ab initio possessionem in donatarium.*
4 *Possessio translata in donatarium non potest absque eius consensu sola donantis pœnitentia, vel donationis reuocatione auferri non secus, ac si actualiter possessio tradita fuisset.*
5 *Constitutum ad effectum translationis possessionis vim habet actualis traditionis.*
6 *Constitutum appositum in contractibus puris, & sui origine irreuocabilibus, & in contractibus conditionalibus quid in vtroque casu operetur?*
7 *Manutentio danda non est donatario vigore clausulæ constituti adiectæ in donatione pendente lite, super nullitate eiusdem donationis.*
8 *Declara hoc procedere, quando ex processu, & probationibus factis constat Iudici de nullitate donationis ita quod non egeat altiori indagine secus si nullitas non est probata, sed probanda tunc reijcitur ad petitorium.*
9 *Donatio pura, & irreuocabilis sub mendicato prætextu nullitatis, vel ingratitudinis reuocari nequit in præiudicium donatarij.*
10 *Donationis reuocatio facta tempore, quo donans acuta febri laborabat suspicione non caret.*
11 *Articuli, quando fuerunt admissi sine præiudicio summarijssimi possessorij tunc ante factas probationes procedi potest ad vlteriora in iudicio manutentionis.*

DECISIO CCCCXXVI.

EXHIBITA tandem fuit ab informantibus pro comite Bartolomeo de Felicinis donationis, ex cuius clausulis binæ decisiones coram me emanatæ Comitum Horatij, & Agnelæ coniugum de Boschettis possessionem manutenibilem desumunt reuocatio, qua itamen eorumdem coniugum manutentionem retardari non posse responsum hodiè fuit.

Siquidem vbi, vt in casu nostro donatio fuit ab initio pura, & valida non obstante quod

1 quod non fuerit eius instrumentum† rogatum à duobus Notarijs coram septem testibus, vt iubet *Statutum Bononiæ lib.3.rubr.de donat.* cum
2 illud† non comprehendat donationes ob causam dotis, & iuramento vallatas qualis est nostra, vt pluribus allegatis dixit in puncto huius Statuti *Rot.in Regien.Bonorum 23.Februarij 1646.§.fin.coram R.P.D.meo Corrado*, clausulæ constituti, & aliæ possessionis traslatiuæ † ibi
3 appositæ traslulerunt pariter ab initio in donatarium possessionem, quam propterea sine eius consensu† sola donatricis pœnitentia,
4 ac donationis reuocatio auferre non potuit non secus, ac si actualitèr possessio tradita fuisset, quia ipsum constitutum † habet ad
5 hunc effectum vim actualis traditionis, vt in puncto distinguendo inter contractus puros,
6 & in † sui origine irreuocabiles, ac alios conditionales, vel quos contrahentes cogitare potuerunt resolui posse ratiocinatur egregiè, *Gabr.cons.51.numer.23.& pluribus seqq.lib.1.* vbi multis id comprobat, quem in terminis donationis reuocatæ secuta est, *Rot. in Romana de Incoronatis 20.Februarij 1617.coram bon. memor. Vbaldo seniori impress.apud Moder. Perusin. de manuten. decis.300.num.8. facit Tiraquell. de iure constit.par.1.num.19.*

Quatenus verò prò causa reuocationis ad-
7 ducitur ipsius donationis nullitas, † quæ lite desuper pendente obesse solet manutentioni constitutarij iuxta *cons.Socc.78.nu.3. lib.3. idem Socc.ibid.num.4.* declarat hoc procedere, quan-
8 do ex processu, & † probationibus factis constat Iudici de nullitate donationis, ita quod non egeat altiori indagine, secus verò si nullitas non sit probata, sed probanda, tunc enim reijcitur ad petitorium, vt in terminis manutentionis ad fauorem donatarij respondit, *Rot.decis.270.num.3.& 4.part.1.recentior. dec.85. num.8.& 9.decis.138.num.5.decis.390.nu.7.& 8. inter impress.apud Moder. Perusin. de manut. decis. 217.num.23.par.5.recent.*

Sed nos versamur in nullitate probanda, & ex facie instrumenti donatio apparet vali-
9 da, pura, & irreuocabilis, quæ † proinde sub mendicato prætextu nullitatis, vel ingratitudinis reuocari non valuit in præiudicium donatariorum *l.perfecta Cod.donat. quæ sub mod. Castr.in l.si pecuniam num.11.ff. condict. caus. dat.* alijque in his terminis relati *in d.decis.85. numer.9.apud Moder.de manuten.* Præter quod ipsa
10 reuocatio † vti facta à donatrice dum acuta febri, quæ proximè vitam ademit laborabat, suspicione non caret, vt ponderauit, *Rot.penes Burat.decis.149.num.8.*

Qua propter iterum decisum fuit manutentionem esse dandam dictis coniugibus de Boschettis ipsis tantum informantibus, quia pars aduersa pluries citata dilationem petebat, vt expectarentur probationes super arti-
11 culis productis, qui fuerunt admissi † sine præiudicio summarijssimi possessorij, vt debuit, *Thomat.decis.41.num.30.* cum alijs allegatis *per Moder. Perusinum de manuten. obser.42. sub numer.45.& obseruat.94.num.1.*

PERVSINA SVFFRAGIORVM.

Lunæ 13. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Officiales Vniuersitatis si conueniunt ad aliquid explendum votum proferunt in capita, quia considerantur vti vnum corpus non tanquam membra, & ex quibus probetur quasi possessio votãdi in capita? Clausula sine præiudicio adiecta in actu traditionis possessionis, quid operetur, quando est apposita à Iudice, vel à parte? Officiales nequeunt in præiudicium successorum possessioni quæsitæ renuntiare cum ipsi officio quæsita dicatur?

SVMMARIVM.

1 *Officiales alicuius Vniuersitatis, ex quibus probetur votum, siue suffragium protulisse in capita pro negotijs explendis, & tanquam vnum corpus non autem tanquam membra?*

2 *In summarijssimo possessorio leuiores probationes admittuntur.*

3 *Quasi possessio manutenibilis ex vnico actu acquiritur.*

4 *Clausula præseruatina* sine præiudicio suorum iurium *apposita in actu traditionis possessionis præseruat tantum iura in petitorio, non autem in possessorio, & traditur distinctio de præseruatiua adiecta à Iudice, vel ab ipsa parte.*

5 *Clausula præseruatiua adiecta à Iudice non suspendit possessionis acquisitionem, sed tantum casu resoluit postquam de alterius iuribus constiterit, & interim manutenendus est possessor.*

6 *Secus verò, quando possessio elicitur ex actu prouisionali cum simili clausula emanato.*

7 *Possessio ex vnico actu acquiritur in præiudicium illius, qui dictum actum liberè facere permisit.*

8 *Possessioni quæsita non præsumitur quem voluisse ex interuallo renunciare.*

9 *Possessioni per Officiales quæsita renunciari nequit in præiudicium successorum cum ipsi officio possessio quæsita dicatur? num.10.*

11 *Declaratio, siue protestatio in quolibet actu repeti debet.*

12 *Quasi possessio votandi in capita, ex quibus incerta, aut varia minime reddatur?*

13 *Præsentatio siue electio facta à maiori parte suffragiorum valet, non attenta minori parte, quæ inutilis redditur.*

14 *Præsentationi, siue nominationi ab alijs facta consentire videtur, qui præsens tacuit, nec contradixit.*

15 *Actus æquiuocus est irrelenans.*

16 *Quasi possessio Officialibus quæsita, quoad certos actus non potest ex facto vnius interuerti, & quibus ipse præiudicare non potest.*

17 *Quasi possessio votandi in capita acquisita Officialibus præseruata censetur per votum traditum ab vno tantum ex eis licet alii non votauerint.*

18 *Consuetudo probanda est in casu indiuiduo actus controuersi.*

19 *In*

19. *In iudicio manutentionis exceptiones petitorium respicientes non admittuntur, sed ad illud reyciuntur.*

DECISIO CCCCXXVII.

GVBERNIVM, ac regimen Collegij nuncupati sapientiæ nouæ in Ciuitate Perusiæ authoritate Apostolica erecti spectare ad D. Priorem Ecclesiæ Cathedralis, & DD. Consules Mercaturæ eiusdem Ciuitatis nemò ambigit, sed incidit quæstio super partitione suffragiorum in electionibus officialium, alijsque negocijs tradendorum prætendentibus Consulibus, qui quatuor sunt ea numeranda esse in capita, ità vt quatuor ipsis, Priori competant duo, Priore verò illis vnicum, sibi alterum competere, diuiso vtrinque iure suffragandi pro medietate; Ac desuper commissa mihi causa de partium consensu exordiendo, vt debet à Sūmarissimo possessorio, proposui hodiè discutiendum an cui, & quomodo dandum sit mandatum de manutenendo, fuitque resolutum Consulibus dandam esse manutentionem votandi in capita.

Sic enim seruatum fuisse in suspensione ab officio, tunc Rectoris, ac V. Rectoris deputatione de anno 1458. in electione noui Rectoris de anno 1578. in alienatione quorumdam bonorum stabilium anno 1584. in electione Depositarij anno 1585. constat ex publicis documentis relatis in Summ. Consulum num. 1. vbi recensentur dicti actus per
1 suffragia in capita † expediti simul in eodem
loco Priore, & Consulibus congregatis, quod sufficeret; vt dicerentur interuenisse in capita tamquam vnum corpus, non autem vti duo membra separata, vt aduertit, *Abb. in cap. Pastoralis num. 7. vers. pone exemplum de rescript. & in cap. scriptum num. 6. in fine de elect. Rot. in Taurinen. Iurispatronatus* 11. *Ianuarij* 1583. *§. tamen quando, & 23. Martij* 1584. *§. primo, & finali coram recol. mem. Cardinali Pamphilio, & inter recent. decis. 82. nu. 5. & 6. par. 7. recent.*

Concurrentibus vltrò attestationibus plurium Ciuium de visu, & certa scientia continuatum idem fuisse de anno 1600. citrà deponentium, quibus licet extraiudicialibus iuncto antecedenti statu, vt suprà probato, deferendū valdè est in hoc Summarissimo Iu-
2 dicio, † quod leues probationes admittit, *Rot. inter impressas apud Farin. post cons. lib. 2. dec. 323. num. 2. apud. Moder. Perus. de manut. decis. 97. num. 3. penes Buratt, decis. 720. num. 2.* & sufficit vnicus
3 actus pro acquirenda possessione † manutenibili *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 94. & seqq. de caus. poss. & propriet.* & in terminis possessionis votandi, *Rota decis. 193. num. 4. dec. 665. num. 2. par. 4. recent.*

Neque actus gesti de anno 1585. vim euacuat clausula ibidem apposita, *sine tamen præiudicio vtriusque Collegij, videlicet capituli pro parte Prioris quatenùs plusquam duas fabas mittere debeat, ac etiam D.D. Consulum similiter quatenùs plusquam vnam fabam pro quolibet mittere debeat* Summ. prioris num. 7. quia ex præcitatis verbis apparet, quod præseruatiua non cadit super suffragijs in capita, prout in illo actu tradita à Consulibus fuerunt, sed super eo tantum an Priori plusquam duo, & singulis cōsulibus vltra vnum pro quolibet competat, quo itaque ad simplicem suffragationem in capita cum vno suffragio pro quolibet Consule fuit ex eo actu, quæsita Consulibus non contradicta possessio, cumque Prior Consules ad sic votan. admiserit clausula præser-
4 uatiua nil operetur in possessorio, sed † solum
præseruat iura in petitorio circa pluralitatem suffragiorum, quam siue Prior, siue quilibet Consul prætendere posset, vt distinguendo inter præseruationem in actu possessionis adiectam à Iudice, vel ab ipsis partibus tradit; *Add. ad san. mem. Greg. XV. decis. 332. sub numer. 6. vers. verum, & dixit Rota decis. 22. sub nu. 3. coram Reuerendissimo Vrgellensi decis. 375. sub nu. 7 coram bon. mem. Buratt. decis. 151. num. 7. decis. 162. num. 5. inter impress. apud Modern. Perus. de manut.* & alijs relatis ab eodem *Moderno obser. 50. n. 11*
5 immò, quod nec adiecta à Iudice † suspen-
dat possessionis acquisitionem, sed tantum resoluat postquam de alterius iuribus constiterit, & interim sit manutenendus possessor tradit, *Grat. discep. 317. numer. 31. & seqq. Ciriac. contr. 10. num. 12. Canal. decis. 633. nu. 5. Rota inter recent. decis. 513. num. 1. & seqq. par. 1.* licet secus
6 sit quando possessio elicitur † ex actu proui-
sionali cum simili clausula emanato, de quo loquitur *Rota in exaduerso alleg. decis. 217. nu. 51. & seqq. apud d. Modern. de manut.*

Ità paritèr ne Consulibus quæreretur possessio votandi in capita ex supra recensito actu, gesto 1578. efficere non potuit declaratio post tres mensesà Partibus emissa, quod per eam ballottationem noluerunt præiudicare Priori, & eius officio Summ. Prioris n. 5.
7 quia possessio iam fuerat quæsita † Consuli-
bus ab ipso instanti suffragationis antea sequutæ in præiudicium Prioris, qui tunc liberè consensit, *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina numer. 93. vers. sed dubitatur de caus. poss. & propr. Cocc. decis. 490. num. 4.* Vndè declaratio intelligenda est de præiudicio in petitorio, præser-
8 tim, quia in dubio † non est præsumen.
Consules voluisse ex interuallo possessioni iam quæsitæ renunciare, cui nec renunciare
9 potuissent † damno successorum in officio
Consulatus *l. quemadmodum ff. acq. poss. Mantic.*
10 *decis. 259. sub num. 6.* cum ipsi officio † ex actu
pacificè gesto à Consulibus fuisset quæsita possessio, *Rot. decis. 623. num. 2. part. 2. recentior. decis. 166. num. 1. decis. 335. num. 7. & 18. post tract. Modern. Perus. de manut. & in Perusina Parrochialis 7. Aprilis 1642. §. neque in fine coram me,* & in omnem euentum satis est in antecedentibus,
11 & subsequentibus actibus † non fuisse decla-
rationem huiusmodi repetitam, vt in terminis respondit, *Rot. decis. 193. num. 5. par. 4. dec. 8. num. 6. par. 5. recent.*

Quod verò in eisdem actibus Prior aliquando duo tulerit suffragia, nihil interest, quia hodiè non negatur, quin duo ferre valeat, & varietas hæc, quæ respicit possessionem

12 nem Prioris non reddit † incertam, aut variã possessionem Consulum, qui semper in capita votarunt, vt per *Crauet. de antiq. tempor. part. 4. sect. 1. num. 62. in fin. Rot. decis. 17. numer. 11. par. 4. diuers.*

Non obstat prætensa iunior possessio Prioris ab anno 1633. citrà, eam enim actus recensiti in ipsius Summ. num. 8. & sequentibus non probant. In electione siquidem Rectoris facta de anno 1533. cum interuentu Prioris, & duorum Consulum non mirum, si vnus tantum Consul votum tradidit, quia
13 cum ipse suffragio Prioris adhesisset, † inutile erat alterius Consulis suffragium *cap. 3. de iurepatr. Couar. in reg. peccatum par. 2. §. 7. numer. 3. Guttier. canon. quæst. lib. 2. cap. 11. num. 20. Buratt. decis. 942. num. 1.* & sola præsentia, ac tacitur-
14 nitas ipsius vim habere † potuit concordis suffragii in personam ab alijs nominatam, *Acebril. decis. 4. numer. 14. de præb. Caual. decis. 197. num. 5. Rot. decis. 136. num. 20. apud Modern. Pisan. de iurepatr.* adeò quod actus ille saltem reddi-
15 ditur æquiuocus, † & propterea irreleuans, *cap. in præsentia* vbi notant omnes *de probat. cum vulgar.* & in terminis possessionis *Rot. dec. 120. num. 2. par. 2. recent.*

Quod in aliquibus actibus vnus tantum Consul, & Prior interuenerint, non nocet alijs
16 Consulibus, † qui fortè ob absentiam, vel aliud impedimentum non interuenerunt *Rot. decis. 640. num. 4 part. 2. recent. decis. 269. sub nu. 3. part. 4.* & quibus alter Consul præiudicare nõ potuit, vt ferè in puncto ponderat, *Bald. cons. 123. nu. 3. lib. 5.* quinimmò eorum quasi pos-
17 sessio præseruata † censetur per suffragium à collega traditum, *Garz. de benef. par. 5. cap. 5. numer. 115. Rimin. iun. cons. 14. num. 40. Rot. dec. 713. num. 6. & 7. par. 1. diuers. decis. 452. numer. 9. coram san. mem. Greg. XV. d. decis. 136. num. 13. apud Modern. de iurepatr.* & Prior, qui medietatem
18 suffragiorum prætendit † etiam vbi plures Consules interueniunt, probet necesse est suam possessionem in casu indiuiduo actus expediti cum interuentu plurium Consulum *Alex. cons. 6. per tot. lib. 5. Roland. cons. 80. num. 10. libr. 1. Seraph. decis. 326. numer. 2. Mant. decis. 56. num. 7.*

Alij tandem actus expediti concorditer à Priore, & Consulibus non explicant quomodo suffragia tradita fuerint, & an in capita, vt præsumi debet, stante longeua possessione Consulum votandi in capita ex publicis documentis, ac extraiudicialibus attestationibus plurium nobilium, vt initio dicebam, probata vsque ad hæc tempora, in qua pro-
19 pterea Consules manutenendi † sunt reiectis ad petitorium alijs exceptionibus titulum respicien. *Rot. decis. 173. numer. 5. & seqq. coram Reuerendissimo Vrgellen. decis. 57. numer. 8. dec. 320. num. 9. post tract. Modern. de manut.* & alias sæpissimè.

Et ita decisum vtraque parte informante.

MELEVITANA COMMENDAE.

Mercurij 15. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Possessor sua antiqua possessione priuatur per sententiam iudicis executioni demandatam. Sententia lata non citato possessore eum non afficit, præsertim quando causa reperitur cõmissa cum clausula *vocatis*, quæ facit executorem mixtum, eique necessitatem citandi possessorem imponit.

SVMMARIVM.

1 *Possessio etiam ad effectum manutentionis probatur ex publico Instrumento capta possessionis, nisi ex aduerso doceatur, quod possessio ab alio erat plena.*
2 *Possessio instrumentalis adminiculata non dicitur mere istrumentalis.*
3 *Manutentio danda est probata possessione de tempore mota litis.*
4 *Possessor eius possessione priuatur per sententias executioni demandatas.*
5 *Pro spoliato habetur, qui petijt ad possessionem reintegrari.*
6 *Sententia lata non citato possessore illum non afficit.*
7 *Iudex nequit possessorem eius possessione priuare eo non citato, quamuis eius possessio ignoretur.*
8 *Clausula* vocatis *facit executorem mixtum, & inducit necessitatem citandi.*
9 *Possessio anterior est manutenibilis, reiecta posteriori.*

DECISIO CCCCXXVIII.

COMES Ioseph de Rabatta Sacræ Hyerosolimitanæ Religionis Eques commendam de Malperga Prioratus Boemiæ vacantem per priuationem Caroli Mosæ Equitis pariter Hyerosolimitani obtinuit ab Eminentissimo Magno Magistro eiusque possessionem in vim litterarum Magistralium de-
1 super expeditarum † cæpit, vt constat ex publico instrumento, quod probare etiã ad effectum manutentionis cõmuniter notãt, *Doct. in l. prædia ff. acq. poss.* nisi exaduersò doceatur quod tunc temporis possessio ab alio erat plena *Seraph. decis. 322. num. 2. add. ad Greg. XV. decis. 268. sub num. 10. vers. tenetur tamen Rot. inter recent. decis. 513. sub numer. 3. par. 1.* Quo magis concurrentibus adminiculis tum testium de melioramentis in bonis commendæ à Comite Rabatta factis deponentium, tum sententiæ reintegratoriæ, (quæ tamen, vt infrà dicam non vrget) ab Equite Mosæ reportatæ,
2 ex quibus possessio † Comitis non dicitur merè instrumentalis, vt ponderauit *Rot. decis. 269. num. 3. in fin. part. 1. recent. & in Callien. Prioratus 5. Iulij 1649. §. quo magis coram me.*

3 Quapropter manutentionem † in possessione dictæ commendæ disputato desuper particulari dubio Rota censuit esse conceden-

dendam ipsi Comiti, qui possessionem, vt su-
pra captam continuauit vsque ad tempus
motæ litis iuxtà *tex. in §. retinenda inst. de interd.*
Non obstante possessione Equitis Mose ad-
uersarii, siue quam habebat ante sententiam
priuationis, siue quam adeptus fuit nuperri-
mè in vim sententiæ reintegratoriæ.

Primam siquidem duæ sententiæ super
priuatione huius commendæ contrà ipsum
4 latæ, † & mediante noua commendatione fa-
cta Comiti cum successiua possessionis ap-
prehensione effectum sortitæ substulerunt,
Ang. in l. qui vniuersas §. item cum Prætor in fin. & in l. clam possidere §. qui ad nundinas num. 2. in fin. ff. acq. poss. Ferrett. cons. 18. num. 11. Cassad. decis. 7. in princ. & num. 1. de caus. poss. & propr. Rot. decis. 225. num. 2. decis. 269. numer. 3. par. 1. recentior. decis. 543. num. 2. & 3. inter impress. apud Modern. Perusin. de manuten. iuncto præsertim quod ad-
5 uersarius † habuisse se pro spoliato fassus fuit
dum nuper se reintegrari petijt, & obtinuit,
l. qui restituere ff. rei vindic. Maresc. var. resol. lib. 2. cap. 64 num. 7. & 8. Grat. discep. 113. num. 65. Cocc. decis. 130. sub num. 4. Buratt. decis. 80. num. 4. cum
alijs pluribus relatis *à Moder. Perus. de manuten. obser. 57. num. 77.*

Postrema verò nullius momenti est in
præiudicium Comitis anterioris possessoris
non secus, ac ipsa sententia reintegratoria,
6 quæ videlicet tanquam lata non citato dicto
Comite illum non afficit, *cap. licet Episcopus de præben. in 6. Flores de Mena var. resol. libr. 1. qu. 4. num. 26. & seqq. Mohed. decis. 11. num. 2. de rest. spoliat. Buratt. decis. 180. num. 4.* non enim potest
Iudex possessorem non citatum sua posses-
7 sione priuare, quamuis eius † possessio igno-
raretur, vt dixit *Rot. decis. 284. num. 17. part. 5. recent. & in Callien. Prioratus 5. Iulij 1649. §. fin. coram me.*

Eo minus in casu nostro, quo Iudici, qui
sententiam reintegratoriam tulit commissa
8 fuerat causa cum clausula *vocatis* † ad id, qui
fuerint vocandi faciente executorem mixtũ,
& cuiuscumque possessoris citationem re-
quirente *Card. cons. 63. in princ. Oldr. cons. 227. numer. 2. Felin. in cap. fin. num. 23. & seqq. de præsump. add. ad Greg. XV. decis. 69. sub num. 9. Rot. dec. 538. num. 6. part. 5. recent. & in Cusentina Canonicatus 5. Iulij 1649. §. nullitas coram R.P.D. meo Meltio.*

Itaut adhuc Comes manutenendus sit in
9 sua anteriori possessione, quam † semper ani-
mo saltem retinuit aduersarij posteriori reie-
cta *Felin. in cap. licet causam num. 8. & 9. de probat. Bart. in l. 1. §. quod ait num. 1. & in l. si duo sub n. 4. ff. uti possid. Surd. cons. 168. num. 16. Seraph. decis. 1016. sub num. 2.* Prout hodiè decisum fuit in-
formante solum Comite, citato tamen per
contradictas Equite aduersario.

Et ita decisum vtraque parte informante.

MILITEN. PAROCHIALIS.

Lunæ 20. Iunij 1650.

Argumentum desume ex Summarijs.

1 *Possessio instrumentalis manutenibilis est non docto de alterius possessione.*
2 *Possessio probatur ex sententia Iudicis condemnante possessorem ad dimittendã possessionem, nam priuatio præsupponit habitum.*
3 *Possessio anterior in concursu præferenda.*
4 *Iudex nulliter, & iniustè procedens non priuat possessorem sua possessione, nisi habuerit se pro spoliato præcipuè si à sententia appellauit.*

DECISIO CCCCXXIX.

SVAM anteriorem possessionem Parro-
chialis Ecclesiæ sub inuocatione Sanctæ
Marinæ Terræ Polistinæ Militen. Diœcesis
Ioseph Palermus de ea ab Ordinario prouisus
1 probauit tum ex publico instrumento † ap-
prehensionis sub die 27. Aprilis 1647. quod
non docto de alterius possessione manuten-
tioni obtinendæ suffragatur *l. prædia vbi comm. Doct. ff. acq. poss. l. non idcirco C. fid. instr. Rot. penes Greg. XV. dec. 138. num. 1. penes Cocc. decis. 14. nu. 5.* & alias sæpissimè.

Tum ex eo, quod in litteris Apostolicis
prouisionis de eadem Parrochiali à Ceraulo
aduersario obtentæ, quibus deindè idem Ce-
raulus iudicialiter vsus fuit, & sententiam
2 immissionis ab Executore Apostolico in ea-
rum executionem obtinuit, mandatur amo-
ueri ipsum Palermum à possessione ibi, *amoto exinde dicto Iosepho*, priuatio enim præsupo-
nit habitum *Nenoch. cons. 1014 nu. 19. in fin. Buratt. decis. 160. n. 5. & dec. 497. n. 2.* & fuit dictum
in Rauennaten. Saluiani 10. Iunij 1639. coram me.

Nec obstat possessio postea capta à Cera-
ulo in vim dictæ sententiæ executoris, quia
3 præferenda est illa Palermi † tanquam ante-
rior, *Felin. in cap. licet causam num. 8. & 9. de probat. Bart. in l. prima §. quod ait nu. 12. & in l. si duo sub num. 4. ff. vti possid. Surd. cons. 168. num. 16. Seraph. decis. 1106. num. 2. Rot. inter recent. decis. 225. num. 1. par. 1.* qua Palermus per dictam sen-
tentiam, quia executor, vt patet ex deductis
in duabus *decisionibus in hac causa editis 28. Iunij 1649. & 31. Ianuarij proximè præteriti coram me,*
4 nulliter, & iniustè processit, † priuatus non
fuit, cum se pro spoliato non habuerit, imò
ab eadem sententia appellauerit, vt notant,
Doct. in l. clam possidere §. qui ad nundinas ff. acq. poss. & dixit *Rot. decis. 9. num. 4. coram san. memor. Gregor. XV. dec. 417. num. 2. coram bon. mem. Coccino decis. 539. num. 5. part. 3. recent.* & in puncto sen-
tentiæ executoris litterarum Apostolicarum
in Cusentina Canonicatus 5. Iulij 1649. §. et licet coram R.P.D. meo Meltio.

Ideò proposito hodiè dubio, cuinam sit
dandum mandatum de manutenendo, dan-
dum esse Palermo Rota censuit ipso solum
informante, sæpissimè tamen citato Ceraulo,
& friuolis prætextibus, vt semper dilationem
petente.

CAME-

CAMERINEN. LEGATI.

Lunæ 20. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Hæres beneficiatus obligans se nomine proprio non censetur obligationem defuncti nouasse quoties simpliciter se obligauit, secus quando ex coniecturis constat noluisse vti beneficio Inuentarij, sed vltrà vires hæreditarias se obligasse, tunc enim conueniri potest, ac si hæreditatem absque Inuentario adiuisset; Et ex quibus coniecturis desumatur hęredem voluisse bona propria obligare, nec gaudere beneficio Inuentarij?

SVMMARIVM.

1 *Mandatum procuræ produci debet in actis, stante protestatione, neminem audiri, nisi docto de legitimo mandato procuræ.*
Rota tamen mandatum præsumptum admittit non obstante dicta protestatione, ibid. nu.3.
2 *Mandatum procuræ præsumitur ex Iurium productione, notabili impensa alijsque coniecturis.*
4 *Sententia ob lapsum fatalium transit in iudicatum.*
5 *Fatalia mortuo procuratore vel non currunt, vel datur restitutio.*
6 *Voluntates defunctorum adimpleri omnino decet.*
7 *Hæres beneficiatus licet obligauerit se nomine proprio eiusque bona hypotecauerit non censetur per hoc voluisse nouare obligationem defuncti, & renunciare beneficio Inuentarij, Contra numer.16. 17. & 20.*
8 *Et obligatio bonorum hæredis nihil aliud operatur, nisi facultatem exequendi etiam in bonis proprijs hæredis pro quanto est in hæreditate, & nō vltro.*
9 *Declara conclusionem procedere in terminis simplicis promissionis hæredis nomine proprio, secus quādo ex coniecturis constat noluisse, vti beneficio Inuentarij, sed vltrà vires hæreditarias se obligasse, & ex quibus huiusmodi obligatio resultet? num.seqq.*
10 *Clausula* vlterius *constat ex verbis augmentatiuis.*
11 *Dictio* Et *in obligationibus stat augmentatiuè.*
12 *Clausula* Et vlterius *est noua, & independentis orationis inceptiua.*
13 *Hæres soluere tenetur legata iuxtà vires hæreditarias.*
14 *Hæres quod voluerit seipsum, & bona propria vltra vires hæreditarias obligare ex quibus desumatur?*
15 *Verbum* aliqua *omnia compræhendit.*
16 *Hæres censetur beneficio Inuentarij renunciasse, ac nouasse obligationem defuncti, quando manifesta resultat incompatibilitas obligationis hæredis cum testamento defuncti.*
17 *Nouatio non dicitur extinctiua primæ obligationis, sed suppletiua, quando secunda circa modum soluēdi prima plus continet.*
18 *Dictio* tamen *est aduersatiua.*
19 *Verbum* ipsius *personalissimum est.*
21 *Hæres etiam Beneficiatus cogi potest actione personali ad soluendum legata de proprijs bonis, nisi hæreditaria tradat, vel non esse soluendo probet.*
22 *Promissio hæredis licet incipiat ab acceptatione testamenti si processit augmentatiuè, & extensiuè ad bona propria huic extensioni standum est, non autem testamento in acceptatione relato.*
23 *Legatarijs vtiliùs erit agere ex propria obligatione hæredis quam ex testamento defuncti.*

DECISIO CCCCXXX.

NOLVERVNT Domini declarare transisse in iudicatum sententiam A.C. cōdemnantem Damianum Cæsarem hæredem Caroli Cæsaris ad dandum Camillo, & alijs de Calcalarijs tot bona hæreditaria dicti Caroli, quot secundum æstimationem per Peritos faciendam ascendant ad sc.2000. eisdem debita occasione dotis q. Venantiæ eiusdem Caroli matris; Quia ad euitandam rem iudicatam Informantes pro Damiano Cæsare Reo Conuento obiecerunt, nedum sententiæ nullitatem ex defectu mandati Cammilli Lilij Executoris, cuius mandati productio
1 necessaria omninò erat † stante protestatione in omnibus actis repetita *neminem audiri, nisi docto de legitimo mandato procuræ, ita quod &c.* vt alijs allegatis dixit *Rot.decis.54.n.1.par.4.diuers. & coram san.mem.Greg.XV. decis.264. nu.1.& 2.* quod obiectum corrueret si mandatum pos-
2 set præsumi † ex Iurium productione notabili impensa, vel alijs coniecturis illud necessario concludentibus, cum Rota non obstante protestatione admittat † etiam mandatum
3 ità præsumptum vt apud *Seraph.decis.933.n.2. & in alijs relatis ab add.decis.330. num.5.coram sa. mem.Greg.XV. & in Ciuitaten. Archipresbyteratus 2.Martij 1645. §.penult.coram R.P.D.meo Cerro vbi respondetur ad decisionem exaduerso allegatam, coram bo.mem.Card.Millino, & in Maceraten.Censuum 22. Iunij 1646. §.sed tamen coram bon. mem. Arguelles.*

Sed vltrò impedimentum quo excusaren-
4 tur à lapsu fatalium † ob quem res iudicata prætenditur; nempè obitum Procuratoris ipsius rei Conuenti efficientem, quod, vel
5 fatalia † non currant, vel detur restitutio, vt post *Azeued.in lib.11.tit.18.lib.4.recop.numer.26. & 27.Greg.Lopez in lib.24. tit.23.par.3.Ant.Fab. in Cod.lib.2.titul.8.diffinit.4.num.8.Cassad.decis.6. num.5.de appell.dixit Rot.in Ancontana Dotis 17. Iunij 1647. §.concurrit coram bo.me.Arguelles.*

Declararunt autem sententiam esse iustam, quia nititur apertissimæ dispositioni prædicti Caroli, qui in casum suæ mortis sine filijs, vt euenit, mandauit hæredibus à se institutis, vt ex ipsius bonis hæreditarijs præfatæ Venantiæ dotem restituant Calcalarijs Actoribus, obligando ad id in forma Cameræ se ipsum, eiusque hæredes,& singula eius bona, *Summ.Calcalar.num.3.& Damiani num.2.* Decet
6 enim defunctorum † voluntates, & obligationes impleri, *l.1.l.Iuris gentium, §.Prætor ait, ff.de pact.l.1. ff. de constit.pecun.§.disponat auth. de nupt.Surd.cons.345.nu.14.*

Nec obstat quod Carolus ità disposuerit ratificando, & acceptando testamentum, & lega-

legatum pro restitutione dictæ dotis in eo relictum à Siluio Patre cuius erat hæres beneficiatus, quique iusserat hæredibus, vt hanc dotem restituant in eodem prędio posito in Territorio Castri Sanctæ Mariæ sibi olim vendito à promissoribus dotis pro scu. 4400. quorum quia soluerat in contanti scut. 2400. alia verò scuta 2000. compensauerat cum totidem sibi debitis ex causa dictæ dotis voluit per legatarios solui dicto Carolo hæredi scuta 2000. Vndè infertur, quod sicuti in vim testamenti Siluij non poterant legatarij petere dotem, nisi in dicto prædio, & solutis hæredi Siluij scutis 2000. Ità nec in vim acceptationis eiusdem testamenti factæ à Carolo hærede beneficiato, quippe qui, & si nomi-
7 ne proprio se obligauerit, † & sua bona hypothecauerit, non censetùr voluisse nouare obligationem impositam à defuncto, aut renunciare beneficio Inuentarij, iuxtà magis communem opinionem, quam alijs allegatis amplexa est *Rot.decis.392.per tot.par.1.recent. consil.Neapol.apud Capic.Latr.decis.38. numer.22. lib.1.apud Sanfelic.decis.111. num.6.& seqq.apud Minad.decis.25.sub num.7. vers.non obstat*, vbi di-
8 citur quod obligatio bonorum hæredis † nihil aliud operatur, nisi facultatem exequendi etiam in bonis proprijs hæredis pro quanto tamen est in hæreditate, & non vltrò, & in fortioribus terminis, *idem Capic.Latr.decis.148. num.19.& 20.lib.2.*

Hæc enim procedunt in terminis simplicis promissionis hæredis nomine proprio, † se-
9 cus quando ex coniecturis, aut alijs verbis æquipollentibus constat noluisse hæredem, vti beneficio Inuentarij, sed vltra vires hæreditarias se obligasse, vt declarat *add. ad Alex. cons.133.verb.integrum lib.5.post Cast.cons.28.n.2. lib.2.Grat.discept.264. num.19.& 22.& disc.553. num.31.Rot.decis.545.nu.5. par.5.recent.& in Bononien. Nullitatis Concordiæ 1. Iunij 1648. §.11 in fine coram me.*

Qui est casus noster, nam Carolus Siluij hęres non solum acceptauit expresè, & emologauit legatum dotis à Patre relictum Calcarijs, sed subdidit, *& vlterius pro maiori satisfactione &c. spontè &c. promisit, & conuenit dicto Antonio præsenti &c. quod in euentum in quem ipse Carolus obiret &c. voluit iussit, & mandauit, quod sui hæredes teneantur restituere prædicto Antonio dotem &c. liberè, & absque vlla diminutione, & sine aliqua exceptione &c. statim &c. de bonis tamen hæreditarijs ipsius &c. quia sic placuit, & placet de suis rebus, & bonis disponere, &c.* ponderando clau-
10 sulam *& vlterius*, quæ † cum constet verbis augumentatiuis, vt de verbo, *Et* † in obliga-
11 tionibus posito *ex tex.in l.ea tamen adiectio ff.de leg.3.dixit Rota decis.33.sub numer.6. par.1.recent.* & de verbo *vlterius Barb.dict.428. num.9.* & sit
12 nouæ, ac † independentis orationis inceptiua *Rimin.Iun.cons.482.nu.44. Giouagn.cons.39.n.15. in fin.lib.1. Rot.in Bononien. Fideicommissi de Pancaldis 10.Iunij 1642. coram R. P. D. meo Cerro*, demonstrat Carolum qui iam per acceptationem testamenti, & hæreditatis aditionem
13 erat obscriptus † solutioni legati iuxtà vires hæreditarias, *l.apud Iulian.§.fin.ff.quib.ex caus.in poss.eat.§.hæres quoque instit.de oblig. quæ ex quasi contractu nascuntur* voluisse vltrà eas † seip-
14 sum, & bona propria obligare, & sic non gaudere beneficio Inuentarij, *Capic.Latr. decis.38.sub nu.22. vers.vel obligatio lib.1.post Ioan. Dilecti Monticulum, Afflict.& alios ibi alleg.*

Maximè quia mandauit dotem restitui liberè, & sine aliqua exceptione, ibi, *& sine aliqua exceptione*, & infrà, ibi, *exceptionibus præteritis præsentibus, & futuris etiam sibi, & suis hæredibus de Iure competentibus reiectis*, ideoque sub vniuersalitate verbi *aliqua*, † omnia exceptio-
15 num genera compræhendente *Aym.cons.294. num.4.Barb.dict.22.num.1. Rota decis.357.num.5. par.1.diuers.* reiecit etiam exceptionem beneficij Inuentarij, seu competentem ex testamento Siluij Patris, cuius scilicet vigore ipse Carolus hæres excipere potuisset aduersus legatarios dotem repetentes, se non teneri dotem reddere, nisi in prædio supra memorato, & nisi sibi per legatarios solutis scutis 2000. iuxtà formam dicti testamenti. Vndè resultat manifesta incompatibilitas obliga-
16 tionis † Caroli cum testamento Patris, quæ efficit, vt censeatur beneficio Inuentarij renunciatum, & nouata obligatio defuncti, vt ponderauit *Rot.in Romana Legatorum de Columna 9.Decembris 1620. coram bon.mem.Vbald.Sen. & in decis.545.num.3. par.5.recent.* Nouatione
17 tamen † non extinctiua, *vt per Capic.Latr.decis.200. num.62.lib.2.* Sed suppletiua, ac reformatiua, qualis dicitur secunda, quæ circa modum soluendi prima plus continet, iuxtà theoricam *Bald.in l.pacta nouissima sub num. 12. vers.finaliter conclusio C.de pact.quam sequitur Cagnol.in l.lecta num.49.ff.si cert.pet. Marescott. var. resolut.lib.2.cap.56.num.10.& 11.Seraph.dec.599. numer.6.* & in his terminis *Grat.discept.509.numer.17.*

Quo magis attentis subsequentibus verbis, ibi, *de bonis tamen hæreditarijs ipsius Caroli* per quæ apertissima est voluntas Caroli, quod de proprijs ipsius bonis dos solueretur, ergo non in prædio hæreditario Siluij, & in quo Siluius dotem reddi mandauerat, neque cohærenter quantitati bonorum Siluij; Imò aduersatiuè
18 vt denotat dictio, *illa* tamen *Paris.cons.78. n.2. & 3.lib.1.Ruin.cons.41.num.8. lib.2.Rot.decis.75. n.4.par.2.recent.* Gratisque dicitur quod etiam dictum prædium erat proprium Caroli, quia vti emptum à Siluio ad eius hæreditatem spectabat, & solum titulo hæreditario transierat ad Carolũ, qui propterea contradistinguendo per dictiones aduersatiuas, vt mox dicebam, bona propria ab hæreditarijs, non potuit inter propria sensisse de dicto prædio, vt sensui patet, & denotat ex abundanti ver-
19 bum *ipsius* † personalissimum, ac expressiuũ bonorum Carolo ex propria persona competentium *ad text.in l.post mortem 5.§.Tutor, & ibi gloss.verb.rectè, vers.secus autem Bart.n.1.ff.quand. ex fac.Tut.Seraph.decis.552. nu.1.decis.1149.n.3.*

Necnon subsequens obligatio bonorum proprioru m repetita in fine Instrumenti, ibi, *Pro quibus prædictus Carolus obligauit se ipsum &c. & omnia*

omnia & singula eius bona, ex qua obligatione
clariùs elucescit, quam enixè Carolus volue-
20 rit nouare, ac reformare obligationem hæ-
reditariam Patris, semel atque iterum subij-
ciendo restitutioni dotis bona propria *Rot. di-
cta decis. 545. num. 1. & num. 8. vers. præterea par. 5.
recent.* & in terminis legati *Surd. cons. 191. n. 25.
& 26.* vbi ponderat quod bona hæredis vigo-
re testamenti non erant obligata pro legato,
Gratian. discept. 64. nu. 9. & 19.

Concurrentibus in idem postremis verbis, ibi, *quia sic placuit, & placet de suis rebus, & bonis disponere* denotantibus hanc obligationem cadere immediatè, ac directò super bonis promittentis, & prorsùs esse voluntariam, talis autem non esset si diceret aliquam relationem ad quantitatem bonorum hæreditatis Siluij, cum in hoc sensu necessaria esset,
21 quia hæres etiam beneficiatus † cogi potest
actione personali, vt soluat legata de proprijs
bonis, nisi hæreditaria tradat, vel non esse
soluendo probet, *Rot. decis. 696. sub n. 2. vers. nam
quousque par. 1. recent. & in alijs allegatis in Romana
Legati 2. Maij 1644. §. Demum coram R. P. D. meo
Cerro.*

Quapropter licet promissio Caroli incipiat,
22 ab acceptatione Testamenti Paterni, † quia
tamen processit augmentatiuè obligationē
ex acceptatione resultantem reformando, ac
extendendo ad bona propria, huic reforma-
tioni, & extensioni standum est, non autem
testamento in acceptatione relato, *Surd. post
alios cons. 440. num. 54. & cons. 524. num. 15. & 16.
Rot. decis. 121. num. 6. par. 1. diuers. decis. 431. num. 8.
& 9. apud Cinc. de Censib. & in Romana Attentato-
rum 27. Aprilis 1640. coram Me.* Neque atten-
dendum testamentum Patris, sed posterior
23 obligatio Caroli ex qua agi potest, † quia
vtilior est legatarijs, *Surd. cons. 345. sub num. 36.
vers. sed dico,* vbi allegat concordantes, & in
puncto *Grat. discept. 264. numer. 21. Rot. decis. 545.
num. 10. par. 5. recent.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

VICEN. PARROCHIALIS.

Lunæ 20. Iunij 1650.

ARGVMENTM.

Vnio ad excludendam reseruationem est plenè, & concludentèr probanda. Præsumptio iustificationis litterarum Apostolicarum resultans ex illarum executione quo casu locum habeat? Iura extracta ex archiuio priuato nō probant contra tertium, præsertim quando non probatur quo tempore fuerunt reposita in Archiuio, cum reponi potuerint post motam litem.

SVMMARIVM.

1 *Obitus probatur ex fide Parochi formiter extracta.*

2 *Amplia etiam ad effectum reseruationis.*

3 *Concursus, & praelectio probantur ex litteris testimonialibus Ordinarij, cui tanquam de re ad eius officium spectante creditur.*

4 *Valor per non excessum probatur ex confessione aduersarij emissa in litteris suæ prouisionis, quā impugnare non valet.*

5 *Valor obtentorum per non excessum probatur ex vnico teste de publica voce, & fama, qui iunctò quouis adminiculo meretur fidem.*

6 *Litteræ Apostolicæ iustificatæ, & obtentæ à legitimo collatore præstant iustum titulum pro obtinenda adiudicatione.*

7 *Prouisio conditionalis nō purificata conditione nullum Ius tribuit prouiso.*

8 *Vnio ad effectum excludendi reseruationem est plenè, & concludentèr probanda.*

9 *Vnioni repugnat status vltimus collatiuus qui venit attendendus.*

10 *Litteræ Apostolicæ executioni demandatæ iustificatæ præsumuntur.*

11 *Declara conclusionem procedere in executore mero, qui potest se de narratis extraiudicialiter informare.*

12 *Item procedere posse in iudicio executiuo litterarum Apostolicarum ad impediendum, ne alter via executiua beneficij possessionem consequatur, non autem in iudicio ordinario adiudicationis beneficij, & postquam actor suam gratiam plenè iustificauit, num. 13.*

14 *Executor est merus quamuis in litteris adsint clausulæ aptæ ad efficiendum executorem mixtum, quando non adest possessor, vel legitimus contradictor.*

15 *Reo non prosunt præsumptiones aduersus actorem, qui plenè suam intentionem probauit.*

16 *Probationes factæ in possessorio non releuant in petitorio.*

17 *Sententia non afficit non citatum.*

18 *Executor præsumitur se extraiudicialiter informasse, & tales informationes non afficiunt non citatum.*

19 *Iura extracta ex archiuio priuato non probant contra tertium.*

20 *Eo magis quando non probatur quo tempore Iura fuerunt reposita in Archiuio, cum reponi potuerint post motam litem.*

Iura extracta ex Archiuio priuato vt fidem faciant, requiritur, quod probetur quo tempore fuerunt reposita in Archiuio ad excludendam possibilitatem, quod fuerint reposita post motam litem, ibidem.

21 *Secularizatio simplex statum regularem delet.*

22 *Et quando etiam continet amplissimam suppressionem extinguit etiam Iura, & priuilegia, quæ in subrogatum loco Prælati Ecclesiæ suppressæ non transeunt, num. 23.*

24 *Distinctio inter simplicem secularizationem, & eam quæ fit cum suppressione refertur.*

25 *Beneficia Ecclesiarum Regularium Principatus Cathaloniæ vigore Bullæ secularizationis fuerunt Sedi Apostolicæ reseruata.*

26 *Testes examinati coram Iudice Laico prorsus incompetenti in causis beneficialibus nihil probant.*

DE-

DECISIO CCCCXXXI.

PETRVS Ioannes Roccafiguera præuio concursu prouisus Apostolicus de Parrochiali Ecclesiæ Sancti Quirici de Bezora tanquam vacante per obitum Damiani Perez in mense Octobris, qui reseruatus est defuncti visus est hodie omnia in litteris Apostolicis narrata iustificasse, nempè obitum Prædecessoris in dicto mense ex fide Parochi formiter
1 extracta † quæ satis probat *Imol.cons.*110.*in fin. Rot.decis.*101.*num.*6.*decis.*321.*num.*3.*par.*1.*recent. decis.*78.*num.*2.*coram san.mem.Greg.XV.* Etiam
2 ad effectum reseruationis, † vt fuit dictum in *Terulen.Beneficij* 7.*Iunij* 1610.*coram bon. me. Patriarcha Manzanedo relat. per add. ad Gregor.XV. dicta decis.*78.*sub Litt.A.*

Concursum, & suam in eo præelectionem
3 ex litteris † testimonialibus Ordinarij Viceñ. cui tanquam de re ad eius officium spectante *Garz de benef.par.*9.*cap.*2.*nu.*1.*&* 108. Creditur *iuxt.theor. Felin.in c.post cessionem nu.*3. *de probat.* quam secuta est *Rot.decis.*1.*nu.*1.*eod. tit.in nouis, decis.*101.*n.*1.*par.*1.*recent.*

Valorem huius Parrochialis in scutis 24.
4 per non excessum † ex eadem narratiua à Laurentio Aduersario in litteris eius prouisionis emissa, quam ille impugnare non potest *Buratt.decis.*481.*num.*9.*decis.*493.*nu.*1.*Aegid. decis.*268.*Put.decis.*171.*num.*1.*lib.*3. Trium verò aliorum beneficiorum obtentorum in simili
5 summa scut.24. per non excessum † testatur vnus Testis de publica voce, & fama qui iuncto quouis adminiculo meretur fidem, quia in hoc etiam leuissimæ probationes admittuntur *Seraph.decis.*924.*num.*2.*decis.*1229.*nu.*1. *Caual.decis.*517.*nu.*5.

Hinc ipsi Roccafigueræ adiudicandam esse
6 Parrochialem Domini censuerunt, † quia litteræ iustificatæ, & obtentæ à legitimo Collatore idoneum ad hunc effectum titulum præbent *Mohed.decis.*13. *vt lit.penden. Caual.decis.*363.*num.*4.*Rot.in Neapolitana Iuris conferendi* 30.*Martij* 1618.*&* 18.*Martij* 1619. *coram bo.me. Manzanedo, & in Marianen. seu Accien.Beneficij* 13. *Maij proximè præteriti coram R.P.D. meo Roias.*

Non obstante prouisione Apostolica eiusdem Parrochialis priùs obtenta à Laurentio Torrente Aduersario, quia cum ea sit conditionalis dummodò nimirùm hæc Parrochialis verè, & canonicè vnita existeret Archipresbyteratui Sancti Ioannis de Abbatissis *Summ.Roccafiguer nu.*5. Conditione huiusmo-
7 di non purificata, † idest non probata canonica vnione nullum ius tribuit, *Lotther.de re benef.lib.*3.*quæst.*13. *num.*76. *&* 77. *& fuit dictum in Lucana Mansionatus* 7.*Iunij* 1585.*coram Orano impress.apud Marches.de commiss.to.*1. *fol.*471.*n.*4. *& in Tirasonen.Cappellaniæ* 13.*Martij,&* 7.*Aprilis* 1606. *coram Sanctissimo D.N. Innocentio X. tunc Sac.Rot.Auditore.*

8 Vnionis autem probationem, † quam necessariam,& concludentem requiri ad excludendam reseruationem dixit *Rot. in Vicen. Cappellaniæ Maioris* 7. *Nouembris* 1639. *coram bon.mem.Pironano,& in Celsonen.Parrochialis* 17.*Nouembris* 1642.*coram R.P.D.meo Pentingerio*
9 eo magis in casu nostro, † quo repugnat vnioni vltimus status, qui est collatiuus, & attenditur *Lotther.de re benef.lib.*1. *quæst.*28. *num.*104. *Rot.decis.*77.*num.*3.*&* 9.*decis.*112. *numer.*2.*coram san.mem.Greg.XV.tunc nostri Ordinis Collega,* nec facit sententia executoris Apostolici, qui Aduersarium in possessione Parrochialis, immisit, nec Instrumenta in hoc iudicio producta.

Siquidem præsumptio iustificationis om-
10 nium narratorum, † ac totius gratiæ resultans ex immissione concessa ab executore, *Buratt. decis.*842.*numer.*4.*Rot.in Vicen.Beneficij* 14.*Martij* 1644. *coram R.P.D. meo Roias*, præter quod
11 procedit in executore mæro, qui potuit se extraiudicialiter de narratis informare *ex allegatis in decisione huius causæ* 28.*Iulij* 1649. *coram me*, esto quod noster executor, quamuis in litteris adessent clausulæ aptæ reddere execu-
12 torem mixtum, † mærus esset eo quod nemo possidebat, neque comparuerat legitimus contradictor, vt ad hunc effectum necesse esse declarauit *Rot. in Lucana Canonicatus* 1. *Iunij* 1647.*coram R.P.D.meo Roias, & in dicta decisione coram me.*

13 Suffragari quidem posset † in iudicio executiuo litterarum Apostolicarum ad impediendum, videlicet ne alter via executiua beneficij possessionem consequatur, non autem in Iudicio Ordinario adiudicationis beneficij postquam actor suam gratiam plenè iustificauit, vt ex prædictis fecit Roccafigue-
14 ra, tunc enim cessat præsumptio, † quæ stat pro possessore, & debet ille æquè plenè iustificare aliundè suam intentionem *Cald.cons.*10. *ad fin. vers.quod id verum de probat. Seraphin. decis.*1422.*num.*11.*& seqq.* & in proximis terminis *Lotther.de re benef.lib.*3.*quæst.*14. *numer.*86.*& seqq.Rot.decis.*409.*nu.*4. *par.*2.*recent.& in Mediolanen.Beneficij* 31.*Ianuarij* 1646. *§. nec releuat coram Reuerendiss. D. meo Dunozetto Decano.* Sic in simili dicimus, quod aduersus actorem, †
15 qui plenè probauit, non prosunt Reo præsumptiones *Aegid.decis.*617. *numer.*2. *vers.sed si possidet Rot.coram Greg.XV. decis.*278.*num.*7. aut
16 in petitorio † probationes factæ in possessorio *Gabriel cons.*40.*numer.*44. *lib.*2.*Put.decis.*166. *lib.*1.*in corr.Greg.XV.decis.*357.*num.*2.*ibique add. num.*6.*decis.*535.*num.*13. & sicuti ipsa senten-
17 tia executoris † Roccafigueram ibi non citatum non afficit *Bald. in l. ab eo numer.* 17. *Cod.quomod.& quand.Index, Abb.in cap.inter quatuor num.*7.*de maiorit.& obed. Caputaq.decis.*190. *par.*2.*Rot.decis.*98.*num.*7. *par.*1.*recent.* Eo minus
18 extraiudiciales informationes, † quas executor accepisse præsumitur afficere possunt, *Alex.in l.sæpè num.*125. *ff.de re iud.& in l.*2.*n.*11. *C.de edend.Achil.decis.*5.*in fin.de re iud.Rot.coram sa.me.Greg.XV.decis.*305.*nu.*3.

Instrumenta pariter exaduerso exhibita, siue collationum huius Parrochiali ab Abbate Sancti Ioannis factarum anno 1393. 1405.1434.1533. *Summ.Torrent.nu.*9.15.*&* 24. siue declarationes emissæ ab Episcopo Auenionensi

nionensi anno 1604. *Summ. ibid. num.* 3. siue
concordiæ initæ anno 1262. inter Episcopum
Vicentem, & Abbatem Sancti Ioannis au-
ctoritate Apostolica confirmatæ *d. Summ. n.* 6.
& 7. siue suspensionis, ac interdicti non se-
mel ab Abbate promulgati cõtra Rectorem,
& Ecclesiam Sancti Quirici, eiusdemque in-
terdicti relaxationes *d. Summ. n.* 16. *& seqq.*

Nullius momenti sunt, tum quia, vti lite
pendente super Iurisdictione inter Episcopũ,
& Archipresbyterum Sancti Ioannis in qua
Archipresbyter in Sacra Congregatione Cõ-
cilij, & hoc Tribunali succubuit extracta ab
Archiuio † Archipresbyteratus non probant
19 contra Episcopum, seù tertium Archipres-
bytero non subditum *Caputaq. decis.* 42. *par.* 1.
Put. decis. 341. *num.* 2. *lib.* 2. *Caualer. decis.* 351. *nu.* 2.
Seraph. decis. 642. *num.* 1. *Millin. decis.* 334. *nu.* 1. *&*
seqq. & in puncto ad excludendam probatio-
nem vnionis respondit *Rot. penes Martinũ Andr.*
decis. 65. *num.* 1. *&* 3. Vbi quod hoc magis pro-
cedit quando, vt in casu nostro is ad cuius
fauorem dicitur facta vnio est in causa, & eã
defendit; Imò aliqua Instrumenta extracta
fuerunt de mandato eiusdem Archipresbyte-
20 ri, & fortiùs, † quia non probatur, quo tem-
pore Instrumenta fuerint in Archiuio repo-
sita, vt requiritur, cum potuerint reponi post
motam litem *Caputaq. decis.* 91. *num.* 4. *par.* 1. *Put.*
decis. 431. *num.* 1. *lib.* 2. *Millin. d. decis.* 34. *numer.* 4.
Mart. Andr. decis. 88. *num.* 6. *& decis.* 90. *num.* 3. *Rot.*
diuers. decis. 549. *n.* 2. *part.* 4. *& in Marticen. Iurisdi-*
ctionis 5. *Martij* 1646. *coram me.*

Tum quia plereque collationes non docẽ-
tur effectuatæ, nec omnia Instrumenta, men-
tionem faciunt huius Ecclesię Sancti Quirici.
Tum tandem, quia omnia pręcessisse asserun-
tur ante secularizationem Ecclesiæ S. Ioannis
de Abbatissis de anno 1592. à fel. record. Cle-
menti VIII. factam, quæ nedum ab ea Eccle-
sia deleuit statum regularem, † vt solet sim-
21 plex secularizatio, *Rot. decis.* 252. *nu.* 2. *par.* 5. *rec.*
Sed quia continet vltrò amplissimam sup-
22 pressionem † Mensæ Abbatialis dignitatum
officiorum &c. *Summ. Roccafigueræ num.* 6. ex-
tinxit simul, quascumque Abbatialis Men-
sæ vniones, Iura, ac priuilegia, vt per *gloss. fin.*
in cap. Abbate de verb. signif. Fæl. in cap. cum dilecta
sub numer. 22. *verb. destructo Monasterio de rescript.*
Tiraquel. tract. cess. cau. in princ. numer. 212. *Rot. de-*
cis. 99. *numer.* 1. *par.* 7. *recent.* Quæ propterea in
Archipresbyterum Abbatis loco subroga-
23 tum † transire non potuerunt, vt in puncto
aduersus Archipresbyterum Sancti Ioannis
fuit decisum *in Vicen. Iurisdictionis* 2. *Maij proxi-*
me præteriti coram R. P. D. meo Cerro, vbi in §. *prout*
minus, & §. *seq.* ex hac ratione reicitur supra
memorata concordia anni 1262. *facit dec.* 373.
num. 13. *par.* 5. *recent. & dicta decis.* 99. *num.* 6. vbi
24 distinguitur † inter simplicem secularizatio-
nem, & eam quæ fit cum suppressione *par.* 7.

Quod ex abundanti respectu huiusmet Pa-
rochialis declarauit obseruantia subsecuta, cũ
post secularizationem nulla detur collatio
effectuata, quam fecerit Archipresbyter, & è
conuerso vltima anni 1640. facta fuit ab Or-
dinario præuio concursu, vt fauore prouisi
Apostolici tanquam de reseruato ponderauit
in terminis dictæ Bullæ secularizationis, *Rota*
in Gerunden. Priotatus 29. *Ianuarij* 1646. §. *voluit*
in fin. coram me, vbi prætereà in §. *exaduerso autem,*
& seqq. habetur quod vigore dictæ seculari-
25 zationis † omnia beneficia spectantia ad Ec-
clesias secularizatas fuerunt reseruata Sedi
Apostolicæ, quod etiam decisum fuit *in Vi-*
cen. Canonicatus 24. *Nouembris* 1624. *coram bo. me.*
Merlino, in Vicen. Prioratus 2. *Iunij* 1636. *coram*
Eminentiss. D. Cardinali Panzirolo, & in Vicen. Ca-
merariæ 1. *Februarij* 1638. *&* 14. *Martij* 1640. *co-*
ram R. P. D. meo Royas.

Quapropter non applicatur casui nostro
decisio *in Vicen. Iurisdictionis* 8. *Februarij* 1638.
coram bon. mem. Merlino, & vndique excluditur
asserta vnio, & facultas conferendi exinde
prætensa ab Archipresbytero, quicquid de-
posuerint Testes dati *in Summ. Torrent. num.* 27.
& 28. qui loquuntur de statu ante seculariza-
26 tionem, cumque examinati fuerint † coram
Iudice Laico prorsus incompetenti in causis
beneficialibus nihil probant *Rot. decis.* 260. *n.* 5.
par. 1. *recent.* sed inhærendum est vltimo statui
collatiuo, & exclusiuo vnionis ex supra al-
legatis.

Et ita &c. vtraque parte informante.

ROMANA SOCIETATIS LIGNORVM.

Mercurij 22. *Iunij* 1650.

ARGVMENTVM.

Iura quando dicantur realitèr producta latè in
decisione discutitu.

SVMMARIVM.

1 *productio attentis verbis* facto produxit *non dici-*
tur verbalis, sed realis, & productio verbalis ver-
bo, non facto fit.

2 *Maximè quando in actu productionis numerantur*
folia Iurium productorum.

3 *Item productio realis conuincitur stante protestatio-*
ne facta à producente, videlicet scripturas non
posse accommodari, nisi præuia obligatione de illas
reportando infratriduum.

Notarius non potest iura in eius officio producta ac-
commodare, nisi facta obligatione de reportando in
fratriduum, præsertim quando ita fuit in actu pro-
ductionis protestatum, ibid.

4 *Iura si penes Notarium per longum tempus extite-*
runt, tunc oritur præsumptio realis productionis.

5 *Item realis productio conuincitur ex obligatione*
Notarij de facienda transportatione, alias enim si
Iura verbaliter tantum fuissent producta trans-
portandi non adesset necessitas.

6 *Iura quamplura si sub vnica productione fuerunt*
producta, si in aliquibus productio fuit realis, talis
quoque censetur in alys.

7 *Iura, vt dicantur realiter producta non est necessa-*
ria aliqua citatio, quicquid sit ad effectum pro-
bationis?

8 *Pro-*

8 *Productio Iurium semel facta an possit prætextu erroris reuocari?*

9 *Productio reuocari nequit sine consensu alterius partis, nam per productionem Iura efficiuntur communia.*

10 *Notarius statim ac Iura sunt in actis producta obligatus remanet ad illorum custodiam.*

11 *Notarius si neglexit recuperare scripturas accommodatas tenetur reficere damnum ab altera parte passum ob defectum scripturarum.*

DECISIO CCCCXXXII.

ALIO nusquam hactenus meditato conatu, negando scilicet petitos libros fuisse aliquando in eius vel antecessoris officio productos Teulus aduersus mandatum Rotale, ac Decisionem sub die 28. Ianuarij proximè præteriti coram me emanatam insurrexit hodie; Sed frustra, nam de productione facta sub die 28. Februarij 1622. constat ex datis *in Summ. Lercarij num.* 1. & quidem reali, vt denotant verba, ibi, *facto produxit*, quippè quæ excludunt verbalem productionem, quę
1 verbo non facto fit vt ponderauit *Rot.dec.*139. *nu.*1.*par.*4.*tom.*2.*recent.decis.*147.*num.*2.*par.*6. & tradit *add.ad san.mem.Greg.XV.decis.*59.*num.*15.
2 iuncto maximè quod ibidem † numerantur folia cuiuslibet libri, vt pariter in his terminis aduertit *Rot.d.decis.*139.*nu.*2.*&* 3.*par.*4.*to.*2.
3 *recent.* fuitque protestatum † quod iidem libri consignari alicui non deberent, nisi cum obligatione Camerali de reportando infra triduum, neque enim Actuarius libros consignare, aut commodare cum dicta obligatione alicui potuisset, nisi fuissent producti, vtique tamen stante productione, vt per *Bald. in l.si quando in fin. Cod.test. Fulgos. in l.si legatum num.*1.*ff.eden.Rip.in l.quod te num.*63.*ff.si cert.pet. Asin.in prax.*§.22.*cap.*8.*num.*2.*& seqq.* & accedit
4 diuturnitas temporis † quo libri penes actuarium extiterunt; vndè realis productionis argumentum desumpsit *Rot.penes Buratt.dec.*217. *num.*7.

Id ipsum agnouit Teulus dum successiuis temporibus nempè de anno 1635. 1638. & 1641. aliquos ex dictis libris commodauit, & commodatum adnotauit in libercula nuncupato *accommodatorum*, vbi scripturæ realiter productæ, quæ commodantur adnotari solent asserendo eodem libros fuisse productos, vt legitur in partita anni 1635. ibi 28. *Februarij 1622. producti*, in alia partita anni 1641. ibi, *librum &c. productum inter Righezzium, & Oddum Summ.Teuli num.*7. & in partita anni 1638. ibi, *duos libros &c. in actis productos pro D. Desiderio Oddo contra D. Io. Baptistam Righezzium die* 28. *Februarij* 1622. *Summ. Lercarij numer.*3. & clarius in obligatione qua idem Teulus recepto pro residuo omnium actorum prętio scutorum 20. promisit Lercario hæredi Io: Baptistæ Righezzæ edere, ac ad Rotam transportare libros, ibi, *i quali libri come apparisce in detti miei atti furono prodotti dal detto Sig. Desiderio, Summ.Lercarij num.* 2. quæ sanè obligatio, & confessio conuincit realem productionem
5 librorum, quia in verbo tantum productis transportandi necessitas non cadit, *add.ad san.mem.Greg.XV.d.decis.*59.*num.*20.*Rot.in Toletana Canonicatus Penitentiarij* 10. *Martij* 1645. *coram R.P.D.meo Otthobono.* Nec refert quod supramemoratæ partitæ non loquantur de libris, quorum hodie editio petitur, sed de alijs diuerso nomine signatis, de quibus etiam intelligi potest dicta obligatio Teuli, quia cum in supra memorata productione facta die 28. Februarij 1622. contextuali, & vnica productione producti fuerint nominatim, tam libri recensiti in dictis partitis, quam alii de quibus est quæstio, sequitur quod si in aliqui-
6 bus † productio fuit realis, vt pars aduersa admittit talis quoque fuerit in aiijs, vt ex doctrina *Bald.in l.si quis §.si initium ff.edend.* ratiocinatur in proximis terminis *Menoch.de arbitr. lib.*2.*cas.*64.*nu.*2. *Rot.coram Reuerendiss.Vrgellen. decis.*9.*num.*17.*& inter recent. par.*4.*to.*2. *dec.*139. *n.*14.*&* 15.*decis.*542.*n.*13.*par.*4.*to.*3.

Non obstat quod non adsit citatio ad dicēdum contra, quia hæc negatiua exaduerso non probatur, cumque productio ab Oddo facta fuerit in termino interpellationis in id emanatæ ad instantiam Righezzæ tunc aduersarij, ac satisfaciendo eius importunitati, ibi, *idem Dominus Desiderius satisfaciendo importunitati aduersarij facto produxit, &c.* citatione
7 opus † non fuit ad effectum, vt iura dicantur realiter producta; quicquid sit ad effectū probationis, vt post *Bald.& alios ibi allegatos distinguit Asin.in praxi* §.22.*cap.*8. *limit.*2.*sub nu.*3. *facit Salust.Tiber.in prax.A.C. lib.*2. *cap.*15.*nu.*6. *&* 7.*Rot.in Romana, seu Veliterna Restitutionis in integrum* 17.*Decembris* 1646. §.1.*coram me.*

Minùs obstat, quod postea ex interuallo comparuerit Righezzius Lercarij author, ac declarauerit suæ intentionis non fuisse, quod libri producerentur in actis, sed solum quod extra acta manerent; nam omisso an produ-
8 ctio facta † potuerit reuocari etiam ex capite erroris, quod quia præiudicaretur parti cui ius est quæsitum ex sententia *Speculat. Felin. Felin.in aliorum ibi allegatorū negat Vestr.in prax. lib.*6.*cap.*1.*n.*5.*Scacc.de iudic.lib.*2.*cap.*11.*nu.*405. *& seqq.* vbi respondet contrarijs, & ita seruari in omnibus Curiis refert *Guidopap. quæst.* 243. *in fin.* affirmat verò post *Bart. & alios ibi allegatos Asin.in prax.*§.22. *cap.*12. Versamur extra omnem difficultatem, quia productionem non fecerat Righezzius, qui vt supra declarauit, sed Oddus qui huiusmodi declarationi non consensit, cumque per productionem factam in termino libri essent effecti com-
9 munes † eo minus potuit vnius tantum partis consensu productio reuocari, vt conciliando vtramque opininionem mox adductam firmauit *Rota penes Put.decis.*262. *lib.*2. *in corr.* Præter quod cum ea declaratio emanauerit ad effectum dumtaxat eximendi se ab expensis quas productio parit non liberauit
10 actuarium † ab obligatione libros custodiendi per san.mem.Pauli V.reformat.inducta, & ex ipso instanti productionis contracta ad tradi[illegible] per *Grat.cons.*14.*n.*17.*lib.*1.*Gratian.disc.*239. *nu.*32.

num.32. & seqq. Rot. decis. 285. nu. 4. vers. ex quibus par. 2. decis. 231. num. 3. par. 2. decis. 335. nu. 8. par. 5 recent.

Mansit itaque semper huiusmodi obligatio Teuli, quam nec substulit decretum à Menicuccio vno ex socijs societatis lignorum deinde reportatum quod libri tanquam in actis nullitèr depositati sibi ab actuario consignarentur Summ. Theuli nu. 4. quia est res inter alios acta, & decretum non habuisse effectum colligitur, ex quo successiuis temporibus actuarius eosdem libros pluries accommodauit, & rehabuit, ac de anno præterito aliquos ex ipsis in Rota transportauit, fuisseq; realitèr productos vt supra confessus fuit. Quod verò Rota in hac causa inter alias tamen personas 20. *Februarij* 1641. *coram R. P. D. meo Peutingero*, dixerit libros non fuisse iudicialitèr productos, non mirum quia tunc principalitèr de hoc non disputabatur nec deducta fuerant supradicta quibus realis productio conuincitur.

Et per consequens inconcussa manent fundamenta prioris decisionis, contra quæ non vrget quod factis diligentijs in libro nuncupato accommodatorum non reperiantur aliquando accommodati libri de quibus agitur quia hoc magis conuincit negligentiam No-
11 tarij † quæ siue consistat in omittendo accommodatorum, & rehabitorum adnotationem, siue in recuperando libros semel accommodatos, siue in eorum custodia efficit, vt Notarius damnum reficere suis sumptibus teneatur, sic in verbis disponente *Reform. Pauli V. sub rubr. de Not. Tribun. Vrb. §. 35.* itaut veniat cōdemnandus ad factum promissæ exhibitionis librorum aliàs ad damna, & interesse *ex alleg. in d. decis.*

Quam Domini confirmarunt vtraque parte informante.

VALENTINA RECTORIAE.

Mercurij 22. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Statutus vltimus beneficii collatiuus, ac secularis probatur ex pluribus collationibus effectum sortitis, de quibus in decisione. Regula 9. Cancellariæ reseruatoria mensium continens clausulas amplissimas derogat omnibus, & quibnscunque priuilegijs etiam S. Religionis Hierosolymitanæ concessis, & in specie indulto Pij IV. Religioni concesso super collatione beneficiorum ad Religionem spectātium. Indultum conferendi beneficia litigiosa concessum à Clem. VII. Religioni Hyerosolimitanæ ex quibus non suffregetur?

SVMMARIVM.

1 *Collatio di citur effectum sortita, si beneficium deinde vacat per obitum prouisi.*

2 *Item probatur effectuata ex subsecuta possessione beneficij, & ex permutatione successiuè facta post longum tempus: quicquid sit quando breue tempus intercessit, & num. 3.*

4 *Appellatio vires sententiæ infringit.*

5 *Testes in concursu publici Instrumenti fidem non merentur, & n. 19.*

6 *Testes de auditu nihil probant.*

7 *Edicta tanquā actus extraiudiciales litē nō inducūt.*

8 *Edicta præcedere debent ante collationem beneficij curam animarum habentis.*

9 *Titulus resignantis iustificandus non est quoties resignatarius beneficium resignatum per plures annos pacificè possedit.*

10 *Clausula*, etiamsi inter aliquos lis adsit &c. *non probat existentiam litis, sed solum præseruat gratiam à subreptione quatenus lis existat.*

11 *Cardinalis Ordinarius conferens vigore indulti adhuc conferre dicitur iure ordinario, quamuis in indulto dicat se etiam conferre vigore indulti.*

12 *Quicquid sit in terminis Modernorum indultorum, quæ latiora sunt.*

13 *Possessio non probatur ex Instrumento locationis in præiudicium tertij.*

14 *Collatio in personam alicuius quod habuerit effectū, ex quibus desumatur?*

15 *Laicus potestatem non habet circa dispositionem, & collationem beneficiorum.*

16 *Beneficium seculare dicitur, si collatio fit Clerico seculari quamuis Collator sit Regularis.*

17 *Ecclesia existens intrà Castrum non dicitur comprehensa in donatione eiusdem Castri non probata illius existentia tempore donationis, cum ædificari potuerit postea ab alio quam à donante.*

18 *Præsentatio in dubio facta præsumitur de persona seculari non regulari.*

Beneficium de iure præsumitur seculare non regulare ibid.

20 *In Ecclesia regulari possunt etiam adesse beneficia secularia, quæ Clericis sæcularibus conferantur.*

21 *Beneficium existens in Ecclesia regulari non præsumitur Regulare, nisi probetur esse membrum Ecclesiæ regularis, vel quod ab ea dependat.*

22 *Status beneficij regularis non dicitur constitutus, nisi ex quadragenaria præscriptione.*

23 *Status beneficij secularis declaratur ex prouisionibus, & collationibus factis secularibus.*

Beneficium esse seculare probatur ex collationibus factis secularibus ibid.

24 *Noua prouisio, vt locum habeat sufficit vacatio beneficij saltim de facto.*

25 *Regula 9. Cancellariæ reseruatoria mensium derogat priuilegijs Apostolicis concessis Religioni Hyerosolimitanæ, ac comprehendit etiam eiusdem Religionis beneficia Clericis secularibus in titulum conferri solita.*

26 *Quicquid dicant* Gonz. Garz. & Castropalao *super hac opinione amplius ambigendum non est cum Rota contrarium teneat in pluribus decisionibus, in quibus sigillatim respondetur singulis priuilegijs Religionis.*

27 *Decisiones Rotales iuxta inueteratum stylum supponendæ sunt nec incidentèr reuocandæ.*

28 *Status vltimus semper attendi debet ad dignoscendum, an beneficium sit seculare, vel regulare.*

29 *Amplia præsertim quando non agitur principalitèr inter collatores de statu beneficij contendentes, sed inter*

inter prouisos de validitate collationis.

30 *Nisi incontinenti per rem iudicatam, aut confessionem partis, aut publica Instrumenta constet de anteriori statu contrario.*

31 *Indultum Pij IV. concessum Religioni Hyerosolimitanæ §. 67. declarat beneficia ad collationem Equitum, siue Religionis Hyerosolimitanæ spectantia non vacare per obitum illa possidentium. Indultum in hac parte loquitur de beneficijs ab origine, vel præscriptione regularibus conferri solitis, nec alias dat Religioni facultatem mutandi statum secularem in regularem n.34.*

32 *Et in §.52. disponit, quod Equites eadem beneficia conferre possint Religiosis quamuis à longissimo tempore collata fuissent Clericis secularibus. Hæc secunda pars indulti loquitur de illis beneficijs regularibus, quæ ipsi Equites à longissimo tempore contulissent secularibus, & perpenduntur verba indulti num.35.*

33 *Regula 9. Cancellariæ reseruatoria mensium derogat etiam d. indulto piano quando beneficium est solitum conferri secularibus in titulum.*

36 *Qualitates indulti probare debet, qui in eo se fundat.*

37 *Reseruatio Regulæ 9. est subsidiaria ideoque cessat, quando beneficium ex alia causa est reseruatum.*

38 *Secus quando est litigiosum, quia lis non inducit reseruationem, neque ligat manus inferioris collatoris, nisi temporalitèr donec durat.*

39 Gonzal. super Regul. 8. gloss. 6. numer. 147. & 149. *in quibus terminis loquatur?*

40 *Indultum conferendi litigiosa concessum à Clemente VII. Religioni Hyerosolimitanæ non suffragatur stante longissima possessione conferendi à Sede Apostolica, & ab Ordinario num.42.*

41 *Regula 9. mensium locum habet in subsidium quando ex aliquo impedimento Papa ex alijs reseruationibus conferre nequit.*

43 *Indultum conferendi locum non habet, si Papa est in possessione conferendi cui indulgendo non censetur voluisse præiudicare, quamuis ius conferendi ad Indultarium spectaret.*

44 *Indultum conferendi beneficia litigiosa non comprehendit beneficium quod est nedum litigiosum, sed etiam reseruatum.*

45 *Subrogatio gratiosa conceditur ex capite litis, vel reseruationis, & num.46.*

47 Decis. Martini Andreæ 1. num.18. *quo casu loquatur?*

48 *Subrogatio denegari non debet ex capite intrusionis nisi constet ante subrogationem fructus fuisse perceptos.*

DECISIO CCCCXXXIII.

STATVM vltimum huius Rectoriæ, eumque longeuum collatiuum, ac secularem esse præmiserunt DD. pro fundamento hodiernæ resolutionis, attenta tùm prouisione Apostolica de anno 1617. ad fauorem Io: Thomæ Mechati Presbyteri secularis,
1 quæ probatur effectũ sortita, †quia per eiusdem Mechati obitum Rectoria vacauit de anno 1633. *iuxtà celebre cons. Oldr.229.* quod secuta est *Rota decis.541.num.2.par.2.recent. & alias sæpissimè.*

Tùm antecedenti simili prouisione anni 1598. ad fauorem Iacobi Conchiglios Clerici secularis, quam pariter effectuatam fuisse
2 constat † ex publico Instrumento possessionis post quatuor menses à prouiso captæ, *Mandos. super regul. reuoc. vnion. quæst.5.n.5. Hoied. de incompatibil. benef. par.2.cap.3.num.21. Garz. de benef. par.12.cap.2.num.28. Rota in Bouen. Abbatiæ 3. Iulij 1645. coram bo. me. Arguelles,* & ex quo Rectoriam de anno 1617. idem Iacobus auctoritate Apostolica cum dicto Mechato permutauit; permutatio enim huiusmodi
3 secuta† tàm longo tempore post Iacobi prouisionem ipsius possessionem, ac prouisionis effectum probat quidquid sit, quando breue tempus intercessit, vt distinguendo declarauit *add. ad fa. me. Greg. XV. decis.215.num.8.in fin. Rot. decis.224.num.7.in fin. par.1.recent. decis.349.n.3. cor. Greg. XV. & in Reatina Pradij 2. Maij 1603. coram recol. me. Coccino.*

Nec obstat asserta sententia condemnatoria contra dictum Iacobum ad suscipiendũ habitum Sacræ Religionis Hyerosolimitanæ lata de anno 1604. nàm præter quod hoc respicit tantum regularitatem, non autem Statum collatiuum ex prouisione Apolica ad fauorem ipsius Iacobi sexennio ante emanata, & effectuata, vt supra resultantem; euacuatur prorsus obiectum etiam respectu regularitatis, quia sententia non probatur nisi ex appellatione ab ea per Iacobum interposita
4 Summ. Astir. *num.21.* quæ † sententiæ vires fregit *l.1.§. propter eamdem ff. nihil innouari appellatione interposita Lancellott. de att. par.2.cap.12.in præfat. num.87. & seqq. Monac. decis. Bonon. 30. n.29 & 30.* iuncto præsertim, quod successiuè per 13. alios annos Iacobus Rectoriam absque susceptione habitus secularis pacificè possedit, vt apparet ex d. permutatione anni 1617. & quod plus est dicto anno Rectoriam permutauit cum supradicto Mechato Præsbytero similitèr seculari absque aliquo onere suscipiendi habitum regularem, quod sanè fuisset Mechato iniunctum, si Iacobus habitum iuxtà formam d. sententiæ suscepisset; vel ob non susceptionem Rectoriam dimittere coactus fuisset, vt Testes in Summ. Astir. *num.20.* dati conantur deponere, qui-
5 bus propterea † cum repugnet publicum Instrumentum permutationis spontè, ac liberè factæ ad fauorem alterius Presbyteri secularis, qui postea per 15. annos vsque ad annum 1633. in habitu seculari Rectoriam possedit, nulla fides adhibenda est *l. Census ff. de prob. gloss. in cap.3. loco verb. Testiũ eod. tit. Roman. cons.319. num.1. Cassan. cons.16. num.1. Rot. dec.64 num.17. par.5. recent.* eo minus quia deponunt
6 de † auditu *c. licet ex quadam vbi notant omnes de test. Caputaquen. decis.279. nu.1. par.1. Rot. dec.237. num.4. par.1. rec.*

Tùm antiquiori prouisione per Sedem Apostolicam facta de anno 1580. tanquam de vacanti per obitũ Petri Calaforæ ad fauorem Natalis de Mena Presbyteri Secularis possessione paulo post, & vacatione ex persona eiusdem Menæ subsequuta de anno 1598.

Summ. Lauditij *numer.* 1. *Litt.F. & duabus sequentibus*. Gratisque dicitur prouisionem
Menæ turbidam reddi, eo quod præcesserant
Edicta Ordinarij super concursu, quia illa
7 tanquam † actus extraiudiciales non inducunt litem, & magis confirmant Rectoriæ
Secularitatem, & statum collatiuum, cum
in similibus beneficijs curam animarum ha-
8 bentibus † ex dispositione Sac. Conc. Trid.
præcedere debeant, vt habetur *sess.24.de refor. cap.18.* & notat *Garz.de benef.par.9.cap.2.n.*102
*Paris.de resign.l.8. qu.9.num.83. Barbos. de potest. Episc.alleg.*60.*num.*13.*Add.ad Greg.XV.dec.*494.
*num.*3. *& seqq.*

Tùm resignatione, quam de anno 1565.
Martinus Calafora fecerat, & Sedes Apostolica admiserat ad fauorem dicti Petri, per cuius obitum beneficium vt supra vacauit de
anno 1580. Nec refert, quod non constet de
titulo dicti Martini resignantis, quia pro statu
collatiuo, & Seculari satis est, quod Petrus
Resignatarius esset Presbyter Secularis, &
Rectoriam in titulum obtinuerit, cumque
eam in vim prouisionis Apostolicæ possederit ab anno 1565. donec vixit vsque ad annum 1580. vlterior probatio tituli resignan-
9 tis † necessaria non videtur *Cassad. decis.2.nu.4. de caus.poss.& propr.Rot.dec.*418.*num.*6.*par.*1.*rec.
& in Toletana Beneficij* 31. *Maij* 1604. *coram bo.mem. Ortembergo in Narnien. Cappellania* 8. *Februarij* 1649. *coram Me*. Minus refert, quod
10 in litteris prouisionis dicti Petri adsit † clausula, *etiamsi inter aliquos adesset lis cuius Statum &c.* quia exindè non probatur existentia litis
sed ad maiorem cautelam quatenus existeret præseruatur gratia à vitio subreptionis
*Gemin.cons.*120.*num.*6.*Rot.decis.*342.*num.*7.*par.*1
recent.& in Spoletana Abbatia 19. *Decemb.* 1625.
coram bo.mem. Coccino.

Concinit anterior collatio, quam vacante
Rectoria per obitum Io: Hieronymi Lopez
Ordinarius Valentinus de anno 1539. fecit
Ioanni Conquist, cuius effectuatio exaduerso non negatur, sed dicitur quod Ordinarius
tunc Cardinalis contulit vigore Indulti, id
quod nil releuat, quia vt infrà demonstrabitur, vis non est in titulo collationis, sed in
qualitate beneficij, an scilicèt collatiuum, &
regulare sit, & præterea cum Ordinarius expresserit se hoc nomine conferre, & Indultum remoueat tantum obstaculum reseruationis, diceretur adhuc collatio facta aucto-
11 ritate Ordinaria quamuis conferens † dixisset
se conferre etiam vigore Indulti *Paris.cons.*42
*num.*5.*lib.*4.*Genz.super reg.*8.*glos.*24.*num.*68.*Cassad.decis.*8.*&* 10.*num.*6.*de praben. Rota decis.*444.
*nu.*64.*par.*5.*recent.& in Cæsaraugustana Parochialis de Blesa* 10. *Decembris* 1649. *coram R. P. D.
meo Otthobono*. Quicquid sit in terminis mo-
12 dernorum Indultorum † quæ latiora sunt, vt
fuit ponderatum *in Compostellana Parochialis* 10
Februarij 1645. *coram R.P.D. meo Verospio*.

Fauet quoque antecedens collatio de anno 1482. ab Ordinario Valentino facta d. Io:
Hieronymo Lopez Præsbytero Seculari. Nec
obstat, quod de eodem anno 1482. Commendatarius Religionis Hierosolymitanæ Rectoriam contulerit Fratri Vincentio Marti eiusdem Religionis professo, qui successiuè bona Rectoriæ locauit; quia ille nusquam fructus percepit, & non Commendatarij, sed
Ordinarij Valentini collationem habuisse
effectum euidens est, ex quo dictus Lopez
prouisus ab Ordinario pacificè possedit per
annos 57. vsque ad annum 1539. quo per
eius obitum Rectoria vt supra vacauit, &
collata fuit supramemorato Ioanni Conquist
adeò quod locatio bonorum, quam fecerat
Vincentius professus à Commendatario pro-
13 uisus nullius momenti est, † nec effectum
talis prouisionis probat eo minus in præiudicium tertij, hoc est prouisi ab Ordinario, qui
tanto tempore vsque ad mortem suam possessionem continuauit *cap. inter dilectos de fide instrum. Gabr.de locat.conclus.*4.*num.*1. *Menoch. de retin.rem.*3.*num.*571.*Rota decis.*24.*numer.*8.*in fin. par.*1.*recent.*

Accedit collatio anni 1443. in personam
Gulielmi Folic ex causa permutationis tunc
factæ, & per Ordinarium admissæ ab Arnaldo
de Monteyas. Contra quam collationem
frustrà obijciuntur Epistolæ Regis Hispaniarum emanatæ de anno 1458. quibus Rex
mandat à possessione Rectoriæ eijci Iacobum
Exar, & immitti fratrem Gabrielem Thomã
professum Religionis Sum. Astir *nu.*18. quia
non adducitur prouisio dicti Iacobi Exar,
qui nescitur quo titulo in possessionem se intrusisset, sed Gulielmi Folic, de quo dictæ litteræ Regis non loquuutur, imò in antecedẽtibus litteris Regijs anni 1453. datis Summ.
Laud. *nu.*1. *Litt.B.* Idem Gulielmus rogatur
à Rege, vt Rectoriam resignet Bartholomeo
Ferrer, & sic ipse Rex agnouit effectuationem
14 prouisionis † in personam Gulielmi, eiusq;
ius magni fecit, vt per *Adden.ad Put.decis.*333.
*vers.& ratio lib.*1. *Rot.decis.*411.*sub num.*2. *vers. quam ex eo par.*3.*recent. & in dicta Compostellana
Parochialis* 10. *Februarij* 1645.*coram R.P.D.meo
Verospio, in Colonien. Decanatus* 15. *Maij* 1648.
§.*gratis coram Me*. Vltrà quod exaduerso citatæ litteræ Regis de expellendo Exar, & immittendo Fratrem Gabriellem professum nõ
probantur sortitæ effectum, nec sortiri po-
15 tuerunt ob defectum potestatis † laycalis *cap. quod in dubijs vbi glos.verbo manũ layca de renunc.
Paris.de resign.lib.*7.*qu.*9.*num.*7.*& seqq.& nu.*12.
vbi in specie loquitur de Rege *cum alijs alleg. in dicta Colonien. Decanatus* §. *Ideò*.

Et ex abundanti ipsæ collationes antiquiores exaduerso adductæ statum secularem, &
collatiuum probant, nam excepta illa Fratris
Iacobi Bonettæ de anno 1331. cœteræ omnes, nempè alterius Gulielmi de anno 1396.
Summ. Astir. *num.*15. Saluatoris Ferrer de
anno 1425. Summ. ibidem *num.*16. Arnaldi
Monteyas de anno 1426. Summ. *num.*17. factæ leguntur in titulum Presbyteris secularibus quales fuisse dictos prouisos in ipsis collationibus exprimitur. Nec obstat quod collationes dicantur factæ ad præsentationem
Commendatarij Religionis, nam quidquid
sit

fit de Iurepatronatus Commendatarij ſatis eſ-
ſet Rectoriam fuiſſe collatam in titulum
Presbyteris ſecularibus, vt collatiua,& ſecu-
16 laris dicatur, † quamuis Collator Regularis
eſſet *Felin.in cap.in noſtra ſub num.44.de reſcript.*
Gonzal.ſuper reg.8.gloſ.8.n.38.Lotther.de re benef.
lib.2.qu.34.numer.8. Rota deciſ.578.ſub numer.2.
verſ.nam eſto, quæ loquitur in puncto benefi-
cij ſpectantis ad collationem Religionis Hie-
roſolymitanæ *par.1.recent.deciſ.559.nu.4.par.3.*
& in Montis Caſſinen.Parochialis 17. Febr. 1648.
coram Me.

Hinc ad rem non faciunt quæ longa ſerie
educuntur, vel ex ſententia arbitramentali
lata ab Ordinario Illerdenſi anno 1243. vel
ex donatione Caſtri de Torrent facta Religio-
ni à Iacobo Rege anno 1232. recenſita etiam
in hiſtorijs Sum. Aſtir. *num.6.& ſequen.* Quia
neutrum horum tangit qualitatem beneficij,
imò donatio, & *hiſtoriæ* nec loquuntur de
Eccleſia, quæ cum non probetur extitiſſe de
17 tempore † donationis ſub ea veniſſe inferri
non poteſt, cum potuerit ædificari poſtea ab
alijs perſonis, vt fuit ponderatum *in Cæſarau-*
guſtana Parochialis de Maella 3. Iunij 1641. §.nec
relevant coram Eminentiſs. DominoCard.Panzirolo.
Sententia verò arbitramentalis declarat dum-
taxat, quod beneficij occurrentibus vacatio-
nibus Equites Hieroſolimytani præſentent
perſonam idoneam Epiſcopo, quod intelligi
18 de Presbytero † ſeculari de iure præſumitur,
Prob.ad Monach. in cap. cum de beneficio numer.5.
de præb.in 6.Rebuff.in praxi tit. quotupl. ſit benefi-
cium nu.4. Rot.deciſ.2.ſub num.2. de præben.in nou.
& longiſſima obſeruantia ducentorum, &
amplius annorum ſuperius adducta declara-
uit. Nihil ſuffragantèr quod Teſtes dati in
Summ. Aſtir. *num.2.* aſſerant, conſueuiſſe in
Rectorem huius beneficij deputari Religio-
ſum habitus Hieroſolymitani,& alioquin lites
emerſiſſe, quia deponunt de auditu, & con-
19 trarium probantur † ex publicis inſtrumen-
tis collationum ſupradictarum,quibus potius
ſtandum eſt ex ſupra allegatis: quatenus au-
tem ſubdunt,vt etiam colligitur ex aliquibus
Inſtrumentis dicto Summ. *num. 2. in fin.* quod
Commendatarij conſueuerunt capere in hac
Eccleſia poſſeſſionem Commendæ,non con-
uincitur, quod beneficium curatum ibidem
exiſtens, quod à Sede Apoſtolica ab Ordina-
rijs, & ab ipſis Commendatarijs fuit ſemper
vnica collatione excepta collatum in titulū
Presbyteris ſecularibus ſit paritèr regulare,
20 cum etiam in Eccleſia Regulari † poſſint
adeſſe beneficia ſecularia, quæ Clericis ſecu-
laribus conferantur *c.fin. §.præcipimus per tot.de*
ſtat.Monach.& ibi Anchar.nu.15. verſ.ſic videtur
& num.16.verſ.quia, & Monachi Butr. numer.16.
verſ.quia, & Monachi Lotther. de re benefic. lib.1.
qu.34.nu.71.& ſeqq. Rot. in Parmen.Prioratus 27.
Iunij 1593.coram Orano,& in eadem Parmen.Prio-
ratus 14. Aprilis 1600. coram Penia inter eius im-
preſſ.deciſ.659.num.12. quidquid dicendum
eſſet, ſi beneficium curatum probaretur idē
21 cum Eccleſia regulari, † eiuſque membrum
nec ſolitum conferri ſecularibus, in quibus
terminis loquitur *Rota, & ibi allegati dec.379.*
num.3.& ſeqq. coram fa.mem. Greg.XV.

Prout nec applicantur quæ dicuntur de
mutatione ſtatus, negando quod allegatæ
prouiſiones Apoſtolicæ ex defectu voluntatis
& Ordinarij ex defectu poteſtatis mutauerint
ſtatum huius beneficij de regulari,& manua-
li in ſeculare, etiam collatiuum; quia cum
vnica detur antiquiſſima collatio facta regu-
lari, nempè Fratri Iacobo Bonetto de anno
1331. Summ. Aſtir. *num.14.* ideoque non
probetur antiquiſſimus Status regularitatis
originalitèr, aut quadragenaria præſcriptio-
22 ne † conſtitutus, vt oportet *cap. cum de bene-*
ficio de præb.in 6.Conz.ad reg.8.gloſ.7.num.8. Lot-
ther.de re benef.lib.1.qu.34.nu.45.Rota coram Bu-
ratto deciſ.636.num.1.& poſt Modern. Piſan.de Iu-
repatr.deciſ.44.num.5. non intrat quæſtio mu-
tationis ſtatus, ſed allegatæ prouiſiones, &
23 collationes factæ ſecularibus † collatiuum
etiam ſeculare perpetuò fuiſſe beneficiū de-
clarant *Rot.dec.482.num.1.coram fa. mem. Greg.*
XV. deciſ.57.num.9.& ſeqq.par.6.recent. dec.659.
num.6.coram Penia, & in Pampilonen.Præceptoriæ
21. Februarij 1611. coram eodem.

Firmato ex his, quod beneficium ſit ſecu-
lare,& collatiuum,ſequitur quod per obitum
24 Cabreiæ vltimi poſſeſſoris Rectoriæ, illa verè
vacauerit ſaltèm de facto, quod ſufficit, vt
nouæ prouiſioni ſit locus *Gonz. in term. regul.*
reſeruat.menſium ſuper reg.8.gloſ.15.§.1. num.45.
& ſeqq.& num.72.& ſeqq. Rot.dec.11. iunct. addit.
num.3. de præb.in nou.deciſ.4.num. de rer. permut.
ibid.deciſ.8.num.1.de elect.in ant. deciſ.12. num.6.
*& 7.de præb.in antiquor.*cumque vacatio ſequ-
uta fuerit in menſe Aprilis, intret reſeruatio
25 Regulæ 9. Cancellariæ, per quam † ob clau-
ſulas ampliſſimas, & prægnantiſſimas ibi ap-
poſitas derogari priuilegijs Apoſtolicis, eo-
rumque confirmationibus ad fauorem Sacræ
Religionis Hieroſolymitanæ emanatis, eiuſ-
demque Religionis beneficia Clericis ſecu-
laribus in titulum cōferri ſolita comprehen-
26 di quidquid dixerint † *Gonz.Garz. & Caſtrop.*
ambigendum hodie non eſt, cum habeamus
in ipſiſſimis his terminis deciſiones Rotæ ar-
ticulo maturè diſcuſſo editas *in Baren. ſeù nul-*
lius Prioratus coram bo.me. Cardinali Sacrato, quæ
ſunt inter recent. deciſ.569.par.1.deciſ.578. par.2.
repetita par.3.deciſ.569. & deciſ.666. par.2. in
quibus reſpondetur ſigillatim ſingulis pri-
uilegijs Religionis, & firmatur ſufficere ad
hunc effectum vltimum ſtatum collatiuum,
ac ſecularem, reſeruato diſcuſſione naturæ
beneficij in futura vacatione; & hæ deciſio-
27 nes † iuxtà inueteratum ſtylum noſtri Tribu-
nalis ſupponendæ ſunt, nec incidentèr reuo-
candæ, maximè quia ſemper attenditur vlti-
28 mus ſtatus, † vt in terminis an beneficium
ſit ſeculare, vel regulare, tradunt *Doct.in cap.*
cum de benefic.de præben.in 6. & dixit *Rot.deciſ.2.*
de præben.in nou.& in punct.reg.reſeru.menſium de-
ciſ.154.num.3. & 4. vbi in fine id ampliatur,
29 quando, † vt in caſu noſtro non agitur prin-
cipalitèr inter Collatores de ſtatu beneficij,
ſed inter prouiſos de validitate collationis

par.1.

par.1.recent.decis.659.num.25.coram Penia, & in
Elnen.Praecepturia 14. May 1610. in Pampilonen.
Praeceptoria 21. Febr. 1611. coram eodem. Nisi
30 incontinenti per rem iudicatam, † aut con-
fessionem Partis, aut publica instrumenta
constet de antiquiori statu contrario Maresc.
var.resol.lib.1.cap.55.num.66.Rot.dec.435.num.4.
par.2.decis.13.nu.26. par.6.recent. & in alijs alleg.
per Adden.ad Buratt.decis.776.num.15.& 16.

Quo magis in casu nostro, quo quidquid
sit, an Religio Hierosolymitana habeat nec
ne Iuspatronatus huius Rectoriæ, quod pro
nunc DD. non determinarunt, nullatenùs
probatur anterior status contrarius, & nedum
vltimus, sed bis centenarius, & vltrà collati-
uus, ac secularis est vt supra demonstrabam.

Neque reseruatio regulæ mensium cessat,
vel quia ex alio Indulto Pij IV. §.67. decla-
31 retur † beneficia ad collationem Equitum
siuè Religionis Hierosolimytanæ spectantia
non vacare per obitum illa possidentium, &
32 & in §.52. disponatur, † quod Equites ea-
dem beneficia conferre possint Religiosis
quamuis à longissimo tempore collata fuis-
sent Clericis secularibus; vel quia hec Re-
ctoria viuẽte Cabreias illius vltimo possesso-
re effecta fuisset litigiosa. Nam etiam Indulto
33 Piano censetur derogatum † per reg.9. Cancel-
lariæ, quando beneficium est solitum confer-
ri secularibus in titulum iuxtà decisiones supra
allegatas, eiusdemque Indulti neutra pars ap-
plicatur, quia vtraque loquitur de beneficijs
34 ab origine, † vel præscriptione regularibus,
nec alias dat Religioni facultatem mutandi
statum secularem beneficij in regularem, vt
ponderauit Rota decis.578.nu.3. & 4. par.1.rec.
35 & vlterius secunda pars loquitur † de illis be-
neficijs regularibus, quos ipsi Equites à lon-
gissimo tempore contulissent secularibus,
ibi, per ipsos Magistrorum, Priores, Baiuliuos,
Praeceptores, Milites, & Fratres per abusum &c.
Clericis, seù Presbyteris secularibus collata &c.
nostrum verò beneficium nusquam fuit re-
gulare, & collationes secularibus factæ fuerũt
ab Ordinarijs, vel à Papa, & sic non concur-
36 runt qualitates indulti † quarum concursum
probare debet qui in eo se fundat, d. dec.578.
num.4.in fin.Put.decis.31.num.8.lib.2.Butr.in cap.
super quaestionum §.porro nu.6.de offic.deleg.& ibid.
Felin.num.7.in fin.Bald.num.5.

Quo verò ad caput litigiosi, etsi reseruatio
reg.9. cum sit subsidiaria cesset quoties bene-
37 ficium † alia ex causa est reseruatum Gonzal.
super reg.8.glos.13.num.66.& seqq.& nu.79. Rota
decis.141.num.10.par.1.recent. secus est si dum-
38 taxat litigiosum est, † nam lis non inducit
reseruationem neque ligat manus inferioris
Ordinarij collatoris, nisi temporalitèr donec
durat, vt in puncto respondit Rota in Aurien.
Canonicatus 4. Iunij 1576. coram Cardinali Lan-
cellotto Seniori, & in Legionen. Praestimoniorum de
mense Iunij 1594. coram Card. Hieronymo Pam-
philio impress.apud Garz.de benef.par.5.cap.1.§.1.
num.135.vers.non obstat, & numer.136.infrà med.
vers.non obstante. Allegati autem in contra-
rium loquentes de beneficijs litigiosis nempè
39 Gonz.glos.6.num.147. † non agit de regula re-
seruatoria mensiũ, sed de regul.de impetran.
benef.vacan.per obit.familiar.Cardinaliũ, &
nu.149. loquitur de Concilio Tridentino re-
quirente concursum in beneficijs curatis re-
seruatis, quod ait non procedere in litigio-
sis.

Facilius id militat in casu nostro, quo pars
40 aduersa prætendit ratione litigiosi † collatio-
nem spectare ad Religionem vigore alterius
Indulti Clementis VII. & sic Papam non pos-
se ex hoc capite conferre. Quia etiam quan-
do aliæ concurrunt reseruationes, si ex illis
propter aliquod impedimentum Papa con-
41 ferre non valeat, † fit in subsidium locus re-
gulæ mensium, vt in puncto reseruationis ex-
clusæ ab Indulto Rota decis.240.num.6.& 7. co-
ram sa.mem. Gregor.XV. decis.141.num.11.par.1.
recent.sequendo decisionem 32.sub nu.5.vers.si enim
reuocetur, & num.6.de præben.in antiq. & decis.9.
Cassad.sub num.4.eod.tit.

Sed verè Indultum Clem.VII.conferẽ li-
42 tigiosa † non suffragatur Religioni propter
longissimam possessionem conferendi, in qua
existunt Sedes Apostolica, & Ordinarij Va-
lentini, cui possessioni quia Papa non cense-
43 tur indulgendo † voluisse præiudicare, inde
fit ne sit locus Indulto, quamuis aliàs ius con-
ferendi ad Indultarium spectaret Calder. con-
sil.23.de præb.Germon.de Indult. Card.§.regularia
num.95.& 96.§.etiam ex eo nu.26. Garz.de benef.
par.5.cap.5.num.5.Lotther.de re benef.lib.1.qu.21.
nu.144.Put.decis.200 lib.1.in corr.Mohed.decis.8.
de priuil.Rot. diuers.decis.783.nu.4.par.3. Eoque
minus quando beneficium est nedum liti-
44 giosum † sed etiam reseruatum, vt in specie
priuilegiorum Religionis Hierosolymitanæ
respondit Rot.coram Reuerendissimo Vrgellen. de-
cis.68. nu.5.

Quapropter merito concessa fuit à Sede
Apostolica Laud. Pedro subrogatio gratiosa
45 ex capite † tùm litis cap.1. & 2. vt lit.pen-
46 dent.in 6.Buratt.decis.39.num.2. tùm † reserua-
tionis Rota in Tirasonen. Cappellaniæ 13. Martij
& 7. Aprilis 1606. coram Sanctiss. D.N. licet ex
primo inutilis esset, si ad fauorem Religionis
applicabile esset Indultum præfatum Clemẽ-
47 tinum, in quibus terminis loquitur † decis.1.
Martini Andreæ nu.18. & alia in Neapolitana Ci-
miliarcatus 5. Maij 1631. coram bo. me. Cardinali
Vbaldo, à me post eius obitum extensa. Et ad
obiectum intrusionis satis est respondere,
48 quod non probatur † fuisse ante subrogatio-
nem fructus perceptos, vt requiritur ad ex-
cludeñ ex hoc capite beneficium regulæ de
subrogañ Rota decis.531.numer.3.in fin.par.2.rec.
post Gigant.de intruso num.70. ad 77.

Et per consequens attentata est possessio
lite pendente capta à fr. Laurentio Astiria,
non autem à d. Lauditio Pedro, vt latè fir-
matum fuit in duabus prioribus decisionibus
in hac causa editis coram Me, quas hodie
Domini vtraq; parte acerrimè bis, & iterum
informante confirmarunt, respondendo insu-
per vt liti, & litigantium dispendio breuior
sit finis, quod Rectoria spectat ad Lauditium,

BONO-

BONONIEN. HAEREDITATIS.

Lunæ 27. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Filiatio probatur ex pluribus simul iunctis. Descendentia non est probanda per gradus distinctos, quando agitur ad effectum successionis, & nemo comparet qui se proximiorẽ dicat, quo casu leuiores probationes sufficiunt.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum quorum bonorum competit hæredi ab intestato.*
2 *Filiatio ex pluribus adminiculis simul iunctis sufficienter probatur, & num. 3. vbi referuntur adminicula.*
4 *Filiatio probatur ex ennunciatiua emissa in testamẽto, in quo quis filius ennunciatur, & hæres instituitur.*
5 *Ennunciatiuæ antiquæ plurium instrumentorum plenè probant.*
6 *Fides Babtismatis iunctis adminiculis filiationem probat.*
7 *Ennunciatiuæ de recenti inseruiunt pro adminiculo.*
8 *Descendentia ad effectum successionis probatur leuioribus probationibus.*
9 *Descendentia non est probanda per gradus distinctos quando nemò comparet, qui se proximiorem dicat sed sufficit quod probetur in genere.*

DECISIO CCCCXXXIV.

ANNVENDVM Rota censuit immissioni petitæ à Laurentio Anselmo in possessionem bonorum hæreditariorum Dominici Mariæ de Cauazzonis, quæ hodie possidet Barbara, & Iacoba de Cauazzonis, & litis consortes, quia debetur ex interdicto, quorum bonorum proximiori ipsius Domi-
1 nici Mariæ † ab intestato defuncti *l. 1. & 2. C. quorum bon. l. 1. ff. eod. Menoc. de adipisc. rem. 1. n. 98. & seq. Gomes. ad l. 45. Tauri num. 128. Rot. dec. 115 num. 1. par. 1. rec.*

Qualem esse Laurentium constat, quia natus est ex Elisabeth filia Antoniæ sororis germanæ Simonis patris dicti Dominici Mariæ, & primo quod ipse sit filius Elisabeth pro-
2 bant † tùm Instrumentum diuisionis inter ipsum, & Matrem hoc nomine celebratum anno 1603. *Summ. num. 13.* tùm testamentum Liuiæ Amitæ, in quo Laurentius vti filius Elisabeth instituitur hæres eodem anno 1603 *Sum. nu. 14.* tùm renouatio inuestituræ eidem Laurentio tamquam filio Elisabeth facta ab Archiepiscopo Bonoñ de anno 1608. *Summ. num. 15.* tùm tres testes ad perpetuam rei memoriam examinati directissimè hoc deponentes *Summ. num. 16.* tùm fides Baptismatis de anno 1577. *Summ. nu. 11.* quæ ex prædictis adminicula filiationis plenam probationem facit, vt fuit dictum *in Aretina Cappellaniæ 10. Maij 1591. coram Comitulo, in Bononien. fideicommissi de Lucio 27. Iunij 1621. coram clar. me. Cardinali Fabritio Verospio, & in decis. 10. nu. 3. Millini, in decis. 128. num. 2. Caual.*

3 Quod Elisabeth fuerit filia Antoniæ † probatur ex Instrumento anni 1562. quo Antonia, eiusque vir Elisabeth filiam nupserunt, ac dotarunt *Summ. num. 4.* & testamento eiusdem Antoniæ condito de anno 1590. vbi enunciando Elisabeth filiam eam hæredem instituit *Summ. num. 3.* talis enim enunciatiua
4 emissa † in actu proportionabili institutionis, & adminiculata ex alio præcedenti instrumento sponsalium plenè probat etiam contra tertium *Ruin. cons. 53. num. 6. & 7. lib. 1. Surd. cons. 1. num. 47. add. ad Greg. XV. decis. 349. num. 8. Rota decis. 472. num. 8. par. 1. recent. & in Bononien. fideicom. 22. Iunij 1639. coram Me.*

Antoniam fuisse sororem germanam Simonis Patris Dominici Mariæ, de cuius hæreditate agitur conuincitur, quia vterque fuit filius Christophori Cauazzoni, vt probant
5 Antiquæ enunciatiuæ † in pluribus Instrumentis annorum 1562. 1564. 1581. & 1590. 1591. *Summ. num. 1. & seqq.* quibus adhibenda est fides *iuxtà theor. Bald. in cap. series num. 3. de testib. Aret. in cap. cum causam num. 20. de probat.* quam secuta est *Rota decis. 46. num. 2. & seqq. decis. 148. nu. 3. & 4. coram Comitulo, decis. 709. n. 2. & seqq. coram Buratto, decis. 359. num. 23. par. 6. recent. & in Fauentina beneficij 17. Iunij 1639. §. præsertim coram Eminentiss. D. Cardinali Panzirolo.*

Quod tandem Dominicus Maria sit filius dicti Simonis probatur ex fide Baptismatis
6 *Summ. num. 8.* † iunctis adminiculis duorum testium quamuis non in contradictorio iudicio examinatorum *Summ. nu. 9.* necnon enunciatiuarum in duobus Instrumẽtis annorum 1621. & 1647. *Summ. num. 10.* quæ licèt recen-
7 tes † inseruiunt pro adminiculo ad probandam filiationem *Rota decis. 157. in fin. par. 1. rec. dec. 147. n. 4. coram bo. me. Coccino.*

Magisque releuant hæ probationes in hoc
8 iudicio, † quo cum de descendentia agatur ad effectum successionis sufficiunt leuiores probationes *Gemin. cons. 27. num. 8. & seqq. Seraphin. decis. 1282. num. 6. Buratt. decis. 260. num. 8. & 9. Rota inter rec. decis. 331. num. 14. par. 6. & in Brittinorien. fideicommissi 13. Iunii 1644. coram Me, in Bononien. fideicommissi de Pancaldis 15. Februarii 1647. coram R.P.D. Ottbobono.* Imò quia nemo comparet qui se proximiorem probet,
9 necessaria † non est probatio descendentiæ, per gradus distinctos, sed sufficit probare cõsanguinitatem in genere ex plenè allegatis *in Bononien. Legati 25. Maii 1648. § nec ambigendum coram R.P.D. meo Royas, & in Bononien. fideicom. de Amorinis 4. Aprilis proximè præteriti § quia iustificatio coram R.P.D. meo Meltio.*

Meritò itaque cum supposito, quod de obitu Dominici Mariæ, ac identitate bonorum non dubitetur. Ita decisum fuit informante solùm Laurentio altera tamen parte sæpius citata &c.

BONO-

BONONIEN. BONORVM DE FELICINIS.

Lunæ 27. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Statutum Bononiæ lib.3.rubric. de donat. disponens Instrumentum donationis rogari debere à duobus Notarijs coram septem Testibus excipit donationes ex causa dotis, & iuramento vallatas intellige tamen de donatione, quæ fit ab eo, cui necessitas dotandi incumbit, non autem ab extraneo, & sic de donatione voluntaria. Statuta Bononiæ cum sint à sede apostolica confirmata, an comprehendat contractus iuratos? laté in decisione declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio ex dispositione* Statuti Bononiæ libr.3. sub rubric. de donat. *requirit rogitum duorum Notariorum, ac præsentiam septem testium, alias est nulla.*

2 *Nullitas contractus principalis influit in clausulas accessorias.*

3 *Clausulæ translatiuæ possessionis stante nullitate contractus principalis nihil operantur.*

4 Statutum Bononiæ lib.3.sub rubric. de donat. *excipit donationem ex causa dotis, ac etiam iuramentum, ad quod laicorum potestas non porrigitur.*

5 *Declara Statutum non excipere donationem ex causa dotis, quæ fit in persona extranea, cui necessitas donandi non incumbit, nec ex donatione aliquod commodum donanti resultat, quamuis causa matrimonij in instrumento sit expressa.*

6 *Statuta Bononiæ confirmata ex certa scientia comprehendendunt iuramentum. Contrarium nu.*10 *vbi quod adhuc non est in Rota determinatum.*

7 *Statuta Bononiæ confirmata à Sede Apostolica an comprahendant contractus iuratos ambiguum est inter scribentes, quorum aliqui negatiuam opinionem amplexi sunt, quos Rota sequuta est.*

8 *Statutum Bononiæ Mercatorum mandat, vt omnes Creditores Chirographarij concurrant cum hypotecarijs in bonis cessantium per as, & libram.*

9 *Et tale Statutum emanauit fauore non debitoris, sed creditorum quibus officere nequit iuramentum debitoris in contractu vnius ex creditoribus à debitore præstitum.*

10 *Iuramentum an comprehendatur sub Statutis Bononiæ non est adhuc in Rota determinatum.*

11 *Exceptio iuris dubij, & controuersi æquiparatur exceptioni facti, nec apta est in summariissimo possessorio retardare manutentionem.*

DECISIO CCCCXXXV.

VRGEBANT adhuc informantes prò Comite Bartholomeo de Felicinis nè expeditioni mandati de manutenendo, quam hodiè in relationibus causarum petierunt Comites cóniuges de Boschettis annueretur repetendo, quod donationis, cuius clausulis coniugum possessio innititur ocularis nulli-
1 tas † ob omissum rogitum duorum Notariorum, ac septem Testium præsentiam à Statuto Bononiæ *lib.3.rubr. de donat.* requisi-
2 tam, † influit in easdem clausulas vti accessorias itaut possessionem aliquam manutenibi-
3 lem † non transtulerint *iuxta alleg. in vltima decisione huius causæ §.quatenus.*

Et addendo Statutum euitari non posse, vel quia nostra donatio sit ob causã matrimonij & sic impropria, quæ in verbis ipsius Statuti
4 excipitur, ibi *vel in his, quæ non propriæ donationes dicuntur, vt notat glossator verbo non proprio vers.per hoc igitur,* vel quia sit firmata iuramẽto, ad quod statuentium, quia laici erant potestas non porrigitur ex allegatis in puncto huius Statuti *in Regien. Bonorum 23. Februarij 1646.§.fin.coram R.P.D.meo Corrado.*

5 Nam donatio facta fuit ab extranea, † cui cum neque donandi necessitas incumberet, neque ex donatione commodum aliquod resultauerit applicabilis casui nostro non est qualitas donationis ob causam, quamuis causa matrimonij fuerit in instrumento expressa vt in terminis similis donationis *post Oldrad. Socc. Dec. & alios ibi alleg. dixit Rota decis.22.nu.8. seqq. inter impress. apud Pic ad stat. vrb.* quam refert, & sequitur *Adden. ad san. mem. Gregor. XV. decis.491.num.13.* & in terminis Statuti, quod similes donationes comprahendat tradit, *Grat. discep.474.num.29.* vbi allegat concordantes Iuramentum verò non eximere contractus à dispositione Statutorum Bononiæ, eo
6 quod vallata sunt † confirmationibus Apostolicis ex certa scientia emanatis, ac de iuramento explicitam mentionem facientibus, fuit decisum in *Bonon. Census 27. Martij 1647. §.neque dicatur, & seqq. coram Reuerendiss. Terracinen.*

Nihilominus mandarunt Domini, quod ad petitam expeditionem procederem, nam quidquid sit versemur nec nè in terminis donationis ob causam licerale est iuramentũ ibi appositum an autem Statuta Bononiæ stantibus exaduersò ponderatis confirmatio-
7 nibus Apostolicis contractus iuratos afficiant ambiguum valdè est inter scribentes, & negatiuam sententiam amplexi fuere *Lauren. de Pin. Grat. Gargiar. Bero. Rot. Bonon. locis allegatis in dicta Regien. Bonorum* loquentes generaliter de Statutis Bononiæ, ac testantes hanc opinionẽ non solum esse communem, sed in ea Ciuitate canonizatam, quam etiam sequuta fuit, *Rota nostra in Bonon. Census 4. Maij 1643. §. hoc tamen, & seqq. coram eodem D. Terracinen.* & in alijs ibi allegatis articulo maturè in plena Rota discusso, ac omnibus confirmationibus singulariter ponderatis, & ipsissimis terminis huius Statuti ita respondit, *Paris. cons.33. numer.47. vers. non obstat illud, & seqq. lib.3. Rot. Bonon. apud Barz. decis.25. sub num. 57. vers. et quod tertio loco dicebatur Rota nostra in d. Regien. Bonorum.*

Fuit quidem postea *in d. decis. in Bonon. Census* anni 1643. recessum de anno 1647. sed præter quod ibi non agebatur de hoc Statuto, prout *in d. Regien.* sed de Statuto fori Mercatorum

torum aduertendum est, quod recessui dedit causam primum eiusdem decisionis anni 1647. fundamentum deductum *in §. primo, & seq.* nempè, quia in eo casu debitor, qui promiserat cum iuramento soluere non expresserat se soluturum in pecunia, & non in alia re, in qua propterea dictum fuit non obstante iuramento solui posse iuxtà terminos *Auth. hoc nisi Cod. solut.*, & intrare dispositionem
8 Statuti Bononiæ, † mandantis, vt omnes creditores, etiam Chirographarij concurrant cũ hypothecarijs in bonis cessantium per æs, & libram. Maximè quia idem Statutum emanauit fauore non debitoris, † sed Creditorum
9 concurrentium, quibus officere non potuit iuramentum debitoris in contractu vuius ex Creditoribus à debitore præstitum quominus perfrui possint beneficio dicti Statuti eorum proprio fauore, & contemplatione inducti.

Aliud verò fundamentum adductum in *§. sed quod plus, & seqq.* circa iura Statutorum Bononiæ in contractus iuratos, & si aliqui ex DD. in eorum suffragio tunc validum censuerint, contradixerunt, plerique alij, itaut ob discordiam suffragiorum resolutio aliqua capi non potuerit in prima positione causæ sub die 16. Aprilis 1646. nec pariter capi potuisset de anno 1647. sub die emanatæ decisionis, sed ideò capta fuit super negotio ipso principali, quia plerumque suffragia primo fundamento consenserunt.

Itaque opinio Rotæ firmata in prima decisione anni 1643. negans Statutis Bononiæ
10 iuramenta compræhendi manent † huc vsq; aut irreuocata iuxtà sensum Rotæ, aut solum suspensa, & signanter super Statuto, de quo agitur viget *decisio coram R.P.D. meo Corrado in Regien. cuius secunda decisio Reuerendissimi Terracinensi*, nec meminit quidem; Vndè negari in omnem euentum non potest, quin exceptio nullitatis donationis ob omissas solemnitates Statuti, quia pendet à quæstione iuris admo-
11 dum controuersi, † tum inter scribentes, tum in hoc Sacro Tribunali æquiparetur exceptioni facti ad effectum nè interim summarijssimi possessorij cursum retardet, *Capic. decis. 10. num. 19. & 20. Seraph. decis. 271. sub num. 6. vers. nam etiam Rota decis. 64. num. 6. inter impress. apud Pacific. de Saluian.* cum alijs allegatis ab eodem *Pacif. inspect. 2. cap. 2. num. 85. & seqq.* & fuit dictum *in Bonon. Bonorum, seu Fideicommissi de Sanctis 17. Maij 1647. §. fin. coram me.*

Vt in his scriptis me respondere iussit hodiè, vtraque parte per memorialia informante &c.

LVCANA CAPPELLANIAE.

Veneris 1. Iulij 1650.

ARGVMENTVM.

Collatio beneficij simultaneæ collationis facta à solo Episcopo est inefficax. Beneficium existens in cathedrali præsumitur simultaneæ collationis cum Capitulo. Ad probandam simultaneam collationem sufficit consuetudo quadragenaria etiam absq; titulo Ius conferendi priuatiuum non dicitur ab Episcopo præscriptum ex collationibus ob eo absque interuentu Capituli factis, si dictæ collationes factæ apparent in mensibus reseruatis vigore alternatiuæ ad Episcopum spectare prætendentem, in quibus Capitulum ius aliquod prætendere non potest, sed solum in mensibus ordinarijs, in quibus dumtaxat simultanea suffragatur. Et ex quibus excludatur collationes Episcopi nō fuisse factas animo priuandi Capitulum iure conferendi?

SVMMARIVM.

1 *Reo, & possessori, cum ius suum canonizari non petat sufficit viuere per non ius actoris.*
2 *Collatio solius ordinarij in beneficijs simultaneæ collationis cum Capitulo est inefficax.*
3 *Beneficium existens in Cathedrali, ac dotatum de bonis communibus præsumitur simultaneæ collationis.*
4 *Collatio simultanea probatur ex pluribus instrumentis simultaneæ collationis pro tempore factis.*
5 *Ad collationem simultaneam probandam sufficit consuetudo quadragenaria etiam absque titulo.*
6 *Beneficium præsumitur semper eodem modo collatũ dum non constat de anteriori statu contrario.*
Status vltimus attenditur in collatione beneficiorum, dum non constat de anteriori contrario ibidem.
7 *Confessionibus Ordinariorũ super collatione simultanea, fides est adhibenda etiam in præiudicium successorum, præsertim quando dictæ collationes sunt adminiculatæ.*
Et sufficit ad hunc effectum, quod confessio, habeat pro se assistentiam, siue præsumptionem iuris communis ibid.
8 *collatio simultanea priuatiuè ab Episcopo prætensa censetur exclusa eo ipso, quod Capitulum ex dispositione iuris communis, vel ex præscriptione completa simultaneam acquisiuit, nisi exaduerso probetur status contrarius legitime præscriptus.*
9 *Alias enim præsumitur aut non euenisse vacationes in mensibus ordinarijs, in quibus tantum simultanea locum habet, vel continuata etiam in futurum possessio capituli.*
10 *Collatio simultanea excluditur ex vltimo statu, & ex sola quasi possessione Episcopi conferendi priuatiue, quoad Capitulum, quando quæstio non pendet inter collatores super iure conferendi, sed tantum inter prouisos super validitate collationis.*
11 *Fallit conclusio, quando per publica instrumenta, vel partis confessionem incontinenti constat ius conferendi ad alium pertinere.*
12 *Ius conferendi priuatiuum præscribitur spatio 40. annorum.*
13 *Collatio non effectuata non attenditur.*
14 *Collatio simultanea in mensibus tantum ordinarijs locum habet.*
15 *Ius conferendi priuatiuum respectu simultaneæ non dicitur ab Episcopo præscriptum ex collationibus*

factis

factis in mensibus reseruatis vigore alternatiuæ, dum in dd. mensibus Capitulum simultaneam non prætendit, sed tantum in mensibus ordinarijs, & num. 18.

16 *Episcopum contulisse animo priuandi Capitulum, ex quibus desumatur?*

17 *Collatio vigore alternatiuæ incompatibilis est cum simultanea Capituli.*

19 *Capitulum habens simultaneam cum Episcopo quemadmodum non potest in mensibus reseruatis ei impedire vsum alternatiuæ, ita neque ex eodem vsu resultare potest contra ipsum præscriptio priuatiua in mensibus ordinarijs, & num 20.*

Præscriptio non currit contra non valentem agere ibidem.

21 *Onus celebrandi missas potest adimpleri per substitutos, nisi in fundatione adsint verba personalissima.*

22 *Gratificatio inter duos prouisos debetur possidenti, & nullum beneficium Ecclesiasticum habenti ex regula 17. Cancellariæ de concurrentibus in data.*

23 *Episcopus cum sit caput Capituli, & in dignitate constitutus, eius vox dignior reputatur.*

DECISIO CCCCXXXVI.

Adiudicatio Cappellaniæ sitæ in Ecclesia Cathedrali Lucen. sub inuocatione Sancti Benedicti petita à Iacobo Sertio, siue in vim collationis ab Ordinario, siue prouisionis à Sede Apostolica reportatæ, deneganda ex vtroque capite visa est in concursu Philippi Sbarræ, cui tanquam reo, ac possessori

1 cum † ius suum canonizari non petat, sufficit vincere ex non iure actoris, *Cassad. decis. 3. num. 5. de rest. spol. & decis. 7. numer. 9. super regulis Cancellariæ Lotther. de re benef. libr. 2. quæst. 42. num. 25.*

Collatio namque solius Ordinarij ineffi-

2 cax † prorsus est in beneficijs simultaneæ collationis cum Capitulo, *Gonzal. super regul. 8. gloss. 45. num. 58.* cum alijs allegatis *in decis. edita* super manutentione sub die 4. Aprilis proximè præteriti, quale esse Cappellaniam hanc

3 præsumitur † cum existat in Ecclesia Cathedrali, ac de bonis communibus sit dotata, *cap. Ecclesia Vlterana ibique gloss. de elect. Gonzal. super reg. 8. d. gloss. 45. num. 38. & seq. Azor. instit. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 25. quæst. 9. Seraphin. decis. 980. num. 2. Mant. decis. 56. numer. 2. Gregor. XV. decis. 95. num. 1.*

Et vltrò probetur ex publicis Instrumen-

4 tis collationum simultaneæ † factarum ab anno 1371. per 90. & amplius annos Summ. Sbarræ num. 6. quæ ad hunc effectum exuberant, quia satis esset consuetudo quadrage-

5 genaria † etiam absque titulo, vt tradit *Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 21. num. 47.* & dixit *Rota decis. 637. par. 4. diuers. & melius in Placentina voti 20. Nouembris 1602. coram bon. me. Penia.*

Imò, cum non constat de anteriori statu cō-

6 trario † militat præsumptio, quod etiam ante actis temporibus eodem modo cappellania collata fuerit *Rot decis. 482. numer. 1. coram fel. mem. Gregor. XV. decis. 188. num. 1. decis. 229. num. 1. part. 1. recent. decis. 57. num. 9. & seqq. p. 6. decis. 659. num. 6. coram bon. mem. Penia, & in Valentina Rectoriæ 22. Iunij proximè præteriti §. prout in fin. coram me.* Quo magis iunctis confessionibus non semel emissis ab Ordinarijs Lu-

7 censibus, † quod collatio de iure, & consuetudine spectat ad Episcopum, & Capitulum simul d. Summ. num. 6. quibus propter assistentiā iuris communis, adminicula dd. collationum, & antiquitatis videtur adhibenda fides etiam in præiudicium successorum, *gloss. in c. dudum il secondo verbo de veritate, vers. qui tale de elect. Seraph. decis. 292. num. 3. decis. 436. decis. 442. num. 2. Rot. decis. 177. num. 5. par. 2. diuers. decis. 334. sub num. 2. par. 1. recent. & in alijs ab adden. ad Buratt. decis. 453. sub num. 11.* vbi addit satis esse ad hunc effectum, quod confessio habeat pro se assistentiam, siuè præsumptionem iuris communis ex sententia *Abb. in c. si diligenti num. 4. de præscript.* quam sequuta est, *Rot. decis. 141. num. 6. par. 2. diuers. vbi allegantur concord.*

Non obstat, quod de anno 1445. citrà non exhibeatur aliqua collatio facta à Capitulo simul cum Episcopo. Quià ad excludendam

8 priuatiuam collationem Episcopi, † sufficit docuisse, quod Capitulum, vel ex dispositione iuris communis, vel ex præscriptione semel completa simultaneam acquisiuerit, nisi exaduerso probetur status contrarius legittimè præscriptus, *Maresc. var. resol. libr. 1. cap. 55. num. 70. & seqq. post Gemin. in cap. cum de beneficio num. 8. Franc. ibid. num. 5. de præben. in 6. Felin. in cap. in nostra num. 43. de rescript. Rot. decis. 2. num. 1. & 3. de præben. in nou. decis. 2. num. 8. & 9. dec. 238. num. 5. par. 5. recent.* & in his terminis *Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 21. num. 45.* alias enim præsumitur, aut non euenisse vacationes Cappel-

9 laniæ † in mensibus ordinarijs, in quibus tantum, vt infra dicetur locum habet simultanea, aut continuata etiam in futurum possessio Capituli, *Honded. consf. 20. num. 12. lib. 1. Rot. decis. 237. num. 2. decis. 321. num. 2. par. 1. recent. & in Elboren. iuris conferen. 4. Iulij 1640. coram Reuerendissimo Salamantino.*

Ita vt, nec releuet prouiso ab Ordinario vltimus status, & sola quasi possessio Ordina-

10 narij conferendi † priuatiuè ad Capitulum, quæ satis esse solet, quando vt in casu nostro, quæstio principaliter non pendet inter collatores super pertinentia iuris conferendi, sed inter prouisos super validitate collationis, *Rot. decis. 154. num. 3. & 4. in fin.* vbi sic conciliantur decisiones contrariæ *par. 1. recent.* nam

11 hoc limitatur, † quando per publica instrumenta, vel partis confessionem incontinenti constat ius conferendi ad alium pertinere, *Maresc. d. lib. 1. cap. 55. num. 66. Rot. decis. 435. num. 4. par. 2. decis. 13. num. 26. par. 6. recent. & in alijs alleg. per Add. ad Buratt. decis. 776. num. 15. & 16.* quiest casus noster vt supra demonstrabam.

Doctum verò non fuit, quod nouissimè Ordinarius ius conferendi priuatiuum præ-

12 scripserit † mediantibus collationibus priuatiuè factis per 40. annos, vt requiritur *Franc. in d. cap. cum de beneficio sub n. 5. Gonzal. super reg. 8. gloss. 7. num. 8. Lotther. de re benef. lib. 1. quæst. 21. numer. 47.*

mer.47.vbi loquitur in puncto collationis simultaneæ, Seraph.decis.950.num.2. Add.ad Gregor.XV.decis.434. num. 20. siquidem collationes adductæ Summ.Sertij num. 1. & sequen. vsque ad 6. excepta prima anni 1559. quæ
13 nullius momenti est, † quia non probatur effectuata, *Calder.cons.12.de iure patron. Lotther. de re benef.lib.1.quæst.34. num.42.* & in specie, *Rot.decis.124.num.5. part.3.recent.* factæ omnes fuerunt in mensibus reseruatis, quos Ordinarius vigore alternatiuæ ad se spectare prætendebat, cumque in illis Capitulum, cui so-
14 lum in mensibus ordinarijs † suffragatur simultanea, ius aliquod prætendere non posset,
15 indè fit, vt ex huiusmodi collationibus † possessio aliqua, vel præscriptio educi non valeat contrà Capitulum respectu collationum in mensibus Ordinarijs ei competentium, vt in puncto respondit *Rot.d.decis.124.num.5.vers. alta part.3.recent.decis.643.nu.2.par.2. & in Nucerien.Canonicatus prima Decembris 1608. coram bon.mem.Iusto impressa apud Modern.Perus.de manut.num.3.decis.563.num.3.& 4.*

Nec vrget, quod Ordinarius contulerit
16 animo priuandi Capitulum, † vt colligitur tum quia asseruit ad se spectare omnimodam dispositionem ponderando verba, *Omnimodam, vt ex gloss.in clem.prima verbo omnimodam de for.compet* ponderauit in terminis collationis, *Rot.decis.296.num.1.par.1.diuers. & in Montis Alti Beneficij 15. Decembris 1645. §. sed verè coram me,* tum quia contulit nominatim
17 vigore alternatiuæ, † quæ incompatibilis est cum simultanea Capituli, *Lotther. de re benef. lib.2.quæst.40.num.120.in fin. Rota penes Caualer. decis.359.num.7. & in Oscen. Archidiaconatus 10. Maij 1647.§.neque iuuat coram R. P.D. meo Peutingero.*

Quia voluntas hæc priuandi, ac ipsa possessio priuatiua non egreditur limites facti, hoc est collationum in mensibus reseruatis, à quibus inferri non potest ad ordinarios, quia in illis an Episcopus vigore alternetiuæ posset conferre, nec ne non tangebat ius Ca-
18 pituli, quod † prætendit dumtaxat menses ordinarios, sed Papæ, vt aduertit, *Rota d. decis.563.num.3.apud Modern.Perus.de manut.* vndè nec mirum, si Capitulum quamuis collatio
19 simultanea sit, † sciuerit, & passus fuerit, Episcopum alternatiua vti in mensibus reseruatis, sciebat enim simul nullum exindè generari præiudicium in ordinarijs, & sicuti non poterat alternatiuæ vsum in reseruatis impedire, quia sua non intererat, *Innoc. in cap.mandatum sub num.5.de rescr. Rot. coram san. mem.Greg.XV.decis.221.num.4.ibique add.nu.11.* ità neque ex eodem vsu resultare potest con-
20 trà † ipsum præscriptio priuatiua in mensibus ordinarijs iuxtà receptissimam conclusionem, quod non valenti agere, non currit præscriptio, vt notant omnes *l.1.§.vlt.Cod.de annali except. v.quia diuersitatem de concess. preben. Buratt.decis.629.num.4. Rot. in recent. decis. 407. num.17.par.5.decis.270.num.2. part.6.* quodque tantum præscriptum quantum possessum, *l.1.§.Iulianus tcit ff.de itin.actuque priuat. cap. au-ditis cap.cum olim de præscript. cap. quod translationem de off.deleg.Ias.in l.3.§.primo ex num.35.ff. de acquir.poss.Rot.decis.265.num.27.& seqq.par.5.* sufficit itaque Capitulo, quod nullius adsit status, ac possessio priuatiuè conferen. in mensibus Ordinarij.

Prouisio pariter Apostolica non suffragatur Sertio, quia sub eadem data similem prouisionem obtinuit etiam Sbarra, qui licet nondum ætate habilis ad ordines sacros, & distributiones lucrandas idoneus est seruitio chori, & oneribus Cappellaniæ celebrando
21 missas per alios sacerdotes, vt censetur permissum nisi in fundatione adsint verba personalissima, *Lap.alleg.35.num.3.& alleg.117.sub num.2.vers.nec obstat Felin. in cap.cum omnes numer.32.circ.fin.vers.et hoc procedit de constit.Card. in cap.fin.num.16.de cler.non residen. Lotther. de re benef.lib.3.quæst.27.num.12.* & declarauit sacra Congregatio Concilij Tridentini in pluribus causis, quas refert *Garz.de benef.par.7.cap.1. numer.49.85.87.& 93.* & secuta est *Rot. decis.129. apud Mant.decis.36.num.3.decis.719.num.2.par.2. recent.& in Regien.beneficij 9.Decembris 1639.coram me vbi alleg.concord.*

De cætero autem ipsi Sbarræ debetur gra-
22 tificatio † tum quia est in possessione Cappellaniæ, tum quia aliud beneficiũ Ecclesiasticũ non habet habet verò plura Sertius sic disponente *reg. 17. cancell. de concurren. in data,* quæ inter duos prouisos eiusdem datæ præfert possidentem non possidenti, & non beneficiatum beneficiato, vt notat etiam *Mandos. super eadem regula tunc 16. quæst. 21. per tot quæst.26.sub num.3.in fin.Io.à Chocchier. num. 28. & 40.* quicquid dicendum esset nisi hæc duæ qualitates concurrerent, in quibus terminis data scilicet paritate omnimoda qualitatum prouisi ab Episcopo, & à Capitulo illum præferri eo quod cum Episcopus sit caput
23 Capituli, & in dignitate constitutus † eius vox pinguior reputatur voluit, *Feder. de sen. cons.232.in fin.vers.deinde.*

Et ità decisum vtraque parte informante

PORTVEN. AFFICTVS.

Veneris 1. Iulij 1650.

ARGVMENTVM.

Pacta apposita in Instrumento locationis non possunt ex interuallo alterari in præiudicium successorum. Contractus quando non fuit initus nomine Ecclesiæ, tunc successor ei stare non tenetur, & quando celebratus dicatur potius nomine Prælati, quam Ecclesiæ? Ratificatio contractus initi per Prælatum prædecessorem, ex quibus exclusa remaneat pro parte successoris? Latè in hac decisione discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Pactum in Instrumento adiectum seruandum est.*
2 *Pactum in Instrumento locationis adiectum non potest ex interuallo alterari in praeiudicium Ecclesiæ, & successorum, quibus in instrumento ius fuerat quæsitum.*
3 *Prælatus prædecessor cum vsufructuario æquiparetur, & ius in fructibus habeat donec Ecclesiam possideat non potest obligare successorem ad seruationem pacti contra instrumentum locationis initi, etiamsi agatur de locatione ad modicum tempus.*
4 *Limita primo non procedere, quando Prælatus contraxit nomine Ecclesiæ, & ad Ecclesiæ vtilitatem, & ex quibus resultet nomine Ecclesiæ Prælatum contraxisse?*
Declara hanc primam limitationem procedere, quando copulatiuè constat contractum fuisse celebratum nomine Ecclesiæ, & ad Ecclesiæ vtilitatem, secus quando nullibi constat, quod contractum fuerit in vtilitatem Ecclesiæ num. 7. & 9.
5 *Limita secundo non procedere, quando annus est iam cæptus, ac facta est culturæ impensa.*
6 *Declara hanc secundam limitationem non habere locum, quando successor ante sationem statim, ac sciuit declarauit nolle stare pacto contra Instrumentum locationis.*
8 *Assertioni Prælati antecessoris non creditur in præiudicium successoris.*
10 *Prælati vtilitas non Ecclesiæ contemplata censetur in contractu locationis, quando annui affictus cedere debent ad commodum locatoris.*
11 *Pactum prohibitiuum proueniens ex eodem contractu relaxari potest, cum talis relaxatio censeri debeat pars ipsius contractus principalis.*
12 *Amplia etiam in præiudicium tertij. Intellige numer. 13.*
14 *Ratificatio successoris respectu alicuius pacti contra Instrumentum locationis initi elicita ex perceptione affictuum non releuat si illos recepit vigore Instrumenti locationis, per quam receptionem censetur quidem ratificasse contenta in Instrumento, non autem pactum, seu contrariam conuentionem à se ignoratam.*
15 *Ratificatio nusquam trahitur ad ignorata, & ad eam inducendam requiritur notitia specifica ex quo oriri potest præiudicium.*
16 *Ratificatio resultans ex patientia, & receptione affictus cum sit tacita non extenditur vltra contenta in Instrumento locationis; cuius vigore affictus recepti fuerunt.*
17 *Scientia successoris quoad contenta in Instrumento locationis facta per prædecessorem non probatur ex sola scientia Instrumenti.*
18 *Intellige quoad contenta in ipso Instrumento, secus quoad contenta in diuerso, & separato Instrumento.*
19 *Scientia præsumpta oritur ex intimatione facta dimissa copia.*
20 *Scientia præsumpta non aufert facultatem contradicendi à die veræ notitiæ.*
21 *Scientia præsumpta ex sola acquiescentia non sufficit, sed requiritur vera, & ineuitabilis, vt quis non contradicendo sibi præiudicet.*
22 *Amplia præsertim, quando agitur de magno præiudicio.*
23 *Ratificatio Instrumenti facta per successorem censetur comprehendere omnia pacta in eo contenta, nec potest aliqua approbare, & aliqua reprobare, cum idem contractus diuidi, ac scindi non possit, & num. 24.*
25 *Contrahentes censentur à conuentionibus initis ante instrumentum recedere, eo ipso quod fuit celebratum Instrumentum cum pactis, & conuentionibus contrarijs.*
26 *Contraria ad inuicem se tollunt.*
27 *Pactum, siue conuentio in Instrumento si apparet moderata non operatur, nisi dicta moderatio fiat incontinenti, quo fuit celebratum Instrumentum.*
28 *Incontinenti factum dicitur, quod fit intra quatuor quinque, vel decem dies, non autem post quindecim dies.*
29 *Ius postquam fuit successoribus quæsitum ex Instrumento locationis specialiter pro successoribus stipulato non potest in eorum præiudicium aliquid innouari, seu alterari, & num. 30.*
31 *Pactum aliquod si fuit simulate adiectum in Instrumento non potest ex eo agi.*
32 *Simulatio allegari non valet absque labe periurij si contrahentes iurarunt omnia in Instrumento contenta esse vera.*
33 *Conductor tenetur in actu locationis prauidere casum mortis locatoris, vel alterius euentus.*
34 *Conductor an dirigere valeat actionem contra primum locatorem, an autem contra successorem?*

DECISIO CCCCXXXVII.

CASALE Portuense, cuius septem ex duodecim partibus ad Eminentissimū Episcopum Portus, & aliæ quinque ad DD. Canonicos Sancti Petri in Vaticano spectant, Eminentissimus Dominus Cardinalis Lantes tunc Episcopus, & Canonici de anno 1641. locarunt ad nouennium Dominico Sbaccaro & socijs pro annuo affictu scutorum 4620. & in instrumento publico desuper rogato sub die 5. Februarij dicti anni, apposuerunt expressam prohibitionem Affictuarijs ne vltimo anno affictus terris Casalis vti possint ad alium vsum, quam herbarum, alioquin quicquid sererent, aut plantarent cedat vtilitati, & lucro locatorum absque aliquo defalco culturæ, seminis, vel cuiusuis alterius expensæ, quam affictuarij fecissent. Quam tamen prohibitionem per aliam apocam priuatam post 15. dies exaratam moderati fuerunt, quo ad ratam rubrorum 140. Terreni firmo in reliquis remanente d. instrumento.

Ideò currenti hoc anno 1650. qui est nonus, & vltimus affictus, & quo Affictuarij præuia intimatione ixtà formam dictæ apocæ terras coli, & seri fecerunt, an eis id licuerit mota fuit iudicialis quæstio ab Eminentissimo D. Cardinali Roma, qui annis præteritis Ecclesiam Portuensem optauit ascedente Domino Cardinali Lantes ad Hostiensem, & Sacri Collegij Decanatum vrget enim ex-
1 pressa prohibitio, & pactum † in publico instrumento locationis, vt suprà appositum, quod seruari debet *l. si quis fundum ff. locat. l. le-*

gem vbi

gem vbi Bald. in princ. C. eocd. Paris. cons. 79. nu. 18. lib. 3. Barz. decis. 59. num. 9.

Nec obstat eiusdem prohibitionis relaxatio post 15. dies in apocam deducta, quia fie-
2 ri non potuit in præiudicium Ecclesiæ, † & successorum, quibus ex instrumento ius fuerat quæsitum, *Gamm. decis. 178. num. 6. & 7. Ces. Manen. decis. 31. num. 7. & 28. Fontanell. decis. 540. num. 4.* ità vt successor illi stare non teneatur siue attendamus potestatem prædecessoris, qui locauit, siue locationis verificationem à successore vt infrà factam. Prædecessor nam-
3 que † cum vsufructuario compararetur, & ius in fructibus habuerit, donec dumtaxat hanc Ecclesiam possideret obligare successorem ad contenta in apoca non potuit quamuis agatur de locatione ad modicum tempus *glöss. in cap. vlt. verb. statutum terminum ne Pral. vic. suas communiter recepta ab Innoc. Io. Andr. Anchar.* & alijs, quos refert, & sequitur, *Grat. discep. 606. num. 1. & seqq. Barbos. de potest. Episc. alleg. 94. num. 1. Rot. decis. 210. num. 3. inter impress. apud Statil. de Saluian. Interd. & decis. 399. num. 1. Cardinalis Mellini.*

Limitationes autem huius conclusionis,
4 quarum altera est, quando † Prælatus contraxit nomine Ecclesiæ, & ad Ecclesiæ vtilitatẽ ex allegatis *à Mant. de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 13. num. 12. & ab add. ad Buratt. decis. 482. numer. 17.* prout contraxisse videtur Dominus Cardinalis Lantes, quia locauit adiecto nomine Episcopatus, asseruit locationem tendere in vtilitatem Ecclesiæ, stipulatus fuit pro se, & successoribus, & bona Ecclesiæ pro obser-
5 uantia contractus obligauit. Altera † quando annus est iam cæptus, factaque culturæ impensa iuxtà allegatos *à Barbos. d. alleg. 94. numer. 3. Grat. d. discep. 606. num. 9.*

Non aplicantur casu nostro. Non secunda. quia non versamur in anno; quo locator hanc Ecclesiam dimisit, & successor ante sa-
6 tionem, † statim, ac sciuit declarauit nolle stare apocæ, vt in terminis respondit *Rot. dicta decis. 210. num. 7. in fin. apud Pacif. de salu. interd.*
7 non prima, † quia ad hunc effectum copulatiuè requiritur, quod contractus celebretur nomine Ecclesiæ, & ad Ecclesiæ vtilitatem, *Socc. cons. 34. sub num. 3. circa fin. vers. unde ista duo lib. 3. Redoan. de reb. Eccles. non alien. quæst. 57. sub num. 88. infra med. vers. subdens Mant. de tacit. d. lib. 5. tit. 13. n. 16. Card. Millin. d. dec. 399. n. 1. & 2.*

At hic circumscripta assertione locatoris,
8 cui de hoc † non creditur in præiudicium successoris, *Oldr. cons. 261. per tot. Mant. in punct. d. tit. 13. num. 9. Rot. decis. 716. num. 1. decis. 752. numer. 3. par. 1. diuers. decis. 318. nu. 12. & seqq. par. 5. recentior. decis. 339. num. 7. & 8. coram bon. memor.*
9 *Cardinali Caualer.* nullibi constat, quod † contractum fuerit in vtilitatem Ecclesiæ nihil in id suffragante obligatione bonorum Ecclesiæ & successorum, *Grat. d. discep. 606. num. 12. Rot. d. decis. 210. sub num. 3.* imò ex quo affictus annui cedere debebant ad commodum locato-
10 ris † priuata illius vtilitas non Ecclesiæ contemplata conuincitur, *Redoan. de reb. Eccles. non alien. d. quæst. 57. sub numer. 88.* ibi *vt ipse perciperet redditus, Mant. d. tit. 13. numer. 10. & 22. Rot. d. decis. 210. sub num. 3.* ibi *vt scilicet fructus suos faceret, & in Pampilonen. Alienationis 15. Ianuarij 1649. §. primo in fin. coram me facit Butr. in cap. exposuisti num. 2. de præben. & ibid. Abb. n. 4. in fin. vers. et considera Imol. num. 1.*

Atque hinc non obstat, quod relaxatio
11 prohibitionis † tanquam proueniens ex promissione facta tempore ipsius contractus, & sine qua Affictuarij non conduxissent censeri debeat pars ipsius contractus principalis, iuxta theoricam, quam tradunt, *Doct. in l. qui sic ff. solut.* & in terminis apocæ, seù pacti in alio instrumento appositi *Ias. cons. 111. num. 10. lib. 4. Becc. cons. 45. num. 32. Buratt. decis. 775. nu. 18*
12 *& 19.* vbi hoc ampliat † etiam in præiudicium tertij, nam præter quod omnes allega-
13 ti loquuntur † de apoca, seu instrumento celebrato coram eisdem testibus, ac Notario, & incontinenti, satis est respondere, quod sicuti successorem non afficit ipsa apoca, ità nec præcedens promissio quatenùs probaretur de illam conficiendo ad *text. in l. 1. in fin. C. fund. dot. l. alienationis verbum ff. verb. signific. l. fin. C. reb. alien. non alien. Dec. cons. 584. numer. 11. Valasq. cons. 109. num. 37.*

Pariter non releuat ratificatio successoris
14 elicita ex perceptione affictuum † decursorum, quia nisi exaduersò probetur quod antè receptionem successor sciuerit contenta in apoca recipiendo affictus vigore instrumenti locationis debitos, censetur quidem ipsum instrumentum ibique contenta ratificasse, sed non conuentionem illi contrariam à se ignoratam, & in apoca longè post ædita positam *l. 1. § scio ff. minor. Natt. cons. 672. num. 54. vers. quod dicta Ceph. cons. 153. numer. 98. Neguf. quæst. 320. num. 41. Buratt. decis. 136. num. 8.* nus-
15 quam enim ratificatio † trahitur ad incognita quin ad eam inducendam requiritur notitia specifica pacti, ex quo gigni potest præiudicium *Paris. cons. 47. nu. 97. lib. 1. Bertazz. cons. ciuil. 46. n. 22. Neguf. d. quæst. 320. n. 47. Caualer. decis. 612. num. 27. & 28.* & in terminis locationis factæ ab Episcopo prędecessore, *Seraph. decis. 136. num. 2.* quo minus resultans ex pa-
16 tientia, & receptione affictuum, † quæ cum sit tacita non extenditur vltrà instrumentum cuius vigore affictus recepti fuerunt, vt in puncto locationis huius Casalis alias factæ à prædecessore Episcopo Portuense, *Put. decis. 174. num. 5. decis. 175. numer. 2. & seqq. decis. 178. num. 3. lib. 1. in corr.*

Scientia verò Domini Cardinalis succes-
17 soris † nullo modo probatur, non quidem, ex quo ille sciuerit instrumentum locationis *ad tex. in l. non est ferendus ff. transact.* quia huius
18 legis præsumptio militat, † quoad contenta in eodem instrumento secus si in separato, vt in fortior terminis *Rot. decis. 134. num. 9. & seqq. par. 4. tom. 2. recent.* non etiam ex intimatione sibi ab Affictuarijs facta anno præterito, ante quam ferere inciperent enunciando diem apocæ, in qua concessa fuit facultas ferendi in vltimo anno, quia in intimatione non fuit insertus tenor apocæ, cuius sta-

tim, ac notitiam habuit successor contradixit, vt potuit cum executio intimatio-
19 nis vti facta † domi dimissa copia induxerit solum præsumptam illius notitiam, *Franc. in cap. bonæ memoriæ num. 2. de appellat. Tiraquell. de retract. Lignagr. §. 9. gloss. 2. num. 42.* quæ
20 non aufert † facultatem contradicendi à die veræ notitiæ, *Rot. decis. 2. num. 1. de dol. & contum. in nou. decis. 46. de appellat. in antiq. & in Bononien. Attentatorum 12. Maij 1595. coram Orano impress. apud Marches. de commiss. par. 2. fol. 62. num. 2.* nec antea intimati acquiescentiam nisi contradixerit conuincit, quia non præsumpta sufficit
21 sed requiritur † vera indubitata, ac ineuitabilis scientia, vt quis non contradicendo sibi præiudicet *Rot. coram Put. decis. 42. libr. 1. coram recol. mem. Coccino decis. 283. num. 4. inter recentior. decis. 95. num. 2. par. 1.* præsertim cum agatur de
22 magno † præiudicio Domini Cardinalis, *Rot. decis. 95. num. 2. decis. 111. nu. 7. part. 1. recent. & in Beneuentana Domus 13. Nouembris 1648. in fin. coram R. P. D. meo Ottobono.*

Non obstat, quod ipsa approbatio, & rati-
23 ficatio instrumenti † secum trahat in necessariam consequentiam approbationem pacti, & facultatis ferendi in vltimo anno quippe, quæ cum sit concessa in vim decreti ante instrumentum emanati à DD. Canonicis locatoribus, & specialis cõuentionis initæ in actu locationis dicitur inesse ipsi locationi, *Gabr. cons. 58. num. 14. lib. 1.* & illius pars, quam suc-
24 cessor † scindere non potest, sed vel in totum reprobare, vel approbare cum omnibus pactis inter contrahentes conuentis, vt in specie de Ecclesia dixit *Bald. in cap. nihil est 44. sub num. 6. vers. dummodo vnus, & idem contractus non diuidatur de elect.* quem cum alijs refert, & sequitur, *Tiraquell. de retract. conuent. ad fin. tit. sub num. 6. vers. quod si Ecclesia Rot. in Placentina Decimarum 2. Aprilis 1586. coram Bubalo, & coram san. mem. Greg. XV. decis. 467. nu. 5. vbi add. nu. 16.* aduertit competere quidem Ecclesiæ priuilegium eligendi an velit stare contractui necne nullatenus autem illum scindendi vt in parte approbet, & in alia reprobet.

Hoc enim obiectum præter quod non percutit ratificationem apocæ de præterito ex defectu illius scientiæ, vt suprà dicebam impossibilem, corruit, quia à supracitato decreto Canonicorum, & conuentione in-
25 ter contrahentes inita † quatenus probaretur censeretur recessum, ex quo postea fuit instrumentum celebratum cum pacto contrario *Alb. cons. 70. num. 12. Negus. quæst. 47. num. 30. & quæst. 408. num. 6. Ces. Manen. decis. 31. numer. 1.*
26 *vers. si præcessit,* contraria † namque ad inuicē se tollunt, *Bellamer. cons. 9. nu. 6. Grat. discep. 301. num. 76.* quo magis, quia apoca modificatiua,
27 ac resolutiua prohibitionis † in instrumento expressæ non fuit confecta statim, vt opus erat, *vt ex text. in l. si ad resoluendam C. præd. minor. tradit. Alex. cons. 10. num. 5. & seqq. lib. 1. Bellon de his quæ in contin. fiunt cap. 39. sub num. 3. vers. sed debent Arias de Mesa var. resol. lib. 3. cap. 25. nu. 1.* neque intra quator aut quinque, vel etiam
28 decem dies, infrà quos † aliquid incontinenti factum dici tradit, *Berengar. in l. pacta conuenta ff. contrb. empt. cap. 1. num. 43. Bellon. d. tract. libr. 1. cap. 50. nu. 4. Arias de Mesa var. resol. lib. 1. cap. 13. sub num. 4.* sed post quindecim dies, in quibus terminis *Gabr.* aut aliquis exaduerso allegatus non loquitur. & sanè nisi partes prohibitionem vigere voluissent tanto tempore contrariam apocam non distulissent, *vt per Manent. cons. 128. num. 2.* parumque refert, quod apocam asseruerint facere correspectiuè ad primordialem tractatum, quia ex interuallo non
29 potuerunt † id asserere in damnum successorum, quibus mediantè speciali stipulatione pro successoribus fuerat ex instrumento ius quæsitum, *Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 5. num. 10. & seqq.* cum alijs supra allegatis, nec repugnat, quod apoca possit esse correspectiua, quo ad contrahentes ipsos principales non autem
30 quo ad tertium hoc est successores, † de quorum etiam interesse agitur, & pro quibus illa stipulata non legitur, vt benè aduertit, *Cæs. Manen. decis. 31. n. 15. post Ias. in l. lecta num. 31. ff. si cert. pet. Dec. cons. 93. num. 3. Cremen. sing. 108. & alios ibi allegatos.*

Tandem non obstat, quod prohibitio fue-
31 rit simulate adiecta ideoque † ex ea agi non valeat, vt latè exornat *Ias. in l. cum ea numer. 8. C. transact. Bēcc. cons. 52. num. 35. & seqq. decis. 9. num. 1. part. 3. recent.* quia cum in instrumento locationis partes iurauerint omnia ibi con-
32 tenta esse vera † allegari non valet simulatio absque labe periurii, saltem donec innotescat, *Abb. in cap. cum contingit num. 24. vers. decimus casus de iureiur. Butr. ibid. num. 6. me... 6. Imol. in cap. ad nostram in fin. de empt. & vendit. Alex. cons. 36. num. 3. & cons. 132. num. 3. libr. 2. Roland. cons. 47. num 31. lib. 4. Gratiat. decis. 45. numer. 1. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 59. num. 11. vers. sed certè, & num. 12.* præter quod deest etiam causa simulandi, vt latè deductum fuit per informantes pro Eminentissimo Episcopo, & agnouisse videntur ipsi Affictuarii, dum non ex hoc capite seruerunt, sed in vim apocæ eam potestatem tribuentis, quæ tamen, vt comprobatum fuit successori non nocet.

Aequitas autem exaduersò magnificata ne successor locupletetur cum aliena iactura, dum recipit integros affictus, quos Affictuarij, quoad ratam scut. 400. promiserunt intuitu dictæ facultatis per apocam concedendæ, & posteà concessæ, facilè euacuatur, tum quia in articulis exaduersò productis, & sine veri præiudicio habitis pro confessatis non dicitur auctus affictus in scutis 400. contemplatione dictæ apocæ, sed ideò libentiùs hanc summam affictuarios promisisse ibi, *tanto più che detti Signori Affituarij crescono scudi quattrocento l'anno di più, che non si troua da altri,* quod augumentum de cætero ipse Casalis valor exposcebat cum annis proximè antecedentibus locatum fuisset pro affictu longè maiori vt in hodierno Summ. responsionis pro Domino Cardinali litt. A. tum etiam, quia sibi
33 imputare debent conductores, cum † præuidere

dere debuerint casum mortis, vel dimissionis à locatore factæ *Paris. de resign. lib. 1. quæst. 16. numer. 47. & 48. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 21. n. 8. & 9. Grat. discep. 606. sub num. 1. allegat concord. Barbos. de potest. Episc. alleg. 94. sub num. 11.* Et in omnem euentum poterit quatenus opus sit
34 de hoc haberi † ratio dirigendo forsan actiones contrà primum locatorem ex allegatis, *per Barbos. d. allegat. 94. num. 7. & 12.*

Ex quibus non licuisse affictuarijs serere decisum fuit causa bis proposita vtraque parte informante.

FERRARIEN. CADVCITATIS.

Veneris 1. Julij 1650.

ARGVMENTVM.

Iudex appellationis à sententia reuocationis sequestri an pendente appellatione valeat ad instantiam appellantis nouum sequestrum decernere?

SVMMARIVM.

1 *Iudex appellationis pronunciare debet benè, vel malè appellatum.*

2 *Iudex appellationis à sententia reuocationis sequestri nequit nouum sequestrum pendente appellatione decernere ad instantiam appellantis absque vitio attentati.*

3 *Limita non procedere, quando fructus ab aduersario dilapidantur.*

4 *Debet tamen ab allegante timor dilapidationis, & dissipationis probari.*

5 *Et timor dilapidationis cessat si altera pars cautionem præstitit de restituendo fructus ad omne mandatum Domini.*

6 *Attentata non sunt gesta pendente lite per viam continuationis; quando super ipsa continuatione lis particulariter non pendet.*

DECISIO CCCCXXXVIII.

VNAM atque alteram sententiam tulit Auditor Generalis Bononiæ in causis pendentibus inter RR. PP. Societatis Iesu Collegij Ferrariæ, & D. Marchionem Io: Mariam Fontanam super successione in credito librarum 26. mill. olim ad Sigismundum Mozzarellum spectante. Primo de mense Iunij anni 1649. ad fauorem Marchionis reuocatoriam sequestri super dicto credito relaxati ad instantiam Collegij de mense Februarij antecedenti. Alteram fauorabilem Collegio super associatione ad dictum creditum, & hæc lata fuit die 7. Iulij dicti anni 1649.

Successiuè die 21. eiusdem mensis Iulij pro parte Collegij fuit à prima sententia reuocatoria sequestri appellatum, & causa appellationis commissa alteri Iudici, à quo fuit simul petitum sub prætextu timoris dilapidationis fructuum, & redditũ ex præmomoirato credito prouenientium, ac obtentum nouum sequestrum, quod hodiè coram me, cui per appellationem à secundo dicta sententia associationis per Marchionem interiectam totum negocium deuolutum fuit attentatũ esse, ac reuocandum Domini dixerunt particulari disputatione desuper assumpta.

Ipsa enim appellatio per Collegium interposita à sententia reuocatoria sequestri efficiebat ne Iudex illius appellationis, cuius par-
1 tes erant † pronunciare benè, vel malè appellatum, *l. eos §. primo in fin. Cod. appellat.* posset interim ante huiusmodi sententiam diffinitiuam nouum sequestrum absque vi-
2 tio attentati appellatione pendente † decernere ad instantiam appellantis, *l. imperatores circa fin. vers. quamuis vsitatum non sit ff. appellat. Card. in clem. 1. quæst. 22. vers. si vero proceditur de sequestr. poss. & fruct. Decian. respon. 37. nu. 45. lib. 3. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 12. num. 1. Seraph. decis. 1126. num. 1. Rot. inter recent. decis. 168. num. 1. par. 4. tom. 2.*

Et quamuis in verbis finalibus eiusdem *l. Imperatores,* id limitetur, quando fructus ab
3 aduersario † depopularentur, quod etiam tradit, *Lancell. d. limit. 12. num. 11.* versamur extrà casum limitationis, quia timor depo-
4 pulationis, † seù dissipationis ab allegante non probatur, vt debet *Lancell. d. p. 2. cap. 4. limit. 13. num. 10.* imò omnis timor, eliminatur
5 per idoneam cautionem † longè ante à Marchione præstitam, & ab aduersarijs approbatam de hosce fructus repræsentando ad omne mandatum Domini *l. si fideiussor. §. si satis datum ibique Alex. num. 5. ff. qui satisd. cogan. Gabr. cons. 53. num. 4. lib. 1. Neguf. quæst. 219. num. 6. Mastril. decis. 126. num. 5. Rot. decis. 840. num. 2. par. 4 diuers.*

Excusari itaque non potest attentatum, eiusque reuocatio pro parte Collegij, quod è conuersò gratis redarguit attentatam exactionem fructuum dicti crediti factam, vt as-
6 seritur à Marchione pendente lite, † quia ex datis in Summ. Collegij nullibi constat de simili exactione, quam prætereà citrà labem attentatorum continuando suam possessionem Marchio prosequi potuisset dum super ipsa continuatione, seù possessione lis particulariter non pendebat, *Bero. cons. 118. num. 8. & 24. lib. 3. Lancell. d. par. 2. cap. 4. limit. 1. per tot. Gabr. d. acq. possess. conclus. 6. num. 1. Rot. decis. 110. num. 1. par. 1. recent.*

Et ita decisum vtraque Parte informante.

PISANA SEPVLTVRAE.

Veneris 1. Iulij 1650.

ARGVMENTVM.

Inhibitio rotalis præſentata in Curia Procuratori reddit attentatum quicquid in partibus poſtea à principali geſtum eſt, ſi tantum tempus interceſſit, quo commodè certiorari potuit, & certioratus præſumitur, vel ſibi imputet ſi negligentem Procuratorem elegit. Attentata ſunt reuocanda etiam quando agitur de exhumatione cadauerum, ſi illa fuerunt commiſſa non inſpretum litis pendentiæ, quo caſu ex equitate denegatur reuocatio attentatorum, ſed in ſpretum inhibitionis rotalis, tunc enim ceſſat æquitas, nè authoritas Rotæ reddatur eluſoria.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ſunt omnia geſta nedum poſt interpoſitam appellationem, ſed etiam poſt præſentatam inhibitionem rotalem.*

2 *Amplia etiamſi inhibitio non principali in partibus ſed Procuratori in Curia præſentata fuit, ſi tantum tempus interceſſit, quo certiorari potuit, & certioratus præſumitur alias ſibi imputet cur negligentem procuratorem conſtituit.*

3 *Attentata in primis & ante omnia ſunt purganda.*

4 *Attentata non ſunt reuocanda, quando agitur de exhumatione cadauerum, quia corpora mortuorum non ſunt ſic tractanda, nec tranſmutanda de loco ad locum.*

5 *Intellige concluſionem procedere quando agitur de exhumatione attentata in ſpretum litis pendentiæ, quo caſu denegatur reuocatio attentatorum ex quadam æquitate, quæ ceſſat quando fuit attentatum inſpretum inhibitionis Rotalis.*

6 *Poſt inhibitionem quæ fiunt æquum eſt vt retractentur, ne imperium Præſidentis fiat eluſorium.*

7 *Attentatorum reuocatio licet ſoleat à Rota de æquitate reijci quando eius arbitrio reuocatio commiſſa eſt hanc tamen æquitatem non ſeruat, ſi attentata ſunt notoria in ſpretum inhibitionis Rotalis.*

8 *Geſta in ſpretum litis pendentiæ, vel inhibitionis, vel appellationis multum inter ſe differunt.*

9 *Attentata etiam in caſibus, quibus ante omnia via attentati reuocanda non eſſent, ſed expectato euentu cauſæ principalis, ſi tamen conſtat inhibitionem præceſſiſſe veniunt reuocanda.*

10 *Attentata commiſſa poſt interpoſitam appellationem in caſu à lege non prohibito, vt illorum reuocatio retardetur requiritur quod appellatus incontinenti doceat de eius bono Iure.*

11 *Sub æquitatis prætextu non eſt perpetuo deneganda cadaueris reſtitutio.*

12 *Attentatorum reuocationi quamuis locus non ſit quoad reſtitutionem cadaueris, reſpectu tamen expenſarum, & aliorum quæ funeri conſecutiua ſunt illorum reuocatio euitari nequit.*

13 *Acta omnia non ſunt tranſportanda in iudicio reuocationis attentatorum, ſed ſufficit ea tantum tranſportare, ex quibus attentata probantur.*

DECISIO CCCCXXXIX.

VBI ſepeliri deberet Cadauer Lelij Talentonij olim Auditoris Sereniſſimi Domini mei Magni Ducis Etruriæ in Ciuitate Liburni orta controuerſia inter Prepoſitum Eccleſiæ Parochialis SS. Mariæ, & Iuliæ, ac Fratres S. Franciſci de obſeruantia nuncupatę fuit illud lignea capſa clauſum depoſitatum per modum prouiſionis penes Eccleſiam S. Homoboni, & lata deinde ab A. C. deſuper ſententia ad fauorem fratrum translatum ab ipſis ſolemni pompa ad eorum Eccleſiam, vt conſtat ex publico Inſtrumẽto dato in Sum. Præpoſiti num. 3. & atteſtationibus plurium perſonarum tunc præſentium Sum. ibidem num. 4.

Quam translationẽ in gradu appellationis
à dicta ſententia ad me interiectæ attentatam
eſſe hodie Rota cenſuit, quia præceſſerat ne-
1 dum appellatio, † ſed etiam inhibitio Rota-
lis per quatuor, & amplius menſes ante præ-
ſentata in Curia Procuratori fratrum, quæ
attentatum reddit quicquid poſtea ex aduerſo
innouatum fuit *cap. non ſolum de appellat. in 6. Caputaq. decis. 93. par. 2. Rot. decis. 75. nu. 2. & seqq. par. 6. recent. dec. 394. & 504. in princ. inter impreſſ. apud Modern. Peruſ. de manut.* etiamſi non prin-
2 cipali in partibus † ſed ſolùm eius Procurato-
ri in Curia præſentata fuerit, quia cum in-
terceſſerit tantum temporis, quo ille princi-
palem certiorare potuerit, certioraſſe præſu-
mitur, & alioquin imputare ſibi debet princi-
palis, ſi negligentem Procuratorem conſti-
tuit, vt in his terminis *Cæſ. de Graſſ. decis. 6. n. 3. de cauſ. poſſ. & propr. Rot. coram fa. mem. Greg. XV. decis. 435. num. 2. coram bo. mem. Buratto dec. 134. ſub num. 5. coram Cardinali Canaler. decis. 223. ſub num. 3. & in alijs alleg. ab add. ad Buratt. dec. 177. ſub nu. 9. ampliat. 6. & à Modern. Peruſin. de manut. obſer. 48. n. 29. & ſeqq.*

Tenentur ideò fratres idem attentatum
3 purgare † in primis & ante omnia *Buratt. decis. 74. num. 1. Rot. inter recent. decis. 225. n. 1. par. 1. & alias ſepiſſimè.* Nec obſtat, quod agatur de
exhumatione cadaueris, quo caſu quia cor-
4 pora mortuorum † non ſunt ſic tractanda,
nec tranſmutanda locus non eſt attentatorum
reuocationi, vt notat *Gemin. in cap. non ſolum §. illa verò num. 14. de appellat. in 6. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 13. nu. 8. Rot. decis. 8. in fin. vt lit. penden. in antiq. decis. 276. numer. 5. coram ſan. mem. Greg. XV. Gramat. decis. 82. ſub num. 3.*

Nam quotquot in id allegati mox fuerunt
& poſſent allegari loquuntur de exhumatio-
5 ne attentata in ſpretum dumtaxat litis † pen-
dentiæ, & admittunt attentati reuocationem
denegari non de rigore iuris, ſed ex æquitate,
quæ tamen æquitas retorqueri videtur, quan-
do fuit attentatum in ſpretũ inhibitionis Ro-
talis, vt notat *Io. Monach. in d. cap. non ſolum n. 8. in fin. de appellat. in 6.* vbi ait equum eſſe retra-
6 ctari † quæ fiunt poſt inhibitionem ne impe-
rium Præſidentis fiat eluſorium; atque hinc
Rota licet ſequendo æquitatem reijcere ſo-

leat

7 leat † attentatorum reuocationem, quando id eius arbitrio commissum fuit, hanc tamen æquitatem non seruat, si attentata sint notoria in spretũ inhibitionis Rotalis sic penes *Buratt.decis.177.nu.1.& 2.penes Greg.XV. dec.465. num.3.& 11.& inter recent.decis.235.num.1.& 7.*
8 *par.1.* Multumque differret † gesta in spretum litis pendentiæ, vel inhibitionis, & appellationis, tradit *Dec.in cap.consuluit il 2. num.15.de appellat.Menoch.de retuper. remed.vlt. num.43.* & magis in terminis, quod attentata etiam in
9 casibus † in quibus in primis & ante omnia via attentati reuocanda non essent, sed expectato euentu causæ principalis, & beneficio iniustitiæ, si tamẽ inhibitio præcessit veniant omninò reuocanda tradit *Vestr. in prax. lib.8. cap.4.num.9.ante fin.vers.admoneo tamen.*

Eoque magis retorquetur æquitas, quia Parochus habet intentionem fundatam de iure, Cadauer cum sit in capsa lignea reconditum ex restitutione præiudiciũ non patitur & exaduerso nulla incontinenti affertur pro-
10 batio boni iuris, † quæ vbi vt hic appellatio est interposita in casu à lege non prohibito requiritur, vt appellatus attentati à se commissi reuocationem retardare valeat, vt benè distinguendo declarat *Gemin in d. cap.non solum sub num.10.vers.tu solue de appell.in 6.* & in proximis terminis *Sanch.de matrim.lib.10.disp.12. num.21.& seq.ex tex.in l. fin.C.quor.bonor.& alijs ibi alleg.* nec enim sub prætextu æquitatis de-
11 neganda † est perpetuò Cadaueris restitutio, vt notat *Lancell.de attent.par.2.cap.4.lim.13.n.9. Rot.decis.1.in fin.de cauf.poss.& propr.in antiq.*

Vel in omnem euentum esto quod locus
12 non esset reuocationi attentatorum † quo ad restitutionem ipsius Cadaueris, locus esset respectu expensarum, & aliorum quæ funeri Cadaueris consecutiua sunt, *vt ex text.in cap. litteras de rest.spoliat.* tradit in proximis terminis *Sanch.de matrim.d.lib.10.disput.12.sub nu.22. vers.tunc enim,& vers.est enim.*

Non obstat defectus iurisdictionis ob non transportationem actorum primæ instantiæ,
13 quia pro reuocatione attentati † sufficit transportasse, & produxisse solùm acta, ex quibus illud probatur, vt respondit *Rota decis.311. num.7.par.4.tom.2.recent.& in Maioricen. Beneficij 27. Nouembris 1641.& 17. Maij 1642. coram Reuerendiss.Dnõ. Dunozetto Decano.*

Et ita decisum informante solùm Præposito Ecclesiæ Parochialis aduersarijs tamen sæpissimè citatis.

INTERAMNEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 1. Iulij 1650.

ARGVMENTVM.

In hac decisione plura notantur, ex quibus attentata ab vtraque parte prætensa excusantur vt ex Summarijs colligere poteris.

SVMMARIVM.

1 *Attentata non committuntur sine lite.*
2 *Lis non inducitur ex mandato de immittendo in possessione bonorum hæreditariorum nemine citato relaxato, & cum solitis clausulis* sine præiudicio habentium meliora, & potiora iura, & dummodò possessio sit vacans.
3 *Ratio est nam huiusmodi mãdati relaxatio est actus extraiudicialis.*
4 *Lis non inducitur ex iudicio nullitèr moto.*
5 *Et quo ad reum nec inducitur ex citatione nulliter executa.*
6 *Nec minus ex citatione non executa nam paria sunt citationem non fuisse executam, vel nullitèr, & num.7.*
8 *Relationi executoris statur circa executionem citationis in domo alicuius, nisi constet de contraria relatione à tergo citationis, & num.9.*
10 *Fides priuata facta ab executore ex interuallo non attenditur in concursu publicæ relationis.*
11 *Sententia à qua non fuit interposita appellatio potest post decendium executioni demandari absque vitio attentatorum.*
12 *Præsertim quando sententia, siue decretum de sui natura non recipit appellationem.*
à Mandato de manutenendo non datur appellatio, ibid.
13 *Tempus ad appellandum intra decem dies incipit currere à die notitiæ sententiæ, siue decreti, quando fuit processum per contradictas.*
14 *Declara hoc esse verum ad effectum vt possit appellari, sed non ideò attentata sunt gesta post decẽ dies à die latæ sententiæ.*
15 *Clausula*, cum facultate manutendi quem de iure *vi retrotractionis reddit attentata antea gesta.*
16 *Intellige quoad antea non rite gesta, puta si infra decendium à die sententiæ, vel post interpositam appellationem attentata emanarunt.*
17 *Secus verò, si post decendium,& ante interpositam appellationem ad executionem rite processum fuit & conciliantur decisiones contrariæ.*

DECISIO CCCCXL.

Neque Iosephum Rosatum, neque Reuerẽdi Patres Carmelitas Discalceatos Conuentus S. Valentini attentasse, vt hinc inde obiiciebatur censuit hodie Rota particulari desuper adhibita cognitione.

Nam quę gessit Ioseph lis aliqua non præ-
1 cesserat † vt ad hunc effectum requiritur *Lancell.de attent.par.2.cap.4.lim.2.num.16.Cassad.decis.6.sub num.2.super reg.Cancellariæ Rot.decis.10. vt lit.pend.in nou.decis.108.num.11.par.15.recent.*
2 Cum litem non induxerit † mandatum de immittendo à Vicario Interamne relaxatum ad fauorem Carmelitarum nemine citato, & sub solitis clausulis *sine præiudicio habentium meliora, & potiora iura, & dummodò possessio sit vacans*, Summ. Rosati numer. 2. in fin. quippe quod huiusmodi mandati relaxatio
3 est † actus extraiudicialis, vt in his terminis fuit dictum in *Assisien.hæreditatis 26. Iunij 1645. & non enim coram Me,* & tradit *Lancell. de attent. par.2.*

par.2.cap.4 in præfat.num.15. Gonz.super regul.8. Cancell.glos.9 in annot.contr.nullit.& attent. nu.32.

Minus induxit litem Iudicium deinde mo-
4 tum † à Carmelitis super manutentione, & mandati de manutenendo per eos successiuè obtenti Intimatio, aut inhibitio A.C. Quia cum hæc omnia non fuerint executa in personam Iosephi, seù in eius domo, sed in aliena domo nempe Capitanei Ioannis Rosati, in qua Iosephum habitasse, non constat, & sic
5 nullitèr † *l.4.§.Prætor, & ibi Bart.num.9. & 10. ff.damn.infect.Rot.in Romana Spolij domus 28. Iunij 1617. §.1.in fin.coram Sanctiss. D. N.* litem contra Iosephum patere non potuerunt *glos. in clem.2.verb.plenè in fin.& ibi Cardin.nu.18. vt lit.pend.* & in terminis attentatorum *Lancell. par.2.cap.4.in præfat.num.95. & seqq. Baratt. de-*
6 *cis.262. num.5.* prout respectu rei † non parit citatio non executa *d.clem.2.vbi not.omn.vt lit. non contest.Paris.cons.81.nu.13.lib.4. Lancell.ibid.*
7 *num.90.* paria enim † sunt non fuisse executam, vel nulliter *Paris.cons.98.n.27.lib.3. Surd. cons.3.num.34.& 35.Cemin.in cap.si pro te num.6. vers.intellige de rescr.in 6.*

8 De executione verò citationum, † intimationis, ac inhibitionis præfatæ in domo Capitanei Ioannis apparet ex relatione executoris cui vti de re ad eius officium spectante adhibetur fides *glos.in cap.cum parati verb.suis de appell.& in cap.prudentiam verb.per certum nuncium de offic.deleg. Mandos.cons.96.num.10.Put.dec.187. lib.3.* & in specie *Rota in dicta Romana Spolij do-*
9 *mus coram Sanctiss.D.N.* licet secus esset † si executor à tergo citationis alitèr retulisset, vt declarauit *Rota in Romana Pecuniaria 12. Decembris 1642. §.nec resistit coram R.P.D. meo Cerro*,
10 vbi dicitur ratio quia fides priuata † contraria facta ex interuallo ab executore præsumitur extorta in fraudem, neque attenditur in concursu publicæ relationis, & prius *coram fa.me.Greg.XV.dec.131.n.2.*

Carmelitæ paritèr non attentauerunt capiendo possessionem bonorũ sub die 17. Nouembris 1648. in vim mandati de manutenendo obtenti per contradictas ab A. C. sub die 24. Octobris præcedentis Summ. Iosephi num.3. vbi appellatio non fuit interposita,
11 licita † est executio sententiæ, seù decreti post decendium *cap.non solum cap.cum sit Romana de appell.in 6.Auth.hodie C.eod.tit. Rota in Pisaurien.pensionis 29. Aprilis 1648. coram me,* præ-
12 sertim † decreti non appellabilis quale esse mandatum de manutenendo *Lancellott.par.2. cap.12.lim.1.num.1.& seqq.Rota decis.173.num.3. in fin.par.1.recent.*

Nec obstat, quod tempus ad appellandum
13 currere non cœperit † nisi à die notitiæ decreti eo quod processum fuerat per contradictas
14 Quia verum hoc est † ad effectum, vt possit appellari, sed non ideò attentata sunt gesta post decendium à die latæ sententiæ *Lancell. par.2.cap.12.limit.50.num.183. Rot.decis.28.de appell.in nou.decis.62.la 2.nu.5.inter impress. apud Modern.Perus.de manut.& in Volaterana Prioratus 5.May 1645.coram me.in Comen. Cappellaniæ 24. Ian. 1648. coram Reuerendiss. D. meo Dunozetto Decano in Ilerden. Decimarum 28.Iunij 1649. coram R.P.D. meo Ottobono.*

Atq; hinc nec vrget, quod postea signatura Iustitiæ commiserit causam appellationis
15 cum facultate manutenendi quæ de iure, † per quod rescriptum vi retrotractionis attentata reddi antea gesta, dixit *Rot.coram Caual.dec.615 num.1.* Nam intelligendum hoc esse quoad
16 antea † non rite gesta, declarauit *Rot.dec.306. num.15.par.6.recent.* puta si infrà decendium à die sententiæ, vel post interpositam appellationem emanassent, in quibus terminis loquitur *decis.in Romana Saluiani 1. Iulij 1648. §.minus obstat coram R. P. D. meo Cerro*. Secus
17 verò si post decẽdium, & ante † interpositam appellationem ad executionem ritè processum fuit, vt benè distinguendo *decisiones mox allegatæ Caualerij, & rec. par.6.* conciliatæ fuerunt *in Romana Vineæ 30. Maij 1644. §.quia fuit in fin.& §.seqq.coram R.P.D. meo Royas.*

Quæ autem obiecta fuerunt contra validitatem, vel iustitiam dicti mandati de manutenendo non pertinent ad præsens dubium super euidentia, & reuocatione attentatorum & opportunè discuti poterunt, quando de manutentione danda, vel reuocatione eiusdẽ mandati ex capite nullitatis, vel iniustitiæ disceptabitur.

Et ita decisum vtraque parte informante.

BENEVENTANA EMPHITEVSIS.

Veneris 1. Iulij 1650.

ARGVMENTVM.

Bona Emphiteotica vigore pacti de affrancando, si fuerunt ab Emphiteota affrancata, tunc Dominus directus omne ius, ac possessionem amittit. Beneplacitum Apostolicum requisitum in contractu permutationis, & affrancationis præsumitur ex centenaria possessione, & obseruantia affrancationis. Reliqua circa hanc materiam desume ex Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Res Emphyteotica stante facultate affrancandi euadit libera, itaut Dominus directus sequuta affrancatione omne ius, ac possessionem amittat.*

2 *Affrancationis effectuatio ex quibus probetur? & num.3. & 4.*

5 *Beneplacitum Apostolicum requisitum in contractibus permutationis, siue affrancationis præsumitur stante centenaria possessione, & obseruantia francationis.*

6 *Item ex centenaria possessione inducitur etiam præsumptio quod affrancatio fuerit vtilis Ecclesiæ, nam hæc præsumptio venit in consequentiam præsumptionis beneplaciti donec de contrario doceatur.*

7 *Decretum irritans contentum* in extrauag.ambitiosè de reb.Eccles.non alien. *suffragatur Ecclesiæ etiam in Summariissimo possessorio quando de se-*

defectus beneplaciti,& vtilitatis Ecclesiæ indubitabiles sunt.

8 *In Summarissimo manutentionis non attenditur resistentia Iuris vbi alterius possessio est temporis considerabilis, & agitur de rebus præscriptibilibus.*

9 *Ecclesia quod fuerit læsa probari potest non obstante beneplacito præsumpto.*

10 *Læsio probanda est incontinenti in Summariissimo possessorio.*

11 *Ecclesiæ vtilitas considerari nequit in permutatione bonorum eiusdem redditus, vel si bona Ecclesiæ diuisionem patiuntur, quod perniciosum est, num.12.*

13 *Affrancatio facta cum augumento Canonis reputatur vtilis Ecclesiæ.*

14 *Læsio in Summarissimo possessorio debet esse euidens.*

15 *Alias enim illius cognitio ad aliud iudicium est remittenda.*

DECISIO CCCCXLI.

AC SI francatio Tenutæ nuncupatæ la Cancellaria Emphiteoticæ sub directo dominio Archidiaconatus Ecclesiæ Cathedralis Beneuenti facta de anno 1550. non fuisset mediante assignatione alterius prædij in Territorio Montis Fuscoli dicti la Piana della Vesceglia, quod Lutius de Leone tunc alter ex Emphiteotis in vim pacti francandi sibi ex anterioribus instrumentis competentis Archidiacono illius temporis tradiderat; Petijt nuper de anno 1643. modernus Archidiaconus in possessione eiusdem Tenutæ la Cancellaria manuteneri ex capite tùm nullitatis dictæ francationis ob defectum beneplaciti Apostolici, tùm non adimplementi, tùm alienationum partis Tenutæ absque solutione laudemiorum Summ. Lutij sub n.2. in prosecutione autem iudicij defectui tantũ beneplaciti, ac læsioni Ecclesiæ adhæsit; cumque obtinere non potuerit in prima, & secunda instantia, eo instante dubitaui hodie in gradu secundæ appellationis, an illi sit danda manutentio, fuitque negatiuè responsum.

Nusquam enim modernus Archidiaconus hanc Tenutam possedit, sed nititur antiquissimæ possessioni, in qua erat dignitas Archidiaconalis ante annum 1550. quam tamẽ
1 possessionem, † omneq; ius Ecclesiæ substulit francatio subsecuta *Ceph. cons.703. num.15. & seqq. Crott. cons.72. nu.41. & seqq. lib.1. Gratian. discept.245. nu.74. & seqq. aliique relati à Moderno Carpensi controu. forens. cap.92. n.7. & seqq.* Iuncta præsertim ipsius francationis effectuatione
2 continuata † semper per spatium ferè centum annorum, quibus Lutius eiusque successores Tenutam vti liberam ab omni onere, & Archidiaconi pro tempore d. prædium della Vesceglia pacificè possederunt, vt cõstat quia nulla exaduerso affertur probatio, quod à die
3 francationis † fuerit aliquando pro Tenuta solutus canon; constat autem è conuerso ex confessione ipsius Moderni Archidiaconi Summ. Lutij num.4. in fin. quod fuit per totum annum 1645. solutus à possessore prædij
4 in hoc enim consistit possessio libertatis, † & permutationis effectus, vt scilicet onus canonis è Tenuta transierit in prædium eius loco traditum *Card. Mant. de tacit. & amb. lib.25. tit.1. num.14. Corbul. de caus. priuat. ob alien. ampl.38. n.1. Gratian. discept.624. num.3. n.8. & seqq. Borauc. consil.110. num.14. lib.1.*

Atque hæc fere centenaria possessio, & obseruatio permutationis, ac respectiuè franca-
5 tionis † confirmationem, & beneplacitum Apostolicum in huiusmodi contractibus necessarium *Mant. de tacit. lib.25. tit.6. nu.66.* præsumi facit *Thesaur. iun. qu.27. sub numer.19. lib.2. Seraph. decis.1080. num.7. add. ad sa. me. Greg. XV. decis.152. num.4. decis.343. num.5. Put. decis.365. num.3. & 7. lib.2. Rot. diuers. decis.179. nu.1. par.2. & recent. decis.21. nu.9. par.4. tom.2. decis.225. n.8.*
6 *par.5.* simulque quod francatio † fuerit vtilis Ecclesiæ, cum hæc præsumptio veniat in cõsequentiam præsumptionis beneplaciti donec de contrario doceatur *Alex. cons.79. nu.6. vers. fortificatur lib.1. Mantic. de tacit. lib.25. tit.6. num.65. & decis.101. num.2. & 3. vers. quia vna. præsumptio add. ad Gregor. XV. d. decis.343. num.4. Rota decis.277. num.5. & seqq. par.5. recent. & in Mediolanen. rescissionis permissionis coram clar. me. Card. Hieronymo Pamphilio impress. apud Marches. de commiss. par.1. fol.112. nu.6. in Meleuitana Territorii 3. Decembris 1638. §.1. & 2. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo in Elboren. Iuris conferen. 4. Iulii 1640. §. quia respondit in fin coram Reuerendiss. Salamantino.*

Adeo quod interim non releuet exceptio defectus beneplaciti Apostolici, seu vtilitatis Ecclesiæ, & perconsequens decretum irri-
7 tans † contentum *in extrauag. ambitiosè de reb. Eccl. non alien.* quod Ecclesiæ suffragari solet etiam in Summarijssimo possessorio quando defectus huiusmodi indubitabiles sunt, in quibus terminis dumtaxat procedere *dec.215 impress. apud Modern. Perus. de manut* declarauit Rota *in Tolosana Territorii 30. Martii 1648. §. quare coram R.P.D. meo Otthobono, & in Curien. feudi 27. Aprilis eiusdem anni §. fin coram Me.* Quia centenaria ferè possessio Lutij, ac successorum, & præsumptiones ex ea vt supra resultantes negari non potest quin allegatos defectus, ac nullitatem francationis turbidam reddant ad effectum saltem ne ex hoc capite ob resistentiam videlicèt Constitutionis Paulinæ, vel etiam fel. record. Vrb. VIII. super præseruatione præiudicialium editæ 5. Iunij 1641. detur Archidiacono manutentio cũ
8 in hoc iudicio non attenditur † resistentia iuris vbi alterius possessio est temporis cõsiderabilis, & agitur de rebus præscriptilibus, vt post *Franc. in cap. ad decimas num.8. in 4. limit. de rest. spoliat. in 6.* dixit *Rota decis.534. num.7. vers. vltra quod. par.1. diuers. decis.685. num.3. par.1. rec. decis.217. num.8. apud Modern. de manut. Maresc. var. resol. lib.1. cap.11. num.55. Cancer. var. resolut. tom.3. cap.14. num.45.* & nuperrimè fuit decisum *in Mediolanen. nominis Capituli 10. Martii 1649. §. quia respondetur cor. R.P.D. meo Meltio.*

Pote-

Poterit itaque Archidiaconus in alio iudicio dictarum Constitutionum clipeo iura Ecclesiæ, prout iuris fuerit tueri, ac experiri, iuxtà deducta in terminis Constitutionis Vrbanæ *in Leodien. dominiorum 25. Iunii* 1649. *coram R.P.D. meo Corrado*, ibique deducere Ec-
9 clesiæ læsionem, quæ probari † quidem valet non obstãte præsumpto beneplacito *Mant. de tacit. d. lib. 25. tit. 6. sub num. 68.* sed non pertinet ad Summarijssimum possessorium nisi sit
10 in continenti † probata *Rota decis. 120. nu. 17. coram sa. me. Greg. XV. decis. 783. num. 13. & 14. coram bo. me. Buratto dec. 489. n. 9. coram b. me. Penia.*

Qualis probatio in casu nostro hactenùs non adest quamuis allegetur bona permuta-
11 ta, vel † esse eiusdem redditus ducat. 50. ac bona antiqua, quod in maiorem vtilitatem Ecclesiæ non tendere, vt requiritur dixit *Rot. decis. 430. num. 6. par. 2. recent.* existere in Territorio Montis Fuscoli, & sic extrà ditionem Ecclesiasticam, vel ex permutatione Tenutã
12 Emphiteoticam † diuidi, quod perniciosum videtur, vt per *Bald. in l. 1. num. 3. Cod. com. diuid. Ruin. cons. 149. nu. 13. lib. 4.* Nàm aduertendum est, quod antiquus canon erat ducat. 24. fuit verò deindè anno 1542. auctus ad 50. sed cũ pacto quod liceret Emphiteotæ bona francare cum alijs bonis annui redditus ducat. 50. sitis in Territorio Beneuenti, aut Montis Fuscoli, & quoniam plures erant Emphiteotæ fuit vltrò Conuentum, quod si inter eos fieret diuisio, qui casus euenit, possit alter ex diuidentibus suam medietatem francare.
13 Cum igitur francatio facta † fuerit iuxtà formam mox recitatarum conuentionum, quæ potuerunt esse vtiles Ecclesiæ ratione augumenti canonis à duc 24. ad 50. & stante centenaria obseruantia tales præsumuntur ex supra allegatis exinde necessaria, ac euidens læ-
14 sionis † probatio, vt in Summarijssimo re-
15 quiritur educi non valet†, sed hæc omnia ad aliud iudicium cognoscenda plenius remitti debent iuxtà theoricam quam semper secuta est *Rota decis. 270. num. 3. & 4. par. 1. recent. dec. 85. num. 8. & 9. decis. 390. num. 7. & 8. apud Modern. de manut. & alias sæpissimè.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

CRACOVIEN. DECIMARVM.

Mercurii 16. Nouembris 1650.

ARGVMENTVM.

Decimas spectare ad Monasterium probatur ex pluribus simul iunctis in decisione recensitis, & signantèr ex illarum donatione facta ab Episcopo, & à Sede Apostolica confirmata. Alienatio rerum Ecclesiæ sine solemnitatibus, & iusta causa necessitatis, vel euidentis vtilitatis non substinetur, etiamsi fiat ad fauorem alterius Ecclesiæ, quia non debet vnũ Altare spoliari, vt vestiatur alterum. à Præscriptione contra Ecclesiam, subducendum est tempus Prælati malè alienantis.

SVMMARIVM.

1 *Decimas pertinere ad aliquod Monasterium ex quibus probetur?*

2 *Inuentarium productum plenè probat contra producentem.*

Scriptura producta contra producentem plenè probat, ibid.

3 *Libri Ecclesiarum, Ciuitatis, vel Diœcesis maximè quando sunt adminiculati probant in his, quæ eorum statum concernunt.*

4 *Decimarum donatio alicui Monasterio facta ab Episcopo probatur ex confirmatione Apostolica.*

5 *Donationis, eiusq; confirmationis effectuatio ex quibus probata dicatur?*

6 *Obseruantia, siuè effectuatio donationis etiam remota attenditur quando non constat alium medio tempore possedisse rem donatam.*

7 *Assistentia iuris pro perceptione decimarum non suffragatur Parocho quando constat decimas ab alio possideri ex donatione à Sede Apostolica confirmata.*

8 *Decimas donatas alicui Ecclesiæ ante donationem spectare ad donantem ex quibus probetur?*

9 *Decimarum donatio facta à non habente facultatem donandi nulla est, & inualida, nec ius aliquod in donatarium transfert.*

10 *Amplia præsertim quando in donatione iusta causa vtilitatis, vel necessitatis non intercessit, quæ copulatiuè cum beneplacito Apostolico requiritur.*

In alienatione rerum Ecclesiæ vna cum beneplacito Apostolico iusta causa vtilitatis, vel necessitatis requiritur ibid.

11 *Amplia quamuis alienatio emanauerit ad fauorem alterius Ecclesiæ, quia spoliari non debet vnum Altare, vt aliud vestiatur.*

12 *Præsumptio beneplaciti Apostolici, ac iustæ causæ in alienatione rerum Ecclesiæ non inducitur ex lapsu temporis, quia donare est perdere.*

13 *Præsumptio vtilitatis cessat ex ipsa facie contractus etiamsi constet alias solemnitates interuenisse.*

14 *Ad beneplacitum Apostolicum præsumendum non sufficit lapsus temporis, nisi etiam obseruantia contractus saltim per 30. annos concurrat.*

15 *Præscriptio centenaria, vt à Testibus probetur, requiritur quod ipsi habeant legitimam ætatem 54. annorum, ac etiam deponant cum requisitis* glos. in cap. 1. de præscript. in 6.

16 *à Præscriptione contra Ecclesiam subducendum est tempus Prælati qui malè alienauit.*

17 *Nec non etiam absentiæ successorum à quibus Iura Ecclesiæ defendi non potuerunt.*

18 *Præscriptio triginta annorum nõ suffragatur contra Monasteria Benedictinorũ attentis priuilegijs Apostolicis eisdem Benedictinis concessis.*

19 *Priuilegia Benedictinorum fuerunt à Sede Apostolica Cisterciensibus communicata.*

20 *Decimæ debentur Parocho ratione congruæ.*

21 *Fallit quando apparet in alijs bonis ei fuisse assignatam, ex quibus illam percipere debet.*

DECISIO CCCCXLII.

PERTINERE decimas Villæ de Vuyglenicc ad Monasteriũ Andreouiense † pro-
1 bant liber beneficiorum Diœcesis Cracouiẽsis

ſis vbi habetur, quod dicta Villa eſt ſub Parochia Eccleſiæ de Andreou ſub inuocatione S. Catherinæ, cuius proprietas totalis ad Monaſterium Androuienſe pertinet, omneſque agri Villæ ſoluunt, & cōducunt pro Monaſterio Androuienſe decimam Manipularem, & Canapalem, vt in Summ. Monaſterij num. 3. Item liber retaxationum Eccleſię Cathedralis, & Diœceſiis Cracouienſis, ibi, *in Wyglenice &c. decima Manipularis pro Monaſterio Androuienſi Summ. num. 4.* Item liber viſitationum, in quo dicta Parochialis Eccleſia S. Catherinę enunciatur Iuriſpatronatus Abbatis Androuienſis, & numerando corpora dotis Presbytero Rectori eiuſdē Eccleſiæ aſſignatę recenſetur dumtaxat in hac Villa decima valoris decem marcarum. Item Teſtes deponentes, quod Monaci decimas exegerunt, item inuentarium rerum temporalium dictę Eccleſiæ S. Catherinæ vbi aſſeritur ipſius Eccleſiæ proprietas ad Monaſterium Androuienſe pertinere, & Monaſterium percipere decimam manipularem huius Villæ Summ. num. 6.

2 Quod inuentarium † cum fuerit à Rectore Aduerſario productum plenè contra ipſum probat *Dec. in cap. cum venerabilis num. 90. de except. Valenzuel. conſ. 40. num. 59. & 60. lib. 1. Gabr. de confeſſ. concluſ. 4. num. 14. Rot. dec. 2. num. 1. in fin. par. 2. recent. deciſ. 238. nu. 5. coram ſa. me. Greg. XV.*
3 prout etiam probant † dicti libri maximè ſimul iuncti in his, quæ concernunt Statum Eccleſiarum Ciuitatis, & Diœceſis *cap. ad audientiam § nos igitur vbi Innocen. num. 2. Abb. n. 4. de præſcript. Pariſ. conſ. 7. nu. 19. lib. 4. Burſatt. conſil. 253. num. 43. & ſeqq. Boer. dec. 105. num. 13. Rot. penes Mart. Andr. deciſ. 12. ſub numer. 5. verſic. quæ omnia.*

Eo magis quia Monaſterium exhibuit vlterius confirmationem Apoſtolicā ſub Adriano IV. Summo Pontifice donationis huius Villæ, eiuſque decimarum a Ioanne Polonorum Archiepiſcopo factæ, † quæ ſatis proba-
4 ta dicitur ex ipſis litteris confirmationis illius tenorem referentibus *gloſ. in cap. 1. verb. deſunt 29. diſtinct. Felin. in cap. inter dilectos num. 7. de fide inſtr. Ruin. conſ. 31. num. 7. conſ. 231. nu. 5. & 6. lib. 1. Pariſ. conſ. 33. num. 9. lib. 1. Boer. deciſ. 247. num. 3. Rot. dec. 36. num. 1. & ſeqq. par. 2. diuerſ.*

Et tàm donationis, quàm confirmationis
5 effectuatio † apparet ex ſupra citatis libris, & Inuentarijs exaratis lōgè poſt obitum Adriani IV. ſecutum anno 1159. continentibus vt ſupra pertinentiam decimarum ad Monaſterium, nec non ex venditione huius Villæ, cum expreſſa reſeruatione decimarum manipularium per Abbatem, & Monaſterium quibuſdam laicis facta vſque de anno 1365. cum ſucceſſiua illarum exactione donec quidam Plebanus nomine Bartholomæus à Reſcio tunc Abbate electus ex eius conceſſione incepit decimas exigere, vt deponit ſeptimus teſtis ex aduerſo examinatus ſuper interogatorijs Parochi, & ſuper interrogatorijs Conuentus ad ſextum Sum. primæ poſitionis ſub num. 6. litt. A. Sufficitque probaſſe effectua-
6 tionem † etiam remotam, quando non conſtat quod alius medio tempore poſſederit *Buratt. deciſ. 647. num. 18. deciſ. 679. num. 14. Rota in Barchinonen. Vicariæ 2. Martij 1640. coram clar. mem. Coccino.*

Vnde nec Rectori Eccleſiæ S. Catherinæ ſuffragari poteſt aſſiſtentia iuris communis, quæ militare ſolet pro parocho, quia ceſſat
7 quando † vt in caſu noſtro conſtat decimas fuiſſe à Monaſterio antiquiſſimo tempore poſſeſſas, ac ei cum beneplacito Apoſtolico donatas *Vitalin. in clemen. 1. ſub nu. 71. verſ. vnde oportet de inrepatr. Rebuff. in tract. cong. port. benefic. num. 108.* Præſertim quia ipſe Rector Aduerſarius de anno 1643. vt in Summ. primæ poſitionis nu. 2. allegauit pro fundamento ſuæ
8 intentionis donationem decimarum † d. Eccleſiæ factam ab Alexandro Abbate Monaſterij Andreouenſis, & ſic decimas antea ad Monaſterium non ad ſe pertinuiſſe agnouit *Buratt. deciſ. 551. num. 1. Seraph. deciſ. 1102. num. 8. Put. deciſ. 426. nu. 2. lib. 2. cum alijs alleg. in Hiſpalen. Decimarum 15. Februarii 1647. §. quia natura coram R. P. D. meo Meltio, & in Toletana Decimarum 16. Martii 1648. §. nec contradicit coram R. P. D. meo Celſo.*

Quæ tamen donatio ius aliquod ſuper his decimis in Eccleſiam S. Catherinæ, eiuſque
9 Rectorem non tranſtulit † cum facta fuerit ab Abbate Monaſterij facultatē huiuſmodi non habente *cap. non licet Papæ 12. qu. 2. cap. 1. cap. tua nuper de his quæ fiunt à Prælat. ſin. conſenſ. capit. c. 1 cap. Epiſcopi. cap. nulli de reb. Eccleſ. non alien.* nec
10 iuſta cauſa vtilitatis † nempe, vel neceſſitatis Monaſterij interuenerit, vt requirebatur copulatiuè cum beneplacito Apoſtolico, tàm ex diſpoſitione Sacrorum Canonum *cap. 1. de reb. Eccleſ. non alien. cap. 1. eod. tit. in 6. Clem. 1. eod. tit. Extrau. ambitioſe eod. tit. cap. ſine exceptione 12. qu. 2.* quàm particularis conſtitut. *fel. record. Benedicti XII.* relat. in Sum. Monaſt. ſub n. 14.
11 quamuis alienatio † emanauerit ad fauorem alterius Eccleſiæ, quia ſpoliari non debet vnū Altare, vt aliud veſtiatur *Quaran. in compend. Bullar. verb. alienatio rerum Eccleſiæ num. 15. Rota deciſ. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in nou. deciſ. 561. n. 7 & ſeqq. par. 5. recent. deciſ. 3. num. 31. par. 7.*

Neque beneplaciti, aut iuſtæ cauſæ præſumptio educi poteſt ex lapſu temporis, quia
12 cum † donare ſit perdere *l. filius familias vbi Bald. num. 2. Caſtr. num. 2. ff. donat.* facies ipſa do-
13 nationis † omnem vtilitatis præſumptionem euertit etiam ſi aliæ ſolemnitates interueniſſent, vt in puncto *Soccin. conſ. 52. num. 10. lib. 4. Caſtr. conſ. 432. num. 2. lib. 1. Alex. conſ. 1. n. 21 lib. 4. Gabr. de præſumpt. concluſ. 1. num. 57. Picus ad ſtat. Vrb. gloſ. 21. num. 27. Rot. deciſ. 430. ſub num. 4. verſ. in caſu iſto par. 2. recent.* Et ad præſumen-
14 dum beneplacitum Apoſtolicum † non ſufficit lapſus temporis, niſi ſimul probetur inconcuſſa obſeruantia contractus ſaltem per triginta annos *Gabr. conſ. 36. num. 52. lib. 1. Put. deciſ. 7. de præſumpt. add. ad Gregor. XV. deciſ. 354. ſub num. 18. Rota deciſ. 694. ſub nu. 5. par. 1. rec.*

Gratis etiam allegatur præſcriptio cente-
15 naria † cum teſtes ad id inducti, vel patiantur

tur

tur exceptiones in personis, vel careant legitima ætate quinquaginta quatuor saltem annorum, nec deponunt cum requisitis *gloss. in cap. 1. de prescript. in 6.* quam perpetuo secuta est *Rot. apud Caputaq. decis. 71. num. 2. par. 2. apud Seraph. decis. 1179. num. 1. decis. 557. in fin. par. 4. diuers.* & præterea subducendum esset tem-
16 pus † vitæ Abbatis qui male alienauit *cap. si Sacerdotes. 16. quæst. 3. Rebuff. in compend. alien. rer. Eccles. sub num. 36. vers. sed intelligendum est Rot. decis. 445. num. 8. coram bon. me. Coccino decis. 94. num. 13. decis. 294. num. 28. & seqq. par. 7. recen. & in Leodien. Dominiorum 25. Iunij 1649. §. nam ab anno coram R. P. D. meo Corrado.*, nec non
17 absentiæ successorum † iustificatæ in hodierno *Summar. sub num. 18. & 19.* à quibus iura Monasterij defendi non potuerunt *Auth. quod si quis Cod. præscrip. long. tempor. gloss. in cap. audītis verb. subducto in fin. de præscript.* Nec suffragaretur ordinaria præscriptio 30. annorum at-
18 tentis † priuilegijs per Summos Pontifices concessis Monacis Benedictinis relatis à *Rodriq. quæst. Regular. tom. 1. quæst. 36. art. 3. col. penult. post princ. vers. supradicta & tom. 3. quæst. 35. art. 2.*
19 Communicatis † etiam Ordini Cisterciensi vt notat *Pater Ioannes de la Crux de Statu Religionis libr. 2. cap. 3. dub. 2. vers. secunda conclusio fol. 110. & seqq.*

Tandem prætendere has decimas Paro-
20 chus non valet reatione congruæ † sibi debitę iuxta textum *in clement. 1. de Iurepatron. & in cap. 1. de preben. in 6.* quia cum illa ex datis in hodierno *Summar. num. 24.* in alijs bonis
21 abunde assignata probetur, † petenda vlterius non est *Vitalin. in d. clem. 1. sub num. 71. vers. conclude il primo ibi qui contenti esse debent de Iurepatr. Rebuff. in tract. de congrua num. 92. Mant. decis. 22. num. 1. Rot. coram san. mem. Gregor. XV. dec. 429. num. 2. & seqq.*

Et ità informantibus solum Monasterio, & Monachis Andreouij aduersario tamen pluries citato decisum hodie fuit post quam Monasteriū probationes alias adductas coadiuuauit vt Rota mandauerat sub die 13. Iunij proximè præteriti.

CRACOVIEN. DONATIONIS.

Sabbati 26. Nouembris 1650.

ROTA MARTINIANA.

ARGVMENTVM.

Alienatio bonorum Ecclesiæ non seruatis requisitis à Constitutionibus Apostolicis est ipso iure nulla, itaut Ecclesiæ competat pro rebus nulliter alienatis non solum reintegratio, sed etiam interdictum vndè vi.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum Ecclesiæ non adhibitis solemnitatibus, alijsque à Constitutionibus apostolicis requisitis est nulla. Extrauagans ambitiosæ de rebus Ecclesiæ non alien. inducit nullitatem ipso iure ibid.*

2 *In alienatione rerum Ecclesiæ si aliqua sunt seruanda, de eis constare debet per separatam scripturam, quod scilicet seruata fuerunt, nec sufficit quod in ipsa scriptura alienationis enuncientur, & numer. 3.*

4 *Scriptura priuata non probat præsertim in præiudicium Ecclesiæ.*

5 *In alienationibus rerum Ecclesiæ vna cum solemnitatibus etiam iusta causa est necessaria.*

6 *Iusta causa probanda est aliundè, quam ex assertione alienantis, cui de hoc fides non adhibetur.*

7 *Redditus Ecclesiæ, seù alicuius beneficij si in præteritum ad congruam sustentationem satis fuerunt, etiam imposterum sufficientes præsumuntur.*

8 *Prælatus nulliter alienando Ecclesiæ non præiudicat.*

9 *Ecclesiæ pro rebus nulliter alienatis competit non solum reintegratio, sed etiam interdictum vndè vi.*

10 *Sequestrum non est apponendum, nisi adsit timor dilapidationis fructuum, vel quod ob inopiam Aduersarij erunt difficilis recuperationis.*

11 *Sequestrum lite pendente maximè in causis non beneficialibus apponendum non est.*

DECISIO CCCCXLIII.

INTER cætera in alienationibus per RR. Monacos Cistercienses faciēdis requisita à *Constitutione fel. record. Benedicti XII.* data in Summ. Monacorum num. 2. nedum consensum maioris, aut senioris partis conuentus, eiusdemque præcedentem tractatum, de quo scriptura conficiatur adhiberi præcipitur, sed etiam quod, ante quam ad alienationem procedatur obtineatur desuper licentia ab ipsius Ordinis Capitulo Generali, quod subsequatur discussio negocij per duos Abbates à dicto Capitulo Generali deputandos, quodque de causis alienationis, & solemnitatibus præfatis per quatuor Abbates, & Præsidentem ipsi conuentuali loco sub eorum sigillo plena, & fidelis relatio in proximo subsequenti generali Capitulo fiat, vt videatur si circa hæc omnia debitè præcesserunt.

Quæ cum non fuerint seruata in donatione decimarum, de quibus agitur Rectori Ecclesiæ Sanctæ Catherinæ facta ab Alexandro Trebinski Abbatiæ, & Monasterij Andreouensi, tunc administratore decisum hodiè fuit eamdem donationem ipso iure nullam fuisse,
1 sic disponente † ītum dicta particulari Constitutione Benedicti XII. ibi, *& alienatio huiusmodi sic præsumpta sit ipso iure irrita, & inanis*, tū alia vniuersali fel. record. Pauli II. relata *in extrauag. ambitiosæ de reb. Eccles. non alien. quæ pariter nullitatem ipso iure inducit, vt notat Redoan. de reb. Eccles. non alien. quæst. 22. num. 9.* & in terminis alienationis decimarum est *tex. in cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6.*

Et quidem defectus licentiæ Capituli generalis, & discussionis duorum Abbatum, eorumque relationis in sequenti Capitulo generali euidens est, prout etiam tractatus Mo-

Monacorum cum de eo non constet per se-
2 paratam scripturam, † vt opertere tradit, *Feder. de sen. cons. 143. circa fin. vers. nec obstat Ferrett. cons. 249. num. 12. & cons. 294. nu. 10. Rolan. cons. 33 num. 12. lib. 1. Paris. cons. 36. num. 10. lib. 4. Rot. decis. 716. num. 3. par. 1. diuers.* ita vt non sufficiat, quod in ipsa scriptura alienationis enuncietur
3 vel quod aliqui † Monaci eidem scripturæ subscripserint, præsertim quia talis scriptura non est confecta à Notario, ac proindè tan-
4 quam merè priuata † non probat in præiudicium Ecclesiæ, *cap. 1. & 2.* vbi notant omnes *de fid. Instr. Speculat. in tit. de instr. edit. §. secundo per tot. & §. 7. nu. 1. Ang. cons. 220. in princ. vers. et hoc ex eo Perez. de ordinat. Reg. Castell. lib. 3. tit. 8. l. 5. fol. 1106. vers. vltimo est notandum.*
5 Causa paritèr alienationis, † quæ copulatiuè vna cum solemnitatibus necessaria est tam ex verbis dictæ Constitutionis Benedictinæ ibi, *& quod etiam fiat de causis alienationis, & solemnitatibus præfatis &c.* quam ex dispositione iuris communis *cap. sine exceptione 12. qu. 2. Abba in cap. tua nuper numer. 8. de his, quæ fiunt à Prælat. Dec. cons. 142. num. 4. Seraphin. decis. 1490. nu. 1.* cum alijs allegatis *in Leodien. Dominiorum 25. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Corrado*, non
6 apparet aliundè, quam † ex assertione donatoris; cui de hoc fides non adhibetur, *Oldrad. cons. 261. per tot. Aegid. decis. 617. in princ. Barbos. de potest. Episc. alleg. 66. num. 23. Rot. decis. 752. nu. 3 par. 1. diuers. & in Narnien. Vnionis 1. Iulij 1643. coram me.*

Quin imò ipsa assertio minus vera detegitur, quia nec aliquando fuit Vicaria Ecclesiæ sanctæ Catherinæ erecta in præposituram, nec ipsius Vicariæ redditus tenues erant, vt fuit assertum, cum ex datis in Summ. num. 7.
7 & ex quo in præteritum ad conguam † sustentationem satis fuerunt, etiam hodiè sufficientes esse probetur, *Old. cons. 162. sub num. 1. vers. quod ita Seraph. decis. 1385. num. 3. Lotther. de re benef. lib. 1. quæst. 28. num. 85.*

His consequens est, vt Monasterium veniat ad decimas donatas reintegrandum, quia Prælatus eoque minus administrator nulliter
8 alienando † præiudicare non potuit Ecclesiæ,
9 cui ideò pro rebus nulliter alienatis † competit non modo reintegratio, sed etiam interdictum vnde vi, *Abb. in cap. cum super. nu. 21. de caus. poss. & propr. Rot. decis. 291. num. 9. part. 6. recentior.* vbi allegantur concordantes.

Non tamen donec sententia reintegratoria
10 feratur apponendum est † sequestrum, nisi probetur, vel quod fructus ab aduersario dissipentur, in quibus terminis loquitur, *Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. num. 11. & seqq.* vel quod ob aduersarij inopiam, vel alias erunt difficilis recuperationis cum regularitèr, & maxi-
11 mè in causis nō beneficialibus † pendente lite non fit locus sequestro, *l. vnica C. prohib. sequest. cap. volumus 16. quæst. 4. Rebuff. tom. 3. Regiar. const. tit. de sequest. per tot. Rot. decis. 464. nu. 2. par. 1. recentior. decis. 24. numer. 1. coram Cardinali Caualer.*

Et ità decisum vna parte tantum informante alia tamen sæpius citata.

CRACOVIEN. PRAEPOSITVRAE SANCTI FLORIANI.

Lunæ 28. Nouembris 1650.

ARGVMENTVM.

Institutio debita est præsentato à maiori parte patronorum, & habenti qualitates à fundatore requisitas.

SVMMARIVM.

1 *Institutio, quibus concurrentibus debita est præsentato?*
2 *Vacatio beneficij per obitum probatur ex prouisione Aduersary ex causa eiusdem vacationis.*
3 *Iuspatronatus, quando non agitur de libertate beneficij, & ordinarius non est in causa probatur leuioribus probationibus.*
4 *Præsentatio intrà legitima tempora probatur ex instrumento præsentationis.*
5 *Præsentatio fieri potest etiam per litteras patentes.*
6 *Qualitates fundationis requisitæ in præsentato, ex quibus probentur?*
7 *Et dictæ qualitates impugnari nequeunt ab aduersario, qui illas concurrere in præsentato alias fassus fuit.*
8 *Institutio debita non est præsentato à minori parte patronorum.*
9 *Præsertim, quando aliqua ex qualitatibus requisitis deficit, sine qua præsentatio inutilis est.*
10 *Qualitates requisitæ in donatione iurispatronatus censentur repetitæ in secunda donatione relatiua ad primam donationem, maximè quando in secunda donatione tenor primæ est insertus.*
11 *Et sufficit, quod secunda donatio non deroget primæ, vt qualitates in vtraque appositæ seruari debeant.*
12 *Per assecutionem secundi beneficij incompatibilis inducitur vacatio primi.*
13 *Qualitas, à fundatore requisita adesse debet de tempore præsentationis, nec prodest si postea superueniat num. 14. prout nec minus si præsentationem præcedat num. 15.*
16 *Nomen ad solam honorificentiam omni caret effectu.*
17 *Præsentatus à maiori parte patronorum est praeferendus præsentato à minori, maximè si in eo concurrunt qualitates in fundatione præscriptæ.*

DECISIO CCCCXLIV.

1 CVNCTA ad obtinendam institutionem necessaria, † nempè vacationem praepositura, de qua agitur, iuspatronatus præsentantium, præsentatum instituendi, eiusq; habilitatem concurrere Rota censuit ad fauorem Stanislai, quem propterea particulari dubio desuper proposito instituendum esse respondit *iuxta tex. in cap. monasterium 16. qu. 7. cap. cum Bertoldus vbi Abb. numer. 12. de re iudic. cap. dilectus ibique gloss. verb. plus iuris de offic. deleg.* aliosque allegatos *in decis. 337. num. 1. par. 2. recent. dec. 87. num. 1. par. 7.*

2 Vacatio enim per obitum † Iacobi Hu-
stiensis huius Præposituræ vltimi possessoris
negari non potest à Sigismundo aduersario,
qui ex eadem vacatione Præposituram ab
Ordinario licèt minùs rectè obtinuit, *Aegid.
decis.268.& decis.596.Card.Mant.decis.132.nu.1.
Buratt.decis.255.num.10.*

Iuspatronatus Vniuersitatis, & Acchade-
miæ, quæ Stanislaum præsentauit probatur
ex regia donatione Apostolicæ authoritatis
robore confirmata, necnon sententia Reue-
rendissimi Episcopi Cracouiæ pro aduersario
lata, quæ eo magis sufficiunt, quia cum non
3 agatur de libertate beneficij,† nec Ordinarius
sit in causa leuiores probationes admittuntur
*Card.Mant.dec.350.in princ.Card. Caualer.dec.89.
num.3.Rot.in recent.decis.179. num.4. par.3. & in
Comen.Beneficij 11.Ianuarij 1636. coram Eminen-
tiss.D.Card.Panzirolo.*

4 Præsentatio Stanislai facta † intrà legitti-
ma tempora à maiori parte Acchademiæ ap-
paret ex publico instrumento Summ. Sta-
nislai num.3.vbi habetur, quod septendecim
suffragia Professorum, quibus Rector Accha-
demiæ addidit suum illum elegerunt, & præ-
sentari mandarunt prout successiuè præsen-
tatus fuit Episcopo mediantibus litteris pa-
tentibus Rectoris Acchademiæ Summ. ibid.
5 num.4. per quas † fieri præsentationem po-
tuisse probat *tex. in cap. ea noscitur de his, quæ
fiunt à Prælat.sin.consen.capit. & notat Lambert. de
iurepatr.lib.2.par.1.quæst.4.art.16.per tot.fol. mihi
495. Rot. in Signina Iurispatronatus 11. Martij
1648.coram R.P.D.meo Peutingero.*

Habilitas tandem Stanislai, quoad Cleri-
catum non controuertitur, quo verò ad alias
duas qualitates à donationibus Regijs requi-
6 sitas † videlicet quod sit de gremio Canoni-
corum sancti Floriani, & in Acchademia
publicus professor, apparet, quia talis fuit as-
sertus nedum in conuocatione Acchade-
miæ, ac in prædictis litteris patentibus Re-
7 ctoris, sed etiam in appellatione, † alijsque
actis iudiciarijs ipsiusmet aduersarij, qui pro-
pterea id hodiè negare non potest, *Felin. in
cap.cum inter num.11. vers. vndè generaliter de ex-
cept.Bart.in l.cum mulier num.5. vers. propterea ff.
sol.matrim.Menoch.de adpisc. remed.4. numer.555.
Surd.decis.104.num.5.& seqq.Cassad.decis.3.nu.4.
de procurat.*

Non obstat quod Sigismundus aduersa-
rius fuerit nominatus, & ab Ordinario insti-
8 tutus, † quia institui non debuit cum maior
pars Acchademiæ Stanislaum præsentauerit,
& Sigismundo, præter quod negatur esse pro-
fessor actu laborans, desit altera ex qualitati-
9 bus in donationibus Regijs requisita, † sine
qua eius præsentatio inutilis est, *Seraph.decis.
1270. num.2. Mant.decis.115.nu.5. Rot.in Recent.
dec.15.num.2.& 3.par.2.*

Deest nimirum, quod sit è gremio Cano-
nicorum sancti Floriani, vt donatio Regis Si-
gismundi requirit. Nec eadem qualitas cen-
setur remissa eo quod in posteriori donatio-
ne Regis Stephani illius mentio nõ fiat, quia
10 cum hæc sit relatiua † ad primam donatio-
nem ibi, *secundum ordinationem Serenissimi Regis
Sigismundi Augusti prædecessoris nostri &c.* quali-
tates in eadem prima donatione appositas re-
petijsse censetur: maximè quia in secunda
primæ tenor est insertus, *l.asse toto ff.hæred.inst.
Ceph.cons.253.numer.26.Osasc.decis.178. numer.5.
Surd.decis.291.num.10.Rot.decis.362.num.4.decis.
403.num.2.part.1.recent.* ac vtraque donatio à
Legato Apostolico fuit simul, & semel con-
11 firmata, † quod secunda non deroget primæ,
vt qualitates in vtraque appositæ seruari de-
beant *Suarez.de leg.lib.6.cap.27.num.13.Sanchez.
de matrim.lib.2.disput.24.num.6.Bart.in extrauag.
ad reprimendum verb.non obstantibus num.7. & 9.
Menoch.cons.187.num.38.Aldouin.cons.1. num.84.
Rot.decis.260.num.4.ibique add.num.19.coram san.
mem.Greg.XV.*

Quod verò Sigismundus olim fuerit Ca-
nonicus Sancti Floriani non releuat, quia ta-
lis esse desijt longè, antequam Præpositura
controuersa vacaret per dimissionem dicti
12 Canonicatus, & † alterius Præpositura san-
cti Nicolai cum egressu ab Ecclesia sancti
Floriani assecutionem, *cap.de multa & ibi, Abb.
num.16. Anchar.num.3.* & alii communiter *de
præben.clem.gratia, & ibi Vitalin. num.41. de re-
scrip.Rot.decis.81.num.6.decis.92.num.2.part.1.re-
centior.* & oportet qualitatem requisitam à
13 fundatore præsertim laico adesse de tempore
præsentationis *Guttier.cons.1.nu.12. vers. vel ab
homine Ecclesiastico Lotther.de re benef.lib.2.qu.47.
num.15.post Barbat cons.33.num.24. in fin. lib. 2.
Rot.decis.216.num.5.par.2.recentior.decis.4.nu.11.
& 14.apud Peuiam,* itaut sicuti non prodest si
14 posteà † superueniat *cap.si eo tempore de rescrip.
in 6.Guttier.d.cons.1.num.15. Roder. Suarez. alleg.
12.num.23.Paris.de resignat.lib.4.quæst.1.num.14.*
15 ita nec † si præcesserit iuxta theoricam,
quam *ex tex in l.lucius cum l.seq.ff.fideicom.libert.
tradit Bart.in l.centesimus §.si ita stipulatus nu.11.
ff.verb.obligat.Surd.cons.445.nu.20.Castell.dec.39.
sub num.4.* ibi, & continuatio ipsius *lib.1. Grat.
discep.976.num.4. & 29.*

Nihil suffragante, quod Sigismundus ad-
huc iactet speciosum titulum Cancellarij Si-
rauiensis, quia tanquam nomen suo Marte
16 assumptum, † & solius honorificentiæ omni
caret effectu *l.2.§.sed si sint sui ff.ad Tertull.Bald.
in l.fin.§.in computatione nu.19.C.iur.deliber. Ias.
cons.192.sub num.29.lib.2.& Cicero de claris Ora-
toribus ait non est habere honorem, si honoris tantum
nomen habeas.*

Quapropter gratis allegatur, quod Sigi-
smundus sit præferendus, quia magis emeri-
tus in profitendis lectionibus, in expediendis
disputationibus, & in promouendis tam pu-
blicis, quam priuatis studijs. Horum nam-
que meritorum discussio cadit in persona
habente de cætero qualitates in fundatione
17 præscriptas † qualis vt supra dicebatur non
est Sigismundus, est autem Stanislaus, qui
præferendus etiam, quia habet maiorem par-
tem vocum ex allegatis in alia decisione hu-
ius causæ, quibus additur, *Lambert.de iurepatr.
lib.2.par.3.quæst.4.art.1. num.1. ad med. fol.934.
Lotther.de re benef.lib.2.quæst.11.num.132.& seq.*

Rot. in

Rot. in Pampilonen. Parrochialis 20. Martij 1645. coram R.P.D. meo Peutingero.

Et ità decisum Stanislao tantum informante, citato tamen pluries, & expectato diù Sigismundo aduersario.

BONONIEN. LEGATI seù VSVSFRVCTVS.

Luna 5. Decembris 1650.

ARGVMENTVM.

Legatum per prædecessum legatarij viuo testatore non efficitur caducum quoties ei datus est substitutus, & substitutio est compendiosa, quæ continet vulgarem tacitam, ac verbis generalibus expressam, & ex quibus verbis compendiosa substitutio resultet? Hæres non tenetur legatario de euictione rei particularitèr legatæ, præcipuè quando Testator ignorauit rem legatam esse alienam, quinimò illam vti liberam acquisiuit, & possedit.

SVMMARIVM.

1 *Legatum per mortem legatarij ante testatorem efficitur caducum limita num. 6. declara num. 7. 8. & seqq.*

2 *Et tunc bona legata ad hæredem spectant pleno iure.*

3 *Hæreditas spectat ad hæredes ab intestato si hæres scriptus viuo testatore decedit.*

4 *Ratio supradictarum conclusionum est nam ad validitatem, & confirmationem legati necessaria est superexistentia legatarij ita ad validitatem, & confirmationem institutionis opus est superuinentia hæredis.*

5 *Legatum non transmittitur ad hæredes legatarij quamuis purum sit.*

6 *Legatum per prædecessum legatarij non efficitur caducum quoties legatario fuit datus substitutus, tunc enim ex voluntate testatoris ipse substitutus admittitur.*

7 *Intellige de substituto per vulgarem, secus verò per fideicommissariam.*

8 *Ratio diuersitatis est, quia prædecessus legatarij efficiens ne legatum acceptare possit aperit viam substitutioni vulgari, quæ purificatur æque, siue primo vocatus noliti, siue non possit ex quacumque causa.*

9 *Quod secus est in substitutione fideicommissaria, quæ supponit emolumentum fuisse primo vocato quæsitum.*

10 *Legatum efficitur caducum per prædecessum legatarij, quoties constat Testatorem noluisse substitutũ succedere per fideicommissariam, & post acquisitum legatum primo legatario, quod vulgari repugnat, & ex quibus substitutio fideicommissaria inducatur num. 11. & num. 13.*

12 *Per substitutionem vulgarem succeditur testatori non primo vocato.*

14 *Desinere non dicitur, quod nusquam incepit contra num. 26. & 27.*

15 *Substitutio facta sub commemoratione mortis est compendiosa.*

16 *Amplia quamuis non fuerit adiectum verbum* quandocumque.

17 *Substitutio compendiosa continet etiam vulgarem tacitam vel expressam verbis generalibus.*

18 *Substitutio vulgaris etiam in legatis fieri potest.*

19 *Substitutio vulgaris facta in legatis purificata dicitur ob prædecessum primi legatarij.*

20 *Et substitutus vulgaris tunc admittitur si substitutio sit facta simpliciter, secus si sub conditione si primo vocatus, sine filijs decesserit, & ille cum filijs decessit non agnito legato, quia tunc substitutio censetur facta sub duplici conditione si primus non agnouerit, & sine filijs decesserit, & alia ratio adducitur num sequenti.*

21 *Testator si voluit substitutum admitti primo vocato superuiuente, & succedente ipsi Testatori eo magis voluisse censetur vbi morte præuentus non potuit succedere.*

22 *Substitutio vulgaris, vt excludatur requitur, quod Testator primo vocatum proprio nomine expressè roget, vt legatum, siue hæreditatem alteri restituat.*

23 *Verbum* accrescat, *quid denotet?*

24 *Substitutio vulgaris inter plures legatarios sufficit, quod in vno ex eis purificetur de iure, vel de facto, & num. 25.*

26 *Desinere dicitur nedum, quod incepit, sed etiam quod incipere potuit, secus si sit exclusa potentia incipiendi num. 27.*

28 *Hæres non tenetur legatario de euictione rei in specie legatæ; quicquid sit in legato generis.*

29 *Præsertim, quando Testator ignorauit rem legatam esse alienam, & illam tanquam liberam acquisiuit, & possedit.*

30 *Item hæres de euictione non tenetur, quando est Testatori magis coniunctus, quam legatarius, tunc enim non præsumitur, quod Testator voluerit teneri de euictione ad fauorem legatarij minus coniuncti.*

31 *Obligatio de conseruando aliquem indemnem cum supposito, quod teneatur de euictione redditur inefficax si erronea detegitur.*

32 *Præsertim, quando obligatio non est pura, sed conditionalis, quatenùs teneatur prout de iure.*

33 *Creditor, cui fuit à debitore assignata exactio eius crediti, contrà aliquem cum pacto, vt contra ipsum non possit habere regressum, nisi in casu, quo satisfactionem consequi non posset ante factas diligentias, ac discussionem nullam habet contra debitorem actionem, siue regressum.*

DECISIO CCCCXLV.

PENDENTE in vim antiqui fideicommissi euictione prædij nuncupati de Lungaria, cuius vsumfructum Sebastianus de Palmerijs legauerat Ludouico, & fratribus de Sguignanis per hæc verba. *Lascia al Signor Ludouico Sauignano &c. l'vsufrutto pieno, & intiero degl' infrascritti beni &c. e detto Signor testatore lascia l'vsufrutto prima durante la vita naturale del detto Signor Ludouico, e morto detto Sig. Lonouico, esso Signor testatore vole, e dichiara, che detto vsufrutto intiero s' accresca nell' infrascritto* modo

modo à tutti gl'altri fratelli di detto Signor Lodouico &c. e finito detto vsufrutto per la morte di detti vsufruttuarij &c. tutti li sudetti beni &c. spettino à gl'infrascritti heredi di esso Signor testatore.

Petrus Sauignanus dicti Ludouici post cõditum testamentum, sed viuente adhuc testatore defuncti frater egit tanquam legatarius pro liberatione à molestijs,& omnium damnorum refectione cõtrà Achillem, & Aemilium de Palmerijs Sebastiani testatoris hæredes, & sententiam fauorabilem reportauit. Quapropter Palmerij litem in se susceperunt, ac Petro indemnitatem promiserunt per publicum instrumentum obligatione camerali vallatum inserta tamen protestatione in principio, medio, & fine semper habenda pro repetita, quod per huiusmodi litis susceptionẽ nullo modo dicta sententia censeatur integraliter approbata, nec obligatio, nisi prout de iure facta intelligatur. Cesserunt successiuè eidem Petro pro sua indemnitate iura contrà Elisabet de Ceriolis, cum qua mediante decreto Domini Vice Legati Bononiæ ille concordauit, vt sibi solueret libras 3000. & ad alias annuas libras 150. quæ prò integra refectione damni passi ob euictionem vsusfructus legati deberi prætendebat, condemnari obtinuit eosdem Palmerios, quibus instantibus commissa mihi causa appellationis dubitaui hodiè an dicto Sauignano competat actio contrà Palmerios pro consequendis libris 150. annuatim.

Eamque non competere informantes prò
Palmerijs duplici ratione suadere curarunt.
Primum quia ob prædecessum Ludouici pri-
1 mi legatarij ante mortem testatoris legatum
effectum fuisset caducum, vel quasi, ideoque
non ad alios legatarios, sed ad Palmerios hæ-
2 redes vniuersales pleno iure † bona legata
spectarent non secus, ac spectat hæreditas
3 ad hæredes ab intestato si hæres scriptus viuo
testatore decedat, *vt ex tex. in l. vnica §. et cum
triplici, & §. pro secundo C. caduc. tollen.* vtrumque
datum æquiparat *Castr. in l. si inter virum nu. 5.
prope fin. & in l. quod pariter numer. 4. ff. reb. dub.*
quem sequitur *Socc. sen. in l. sed, & in illo nu. 2.
vers. tertio not. & num. 3. vers. quarto noto ff. eod.* ea
ratione quia vtrobique eadem militat ratio
4 cum tam ad † validitatem, & confirmationẽ
legati necessaria sit super existentia legatarij,
quam ad validitatem, & confirmationem
institutionis opus est superuiuentia hæredis,
qui adire possit, sic etiam *Couarr. var. resolut.
lib. 2. cap. 7. num. 7. vers. tertio principaliter, & nu. 8.
vers. quarto deducitur Botta cons. 80. num. 16. & seq.
Mant. de coniect. lib. 5. tit. 9. num. 12. & 13. Osasch.
decis. 108 num. 5. & seqq.* qui omnes addunt le-
5 gatum † ad hæredes legatarij non transmitti
quamuis purum esset, vt voluit quoque,
Surd. cons. 463 num. 7. Ciriac. contr. 352 num. 11.

Et quamuis conclusio hæc limitetur,
6 quando legatario fuit datus substitutus, †tunc
enim ex voluntate testatoris ob prædecessum
legatarij purificatur substitutio, & ipse sub-
stitutus admittitur, vt probatur *ex d. l. vnica
§. primo vers. sed & ipsis, & §. pro secundo vers. nisi
C. caduc. tollen.* ac tradit *Bald. cons. 408. numer. 1.
libr. 2. cons. 441. num. 1. lib. 4. cons. 170. num. 3. lib. 5.
Paris. cons. 62. num. 10. & seqq. cons. 64. nu. 15. lib. 2.
Soccin. iun. cons. 42. num. 12. lib. 1.*

7 Limitatio ista cum intelligenda sit † de
substituto per vulgarem, secus verò si per fi-
deicommissariam, & ratio diuersitatis est,
8 quia prædecessus † legatarij efficiens, vt ille
legatum acceptare non possit sternit viam
substitutioni vulgari, quæ purificatur æquè
siue primo vocatus nolit, siue non possit ex
quacunque causa, vt notat, *Bart. in l. prima numer. 13. ff. vulg. Bald. in l. humanitatis numer. 33.
C. impuber. & alijs subst. Aym. cons. 283. col. 2. vers.
sed in casu Surd. cons. 347. num. 16. & decis. 37. numer. 10. & seqq. Pen. decis. 465. nu. 1. & seqq.* Clau-
9 dit verò fideicommissariæ, † quæ supponit
emolumentum fuisse primo vocato quæsi-
tum *Natt. cons. 776. nu. 28. Fusar. de subst. qu. 237.
num. 10. & 15.* vbi allegat concordantes.

Non applicatur, quando ex verbis testa-
10 toris † colligitur noluisse testatorem substi-
tutos succedere, nisi per fideicommissariam,
& post acquisitum legatum primo legatario,
quod vulgari repugnat *l. post aditam C. impub.
& alijs subst. Surd. cons. 250. num. 38.* & in termi-
nis *Alex. cons. 1. sub num. 15. lib. 1. Natt. d. cons. 776.
num. 27. Hond. cons. 48. nu. 18. lib. 2. Fusar. cons. 122.
n. 5. Gabr. 95. n. 1. lib. 1.* qui videtur casus noster
ponderando, tum quod substitutio facta fuit
11 primo legatario † ergò postquam ille acqui-
12 siuit, quia per vulgarem † succeditur testa-
tori non primo vocato, *Bart. in l. 1. num. 38. ff.
vulgar. & pupill. Odd. cons. 68. nu. 4. Fusar. de subst.
quæst. 22. num. 1.* & in terminis *Alex. Natt. & alij
mox allegati*, tum sequentia verba ibi, *detto
vsufrutto accresca alli altri*, & infrà ibi, *e finito
detto vsufrutto per la morte di d. vsufruttuario &c.*
quæ verificari non possunt in primo vsufru-
13 tuario, † nisi postquam vsumfructum acqui-
siuerit cum finis dicat priuationem, seù desi-
14 nentiam rei iam quæsitæ, & desinere † non
dicatur, quod nusquam incepit, vt in puncto
legati vsusfructus est *tex. expressus in l. Titio
vsusfructus 96. ibi desiisse non videtur, qui non incepit ff. condit. & demonstr. l. Sempronius 26. vers. et
ideo ff. de vsu, & vsufr. legat. l. non videtur rem
amittere l. non potest videri ff. reg. iur. Roland. consil. 57. num. 55. in fin. & num. 56. cons. 58. num. 16. &
seqq. lib. 3. Fusar. cons. 72. nu. 11. & de subst. qu. 351.
num. 12. & 13.*

Verum hoc motiuum plerique ex Domi-
nis reijecerunt animaduertẽtes nos versari in
substitutione facta sub commemoratione
mortis ibi, *e morto detto Sig. Ludouico &c.* quæ
15 cum sit compendiosa, † vt notant omnes in
*l. centurio ff. vulg. & in l. precibus Cod. impuber. &
alijs subst. Surd. cons. 31. num. 1. & decis. 333. nu. 12.*
16 quamuis † non fuerit adiectum verbum
quandocunque *gloss. in cap. si pater. verb. absque
deductione de testam. in 6. Alex. in d. l. Centurio numer. 27. Rot. decis. 656. num. 2. part. 4. recentior.* con-
17 tinet etiam † vulgarem, vel tacitam, vel vt
alij dicunt expressam verbis generalibus *Bart.
in d. l. Centurio num. 32. Castr. in l. quamdiù la terza num. 7. ff. acq. hæredit. Socc. sen. cons. 140. sub n. 5.
lib. 1.*

lib. 1. Dec. cons. 416. n. 6. non obstante, quod facta
18 sit in legato, nam & in legatis † vulgarem substitutionem fieri posse certum est *l. vnica §. sin autem aliquis C. caduc. tollen. l. si legata 6. Cod. legat. l. vt hæredibus si ff. leg. 2. Peregr. de fideicomm. art. 34. num. 7. & 19.* ea quæ purificata fuit ob
19 prædecessum primi legatarii, vt in puncto, *Bellon. iun. cons. 6. num. 1. & 4. seqq. & sub num. 11. vers. neque obstant,* vbi respondendo contrariis ait quod dicto casu substitutus vuulgaris ad-
20 mittitur † si substitutio facta fuit simpliciter, secus verò si sub conditione si primo vocatus decesserit sine filijs, & ille cum filijs decessit non agnito legato, quia tunc substitutio censetur facta sub duplici conditione si nempè primus non agnouerit, & prætereà si decesserit sine filijs *Fusari cons. 122. nu. 6. circa fin.* vbi *quod Alex.* & alij citati pro contraria opinione loquuntur in casu valdè diuerso *Surd. latissimè decis. 37. num. 10. & seqq.* vbi signanter nu. 29. ponderat, quod si testator voluit substitutum
21 admitti primo vocato superuiuente, † & succedente ipsi testatori, quantò magis videbitur voluisse substituere, vbi morte præuentus non potuit succedere, quod prius ponderauerat, *Dec. cons. 227. sub num. 12. vers. et in casu Socc. iun. cons. 106. sub num. 20. lib. 1.* cum alijs relatis *à Moder. Lucano cons. 45. num. 83. & seqq.* & fuit dictum *in Sabinen., seù Farfen. Fideicommissi 14. Maij 1640. vers. et præsumendum corā me.*

Neque contrarium Testatoris voluntatem arguunt exaduersò ponderata, nullibi enim legitur substitutio facta primo legatario, sed indefinitè post eius mortem ibi, *e morto detto Signor Lodouico,* & ad effectum excludendi ex
22 hoc capite vulgarem substitutionem, † oportet quod testator rogauerit primo vocatum eius proprio nomine expresso, vt legatum, seù hæreditatem alteri restituat *Anton. de Amat. resol. 40. num. 13. Peregr. de fideicom. art. 15. sub numer. 26. vers. notabilis est Rot. decis. 403. num. 7. & seqq. part. 2. recentior. & in d. Sabinen. seù Farfen. fideicommissi 2. Martij 1640. §. neque coram me in Rauennaten. Bonorum prima Februarij 1647. §. quæ sanè coram R. P. D. meo Corrado.*

23 Verbum *accrescat* † non supponit præuiam acquisitionem in primo vocato, vt per *Bellon. de iur. accresc. cap. 5. quæst. 43. num. 33.* Alia verba finito vsufructu non sunt apposita particulariter respectu personæ Ludouici primo vocati, sed generalitèr respectu omnium substitutorum ad designandum casum, quo vsusfructus cum proprietate penès hæredes institutos existente consolidari debeat, ideoque
24 non excludunt vulgarem, † inter ipsos substitutos, vt in proximis terminis aduertit *Rot. in dicta Sabinen. seù Farfen. Fideicommissi 2. Martij 1640. §. antepenul. vers. tum tertio coram me.* Et sa-
25 tis est quod in aliquo ex substitutis † vsusfructus potuerit incipere de iure, vel de facto
26 quia finiri, seù desinere † dicitur nedum quod incepit, sed etiam quod incipere potuit, *tex. est expressus in l. omnes* ibi, *desinere pertinere vsumfructum accipiemus, & si nec cœperit pertinere ff. vsufruct. quemadm. cau.* licet secus sit seclusa
27 etiam potentia incipiendi, in quibus terminis loquuntur *tex. in l. Titio vsufructus 95. cond. & demonstr.* alijque exaduersò allegati, quos cum *d. l. omnes* ità distinguendo conciliat ibi, *gloss. verb. quod nec cœperit Anton. Fabr. rational. lib. 7. tit. 9. fol. 744. ad §. desinere col. 2. in princ.*

Ex alio autem fundamento Rota censuit Sauignano non competere actionem prò cōsecutione annuarum librarum 150. quia nimirum petuntur occasione euictionis secutæ
28 in vno ex prædijs legatis, ad quam † hæredes legantis non tenentur pro certis bonis in specie legatis quicquid sit in legato generis *l. si à substituto 47. §. primo l. si domus 74. §. primo ff. leg. primo l. cum pater §. euictis ff. leg. 2. Rimin. iun. cons. 823. num. 24. Peregr. cons. 20. num. 1. lib. 4. Menoch. præsump. 118. num. 4. lib. 3. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 4. num. 27.* præsertim, quia verisimiliter noster testator ignorauit prædium legatum
29 esse alienum, & fideicommisso † suppositum, cum illud tanquam liberum acquisiuisset, & possederit, *Bart. in d. l. si domus §. de euict. num. 3. vers. quartum membrum Menoch. præsump. 116. n. 4. libr. 1. Cartar. decis. 133. num. 11. Manen. decis. 13. num. 15.* Nec releuat, quod legatum factum fuerit coniunctæ personæ, quando vt hic hæ-
30 redes sunt testatori magis coniuncti, † tunc enim non præsumitur, quod illos testator voluerit teneri de euictione ad fauorem legatarij minus coniuncti, vt notat, *Durant. de art. testam. tit. de legat. cautel. 32. nu. 3. inter tract. diuers. tom. 8. par. 1. fol. 131. Borgnin. de vsufr. numer. 103.* alijque relati *à Moder. Pisaurien. de euict. quæst. 63. num. 5.* vltrà quod non constat legatarium esse testatori coniunctum.

Atque hinc supramemorata obligatio hæ-
31 redum de conseruando † legatarium indemnem cum supposito, quod de euictione tenerentur inefficax redditur ex capite erroris, *l. cum putarent ff. famil. ercisc. Ruin. in terminis assignationis legati cons. 29. n. 8. ad fin. lib. 2. Dec. cons. 600. per tot Rot. decis. 373. n. 4. nu. 11. & 12. coram Reuerendiss. Vrgellen. & in Bononien. Nullitatis concordia 12. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Cerro.* Maximè quia non emanauit spontè, sed in vim præcedentis decreti iuxtà prædicta ininsti cum expressa protestatione illud non approbandi, & quod plus est non obligandi
32 se nisi, † prout † de iure, quod efficit obligationem conditionalem, ità vt euanescat, quatenùs hæredes ad id de iure non tenerentur, *Matthæus. Brun. cons. 17. sub num. 7. Surd. cons. 379. num. 34. Barbos. claus. 115. num. 12. Seraph. decis. 530. num. 15.*

Præter quod cum inter Palmerium, & Sauignanum, conuentum fuerit, quod iste con-
33 trà eos non possit habere regressum, † nisi quando non potuisset integrè satisfieri ab Elisabet, nullatenus competit actio contrà Elisabet, eiusque bonorum discussione doceatur *l. fin. in princ. ff. si cert. pet. Surd. cons. 3. num. 32. Buratt. decis. 151. num. 1. & 2.* & fuit dictum *in Cremen. seù Ianuen. Pecuniaria prima Iulij 1648. §. nec dicatur coram R. P. D. meo Rojas.*

Et ità decisum causa bis proposita vna tantum parte informante, alia tamen citata pluries, ac diù expectata.

CRACOVIEN. PRAEPOSITVRAE S. FLORIANI.

Lunæ 12. Decembris 1650.

ARGVMENTVM.

Declaratoria decernenda est nedum contra non parentem, sed eo magis contra contraueniẽtem mandato Rotali, quamuis non constet de citatione personalitèr executa, si aliunde apparet de illius certa, & indubitata notitia, & ex quibus huiusmodi notitia resultet? Declaratoria potest decerni etiam non seruatis quatuor terminis, quando contumacia non consistit solùm in omittendo, sed etiam in committendo.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria censurarum fertur contra non parentem, & contrauenientem mandato rotali.*

2 *Declaratoria datur contra non parentem sequestro.*

3 *Intimatio sequestri ex quibus probetur?*

4 *Declaratoria fertur contra non parentem quamuis personalitèr citatus non fuerit, quando constat ad eius notitiam citationes peruenisse, quia tunc habetur, ac si citatio personalis praecessisset.*

5 *Citationis notitia ex quibus deducatur? & num. 7.*

6 *Citationem fuisse executam probatur ex attestatione actuarii, cui de hoc fides adhibetur.*

8 *Citatio ad valuas sufficit quando factis diligentiis non habetur copia personæ citandæ.*

9 *Contumacia siue contrauentio mandato Rotali, ex quibus probetur? num. 12. & 13.*

10 *Attentata sunt omnia coram A.C. gesta pendente lite in Rota.*

11 *Inhibitio obtenta ad impediendã imminentem executionem calumniosa dicitur.*

14 *Contumacia siue contrauentio non excusatur ex gestis per procuratorem nam ad effectum incurrendi censuras paria sunt per seipsum, vel per alium suo nomine contradicere.*

15 *Et mandatum ad contradicendum præsumitur ex qualitate facti, & actuum multiplicitate ac etiam ex eo quia illius, cuius nomine fit cõtradictio principalitèr interest.*

16 *Declaratoria fertur etiam non seruatis quatuor terminis ad docendum de paritione, quando contumacia consistit non solùm in omittendo, sed etiam in committendo.*

DECISIO CCCCXLVI.

IVXTA resolutionem captam vtraque parte informante sub die 27. Maij proximè præteriti emanauit sub die 20. Iunij subsequentis Rotale decretum reuocationis attentatorum, ac sequestri, cui quia Sigismundus Grigeroniz nedum non paruit, sed con-
1 trauenit † in eumdem hodie decisum fuit ferendam esse declaratoriam censurarũ *in clem. ad compescendas de sequest. poss. & fruct.* & in dicto
2 decreto comminatarum, vt in simili † casu contra non parentem sequestro seruauit *Rot. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 149.*
3 Sequestri enim intimatio † illi facta probatur, quia citatus fuit, tùm quando die 29. Iulij exhibitum fuit sequestrum sequestratarijs deputatis, ibi, *Sigismundi Grigeroniz citati exaduersoprincipalis*, Summ. Stanislai num. 2. tum quando die 11. Octobris procurator Stanislai institit, vt moderata iam inhibitione A. C. à Procuratore Sigismundi in Curia obtenta ad executionem sequestri procederetur, ibi, *nomine admodum Reu. D. Grigeroniz citati exaduerso principalis dicto Summ. num. 4.* Et quamuis non exprimatur, an citatus fuerit personalitèr,
4 quia † tamen ex infrà dicendis certo constat, quod ad eius notitiam citationes peruenerũt, id sufficit vt ad declaratoriam procedatur nõ secus ac si personalis citatio precessisset, vt *ex Text. in clem. causam in fin. de elect.* tradit in terminis censurarum *Alter. de censur. disput. 3. lib. 3. cap. 2. col. 2. vers. tertius casus post Felin. in cap. cum sit Romana num. 15. de appellat. Moder. Medio-lanen. de censuris in communi disput. 1. qu. 1. punct. 9. sub num. 9. vers. tertius est*, & dixit *Rota penes Caputaq. dec. 249. in fin. lib. 1. in manuscr. penes Seraph. decis. 1094. n. 4. & in Leodien. Abbatissatus 8. Aprilis, & 20. Iunii 1644. coram Reuerendiss. Terracinensi, in Monopolitana Iurisdictionis 11. Feb. 1647 coram Me.*

Certò inquam constat de notitia citatio-
5 nis; † quia in primo supra memorato actu exhibitionis sequestri Sigismundus comparuit, ac præsens fuit, seque executioni oppo-
6 suit, vt ibidem asseruit actuarius † cui de hoc adhibetur fides *Rota coram sa. me. Greg. XV. decis. 576. num. 3. ibique add. num. 16. & inter recent. decis. 412. num. 2. par. 1.* & in secundo constituit Procuratorem † qui eius nomine executioni
7 sequestri contradixit, & ab ea appellauit dicto Summ. num. 5. vnde resultare indubitatam scientiam citationis, dixit in terminis excommunicationis *Felin. in d. c. cum sit Romana n. 15. Rota decis. 11. de dol. & contum. in nou. d. decis. 1296 num. 1. coram Seraph. decis. 500. sub num. 2. coram Card. Caualer. decis. 48. num. 22. & 23. ac numer. 37. par. 4. tom. 2. rec. & in dicta Leodien. Abbatissatus 8. Aprilis 1644. §. fin. coram Reuerendissimo Terracinensi.*
8 Et accedit alia citatio ad valuas † Ecclesiæ S. Floriani, & habitationis Sigismundi executa die 15. Octob. ex quo ad ipsum post multas diligentias non patebat aditus Summ. ibid. num. 7. vt in dicta executione testatur Notarius, quod sufficere dixit *Rot. penes Seraph. decis. 1296. num. 3. decis. 5. de rescr. in nou. in d. Leodien. Abbatissatus §. nec facit post gloss. in extrauag. vnica verb. personalitèr apprehendissent de dol. & contum.*

Apertissima quoque est Sigismundi con-
9 tumacia, & controuentio: † siquidem executioni sequestri obiecit in primis die 29. Iulij inhibitionem ab A.C. extortam cum supposito recursus ad signaturam, quo nec A. C. similes inhibitiones concedere potest, cum in eum casum Auditor Signaturæ supersessorias, prout de iure decernat nec A.C. pen-
10 dente lite in Rota † adiri potuit absque vitio noui, & enormis attentati *Butr. in cap. cum M. num. 61.*

num.61. de constit. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 2. num. 52. & seqq. Grat. discept. 914. numer. 29.
11 Put. dec. 116. in fin. vbi calumniosa † dicitur inihibitio obtenta ad impetrandam executionem lib. 1. Rota decis. 79. in fin. lib. 3. par. 3. diuers. decis. 148. nu. 7. par. 5. recent. Vt propterea idem A. C. inhibitionem huiusmodi statim ac ad eius notitiam deuenit reuocauerit, & Notarius illius expeditor imminentem temeritatis pęnam euaserit fuga.

Deinde die 11. Octobris loco paritionis appellationem coram executore sequestri in-
12 teriecit † quod positiuam contrauentionem importat, vt alijs allegatis fuit ponderatum in Barchinonen. Iurisdictionis 5. Iulij 1649 §. eo magis coram Me, & prius in decis. 272. num. 4. apud Modern. Perus. de manut.

Successiuè Custodem in Villa ad Præposituram spectante deputatum ab executoribus
13 sequestri † auferendo ab eo claues prædij violentèr expulit verbis, ac flagellis percussum, vt in Summ. num. 8. & 9. Et quamuis hæc
14 gesta fuerint † non ab ipso Sigismundo immediatè, sed ab eius Procuratore, seù Vicario, Sigismundi Reatus non excluditur, cum ad effectum incurrendi censuras paria sint per se ipsum, vel per alium suo nomine contradicere Nauarr. cons. 41. per tot. de senten. excomun. & tàm in Vicario, quàm in Procurato-
15 re mandatum præsumatur † ex qualitate facti, ex actuum multiplicitate ex primordiali contradictione ipsiusmet Sigismundi, ac ex eo quia illius principalitèr interest, vt in terminis declaratoriæ ponderauit Rota decis. 263. sub num. 3. apud Modern. Perusin. de manut. dec. 276 nu. 3. par. 5. recent. & in Gandauen. exemptionis 22. Iunij 1648. coram R.P.D. meo Celso in Masicen. Iurisdictionis 10. Maij 1649. §. fin. coram Me.

Non obstat, quod non fuerint seruati quatuor termini ad docendum de paritione de stylo Curiæ seruandi antequam declaratoria
16 feratur, † quia necessarij non sunt quando contumacia non consistit solùm in omittendo, sed in committendo, & euidens est, vt monuit Vestr. in prax. lib. 2. cap. 4. num. 8. vers. quod si ad executionem, & dixit Rota decis. 654. num. 2. par. 3. recent.

Et ita decisum Stanislao informante præuijs tamen pluribus citationibus contra Sigismundum executis.

MEDIOLANEN. BONORVM.

Lunæ 16. Ianuarij 1651.

ARGVMENTVM.

Remissoria ad probandam quantitatem fructuum perceptorum, ex quibus in casu decisionis deneganda veniat?

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non est concedenda super articulis irrelenantibus.*
2 *Præsumptio quando non est Iuris, & de iure contrarias probationes per testes admittit.*
3 *Remissoria contra confessionem non datur.*
4 *Item nec etiam contra contenta in scripturis.*
5 *Remissoria denegari nequit ad declarandum id, quod in scripturis continetur.*
6 *Remissoria non denegatur, quando dubitatur de releuantia articulorum.*

DECISIO CCCCXLVII.

OMMISSIS septem articulis productis ab informantibus pro DD. de Vicecomitibus; quia generales sunt, & quamuis tendant ad probandum caritatem, bella, & alia infortunia passa in statu Mediolani non concludunt, quod ab anno 1631. citrà minor quantitas fructuum fuerit e bonis controuersis percepta, vel quod bona fuerint viliori prętio locata; imò contrarium desumitur ex quo in quinto articulo narratur etiam per decem annos ante 1631. viguisse bella in Statu Mediolani, & tamen ab anno 1619. vsque ad 1631. adest publicum instrumentũ locationis bonorum pro annuis libris 1293.
1 vnde super huiusmodi articulis, † tamquam irreleuantibus petita remissoria concedi non debet Caput. decis. 66. par. 3. Rot. decis. 13. de test. in antiq. decis. 5. nu. 1. coram Card. Mellino dec. 268. num. 1. coram Card. Canalerio, & aliàs sæpissimè.

Vis tota residet in octauo, & vltimo articulo continente, quod ab anno 1631. citrà illi de Nebulonibus, qui prius bona conduxerant pro annua pensione in pecunia, noluerunt ob malam temporum qualitatem in ea locatione continuare; sed iterùm conduxerunt pro annua responsione in speciebus. Cuius articuli releuantia euidens est, cum excludat præsumptionem continuationis affictus in pecunia, iuxtà quam in priori instantia fructus liquidati fuerunt, quæque cum
2 non sit præsumptio † Iuris, & de iure contrarias probationes per testes faciendas admittit, Dec. in l. 1. in 3. lect. num. 68. vers. & prædicta probatio ff. si cert. pet. & cons. 400. nu. 8. Aym. cons. 258. n. 13. Menoch. præsumpt. 31. n. 1. & seqq. lib. 1.

Nihilominus, An esset concedenda remissoria ambiguum apud DD. manebat, respondentibus aliquibus negatiuè, eoquod in articulo non specificatur quantitas, aut valor fructuum in specie perceptorum, qui propterea venirent liquidandi iuxtà solitum, & consuetum in ea scilicèt quantitate pecuniarum, pro qua bona ab anno 1619. vsque ad tempus articulatum locata fuerunt, & iuxtà quam illos Rota liquidauit in sententia lata à R.P.D. meo Corrado in locum bo: mem: Arguelles suffecto. Maximè cum articulata Colonia non fuerit partiaria, vt in articulo exponitur, sed pro certa fructuum quantitate vt constat ex remissionibus pensionum ex causa tempestatis conductoribus factis à locatore, quæ Colonis partiarijs non congruunt, & adnotatæ leguntur in liberculo manu propria locatoris conscripto, & à Procuratore huius litis Domino effecto visu approbato ita

ita vt nullo modo concedi possit remissoria
3 aduersus † confessionem ex ea approbatione resultantem *Penia decis.588.num.3.& seqq. Buratt.decis.877.nu.7. Reuerendiss.Vrgellen. dec.214. num.3.* vel aduersus contenta † in scripturis
4 *Seraph.decis.1460.num.3.Buratt.decis.351.num.1 Rot.inter recent.decis.589.num.1. vers.& eo minus par.2.dec.235.n.11.par.5.*

Alijs contrarium sentientibus, quia ex testium depositionibus poterit apparere quantitas fructuum, pro qua fuit facta locatio, nec ex supra memorato libercule resultat, quod locatio non fuerit pro speciebus cum ibi potuerit describi valor fructuum ad effectum dumtaxat calculandi quantum annuatim bona redderent, & quatenus de hoc du-
5 bitari contingeret denegari nō posset† remissoria ad declarandum id, quod in scripturis continetur *Cæsar. de Graff.decis.1. de dilat. Rota decis.196. num.6.par.6. recent. & in Cæsaraugustana Distributionum 13. Martij 1643. coram R. P. D. meo Cerro, in Romana, seù Veliterna assertus 4.Iu-*
6 *lij 1647.coram Me,* prout non denegari† quando dubitatur de releuantia articulorum dictum fuit *in Toletano Decimar. 16. Martij 1648 coram R.P.D. meo Celso*.

Verùm quia actor declarauit circa contenta in octauo articulo hoc est circa quantitatem specierum, pro qua vsq;ad annum 1631 asseritur facta locatio velle stare duobus testibus vigore alterius remissoriæ super melioramentis concessæ examinatis, & sic vlteriori probatione opus non est, ex hoc capite Domini remissoriam denegarunt vtraque parte informante.

CRACOVIEN. IVRIS RESPONDENDI.

Lunæ 23. Ianuarij 1651.

ARGVMENTVM.

Episcopus nullam habet Iurisdictionem in rebus spectantibus ad Accademiam authoritate Apostolica, seù regia erectam, præsertim quando ex aliquo priuilegio constat de priuatiua Iurisdictione Rectoris comprobata ex obseruantia longissimi temporis, quæ præscriptionem inducit, & in iurisdictionalibus solo quadragenario cursu completur. Disputationes publicæ, vel priuatæ de fide catholica fieri nequeunt à laicis, fieri tamen valent à Clericis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia est nulla ex defectu citationis.*
2 *Episcopus in functionibus accademicis, & in rebus spectantibus ad publicam Accademiam, siue Apostolica, siue Regia authoritate erectam nullam habet Iurisdictionem.*
Academia Cracouiensis dicitur publica ibid.
3 *Nisi ex priuilegio, vel alio iure sibi competere probet.*
4 *Statuta siue ordinationes Academiæ Cracouiensis, quid Episcopo uti Accademiæ Cancellario tribuant?*
5 *Priuilegium non se extendit ad casum in eo non comprehensum.*
6 *Statuta siue ordinationes Academiæ Cracouiensis omnimodam Iurisdictionem, siue regimen tribuūt Rectori cum tribus Decanis.*
7 *Verbum,* omnimoda *excludit alterius personæ concursum.*
8 *Iurisdictio omnimoda Rectoris Academiæ Cracouiensis probatur ex obseruantia longissimi temporis præuijs admissionibus ad respondendum cum consensu solius Rectoris, ac Professorum sciente Episcopo.*
9 *Obseruantia longissimi temporis nedum deseruit pro interpetratione statutorum, vel cuiusque dispositionis sed vim tituli habet, ac præscriptionem inducit.*
10 *Præscriptio in iurisdictionalibus solo cursu quadragenario completur.*
11 Text.in cap.2.§.inhibemus de hæretic. in 6. *prohibens publicas, vel priuatas disputationes fieri de fide Catholica comprehendit tantum laicos.*
Laici prohibentur publicas, vel priuatas disputationes de fide Catholica habere ibid.
12 *Dispositio d. text. non trahitur ad disputationes materiales, quæ non fiunt ad fidei veritatem persuadendam, sed exercitij gratia, & ingenij acuminis ostentandi.*
13 *Inhibitio præsentata eodem die quo actus geritur præsumitur ad illum substinendum posterior.*
14 *Inhibitio decreta à non habente iurisdictionem est nulla, ac potest impune sperni.*
15 *Declaratoria non datur ob contrauentionem inhibitionis nulla ex defectu iurisdictionis.*

DECISIO CCCCXLVIII.

DVAS protulit sententias Reuerendiss. Episcopus Cracouiæ per appellationē ad hoc Sacrum Tribunal deuolutas, alteram contra Stanislaum Iurkouuski, in qua eius promotio, seù admissio ad respondendum quæstionibus propositis pro obtinendo loco inter Sacræ Theologiæ Doctores nulla declaratur, alteram excommunicationis contra Gabriellem Ochocki in Accademia Cracouiæ medicinæ professorem ob contrauentionem inhibitionis ab eodem Episcopo emanatæ, quarum hodie particulari cognitione assumpta, vtramque infirmandam esse ex capite nullitatis, & iniustitiæ responsum fuit.

Nullitatis ob defectum tùm citationis,
1 quæ † contra Stanislaum tunc Romæ commorantem, siue eius legitimum procuratorem executa non probatur, vt necesse est *clem. pastoralis de re iudic.clem sæpe vbi gloss.verb. ad id de verb.signific.Caual.decis.376.num.1.* Tùm iurisdictionis, qua Episcopus in functionibus
2 acchademicis, † ac rebus ad Acchademiam publicam hoc est Pontificia, seù Regia authoritate erectam *Cassan.in cathalog.glor.mund. par.10.consider.32.Perez.lib.1.ordinat.l.1.tit.10.in rubr.Barbos.de potest.Episc.alleg.56.num.22.* qualis est insignis Acchadem a Cracouiensis spectanti-

stantibus prorsus caret, nisi ex priuilegio cõ-
3 suetudine, † vel alio iure eam sibi competere probet, vt post *Goffred. tit. de magistr. num. 1. notat Card. Zabarell. in clem. cum sit num. 8. eod. tit. & in cap. verum num. 3. de for. competen. Imol. in d. clem. 2 num. 11. Vitalin. in clem. 1. numer. 59. eod. tit.* facit *Barbos. in collect. Concil. Triden. sess. 25. de reform. cap. 2. num. 4.*

Neque competere potest Episcopo tanquam Acchademiæ Cancellario vigore Sta-
4 tutorum, siuè Regiæ ordinationis † confirmatæ ab Alberto Sedis Apostolicæ Delegato, ac ab Vrbano V. quia ibi tribuitur solùm potestas Episcopo, aut gratificandi in causis beneficialibus cum parte maiori, vel duabus Rectoris, ac trium Decanorum quando hi fuissent inter se discordes, aut examinandi scolares ad Doctoratum in Ciuitate Cracoviæ promouendos, & quatenùs idonei reperti fuerint Doctoratus honorem illis concedendi, in quo casu nos non versamur, quia Stanislaus longe ante Doctoratus Lauram in Alma Vrbe Romæ assecutus fuerat, sed agitur de illius admissione ad respondendum pro loco inter Doctores Acchademiæ, & sic
5 de re longe diuersa, ad quam † propterea priuilegiũ huiusmodi Episcopo concessum extendi non debet *l. ius singulare ff. de legib. Alex. in l. sermarios num. 2. in fin. Cod. milit. testam. Calder in terminis priuilegij doctorandi cons. 1. num. 2. vers. praterea de priuileg. Decian. cons. 51. num. 23. lib. 3. Buratt. dec. 19. n. 5.*

Eo minus quia ex eisdem Statutis, ac Re-
6 gijs ordinationibus † regimen, & omnimoda ordinatio Vniuersitatis in omnibus, quæ fuerint expedienda conceditur Rectori cum tribus Decanis facultatum Theologicæ, Iuris Canonici, & Artistarum, ponderando ver-
7 bum *omnimoda* † quod excludit alterius personæ concursum *glos. in clem. 1. verb. omnimoda de for. comp. Socc. cons. 43. num. 12. lib. 4. Rot. dec. 296. num. 1. par. 1. diuers. dec. 112. num. 6. coram bo. mem. Buratt. & in Montis alti beneficij 15. Decemb. 1645 §. sed verè coram Me.* Prout etiam declarauit
8 obseruantia † ex admissionibus ad respondendum spatio bis centum fere annorum pluries ac pluries secutis de consensu solius Rectoris ac Professorum ipso quoq; Episcopo sciente,
9 quæ obseruantia † ne dum inseruit pro interpetratione quatenus opus sit statutorum, ac Regiæ ordinationis, sed vltrò vim habet tituli legittimæ constituti *l. hoc iure §. ductus aqua vbi glos. marginal. ff. aqu. quotid. & estiu. Mart. de iurisdict. par. 2. cap. 43. num. 65. Buratt. decis. 875. n. 7. decis. 938. num. 8.* & peperit præscriptionem
10 quæ in iurisdictionalibus † solo quatragenario cursu completur *Matthiens. in l. Hispan. lib. 5 tit. 10. l. 1 glos. 19. num. 2. & 4. Guttier. pratic. quæst. lib. 3. qu. 62. num. 11. & lib. 4. quæst. 35. nu. 15. Couarr. in reg. possessor 2. par. §. 4. num. 5. Auend. de exequen. Mand. par. 2. cap. 4. num. 20. Castill. de Tertijs Reg. cap. 30. nu. 14. & cap. 34. sub nu. 5. Seraph.* in terminis præscriptionis cõtra Episcopum *dec. 712. num. 2.*

Iniustitiæ paritèr vitio laborant sententiæ, quia actus responsionis, siuè publicæ disputationis ab Episcopo prohiberi non potuit Stanislao nedum Clerico, sed Sacerdoti in Collegiata Ecclesia S. Floriani Canonico, & per aliquos annos ante in eadem Acchademia Theologiæ professori, cum prohibitio
11 publicas, † vel priuatas disputationes de fide Catholica habenda relata *in cap. 2. §. inhibemus de haret. in 6.* laicos tantum comprehendat, vt notat *ibid. Barbos. num. 14. in fin. Azzor. inst. moral. tom. 1. lib. 8. cap. 26. quæst. 1. Sanch. in pracep. Decal.*
12 *lib. 2. cap. 6. num. 6.* nec trahatur † ad disputationes materiales, quæ videlicèt non fiunt ad fidei veritatẽ persuadendam, sed inter Christifideles exercitij gratia, vel ingenij acuminis ostentandi *Nauarr. in manual. cap. 11. num. 27 vers. quinto peccat Sanch. d. lib. 2. cap. 6. num. 9. Castropalao oper. moral. tom. 1. tract. 4. disput. 2. punct. 4 num. 5. cum alijs alleg. à Modern. Viennensi in pracept. Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 8. n. 1. & seqq.*

Non obstat inhibitio Episcopi, ne quispiam ad respondendum admitteretur, quia non probatur præsentata Stanislao ante actũ
13 responsionis, ad quem † substinendum præsumeretur posterior quamuis eadem die presentata fuisset *Acchill. dec. 37. de appellat. Seraph. decis. 1115. num. 1. Rot. in recent. decis. 487. num. 2. par. 2. decis. 467. num. 2. par. 3.* Cumque inhibi-
14 tio sit euidentèr nulla † ex defectu iurisdictionis, qua sicuti Episcopus caret in admittendo doctores ad respondendum, caret consecutiuè in inhibendo ne admittantur *Surd. cons. 424. num. 46. post Bero. cons. 85. num. 20. vers. ergo lib. 3.* quem sequitur *Lancell. de attent. par. 2 cap. 20. nu. 29.* potuit impune contemni *Surd. d. cons. 424. num. 44. Grat. discept. 17. sub nu. 3. Rota in Romana pecuniaria coram Platto impress. apud Marches. de commiss. par. 3. fol. 43. num. 1. & 2.*

Ideoq; neq; contra Gabriellem Ochocki ex capite contrauentionis eiusdem inhibirio-
15 nis † ferri debuit excommunicationis sententia, vt respondit *Rota inter recent. decis. 218. n. 1. par. 1. decis. 625. numer. 4. par. 4. & in alijs relatis à Modern. Perusino de manuten. obser. 103. num. 23. & nuperrime in Barchinonen. Iurisdict. 5. Iulij 1649. §. tum etiam coram me.*

Et ita decisum informante solùm Sttanislao parte aduersa citata per contradictas.

AVENIONEN. SALVIANI

Veneris 10. Fabruarij 1651.

ARGVMENTVM.

Prælegata non veniunt in restitutione fideicõmissi vniuersalis hæredi instituto cum clausula, *& in alijs bonis &c.* iniuncti feudum hereditarium, & transitorium ad quoscunque cadit sub hypotheca bonorum, & probatur esse tale, tum ex inuestitura concessa pro hæredibus, & successoribus quibuscunque, tum ex subsecuta obseruantia alienationum in extraneos. Hypotheca per dationem insolutum non extinguitur, nisi fuerit ad realem reitraditionem deuentum, nec sufficit sola æstimatio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fideicōmissum non probatur ex enunciatiua emissa in transactione in præiudicium tertij ab aliquo ex transigentibus causam non habentis.*

2 *Nec ex productione dictæ transactionis facta à tertio ad alium effectum resultat confessio fideicommissi præsertim quando reuera nullum adest fideicommissum num. 3.*

Productio facta ad vnum finem non præiudicat producenti quoad alium ibid. n. 2.

4 *Prælegata non veniunt in restitutione fideicommissi vniuersalis heredi instituto cum clausula,* & in alijs bonis iniuncti.

5 *Hæres debitoris, quamuis se Beneficiatum prætendat, & inuentarium exhibeat non potest eius creditoribus fideicommissum obijcere, nisi vltrò probet valorem bonorum in eo descriptorũ, vt liquere possit, an penes ipsum aliquid lucri remaneat.*

6 *Hæreditas præsumitur opulenta, donec contrarium ab hærede probetur.*

7 *Feudum quando est hæreditarium, & transitorium ad quoscunque etiam extraneos cadit sub hypotheca creditorum.*

8 *Et tale esse probatur ex inuestitura concessa pro hæredibus, & successoribus quibuscunque.*

9 *Inuestitura concessa titulo oneroso operatur, vt primus acquirens possit præiudicare vocatis.*

10 *Feuda ex generali consuetudine Status Aueniouensis, & Comitatus Venusini hæreditaria sunt.*

11 *Feudum esse hæreditarium probatur ex obseruantia subsecuta cum mediante alienatione transiuit in extraneum, qui illud vti tale semper possedit.*

12 *Hæres impugnare nequit factum, quod eius authot agnouit, & facto ipso approbauit.*

13 *Inuestitura quando est noua ex capite deuolutionis antiquæ tunc feudum transfertur liberum ab hypothecis prædecessorum.*

14 *Noua inuestitura feudi necessaria est in emptore pro confirmatione venditionis ei factæ.*

15 *Et cum famuletur venditioni, cui inhæret, ideò concedi debet emptori.*

16 *Nec propterea dici potest noua, sed renouatio antiquæ.*

17 *Noua Inuestitura concessa emptori pro hæredibus, & successoribus quibuscunque probat feudum esse hæreditarium, quodque tale fuerit etiam in persona venditoris.*

18 *Alias fieri nequit hæreditarium in persona emptoris absque beneplacito Principis.*

19 *Hypotheca non extinguitur per dationem insolutũ, nisi fuerit deuentum ad realem traditionem, nec sufficit sola extimatio.*

20 *Et actualis traditio probanda est ab allegante non obstante clausula* constituti, *& facultate capiendi possessionem propria authoritate.*

21 *Licet secus sit, quando traditio semel facta probatur, sed turbata postmodum, vel reuocata asseritur?*

22 *Præscriptio interrumpitur ex mala fide inducta ex lite per plures annos prosecuta.*

23 *Et postquam non fuit ad fauorem rei conuenti terminata non potest alia præscriptio decennalis inchoari.*

24 Statutum Vrb. lib. 1. cap. 158. *non inducit præscriptionem ex negligentia crediroris in petendo, sed præsumptionem solutionis, quæ reuiniscere potest ex die qua creditor iterum negligens est.* Decis. 152. vers. tertius casus penes Fenson. ad Statut. Vrb. *in quibus terminis loquatur ibid.*

25 *Iura transportanda non sunt, nisi probentur realiter producta.*

26 *Iura realitèr producta fuisse integrè transportata, constat ex attestatione Notarij, cui de hoc adhibenda est fides.*

27 *Siue attestatio fiat in dorso extractus, siue in scriptura separata, nam fides quæ Notario adhibetur fundatur in legalitate personæ.*

DECISIO CCCCXLIX.

IMMISSIONI quam Francisco de Teraullis Domino della Roque concedēdam esse Rota censuit sub die 20. Martij 1650. vt in decisione tunc extensa coram me, obstare visa non est exceptio fideicommissi Cathelini nuper opposita ab informantibus pro Hectore Bello, aut aliæ feudi, solutionis, & præscriptionis reiectæ semper, ac iterum hodie recantatæ.

Ad probandum enim fideicommissum affertur solùm enunciatiua emissa in transa-
1 ctione † inita inter Alemannum, & Franciscum, nullatenùs apta nocere actori ab aliquo ex transigentibus causam non habenti *Rota decis. 69. num. 7. coram bo. mem. Coccino decis. 768. num. 4. par. 2. recent.* Gratisque dicitur eadem
2 transactio producta † ab actore, quia ille solum particulam nullum verbum facientem de fideicommisso produxit, & ad alium effectum nempè docendi, quod Alemannus esset hæres Francisci debitoris, vnde excluditur confessio asserti fideicommissi *ex allegat. in decis. 467. num. 8. coram san. mem. Greg. XV. decis. 87. num. 7. coram Mart. Andr. decis. 233. num. 6. coram Reuerendiss. Vrgellen.* quæ in omnem euentum
3 non † præiudicaret cum reuera fideicommissum non adsit *Socc. Iun. cons. 112. nu. 3. lib. 1. Dec respon. 10. num. 85. & seqq. lib. 3. Menoch. consil. 91. num. 39.*

Ex ipso siquidē testamento Cathelini constat Castrum, de quo agitur fuisse prælegatũ Francisco Testatoris filio, prout aliud Alemanno alteri filio, ac postea eosdem filios institutos hæredes cum clausula *in alijs autem*
4 *bonis* † quo casu prælegata non veniunt in restitutione fideicommissi vniuersalis hæredibus institutis iniuncti iuxt. theoricam *Bart. in l. si quis seruum 8. §. fin. in fin. ff. legat. 2.* communitèr receptam, vt post alios tradunt *Rimin. Iun. cons. 147. num. 50. & seqq. Peregr. cons. 47. num. 25. lib. 1. Fusar. cons. 82. num. 13. & seqq. & in tract. de subst. qu. 650. num. 24. & seqq. Facchin. de magis communi lib. 5. controu. cap. 16. per tot. Grat. discept. 404. num. 16. Thes. Iun. qu. forens. lib. 1. q. 17 num. 14. Cocc. decis. 48. num. 27.* vbi testatur de communi *Rota in Romana locorum montium 4. Maij 1602. coram Corduba, in Romana de Surdis 18. Februarij 1619. coram Vbaldo Sen. & in Romana legati 27. Iunij 1629. coram clar. me. Card. Fabritio Verospio:* præter quod cum Alemannus

nus rei conuenti author fuerit hæres Fracisci
5 debitoris, † non potest eius creditoribus fideicommissum patris obijcere, quamuis se beneficiatum prætendat, & inuentarium exhibeat, nisi vltrò probet valorem bonorū in eo descriptorum, vt liquere possit, an penes ipsum aliquid lucri remaneat *Grat. discept. 766. num. 50. vbi allegat. concord.* præsumitur
6 enim hæreditas opulenta † donec contrarium ab hærede probetur, vt in terminis ponderauit *Rota in Romana Legati 2. Maij 1644. coram R.P.D. meo Cerro, & in Camerinen. Legati 20. Iunij 1650. coram Me.*

7 Feudum non efficit † quin bona cadant sub hypotheca creditorum possessoris, quando est hæreditarium, & ad quoscunq; etiam extraneos transitorium *ex alleg. in vlt. decis. §. ortus*, quale esse exaduerso allegatum demon-
8 strat inuestitura † concessa pro hæredibus, & successoribus quibuscunque *Bald. in l. cum virum 16. sub nu. 21. vers. aut est feudum C. fideicom. Ludouic. Bell. cons. 1. n. 91. & seqq. Seraph. dec. 188. sub num. 3. Rot. dec. 780. num. 5. par. 3. recent dec. 93. num. 78. par. 5. cum alijs plena manu congestis in Sarsinaten. feudi 22. Iunij, & 18. Decembris 1656. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, quæ inuesti-
9 tura cum facta fuerit † primo acquirenti ex causa onerosa attendenda est etiam in præiudicium vocatorum in præcedenti concepta ad tertiam generationem, vt post *Andr. de Isern. & Aluarott. in cap. 1. de alienat. feud. paterni*, tradit *Surd. cons. 351. numer. 24. Grat. discept. 405. num. 1.* & dixit *Rot. dec. 450. num. 2. par. 3. recent. decis. 603. num. 16. par. 4. tom. 3. decis. 50. nu. 2. par. 6 & in Ariminen. Castrorum 14. Februarij 1642. §. minus obstat coram Reuerendissimo Domino meo Decano.*

Eo magis quia qualitas hæreditaria inerat etiam antiquæ concessioni ex generali con-
10 suetudine † Status Aueniomensis, & Comitatus Venusini vbi Castrum situm est, vt testatur *Bertran. Ludouic. Bell. & alij alleg. in vltima decisione huius causæ §. ortus hypotheca*, & amplius quia hoc idem declarauit obseruantia cum ipsomet Gabriele aduersarij authore quippè qui Castrum controuersum tanquam merè
11 hæreditarium † emit ab Alemanno Francisci debitoris hærede, illudque hoc titulo possedit licet esset extraneus, nec alias emere potuisset *Decian. cons. 78. num. 41. lib. 3. Odd. cons. 6. num. 30.* & ponderauit *Rot. dec. 185. nu. 4. & seq. par. 4. recent. dec. 93. nu. 53. & seq. 5. par. decis. 316. sub nu. 5. & 6. coram Canal. & in Romana Saluiani 24. Ianuarij 1650. §. quia non solum vers. ex eis coram R.P.D. meo Peutingero*, vnde vltrò sequitur quod aduersarius negare hodie non possit
12 qualitatem hanc hereditariam † quam eius author agnouit, & facto ipso approbauit *Odd. cons. 6. num. 30. Decian. cons. 78. nu. 41. lib. 3. Valasc. de Emphit. qu. 9. nu. 15. Rot. in Melcuitana Feudi 4. Decembris 1630. coram bo. me. Motmanno.*

Neque vrget, quod dictus Gabriel emptor aliam inuestituram pro se hæredibus, & successoribus quibuscunque obtinuerit, & ex ea possederit, quia hæc inuestitura non est
13 noua ex capite deuolutionis † antiquæ, quo casu transtulisset Castrum liberum ab hypothecis prædecessorum *iuxta decis. 86. par. 5. rec.*
14 sed emanauit † in venditionis factæ ab Alemanno executionem, & confirmationem omninò necessariam *Rosental. de feud. cap. 6. conclus. 32 num. 6. vbi glos. Litt. F. allegat. concord. Ludouic. Bell. cons. 1. numer. 60. Amadeus à Ponte inter tract. diuers. de Laudem. qu. 15. num. 3.* vt constat, tum quia paulò post venditionem emptor hoc nomine institit admitti ad iuramentum fidelitatis, & non obstante contradictione Aduocati fiscalis negantis potuisse vendi, eo quod inuestitura venditoris esset pactionata fuit ad iuramentum admissus, decretumque contextualiter, vt ei fieret inuestitura pro se, suisque hæredibus, & successoribus quibuscunque, imò in ipsa quoque supplicatione porrecta ab emptore pro inuestitura obtinenda ille petijt sibi tanquam emptori inuestituram concedi, & quartam partem Laudemij condonari. Tum etiam quia inuestituram concessere Iudices Cameræ Apostolicæ quibus inerat quidem potestas confirmandi alienationes factas in vim antiquæ inuestituræ hæreditariæ, non autem nouas inuestituras concedendi: adeo quod postrema hæc in-
15 uestitura cum famuletur † venditioni, cui inhæret *Surd. cons. 418. num. 11. & dec. 71. num. 9. Rot. decis. 104. num. 5. par. 2. diuers. decis. 114. num. 4. par. 1. recent.* & concedi emptori debuerit *Rot.*
16 *decis. 381. nu. 17. par. 5. recent* noua † vt dicebam non est *Rot. dec. 176. nu. 26. par. 5. recent. Dec. consil. 53. num. 4. vers. quinto quod feudum Menoch. consil. 400. num. 3. Surd. cons. 573. num. 25.* nec præiudicium intulit creditoribus venditoris *Rosental. de feud. cap. 6. conclus. 68. n. 1. & 2. Rot. dec. 176. num. 26. & 37. par. 5. recent.* cumque concessa
17 fuerit emptori † pro hæredibus, & successoribus quibuscunque, comprobat euidentius supra allegatam obseruantiam feudi hæreditarij, quodque tale prius fuisset etiam in persona venditoris, quia alias fieri hæreditarium
18 in persona † emptoris non potuisset absque beneplacito Sedis Apostolicæ *Curt. Iun. de feud. par. 2. qu. 6. Clar. in §. Emphiteusis qu. 6. vers. scias tamen Alex. cons. 9. num. 10. lib. 3. Rot. in Imolen. Bonorum 16. Nouembris 1617. §. tertio fuit dictum coram Card. Sacrato, & 15. Ianuarij 1622. §. 1. coram Remboldo.*

Altera exceptio extinctionis hypothecæ
19 mediante † datione in solutum cuiusdam Coloniæ sublata fuit in tribus præcedentibus decisionibus, quia nimirum non probatur, quod Colonia fuerit verè tradita, nec ad hunc effectum sufficit quod fuerit æstimata, sed requiritur actualis traditio *Asin. de execut. §. 4. cap. 50. nu. 4. & §. 7. cap. 263. in fin. Ciriac. contron. 327. num. 20. & seq. Ceph. con. 159. numer. 17. Corn. cons. 296. sub num. 12. ibi, ex ipsa datione in solutum verbo non actualiter facta lib. 1. Surd. decis. 51. numer. 20. & 21.* eaque non obstante
20 clausula *constituti*, † & facultate capiendi possessionem propria authoritate est probanda
21 ab allegante, licet secus sit † quando semel facta probatur, sed turbata postmodum, vel reuocata asseritur, in quibus terminis loquitur

tur Socc. cons. 15. num. 7. lib. 4. Alex. cons. 127. n. 5. vers. similiter lib. 5. & vtrumque casum distinguendo benè declarat, *Card. Mant. de tacit. lib. 5. tit. 1. num. 17.*

Præscriptio pariter cessat ex deductis in prioribus decisionibus stante interruptione,
22 & mala fide † inducta ex lite mota ac per
23 plures annos prosecuta post quã † cum nunquam fuerit ad fauorem rei conuenti terminata inchoari non potuit alia præscriptio decemnalis, quicquid sit in terminis, *stat. Vrbis*
24 *cap. 158. lib. 1.* † quod non inducit præscriptionem ex negligentia creditoris in petendo sed solutionis præsumptionem, quæ reuiuiscere potest ex die qua creditor iterum negligens sit & in his terminis, *loquitur ex aduerso allegata decis. 152. vers. tertius casus impress. post Fenson. ad stat. Vrb.*

Quæ tandem obijciebantur de nõ integra trasportatione actorum facile tolluntur, quia
25 scripturę, † quas deficere aduersarius prætendit nõ probantur productæ realiter vt debet ex allegatis, *ab Add. ad san. mem. Greg. XV. dec. 59. num. 10. Rot. dec. 67. num. 3. par. 4. tom. 2. rec. dec. 375. num. 23. coram D. Vrgellen.* quin contrarium præsumitur, quia nulla fit earum mentio in sententia, vbi omnes aliæ realiter productæ enunciantur, nec non quia rea-
26 liter productas fuisse integre trasportatas testatur Notarius actuarius, cui de hoc adhiberi fidem dixit *Rot. d. dec. 67. num. 7. par. 4. tom. 2. dec. 204. num. 14. & 15. par. 7. recent. & in Romana pecuniaria 23. Ianuarij 1632. coram Eminentissimo D. Cardinali Hieronymo Verospio*, siue de
27 hoc attestetur † in dorso extractus siue per scripturam separatam quia fides quam in hoc Rota solet adhibere Notarijs sic attestantibus non fundatur in tempore, & loco attestationis sed in legalitate personæ.

Qua propter confirmando vltimam decisionem causa hodie super eisdem posita iterum Rota censuit Francisco de Tertullis Domino della Roque dandam esse immissionem ex vtili Saluiano interdicto vtraquè parte informante

MONTIS CASSINEN. ATTENTATORVM.

Ven. 10. Februarij 1651.

ARGVMENTVM.

Inhibitio Rotalis quando est generaliter ac indeffinite concepta debet inhibitus ab omnibus actibus se abstinere, nec posset aliquos exercere sub prætextu continuationis, cum adhunc effectum sufficiat dubitari posse an aliqui sub ea comprehendantur adhoc vt teneatur recurrere ad Rotam pro declaratione. Assistentia Iuris pro Episcopo ex priuilegijs Apostolicis redditur turbida & irreleuans.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio Rotalis quod fuerit legitimè executa ex quibus probetur?*
2 *Attentata post Inhibitionem Rotalem veniunt reuocanda.*
3 *Attentata ne veniant reuocanda prætextu continuationis tenetur attentans præcedentem possessionem probare.*
4 *Possessio probatur ex mandato de manutenendo, quod sine possessione non conceditur.*
5 *Inhibitio quando est generaliter concepta tunc nequit inhibitus aliquos speciales actus exercere sub prætextu, quod sub ea non comprehenduntur, cum adhunc effectum sufficiat posse dubitari, vt recurrere teneatur ad Rotam pro declaratione.*
6 *Attentata non obstante continuatione possessionis adhuc reuocantur, quando causa reperitur commissa super continuatione & super illo actu particulari, ne iudicium reddatur elusorium.*
7 *Assistentia Iuris pro Episcopo redditur turbida & irreleuans ex priuilegijs Apostolicis, presertim si alius in possessione exercẽdi Iurisdictionem existit.*
8 *Inhibitio Rotalis siue iusta siue iniusta est timenda.*

DECISIO CCCCL.

Speciali commissione Signaturę Iustitię subrogatus vti successor bon. mem. Cantucci in causa & causis quæ inter Abbatem Monasterij Montis Cassinensis ex vna & Episcopum Marsicanum ex altera de & super iurisdictione monasterij Sanctorum Cosmi & Damiani Terræ Tagliacotij coram eodem Cantucio pendebant, & in quibus de anno 1587. emanauerat, decisio coram bon. mem. Robusterio declarans dicto Abbati dandum esse mandatum de manutenẽdo quo ad prefatum monasterium Monialium eaque successiue confirmata fuerat de anno 1589. coram bon. mem. Comitulo vt habetur inter eius decisiones impress. *dec. 83. num. 1. & seqq.* subrogatus inquam in statu & terminis quibus dictæ Causæ reperiuntur edidi iuxta formam commissionis huiusmodi solitam citationem cum inhibitione, quam sub die 18. Settembris proximèpreteriti presentatam
1 fuisse † Moderno Reuerendissimo Episcopo Marsicano deponit de visu, secundus testis formiter examinatus, cui accedentibus alijs de auditu nec nõ relatione illius qui citationem presentauit ac fide extraiudiciali pluriũ personarum data in sumario Abbatis *num. 5. & seqq.* plena fides adhibenda est, *Aym. consil. 178. nu. 7. Ces. de Grass. decis. 1. num. 2. de Sponsal. Rot. coram san. mem. Greg. XV. dec. 374. num. 22. vbi allegatur concordantes.*

Sed nichilominus vt ijdem testes & fides affirmant D. Episcopus ad plures actus Iurisdictionales in eadem Ecclesia Monialium
2 processit quos attentatos esse † ac propterea reuocandos particulari desuper dubio proposito hodie decisum fuit, cũ hic sit effectus Rotalis inhibitionis, *cap. non solum de appellat. in 6. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 2. num. 58. & limit. 5. num. 10. & cap. 12. limit. 40. num. 14.*

num.14. Rot.decis.75.num.8.& seqq. par.6. recent.

Neque Episcopo suffragatur prætextus
3 continuationis possessionis; † tùm quia non probat vt necesse est suam præcedentem possessionem, sine qua terminus continuationis aplicabilis non est, *Alex. cons.99. num.5.lib.5. Lancellot.de attent.par.2.cap.4.limit.1.num.79. & num.80. & seqq. Caualer.dec.615.num.3.Rot.dec. 196. num. 4. apud Moder. Perusinum de manuten.* imò ex supra memoratis decisionibus, coram Robusterio & Comitulo apparet quod
4 possessio Iurisdictionis est penès Abbatem, † alioquin enim illi dandam esse manutentionem decisum non fuisset, *Caualer.dec.217.n.2. dec.501. num.1. alijque relati à Moder.Perusino de manuten. obser. 29. numer.* 10. & quamuis eedem decisiones excipiant casus in quibus Concilium Tridentinum Episcopis tanquam Sedis Apostolicæ delegatis potestatē tribuit, non tamen in illis Episcopum possidere declarant, eosdemq; Modernus Episcopus excessit, cumque vigore commissionis subrogatoriæ mihi vt supra directę esset specialiter
5 inhibitus inhibitione indefinite concepta, † debuisset ab omnibus actibus abstinere esto quod dubitari posset an aliqui sub ea comprehenderentur, & pro declaratione recurrere ad Rotam, *vt fuit dictum in decis.74. nu.3. decis.124. in fin. par.1. recent. decis.102. num. 2. part.5. dec.76. num.3. & 4. par.6. decis.245.n.2. apud Moder. de manuten. & in Bononien. Iurisp. 28. Martij 1639. §. ad secundum coram me.*

Tùm etiam quia stante commissione subrogatoria in statu, & terminis quibus causa reperiebatur, (reperiebatur autem in specie vt ex dictis decisionibus Robusterij, & Comituli apparet super exercitio, & posses-
6 sione iurisdictionis) nec ipsa continuatio † possessionis licita fuisset absq; Iudicis authoritate ne alias iudicium reddatur elusorium, *Rip. in cap.cum M.Ferrariensis num.193. ante fin. vers. ad istud respondeo de const. Gabr. de acq. poss. conclus.6.num.17.Lancellot. de attent.par.2.cap.4. in præfat.numer.555. add. ad. san.mem.Greg.XV. dec.203. sub num.7.Rot. in Cesaraug. Distributionum seù attentatorum 17. February & 26. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Cerro, & in Sancti Seuerinæ Decimarum 1.Iulij 1650. coram R.P.D. meo Rojas.*

Minus suffragatur assistentia iuris com-
7 munis † fauore Episcopi infra limites suæ Diœcesis quale est monasterium de quo agitur, quia ex possessione Abbatis, & priuilegijs Apostolis cōcedentibus huic monasterio omnimodam exemptionem à iurisdictione Episcopi cum facultate suscipiendi Chrisma, Oleum Sanctum, consecrationes altarium, & Ordines Clericorum à quocumque Episcopo maluerint, ac prohibentibus nominatim Episcopo Marsorum ne in eamdem Ecclesiam vel eius Moniales, & Clericos aliquid iurisdictionis exerceat, redditur saltem turbida ideoque irreleuans, *cap. cum personæ de priuileg. in 6. Rot. inter recent. dec. 447. num. 5. in fin. decis.491.num.4.par.1.decis.546. num.3. & seqq. decis.566.numer.2.& seqq. part.5. & coram san.mem. Greg.XV. dec. 312. num.1.* & semper
8 vrget inhibitio Rotalis † quæ siue iusta siue iniusta timenda erat, & attentatum reddit quiquid postea Episcopus gessit, *Caputaq. dec.13.par.2.Ces. de Graff.dec.3.in fin.de appellat. Buratt. decis.131. num.3. ac decis.909. num.1.*

Et ita decisum informante solum Abbate quia D. Episcopus licet pluries citatus non comparuit.

CRACOVIEN. PRÆPOSITVRAE SANCTI FLORIANI.

Lun. 13. Februarij 1651.

ARGVMENTVM.

Attentata commissa à Procuratore afficiunt principalem si ipse sciuit illis non renunciauit, quinimò vtendo gestis per Procuratorem censetur illa ratificasse. Executores litterarum executorialium tenentur solum illas intimare partibus, non autem ob non paritionē ferre sententiā excomunicationis, cum id spectet ad Rotam. Sententia continens plura capita separata excessus in vno non influit in reliquis. Declaratoria euitari nequit sub prætextu quod fructus non sunt liquidi, quando reus nihil offert præuia obligatione soluendi residuum facta liquidatione quinimo solutionem impugnat, & pertinax parere recusat.

SVMMARIVM.

1 *Inbobedientia siue contumacia sequestro Rotali ex quibus probetur ad effectum decernendi declaratoriam?*

Declaratoria fertur quoties constat de positiua inobedientia ibidem.

2 *Inhibitio obtenta ab A. C. est nulla, & attentata pendente lite in Rota.*

3 *Auditor signaturæ priuatiue quod alios decernit supersessorias quando fit recursus ad signaturam.*

4 *Attentata commissa à Procuratore nocent principali non quidem, in vim mandati procuræ sed ratificationis resultantis, ex quo illis statim ac sciuit non renunciauit quinimo vsus fuit num.5.*

Inhibitio obtenta ab A. C. pendente lite in Rota à Procuratore causat attentata quo ad principalem, si illa vsus fuit producendo coram Iudice de partibus ibid. num.5.

6 *Terminus trium dierum ad parendum præfixus quo casu breuis reputari non debeat?*

7 *Verba sententiæ iuxta dispositionem Iuris interpetrationem recipiunt.*

8 *In iudicijs executiuis attendi non debet quid actor petat, sed quid Iudex decernit.*

9 *Executores litterarum executorialium solum tenentur illas partibus intimare, non tamen contra contumaces procedere possunt ad declaratoriam, cum id spectet ad Iudicem delegantem, qui illam ferr. fer decernit.*

10 *Sententia iniusta in vno capite substinetur quoad reliqua quando capita sunt separata.*

11 *Fructuum perceptio expossessione præsumitur.*
12 *Inobedientia exquibus inexcusabilis reddatur?*
31 *Declaratoria vt euitetur ob illiquiditatem fructuũ, debet aliquid solui cum oblatione soluendi residuum facta liquidatione si verò nihil reus soluit, sed pertinax persistit tunc fertur declaratoria non obstante illiquiditate fructuum perceptorum.*

DECISIO CCCCLI.

1 Sigismundi Grigerouicz positiua inhobedientia sequestro Rotali † ob quam aduersus eum ferendam esse declaratoriam decisum fuit die 12. Decembris proximè preteriti, quæstione hodie super eisdem renouata, visa est clara ex rationibus in decisione tunc extensa deductis, & signanter ex inhibitione A. C. à Sigismundo met præsentata sequestratori sub die 29. Iulij ad retardandã executionem sequestri, nec non appellatione à decreto sequestratoris interposita.

2 Attentata namque dicta inhibitio † causa in Rota pendente extorta, & dolosa erat sub colorato prætextu recursus ad signaturam Sanctissimi, quam ex datis in hodierno summario Sigismundi num. 2. apparet quod & si commissio proponenda in signatura esset in manibus Prælati Referendarij, Auditor ta-
3 men signaturæ, ad quem † superseßorias ex capite recursus ad signaturam concedere spectat, & coram quo procurator Sigismundi petierat superseßoriam aduersus Rotale sequestrum eam non concessit, vnde conuincitur apertissima calliditas non quidem procuratoris Curialis, qui mox exhibuit fidem ad probandum se fuisse inhibitionis ignarũ, sed aliorum qui in eadem fide fatentur se inhibitionem obtinuisse. Nec Sigismundus excusari potest eò quod ad illicita mandatũ non dederit, & inhibitionem bona fide obtentam crediderit, quam sciuit vel scire de-
4 buit non potuisse absq; vitio attentati † adiri alium Iudicem dum causa pendebat in Rota eique callide ab alijs gesta nocent, non quidem in vim mandati procurę, sed ratificationis resultantis tum ex quo inhibitioni statim ac sciuit non renunciauit vt aduertit, *Rota decis. 446. numer. 8. coram bon. mem. Buratt. & in Hispalen. Attentatorum 27. Februarij 1617. coram Sanctissimo D. Nostro Innocentio X. tunc nostri Ordinis Auditore relata ab add. ad san. mem. Greg. XV.*
5 *decis. 336. num. 15.* tùm ex inhibitionis vsu, † & productione coram sequestratore, *Felin. in cap. cum venerabilis, num. 22. de except. Franc. Ant. Costa cons. 32. num. 34. Mohed. decis. 1. de procurat. & in terminis declaratoriæ Rota in Valentina pensionis 31. Ianuarij 1600. coram bon. mem. Litta impress. apud Marches. de Commiss. tom. 1. fol. 1130. numer. 2. & in Cesaraugustana Beneficij de Linares. 27. Aprilis 1644. coram me.*

Appellatio quoque à decreto sequestratoris pertinacem inhobedientiam præsefert nõ obstante asserto excessu sequestratoris vel in assignando tantum terminum trium dierum cum iuxta formam sequestri duodecim assignari debuissent, vel in condemnando ad fructus ante sequestrum perceptos, vel in ferendo sententiam excommunicationis: nam quo ad primum animaduerterunt Domini quod terminus duodecim dierum non fuit in litteris sequestri assignatus Sigismundo reo conuento, sed ipsis sequestratoribus, ibi, *vosque præterea Iudices, & sequestratores prædictos requirimus, & monemus quatenus infra duodecim dierum spatium quorum quatuor pro prima, &c. prædictam Præposituram omnesque redditus, &c. sequestretis, &c.* quodquè cum litteræ executoriales sequestri Sigismundo citato exhibitę coram sequestratore, & admissę fuissent vsq; sub die 29. Iulij antecedentis, de quo tempore Sigismundus parere recusauerat sub clipeo supramemoratæ illicitæ inhibitionis, bene potuit sequestrator post duos, & amplius menses nempè sub die 11. Octobris ad executionem procedere præfixo tantum dicto
6 breui termino trium dierum † ne debitus effectus sequestri vlterius protraheretur; satisq; esse debet Sigismundo nedum duodecim dierum sed septuaginta, & amplius terminũ ad parendum habuisse vt ad propositũ ponderauit, *Felin. in cap. Ecclesia num. 19. vers. 2. limita de const. Put. decis. 4. de Iudic. Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 176. num. 6. vbi Add. litt. B allegat concordantes.*

Secundum obiectũ corruit ex facto quia sequestrator condemnauit simpliciter ad fructus perceptos, quod intelligendũ est de perceptis à die decreti sequestri interpetrando
7 verba † iuxta dispositionem iuris vt debet vt in terminis condemnationis ad fructus perceptos, *Vincen. de Franch. decis. 527. sub nu. 12. Capic. Latro decis. 25. sub num. 38. Rota decis. 66. sub num. 3. vers. non obstant par. 2. recent. & in Romana fideicommissi de Campagnolis 8. Februarij 1649. §. non obstat, coram R. P. D. meo Peutingero*; parumque refert quod petita fuerit condemnatio ad fructus perceptos anno præterito, quam petitio emanauit de mense Octobris quo respectu recollectę frumenti sequestrandi iam completę idem annus dici poterat præteritus, & in omnem euentum verba sequestratoris vt eius decretum substineatur potius à dispositione iuris quam actoris petitione interpetrationem recipiunt neque
8 in iudicijs executiuis † attendendum est quid actor petierit, sed quid Iudex decreuerit, *Alex. cons. 114. num. 6. lib. 6. Paris. cons. 131. nu. 14. lib. 1. Bellon. Iun. cons. 23. nu. 8. Surd. cons. 12. n. 74. & decis. 284. nu. 14. Rota coram san. me. Greg. XV. decis. 176. num. 2. & seqq.*

Tertium licet subsistat quia sequestrato-
9 res alijque executores in partibus deputati † debent quidem partibus intimarę litteras in Curia expeditas, & sibi directas, ad excomunicationem tamen contra contumaces procedere non possunt, cum id spectet ad Iudicem delegantem, qui seruatis de iure seruandis ad declaratoriam procedet vt declarat, *Vestr. in praxi lib. 8. cap. vlt. sub num. 16. vers. & quamuis Iudex Guttier. Canon. quæst. lib. 1. cap. 4. num. 28. & 29. Rota apud Cassad. decis. 6. num. 10. de Caus. poss. & propr. decis. 283. num. 1. & 2. inter impress.*

impress. post. cons. Farinac. & in Auenionen. decimarum 2. Maij 1644. coram R. P. D. meo Peutingerio; nõ ideò tamen Sigismundus excusatur à paritione sequestri in reliquis, præsertim quia ex ipsius sumario num. 1. apparet excomunicationis sententiam à sequestratore fuisse latam per capitulum separatum, ibi, *alioquin*
10 *si secus fecerit, &c.* tunc enim sustinetur † decretũ in alijs capitibus, quamuis in illo iniustum, & excessiuum esset, *l. quædam mulier ff. famil. Ercisc. l. fin. ff. Iurepatr. Bald. in l. in hoc iudicio num. 1. ff. famil. Ercisc. & in l. 2. num. 6. Cod. re iudic. Rot. decis. 33. num. 9. par. 2. diuers. cum alijs allegatis ab Add. ad Buratt. decis. 29. numer. 17. & decis. 308. num. 11. & 15.*

Qua propter appellatio interposita à toto decreto, & contumacia in restituendo fructus qua Sigismundus post decretum seque-
11 stri quia possidebat † percepisse præsumitur *Seraph. decis. 1245. num. 6. Greg. XV. decis. 50. nu. 2.*
12 *ibique add. n. 5.* inexcusabilem inobedientiam † demonstrat; maximè postquam à censuris sequestratoris absolutus fuerat à Reuerẽdiss. Nuntio Apostolico in Regno Poloniæ *Buratt. decis. 95. sub num. 7.* itàut nec allegare valeat
13 quod fructus non essent liquidati † quia id suffragatur soluenti partem, & offerenti solutionem residui facta liquidatione, non autem ei qui negat soluere, & ne soluat omnem lapidem mouit *Rota in Dertusen. Decimarum coram Cardinali Lugdunensi impress. apud Marches. de Commiss. tom. 1. fol. 675. num. 2. in Hispalen. Decimarum 19. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Meltio, & in Toletana Decimarum 3. Aprilis 1649. coram eodem*: pro vt mouit Sigismundus objiciendo in primis inhibitionem, deinde appellando, ac nuperrime petendo à Signatura Iustitiæ suspensiuam appellationem à decreto Rotali sequestri, quam Signatura denegauit iunctis alijs actibus in prima decisione recensitis.

Gratis verò dicitur sequestrum iam habuisse suum pacificum effectum, quia nullibi probatur quod Sigismundus fructus à se perceptos tradiderit sequestratori, imò nec hodie tradit, licet eius procurator absq; speciali mandato ad id requisito paritionem sequestri speciosis verbis offerat. Vnde cum non agatur de substinenda excomunicatione lata à sequestratore, à qua pars cõsensit quod Sigismundus absoluatur, sed de concedenda noua declaratoria, illam præuia absolutione à dicta excomunicatione sequestratoris concedendam esse Domini censuerunt nisi infra mensem Sigismundus cum effectu paruerit assignando illi hunc terminum vt euitare possit declaratoriæ pœnam actuali sincera, & integra infra eum paritione.

Et ità in decisis perstiterunt vtraque parte informante.

PORTVEN. AFFICTVS.

Lunæ 27. Februarij 1651.

ARGVMENTVM.

Successor non tenetur stare scripturæ moderatoriæ contra pacta locationis factæ à Prælato prædecessore quoties ab eo causam non habet sed successit in Ecclesia per vacationem; Et quamuis hæc conclusio limitetur, quando resultat vtilitas Ecclesiæ ex augumento affictus, quodque expensæ culturæ iam erant factæ ante cõtradictionem successoris; nihilominus limitatio procedit quando vtilitas ex augumento resultans respicit ipsam Ecclesiam, non autem commodum Prælati, & nõ agitur de locatione perpetua, sed tantum de temporali, & quoad expensas vt intret æquitas fauore conductoris contra successorem oportet illas esse factas saltim pro maiori parte, & adhunc effectum valde interest an expensæ sint factæ ante vacationem Ecclesiæ, vel ea vacante an verò post adeptam possessionem à successore, & contra formam pacti adiecti in Instrumento prædecessoris, vt latè declaratur in decisione. Reliqua circa consuetudinem faciendi huiusmodi conuentiones moderatorias nec non ratificationem successoris elicitam ex perceptione affictus desume ex Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus antecessor non potest obligare successorem vt stare teneatur locationi à se factæ cum ipse habeat ius temporale in fructibus, & successor ab eo causam non habet.*

2 *Amplia quamuis locatio esset facta nomine Ecclesiæ vel successoris.*

3 *Nulla habita distinctione an Ecclesia vacet per locatoris obitum seu dimissionem occasione optionis ad aliam Ecclesiam, quia vtroque casu militat eadem ratio.*

4 *Successor tenetur stare locationi factæ à prædecessore quando est vtilis Ecclesiæ propter augumentum affictus Declara numer. 6. & seqq.*

5 *Item stare tenetur si tempore quo successor contradixit iam erant facta pro maiori parte impensa culturæ, quo casu æquitas poscit vt maneat locatio donec fructus colligantur Declara numer. 14. & seqq.*

6 *Successor tenetur stare locationi factæ à prædecessore quando contractus est vtilis Ecclesiæ resultans ex augumento affictus, & agitur de locatione perpetua, & tale augumentum erogari debet pro illius necessitatibus seu meliorationibus bonorum.*

7 *Secus in locatione temporali, & in qua conuentum non fuit affictus esse erogandos in vtilitatem Ecclesiæ, sed quod illi soluantur locatori, & ex quibus vtilitas potius locatoris, quam Ecclesiæ resultet? num. 8. & num. 12.*

9 *Successor non tenetur stare locationi factæ à prædecessore si locator vertit affictus in vtilitatem bursalem.*

10 *Locatio non dicitur facta pro vtilitate Ecclesiæ si*

conuentum fuit, vt ipse Prælatus pensiones percipiat.

11 *Conductor bonorum Ecclesiæ probare tenetur affictus fuisse versos in vtilitatem Ecclesiæ adhoc, vt successor stare teneatur locationi factæ à Prædecessore.*

13 *Terræ exfructuantur illas serendo quolibet anno.*

14 *Successor vt stare teneatur locationi propter expensas factas à Colono ex quadam æquitate oportet illas esse factas saltim pro maiori parte ac terras fuisse seminatas.*

15 *Et adhunc effectum valde interest an expensæ factæ sint ante vacationem Ecclesiæ, vel ea vacante, & an post adeptam possessionem à successore, & contra formam pacti adiecti à prædecessore? de quibus num. 16. 17. & 18.*

19 *Successor tenetur stare locationi factæ à Prædecessore habente administrationem, & concurrit etiam consuetudo.*

20 *Consuetudo adhunc effectum est probanda in specie casus de quo agitur.*

21 *Consuetudo particularis excluditur ex actu contrario.*

22 *Consuetudo siue obseruantia particularis semper attendi debet.*

23 *Socius potest inuito consocio rem communem pro indiuiso possessam locare.*

24 *Intellige dummodo locatio fiat iuxta solitum, ac vtiliter, alias secus.*

25 *Successor non censetur conuentionem moderatoriam contra formam pacti initi in instrumento locationis factæ à Prædecessore ratificasse ex quo affictus percepit, si non constat talis conuentionis scientiam habuisse.*

Ratificatio non inducitur nisi scientia actus ratificandi concurrat ibidem.

26 *Consensus non trahitur ad ignorata.*

27 *Ignorantia facti non secum gesti præsumitur.*

28 *Ratificatio excluditur ex subsequuta contradictione.*

29 *Successor tenetur seruare conuentionem moderatoriam concessam à Prædecessore in executionem pacti ante & post locationem conuenti, & sine qua conductor tantam pensionem non erat soluturus, & num. 30.*

31 *Contractus non potest pro parte approbari, & pro parte reprobari.*

32 *Pactum simulatum in Instrumento adiectum attendi non debet, & habetur pro non apposito ex regula plus valere quod agitur, quam quod simulate concipitur.*

33 *Correspectiuitas considerata in contractu ligat tantum contrahentes, & habentes causam ab eo non autem tertium, & num. 34.*

35 *Successor in beneficio adeffectum ne ligari possit contractu Prædecessoris reputatur vti tertius, quia in eius persona non continuat præcedens contractus qui ipso iure per extinctionem iuris Prædecessoris expirauit.*

36 *Ratificatio contractus locationis facta à Prædecessore quoad successorem resultans ex perceptione affictus non trahitur ad ignorata, sed ad limites Instrumenti locationis restringi debet.*

37 *Locatio facta à Prædecessore an valeat pro parte acceptari, & pro parte reprobari à successore?*

38 *Amplia quamuis conductor alias non fuisset conducturus, & adeò pinguem pensionem promissurus.*

39 *Conductor mortuo locatore præcauere sibi debet stipulando cum successore obseruantiam locationis.*

40 *Conductor quemadmodum cogi nequit à successore ad continuandum in locatione facta ab antecessore ità licitũ est successori in locatione non continuare, & late num. 42.*

41 *Contrahens cum procuratore iuxta formam publici Instrumenti mandati obligat Dominum, quamuis per aliam scripturam priuatam mandatum reuocatum fuerit, & dereuocatione ab initio conuentum per scripturam priuatam, nisi talis reuocatio denuncietur.*

43 *Regula plus valere quod agitur quam quod simulate concipitur militat inter contrahentes, & admittitur etiam contra successorem quando ex contractu antecessoris obligatus remanet.*

44 *Secus si obligatio oritur ex proprio consensu præstito super contentis in Instrumento, quia ad ea tantum restringitur, non autem ad ea quæ cum antecessore fuerunt acta, & à successore ignorata.*

45 *Simulatio allegari nequit quando adest iuramentum super veritate contentorum in Instrumento.*

DECISIO CCCCLII.

NEque ex vi contractus, neque ex vi ratificationis apoca moderatoria prohibitionis serendi bona locata vltimo anno affictus in instrumento præcedenti contentæ affici Eminentissimum Dominum Cardinalem Romam, in Episcopatu Portuensi successorem Eminentissimi Domini Cardinalis Lantes locatoris iterum hodie decisum fuit causa super eisdem posita.

Defuit nanque præcessori potestas obli-
1 gandi † Colono successorem quippe ille tẽporale dumtaxat ius habebat in fructibus donec viueret, nec successor habet ab eo causam aut trasmissionem, sed successit per viam priuationis, quia corruptio antecessoris fuit generatio successoris ex natura ordinis, & nouę creationis non ex potestate trasfusionis vt per hoc verba tradit in his terminis, *Bald. in l. emptorem num. 3. Cod. locat. & conduct. Morla in Empor. eod. tit. num. 21. Petr. Barbos. in l. si filio familias 26. §. fin. num. 18. & 19. vbi in vers.*
2 quinimo hoc ampliat quamuis † præcessor locasset nomine Ecclesiæ vel successoris, *ff. solu matr. Rot. decis. 60. num. 5. par. 4. tom. 2. recent. cum alys allegatis in prima decisione §. nec obstat;*
3 nulla adhibita distinctione † an beneficium vacet per locatoris obitum seu dimissionem occasione optionis vt in casu nostro vacauit Ecclesia Portuensis, quia vtroque casu militat eadem ratio vt in terminis optionis aduertit, *Guttier. Canon. quæst. lib. 1. cap. 36. num. 24.*

4 Gratisq; dicitur successorem teneri stare † apocæ præfatæ, vel quia sit vtilis Ecclesiæ ob augumentum affictus ab ea moderatione resultans ad tradita per *Anchar. cons. 1 22. in princ. Gratian. dec. Marches. 99. nu. 17. Rot. penès Seraph. decis. 1125. sub num. 3. vers. tertio quia, & inter recent. decis. 50. sub nu. 2. vers. & tanto magis par. 3.*
5 vel quia cum tempore † quo contradixit successor, factæ iam essent à Colono expensæ culturę, poscit æquitas vt maneat locatio do-

nec fructus colligantur *Caualcan. dec.44. n.32. par.1. cum alijs alleg. in prima decis.§. limitationes.*

Negatur enim augumentum affictus, cum imò in antecedentibus locationibus maior pensio fuerit ab affictuarijs soluta, & quatenus admitteretur redderet quidem contractũ
6 vtilem † Ecclesiæ si ageretur de locatione perpetua seu Emphitheusi aut illud pro necessitatibus Ecclesiæ seu eius bonorum meliorationibus expendi debuisset vel adessent alia pacta, & conditiones ad fauorem Ecclesiæ in quibus terminis loquuntur allegati in
7 obiecto, secus in locatione temporali, † & in qua conuentum non fuit quod in vtilitatem Ecclesiæ affictus erogentur, sed quod soluantur simpliciter ipsi locatori vt in puncto ponderat, *Gemin. cons.17. sub num.10. vers. sed quantum*, vbi ait quod si conductor pro-
8 misit † (vt in casu nostro) soluere affictus Romæ, inde apparet non fuisse conuentum vt in vtilitatem Ecclesiæ expendantur, *Bald. cons.457. sub num.2.* vbi, loquitur in terminis locationis factæ ab Episcopo præcessore, &
9 in vers. aut in vtilitatem ait quod si locator † vertit affictus in vtilitatem bursalem suam, non tenetur successor stare locationi, *lib. 1. Alex.cons.160. sub num.4.* vbi, quod non dici-
10 tur locatio † facta pro vtilitate Ecclesiæ si conuentum fuit vt ipse Prælatus pensiones percipiat *lib. 6. Redoan. de reb. Eccl. non alien. quæst.57. numer.26. & 88. probus ad Monach. in cap.1. num.26. & 27.* vbi, quod conductor pro-
11 bare debet † pecuniam fuisse versam in vtilitatem Ecclesiæ *de reb.Eccles.non alien.in 6. Cardinal Mant. decis.186.num.1.* ibi, itàut fructus ad ipsam pertineant non ad Ecclesiam.
12 Eoque minus augumentum affictus † tendit in vtilitatem Ecclesiæ si vt exaduerso asseritur promissum fuit contemplatione apocæ moderatoriæ prohibitionis serendi in vltimo anno, quia per eam moderationem
13 Ecclesiæ damnũ infertur eò quod sic terræ † exfructantur in sequentibus annis vt probat *tex.in l.& hæc distinctio §.cum fundum ibique Bart. num.3. ff. locat. Ioseph. Ludouic. dec. Perusina 62. num.1. & 2. Mart.voto 149.num.2. & 3. Vincen. de Franc. decis.96. num.1. vers. & similiter.*

Negatur pariter fuisse ante contradictionẽ successoris factas à Colonis nisi modicas expensas, vt patet quia postea petierunt, & obtinuerunt ab A. C. corã quo causa hæc tunc pendebat prouisionalem licentiam arandi, & serendi ad effectum verò vt propter expen-
14 sas factas † intret æquitas fauore Coloni cõtra successorem in beneficio oportet illas esse factas saltem pro maiori parte ac terras fuisse seminatas, *Bald. in l. emptorem sub nu.11.* ibi, *fecit multas expensas,* & ibi, *ex quo seminauit metet Cod. locat. Grat. discept. 606.num.9. & 17. Ossasc. decis.82. sub num.10. vers. aut agi,* vbi supponit fructus iam esse pendentes, & breui colligendos, *Caualcan. decis.44. sub nu. 32 vers. nam si, & num.33. par.1. Surd. decis.52.num.11. in fin. & num.12. Neguz. quæst. 87. num.10.* ibi, ad annum inchoatum pro quo iam est facta impensa necessaria in arando, & serendo, *Rot.decis. 120. num. 7.* ibi, nisi terræ fuissent satæ, & fructus pendentes de proximo colligendi apud *Pacif. de Salu. & in Tiburtina affictus 19. Iunij 1648. §. tum quia*, vbi, fuit hoc fundamentum reiectum, & responsum contra Colonum quia nõ agebatur de agris cultis ac satis illius opera, & impensa, coram *R. P. D. meo Corrado.*

15 Et præterea valde interest † an expensę factæ fuerint ante vacationem Ecclesiæ vel ea vacante an verò post adeptam possessionem à successore, & contra formam pacti adiecti in instrumento præcessoris quia secundo ca-
16 su retorquetur æquitas † aduersus contrauenientem pacto, *l.1. l. iurisgentium §. sed si fraudandi vers. iniquum ff. de pact. l. 1. ff. Const. pec. August. Barbos. in collect. ad l. si de fundo 15. n.2. Cod. locat. & conduct. Bero. cons.155.nu.32.lib.1.*
17 ac expendentem † scienter in solo alieno inuito domino, *§. si Titius circa fin. iuncto §. certè ibique Gloss. verb. edificauerit vers. si verò Inst. de rer. diuis. l. adeò §. ex diuerso ff. acq. rer.domin. l. Iulianus 38. ff. rei vindic. l. domum Cod.eod.tit. Ioannes Harpprecthus in §. ex diuerso num. 31. & seqq. Inst. de rer. diuis. Surd. cons.115. numer.16. Rot. in Rom.fideicommissi de Spiritibus 12.Decembris 1644. §. & quatenus, & §. seq. coram me,* vnde inherendum est consensui successoris re-
18 sultanti † ex tacita permissione, & acquiescentia quod Colonus expenderet, *Bero. cons. 152. num.12. & 13. lib.1.* quæ acquiescentia hic non adest quia Dominus Cardinalis statim ac sciuit Colonos *velle* serere contradixit, & apocæ moderatoriæ notitiam non habuit.
19 Minus vrget asserta consuetudo † similes apocas moderatorias conficiendi ex qua teneri successorem stare locationi factæ à Prælato præcessore habente administrationem voluit *post Innoc. & Abb. in cap. fin. ne Prælat. vices suas Purpur. cons.424.numer.8. in fin. lib. 2. Bonaccin. de contract. quæst.7.punct. vlt. sub n.10.*
20 *vers. hoc tamen*, quia talis consuetudo † non probatur in Casali Portuensi vt debet, *Natt. cons.575. num.15. Surd. cons.354. numer.26. Rot. decis.537.numer.15.par.4. tom.3. recent. & coram san. mem. Greg.XV. decis.45. numer.6. ibique add. numer.1.* quin è conuerso constat illud fuisse prius maiori etiam pensione absque facultate in vltimo anno serẽdi locatum quod exclu-
21 dit † specialem consuetudinem in hoc Casali quamuis semel tantum contigisset, *Cagnol. in l. semper in stipulationibus 34. num.12. ff. reg.Iur. Bero.cons.5.numer.23. lib. 1. Rot. coram san.mem. Greg.XV decis.162.num.9. ibique add. numer. 15.*
22 efficitque † vt attendi debeat particularis hęc obseruantia iuxta, *Gloss. in cap. super eo verb. vicinis vers. contraria verò de Censib. Bart. in l. 2. sub num.41. Cod. quæ sit long.consuet.cum alijs allegatis in Bononien. legati de Marescottis 14. Iunij 1627. coram bon. mem. Merlino, & in Hispalen. decimarum 26.Iunij 1647. coram R.P.D. meo Corrado*, non attento quod nouissime Dominus Cardinalis locauerit cum simili facultate, quia non locauit totum Casale, facultatem concessit in ipso instrumento locationis, & solum

ſolum promodica quantitate decem rubro-
rum nullumque præcedebat pactum prohi-
bitoriũ, quin inde magis dignoſcitur damnũ
quod Eccleſiæ reſultauit ex apoca cuius vi-
gore Aduerſarij in vltimo anno terras ſerue-
runt, quia id alijs præbuit anſam eamdem
facultatem petendi, & adeò terras exfructa-
uit vt ſine illa vix reperiri potuerit conductor
partis Caſalis.

Atque hinc nec apoca robur accipit ex
perſonis Dominorum Canonicorum Sancti
Petri, qui cum ſint Domini Epiſcopi Portu-
enſis in iſto Caſali conſortes, potuerunt fa-
cultatem ferendi concedere, & rem com-
23 munem pro indiuiſo poſſeſſam † locare etiã
inuito Domino Epiſcopo conſocio, *Bart. in l. & hæc diſtinctio 38. §. vlt. num. 2. ff. locat. Ruin. conſil. 143. numer. 19. & 20. lib. 5.* dicens hoc
etiam admitti cõtra Eccleſiam *Aym. conſ. 692. num. 10. latè Surd. conſ. 43. num. 8. & ſeq.* Quia
24 obiectum procedit dummodo † locatio fiat
iuxta ſolitum ac vtiliter, ſecus alias *Bald. in l. 1. ſub num. 8. in fin. & ſeq. vbi etiam Dec. nu. 2. Cod. qui teſtam. facer. poſſ. Alex. in l. ſerui electione §. labeo nu. 3. ff. legat. 1. Felic. de Societ. cap. 28. ſub nu. 16. verſ. non alterando Gratian. diſcept. 752. num. 14. & 15. & num. 20. Rot. deciſ. 692. num. 6. par. 1. recent.* At in caſu noſtro facultas hæc fe-
rendi non probatur hactenus ſolita concedi
in Caſali Portuenſi nec vtilis eſt Eccleſiæ,
imò damnoſa vt demoſtratum fuit ſupra
in §. eoque minus.

Ex vi quoq; ratificationis eductæ eo quod
Dominus Cardinalis ſucceſſor pẽſiones exe-
git, illum apoca non afficit, quia exegit vi-
gore inſtrumenti publici ſibi noti, neque
25 exaduerſo docetur, quod apocæ ſpecificam,
& certam ſcientiam habuerit, vt ad effectum
ratificationis inducendæ requiri dixit in ter-
minis locationis, *Neguſ. quæſt. 203. numer. 25. Grat. diſcep. 752. numer. 16. & ſeqq. Auguſtinus Barboſ. in Collect. ad l. legem 16. numer. 11.* vbi
loquitur in puncto ſucceſſoris, *Cod. locat. & cond. vltra Seraphin. & Put. loc. allegatis in prima*
26 *deciſione §. pariter.* Conſenſus enim † non
27 trahitur ad ignorata, & ignorantia † præſu-
mitur facti non ſecum geſti maximè quia
28 Dominus Cardinalis vbi ſciuit † illico con-
tradixit vt benè ponderat *Oſaſc. deciſ. 101. ſub numer. 22. verſ. in caſu noſtro Rot. Bononien. apud Camuncul. deciſ. 49. num. 14.* & quia eius egregia
virtus ac dignitas Eminentiſſima confictæ
ignorantiæ ſuſpicionem omnem eliminat.

Non obſtat quod facultas ferendi contenta
29 in apoca vti cõceſſa in executionem pacti †
tùm ante, tùm in ipſo actu celebrationis in-
ſtrumenti inter partes conuenti, & ſine quo
affictuarij ſe nolle contrahere declarauerant
tantamque penſionem non ſoluiſſent, ſit pars
ipſius inſtrumenti, eique ineſſe dicatur *Gabr. conſ. 58. num. 14. lib. 1. ac alij relati ab add. ad Surd.*
30 *deciſ. 308. num. 3.* & propterea ſucceſſor † te-
neatur ſaltem cauſatiue eam facultatem ſer-
uare quatenus ſcilicet vti velit inſtrumento
ac locationis contractu, quem in parte ap-
31 probare † & pro altera parte reprobare non
poteſt vt tradit *Bald. ac alij allegati in prima deciſ. §. non obſtat*, vel in omnem euentum quia
pactum prohibitorium ferendi fuit in inſtru-
mento appoſitum ſimulate animo illud ret-
32 laxandi habeatur pro non appoſito, † & po-
tius attendi debeat hic animus quam quod
in inſtrumento ſcriptum fuit itaut Dominus
Cardinalis ſucceſſor pacto prohibitorio hu-
iuſmodi vti nullatenus valeat ac ſi appoſitum
non fuiſſet iuxta regulam plus valere quod
agitur, quam quod ſimulate concipitur de
qua *tot. tit. Cod. plus valer. quod agitur Iaſ. in l. cum ea num. 8. Cod. tranſact. Becc. conſ. 52. num. 35. & ſeqq. Rot. deciſ. 9. num. 1. par. 3. recent.*

Præter quod enim ſuppoſitum præceden-
tis pacti conficiendi apocam moderatoriam
ac ſimulationis educitur ſolum ex articulis
habitis pro confeſſatis ſine veri præiudicio,
qui proindenon probant fauore articulantiũ.
Reſpondetur ad primum obiectum quod ad-
33 miſſa etiam correſpectiuitate † apocę, & in-
ſtrumẽti, ad obſeruantiã apocę ac ſi pars in-
ſtrumenti eſſet actione veteri ipſius contra-
ctus vel nouæ productæ ex apoca ob cohe-
rentiam contractus veſtita vt per Doctores in
l. petens C. pact. & in l. lecta ff. ſi cer. pet. ac Doffred. inter quæſt. diuerſ. quæſt. 14. n. 2. latè Oliban. de act. tom. 1. lib. 2. ad §. actionum autem num. 35. & ſeqq.
34 compelli quidẽ poſſent ipſi contrahentes, †
& habentes cauſam ab eis, non autem tertius
35 qualis dicitur † ſucceſſor in beneficio ex
alleg. per Capic. Galeott. controu. Iur. lib. 1. controu. 17. nu. 41. qui ex nouo prorſus iure ac titulo
ſucceſſit, nam in illius perſona non conti-
nuat præcedens contractus, quippe per ex-
tinctionem iuris anteceſſoris ipſo iure expi-
rauerat, ſed nouus ipſius ſucceſſoris conſen-
ſu interueniente creatur mediante tacita ra-
36 tificatione † perceptioni affictus implicita
quæ extendi non poteſt vltra limites eiuſdẽ
conſenſus ad apocam ignoratam, ſed eatenus
conſentientem obligat quatenus verba in-
ſtrumenti cui adheret vel factum ipſum per-
ceptionis affictus neceſſario importat, & non
vltra; præſertim quia apoca non eſt facta
nomine ſucceſſoris vt in puncto ad obiectũ
37 quod locatio anteceſſoris † non poſſit à ſuc-
ceſſore acceptari pro parte, & pro parte re-
probari reſpondit *Surd. deciſ. 33. ſub nu. 9. verſ. & prædictorum, & ſub num. 12. verſ. & non obſtat, & ſeqq. per tot. & conſ. 183. num. 32.* quem ſequi-
tur *Grat. diſcept. 37. num. 19. Scappuccinus de ſingul. ſucceſſ. ampliat. 15. num. 4. & ſeqq. qui numer. 7. & ſeqq. poſt Guttier. pratic. qu. lib. 1. cap. 36. nu. 15.*
38 ſubdit id procedere quamuis † conductor
alias non fuiſſet conducturus & adeò pinguẽ
penſionem promiſſurus quia vt ait *Guttier. dicto num. 15. infrà med. verſ. ea potiſſimum*, ſibi
39 imputare debet conductor † ſi à principio
ſtatim mortuo locatore ſibi non præcauit ſti-
pulando cum ſucceſſore obſeruantiam apo-
cæ, ſic etiam *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 21. num. 9. & 10. facit Ceph. conſ. 181. num. 22. in fin.*
40 neque conductor dolere poteſt † id licere
ſucceſſori, cum & ipſe potuiſſet in ſucceſſo-
ris præiudiciũ recedere à contentis in apoca,

Couarr.

Couarr.var.resol.lib.2.cap.15.sub num.6.Gratian. discept.606.num.13.& seqq.Surd.decis.52.num.9. & 10. cum alijs relatis à Moder.Carpen.controuer. Iur.lib.1.cap.93.num.23.& ab add. ad Buratt.decis.482.num.19.

Et sanè diuinare successor nõ potuit, quod Aduersarij haberent apocam priuatam reuocatoriam prohibitionis in Instrumento appositæ, & consentiendo locationi apparenti ex publico Instrumento ad ibidem contenta obligauit conductores quamuis reuocata fuissent per scripturam priuatam, quæ ignorabatur, vt in simili dicimus, quod contrha-
41 ens cum Procuratore † iuxtà formam publici Instrumenti mandati obligat Dominum & si ab eo per aliam scripturam priuatam mandatum reuocatum fuerit esto quod de reuocatione huiusmodi facienda fuisset inter mandantem, & mandatarium ab initio conuentum, nisi illa denuncietur *cap.mandato, & ibi gloss.verb.à Domino reuocato de procur.Bald.in l.vnica num.6.C.satisd.Casanatt.cons.9.numer.31. Parlad.rer.quotid.lib.2.cap.fin.par.5.§.17.num.3. Giurb.decis.79.sub num.20.alyque relati ab add.ad Buratt decis.723.num.12.& seqq.* idque ne successor in beneficio,seu contrahens cum Procuratore reuocato decipiatur, & ad imparia
42 iudicetur † vt contingere posset, quia successor cum apocæ priuatæ esset ignarus, eaque maneret in manibus coloni,qui poterat ad libitum illam occultare cogere non valeret colonum ad apocæ obseruantiã ad quam e conuerso esset semper in potestate coloni cogere successorem,quod ferendum non est vt in terminis locationis *Aym.cons.70.n.1.Buratt.decis.295.nu.12.* sicut igitur licitum esset colono approbare instrumentum, & non apocam quamuis Instrumento correspectiuã quatenus faueret successori ita è conuerso.

Simili responsione tollitur aliud obiectum
43 ex regula plus valere quod agitur † quam quod simulatè concipitur, quia illa militat inter contrahentes, & admitteretur quoque contra successorem,si ex contractu prædecessoris obligaretur ex vi contractus, quia verò non obligatur nisi ex vi proprij consensus
44 qui † præstitus fuit super scriptis, & apparentibus in Instrumento, ea quo ad successorem attendi debent, non autem quod cum prædecessore verè actum fuit, & successori notum non est vt in proximis terminis benissimè dictam regulam declarando ratiocinatur & comprobat *Io. Franc. à Ponte cons.45.nu.18. & seqq.lib.2.*vbi ideò firmat quod si contrhahentes super feudo vnum simulatè ponant in Instrumento, & aliud re vera inter se agant consensus Domini directi Instrumento accedens referri solùm ad id, quod in instrumento simulatè scriptum est nõ ad id, quod inter partes verè actum fuit, eumque secuta est *Rota in Rossanen. Decimarum* 18. *Iunij* 1642. *§.nec opus in fin. coram Me*, semperque obstat
45 Aduersarijs iuramentum † super veritate contentorum in Instrumento interpositum ne simulationem allegare possint *ex alleg. in prima decis.§.Tandem,*quibus additur *Ruginell. pract.quæst.cap.9.n.9*

Ex quibus, & alijs in prima decisione deductis illam Domini confirmando iterùm censuerunt vtraque parte informante non licuisse affictuarijs in vltimo anno serere obstante pacto prohibitorio instrumenti reseruato, quod particulariter videatur de deductionibus prætensis ab Affictuarijs, vt seruatum fuit *in Romana de Naris* 23. *Iunij* 1600.*coram Penia inter eius impress.decis.*677.

CALAGVRITANA BENEFICII DE ENTRENA.

Veneris 3. *Martij* 1651.

ARGVMENTVM.

Appellatio datur à decreto Ordinarij approbante relationem examinatorum, in qua omnes oppositores æqualitèr renunciantur habiles ad beneficia simplicia, siuè Curata ea ratione quia cum vnus tantum ex motu proprio Clementis VIII. si habilis renuncietur debeat à Beneficiatis præsentari, & ab ordinario institui dum omnes habiles renũciantur,cessat necessitas illum solum præsentandi vnde oritur grauamen resultãs ex æqali approbatione omnium. Et tale decretum non potest dici diffinitiuum, sed interlocutorium vim habens diffinitiuæ, & quando causet attentata declaratur in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio datur à decreto Ordinarij approbante relationem examinatorum quando fuit iudicialitèr processum.*

2 *Non attento, an appellatio fuerit interposita ab ipsa relatione, vel à decreto eam approbante quãdo vtrumque eadem die emanauit, nec prius relationis notitiam appellans habuit.*

3 *Appellatio an detur à decreto approbante relationem examinatorum attendi debet, an fuerit necne iudicialitèr, vel extraiudicialitèr processum, & illatum grauamen,quod consideratur quando vnus tantũ debebat habilis renunciari,& omnes æqualitèr renunciantur num.4.& seqq.*

5 *Motus proprius Clementis VIII. super prouisione Beneficiorum Diæcesis Calaguritanæ mandat, quod si vnus tantum ab Examinatoribus sit approbatus illum Beneficiati Episcopo præsentent.*

6 *Habens ius ad rem necessariò præsentari debet.*

7 *Appellatio datur à mala relatione Examinatorum etiam quando omnes oppositores æqualitèr habiles renunciantur, siue ad simplicia, siue ad curata, & num.9.*

8 Decisio 591. par.1.recent. *declaratur, & numer.*18.

10 *Decretum approbans relationem examinatorum nõ potest dici diffinitiuum, quia aliud decretum super collatione post se expectat,sed interlocutorium habens vim diffinitiuæ.*

11 *Decretum interlocutorium habens vim diffinitiuæ appellabile est æquè, ac diffinitiuum.*

12 *Differt tamen in hoc ad effectum vt gesta infrà dece n-*

ecendium, & ante appellationem interpositam sint attentata. Gesta enim post diffinitiuam sunt attentata secus post interlocutorium habens vim diffinitiuæ nam paria non sunt esse appellatum, & esse infrà terminum ad appellandum, & redditur ratio num. 13.

14 *Appellatio licet de Iure Canonico detur à decreto interlocutorio illa non suspendit iurisdictionẽ Iudicis à quo.*

15 *Appellatio à decreto interlocutorio nõ solet admitti à Signatura Iustitiæ, nisi præuia discussione grauaminis, ac meritorum.*

16 *Signatura simplicitèr appellationem admittens à decreto interlocutorio declarat implicitè decretum fuisse ab initio appellabile etiam ad effectum suspensiuum.*

17 *Signatura simpliciter appellationem admittens reddit vi retrotractionis ad diem decreti, siue sententiæ omnia gesta attentata, ac si ab initio fuisset appellatum.*

19 Decisio in Calaguritana de Zurbano coram Penia *declaratur.*

20 *Sequestrum apponi debet quoties possessio est attentata, vel si est vacans ne fructus dilapidentur.*

DECISIO CCCCLIII.

SERIES facti hinc inde narrati demonstrat quod præuijs ædictis, oppositionibus, probationibus, ac sententia super legitimitate oppositorum iuxtà formam motus proprij Clementini, emanauit sub die 11. Februarij 1649. relatio examinatorum Synodalium declarans idoneos ad beneficia curata Didacum Binegra, & Didacum de Auellano quos propterea sub eadem die 11. Ordinarius habiles, & sufficientes ad curam animarum pronunciauit præcipiendo simul Beneficiatis ad quos præsentatio spectat, vt quem maluerint præsentent. prout successiuè sub die 13. eiusdem Mensis præsentarunt dictum Didacum de Auellano cui triduo post, nempè sub die 16. Ordinarius collationem fecit. Post hæc autem die 18. præfatus Binegra asserens ad sui notitiam peruenisse mox enunciatum Ordinarij decretum declarans in vim relationis examinatorum vtrumque oppositorem habilem ad curam animarum, cum tamen ipse solus habilis esset, ab hoc decreto appellauit, appellationemque Ordinarius admisit absque præiudicio illius, quod fuit executum, pariterque ab eodem decreto sub simili assertione appellauit Auellanus sub die 20. ac tandem ad instantiã Auellani Signatura Iustitiæ causam appellationis simplicitèr mihi commisit.

Dubitatum ideò fuit, an attentata sint præsentatio Beneficiatorum collatio Ordinarij, & quicquid aliud gestum infrà decendium à die 11. Februarij, qua relatio examinatorum eique conforme Ordinarij decretum per appellationem, vt supra suspensum emanauit, & an beneficij possessio sit sequestranda. Cuius dubij resolutio pendet ex duobus nempè an ab eo decreto quia interlocutorium est daretur appellatio, & an gesta ante appellationem interpositam infrà tamen decendium sint attentata.

De primo non videtur amplius dubitandum cum sepissimè. 1 † ac quotidie affirmatiuam sententiam Rota eo quod iudicialitèr fuit processum amplexa fuerit in pluribus decisionibus relatis *in Calaguritana Beneficij de Encisso 2. Decembris 1650. coram R.P.D. meo Albergoto, & in Calaguritana Beneficij del Ziego 16. Ianuarij proximepreteriti coram R. P. D. meo Verospio.* Nec refert an appellatum fuerit ab ipsa relatione, 2 † vel à decreto eam approbante quando vt in casu nostro vtrumque eadem die editum fuit, nec prius relationis notitiam appellans habuit, vt fuit nuperrimè decisum *in Calaguritana Beneficij de Bilbao 27. Febr. mox elapsi coram D. meo Otthobono.*

Sed solùm ad hunc effectum attendi debet 3 † fuerit nec ne processum iudicialitèr, & vel extraiudicialitèr, & illatum grauamen quod inferri potuit 4 † siuè aliquem reiciendo siue omnes æqualitèr renunciando habiles ad beneficia simplicia, vel curata, quando re vera non omnes habiles erant, vt iustificari poterit per secundum examen faciendum in Curia respectu appellantis, & committendum respectu aliorum in partibus quatenùs commissioni fit locus; ea namque æqualitas cum viam aperiat beneficiatis præsentadi ex approbatis quem maluerint excludi in præiudicium appellantis necessitatem, qua ex 5 motu proprio † Clementino, ibi, *si verò vnus tantum approbatus fuerit illũ ipsum Episcopo præsentent,* iidem beneficiati præmerentur solùm appellantem præsentandi, si solus ad Curata habilis renunciatus fuisset, & per consequens 6 tollit appellanti ius ad rem † quod tanquam necessariò præsentandus haberet *Put. dec. 252. sub num. 2. & num. 3. lib. 3. in corr. Rot. dec. 97. nu. 3. par. 3. recent. & in Terraconen. Beneficij 10. Ianuarij 1639. coram Reuerendis. Salamantino, in Gerunden. Beneficij 27. Iunij 1644. coram me,* & plenè *Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 38. num. 26. & seqq.* Quapropter etiam in casu æqualitatis 7 dari † appellationem, fuit in terminis æqualitatis ad simplicia decisum *in Calaguritana beneficij 23. Maij 1641. §. non obstat, & 6. Februarij 1643. §. non obstat coram R. P. D. meo Peutingero vbi ad decisionem 591. par. 1. recent.* exaduerso 8 allegatam † respondetur, quod ibi appellans approbauerat priùs relationem examinatorum, & ob id appellatio reiecta fuit. Et 9 in terminis æqualitatis ad curata † adsunt plures decisiones relatæ in supradictis *Calaguritana Beneficij de Encisso coram R.P.D. meo Albergato, Calaguritana Beneficij del Ziego coram R. P. D. meo Verospio, Calaguritana beneficij de Bilbao coram R.P.D. meo Otthobono.*

Maior difficultas versatur circa secundã in-10 spectionem, nam decretum illud † approbans relationem examinatorum dici non potest diffinitiuum cum cadat super preparatorijs non paret præiudicium irreparabile, & aliud decretum videlicèt super negocio principali collationis post se expectet *iuxtà theor. Felini in rubr. de re iud. num. 9. ex glos. in Clem. ad compescendas*

scendas verb. diffinitiua de sequestr. poss. & fruct. Ant de Butr. cons. 6. per tot. sed interloquutorium habens ad summum vim diffinitiuæ, quod etsi
11 appellabile sit † æquè, ac diffinitiuum *gloss. in cap. fin. verb. inanes de elect. in 6. Alex. cons. 182.*
12 *num. 1. lib. 6.* in eo tamen differt † ad effectum vt gesta infrà decemdium ante appellationē interpositam sint attentata, quod talia quidem sunt gesta post decretum diffinitiuum, secus verò post interloqutorium habens vim diffinitiuæ, quia hoc secundo casu paria non sunt esse appellatum, & esse infrà tempus ad appellandum, vt litteraliter vtrumq; casum distinguit *tex. in cap. non solum 7. de appellat. in 6.* ac tradit *Franc. in cap. super eo il 1. num. 7. de appellat. Lancell. de attent. par. 2. cap. 11. numer. 31. & cap. 12. lim. 2. nu. 29. & 30. Scacc. de appellat. qu. 17 limit. 47. memb. 1. num. 29. Rot. d. decis. 591. num. 3. vers. quam etiam par. 1. recent. & in Calaguritana Beneficij de Zurbano 19. Ianuarij 1611. coram bo. me. Penia, quæ decis. loquuntur in terminis* similiū decretorum, & afferunt rationem diuersita-
13 tis, † quia alioquin nusquam esset litium finis, si in qualibet interloqutoria vim diffinitiuæ habente Iudex expectare deberet per decem dies, *& in decis. 420. sub num. 1. vers. ratio est par. 2. recent.* redditur alia ratio, quia nimirum
14 licet ab interloqutoria † de Iure Canonico detur appellatio illa non suspendit Iurisdictionem Iudicis à quo *d. c. non solum de appell. in 6. Caputaq. decis. 34. num. 1. par. 1.*

Et sanè ineuitabile videretur obiectum nisi Signatura Iustitiæ causam appellationis commisisset simplicitèr; huiusmodi enim
15 admissio † fieri solita per Signaturam præuia discussione grauaminis, & meritorum appellationis in interloqutorijs necessaria *glos. in c. non solum verb. ante diffinitiuam vers. est igitur de appell. in 6. Scacc. de appellat. quæst. 17. memb. 1. sub num. 28. vers. nisi primo Rota decis. 44. num. 1. de appellat. in nou.* habet implicitam declaratio-
16 nem, † quod decretum vsque ab initio appellabile esset etiam ad effectum suspensiuū, & stante appellatione infrà decemdium in-
17 terposita † retrotrahitur ad ipsam diem decreti, itaut omnia in eo decemdio gesta sint attentata non secus, ac si statim appellatum fuisset, vt in puncto respondit Rota in supracitatis causis Calaguritanis in quibus, & in alijs ibi allegatis appellatio fuerat commissa simplicitèr. Atque ita conciliantur decisiones allegatæ in obiecto, quia *in decis. 591. par. 1*
18 *recent.* non negatur retrotractio appellationis ad relationem examinatorum, nisi quia relatio fuerat approbata ab appellante, vt legitur ocularitèr *num. 4. & in alia Calaguritana*
19 *Beneficij de Zurbano* † *coram Penia*, non constat quod esset appellatum in tempore, & appellatio simplicitèr admissa.

His consequens est, quod possessio sit se-
20 questranda, † quia si capta fuit est attentata, si vacat prouidēdum de sequestro nè interim beneficij fructus dilapidentur, vt alijs allegatis fuit in his terminis decisum *in Calaguritana Beneficiorum 17. Februarij 1648. §. fin. coram me, et passim in alijs causis Calaguritanis.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

MELEVITANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 13. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario non potest denegari immissio probatis solitis extremis, non obstante quod bona fideicommissi fuerunt alienata pro exoluendo œre alieno Testatoris, vel ex causa legitimæ debitæ hæredi grauato, si alienationes non substinentur, & ex quibus nullitas alienationis resultet?

SVMMARIVM.

1 *Sub fideicommisso paterno non cadunt bona à patre acquisita post contractum matrimonium, & ad filios vigore Capitulorum matrimonialium spectantia.*

2 *Bona fideicommissi si fuerunt à grauato alienata pro exoluendo œre alieno fideicommittentis, tunc Emptor est legitimus contradictor ad impediendā immissionem fideicommissario.*

3 *Fideicommissario quando obstet* text. in l. cum à matre ff. de rei vendic.

4 *Fideicommissario nō est deneganda immissio probatis extremis interdicti adipiscendæ.*

5 *Terræ aliqua quod sint membra alicuius tenutæ supposita fideicommisso ex quibus probetur?*

6 *Fideicommissum impugnare nequit, qui illum prius canonizari fecit in alia causa, & cum diuersis personis.*

7 *Testes deponentes vidisse Testatorem bona possidētem à tanto tempore non concludunt illa antea non possedisse, nisi coarctent negatiuam præcedentis possessionis.*

8 *Possidens aliquam tenutam cum iuribus suis dicitur etiam possidere membra, & pertinentias eiusdem tenutæ, quæ veniunt appellatione iurium.*

9 *Alienatio bonorum fideicommissi pro exoluendo œre alieno hæredis grauati non substinetur, & ex quibus resultet diuersitas æris alieni hæredis grauati ab illo fideicommittentis n. 10.*

11 *Creditor Census agere nequit pro restitutione sortis resistente Bulla Piana.*

12 *Promittens censum extinguere infrà certum terminum, si nomina debitorum exegerit elapso termino cogi potest ad extinguendum siue exegerit, siue non nisi doceat fecisse diligentias quas assumpserat. Mandatum si quis suscepit ad aliquid faciendum intrà certum tempus eo elapso cogi potest ad exequendum promissa, ibid.*

13 *Alienatio bonorum fideicommissi pro parua summa æris alieni fieri nequit, si adsunt bona distincta ex quibus exolui potest, nisi constet omnia bona constituere vnum corpus indiuiduum inter se.*

14 *Alienatio bonorum fideicommissi eatenus substinetur quatenus ipsa præcisa necessitas exposcit, & non vltrà.*

15 *Bona fideicommissi particularis alienari nequeunt pro extinguendo ære alieno fideicommittentis existentibus bonis fideicommissi vniuersalis, vel alijs bonis liberis num.16.*

17 *Legitima filiorum potius detrahenda est ex bonis liberis, vel fideicommisso vniuersali subiectis, quàm ex fideicommisso particulari.*

18 *Dos si apparet tantum promissa non autem soluta non potest à muliere repeti, nisi per virum steterit quominus illam exegerit.*

19 *Alienatio bonorum fideicommissi sustinetur etiam pro ære alieno hæredis grauati quando est creditor fideicommittentis.*

20 Decisio in Meleuitana fideicommissi 20. Iunij 1650. coram R. P. D. Otthono *declaratur.*

21 *Alienatio bonorum fideicommissi non seruata forma licentia alienandi tradita à Iudice nulla est.*

22 *Fideicommissario non retardatur immissio, quoties titulus venditionis bonorum fideicommissi apparet vndequaque notoriè nullus.*

23 *Venditio facta pro absente non tenet absque illius ratificatione.*

DECISIO CCCCLIV.

QVOD fideicommissum Io: Pauli Manducæ super Tenuta nuncupata Tauenetia purificatum fuerit ad fauorem Angeli Hieronymi eius ex Angelo filio nepotis admiserunt informantes pro Cumulo charitatis Melitæ, contra quem vti possessorem trium clausurarum nuncupatarum, *Tantin*, *Tarimedi*, *& Tacatlan*, ad illarum possessionem ex dicto fideicommisso idem Angelus Hieronymus petiit immitti. Negarunt autem has clausuras cadere sub fideicommisso cum non sint membra Tenutæ Ta Venetia, ac tāquam acquisita à Io: Paulo post matrimonium contractum cum Catherina vxore, &
1 proinde† vigore pacti in Capitulis matrimonialibus appositi ad filios spectantia, non potuisse postea paterno fideicommisso supponi *Corn. cons. 228. num. 9. lib. 4. Mant. de coniect. vltim. vol. lib. 7. tit. 8. num. 29. Peregr. de fideicomm. art. 6. num. 1. & seqq. & n. 46.*

Vel in omnem euentum ad impediendā petitam immissionem obijcierunt titulum venditionis Gregorio Cumuli authori factæ de anno 1620 ab Angelo fideicommittentis filio, & hærede pro soluendo ære alieno fi-
2 deicommittentis† qui titulus efficit, vt Cumulus sit legittimus contradictor *ex alleg. in Rom. Domus 4. Maij* 1648. *§. 1. coram me, & in Meleuit. fideic* 20. *Iunij* 1650. *§. fin. cor. R. P. D. meo Ottbob.* maximè quia Angelus vēdidit etiam nomi-
3 ne ipsius Angeli Hieronymi, cui † propterea obstat regula desumpta *ex tex. in l. vendicantem ff. euict. & in l. cum à matre ff. rei vindicat.*

His non obstantibus decisum hodie fuit dandam esse immissionem Angelo Hiero-
4 nymo † cum docuerit de fideicommisso per publicum testamentum non abolitum, aut cancellatum, de purificatione fideicommissi per obitum Testatoris, ac hæredis grauati, ac de identitate bonorum quæ sunt extrema interdicti adipiscendæ *ex remed. l. fin. haredi scripto competente, vt notant ibi communiter Doctores*, ac tradit *Menoch. de adipisc. remed. 4. nu. 199. Rota decis. 35. num. 20. & seq. par. 1. recent. decis. 206. n. 1. coram san. mem. Greg. XV.*

Esse enim has clausuras membra, & pertinentias Tenutæ Tavenetia fideicommisso su-
5 biectæ constat † nedum ex testamento fideicommittentis, in quo enunciatur aliquas clausuras esse dictæ Tenutæ coniunctas, sed etiam ex inuentario hæreditatis fideicommittentis hæredum nomine confecto, ibi, *quali clausure sono membro, e si sogliono affittare insieme con la metà del sudetto feudo*, Summ. Angel. Hieronymi num. 3. necnon ex Instrumento assignationis eiusdem Tenutæ d. Summ. n. 6. & retrocissionis Summ. nu. 7. cumque Cu-
6 mulus ad ipsum canonizari obtinuerit† in supracitata *Meleuitana fideicommissi coram R. P. D. meo Otthobono*, negare hodie non potest *Ceph. cons. 386. numer. 29. & seqq. Felin. in cap. capitulum nu. 9. & seqq. de rescript. Rimin. Iun. cons. 562. n. 34.* & in puncto *Rot. decis. 384. num. 2. & 3.* vbi hoc ampliatur quamuis canonizatio emanauerit cum alijs personis *par. 2. recent.*

Atque hinc gratis allegatur, quod acquisitæ fuerint post matrimonium, ideoque sub fideicommisso non cadant dum contrarium instante Cumulo fuit aliàs vt supra decisum præter quod acquisitionem huiusmodi non probāt testes in id adducti, quia solùm deponunt, quod viderunt fideicommittentem per annos octo ante mortem hæc bona possedis-
7 ses † vnde non excludunt quin, & antea possedisset coarctando præcedentis possessionis negatiuam, vt oportet *Paris. cons. 162. num. 12. lib. 4. Rot. decis. 399. num. 6. decis. 419. num. 8. par. 1. recent.* Minusque vrget Instrumentum matrimoniale continens bona, quæ tunc temporis habebat Io: Paulus fideicommittens, quia ibi enunciatur Tenuta Ta Venetia cum
8 iuribus suis† quorum appellatione comprehendebantur etiam hæ clausuræ eiusdem Tenutæ membra, & pertinentiæ *ad tex. in l. rutilia Polla 69. & l. in lege 77. ff. contrb. empt. l. 2. §. 1. ff. hared. vel act. vend. Bertaz. de claus. 26. glos. 3. n. 1. & seqq. & glos. 8. nu. 1. & 3.*

Quo verò ad ęs alienum, pro quo extinguendo asseritur facta alienatio animaduerterunt Domini, quod exceptis duobus censibus infrà nominandis reliquum ęs alienum ab emptore solutum non spectabat ad fideicommittentem, sed ad Angelum hæredem
9 grauatum, † & Catherinam eius matrem, ideoque alienatio non sustinetur *Odd. de fideic. qu. 33. num. 76.* siquidem Censum scut. 1000. extinctum cum Petro Bononia, apparet fuisse impositum à dicta Catherina, & Angelo de anno 1613. esseque proinde diuersum ab eo
10 quem † in Instrumento retrocessionis factæ de anno 1610. hæredes fideicommittentis accollauerant in computum scut. 8000. quæ fideicommittens debebat Angelo ex causa donationis, licet sit eiusdem quantitatis scu-
torum

torum 1000. & cum eodem Petro Bononia; nam impossibile est, quod tunc senserint de hoc Censu qui triennio post hoc est de anno 1613. fuit impositus *ad tex. in l. bouem 43. §. si sub conditione ff. ædilit. edict. l. decē 116. ff. verb. oblig. l. cedere diem 213. ff. verb. signific.*

Alij paritèr Census relati in Sum. Cumuli num. 10. apparent impositi post mortem fideicommittentis ab eius hæredibus, & Catherina matre exceptis primum Censu scutorum 250. in sorte per fideicommittentem vendito Iuliano Borgh, & cum eo extincto ab emptore horum bonorum mediante solutione computatis fructibus in summa scutorum 395. d. Summ. num. 9. sed hoc non fuit vtile fideicommisso, quia Iulianus creditor non vrgebat, imò nec pro sorte vrgere
11 poterat † resistente Bulla Piana *Gabr. cons. 141. num. 8. lib. 2.* & in his terminis *Rota in Romana fideicommissi de Zuccharis 4. Febr. 1650. §. neque prædictis coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & potius debuisset heres grauatus ad extinguendū cogere Calcaranum Figheram qui de anno 1614. in solidatione computorum societatis tunc finitę inter ipsum, & hæredem grauatum siue Catherinam eius administratricem promiserat facere diligentias infra annum pro exigendis nominibus debitorum societatis, & ex pecunijs exinde retrahendis dictū Censum extinguere Summario Angeli Hie-
12 ronymi num. 12. quæ promissio † extinguēdi purificata fuerat post dictum terminum anni, siue nomina Socialia Fighera exigisset, siue non dum non docuit fecisse diligentias quas assumpserat *l. si procuratorē 8. l. idemq; 10. §. si procurator l. si mandauero 22. §. sicut ff. mand. l. ad comparandas 16. Cod. eod. tit. Ciriac. contr. 165. num. 1. Surd. decis. 304. num. 4. & 5. Rota in Romana seu Ianuen. Pecun. 1. Iulij 1644. §. nec releuat, et §. aut petit. coram me.*

Secundò, alijs duobus censibus scutorum 100. pro singulis venditis de anno 1606. ab Angelo Florentiæ Alegre, & de anno 1607. Petro de Bononia, qui fuerunt vltro accollati de anno 1610. in supramemorato instrumento retrocessionis ad computum summæ per fideicommittentem eidem donatæ dicto Summario num. 7. Verum pro tam parua summa vtile non fuit alienare tres clausuras de quibus agitur valoris scutorum 2750. eo
13 minus † quia sunt corpora distincta, & licet consueuerint simul locari sintque membra tenutæ principalis, non tamen constat quod constituant vnum corpus indiuiduum vt requiritur ad effectum substinendi alienationem totius, *Bald. in l. magis puto §. non passim num. 3. ff. reb. cor. Rot. ind. Romana fideicommissi de Zuccharis 4. Februarij 1650. §. altera in fin. et §. quod autem, et §. seq. coram Reuerendissimo D. meo Decano vbi sic declaratur exaduerso allegata decisio in Spoletana fideicommissi 15. Iunij 1635. coram bon. mem. Merlino*; nam regulariter ca-
14 tenus † substinetur alienatio bonorum fideicommissi, quatenus ipsa precisa necessitas exposcit, & alias vitiatur *Cinc. in addit. ad tract. de censib. par. 1. cap. 2. quæst. 1. art. 6. numer. 15. et secundum vltimam impress. quæst. 19. sub num. 33. vers. ad hoc Gabr. cons. 118. num. 6. lib. 1. Giouag. respon. 22. numer. 6. et 16. lib. 2. Grat. discept. 570. num. 11. Rot. in Romana Census 26. Iunij 1647. §. penult. coram me.*

Præterea ex inuentario hereditario dato in Summario Angeli Hieronymi num. 3. apparet adfuisse multa bona vel subiecta tan-
15 tum fideicommisso vniuersali † quæ creditoribus non vrgentibus prius alienari debebant ab hærede, quam subiecta huic strictissimo fideicommisso particulari *Peregr. de fideic. art. 40. num. 28. Bald. in l. fin. §. & si præfatam sub num. 4. vers. sed quando Cod. Iur. delib.* vel à fideicommittente acquisita post matrimonium
16 contractum, & sic libera † ad quorum alienationem prius deueniendum erat *Bursat. cons. 5. num. 30. Gabr. cons. 118. num. 6. lib. 1. Odd. de fideic. quæst. 33. num. 50. Peregr. eod. tract. art. 40. num. 21.*

Quia propter nec etiam prætextu legittimę debite filijs fideicommittentis substineri potest alienatio; nam Angelus alter ex illis iam legittimam consecutus fuerat in donatione scutorum 10. m. sibi facta à patre, pro vt etiam filię feminæ in dote vltra summam scutorum 10. m. & ex persona Mauritij, & Petripauli aliorum filiorum, legittima de-
17 trahenda erat † in bonis liberis vel fideicommisso vniuersali subiectis potius quam ex hoc fideicommisso particulari *Rip. in l. filius familias §. Diui num. 29. ff. leg. 1. Castr. cons. 247. num. 4. lib. 1. Aym. cons. 19. num. 14. Peregr. de fideic. art. 4. num. 32. vers. contrarium Grat. discep. 334. n. 6. & 7. Rot. in dict. Romana fideic. de Zuccharis coram Reuerendissimo D. meo Decano §. tertia denique, & seq. & §. minus obstat.* Et quatenus replicetur non probari quod talia bona adessent de tēpore alienationis, aplicatur responsio *Rotæ in dict. Romana fideicom. de Zuccharis §. nec refert*, quod aut bona tunc extabant, & hæ clausurę alienari non poterant, aut prius fuerant distracta, & ea cesserunt in satisfactionem legittimæ vel alterius crediti alienantium, ità vt ex hoc capite alienatio harum clausurarū fieri non potuerit *Socc. Surd. Peregr. & alij ibi allegati.*

Eadem responsione euacuatur detractio dotis maternæ quam vlterius excludit defectus probationis quod illa fuerit fideicommittenti soluta cum in instrumento dotali appareat tantum promissa, & ardua lis pendeat in partibus super illius solutione, qua
18 non probata † vel nisi per virum steterit quo minus dotem exigeret, illam mulier repetere non potest *l. si extraneus ibique Doct. ff. Iur. dot. Bart. in l. si socer. §. Lucius num. 3. vers. oppono ff. sol. matrim. Rot. dec. 124. num. 4. par. 4. recent.*

Tandem non obstat quod alienatio substineatur etiam ex ære alieno ipsius Angeli
19 hæredis grauati, † quippe qui è conuerso erat creditor fideicommittentis pro rata summæ sibi donatæ vt per *Odd. de fideic. qu. 33. num. 45.* quia informantes pro cumulo admittunt ipsi per totum annum 1618. & sic ante alienationem soluta residualia scuta 4125. vt etiam

etiam constat ex datis in Summario Angeli Hieronymi num. 16. *Ad decis. in supra citata*
20 *Meleuit. fideic. coram R.P.D. meo Otthobono* † in qua dictũ fuit sustineri alienationem ex ære alieno fideicommittentis satis est respondere quod ibi non agebatur de fideicommisso hoc particulare, sed de vniuersali, neque cum Angelo Hieronymo, sed cũ fœminis ad particulare non vocatis, quęque tunc non iustificarunt adducta hodie ab Angelo Hieronimo.

Et ex his resultat etiam alia nullitas alie-
21 nationis ob non seruatam formam licentię† vendendi traditę à Iudice, ibi, *pro extinctione debitorum in quibus bona prædicta obnoxia reperientur prohibentes omnino alienationem dictorum bonorum etiam in casu vbi à iure permitteretur extra casum superius permissum*; nam bona hoc vt supra dictum fuit nō erant obnoxia debitis pro quibus fuerunt alienata, & debuit omnino forma licentiæ seruari vt in proximis terminis ponderauit *Rot. decis. 131. num. 6. part. 7. rec. & in Romana Domus 4. Maij 1648. §. detegitur in fin. coram me.*

Cum itaquè titulus venditionis appareat
22 vndequaque notorie nullus † non suffragatur ad retardandam immissionem hæredis fideicommissarij *Rolan. cons. 48. numer. 12. lib. 1. Afflict. decis. 374. num. 7. Seraph. decis. 256. num. 1. Reuerendissimus Vrgellen. decis. 430. numer. 11. cum alijs allegatis in dicta Romana Domus §. quia obiectum.* Nec refert quod venditio sit facta etiã nomine Angeli Hieronymi cum promissione de rato pro illo tunc absente quia non
23 constat quod ille aliquando ratam habuerit venditionem nec est hæres venditoris.

Et ità decisum vtraque parte informante.

VALENTINA RECTORIAE.

Veneris 17. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Regula de subrogandis continens conditionem *dummodo intrusus non sis* non cōprehendit omnem intrusionis speciem, sed intelligenda est de propria, & vera intrusione, scilicet cũ quis propria authoritate, vel sine titulo eius qui potest conferre possessionē inuasit. Item regula loquitur dumtaxat de intrusione existente tempore subrogationis, non autem in verbis excludit futuram intrusionem, & ad effectum dignoscendi, quando pro iustificatione clausulæ *dummodo intrusus non sis* subrogatio petita, & concessa dicatur? attenditur tempus gratiæ principalis, quia sub eadem data expediuntur litteræ subrogationis.

SVMMARIVM.

1 *Gratia subrogationis concessa sub conditione* dummodo intrusus non sis *constito de Intrusione non suffragatur.*
2 *Conditio negatiua implicat contrariam voluntatem concedentis in casu contrario.*
3 *Intrusio nunquam censetur à Papa remissa, nisi fuerit expreßè narrata.*
4 *Intrusionis exceptio desumpta ex ventre litterarum subrogationis admittenda est ad earum executionem retardandam.*
5 *Intrusio adeffectum regulæ deducitur si subrogatus ante obtentam subrogationem possessionem ceperat vigore litterarum gratiæ principalis expeditarum sub supplicatione subreptitia.*
6 *Possessio beneficij capi nequit vigore supplicationis ante expeditas litteras stante extrauag. Iulij Tertij; quicquid fuerit antiquitus.*
7 *Possessio capta pendente lite reputatur intrusiua contrarium num. 13.*
8 *Regula de subrogandis comprehendit omnem intrusionis speciem.*
9 *Contrarium quod regula sit intelligenda de vera, & propria intrusione, cum scilicet quis propria authoritate, & sine legitimo titulo possessionem inuasit.*
10 *Intrusus non dicitur qui possessionem capit de manu executoris.*
11 *Clausula* dummodo in beneficijs huiusmodi se in intruserint *apposita in regula de trienali intelligenda est non de omni specie intrusionis, sed de vera, & propria intrusione cum sit constitutio pœnalis, & num. 12. vbi redditur ratio.*
13 *Possessio lite pendente capta à subrogato in ius, & possessionem defuncti non dicitur intrusiua.*
14 *Possessor semper est citandus ad effectum euitandi pœnam contra intrusum.*
15 *Declara non procedere quando subrogatus non capit possessionem propria authoritate sed de manu executoris, & possessor attentate possidebat, quo casu non est necessaria citatio nam possessio attentata habetur pro non possessione, & num. 16.*
Possessio infecta à decreto irritanti habetur pro non possessione ibid.
17 *Possessio capta per subrogatum de manu executoris non seruato Iuris ordine non dicitur violenta nec ipse reputatur intrusus ea specie intrusionis, quam regula de subrogandis requirit.*
18 Sarnen. super regul. de subrogand. declaratur à Mandos. super d. regul. quæst. 4. n. 7.
19 *Intrusus reputandus non est, qui absque intimatione executorialium possessionem capit.*
20 *Possessio licet si attentata tamen adeffectum subrogationis gratiosa possessor nō habetur pro intruso.*
21 *Ad intrusionem euitandam requiritur titulus validus, contrarium num. 29.*
22 *Subreptio qualibet in beneficialibus totam gratiam vitiat.*
23 *Gratiæ plures inter se compatibiles signari possunt sub eadem data, quarum vna tendit ad corroborationem alterius.*
24 *Supplicatio prima quando est defectiua, & subreptitia potest pro illius sanatione signari alia sub eadem data.*
25 *Litteræ Apostolicæ quando expeditæ non dicantur in vim supplicationis subreptitiæ?*
26 *Intrusio vt euitetur ex nullitate tituli sufficit posse dubitari litteras non fuisse expeditas vigore supplicationis subreptitiæ.*
27 *Titulus habitus ab habente potestatem conferendi suffragatur quamuis sit solum coloratus.*
28 *Titulus authoritate Apostolica sine mandato obtentus*

tus negari non potest quod sit saltim coloratus.

29 *Titulus etiam nullus ad euitandam intrusionem suffragatur.*

30 *Titulus habitus à non habente potestatem conferendi non potest nec etiam dici coloratus.*

31 *Regula de subrogandis damnat dumtaxat intrusionem existentem de tempore petitæ subrogationis, quia qualitas adiecta verbo intelligenda est secundum tempus verbi.*

32 *Dispositio dictæ regulæ non militat in eo, qui tempore subrogationis non est intrusus, quia cessante ratione cessare debet regulæ dispositio.*

33 *Absolutio à censuris ob recursum ad Iudices laicos non prodest si post eam obtentam iterum ad laicos fiat recursus.*

34 *Dispensatio super incestu si ante eius consumationem nouus incestus committatur non suffragatur.*

35 *Sacri Canones damnant recursus ad laicos, aut incestos quouis tempore committuntur.*

36 *Excommunicatio toties incurritur, & impedimentum matrimonij toties contrahitur, quoties ad Iudices laicos recurritur vel incestus committitur.*

37 *Venia dignus non est, qui post crimen in idem crimen elabitur.*

38 *Regula de subrogandis non excludit in verbis futuram intrusionem:*

39 *Clausula* Dummodo intrusus non sis *satis est, quod iustificetur tempore signatæ supplicationis.*

40 *Gratia iustificanda est de tempore datæ non attento quid acciderit medio tempore inter supplicationem signatam, & litterarum expeditionem.*

41 *Subrogationis effectus incipit à die datæ, & semper viget in persona subrogati.*

42 *Clausula gratiæ principalis continent facultatem expediendi subrogationem gratiosam, itàut ante expeditionem, subrogatio adest solum in potentia, quæ est diuersum ab ipsa dispositione.*

43 *Subrogatio censetur petita, & concessa quando expeditur.*

44 *Subrogatio nihil tribuit litteris non expeditis.*

45 *Subrogatio adeffectũ iustificationis clausulæ* Dummodo intrusus non sis *vt petita, & concessa dicatur attendendum est tempus gratiæ principalis nam sub eadem data litteræ subrogationis expediuntur, & quod habetur sub eadem data, censetur sub eodem tempore concessum.*

46 *Amplia quamuis litteræ ex interuallo expediantur.*

47 *In gratia si neutri, quæ desumitur exclausulis generalibus in gratia principali appositis attenditur data, non autem expeditionis tempus.*

48 *Clausulæ subrogationis cum semper soleant apponi in supplicatione gratiæ principalis ipsa petitio gratiæ principalis includit petitionem subrogationis tanquam de stylo ad illam consecutiue eique solita annecti.*

49 *Facultas expediendi subrogationem in clausulis supplicationis gratiæ principalis contenta supponit pernecesse præexistentiam gratiæ subrogationis cũ expediri non posset nisi abinitio concessa fuisset.*

50 *Subrogatus vigore solius supplicationis potest capere possessionem absque vitio intrusionis, nisi constitutio Iulij Tertij obstaret.*

51 *Litteris non expeditis de Iure comuni potest capi possessio in vim solius supplicationis.*

52 *Facultas seu potentia agẽdi diuersa est ab ipso actu.*

53 *In clausulis generalibus supplicationis non conceditur facultas petendi, & obtinendi gratiam subrogationis sed illam expediendi.*

54 *Facultas expediendi licet sit diuersa ab ipsa expeditione, non tamen est diuersa à gratia subrogationis, quæ ab ipsa die signatæ supplicationis est perfecta, etiam antequam expediretur.*

55 *Litteræ subrogationis gratiosæ possunt etiam ab initio expediri cum hoc non repugnet, vnde ipsa permissio, & facultas vim habet actualis dispositionis, & gratiæ.*

56 *Subrogatio quo tempore dicatur petita, & concessa?*

57 *Subreptionis exceptio non valet retardare executionem subrogationis.*

58 *Subrogato concedenda est immissio constito de Clericatu subrogati, de reseruatione, ac lite, & de possessione defuncti absque alia iustificatione, quicquid sit si prædecessor non possederit, & in eius possessionem fuit subrogatio concessa.*

59 *Legitimus contradictor dicitur qui titulum parem habet, hoc est à Papa mediante collatione.*

60 *Declara adeffectum subrogationis non dicitur habere parem titulum qui similem subrogationem non habet, nam sola possessio adhunc effectum non releuat nisi capta sit de manu executoris.*

61 *Legitimus contradictor non est, qui iuuatur titulo nullo, & inualido.*

DECISIO CCCCLV.

HABENT litteræ Apostolicæ subrogationis gratiosæ concessæ Lauditio Pedro expressam conditionem *ex ipsa regula Cancellarie de subrogandis* desumptam, *dummodo intrusus non sis*, quæ operatur vt gratia non suffra-
1 getur † constito de intrusione *Rebuff. in praxi benef. tit. de subrogat. gl. 4. nnmer. 2. Rot. decis. 306. sub num. 3. decis. 343. nu. 9. vers. quia remanet par. 1.*
2 *recent.* tùm ex natura conditionis negatiuæ † implicantis contrariam voluntatem concedentis in casu contrario *l. aliquando 106. ff. cond. & demostr. Seraph. decis. 838. num. 8. Mant. dec. 27.*
3 *num. 3.* Tum in odium intrusionis, † quam Papa non censetur remisisse, nisi fuerit expresse narrata *Franc. in cap. eum qui num. 8. de preben. in 6. Felin. in cap. postulasti ante fin. vers. secundus casus de rescrip. Paris. in term subrogationis cons. 47. num. 47. lib. 4. Gigas. in tract. de intrus. impress. post eius cons. num. 49. Garz. de benef. par. 11. cap. vlt. num. 225.* cumque exceptio hæc oriatur ex ventre ipsarum litterarum subroga-
4 tionis † admittenda est ad earum executionem retardandam *iuxta theor. Felini in cap. ex parte il secundo num. 12. vers. decimo fallit de offic. deleg. quam secuta est Rot. coram Seraph. decis. 980. num. 13. coram Buratt. decis. 122. nnmer. 2. vbi alleg. concord.*

Intrusio autem Lauditij deducitur ex duplici capite. Primò quia ante expeditionem
5 sobrogationis gratiosæ † possessionem Rectoriæ cæpit vigore litterarum Apostolicarũ gratiæ principalis expeditarum super suplicatione subreptitia ob non expressionem veri valoris ac nominis prædecessoris; & quamuis sub eadem data signata fuisset altera supplicatio cum veri valoris, & dicti nominis
6 expressione; ex ea tamen † litteris desuper

non expeditis capi non potuit possessio stante *extrauag. Iulij. Tertij* quicquid fuerit antiquitus vt declarat *Lotther. de re benef. lib. 3. quæst. 13. num. 30. & quæst. 19. num. 56. post Lancell. de attent. lit. penden. par. 2. in præfat. nnmer. 378. Azzor. inst. moral. tom. 2. lib. 7. cap. 35. quæst. 10. vers. septimo intrusus* Secundò quia tempore captæ posses-
7 sionis pendebat lis † cœpta cum Cabreias Lauditij prædecessore; quod enim possessio sic capta sit intrusiua probatur ex allegatis à *Crescen. decis. 19. nu. 4. & decis. 120. vers. 2. quia de sent. & re Iudic. Flor. de Mena var. quæst. lib. 1. quæst. 4. sub numer. 46. vers. & intrusus est Cassad. decis. 9. de caus. poss. & propr.* quodque præfata
8 conditio *regulæ de subrogandis* † comprehendat omnem intrusionis speciem *tradit Mandos. in reg. de subrog. quæst. 4. sub num. 2. vers. ego tamen Rebuff. in prax. benef. tit de subrogat. gloss. 4. num. 4. & seq. Filiucc. oper. Moral. tom. 3. tract. 41. num. 79. & in terminis intrusi lite pendente Garz. de Benef. par. 11. cap. 10. num. 266.*

Cęterum contrariam sententiam videlicet
9 quod regula de sobrogandis † non comprehendat omnem intrusionis speciem, sed intelligenda sit de vera, & propria intrusione, cum scilicet quis vel propria authoritate vel sine titulo eius qui potest conferre possessionem inuasit *tradit Lotther. de re benef. lib. 2. q. 20. num. 82. Rot. decis. 21. sub numer. 4. in fin. vers. quia respondetur & nu. 5 par. 2. diuers.* itàut qui possessionem cępit de manu executoris vigore
10 litterarum Apostolicarum † non dicatur adhunc effectum intrusus *Sarnen. in reg. de subrog. quæst. 4. sub num. 1. vers. quia ille Gigas. de Intruso num. 78. & seq. Rot. decis. 343. num. 9. par. 1. recent. decis. 344. num. 16. par. 5. decis. 137. num. 16. coram bon. mem. Vrgellen. & in Iannen. Parrochialis 12. Decembris 1632. coram Eminentissimo D. Cardinali Hieronymo Verospio in Pistorien. seu nullius Beneficij 19. Iunij 1634. coram Reuerendissimo D. meo Decano impress. apud moder. Perus. de manuten. decis. 633. numer. 11.* & in proximis terminis *de*
11 *clausula dummodo † in beneficijs huiusmodi se non intruserint* apposita in *regula Cancellariæ de Triennali* tradit *Sarnen. super ead. reg. qu. 47.*
12 *num. 3.* vbi, in fine dicit rationem, † quia vbi constitutio est penalis non includit omnes species intrusionis, sed solum verè & propriè intrusos, & alias nusquam daretur casus quod vitium possessionis antea captæ purgaretur per subsequentem subrogationem gratiosam, & sic destrueretur receptissima conclusio pluribus comprobata, & firmata apud *Card. Mant. decis. 71. nu. 10. & in decis. huius causæ coram me edita super attentatis 3. Decēbris 1646. §. non obstat,* & generalitèr quod possessio lite
13 pendente capta † à subrogato in vim, & possessionem defuncti non dicatur intrusiua *Lancell. de attent. par. 2. cap. 3. num. 87. & cap. 4. in præfat. num. 349. & seq.*

Cœperat autem Lauditius possessionem de manu executoris vigore litterarum Apostolicarum, quas vt infra demonstrabo gratis dicitur fuisse expeditas super supplicatione subreptitia; & quamuis tunc lis penderet, & citatus non fuerit Astiria aduersarius, qui in capienda possessione præuenerat vt citari de-
14 buisse † ad effectum euitandi penas contra intrusum in *cap. auaritiæ de elect. in 6.* decreta videtur sensisse *Rot. in supracitata decis. 21. nu. 6 & 7.* vbi, distinguit an possessio esset plena vel vacua *par. 2. diuers.* præter quod hæc decisio loquitur in eo qui propria authoritate possessionem cæpit, cessat omnis difficultas in casu nostro quia pręcedens possessio Asti-
15 riæ, cum fuerit attentata, & improba vt firmatum fuit in dicta prima decisione huius causę iuxta stylum supponenda, nullius momenti est, vt in terminis ad fauorem subrogati gratiosè respondit *Rot. decis. 313. numer. 5. apud moder. Perusin. de manuten.* quin vti infecta
16 à decreto irritanti † regulæ reseruatoriæ mensium, & *Cap. primi vt lit. penden. in 6.* habetur pro non possessione etiam ad effectum quod absque citatione Astiriæ, Lauditius capere potuerit possessionem vt *firmatum fuit in secunda decisione huius causæ 24. Maij 1647. §. sed pro responsione, & §. igitur coram me* pariter iuxtà stylum supponenda, satisque in omnem euentum esset quod possessio Lauditij esto
17 quod iuris ordine seruato † ab executore tradita non fuisset, non sit violenta ne ex quo habet titulum Apostolicum dicatur intrusus ea specie intrusionis quam regula de subrogandis repellit vt *declarat Mandos. in eamdem*
18 *reg. quæst. 4. sub num. 7.* † vbi, ait ità intelligendam esse doctrinam *Sarn. in eamdem reg. qu. 4.*
19 *in fin.* dicentis non haberi pro intruso † eum qui absque intimatione executorialium possessionem apprehendit *Cassad. decis. 6. num. 6. & 7. de caus. poss. & propr. Gigas. de Intr. num 79.* qui loquitur in specie de apprehendente possessionem sine citatione partis *Card. Mant. decis. 71. sub num. 5. vers. nam similiter,* vbi quod
20 licet possessio sit attentata † tamen ad effectum subrogationis gratiosæ possessor non habetur pro intruso.

Non obstat quod titulus Apostolicus Lau-
21 ditij non sit validus † vt ad euitandam intrusionem requiritur *Rot. d. decis. 21. numer. 6. par. 2. diuers.* siquidem laborat vitio subreptionis ob non expressionem veri valoris, & diuersitatem nominis vltimi possessoris, & in
22 beneficialibus † quælibet minima subreptio totam gratiam vitiat *Put. dec. 126. per tot. lib. 1. in corr.* nam respondetur sub eadam data qua fuerunt expeditæ litteræ Apostolicæ per executorem executę duas fuisse signatas supplicationes, in quarum altera expressus fuit verus valor, & nomen prædecessoris, nec dubitari potest quin sub eadem data signari potuerint
23 plures gratię † inter se compatibiles, & quarum vna tendit ad maiorem corroborationem alterius vt *dixit Rot. decis. 82. numer. 2. apud Farinac. post cons. & in Colonien. Canonicatus seu forensi 16. Decembris 1647. coram R. P. D. meo Meltio, & in Vercellen. Canonicatus 19. Iunij 1648. coram me,* & magis in specie quod vbi prima
24 supplicatio † erat defectiua vel obreptitia potuerit pro illius sanatione, & confirmatione signari alia sub eadem data *tradit Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 23. num. 18. & a ...*

*decis.514.numer.2.& seqq.par.3.diuers.& in dicta
Vercellen. Canonicatus coram me* vnde affirmari
non potest quod litteræ Apostolicæ fuerint
25 expeditæ † in vim supplicationis subrepti-
tiæ, quin potius militat præsumptio contra-
ria pro validitate actus *Cæs. de Graff. decis. 19.
num.5.de probat. Rot.decis.285.num.3. par. 1. rec.*
26 & sufficit de hoc posse dubitari † ad euitan-
dum obiectum intrusionis ex nullitate tituli
resultans *Paris.cons.125.n.25.vers.non enim lib.4.
Guttier.cons. 10.num.11. Flor.de Mena var. quæst.
lib.1. quæst.4.num.47. Gigas.de Intr.num.81.* nam
27 dummodo titulus † sit ab habente potesta-
tem conferendi suffragatur quamuis sit solũ
coloratus *Paris.dicto cons.125.nu.28.* vbi, quod
28 negari † non potest coloratum esse titulum
obtentum authoritate Apostolica sine men-
dacio *lib.4. Rot.decis.741.sub num.8.par.2.recent.
decis.137.num.16. coram bon.mem. Vrgellen.* imò
29 suffragari etiam † titulum nullum fuit deci-
sum *apud Seraph.dec.1238.numer.10.& inter rec.
decis.344.nu.16. pars & ex sententia Gloss. in cap.
fin. verbo inanes de elect. num. 6.* quam sequitur
Aym.cons.18. num. 9. licet secus sit quando ta-
lis titulus emanauit à non habente potesta-
30 tem conferendi, quia tunc † non habet Ca-
nonicum colorem, vt benè declarat *Paris.
cons.47.n.40.lib.4.dec. autem 21. par.2.diuersorum
exaduerso allegata loquitur in secundò casu vt ap-
paret sub num.4.in fin. ibi absque authoritate supe-
rioris.*

Manet itaquè ex prędictis probatum quod
possessio Lauditij non laborat intrusione de
qua regula loquitur. Sed vlterius aduerte-
31 runt Domini quod eadem regula † damnat
dumtaxat intrusionem existentem de tem-
pore petitę subrogationis, quia qualitas adie-
cta verbo intelligenda est secundum tempus
verbi *l. ex facto ff. vulgar. & pupill.* cumque ra-
32 tio motiua regulę † ne scilicet quis in intru-
sione perpetuo se confoueat ne ve intrusus
qui penam mæretur consequatur gratiam
non militet in eo qui tempore subrogatio-
nis nõ est intrusus, cessare quoque debet dis-
positio regulæ vt benè ratiocinatur *Sarnen.
in hanc reg.quæst.18.num.3. Chokier ibid. num.51.
Lotther.de re benef.lib.2.quæst. 20.num.86. Seraph.
decis.1165.num.6.in fin. Rot.inter recent. dec. 531.
num.2. par. 2.* Neque vrget simile absolutio-
33 nis à censuris ob recursũ ad Iudices laicos †
quæ non prodest si post eam obtentam iterũ
ad laicos fiat recursus *Rot.decis.173.num.16.&
seqq. par.6. recent.* vel dispensationis super in-
34 cestu † quam si ante eius consumationem
nouus incestus committatur non suffragari
tradit *Sanchez.de matrim. lib.8.disput.25.sub n.8.*
vbi, dicit rationem quia adiunctus est casus
qui erat necessario explicãdus Pontifici *Gut-
tier.Canon.quæst.lib.2.cap.15. num. 133.* nam his
casibus militat diuersa ratio cum sacri Ca-
35 nones † damnent recursus aut incestus quo-
vis tẽpore committantur *Bonaccin.oper.moral.
tom.3. tit. de censur.in Bulla Cene disput.1.qu.17.
punct.1. nu.23.* ac toties incurratur excomu-
36 nicatio, vel impedimentum † matrimonii
contrahatur, quoties ad Iudices laicos recur-
ritur *Bonaccin. ibid. num.29.* vel incestus com-
37 mittitur, minusque sit venia dignum † qui
post crimen in idem crimen relabitur *l. nemo
Cod. Episc. audienti Rot.d.decis.173.num.18.* Re-
gula verò nostra non excludit in verbis fu-
38 turam intrusionem, † neque in casu nostro
agitur de dispensatione ab intrusione semel
incursa, sed de iustificatione clausule *dummo-
39 do intrusus non sis* † in *regula de subrogan.* & in
litteris subrogationis adiectæ, quam clausu-
lam satis est iustificasse de tempore signatæ
40 supplicationis quia gratia † iustificanda est
de tempore datę *cap.eam te vbi Felin.numer.18.
de rescript. Franc.in cap.cum in illis sub num. 8. de
preb. in 6. Alex.cons.42.num.8.lib.4. Rot.dec.443.
num.2.par.2.recent.decis.867.num.5.coram bo. me.
Buratt.* nõ attento quid acciderit medio tem-
pore inter suplicationem signatam, & litte-
rarum desuper expeditionem *Rot. in Nuscana
Canonicatus 11.Martij 1647.§.quia breue & §.seq.
coram bon.mem. Arguelles, & in puncto subrogatio-
nis decis.472.num.4.par.3.diuers.* vbi dicitur ratio
41 quia effectus subrogationis † incipit à die da-
tæ, & semper viget in persona subrogati.

Videndum ergo est an Lauditius possessio-
nem apprehendisset tempore petitæ subroga-
tionis, & quidem non ambigitur in facto
quod apprehendit post duos menses à die da-
tæ supplicationis gratiæ principalis, ex cuius
clausulis fuit desumpta subrogatio; sed quia
reuera subrogatio non fuit expedita nisi de
mense Octobris, & sic per duos fere menses
post captam possessionem, tempus hoc ex-
peditionis attendendum esse asserebant infor-
mantes pro Astiria eò quod clausulæ gratiæ
42 principalis † continent dumtaxat facultatem
expediendi subrogationem gratiosam, ibi,
*ità quod litteræ desuper in forma simplicis prouisio-
nis gratiosæ subrogationis, &c. expediri possint*, &
& propterea ante huiusmodi expeditionem
subrogatio aderat solum in potentia quæ est
quid diuersum ab ipsa dispositione *l.non quic-
quid ff. Iudic. Gloss.in cap. nosse verb.necesse distinct.
76. Rot.decis.535.sub num.3.par.3.recent.* ac peti-
43 ta, & concessa † tunc demum videtur cum
expeditur *Lotth. de re benef.lib.3.quæst.13.nu.28.
& 29. Seraph.decis.236.num.2.* vbi quod litteris
44 non expeditis † subrogatio nihil tribuit, *cum
alijs alleg. in Zamoren. Archidiaconatus 2. Decem-
bris 1647. §. casum coram R. P. D. meo Ottho-
bono.*

Visum fuit nihilominus, quicquid sit ad
alios effectus de quibus loquuntur mox alle-
gati, ad effectum dignoscendi quando pro
iustificatione clausulæ, *dummodo intrusus non
45 sis* † subrogatio petita, & concessa dicatur
attendendum esse tempus gratiæ principalis,
quia sub eadem data expediuntur litterę sub-
rogationis, & quod habetur sub eadem data
censetur sub eodem tempore petitum, & cõ-
cessum *Rot.decis.514.num.8.par.3. diuers.dec.68.
num.6. & 7. dec.231. num.10. par.5.recent. Gabr.
46 cons.193. num.5. lib.2.* licet litteræ † ex inter-
uallo expediantur *Rot. in terminis subrogationis
decis.472.num.4.par.3. diuers.* & in puncto gra-
47 tiæ si neutri, quę pariter desumitur † ex clau-
sulis

solis generalibus facultatiuis in gratia principali appositis attendi datam non autem expeditionis tempus fuit decisum apud *Seraph. decis.318.num.1.*

Ponderando præsertim. Primò, quod cū in prouisionibus beneficiorum clausulæ sub-
48 rogationis † soleant semper apponi in supplicatione gratiæ principalis ipsa petitio gratiæ principalis includit ex tunc petitionem subrogationis tanquam de stylo ad illam cōsecutiue, eique solitæ annecti iuxtà *theoricam quam in cap.licet Heli 31.de Simon.tradit Io. de Anan.sub num.38.vers. & eodem modo, & vers. si illud venit Felin.num.23. & 25. Christ.de Paz. in Schol. ad leg. Regias styli l.1. num.28.fol.48.Osasc. decis.1. num.24.* Secundò, quod concessio fa-
49 cultatis expediendi subrogationem † in dd. clausulis contentę supponit per necesse preexistentiam gratiæ subrogationis cū expediri non potest nisi ab initio concessa fuisset, & alia specialis supplicatio pro subrogatione non signetur, vt in puncto recedendo è priori decisione contraria fuisse decisum constat in margine *decis.423. Putei lib.1. in corr.* nec vsquam fuit imposterum ab hac opinione recessum, licet recessum fuerit ab illatione ibidem in fin. posita, quod scilicèt vigore so-
50 lius suplicationis † possit subrogatus capere possessionem absque vitio intrusionis, idque ob *Constitut. Iulij III.* quia de iure communi
51 licitum † erat etiam litteris non expeditis possessionem capere in vim solius supplicationis *Gabr.cons.190.num.11.lib.1. Caldas.quæst. foren.lib.1.qu.22.sub num.33. vers.sed conerarium vbi allegat concord.*

Non obstat, quod facultas, seù potentia
52 agendi † sit diuersa ab ipso actu, tùm quia in
53 clausulis generalibus suplicationis † non cōceditur facultas petendi, & obtinendi gratiam subrogationis, sed illam expediendi, & sic
54 solùm inferri posset, quod ea facultas † sit diuersa ab ipsa expeditione, non autem quod sit diuersa à gratia subrogationis, quæ ab ipsa die suplicationis signatæ fuit perfecta etiam antequam expediretur *Gabr.consil.192.num.6. lib.1.cons.193.num.7.lib.2. Cassador.decis.4.nu.2. de caus.poss.& propr.Rot.dec.418.nu.2.& 3.par.1. diuers.dec.356.num.11.par.1.recent.& in proximis terminis decis.158.num.7.ead.par.1. recent.* Tùm etiam quia cum nihil repugnaret quin ab ini-
55 tio expedirentur † etiam litteræ subrogationis gratiosæ ipsa permissio, & facultas vim habet actualis dispositionis, & gratiæ, *vt per Sarnen.super reg.de annal.qu.47.num.6. Gabr.consil.154.num.33.lib.1.Card.Mant.de tacit.& ambig lib.4.tit.3.num.14.* adeo quod expeditio litte-
56 rarum † cùm solùm respiciat perfectionem executiuam, seù in actu secundo gratiæ subrogationis ab instanti suplicationis signatæ suā habentis in actu primo perfectionem non operatur, vt tunc dicatur petita, & concessa subrogatio, sed petitio tribui debeat soli supplicationi, eaque tanquam principium actus considerari ad notat.*per Dec.in cap.licet causam sub num.138.vers.non obstat de probat. Ias. in l. si quis in fundi vocabulo num.5.& seqq.ff.leg.1.& in proximis terminis Rota decis.100.numer.27.par.9. recentior.*

Non obstat, quod litteræ subrogationis sint expeditæ super supplicatione subreptitia quia vt supra dictum fuit duæ fuerunt signatæ suplicationes super gratia principali, &
57 exceptio subreptionis † retardare non valet executionem subrogationis, vt in puncto respondit *Rota coram Card.Mant. dec.71.num.9.vbi alleg. concord. Mohed.decis.11. ante num.1. vt lit. pend.*

Quapropter cum de cętero ex deductis in vltima decisione sub die 22. Iunij 1650. coram me, constet de clericatu subrogati, de
58 reseruatione, † ac lite, ac de possessione defuncti ad quam fuit Lauditius subrogatus, ei absque alia iustificatione denegari nō potest immissio: quicquid dicendum esset nisi prędecessor possedisset, & in eius possessionem Lauditius fuisset subrogatus, vt distinguendo latè declarat *Maresc.var.resol.lib.2.cap.1.nu.52. & seqq.* Neque Astiria Aduersarius allegare potest se esse legittimum contradictorem
59 vti † habētem parem titulum, hoc est à Papa mediante collatione sibi facta à Commendatore Hyerosolimitano in vim indulti Pontificij Religioni concessi, quia non dicitur ha-
60 bere parem titulum † qui non habet similem gratiam subrogationis, & sola possessio ad hunc effectum non releuat, nisi capta fuerit de manu executoris, vt alijs allegatis vtrūque firmatum fuit *in Compostellana Parochialis 1. Iulij 1648. & 25. Iunij 1649. coram R. P. D meo Ottobono*, vbi subditur alia limitatio casui nostro aplicabilis, quando scilicèt titulus
61 contradictoris † est notoriè nullus, qualem esse titulum Astiriæ ostendit vltima supracitata *decisio anni* 1650.

Et ita decisum vtraque parte bis informante.

MEDIOLANEN. BONORVM.

Veneris 17. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac decisione, an liquidatio fructuū in specie perceptorum facta in sententia sit excessiua. Valor frumenti milei Siliginis, & similium ex quibus probetur? Iudex in liquidatione fructuum potest se extraiudicialitèr informare quando non dubitatur de perceptione, sed tantùm de quantitate.

SVMMARIVM.

1 *Fructus melioramentorum spectant ad meliorantem. Declara num.9.*

2 *Fructus in eadem quantitate fuisse perceptos in annis antecedentibus declaratur ex locationibus subsequentibus, non probata intermedia aliqua causa diminutionis.*

3 *Locatio plurium annorū vnica repetatur, licet præstatio pensionis sit diuisa per annos, vel tempora,*

4 *Fru-*

4 *Fructus spatio triennij consumpti præsumuntur.*
5 *Valor frumenti milei, & similium probatur ex libro publico ad hunc effectum destinato.*
6 *Prætium, siue æstimatio fructuum attendi non debet tempore messis, sed medio; nec attenditur supremum, aut infimum num. 7.*
8 *In materia liquidationis fructuum quando non dubitatur de perceptione, sed de illorum quantitate, & liquidatione potest Iudex etiam extraiudicialiter se informare.*
Valor vini ex quibus probetur, ibid.
9 *Fructus melioramentorum, vt spectent ad meliorantem debent melioramenta plenè iustificari.*
10 *Creditum actoris quando est clarum, & liquidum non admittit prætensionem illiquidam à reo oppositam.*
Compensatio de liquido ad illiquidum non admittitur, ibid.

DECISIO CCCCLVI.

DICITVR excessiua liquidatio fructuum facta in sententia Rotali coram R.P.D. meo Corrado. Primò quia pro annis 1618. vsque ad 1621. & 1631. vsque ad 1640. rationem habet annuæ quantitatis librarum 1275. conuentæ in locatione anni 1621. ad nouennium, quæ attendi non debuit in mox memoratis annis, in quibus bona non fuerunt locata pro annua pensione in quantitate, sed in speciebus fructuum, vnde ab actore probari debuisset quot fructus fuerint percepti eorumque valor. Secundò quia è summa fructuum perceptorũ non detrahit ratam à melioratibus factis per Dominos de Viccecomitibus reos conuentos
1 auctam † quæ dubio procul spectant ad meliorantem *gloss. in l. fin. verb. si per mulierem vers. quod falsum est ff. fund. dotali Garz. de expen. cap. 24 sub num. 54. Guttier. prat. quæst. lib. 5. cap. 68. sub num. 17. Gamma decis. 230. sub num. 3. cum alijs plena manu congestis in Romana Domus 24. Ianuarij 1550. §. nec non coram Me.*

Cœterum primus excessus corruit, nam pro duobus annis nempè à 1618. vsq; ad 21 quo cæpit supradicta locatio ad nouennium intrat præsumptio quod bona fuerint eiusdẽ
2 redditus, cum subsecutæ locationes † benè declarent ad quam summam ascenderint fructus in annis proximè præcedentibus, non probata intermedia aliqua causa diminutionis *ex alleg. in decis. 718. num. 3. par. 4. tom. 3. recent & in Casertana Pensionis 31. Martij 1645. coram me, & in decisione huius causæ edita in priori instantia coram bo. me. Arguelles §. non etiam.* Animaduertendo præsertim, quod anno 1619. tres probantur factæ locationes distinctæ ad nouennium singulæ de tribus petijs terrarum, comprehensarum deinde in successiua locatione omnium bonorum secuta vt supra de anno 1621. quæ cum in ventre habeat expressam declarationem, quod antecedentes locationes firmę remanerent facta videtur ad valutandum fructus in antecedentibus promissos; itaut idem censeatur omnium anno-
3 rum valor, pro vt eadem censetur locatio † licet præstatio pensionis sit diuisa per annos, vel tempora *Bart. in l. si seruus communis Meuij 18. §. cum seruus sub nu. 7. vers. & si fiat locatio ff. stipulat. seru. Bald. cõs. 316. n. 1. lib. 3. Socc. cõs. 125. in princip. lib. 1. Rot. decis. 279. num. 5. in fin. part. 1. recent.*

Pro annis verò decursis ab anno 1631. vsque ad 1640. admittitur excessus liquidationis pro eadem annua quantitate librarum 1275. quia ex octauo articulo postea producto à Dominis de Viccecomitibus ac testibus desuper examinatis, quibus stare velle declararunt Domini de Bustijs actores, erroneum apparet suppositum quod tunc temporis cõtinuauerit præcedens locatio in quantitate, cum imò noua facta fuerit pro annua pensione in specie fructuũ videlicet pro annuis modijs 24. segalis, Modiis 24. milei, modijs 12. cum dimidio frumenti, salmis duabus venæ, medietate vini, & altera medietate vt aiunt della brocca; quarum propterea specierum valor calculandus est, & in eo condemnandi rei conuenti, cum ipsę species fructuũ è corpore locato præstandæ pręsumantur † tri-
4 ennio cõsumptę iuxta distinctionem quam tradit *Bart. in l. ex diuerso §. 1. in fin. ff. rei vindic. & in l. vinum col. pen. vers. condemnatio autem ff. si cert. pet. Aret. in §. si quis à non Domino numer. 4. inst. de rer. diuis. Natt. cons. 599. sub num. 4. & seqq. Menoch. cons. 741. sub num. 4. Negus. quæst. 129. n. 1. Cardinalis Mant. dec. 281. num. 1.*

5 Qui autem fuerit frumenti, † milei, & segalis valor in singulis annis probatur ex libro Ciuitatis Mediolani nuncupato il Bruetto, cui tanquam publico, & ad probandum huiusmodi valorẽ destinato plena fides adhibetur *Seraph. dec. 1245. num. 8. Rot. in Perusina liquidationis fructuum prima Martij 1610. coram bon. mem. Penia, & in Anconitana Prædij 10. Februarij 1640. §. quarum, & 22. Aprilis 1641. §. quo ad frumentum coram bon. mem. Pirouano.* Iuxta quem librum sequendo prætium cur-
6 rens † non tempore messis, sed medio vt faciendum monent *Doct. in l. prætia rerum ff. ad leg. falcid. Boer. dec. 68. num. 6. Afflict. dec. 316. nu. 5. & seqq. Escobar. de ratiocin. cap. 17. num. 21. & 22. Rot. in Casertana Pensionis 31. Martij 1645. §. 1.*
7 *coram me*, nec supremum † aut infimum, sed medium vt debet *Rot. decis. 479. num. 4. part. 2. recent. decis. 100. num. 2. par. 4. & in dicta Anconitana Prædij 22. Aprilis 1641. §. nec responsio coram bon. mem. Pirouano.*

Anno 1631. valor frumenti est librarum 52.2.6. segalis 13.5. milei 10.7.6. Anno 1632. frumenti lib. 22. segalis lib. 10.10. milei lib. 9.10. Anno 1633. frumenti lib. 1.8. segalis lib. 9.12.6. milei lib. 9.12.6. Anno 1634. frumenti lib. 192. 6. segalis lib. 12.1.7.6. milei lib. 12. Anno 1635. frumenti lib. 35. segalis lib. 23.7.6. milei lib. 17.10. Anno 1636. frumenti lib. 23. segalis lib. 23. milei lib. 15.7.6. Anno 1637. frumẽti lib. 23. segalis lib. 13.18. & 9. milei lib. 11.11. Anno 1638. frumenti lib. 11.17.6. segalis lib. 9. 5. milei lib. 8.5. Anno 1639. frumenti lib. 17.5. segalis lib. 8.5. milei lib. 5.8.9. An. 1640. frumẽti lib. 13.7.6. segalis lib. 7.6.3.

milei lib. 7.1.3. Quæ constituunt simul iunctæ libras 8504. 18. 9.

Medietas vini singulis annis recollecti ascendit ad mensuras quas, vocant brentas 27. $\frac{1}{2}$, earumque valor ad lib. 10. pro qualibet vt constat ex fide ipsiusmet conducto-
4 ris de facto proprio testantis, quæ iunctis præsertim adminiculis resultantibus à præcedentibus locationibus, & à liberculo aduersarij satis esse videtur cum non dubitetur
8 de perceptione vini † sed de eius quantitate, & liquidatione, de qua potest Iudex etiam extraiudicialiter se informare *Bartolin. l. si quod ex Pamphilia numer. 3. ff. legat. 2. Cagnol. in l. quatenus num. 24. & seqq. ff. reg. iur. Rot. decis. 718. num. 7. par. 4. tom. 3. recent.*

Igitur omisso prætio auenæ, ac quantitate fructus nuncupati della Brocca super quibus nulla affertur probatio, & admissis expensis ac detractionibus approbatis *in decisione coram bon. mem. Arguelles §. ex quia summa, & seqq.* reformanda est sententia Rotalis, & constituendus totius dicti temporis nempè ab anno 1631. vsque, & per totum annum 1640. redditus in libris 10504. 18. 9.

E quibus detrahendi non sunt fructus pro rata assertorum melioramentorum, quia nec ipsa melioramenta fuerunt plenè proba-
9 ta, † & solum pro faciliori causæ expeditione, Rota illorum rationem habuit in quantitate librarum 3000. vt legitur in decisione bon. mem. Arguelles §. *melioramenta*. Prætcrea consistunt plerumque in edificijs, & solū pro libris 450. in plantationibus arborum, quæ nihil aut parum fructus auxerunt, ponderando præsertim quod ante quam dictæ plantationes fructus producerent multum temporis spatium intercedere debuit. Quare cum prætentio hæc vndequaque sit illi-
10 quida † obesse non potest actorum credito claro, & liquido *ad tex. in l. fin. Cod. compensat. Bero. cons. 155. num. 28. lib. 1. Bolan. cons. 17. num. 4. lib. 4. Surd. decis. 184. nu. 6. Grat. decis. Marcb. 179. num. 4.*

Et itá decisum vtraquè parte informante.

VICEN. PAROCHIALIS.

Lunæ 20. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Vnio beneficij facta Ecclesiæ Regulari remanet extincta per secularizationem eiusdem Ecclesiæ cum amplissima suppressione. Concursus non est necessarius in Beneficiis curatis per Bullam secularizationis reseruatis, requiritur tamen in illis Curatis vacantibus in mensibus reseruatis.

SVMMARIVM.

1 *Gratia sub conditione concepta per verba* præsentis temporis, *verificanda est de tempore impetrationis, nec sufficit quod conditio verificetur de præterito.*

2 *Vnio facta Ecclesiæ Regulari per secularizationem eiusdem Ecclesiæ cum amplissima suppressione remanet extincta, & n. 3.*

4 *Matrimonium carnale soluitur extincto vno ex coniugibus, & superstes liber euadit.*

5 *Ecclesia patronalis extincto Patrono libera euadit.*

6 *Bulla secularizationis præseruat Iuspatronatus regium competens in Ecclesiis Regularibus.*

7 *Nec extenditur ad beneficia in sui erectione libera, quamuis postea fuissent alicui Ecclesiæ Regulari vnita.*

8 *Per suppressionem, & nouam erectionem noua forma beneficio imprimitur.*

9 *Status vltimus pro libertate beneficij, qui contrarius est vnioni attendi debet tàm ad inducendam reseruationem per obitum prædecessoris in mense Apostolico, quàm ad excludendam iustificationem gratiæ Aduersarij vnionis narratæ.*

10 *Præsertim quando non agitur principalitèr inter Collatores, sed incidentèr inter prouisos.*

11 *Concursus non est necessarius in beneficijs per Bullam secularizationis reseruatis.*

12 *Requiritur tamen in beneficijs curatis reseruatis ratione mensium.*

DECISIO CCCCLVII.

MVLTA hodie Laurentius Torrent prouisus de hac Parochiali tanquam vnita Archipresbyteratui Ecclesiæ S. Ioannis de Abbatissis congessit, vt documentis quibus Rota sub die 20. Iunii proximè præteriti nō probari eamdem Parochialem fuisse vnitam dictæ Ecclesiæ olim regulari respondit, adderet fidem; Vnde Domini non amplius antiquam vnionem negarunt, sed illam extiterit nec ne, non suffragari Laurentio censuerunt ad purificandam conditionem dummodò Parochialis verè Archipresbyteratui S. Ioannis vnita existat in litteris suæ proui-
1 sionis appositam, † quia cum sit concepta per verba *præsentis temporis*, non satis est probasse vnionem de præterito, nisi etiam probetur de tempore impetrationis *Gonz. super reg. 8. glos. 11. num. 54. Rot. decis. 379. num. 8. par. 1. recent.*

De quo tempore nec recens vnio probatur, nec antiqua aderat, nam per seculariza-
2 tionem † præfatæ Ecclesiæ S. Ioannis cum amplissima suppressione mensæ Abbatialis Dignitatum, Officiorum &c. factam de anno 1592. à fœl. rec. Clemente VIII. fuerat extincta *iuxt. glos. fin. in cap. Abbate de verb. signif. & alios alleg. in prima decisione §. tum quia, quibus additur nuperrima decisio in Vicen. Iurisdictionis 9. Decembris proximè præteriti §. tum etiam coram R. P. D. meo Cerro.*

Nec obstat, quod Ecclesia S. Quirici de qua agitur, quia semper fuit secularis compræhendi non valeat in Bulla secularizationis loquente solùm de Ecclesijs, & beneficijs Regularibus. Non enim dicimus Ecclesiam S. Quirici per Bullam secularizationis fuisse suppressam, vel assecutam vlteriorem secu-
3 laritatem, sed mediante suppressione † omniū

Iurium

Iurium Ecclesiæ S.Ioannis,cui vnita erat cõpetentium ipsam vnionẽ expirasse, vt propterea soluto exinde vinculo vnionis,Ecclesia S. Quirici vindicauerit pristinam libertatem non secus, ac extincto vno ex Coniugibus
4 soluitur † matrimonium carnale, ac superstes liber euadit, non quia positiuum aliquid in eius persona acciderit, sed per priuationẽ termini relationis ex matrimonio resultantis *Ledesma de matrim.quæst.44.art.3.fol.137.* & in
5 simili Ecclesia subiecta Patrono † eo extincto libertatem recuperat *Lambert.de Iurepatr.lib.1 par.2.qu.2.art.40.fol.304. Abb.in cap.1.num.10.de elect. Monet.de commut.vltim.vol.cap.11.num.148 & seqq. Rot.in Regien. Iurispatronatus 27. Aprilis 1640. coram Reuerendiss. Terracinensi, & in Gerunden. Beneficij 30. Aprilis eiusdem anni coram R.P.D. meo Rojas.*

Minus releuat, quod Bulla secularizatio-
6 nis † præseruet Iuspatronatus Regium, cui subesse Ecclesiam S. Ioannis probatum supponitur ex datis in Summ. Laurentij nu.34. quia hæc præseruatiua nõ respicit vnionem, aut iura Ecclesiæ S. Ioannis, sed dumtaxat Iuspatronatus in eadem Ecclesia competens Serenis. Regi Catthòlico, de quo hodie non
7 agitur, quodque non extenditur † ad beneficia in sui erectione libera, quamuis postea fuissent præfatæ Ecclesiæ vnita *Speculat.de Iurepatron.n.17. Rocch.de Curt.eod.tract.verb.honorificum sub nu.12.vers.pone quod vnio Lambert.lib.1 par.1.qu.6.art.5.num.1.& 2. Rot.in Compostellana Parochialis 30. February 1645. coram R. P. D. meo Verospio.*

Tandem nil faciũt declarationes Summorum Pontificum post secularizationem æditæ de non præiudicando antiquæ Iurisdictioni, & priuilegijs Ecclesiarum suppressarum; Quia restringi debent ad illas Ecclesias, quarum fauore emanarunt, neque extenduntur ad hanc S.Ioannis, in qua per suppressionem,
8 & nouam † erectionem, noua forma fuit impressa, vt in puncto bis respondit *Rota in Vicen. Iurisdictionis 2. May 1650. §.penult.& 9. Decembris eiusdem anni §. tùm etiam coram R. P. D. meo Cerro facit Arct.in cap.1.sub num.25. & 26. de rescript. Hipol. Riminal. inst.de testam.in princ. sub num.309.*

Animaduertendo præterea, easdem declarationes non suffragari quoad ius nominandi, vel conferendi nisi in beneficijs ibi nominatis, inter quæ beneficium S. Quirici ibi non legitur decisum, & comprobatum fuit *in Gerunden. Prioratus 29. Ianuarij 1646. §. præsertim, & §.sequenti coram Me*; prout etiam declarauit obseruantia, quia nusquam post Bullam secularizationis, ac dictas declarationes idem Beneficium prouisum fuit tanquã vnitum ad Archipresbyteri S. Ioannis, vel alterius cuiusq; nominationem, seù præsentationem; quinimò vltimus Status est pro
9 libertate beneficij, † & prouisionis tanquam de libero præuio concursu, qui status cum ex prædictis contrarius vnionis de tempore prouisionis Apostolicæ exaduerso obtentæ, negari non possit quin saltèm reddatur turbidus, attendi debet tàm ad inducendam reseruationem per obitum prædecessoris in mense Apostolico, quàm ad excludendam iustificationem gratiæ Aduersarij, vnionis videlicèt narratæ; maximè quia non agitur
10 principalitèr † de qualitate beneficij inter Collatores, sed incidentèr inter prouisos, vt pluribus comprobauit *Rot.in Valentina Rectoria 24. May 1647. §.præter quod, & 22. Iunij 1650. §.firmato ex his coram Me.*

Atque hinc gratis redarguitur gratia Rocchafighere de obreptione, eo quod narrauerit beneficium esse liberæ collationis, & prouideri per concursum, qui tamen non requiri-
11 tur † in beneficijs per Bullam secularizationis reseruatis, vt dixit *Rota in alia Vicen. Parochialis coram b. m. Patriarcha Manzanedo impress. inter recent.decis.323.num.7.in fin. par.2.* Quia obreptio euitatur ex vltimo statu, & reseruatio huius beneficij educitur præcipuè ex obi-
12 tu prædecessoris in mense reseruato † quo casu necessarius est concursus, vt disponitur in Sacro Concilio Tridentino sess.24. de reform. cap.18. ibi, *etiam si ipsa Parochialis Ecclesia reseruata, vel affecta fuerit, & declarauit Sacra Congreg. Concilij*, vt refert *Paris. de resignat. lib.8.quæst.9.numer.103. Gonz.super.reg.3.gloss.6. num.111. & seqq.*

Atque ita prima decisio confirmata fuit vtraque parte informante.

BONONIEN. HAEREDITATIS.

Veneris 24. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Testamentum ad alterius interrogationem valet quando Testator est mentis compos, ac distinctè, & articulatè loquitur, quod amplia procedere etiam quando agitur de præcedentis testamenti reuocatione, eoque magis Testamentum ad alterius interrogationem valet quandò constat de præcedenti deliberata volũtate testandi, & ex quibus huiusmodi deliberata voluntas probetur? *Statuta Bononiæ lib.4.tit.de testament. §. si verò in guardia, & §.Etsi aliqua, & lib.2.de reprobat.§.præterea inuito §. saluo* declarantur. Primum testamentum habens clausulam derogatoriam ad sequens testamentum reuocatur per secundum etiam absque aliqua derogatione dictæ clausulæ quando inter vnum, & alterum testamentum tantum tempus intercessit, vt præsumatur oblitio dictæ clausulæ.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum primum reuocatur per posterius.*
2 *Requiritur tamen quod posterius sit validum.*
3 *Testamentum conditum ad interrogationem alterius valet quando Testator est mentis compos, & articulate, ac distinctè loquitur.*
4 *Et hæc opinio est communiter approbata in iudicijs, ac in scholis.*

5 *Amplia*

5 *Amplia etiam quando agitur de præcedentis Testamenti reuocatione, ac etiamsi præcedens esset factum ad fauorem piæ causæ.*
6 *Testamentum primum bona valetudine conditum non præsumitur Testatorem laborantem in extremis reuocare voluisse; ista tamen præsumptio cædit veritati per secundum testamentum ritè comcompositum patefacta.*
7 *Mens Testatoris etiã in extremis laborantis si alioquin sani iudicij seruanda est, seruari debet.*
8 *Testamentum ad interrogationem alterius valet si Testator interroganti non respondit simpliciter sic, sed ipsum hæredis nomen protulit per verba dispositiua.*
9 *Præsertim si constat de præcedenti deliberata voluntate testandi, ex quo qualibet fraudis suspicio excluditur nu.10. vbi quod nulla est constituenda differentia, quod agatur de reuocatione testamenti iam conditi, vel non, & numer.11. quod præambula voluntas testandi magis, quam mortis proximitas attendenda est.*
12 *Et huiusmodi voluntas deliberata testandi probatur ex testibus.*
13 *Item si Testes deponant Testatorem ante interrogationem declarasse velle testari faciendo ad hunc effectum perquiri Notarium.*
14 *Item si Testator mandauit alicui, vt testamentum scriberet, & ipse scripsit quo casu de mandato Testatoris scriptum præsumitur.*
15 *Testator præsumitur sanæ mentis nisi contrarium probetur.*
16 *Testator quod fuerit sanæ mentis probatur ex ipsa praordinata dispositione ad fauorem successuri ab intestato.*
17 *Testes deponentes Testatorem non fuisse sanæ mentis non probant si nullam reddunt rationem dicti explicando actus non sanæ mentis.*
18 *Testes de non sana mente Testatoris deponentes eliduntur ab alijs de sana mente testantibus concurrente maximè præsumptione educta ex ordinata dispositione, num.19.*
20 *Testes fuisse à Testatore rogatos probatur duobus testibus.*
21 *Et satis est Testes fuisse à quocumque rogatos præsente, & patiente Testatore.*
22 Statutum Bononiæ lib.4. tit.de testam. §. si verò in guardia, & §. Et si aliqua *disponit, quod tam testes, quam qui testamentum scribit cognoscant Testatorem, alias vltima voluntas pro non legitima habeatur.*
23 *Hæc tamen forma statutaria quamuis sit substantialis respicit certum effectum, scilicet obuiandi fraudibus, & potest adimpleri per æquipollens si certum est aliunde personam testatoris esse notam testibus, & scribenti testamentum, n.24.*
Forma substantialis in aliquo actu requisita, an per æquipollens adimpleri valeat? ibid.n.24.
25 Statutum Bononiæ lib.2. de probat. solut. §. præterea iuncto §. saluo, *reijcit probationem testamenti per Testes, nisi de eo facta fuerit publica scriptura, ad cuius corroborationem testes producantur.*
26 *Declara statutum præfatum non comprehendere casum mixtum scilicet quando testamentum participat de scriptura priuata, & publico instrumento.*
Casus mixtus non comprehenditur sub simplici dispositione Statuti ibidem.
27 *Statutum excludens certas probationes intelligitur nisi illæ sint adminiculatæ alio probationum genere.*
28 Statutum Bononiæ d.lib.2.de probat. *locum non habet quoties scriptura priuata testamenti est redacta in publicam formam, & adminiculatur ex testibus tenorem testamenti referentibus.*
29 *Statutum prædictum reijcit solam scripturam priuatam nullam fidem facientem deperse, secus in casu contrario.*
30 *Solemnitas à statuto requisita tempore necessitatis relaxatur.*
31 Statutum Bononiæ d.lib.2.de probat.*reijciens probationem testamenti per testes nisi facta fuerit publica scriptura non procedit contra excipientem.*
32 *Testamentum primum ad pias causas habens implicitam clausulam derogatoriam ad sequens testamentum non censetur per secundum reuocatum sine speciali derogatione.*
33 *Limita non procedere quando concurrit lapsus decennij inter vnum, & alterum testamentum, quia tanto tempore præsumitur obliuio, quo casu primum testamentum reuocatur per secundum absque aliqua speciali derogatione.*
34 *Et obliuio præsumpta ex lapsu decennij præsumptionem inducit clausulæ derogatoriæ mentionem fuisse omissam potius ex infirmitate memoriæ, quã defectus intentionis.*

DECISIO CCCCLVIII.

MONASTERIIS Sanctorum Dominici, & Martini de Bononia petentibus immissionem ex primo testamento condito de anno 1637. à Paulo Burgognono annuendũ non esse Rota censuit, quia illud per aliud
1 testamentum posterius † ad fauorem matris, & vxoris Testatoris conditum de anno 1647. reuocatum fuit *§.posteriore inst.quib.mod.testam. infirmen.Bart.in l. si iure num.3. ff. leg. 3. Maresc. var.resolut.lib.1.cap 48.in princ.*

Neque vrgent obiecta aduersus posterioris
2 testamenti validitatem † ad hunc effectum necessariam *d.l.si iure ff.leg.3.Aret. in d. §.posteriore num.2.Mant.de coniect.lib.12.tit.1.numer.39.* Quod enim hæredes in eo instituti fuerint præuia interrogatione Fratris Francisci Mariæ Iacomelli viri Religiosi Testatorem tunc morti proximum ad æternam salutem coadiuuantis, qui fertur interrogasse Testatorem an vellet mediam hæreditatem matri, & mediam vxori relinquere, non est momenti
3 quando Testator mẽtis compos erat † ac articulatè, & distinctè loquebatur, quia tunc eius voluntas est clara, & à Testibus audita, nec præsumitur ab interrogante seducta, vel extorta cum Testator sciret, & posset negatiuè respondere, & de cętero permissum sit etiã in extremis laboranti condere testamentum ad vlterius maximè non suspecti interrogationem, vt post *Alex.Socc.Crauett. Corn.Siluan. & plures alios tradit Surd.cons.414.numer.58.* vbi ait his duobus concurrentibus neminem inueniri,

uenisti, qui contrarium sentiat *Salon. de Pace consf.7. sub num.*15. Vbi quod in his terminis opinio *gloss. singularis in l. iubemus verb. quemadmodum Cod. testam.* Testamentum validum esse
4 affirmantis communiter approbata † est in iudicijs, & in scholis *Farinacc.cons.97.num.16. lib.1.Menoch.cons.45.num.35.& præsumpt.8.n.14. lib.4.Ant.Perez.cons.9.num.5. Matthien. recollect. lib.5.tit.4.l.1.gloss.16. sub numer.12.vers. sed quoties Grat.discept.659.num.11.Fusar.de subst.q.288 num.1.& 2.Clar.in §.Testamentum quæst.37.nu.3. Ciriac.controu.407.numer.99. Gamm.decis.46. numer.5. & 244. Peregr.dec.Patau.80. numer.5. Argent.in consuetud.Britan.cap.581. num.2. Rot.decis. 638.num.1.& 8.par.1.diuers.& dec.581.num.31. & 31.* vbi aduertit, quod ferè omnes Docto-
5 res loquuntur etiam quando agitur de precedentis testamenti reuocatione, & etiam si præcedens esset factum ad fauorem piæ causę aliosque in casu reuocationis prioris testamenti allegat *Modern.Carpen.controu. forens. c.3. num.32.& seqq.* Nam præsumptio quod labo-
6 rans in extremis noluerit reuocare † primum tastamentum bona valetudine cõditum *Canc. tom.5.c.4.num.158. Sess. decis.Arag.56. sub nu.30. vers. tertia limitatio Menoch. præs.8.nu.40. vers.4. lib.4.* cedit veritati per secundum testamentum ritè compositum patefactæ *Castr. in leg. sancimus num.5.Cod.testamen.* Semperque mens Testatoris etiam ab emittẽte spiritum si alio-
7 quin † sani iudicij edita seruanda est *Castill.de coniect.vlt.vol.cap.27. num.5. Ciriac. controu.407. num.115.Rot.int.cons.Farin.cons.97. num.30.*
Facilius vbi Testator interroganti nõ respon-
8 dit simpliciter per verbum sic, † quod plerumque in mortis agone positi adhibere solent ne geminatis astantium interrogationibus turbẽtur, sed ipsa nomina hæredum protulit, & per verba dispositiua eos se hæredes facere declarauit *Surd. d. cons.414. sub num.58. vers. vbi dicit, & nu.62.post Alciat.cons.534. alias cons.78.tom.3.lib.9. num.12. vers. qua limitationes Soce.iun. cons.144. num.54. lib.2.* Eoque magis si constat de præcedenti deliberata voluntate
9 testandi,† nam vtrumque seriam liberamque fuisse Testatoris dispositionem demonstrat, ac excludit omnem fraudis suspicionem, ob quam in alijs casibus de quibus Doctores pro contraria parte allegati loquuntur testamentum ab oppresso graui morbo conditum ad interrogationem alterius executionem non meretur, *Surd.d.cons.414.num.53. in fin.Menoch. d.cons.45.n.36.* vbi quod in his terminis nulla est constituenda differentia quod agatur de
10 reuocatione † testamenti iam conditi, vel non, *Ludou.Bell.cons.cons.54.numer.3.vers. si non constet.Gabr.de testam.concl.2.num.17.& 19.Thes. iun.quæst.99.numer.6. vers. tertio quod procedat, & vers. nisi clarè constaret, & vers. quamuis, & n.7. circa fin.* vbi quod mortis proximitas non est
11 ita attendenda, † quin magis consideretur mentis sanitas,& præambula voluntas testandi, *& num.15. & 16.vers. quando constaret lib.2. Mant.de coniect.lib.2.tit.6. sub numer.9.& ex Sesse decis.Arag.56. sub num.30.*
In casu verò nostro deliberata voluntas te-
12 standi † probatur ex tribus testibus, nempè primo, quinto, & octauo, qui sufficiunt ad probandam præambulam voluntatem Testatoris, quam solemnis dispositio subsecuta fuit iuxta notata *per Doct.in l.hæredes palam §.si quis postea ff. testam. Bart.in l.2.num.39. ff.vulg. & pupill.Surd.cons.129.num.29.& cons.414.num.67. Io.Franc. à Ponte cons.63.num.9.lib.1.Cancer.var. resol.tom.3.cap.20.num.410.Buratt.dec.616. n.16. Rot.inter recen.dec.765. num.6. & seqq. par.2. & in punct. plures concondantes refert Altogr. cons.73.*
13 *num.3.* deponentibus, † quod ante interrogationem Fratris Francisci Mariæ, Testator declarauerat se velle testari faciendo ad hunc effectum perquiri Notarium, quod in puncto ponderat *Surd.d.cons.414. sub num.54.infra med.* ibi, *vt quia Notarium &c. Neguz. quæst. 18. sub num.4.vers. nec apparet in dicta præs.8. numer.34. lib.4.Pappon.cons.36.num.50.Aym.cons.117.nu.1. Thesaur.dicta quæst.99. numer.6.in fin.* vbi, quod *sufficit aliquo modo constare de præordinata voluntate lib. 2.* & mandando eidem Francisco
14 Mariæ, vt testamentum scriberet, † prout scripsit, & de mandato Testatoris scripsisse præsumitur *Decian.cons.7.num.4.lib.4. Gabr. de testam.concl.2.num.15.Cyriac.contr.407.numer.98.* & in puncto testamenti conditi ad interrogationem *Rimin.iun.cons.261.num.7.*
Insuper omnes testes deponunt Testatorem articulatè respondisse, *Che lasciaua mezza la sua robba à sua matre, e mezza à sua moglie*, & secundus, tertius, quartus, sextus, & nonus affirmant, quod erat sanę mentis, licet paulo post decesserit, prout etiam lex præsumit,
15 nisi † contrarium probetur *cap. fin. de success. ab intest.* cum alijs allegatis *in decis. 34. num.7. par.5.decis.298.num.17.par.8.recent.decis 178.n.9. in punct.Ant.Perez cons.9.n.6.Gomes in l.3.Thaur. num.113.* Et ipsa dispositio facta ad fauorem
16 matris † alias ab intestato successuræ demonstrat *Honded.cons.78.nu.61. lib.2.Mant.de coniect. lib.2.tit.5.num.7.Ciriac.controu.407.num.115.Rot. decis.570.num.20.& decis.581.num.45.par.4.to.3. recent.* Vndè curandum non est de tribus Testibus contrarium afferentibus, nullam enim reddunt sui dicti rationem † explicando actus
17 non sanę mentis vt debuissent *Buratt.dec.256. num.9. Duran.decis.178. num.17.Rot.in recent.decis.233.num.26.& 28.par.7.* Et præter quod ijdem Testes aliter prius iudicialiter, ac extra-
18 iudicialiter deposuerant eliduntur † à pluribus de sana mente testantibus *Ciriac.d.controu. 407.num.261.Rot.d.decis.570. num.17.par.4.to.3. recent.* concurrente maximè præsumptione
19 educta † ab institutione matris, vt in his terminis respondit *Menoch.cons.45.num.41.& præsumpt.8.sub num.34. vers.tertium est signum lib. 4. Rot.d.decis.570.in fin.*
Defectum rogitus Testium exaduerso al legatum tollunt quartus, sextus, & nonus testis, qui asserunt Testes in testamento adhibitos fuisse à Testatore rogatos, id quod etiã
20 duobus Testibus † probari posse tradit *Mant. de coniect.lib.12.tit.16.numer.16. Surd.d.cons.414. num.24.aliique relati in Romana Testamenti, seu hæreditatis 17. Iunij 1611. coram Cardinali Sacrato impress.*

*impress.apud Grat.discept.*550. *numer.*46. & satis
21 esse † à quocunque Testes rogati fuerint præ-
sente Testatore, & patiente voluit *Alex. con-
sil.*47.*num.*4.*lib.*2.*Mant.de coniect.lib.*2.*tit.*11.*n.*4.
*Grat.d.discept.*550.*nu.*7. *discept.*843.*n.*23.*Magon.
decis.Lucen.*32.*nu.*6.

Nihilque refert quod neque duo ex Testi-
bus rogatis, neque vnus ex illis, & sacerdos,
qui testamentum scripsit se cognoscere Te-
22 statorem dixerint, vt requirit † *Statutum Bo-
noniæ lib.*4.*tit.de testam.*§.*si vero in guardia,& §.&
si aliqua*, vbi disponitur quod alias vltima
voluntas pro non legitima habeatur; cum
enim forma hæc statutaria esto substantialis
23 esset † respiciat certum effectum obuiandi,
scilicet fraudibus, vt in puncto aduertit *Bero.
cons.*1. *num.*43. *lib.*2. qui effectus æquè bene
sequitur si aliundè certum sit Testibus, vel
24 Sacerdoti fuisse cognitum Testatorem, † pro
vt in casu nostro quo Sacerdos erat Confes-
sarius Testatoris, & Testes erant de eodem
loco, & Parochia, satis dicitur eadem forma
adimpleta per æquipollens, quod admitti di-
xit in his ferè terminis *Rot. decis.*149. *num.* 13.
*& seqq. par.*6. *recent.* vbi allegat. concord. &
bene ad propositum *Anchar. Regica qu.* 11. *sub
nu.*26 *vers.& etiam lib.*2.

Aliud pariter *Statutum Bononiæ lib.* 2. *de pro-
bat.solut.*§.*præterea iuncto*, §.*saluo reiciens* proba-
25 tionem testamenti per Testes, † nisi de eo fa-
cta fuerit publica scriptura ad cuius corro-
borationem Testes producantur, non appli-
catur casui nostro, tum quia schedula testa-
menti scripta à Fratre Francisco Maria in
continenti, & statim ac Notarius haberi po-
tuit redacta fuit à Notario Terræ Plebis Cen-
ti in formam publici Instrumenti, vt proin-
de vel publicum Instrumentum censeri de-
26 beat vel casus iste †, vti mixtus hoc est par-
ticipans de scriptura priuata, & publico In-
strumento sub statuto non compræhendatur,
Ias.in l.certi conditio §.1.*numer.*9.*ff.si cert.pet.Me-
noch.cons.*11.*num.*5. *Surd.decis.*174.*sub numer.*14.
*Duran.decis.*36. *nu.*36. *& in proximis terminis Ci-
riac.controu.*246.*num.*3.*&* 5.*Surd.decis.*43.*num.*7.
*decis.*277. *num.*21. Tum quia statutum exclu-
dens probationes per Testes, vel etiam per
priuatam scripturam, & vno verbo certas
27 probationes † intelligitur, nisi ille admini-
culatæ sint alio probationum genere *Bald. in
l.certi condictio* 9.§.*quoniam num.*2.*vbi etiam Ful-
gos.Castr.& Alex.numer.*3. *ff.si cert.pet.idem Bald.
cons.*279.*sub num.*1.*lib.*4.*Ciriac.controu.*252.*n.*13.
*Rot.Bonon.diuers.decis.*15.*numer.*8. Qui est casus
noster, nam scriptura priuata Religiosi ad-
28 miniculatur † supradicto publico Instrumēto
Notarij, ac Testibus quorum dicta cum te-
norem testamenti referant, & fuerint in scri-
ptis iudicialiter redacta eo magis cessat dispo-
sitio statuti, quia habere videntur vim publi-
ci Instrumenti *Bellon.cons.*22. *num.*8. *Paris.con-
sil.*77.*num.*20.*lib.*3. *Socc.cons.*169.*col.fin.num.*13.
*vers.ex quibus etiam lib.*2. *Monter. decis.Arag.*30.
num. 7. *& seqq.* Maximè quia ipsa scriptura
priuata Religiosi de per se aliquam fidem fa-
29 cit statutum vero † censetur reicere solum
scripturam nullam facientem de se probatio-
nem vt notat *Monter.ad dictum statutum* §.*exad-
uerso verb.possint*. Saltem quando vt hic factæ
fuerunt diligentiæ pro habendo Notario, sed
necessitas imminentis mortis illum expectare
non permisit, nam necessitatis tempore † so-
30 lemnitas requisita à statuto relaxatur, vt in
terminis similis statuti *Rolan.cons.*30.*numer.*13.
*lib.*3. facit *Surd.decis.*277.*sub num.*18.*vers.asserat
& ferè in punctis Sess.decis.Aragon.*420. *numer.*12.
& 13. Quę omnia simul iuncta fortiùs suffra-
gantur hæredibus excipientibus † de secun-
31 do testamento aduersus agentes ex primo
per ea quæ tradit *Menoch.de adipisc.remed.*4. *nu-
mer.*781.*in fin.Ciriac.contr.*246.*n.*4.*Surd.dec.*277.
*num.*12.*&* 13.

Tandem non obstat, quod primum testa-
mentum vti conditum ad pias causas, † ac
32 propterea habens implicitam clausulam de-
rogatoriam ad sequens testamentum, non
censeatur reuocatum per posterius sine spe-
ciali derogatione *Dec.in l.fin.num.*54. *Cod.edict.
Diu.Adr.tollend. Socc.Iun.cons.*183.*num.*35.*lib.*2.
*Mant.de coniect.lib.*6.*tit.*3.*sub num.*52. *vers.secun-
do considero Canc.var.resol.par.*1.*cap.*4.*sub num.*9.
33 Nam stante lapsu decemnij † inter vnum,&
alterum testamentum, quia tanto tempore
præsumitur obliuio clausulæ derogatoriæ
primo adiectæ illud per secundum reuocatur
etiam absque aliqua speciali derogatione, vt
originaliter voluit *Bald.in l.sancimus sub nu.*10.
*vers.idem fortè Cod.testam. quem sequitur ibid.Ful-
gos.sub num.*2. *vers.quarta exceptio Castr.sub nu.*5.
*vers.item si post primum Corn.nu.*3.*in fin.Socc.Sen.
in l.si mihi & tibi* §.*in legatis num.*15. *vers.ex qua
conclus.ff.leg.*1.*Alex.cons.*105.*numer.*7.*lib.*4.*Capra
cons.*31. *num.*18.*in fin.* & reiecta contraria opi-
nione *Aretini* tanquam communem sequitur
*Paris.cons.*10.*num.*17.*lib.*3.*Ludouic.Bell.cons.*109.
*num.*36.*Clar.in* §.*testamentum quæst.*99.*col.*7.*vers.
scias etiam Card.Mant.de coniect.lib.*6. *tit.*3.*nu.*53.
*& lib.*12.*tit.*8. *num.*16. *Rota in Perusina Bonorum
de Herculanis* 11.*Maij* 1582.§.*circa secundam par-
tem coram Brauo*, vbi quod obliuio per lapsum
34 decemnij præsumpta † facit præsumere clau-
sulæ derogatoriæ mentionem fuisse omissam
potiùs ex infirmitate memoriæ, quam defe-
ctus intentionis. Quod libentiùs recipiendum
est, vbi fuerunt in secundo testamento insti-
tuti venientes ab intestato.

Et ità decisum vtraque parte informante.

MONTIS CASSINEN. IVRISDICTIONIS.

Luna 27. *Martij* 1651.

ARGVMENTVM.

Confessarij Monialium non egent approbatio-
ne Episcopi, quando ex priuilegijs Apostoli-
cis sunt ab Episcopali iurisdictione exemptæ,
subsunt Prælatis regularibus habentibus iura
Episcopalia, & ex quibus huiusmodi exem-
ptio resultet? *Constitutio san. mem. Gregorij XV*,
qua

qua incipit inscrutabili, subijciens Moniales visitationi, & correctioni Episcopi Diœcesani, & prohibens ne Confessarij tàm Ordinarij, quam extraordinarij ad confessiones Monialium etiam Regularibus subiectarum audiẽdas deputetur, nisi præuia approbatione Episcopi Diœcesani locum non habet in locis extrà Diœcesim omnimodæ iurisdictioni alterius subiectæ, ac territorium separatum constituentibus.

SVMMARIVM.

1 *Rota semper solet declarationes Sacræ Congregationis reuerenter amplecti.*

2 *Confessarij Monialium Prælatis Regularibus subiectarum approbatione Episcopi non egent.*

3 *Monasterium Monialium esse exemptum, ac subiectum iurisdictioni Abbatis regularis probatur ex priuilegijs Apostolicis suscipientibus sub protectione B. Petri, & Sedis Apostolicæ nedum Monasterium, sed personas, & bona.*

4 *Exemptio à iurisdictione Episcopi resultat si priuilegia exemptiua expressè prohibent, ne Episcopus in loco exempto vllam exerceat iurisdictionem.*

5 *Appellatione iurisdictionis comprehenditur tam ciuilis, quam criminalis.*

6 *Dictio* aliquid *est vniuersalis, & in materia iurisdictionis omnem actum etiam minimum iurisdictionis comprehendit.*

7 *Exemptio à iurisdictione Episcopi resultat si in priuilegijs Apostolicis expressè prohibetur ne Episcopus in personas sententiam excommunicationis, vel interdicti promulget, quod alias ad ipsum spectat seclusa exemptione.*

8 *Exemptio Monasterij Monialium à iurisdictione Episcopi probatur si in priuilegijs Monialibus indulgetur, quod chrisma, oleum sanctum consecrationes altarium, & similia petant à quocumque antistite, quæ omnia de iure ad Episcopum spectant, nisi lex omnis tam iurisdictionis, quam Diœcesis esset ab eo abdicata, & num. 10.*

Ad dignitatem Episcopalem, & legem Diœcesanam pertinent administratio chrismatis olei sancti consecrationum altarium, nec non collationes ordinum & c. ibidem num. 9.

11 *Pontificalia in aliena Diœcesi Episcopo exercere non licet.*

12 *Locus exemptus, quando constituat territorium separatum verè, & propriè non autem impropriè, & per modũ æquiparationis, & quoad certos effectus quamuis sit intra limites Diœcesis Episcopi? & nu. 13. & supra num. anteced.*

14 *Exemptio simplex differt ab exemptione plena.*

15 *Locus exemptus constituere dicitur territorium separatum si enunciatur in litteris Apostolicis nullius Diœcesis, & talis censetur agnitus ab Episcopo si dictas litteras executioni demandauit.*

16 *Enunciatiua antiqua vltrà centum annos, & adminiculata, valdè conducunt ad probandam qualitatem enunciatam.*

17 *Monasterium esse subiectum iurisdictioni Abbatis præuia translatione potestatis quasi Episcopalis priuatiuè ad Episcopum, ex quibus potissimè probetur? & remissiuè nu. 18. & seqq.*

19 *Vnio beneficij facta ab Abbate Monasterio exempto denotat subiectionem Monasterij, ac potestatem Episcopalem vnientis.*

20 *Confirmatio electionis Abbatissæ est actus iurisdictionis.*

21 *Indulgentias concedere Episcopalem potestatem denotat, ac etiam quod illi quibus sunt concessæ subijciuntur potestati concedentis num. 22.*

23 *Visitatio pendet ab ordinaria iurisdictione.*

24 *Clausula Monialium soli Episcopo demandatur etiam in Monasterijs regularium.*

25 *Abbas si sacramentum confirmationis administrauit denotat eius Monasterium esse separatum à Diœcesi Episcopi, & sibi subiectum.*

Confirmationis sacramentum non potest ab alio quam ab Episcopo ministrari ibid.

26 *Monasterium esse subiectum iurisdictioni Abbatis probatur si vltrà actus iurisdictionis supra recensitos censuras promulgauit, & excommunicatos absoluit.*

27 *Itẽ si visitauit Sanctissimũ Eucharistiæ Sacramentum, olea sancta, fontem baptismalem, & omnem sacram suppellectilem, quod sanè solius Episcopi munus est.*

28 *Monasterium dicitur propria Diœcesis Abbatis, in quem plena iurisdictio Episcopalis fuit translata.*

29 Constitutio san. mem. Gregorij XV. quæ incipit inscrutabili *subijciens Moniales, correctioni Episcopi Diœcesani, ac prohibens ne Confessarij tam ordinarij quam extrordinarij deputentur nisi præuia approbatione Episcopi Diœcesani locũ non habet in locis exemptis constituentibus territorium separatum de per se.*

DECISIO CCCCLIX.

CONFESSARIVS Monialium Monasterij Sanctorum Cosmi, & Damiani Terræ Tagliacotij deputatus per Abbatem Montis Cassini, an idigeat approbatione Ordinarij Marsicani disputatum hodiè fuit, & negatiuè responsum, quia ità alias declarauit Sacra Congregatio Eminentissimorum Sacri Concilij Tridentini interpetrum, cuius decla-

1 rationes † Rota semper solet reuerenter amplecti, vt testatur, *Buratt. in decis. 479. num. 2.* & fuit dictum *in Maioricen. Parrochialis 13. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Celso, & in Alexandrina Canonicatus 13. Februarij proximè præteriti coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Iustaque ex abbundanti eadem declaratio

2 apparet, nam Confessarijs Monialium † Prælatis regularibus subiectarum quales vt infrà dicam sunt istæ approbatione Episcopi non egent disponitur in Sacro Concilio Tridentino *sess. 25. de regul. cap. 11. circa fin. vers. atque aliis Monasteriis, & tradit Azzor. instit. moral. p. 1. lib. 13. c. 9. quæst. 2. vers. quæres Armendar. in add. ad recopillat. Nauarr. lib. 2. tit. 18. lib. 7. de relig. nu. 98 Barbos. de potest. Epist. alleg. 25. n. 37. & in collect. ad Conc. Trid. d. sess. 25. de regular. cap. 10. n. 4. aliiq; relati à Moder. Monacho Vallis vmbrosæ de Iur. Abbatiss. disput. 16. quæsit. 2. n. 2.*

Esse autem has Moniales, ac Monasterium

3 exemptum † prorsus à potestate Episcopi Marsicani, & subiectum Iurisdictioni Abbatis Montis Cassini probatur quo ad primam partem ex priuilegiis Apostolicis *Alexandri*

Tertij,

Tertij, Clementis Tertij, Celestini Tertij, Honorij Tertij, & Alexandri Quarti relatis in Summ. Abbatis numer.4. & seqq. quorum aliqua ne dum Monasterium, & Moniales eaurumq; bona suscipiunt sub B. Petri, & Sedis Apstolicæ protectione, sed vltrò statuunt primo quod nullus Marsorum Episcopus in hanc Ecclesiam, vel eius Moniales, & Clericos illi
4 inseruientes† aliquid Iurisdictionis exerceat; vnde excluditur prorsus Episcopi Marsicani
5 Iurisdictio tùm Ciuilis, tùm Criminalis† quã appellatione Iurisdictionis compræhẽdi notant Doctores in l.2.ff.iurisdict.omn.Iudic. & in puncto similis priuilegij aduertit Maceraten. variar.resol.lib.3.resol.4.num.2. ponderata præ-
6 sertim dictione aliquid, † quæ vniuersalis est secundum subiectam materiam, & omnem etiam minimum iurisdictionis actum compræhendit, Cened.post lib.pratic.& Canon. quæst. singul.5.n.5.Barbos.dict.21.n.2. Grat.discept.509. num.35.Surd.decis.283.num.8. Monach.decis.Florent.50.num.18. necnon proxima subsequenti prohibitione, quod nulli Episcopo fas sit
7 Moniales,† vel Clericos præfatos excommunicationis, vel Interdicti vinculo innodare, quod licuisset Marsicano si aliqualis Iurisdictio penes ipsum remansisset c.cum Capella 16. cap.quanto 26. de priuileg.Io.Andr. in tract. de interd.n.23.Cockier.de iurisd.in exemp.par.2.qu.45. num 122.Gigans.de pension.qu.60.num.1.Belencin. de charit.subsid.qu.24.num.2. & in puncto ponderauit Rota in Rossanen.Exemptionis 20. Aprilis 1640. §.quod confirmari in fine coram Reuerendiss. Salamantino.

Secundò quod Chrisma, Oleum Sanctum, Consecrationes Altarium, seù Basilicarum,
8 Ordinationes † Clericorum, qui ad Sacros Ordines fuerint promouendi absque omni contradictione, & appellatione Moniales suscipiant à quocunq; maluerint Episcopo ad earum Ecclesiam ab ipsis vocato, quæ omnia cum peti ab Episcopo Marsicano debuissent, nisi lex omnis tàm Iurisdictionis, quam Diœcesis ab eo abdicata esset, quia concernunt ordinem, & Dignitatem Episcopalem,
9 ac pertinent ad legem Diocesanam † Io.And. in cap.1.num.7. de priuileg.in 6. Brunell. de legat. conclus.10.col.3.Grat.discept.212.sub num.49.Lotther.de re benef.lib.1.qu.25.sub numer.6. Jan.mem. Gregor.XV.decis.434.num.13.tex.tin cap. veniens §.Chrisma de praescript.cum alijs allegatis à Moder. Carpen.contr.foren.cap.220nu.119.in fin.& n.120.
10 exindè clarè dignoscitur † ab vtraque lege Episcopi Marsicani Monasterium, & Moniales fuisse solutas Chockier. de Iurisd. in exempt. par.2.qu.45.num.16.& par.4.qu.11. num.2. & 3. Barbos.de potest. Episc.alleg.105.num.65. Lotther. de re benef.lib.1.qu.24.sub numer.135. vers.at non sufficit Rota in dicta Rossanen. Exemptionis §. præterea coram Reuerendiss.Salamantino.

Quo magis quia non solùm fuit Monialibus concessum prædicta petere à quocunque Episcopo maluerint in propria, siue alterius Ecclesia celebrante, sed etiam ad ipsarum Monialium Ecclesiam vocato, & sic permittitur alieno Episcopo absque Marsicani consensu ad libitum Monialium Pontificalia exercere in hac Ecclesia, quod non liceret si
11 illa† essent in Diœcesi, vel de Diœcesi Episcopi Marsicani Aldan.in compen.Can.resol.lib.1. tit.4.nu.3.Speculator par.3.tit.de Cler. Peregr.sub num.5.vers.licet enim; Chockier.de iurisd.in exemp. quæst.11.sub num.3. vers.sed non tamen Barbos. in collect.ad Concil.Triden.sess.14.de refor.cap.2. n.3. & de potest. Episc.alleg.20.n.15.

Ex quibus corollarie sequitur, quod eadem Ecclesia, & Monasterium constituat Territorium separatum non impropriè, &
12 per modum † æquiparationis, & ad certos tantum effectus, vt de simplicitèr exempto declarat Rota dec.s.207.num.3.vers.non etiam, & num.4.par.2.diuers.decis.324.num.7.par.1. recent. Lotther.de re benef.lib.1.qu.24. num.124. & seqq. Chocker.de iurisd.in exemp.par.2.quæst.45.nu.121.
13 sed verè, & propriè† quamuis sit intra limites Diœcesis Marsicanæ Geminian. in cap. cum Episcopus nu.4.de offic.ordin.in 6.& in cap.2.n.19. de const.eod.tit.Rot.d.decis.207.num.5.in fin. vers. seù talitèr par.2.diuers.decis.105.n.2.inter impress. post cons.Farin.lib.2.dec.42.nu.2.& 6.dec.65.n.3. apud Moder.de iur.Abbat.tom.3.decis.635. num.2. vers.vnde par.1.recent.decis.54.numer.2. vers.adeo quod, & num.5.coram Mart. Andr. cum alijs alleg. per adden.ad Buratt.decis.578.num.21. & distin-
14 guendo inter exemptionem simplicem,† & plenam tradit Lotther.d.lib.1.quæst.24.num.127. Grat.discept.212.n.33. Maximè quia nusquam in supracitatis priuilegiis Monasterium enũciatur, vt solet sub alicuius Episcopi Diœcesi quin imò tàm in Epistola Cardinalis Medices anno 1499. Summ.num.13. quàm in litteris delegatorijs Innocentij VIII. directis eodem anno ipsi Episcopo Marsicorum Sum.num.18. Monasterium dicitur nullius
15 Diœc. † quas litteras cum idem Episcopus executioni demandauerit agnouisse videtur veritatem huius enunciatiuæ ad tex.in cap. ex ore vers.per hoc de his quæ fiunt à maior. part. cap. Dec.cons.206.sub num.7. cumque enunciatiuæ sint duæ, & antiquissimæ vltrà centum an-
16 nos, ac adminiculentur † vt infrà longeua possessione Abbatis Montis Cassini valdè conducunt ad probandam qualitatem enunciatam Put.dec.149.num.2.lib.3.Rot.inter recent. decis.91.num.2.in fin.decis.312.nu.6.par.1.dec.54. num.10.coram Mart.Andr. & in puncto dec.66.n.6 apud Moder.de Iur.Abbat.tom.3. referendo enūciatiuas cõtrarias, quæ forte adessent ad tempus ante priuilegia Apostolica, vt in proximis terminis respondit Rota d. decis.54.num.6. in fin.coram Mart.Andrea.

Quo verò ad secundam partem videlicèt subiectionem omnem Monasterij, ac Monialium Abbati Montis Cassini, & in eum translationis potestatis quasi Episcopalis pri-
17 uatiuæ † ad Episcopum Marsorum probatio resultat tùm ex epistola Sacræ Congregationis super negocijs Regularium scripta de anno 1585. ad Abbatem Montis Cassini, & data in Summ.num.2. ibi, Sapendo la P.V. che da centinara d'anni in quà quel Monastero (scilicèt Monialium Taliacotij superius nominatorum)

torum) *è stato sottoposto à Monte Cassino, e che*
l'Abbati pro tempore come Ordinarij l'hanno visi-
tato, gouernato, e corretto le Monache, e i Preti,
però con la presente ordiniamo à V. P. che debba
mandarui subito vn Monaco della Congregatione
vostra, si come si è fatto sempre per il passato &c.
ad arbitrio dell'Abbate il qual Monaco habbi da
confessarle &c. & hauer cura così del temporale,
come del spirituale &c. e se Monsig. di Marsica, e
suo Vicario desse in ciò impedimento alcuno che non
vogliamo crederle &c. ci procuraremo il rimedio
conueniente. Tùm ex ipsis supra memoratis
priuilegijs Apostolicis, in quibus conceditur
exemptio Monialibus *salua Montis Cassinensis*
18 *debita institia, & reuerentia,* † hæc enim reser-
uatio denotat in Abbate Cassinensi potesta-
tem quasi Episcopalem cum Episcopo reue-
rentia huiusmodi debeatur *Felin. in cap. cum*
inter num. 3. & 4. de re iudic. Seraph. decis. 1025.
num. 18. *Rot. in Cathacen. prætensæ obedientiæ* 23.
Maij 1650. §. 1. *vers. etiam, admisso iure reue-*
rentiali coram Me, & in puncto huius Mo-
nasterij, & Abbatis *decis.* 83. *num.* 4. *apud Co-*
mitulum. Tùm ex eorumdem priuilegiorum
bis centenaria, & amplius obseruantia, &
actibus soccessiuis ab Abbate gestis mox re-
censendis vtramque legem Iurisdictionis, &
19 Diœcesis respicientibus † qui sensisse Pon-
tifices potestatem omnem in Abbatem per
eadem priuilegia transferre declarant *Gabr.*
cons. 66. *num.* 24. *lib.* 2. *Seraph. decis.* 600. *num.* 3. &
in proximis terminis *Ciriac. contr.* 141. *num.* 38.
relatus à Moder. Carpensi controuers. foren. cap. 110
num. 10. *Martin. Andr. decis.* 54. *num.* 16. *Rot. inter*
impress. apud Mudern. Perus. de manut. d. decis. 71.
num. 1.

Constat siquidem Abbatem vsque de
anno 1266. confirmasse statuta à Monialibus
ædita *Summ. num.* 9. de anno 1335. vniuisse
huic Monasterio Ecclesiam S. Ioannis de
Camerata *Sum. num.* 11. quod denotat subie-
ctionem, & respectiuè potestatem Episcopa-
lem vnientis *Feder. de sen. cons.* 111. *num.* 8. *Oldr.*
cons. 257. *num.* 5. *& seqq. Rota in Melenitana vnio-*
nis 22. *Iunij* 1640. *coram Reuerendiss. D. meo De-*
cano. De anno 1537. 1541. 1588. confirmas-
se electiones Abbatissarum cum assertione,
quod Monasterium est membrum, & gran-
cia Sacri Monasterij Cassinensis, ipsique im-
mediatè subiectum *Summ. num.* 12. quæ con-
20 firmatio † est actus iurisdictionis *cap. ex fre-*
quentibus de inst. Lotther. de re benef. lib. 2. *quæst.* 18.
num. 27. *&* 28. *Seraph. decis.* 637. *num.* 1. *Buratt. de-*
cis. 578. *num.* 8. *&* 9. *Rot. in Marsicen. Iurisdictionis*
18. *Februarij* 1647. *coram Me*. Indulgentias
21 non † semel concessisse Monialibus, quod
pariter Episcopalis potestatis est *cap. accedenti-*
bus de excessib. Prelat. Nauarr. de Indulg. notab. 31.
Azzor. inst. moral. par. 2. *lib.* 3. *cap.* 55. *qu.* 3. *Barbos.*
de potest. Episc. allegat. 88. *num.* 17. & denotat su-
22 biectionem † Monialium concedenti *Vgolin.*
de potest. Episc. cap. 41. §. 2. *num.* 2. *vers.* 2. *Barbos. d.*
alleg. 88. *n.* 26.

Insuper pluries, ac pluries incipiendo ab
anno 1319. *Summ. num.* 10. & prosequendo
vsque ad annum 1595. *Summ. num.* 14. *& seq.*
visitasse Monasterium, & Moniales quod ab
23 ordinaria † iurisdictione pendet *cap.* 1. *in fin.*
de censib. in 6. *Barbos. de potest. Episc. alleg.* 102. *n.* 4.
& seq. Grat. discept. 212. *numer.* 36. *Rota decis.* 117.
num. 5. *apud Moder. de Iur. Abbat. tom.* 3. Et hic
aduertendum est, quod in visitationibus hu-
iusmodi Abbas plurimos actus exercuit le-
gem Iurisdictionis, ac Diœcesanam concer-
nentes, multa enim sanciuit circa clausuram
24 Monialium, quæ soli Episcopo † demandata
est etiam in Monasterijs Regularium *ex Con-*
cilio Tridentino sess. 25. *de Regular. cap.* 5. vt no-
tat *Suarez. de Relig. tom.* 4. *tract.* 9. *de variet. Relig.*
lib. 1. *cap.* 11. *in fin. fol.* 344. *Barbos. de potest. Episc.*
alleg. 102. *num.* 3. *& alleg.* 105. *num.* 31. *Chokier. de*
iurisdict. in exempt. par. 2. *qu.* 45. *num.* 5. *Piasecius in*
prax. Episc. par. 2. *cap.* 3. *art.* 7. *nu.* 2. cum alijs re-
latis à *Sperello dec. for. Eccles.* 97. *num.* 19. Ad-
ministrauit Sacramentum confirmationis,
25 nec † administrare potuisset, si Monasterium
non esset separatum à Diœcesi Episcopi, &
sibi subiectum *Emanuel quæst. reg. tom.* 1. *qu.* 18.
art. 3. *Azzor. inst. moral. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. *quæst.* 4.
vers. in primis Couarr. var. resol. lib. 1. *cap.* 10. *nu.* 6.
& 14. *Nauarr. cons.* 14. *num.* 2. *de priuileg. Barbos.*
de potest. Episcop. allegat. 30. *num.* 4. *&* 15. Com-
26 minatus fuit censuras Ecclesiasticas † aliasque
pęnas pecuniarias Monialibus, & Clericis
Ecclesiæ inseruientibus, & idemque ab ex-
communicatione incursa absoluit visitauit
27 Sanctum Eucharistiæ Sacramentum, † Olea
Sancta, Fontem Sacri Baptismatis, Calices,
& omnem Sacram supellectilem, quod sanè
solius Episcopi munus est in propria Diœce-
si, *Barbos. de potest. Episc. alleg.* 74. *sub num.* 18. *vbi*
allegat concord. Rot. in Barchinonen. Iurisdictionis
4. *Iulij* 1646. §. 1. *coram me*. Ac tandem ali-
quando prohibuit Monialibus, & Clericis
ne in pertinentibus ad Ordinem, siue Iuris-
dictionem Episcopalem adeant Episcopum
Marsorum, vt signantèr legitur in visitatio-
ne anni 1560. *Summ. num.* 12.

Quapropter cum ex præmissis, quæ
non fuerunt deducta in summarijssimo pos-
sessorio tempore *decis.* 83. *coram Comitulo* clara
sit exclusio Episcopi Marsorum ab omni iu-
28 risdictione Abbatis in hoc Monasterio, † illud
propterea dicitur propria Diœcesis Abbatis
Anchar. in cap. postulasti nu. 45. *de for. compet. Grat.*
discept. 212. *num. num.* 33. *Rot. decis.* 100. *sub nu.* 3.
apud Farin. post. consil. decis. 41. *num.* 4. *decis.* 42. *n.* 2
& 3. *apud Moder. de Iur. Abbat. tom.* 3. facit *Cho-*
kier. de iurisd. in exemp. par. 1. *quæst* 9. *num.* 7. *vers.*
ratio est, prout etiam deponunt Testes dati
in Summ. num. 16.

Et per consequens non vrget nouissima
Constit. san. mem. Greg. XV. quæ incipit *Inscru-*
tabili relata *per Moder. de Iur. Abbatiss. disp.* 16.
29 *sub quæsit.* 2. † subijciens Moniales visitationi,
& correctioni Diocesani Episcopi, & prohi-
bens ne Confessores tàm Ordinarij, quàm
extraordinarij ad confessiones Monialium
etiam regularibus subiectarum audiēdas de-
putentur, nisi priùs ab Episcopo Diocesano
idonei iudicentur, & approbationem obti-
neant; Quia loquitur de Episcopo Diœce-

sano qualis ex prædictis non est in hoc Monasterio Episcopus Marsorum, nec militat in locis alterius Iurisdictioni omnimodè subiectis, ac territorium separatum constituentibus, vt declarauit *Sacra Congreg. Concilij Tridentini interpetrum relat. à Moder. de Iur. Abbatiss. d. disput. 16. post quesit. tertium. vers. ad tertium fol. 178. & in terminis similium decretorum Concilij Tridentini* aduertit *Grilinzon. conf. 142. nu. 21 & 22. Grat. discept. 212. num. 33. & 36. & nu. 39. aliique relati à Moder. Carpen. controu. forens. c. 67. num. 26. num. 28. & num. 31. & cap. 220. nu. 112. & 113. Rota apud Moder. de Iur. Abbat. dec. 117. num. 3. & 4. vers. præterea tom. 3.*

Atque ita decisum vna tantum parte informante citato tamen pluries Reuerendiss. Episcopo Marsorum.

BONONIEN. SVCCESSIONIS.

Veneris 21. Aprilis 1651.

ARGVMENTVM.

In hac decisione latissimè disceptatur, *an Statum Bononiæ de dotibus restituend.* deroget *legi hac edictali de secundis nuptijs*, quatenus contrarium de directo disponat, & post plures rationes ab vtraque parte adductas resoluitur affirmatiuè, & ad hunc effectum expenduntur etiam plures casus, quibus locum non habet consuetudo Martini.

SVMMARIVM.

1 Statutum Bononiæ de dotib. restituend. *contrarium disponit circa hereditatē mulieris binubæ prout disponit* text. in l. hac edictali C. de secund. nupt. *at propterea sic disponendo illi derogat.*

2 *Statutum præfatum* in §. si verò il primo, *mandat hereditatem mulieris binubæ partiri inter filios, siue nepotes ex primo matrimonio, & secundum virum in stirpes.*

3 *Imperator* in l. hac ędictali C. de secund. nupt. *qua de causa motus fuit ad præscribendum modum in testamento binubæ?*

4 Statutum Bononiæ de dot. restituend. *disponit in casu testati, vt indicant illius verba,* & de eis testari possit.

5 L. hac ędictali C. de secund. nupt. *in dubio per Statutum derogatum non censetur, & vbi expressa derogatio non adest ad abrogationem dictæ legis, verba* Statuti *trahenda non sunt, num. 6.*

7 Statutum Bononiæ de dotib. restituend. *in casu testati dum præseruat Marito lucrum dotale supponit alium quam maritum fuisse heredem institutum.*

8 *Derogatio* ad l. hac edictali *educi nequit ex Statuto Bononiæ loquente de præseruatione legitimæ.*

9 *Dos filiæ existentis in patria potestate ex consuetudine Martini spectat ad filios, non vt heredes matris, quæ nec etiam valet in eorum preiudiciū de ea disponere.*

10 *Mulier de Iure cōmuni potest extraneum sibi heredem instituere salua tamen legitima filiorum.*

11 *Mulier binuba ex dispositione* legis hac edictali *valet secundum virum cum filijs secundi matrimonij heredem instituere, & ponderantur verba* Textus.

12 *Verba,* hæreditatis Iure, *significant titulum institutionis.*

13 *Filia existens in potestate patris per matrimonium ab ea non soluitur.*

14 *Filia familias de Iure communi testari prohibetur.*

15 Statutum Bononiæ de dot. restituend. *tribuit facultatem testandi generalitèr omnibus binubis etiam in potestate patris existentibus.*

16 *Dictio*, etiam, *est ampliatiua.*

17 *Legitima ascendentium cur in Statuto Bononiæ fuit præseruata?*

18 *Legitima ascendentium tanquam minus debita tolli potest à Statuto.*

19 *Statutum dum præseruat filijs legitimam supponit eos non esse heredes institutos.*

20 *Et idem est, si marito lucrum præseruat.*

21 Statuti Bononiæ de dotib. restituend. *germanus sensus circa præseruationem legitimæ filiorum ac lucri dotalis secundi viri.*

22 *Verba,* Statuti Bononiæ de dotib. restituend. *non obstantia filiorum perpenduntur super derogatione consuetudinis Martini, & num. seqq.*

23 *Consuetudo Martini locum non habet in muliere sui Iuris, & in filijs ex quocunque matrimonio.*

24 *Item nec locum habet quoties Mulier habens filios ex primo matrimonio decedat in secundo liberis ex eo non extantibus.*

25 *Item nec locum habet nisi in dote data à patre.*

26 *Dispositio Statuti ne sit superflua, nec minus in correctorijs admitti debet.*

27 *Statutum Bononiæ tribuens facultatem mulieri binubæ testandi fauore secundi viri non obstante, quod existant filij ex quocunq; præcedenti matrimonio non seruata forma* legis hac edictali *censetur ei derogare.*

28 *Statutum prædictum emanauit fauore secundi viri & indeffinitè concedens facultatem testandi indeffinitè intelligen. est.*

29 *Lucrum dotale, quod maritus percipit vigore Statuti æque debetur tàm ex causa testati, quàm intestati.*

30 *Mulier binuba quoties secundum virum in mediate tantum instituit vigore Statuti, tunc abest præsūpta seductio voluntatis mulieris, & vir potius à Statuto, quàm à muliere censetur vocatus.*

31 *Mulier præter dotem nihil in bonis, & hereditate habere præsumitur.*

32 *Dispositio Statuti intelligi, & adaptari debet casui frequentiori.*

33 *Statutum Bononiæ disponens hereditatem mulieris binubæ diuidi inter filios primi matrimonij, & in stirpes contra dispositionem* leg. hac edictali *mandantis diuisionem fieri per capita ex hac incompatibilitate resultat derogatio d. legis.*

34 *Statutum prædictum quamuis sit correctorium iuris communis, quia conditum est ad bonum Reipublicæ, vt facilius mulieres secūdo nubere possint & legitimam filiorum non minuit adhuc fauorabile dici potest.*

35 Sta-

35 *Statutum non recipit interpetrationem à Iure cõmuni, quando contra, vel præter illud disponit.*

36 Decis. 15. num. 9. & 66. num. 16. & 17. par. 4. tom. 2. recent. *declarantur in quibus casibus loquuntur.*

37 *Mulier binuba relinquendo secunda viro medietatem relicta filijs primi matrimonij alia medietate non dicitur contrauenire legi, nec statuto.*

38 *Quinimò institutio viri in medietate inest facultati testandi à Statuto concessa etiam fauore viri.*

39 *Testamentum formaliter prædicatur de institutione hæredis.*

40 *Casus ne dicatur à Statuto omissus sufficit ex verbis, aut verisimili mente statuentium elici posse.*

41 Text. in l. hac edictali Cod. de secund. nupt. *non annullat in totum institutionem excessiuam secundi viri, sed tantùm in eo quod excedit.*

42 Statutum Bononiæ de dot. restit. *permittit augeri dotem in secundo, vel vlteriori matrimonio, ac etiam augumenti lucrum defert.*

43 *Extrà tamen terminos statuti augeri dotem non posse cum pacto lucrandi, firmant DD. allegati per* Molin. lib. 3. quæst. 9. num. 6. & seqq. *contrarium tamen firmat* Surd. consil. 155. num. 13.

44 *Et vtramque opinionem fœdere distinctionis conciliat* Modern. Neapolitan. in d. l. hac ædictali qu. 5. n. 32

45 *Mulier binuba cessante dispositione Statuti nequit ob præsumptas mariti illecebras, & conceptum amorem pacisci in præiudicium filiorum primi matrimonij, possunt tamen illis statuentes præiudicare salua legitima.*

46 *Et præiudicare voluisse censentur eoipso quod extantibus filijs ex quocunque matrimonio certam lucri quotam marito deferunt.*

47 *Lucrum secundi viri, quando aliunde non apparet de voluntate statuentium derogandi* l. hac ædictali, *reducitur ad ratam cuius secundus vir est capax secundum d. legis dispositionem.*

48 *Lucrum dotis debitum secundo viro in vim statuti leg. hac ædictali derogantis, an detrahatur post legitimam filiorum?*

DECISIO CCCCLX.

CASVS præsens verè idem non est cum deciso coram bo: me: Cardinali Blanchetto *in decis. 432. par. 1. diuers.* aut cum alio super quo emanarunt decisiones posteriores coram bo: mem: Archiepiscopo Seleuciensi *impress. par. 4. tom. 2. recent. decis. 15. & decis. 66.* Nam in primo secundus vir fuerat ab vxore scriptus hæres relicta modica quantitate filijs prioris matrimonij, in altero vxor hæredes fecerat filios, & secundo viro legauerat, quod ei vigore Statuti debebatur: at Camilla Bonfiola instituit hæredem Aurelium tertium virum, cum onere tamen tradendi Nepotibus ex præcedenti matrimonio, non quid modicum vt in decisione Blanchetti, sed medietatem hæreditatis; itaut tantùm illi habeant, quantùm Aurelius comprehenso etiam lucro dotali ex forma statuti ei delato.

Militant nihilominus pro executione testamenti à Camilla conditi rationes posteriorum decisionum Archiepiscopi Seleuciensis confirmatarum coram Card. Caualerio, & coram Buratto, aliæque recensitæ in decisione huiusmet causæ edita coram Me sub die 15. Iunij 1648. quam bis, atque iterùm quæstioni exhibitam approbauit hodie quoque Rota, repetendo quod † dispo-
1 sita in *Statuto Bononiæ de dotib. restit.* vti contraria dispositis *in l. hac edictali C. secund. nupt.* illi derogant, & per consequens hæreditas
2 mulieris † partienda est in stirpes inter Dominos de Albergatis nepotes præfatos, & Dominum Aurelium tertium virum, prout partiri mandat idem Statutum *in §. si verò il primo,* vbi quicquid sit, an loquatur de successione ab intestato, an etiam ex testamẽto qui casus toto Cœlo distant, cum actus ab intestato, quia tribuitur legi vacet suspicione suasionum secundi viri, & ad illum effre-
3 nati muliebris amoris † quæ mouit Imperatorem, vt testamento binubæ modum præscriberet, vt notant *Doct. allegati in prima decisione §. & quidem in fin.* quibus additur *Ias. consil. 117. num. 8. lib. 1. saltem in § item dicimus il secondo* Statutum disponit in casu testati cum derogatione Imperialis sanctionis.

Et quidem quod disponat in casu testati
4 denotant † apertissima verba, ibi, *& de eis testari possit,* sed alteram partem, præfatam scilicèt derogationem negabant informantes pro Albergatis restringendo Statutum ad testamentum in quo non Vitricus, sed extraneus fuerit hæres institutus, vt regularitèr
5 citrà derogationem *l. hac edictalis* † Statuta huiusmodi intelligi debent *Eugen. cons. 2. n. 32 & seqq. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 243. num. 13. & seqq. Rot. decis. 432. num. 5. & seq. & num. 12. par. 1. diuers. add. ad san. mem. Greg. XV. decis. 173. num. 13. ac verbis in contrarium ponderatis in decis.* alios assignando effectus, quibus positis dum de
6 cœtero expressa derogatio non adest † etiam ad abrogationem *l. hac edictalis* eadem verba trahenda non sunt *Gozzad. cons. 28. nu. 8. Fulgos. cons. 58. num. 2. Hond. cons. 8. nu. 42. lib. 1. Barz. decis. 97. num. 48. cum alys alleg. à Moder. Neap. in d. l. hac editali qu. 6. num. 34. & seqq.* Eo minus
7 quia statutum in casu testati † præseruat lucrum dotale, quod supponit alium quam maritum fuisse hæredem institutum, vt ponderauit *Rot. d. decis. 432. num. 1. versic. & iuris est par. 1. diuers.*

Verba inquam præseruatiua legitimę filiorum asserebãt operari ne indefinita facultas testandi tributa binubæ praticabilis per institutionem extranei interpetraretur cum
8 præiudicio legitimæ ascendentium, † quæ sicuti referri non potest ad derogationem *l. hac. editali,* quia ibi de ascendentibus non agitur, ita nec altera fauore filiorum ad regulam plurium determinabilium sub vna determinatione, & conceptione verborum, vt in puncto aduertit *Rot. d. dec. 432. num. 14. vers. & in omnem euentum par. 1. diuers.* Alia paritèr verba non obstantiæ filiorum ex quocunq;

matrimonio genitorum efficere valent, vt
binuba viuente Patre, à quo dotem habue-
rat decedens de ea testetur fauore extranei,
9 quod † aliàs extantibus filijs prioris matri-
monij non licuisset, quia ad illos ex consue-
tudine Martini, de qua *in l. dos à patre profecta ff. sol. matrim.* non vti hæredes matris, sed vti
filios dos huiusmodi pertinuisset *Honded. consil. 32. num. 24. lib. 1. Zabarell. cons. 111. n. 3. Molin. de ritu nupt. lib. 3. qu. 54. num. 36. Rota in Clusina Dotis 12. Ianuarij 1598. coram Peregrino impress. par. 4. diuers. decis. 248. num. 2. & seqq. & in Parmen legitima coram Durano inter eius impress. decis. 231. num. 8.*

Sed veriùs otiosa prorsus esset facultas te-
standi à Statuto concessa cum præseruatione
legitimæ fauore filiorum nisi binubæ face-
ret potestatem instituendi hæredem secun-
dum virum in stirpes cum priuignis; nam
10 instituendi extraneum † salua filiorum legi-
tima competebat de iure communi *Rolan. cons. 62. nu. 25. lib. 1. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 8. par. 4. nu. 9. Rot. decis. 140. num. 3. par. 3. recent.* prout etiam instituendi secundùm virũ
11 in capita † cum filijs primi matrimonij, vt
colligitur ex verbis *text. in l. hac edictali*, ibi,
12 *hareditatis iure*, quæ significare † titulum in-
stitutionis viri notant *Doct. allegati per Moder. Neapol. in eadem l. hac editali quest. 29. num. 20. & seqq. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 8. par. 4. num. 17. Grat. discept. 300. num. 19. Rot. decis. 712. nu. 2. par. 1. diuers.* aduertendo præsertim, quod
statutaria facultas non tendit solùm ad habi-
litandas binubas existentes in potestate pa-
13 tris, & ab ea † per matrimonium non solu-
tas *l. licet filia C. collat. Rimin. Iun. cons. 379. n. 42.*
14 quæ à iure comuni † testari prohibentur *l. qui in potestate l. filiusfamilias ff. testam. Clar. in §. testamentum qu. 18. Buratt. decis. 639. num. 2. & 3.*
15 sed omnes, † & de existentibus in patria po-
testate loquitur ampliatiuè, ibi, *etiam non obstante quod talis mulier sit in alterius potestate*, pon-
16 derata dictione, *etiam*, † quæ est ampliatiua,
& alios quoque casus includit *Paris. cons. 46. num. 30. lib. 4. Decian. cons. 46. num. 118. lib. 2. Rota decis. 51. num. 8. decis. 226. num. 4. par. 1. rec.*

Et quamuis præseruata simul fuerit legi-
tima ascendentium non aplicabilis terminis
17 *l. hac editali*, cautè id fuit expressum † ne ob
explicitam mentionem legitimæ filiorum
censeretur exclusa, ac sublata legitima ascẽ-
18 dentium † minus debita *Surd. cons. 341. n. 28. num. 33. & seqq. Phanucc. de lucr. dotis glos. 5. n. 35. Gomes. ad l. 3. Thaur. num. 85. alijque apud Moder. de legitim. lib. 1. tit. 3. qu. 4. num. 2. & seqq.* & benè
ad propositum *Rolan. cons. 39. num. 9. & 10. lib. 3. post Bald. in l. si à milite §. fin. in fin. verb. ff. milit. testam. Bertran. cons. 19. nu. 4. in fin. & num. 5. vol. 1. par. 2.* & in fortioribus terminis in puncto
Statuti de lucro dotis *Alb. cons. 569. nu. 3.* quin
retorquetur regula plurium determinabiliũ
vt videlicèt sicuti dubitari non potest quin
binuba etiam vigore Statuti testari valeat ad
libitum fauore viri salua legitima ascenden-
tium idem valeat salua legitima filiorum.

Prout etiam retorquetur contraria coniectura educta ex reseruatione lucri dotalis;
nàm quemadmodum à legitimæ filiorum
19 præseruatione † quæ filios non esse hæredes
institutos supponit *Peregr. de fideicom. art. 36. num. 5. cum alijs allegatis à Moder. Foroliuien. de legitt. lib. 1. tit. 1. qu. 1. num. 9.* inferri non potest
quod statutum non permiserit illorum in-
stitutionem, idem dicendum de præserua-
20 tione lucri † respectu institutionis viri *Bursatt. in proximis terminis cons. 212. num. 22. vers. prædicta lib. 2.* vt propterea germanus Statuti
21 sensus sit † quod nisi instituantur filij sed vir,
salua sit illis legitima, nisi vir sed filij, illi
sit saluum lucrum dotale; nisi eorum alter
sed extraneus, vt & filijs legitima, & viro lu-
crum præseruetur, vt ponderat *prima decisio §. & quamuis.*

Ociosa paritèr essent verba non obstantiæ
22 filiorum, † quorum effectus assignari non
valet in sola derogatione cõsuetudinis Mar-
tini; tùm quia non diriguntur dumtaxat ad
filios quorum auus maternus viuit, sed ad
natos ex quocunque matrimonio, & ad mu-
23 lierem etiam sui iuris † inter quos consue-
tudo Martini non intrat, vt in *l. post dotem 41. ff. solut. matrim.* notant *Bart. num. 3. Alex. num. 25. Bolognett. num. 235. Barbos. sub num. 48. vers. & tamen, text. est in l. Pomponius, Philadelphus vers. & matrimonium ff. fam. ercisc. Thes. decis. 237. num. 14.*
tùm quia statutum supponit, quod mulier
habens filios ex primo matrimonio decedat
in secundo liberis ex eo non extantibus, quo
24 paritèr casu † consuetudo Martini locum
non habet, vt post *Iacob. Butrigar. in recollect. antiq. in l. fin. Cod. commun. vtriusq. Iudic.* voluit
Bart. in d. l. post dotem num. 30. quem ibidem se-
quitur *Roman. num. 32. & 33. Thob. Non. cons. 48. num. 10. Socc. Iun. cons. 114. nu. 21. lib. 3. Alex. consil. 115. nu. 1. lib. 1.* Tùm tertiò quia statutum
loquitur de dote data à quocunque; consue-
25 tudo verò † non procedit nisi in dote data à
patre *Galuan. cons. 1. num. 167. Thes. d. decis. 237. nu. 13. Rot. decis. 710. sub num. 1. & 6. par. 1. recent.*

Quapropter ne dispositio Statuti super-
26 flua sit, † quod nec in correctorijs est admit-
tendum *ex alleg. per Alder. Mascard. de General. Statut. interpetr. concl. 2. num. 247. & 252.* & in
terminis huius statuti *Roman. cons. 44. numer. 6. Dec. cons. 283. num. 2. Menoch. cons. 4. num. 16.* ve-
rificetur necesse est in testamento condito ad
27 fauorem viri † non seruata forma *l. hac editali*, vt comprobant *allegati in prima decisione*,
quibus in puncto Statuti dantis binubæ fa-
cultatem testandi, vel secundo viro lucrum
deferentis non obstante, quod existant filij ex
quocunque præcedenti matrimonio, addi-
tur *Soccin. cons. 52. nu. 3. vers. vnde considero lib. 3. Socc. Iun. cons. 93. sub num. 7. lib. 1. Dec. consil. 19. num. 2. vers. secundus casus. Ceph. cons. 299. num. 8. Bursatt. cons. 2. numer. 39. Surd. latissimè cons. 401. sub num. 18. vers. in proposito, & num. 19. & seqq.* vbi respondet omnibus contrarijs *Phanucc. de lucr. dot. verb. sine liberis sub nu. 39. col. 4. vers. nam vt diximus inter tract. diuers. tom. 9. fol. 428. alijque allegati à Moder. Vrbinat. de duob. fratr. par. 3. c. 18. num. 104.*

Eo

Eo magis, quia Statutum emanauit fauo-
28 re secundi viri, † ac tanquam indefinitè con-
cedens facultatem testandi indefinitè intelli-
gendum est, vt in specie huius Statuti tradit
Laurent. de Pin. cons. 47. sub num. 7. vers. si verò
Malnas. cons. 39. nu. 14. in fin. Menoch. cons. 4. n. 28.
Rota decis. 15. num. 25. decis. 66. nu. 21. par. 4. tom. 2
recent. in qua posteriori decisione num. 12. responde-
tur ad cons. 101. Alex. lib. 3. ex aduerso allegatum;
nec non quia subiecta ipsa materia lucri do-
29 talis † ex mente statuentium æque se habet
ad causam testati, & intestati iuxtà allegatos
in prima decisione §. ita vt, nec maior ratio mi-
litat in institutione viri quam extranei, quã-
30 do vir instituitur solùm in dimidia † ei à sta-
tuto delata: tunc enim abest præsumpta se-
ductio muliebris voluntatis, & vir potiùs à
Statuto quàm à muliere censetur vocatus,
vt benè ponderat *Thes. decis. 184. nu. 10. Grat.*
discept. 300. num. 37. & num. 40. & 47. in fin. Rota
d. decis. 15. num. 12. par. 4. tom. 2. recent. Cumque
31 muliere † nihil habente in bonis, ac hære-
ditate præter dotem, cui casui vti frequen-
32 tiori † statutum adaptari præcipuè debet *l.*
nam ad ea, & l. seq. ff. de legib. Negus. qu. 240. n. 10.
Ciriac. contr. 112. num. 17. Si mulier habet plu-
res filios ex primo matrimonio incompos-
sibile fit seruare legalem successionem in
33 capita, † dum statutum eam partitur in stir-
pes, quis neget legali dispositioni derogatum
iri per ineuitabilem repugnantiam Statuti,
quod licèt sit correctorium iuris, quia con-
ditum est ad bonum Reipublicæ, vt faciliùs
34 videlicèt Mulieres secundo nubere possint,
& legitimam filiorum non minuit, adhuc
fauorabile esse voluit *Dec. cons. 19. nu. 22. vers.*
& ita Menoch. cons. 4. sub num. 13. & nu. 29. & 36.
Rolan. de lucr. dot. qu. 24. num. 8. & cons. 72. num. 8.
& cons. 72. num. 18. lib. 1. cum alijs apud Modern.
Vrbinatem de duob. fratr. par. 3. cap. 13. num. 114.
in fin. neque recipere valet interpretationem
35 à iure communi † cum contra, aut saltem
præter illud disponat *Bald. in l. maximum vitiũ*
num. 14. C. liber præter Castill. decis. 90. num. 14. &
seqq. in punct. Socc. cons. 52. nu. 3. vers. sed quia lib. 3
Rolan. de lucr. dot. qu. 30. nu. 13. Grat. d. discept. 300.
num. 15. & 16.

Non obstat, quod in præfata *decisione 15.*
36 *num. 9. & decis. 66. num. 16. & 17.* † admittitur
omissum esse à Statuto casum institutionis
viri, quia loquitur de institutione viri in
omnibus bonis iuxtà terminos *decisionis 61.*
Rotæ Bononien. diuersorum, vel vbi quid modi-
cum filijs fuit relictum *iuxtà decisionem 432.*
par. 1. diuers. qui casus à nostro, in quo insti-
37 tutus fuit vir in medietate Statutaria, † & nõ
solùm legitima, sed integra alia medietas re-
licta filijs longè differt *Surd. cons. 422. num. 13.*
Bursatt. cons. 211. num. 4. & 5. & cons. 212. nu. 22.
in fin. & num. 23. in fin. Grat. discept. 300. num. 39.
nam institutio viri in portione ei competen-
te, nec à Iure communi, vt supra dicebatur,
nec à statuto est omissa; imò inest facultati
38 testandi † etiam fauore viri à statuto conces-
39 sæ cum testamentum prædicetur † formali-
tèr de hæredis institutione *l. 1. vbi notan omnes*
ff. hæred. inst. l. fin. ff. Iur. Codicill. §. ante hæredis in-
stit. de legat. Vasq. de success. creat. par. 1. lib. 2. §. 15.
40 *num. 54.* & sufficit ex verbis, † aut verisimili
mente statuentium elici posse ne dicatur ca-
sus omissus, vt in pũcto huius statuti *Menoch.*
cons. 4. num. 34. vbi allegat concord.

Non obstat, quod Camilla excesserit fines
Statuti cum virum instituerit nedum in
medietate dotis, quam illi Statutum defert,
sed etiam bonorum extradotalium, de qui-
bus Statutum non disponit. Quia hunc ex-
cessum iam Rota deleuit mediante totali as-
signatione omnium bonorum extradotaliũ
facta filiis in decis. emissa 15. Martij 1647.
firmo manente in reliquis testamento Ca-
41 millæ cum Imperator *in l. hac aditali* † excessi-
uam institutionem secundi viri non annul-
let in totum, sed solùm in eo quod excedit
Ang. in Auth. de non eligen. secun. nuben. in princip.
num. 13. Bertrand. in d. l. hac aditali. §. si verò plus
num. 2. vbi dicit communem Surd. cons. 250. num. 7.
Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 8. par. 4. nu. 17
Sanch. de matrim. lib. 7. disput. 88. num. 33. Cancer.
var. resol. lib. 3. cap. 2. sub num. 181. Rota decis. 712.
num. 2. & seqq. par. 1. diuers.

Alter excessus Camillæ in constituenda
Aurelio tertio viro dote longè pinguiori,
quam viris prædefunctis non meretur atten-
di concurrente, quod ita exigebat senescens
ætas mulieris, & qualitates Aurelij, quod
augumentum dotis prouenit, non ex sub-
stantia paterna aduersariorum, sed ex bonis
postea mulieri quæsitis; quodque Statutum
42 in verbis permittit dotem augeri † in secun-
do, vel vlteriori matrimonio, ac etiam au-
gumenti lucrum defert, ibi, *lucretur dictam*
dotem, & eius augumentum, & infrà, ibi, *totius*
dotis, & eius augumenti, quod in puncto pon-
derauit *Lauren. de Pinu cons. 47. sub num. 7. vers.*
benè verùm est Rota decis. 66. num. 3. par. 4. tom. 2.
recent. & generalitèr *Rolan. de luc. dot. quæst. 100*
n. 1. & seqq. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. qu. 34.
num. 24. quicquid sit extrà terminos Statuti
augeri dotem permittentis, ac præcisè lo-
quẽtis de certo lucro augumenti extra quos
43 dotem † augeri posse cum pacto lucrandi ad
fauorem viri, ac de augumento lucrum de-
beri negant allegati *per Molin. d. lib. 3. qu. 9. n. 6.*
& seqq. affirmat verò *Surd. cons. 255. numer. 13.*
44 ac vtramque opinionem † fœdere distinctio-
nis conatur conciliare *Modern. Neapolit. in d. l.*
hac aditali quæst. 5. num. 32. & seqq. dispar enim
militat ratio cessante Statuto cum binubæ
45 ob præsumptas Mariti illecebras, † & cõce-
ptum amorem non liceat pacisci in præiu-
dicium filiorum prioris matrimonij, possint
tamen illis præiudicare statuentes salua legi-
tima, vt in specie *Grat. discept. 300. num. 20. &*
seqq. Thes. decis. 184. num. 6. vers. cuius distinctio-
nem Surd. cons. 91. num. 17. cons. 401. nu. 18. & 26.
46 & voluisse censeantur † eo quod etiam ex-
tantibus filijs ex quocunq; matrimonio cer-
tam lucri quotam marito deferunt *Bero.*
quæst. 119. sub num. 7. Phanucc. de lucr. dot. gloss. 5.
num. 39. col. 4. vers. nam vt diximus, licet secus
esset nisi filiorum primi matrimonij mentio

facta fuisset, & vno verbo aliunde non appa-
47 reat † statuentium voluntas derogandi *lege hac aditali*, quo casu lucrum reduci ad ratam cuius maritus est capax secundum dictæ legis dispositionem dixit alijs allegatis *Rot. in Romana successionis* 14. *Iunij* 1647. §. *deinde coram R.P.D. meo Corrado*.

Hec autem omnia facilius admittenda, quia re vera Domini de Albergatis non habent de quo rationabiliter doleant; E toto enim asse hæreditario Camillæ Auiæ ascendente comprehensis bonis extradotalibus ad libras 159186. prætendere non valent nisi libr. 65712. & ad summum libr. 78355. hoc est è libris 121. m. datis in dotem Vitrico, tertiam partem pro legittima à statuto præseruata, & sic libras 40406. nec non alias libras 25306. pro duabus tertijs partibus librarum 37960. extradotalium facta diuisione cum Vitrico in capita iuxtà præscriptum *lege hac aditali*, vel etiam integras dictas libras 37960. nam alia medietas dotis Vitrico à statuto delata pro lucro dotali non subiacet si-
48 mili diuisioni, sed in vim statuti † dictæ legi derogantis detrahenda est post legittimam filiorum tanquam æs alienum *Anchar. cons.* 101. *sub num.* 5. *Gabr. cons.* 101. *num.* 10. *lib.* 1. *Camill. Medic. cons.* 144. *num.* 20. *& seqq. Surd. cons.* 422. *num.* 22. *Buratt. cons.* 112. *num.* 5. *Phanucc. de lucr. dot. gloss.* 4. *num.* 9. *Rot. in Vrbeuetana restitutionis dotis* 14. *Decembris* 1640. §. *& Doctores coram bon. mem. Merlino, & in puncto statuti Bononiæ Maluas. cons.* 39. *numer.* 11. *&* 12. *Rot. Bononien. diuers. decis.* 53. *num.* 2. at verò diuidendo hæreditatem in stirpes iuxtà testamentum Camillæ consequuntur libras 79593. atque ità plus quam Auia illis relinquere teneretur.

Et ità decisum vtraquè parte informante.

FIRMANA CAPPELLANIAE.

Veneris 28. *Aprilis* 1651.

ARGVMENTVM.

Præsentatus non est legitimus contradictor aduersus prouisum Apostolicum si non possidet, nec titulum habet eiusdem speciei, quo casu manutentio danda est prouiso possidenti reiecta ad petitorium exceptione respiciente inualiditatem tituli prouisionis Apostolicæ; Præsentatio ad beneficium Iurispatronatus Confraternitatis ex quibus reddatur nulla?

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex publico Instrumento alio in possessione non existente.*

2 *Possessio vacua præsumitur, & asserenti esse plenam incumbit onus probandi.*

3 *Possessio eo magis manutenibilis est, quando est titulata, quia titulus eam potiorem, ac instiorem reddit.*

4 *Executor litterarum Apostolicarum nulliter procedit non citato præsentato à patrono.*

5 *Executor stantibus clausulis* dummodò & amoto *mixtus efficitur.*

6 *Clausula* dummodò & amoto *non faciunt executorem mixtum, quando non adest legitimus contradictor.*

7 *Contradictor legitimus aduersus prouisum Apostolicum non est præsentatus si non possidet, nec titulum habet eiusdem speciei.*

8 Rot. decis. 52. num. 3. par. 2. recent. *in quibus terminis loquatur.*

9 *Ad manutentionem obtinendam sufficit nudum factum apprahensionis possessionis, quando possessio, tunc temporis erat vacua.*

10 *Possessio quando est vacua potest ab habente Canonicum titulum capi etiam propria authoritate.*

11 *Deuolutio excluditur si constat de præsentatione patronorum intra quadrimestre.*

12 *Deuolutio est plenè, & concludenter probanda.*

13 *Amplia quamuis in litteris adsit clausula* seu alio quouis modo vacet.

14 *Manutentio non retardatur per exceptionem respicientem inualiditatem tituli.*

15 *Ad manutentionem obtinendam discussio, seu exhibitio tituli, nec in beneficialibus necessaria est.*

16 *Ratio est, quia in hoc summaryssimo possessorio attenditur nudum factum possessionis.*

17 *Prouisus Apostolicus si tempore impetrationis nullus adest possessor, etiamsi deinde contradictor superueniat habet intentionem fundatam in negatiua propter concursum præsumptionis, quod verisimile non sit, quod si beneficium verè collatum fuisset non etiam fuisset apprahensa possessio, & ostensus titulus.*

18 *Præsentatio facta ab vno ex Confratribus nulla est quando Iuspatronatus spectat ad Confraternitatem, sed fieri debet à maiori parte.*

19 *Manualitas non præsumitur in beneficijs sæcularibus.*

20 *Vacatio per obitum contingit in beneficijs perpetuis.*

21 *Præsentatio nulla non impedit deuolutionem collationis.*

22 *Manutentio danda est possessori beneficij, donec de illius manualitate cognoscatur.*

23 *Præsentatio exhibita coram ordinario ab asserto Procuratore non docto de mandato procuræ intra quadrimestre non tenet.*

24 *Obreptionis exceptio quando est turbida reijcitur ad petitorium, & interim manutenendus est possessor beneficij.*

25 *Possessio attentata manutenibilis non est.*

26 *Inhibitio vt causet attentata debet personaliter præsentari principali, vel alteri vti Procuratori si constat de mandato procuræ, quodque procuratorio nomine inhibeatur.*

27 *Inhibitio emanata vigore Commissionis ad illius limites restringitur, & nu.* 29.

28 *In Commissione iactationis iactationum semper apponi solet clausula præseruatiua executionis litterarum Apostolicarum.*

DECISIO CCCCLXI.

PROBATA, & manutenibilis visa est possessio. Io: Laurentij à Sede Apostolica prouisi de Cappellania controuersa, quia appa-

1 apparet ex publico Instrumento † plenam
fidem faciente, quando de alterius tunc tem-
poris possessione non docetur, *l. prædia, vbi
notant omnes ff.acq.poss.Put.decis.650.num.4.lib.1.
Cæs.de Grass.decis.5.num.2.de caus.possess.& propr.*
2 Itaut asserenti possessionem fuisse plenam †in-
cumbat onus probandi, quia vacua præsumi-
tur *Seraph.decis.312.num.3. decis.1065.nu.2.add.
ad Greg.XV.decis.268.sub num.10. Rot.decis.109.
nu.4.inter impress.apud Moder.Pisanum de Iurepat.
& alias sæpissimè.*

3 Eoque magis manutenibilis est † propter
concomitantiam tituli prouisionis Apostoli-
cæ, quæ possessionem potiorem, ac iustiorem
reddere solet, vt fuit ponderatum *in Regien.
Parrochialis 5.Martij 1649.coram R.P.D.meo Ot-
thobono*. Nec vrget, quod executor eiusdem
4 prouisionis nulliter processerit † non citato
Francisco, qui fuerit à Confraternitate San-
cti Rocchi huius Cappellaniæ prætensa pa-
trona præsentatus, & citari debuisset cum
5 idem executor † stantibus clausulis *dummodò
& à moto* mixtus esset, nam præter quod hæ
6 clausulæ executorem mixtum non faciunt, †
quando non adest legitimus contradictor, vt
declarauit *Rota in Lucana Canonicatus 1. Iulij
1647.coram R.P.D.meo Royas in Vicen.Parrochia-
lis 28. Iunij 1649. & 15. Iunij 1650. coram me*.
Qualis non dicitur aduersarius, qui non pos-
7 sidet, † & titulum eiusdem speciei non habet
*Buratt.decis.842.num.2.cum aliis allegatis in Com-
postellana Parrochialis 1.Iulii 1648.coram R.P.D.*
8 *meo Ottbobono*, quicquid dicendum esset † si
suam præsentationem tunc exhibuisset in
quibus terminis loquitur *Rot.decis.52.numer.3.
par.2.recent.*

Sufficit respondere quod Ioannes non in-
nititur possessioni captæ de manu executoris,
9 & ad obtinendam manutentionem † in pos-
sessione capta dum vacua erat suffragatur nu-
dum factum apprehensionis possessionis *Mo-
hed.decisione 20. circa med.de restit.spol.Rot.diuers.
decis.641.num.8. par.1.decis.517. numer.11. apud
Moder. Perusinum de manutent.*quę nemine pos-
10 sidente † potuit ab habente canonicum ti-
tulum capi etiam propria authoritate vt alijs
allegatis *dixit Rot.decis.651.num.11.apud Moder.
Perusin.tract. allegato*.

Allegata verò obreptio contra prouisio-
nem Apostolicam ex quo Papæ narratum
fuerit collationem ad illum esse deuolutam
ob negligentiam patronorum in præsentan-
do cum tamen ex datis in Summario Con-
fraternitatis, & Francisci *num.1. & 2.* constet
de mense Iulij anni 1649. & sic per mensem
post secutam vacationem fuisse à Confrater-
nitate Sancti Rocchi,ad quam Iuspatronatus
spectat præsentatum Franciscum, & præsen-
11 tationem exhibitam corã Ordinario, quod †
negligentiã ac deuolutionem excludit exad-
12 uerso plenè, † & concludenter probandam
*Mant.decis.260.num.1.Buratt.decis.938. numer.1.
Rota inter recent.decis.186.num.1.part.2.*quamuis
13 in litteris Apostolicis adsit clausula † *seu alio
quouis modo vacet* vt fuit decisum *in Aretina
Parrochialis 27. Iunij 1629. coram bon.mem.Mot-
manno, & in Meleuitana seu Siracusana Benefi ij
5. Decembris 1631. coram Reuerendissimo D. meo
Dunuzet. Decano*.

14 Vti respiciens inualiditatem tituli † apta
non est retardare manutentionem, ad quam
15 obtinendam † discussio seu exhibitio tituli
nec in beneficialibus necessaria est *Abb.in cap.
in litteris num.27.de rest.spoliat.Rot.decis.212.n.8.
coram san.mem. Greg.XV. decis.13. num.3.& seq.
coram bon.mem.Vrgellensi dec.698.num.3. parte 2.
recent. & in supra citata Regien.Parrochialis §. fin.
coram R.P.D. meo Otthobono. Beneuentana Parro-
chialis 29.Nouembris 1649.§.penult. corã R.P.D.
meo Cerro*, vbi dicitur ratio quia in hoc Sum-
16 marissimo possessorio † attendi debet nudũ
factum possessionis alijs omnibus ad iudiciũ
petitorium, & ordinarium reiectis.

Maximè quia cum nullus adesset posses-
17 sor † de tempore impetrationis prouisus
Apostolicus etiam si ex post contradictor su-
peruenerit habet intentionem fundatam in
negatiua propter concursum præsumptionis
quod verisimile non sit, quod si beneficium
collatum fuisset non etiam fuisset eius posses-
sio apprehensa vel saltem titulus ostensus vt
in puncto *Lotther.de re benef.lib.2.quæst.24.n.30.*
& quia præsentationi exaduerso adductæ
multa obijci possunt suo loco discutienda,
nempè primò quod fuerit facta ab vno tan-
18 tum ex Confratribus, † ibi, *Io &c. ellego per
Cappellano Don Francesco Laureati per vn anno*
Summario Confrater ? *num.1.* & tamen cer-
tum est præsentationem fieri debuisse à ma-
iori parte Confraternitatis, & alias haberi pro
non facta *Lapus alleg.78.sub nu.2.Garz.de benef.
par.10. cap.3. sub num.13.Rot. in Aquilana Iuris-
patronatus 24. Ianuarij 1646. §. quare, & seqq.
& 4.Iunij eiusdem anni §.2. tollitur coram R.P.D.
meo Corrado*.

Secundò, quod tanquam facta ad annum
sit nulla non docto de manualitate beneficij
19 quæ † non præsumitur in beneficijs secula-
ribus *Gonzal. super reg.8.gloss.8.nu.25.Lotther.de
re benef.lib.1.quæst.33. num.10. & 11.* eo minus
quia in ipsa præsentatione asseritur beneficiũ
20 vacasse per obitum prædecessoris † quod in
beneficijs perpetuis contingit *Gloss. in Clem.
vnica §. quidam etiam verb. ad mensam de excess.
Prælat. Gemin.cons.86.num.4. & 5. Rot.dec.646.
num.2. par.1. recent. & in Elnen. Præceptoriæ 14.
Iuny 1610. coram bon. mem. Penia*. Et præsen-
21 tatio nulla† non impedit deuolutionem col-
lationis ad Papam *cap. cum in cunctis §. vlt. de
elect. Bellamer. dec.172. Gonz. super reg.8. gloss.8.
num.40. & 41.Lotther.de re benefic.lib.2.quæst.24.
num.32.* vel saltem donec de Manualitate be-
22 neficij cognoscitur † danda est manutentio
possessori *Lotther.de re benef.lib.1.quæst.33.n.22.
& seq.*

Tertiò, quod præsentatio exhibita fuit co-
23 ram Ordinario † ab asserto deputato, &
Procuratore Confraternitatis non producto
mandato procuræ intra quadrimestre vt de-
buit *Lapus alleg.22.nu.1.Rot.dec.443.nu.3.par.2.
recent. & coram bon.mem.Vrgellensi dec.87.nu.24.
dec.199. num. 9. dec.230. num. primò*.

Quæ

Quæ omnia negari non potest quin turbidam saltem reddant exceptionem obreptio-
24 nis † vt propterea reicienda sit ad Iudicium Ordinarium, & interim manutenendus Ioannes possessor *Mohed. decis.* 11. *ante numer. prim. de lit. pend. Mant. dec.* 71. *num.* 9. *Buratt. decis.* 540. *num.* 17. *& fuit dictum in Papien. Præpositure* 30. *Maij* 1611. *coram bon. mem. Attebraten. impress. apud Marches. de commiss. tom.* 2. *fol.* 529. *num.* 3. *in Legionen. Beneficij* 24. *Iulij* 1640. *coram Reuerendissimo Terracinensi, & in Romana Pensionis* 3. *Iulij* 1645. *coram me*.

Non obstat quod possessio Ioannis redda-
25 tur attentata † ex antecedenti inhibitione Eminentissimi D. Cardinalis Archipresbiteri Sacro Sanctæ Basilicæ Lateranensis præsentata personaliter sub die 8. Ianuarij 1650. Summario Confraternitatis num. 5. & proinde non manutenibilis *ex alleg. à Moder. de Manut. obser.* 48. *num.* 1. Nusquam enim dicta
26 inhibitio legitur præsentata Ioanni, † sed Camillo Laureato, quem non constat tunc fuisse Ioannis Procuratorem, & satis est quod procuratorio nomine inhibitus non fuerit, vt per *Lancell. de attent. par.* 3. *cap.* 27. *nu.* 28. *& seqq. aliosque relatos in Romana reintegrationis de Sancto Petro* 14. *Ianuarij* 1650. *coram R. P. D. meo Otthobono, & in Tiburtina Castri Sancti Angeli* 11. *Martij* 1650. §. *nec pro saluanda in fin. coram R. P. D. meo Meltio*. Cum præterea ea inhibitio ema-
27 nauerit † vigore commissionis iactationis, &
28 iactationum in qua semper apponi solent † clausulæ preseruatiuæ executionis litterarũ
29 Apostolicarum, & ad cuius limites † ipsa inhibitio restringitur *Lottber. de re benef. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 33. *&* 34. *Seraph. decis.* 147. *num.* 1. Et ità decisum vtraque parte informante.

CALARITANA ATTENTATORVM.

Veneris 28. *Aprilis* 1651.

ARGVMENTVM.

Attentata sunt omnia in partibus coram Iudice primæ instantiæ gesta pendente lite in Rota, cum appellatio deuoluat ad Iudicem appellationis omnia in prima instantia deducta stantibus clausulis commissionis appellationis *cum inciden. dependentibus, &c.* quæ operantur vt lis pendere dicatur super omnibus connexis, quæ à principali negotio dependent, quamuis ad speciem deducta non fuerint.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio deuoluit ad Iudicem appellationis omnia in prima instantia deducta.*
2 *Maximè quando commisio appellationis continet clausulas amplissimas* cum incideñ dependeñ emergeñ, &c. *quæ efficit, vt lis pendere dicatur super omnibus à principali dependentibus, quamuis ad speciem deducta non fuerint, & nu.* 3.
4 *Sententia super negotio principali parit exceptionem rei iudicatæ in causa connexa, & ex quibus connexio vtriusque iudicij demonstretur?*
5 *Attentata sunt omnia coram Iudice de partibus gesta pendente lite in Rota.*
6 *Et per viam attentati reuocanda.*
7 *Sententia etiam in iudicatum transacta quoties non est exequutioni demandata adhuc, remanent litis relliquia.*
8 *Lis an per rem iudicatam extinguatur; distinguendum est an sententia sit lata ad fauorem Actoris, vel rei.*

DECISIO CCCCLXII.

IVDICIVM coram Prouisore generali mensæ Archiepiscopalis Calaritanæ pro restitutione pretij Cappellæ sibi à dicto Archiepiscopo venditæ ac refectione melioramentorum desuper factorum motum à Francisco Sacta attentatum esse cum omnibus inde secutis hodie Rota censuit.

Longè enim prius coram Ordinario fuerat ad instantiam Saluatoris fois mota lis cõtra eumdem Sactam super pertinentia dictæ Cappellæ ac præfatæ venditionis nullitate, & ab Ordinario idem Sacta inhibitus ne interim melioramenta faceret, quæ lis cum postmodum in gradu appellationis deuoluta fuerit ad Rotam, deuoluta simul fuit cognitio nedum super nullitate venditionis, sed etiam super melioramentis de quibus coram Iudice primæ instantiæ actum fuit cum ap-
1 pellatio † deuoluat ad Iudicem appellationis omnia in prima instantia deducta *l. eos la prima in princ. Cod. appellat. Rota in Iannen. attentatorum* 23. *Martij* 1604. *coram Sacrato impress. apud Marches. de commiss. tom.* 2. *fol.* 64. *sub num.* 3. *vers. & ad hoc*: maximè propèr amplissimas clau-
2 sulas † *cum incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis, ac toto negotio principali* in commissione appellationis insertas, quæ efficiunt vt lis pendere dicatur super omnibus, quæ à principali iure dependent, quamuis ad speciẽ deducta non fuerint *Egid. dec.* 618. *Cassad. dec.* 9. *n.* 13. *de caus. poss. & propr. Rot. in recent. decis.* 342. *num.* 2. *par.* 1. *& in Barchinonen. Iurisdictionis* 18. *Iunij* 1640. §. *nec releuare coram Eminentissimo D. Cardinali Panzirolo*.

Vnde etiam cognitio super restitutione pretij, quamuis coram primò Iudice ad spe-
3 ciem deducta non fuerit spectabat † ad Iudicem appellationis: quippe quæ connexa est cognitioni nullitatis venditionis, & pertinentiæ Capellæ *Menoch. de arbitr. Cas.* 95. *num.* 7. *in fin. lib.* 2. saltem quia saluator in causa principalis nec vendiderat, nec prætium receperat à Sacta emptore, nec à venditore seu recipiente causam habebat, & per consequens cõueniri ad pretium non poterat nisi consecutiue ad reintegrationem possessionis Cappellæ eiusque pertinentiam, super quibus sententias per appellationem ad Rotam delatas
4 reportauerat, & sic sententia ferenda † super negotio principali parere poterat exceptionem rei iudicatæ in iudicio restitutionis pretij, quod connexionem vtriusque iudicij de-

...manonstat *Lancellot. de attent. lit. penden. limit. 2. num. 38. Cocc. decis. 304. num. 2. Rot. in Romana Attentatorum 4. Iulij 1646. §. non obstat, & §. seq. coram me vbi alleg. concord.*

Qua proptèr non potuit absque vitio at-
5 tentatorum † siue pro melioramentis siue pro dicto pretio agi coram Iudice de partibus lite, vt supra pendente in Rota *Butr. in cap. cum M. num. 61. de const. Milis in repert. verb. Iudex Ordinarius fol. 186. Mandos. de Inhib. quæst. 121. nu. 2. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 2. num. 52. & seq. Rot. dec. 148. numer. 7. par. 5. recent. cum alijs relatis in Leodien. Beneficij 4. Iuly 1642. & in Leodien. Attentatorum 24. Februarij 1644. coram me*, & omnia coram Prouisore gesta sunt per viā
6 attentati † reuocanda *cap. non solum vbi notant omnes de appellat. in 6.* non obstante quod ante iudicium motum coram Prouisore sententia Rotalis lata super negotio principali in iudi-
7 catum transijsset, † quia cum non dum eadē sententia fuisset executioni demandata, adhuc remanebant reliquiæ litis, & lis per rem
8 iudicatam † extincta non erat vt distinguendo inter sententiam latam ad fauorem Actoris vel rei tradit *Lancellot. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 231. & seqq. Rot. decis. 690. numer. 3. par. 1. recent. & in Tuden. Parrochialis 20. Nouembris 1626. coram recol. mem. Coccino tunc Sacræ Rota Decano.*

Et ità decisum informante solum saluatore præuiis tamen pluribus citationibus contra partem aduersam.

CRACOVIEN. DECIMARVM.

Lunæ 15. Maij 1651.

ARGVMENTVM.

Cōcessio facta de decimis quoad certas species, non extenditur ad alias diuersæ speciei, præsertim quando tendit in præiudicium congruæ assignatæ Rectori.

SVMMARIVM.

1 *Parochus habet intentionem fundatam super decimis intra fines suæ parochiæ existentibus.*

2 *Itàut contrarium alleganti incumbat onus probandi.*

3 *Decima manipularis diuersa est à decima consistente in pecunia, & ideò concessio decimæ manipularis non comprehendit decimam pecuniæ in præiudicium Parochi.*

4 *Decimarum certa species si sit alicui assignata, reliqua censentur Parocho reseruatæ.*

5 *Decimarum species, quæ inseruit rectori pro congrua nunquam censetur mediante concessione in alium translata.*

6 *Concessio indefinita decimarum restringenda est ne contineat decimam pro congrua Rectoris assignatā.*

7 *Et æquipollere potest vniuersali quoad omnes alias decimas præter assignatam pro congrua Rectoris, & in quo militet diuersa ratio.*

DECISIO CCCCLXIII.

FIRMA remanente decisione edita die 16. Nouembris proximè preteriti coram me in qua habetur quod decimæ Ville de Vviigleniec pertinent ad Monasterium Androuiensem, incidit quæstio super decima valoris marcarum decem, an scilicet illa spectet ad Monasterium, vel potius ad Rectorem Sanctæ Catherinæ, & spectare ad Rectorem hodie decisum fuit.

Habet siquidem ille intentionem fundatam
1 tam † in assistentia Iuris, quæ Parocho fauet super decimis intrà fines suę Parreciæ, *cap. cum contingat cap. cum in tua de decim. Rebuff. eod. tract. quæst. 14. nu. 2. Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 11. num. 14. Put. decis. 361. num. 2. lib. 1. in corr. Seraph.*
2 *decis. 899. num. 1.* itàut contrarium alleganti † incumbat onus probandi *Anchar. in cap. dudū num. 1. in fin. vers. 2. nota de decim. Rebuff. d. tract. quæst. 7. num. 4. Maresc. dicto cap. 11. num. 14. Rota in Taurinen. Decimarum 22. Aprilis 1605. coram bon. mem. Manzanedo Patriarcha Hyerosolimitano impress. inter recent. part. 2. dec. 135. vers. ex quo sequitur.*

Nec verò contrarium probauit Monasterium cum omnia per ipsum adducta loquātur solum de decima manipulari, quæ scilicet in manipulis soluitur; hic verò agitur de
3 decima quæ soluitur in pecunia † nempè in marchis decem, queque propterea sub decima manipulari ad Monasterium spectante non comprehenditur in præiudicium Parochi vt per *Io. Andr. in addict. ad specul. tit. de decim. §. scire debemus verb. vnica circa fin. vers. alias nisi expresse assignatio Calder. cons. 2. in princ. vers. alias non assignasset eod. tit. de decim. Rot. decis. 442. num. 3. par. 1. recent. & in Toletana decimarum de la Solana 22. Aprilis 1641. §. quo verò in fin. coram me.* Quin ex quo concessiones factæ Monasterio nominant solum decimam manipula-
4 rem, & canapalem, † alia in marchis consistens Parocho reseruata censetur ad *tex. in l. quæsitum §. denique ff. fund. instr. l. nam quod liquide §. vlt. ff. pen. legat. Dec. cons. 605. nu. 6. Buratt. decis. 391. num. 3. & 4. decis. 841. num. 3. Rot. inter recent. decis. 69. num. 4. par. 1. & in prox. term. Grat. discep. 595. sub num. 15.* præsertim quia decima hæc pro congrua Rectoris assignata legitur tum in libro visitationum exhibito in Sum. Monasterij sub die 16. Nouembris 1650. *n. 5.* ibi, *decimam in Vviigleniec valoris decem marcharum*, tùm in alio libro visitationum referente singula corpora Rectoris dotem constituentia, ibi, *item habet ex liberalitate piorum hominum, &c. à quibus soluitur annuatim census decem marcarum dicto Sum. nu. 24.* nusquam enim censetur in alium traslata portio, seu species
5 decimæ † congruæ Rectoris inseruiens *cap. 2. §. vbi autem de decim. in 6. Rebuff. de congr. qu. 12. num. 103. Conarr. var. resol. lib. 1. cap. 17. num. 6. in fin. Rot. decis. 420. num. 7. par. 1. recent.*

Atque hinc nō obstat quod concessiones
6 Monasterij loquantur indefinite † quia semper restringendæ sunt ne contineant decimā pro congrua Rectoris assignatam, cumque non

non loquantur indefinite de decima sed de decima manipulari, de frumento, ibi, *decimam suam manipularem de omni grano*, & infrà ibi, *decimam suam manipularem de quolibet grano*, vt in hodierno Sum. Monasterij nu. 1. inde-
7 finita hæc locutio æquipolleret quidem potest vniuersali quo ad decimam de grano in manipulis soluendam, sed non quo ad aliam decimæ speciem in quantitate consistentem, & in qua militat diuersa ratio scilicet congruæ Rectoris *Signorol. cons. 69. num. 8. vers. nihilominus tamen Corn cons. 83. num. 2. lib. 4. Couarr. var. resol. lib. 1. cap. 13. nu. 9. vers. decimoquinto aperitur Peregr. de fideicom. art. 7. numer. 56. Menoch. præsumpt. 21. num. 5. præsump. 62. numer. 7. & seqq. lib. 4.*

Et ità Monasterio tantum informante contra ipsum decisum fuit.

MASSALVBREN. AQVARVM.

Lunæ 22. Maij 1651.

ARGVMENTVM.

Primus emptor an debeat secundo emptori in re empta præferri debet plene, & concludenter probari, quod illa in prima venditione fuerit comprehensa, alias secundus emptor præfertur, & ex quibus signis, & argumentis resultet non comprehensio? fundus dotalis dicitur res in dotem data extimata quamuis promissio in quantitate præcesserit si inter contrahentes fuit conuentum, quod pecuniæ dotales inuestirentur, secus si tale pactum non adest, vel fuit appositum ex interuallo.

SVMMARIVM.

1 *Primus emptor præfertur secundo emptori in re empta.*

2 *Tota res quod fuerit vendita resultat ex verbis vniuersalibus venditionis totalitatem circa eandem rem denotantibus, Item ex alijs de quibus num. 3. & seqq.*

4 *Maritus efficitur Dominus rei in dotem data existimatæ præcedente promissione dotis in quantitate declara num. 9. & seqq.*

5 *Quamuis conuentum fuerit quod staret pro fundo dotali.*

6 *Venditor si aliquid circa rem venditam sibi reseruauit censetur reliquam in emptorem transtulisse declara num. 21.*

Reseruatio declarat quid in dispositione sit comprehensum ibid.

7 *Identitas rei excluditur ex diuersitate locorum, ac confinium, licet in eodem territorio existat.*

8 *Venditor licet in venditione vtatur verbo vniuersali* tutta *nihilominus ex qualitatibus expressis censetur restringere venditionẽ ad partem dominio ipsius venditoris subiectam, & num. 20.*

9 *Res in dotem data non obstante promissione dotis in quantitate ac rei æstimatione dicitur verè, & proprie fundus dotalis, quando inlimine contractus fuit conuentũ quod pecuniæ dotales inuestirentur.*

10 *Secus est quando non adest pactum de inuestiendo pecunias promissas, ac dicta verba non sunt apposita in ipso Instrumento dotali, sed ex interuallo, & num. 11. vbi conciliantur opiniones, & decisiones contrariæ.*

12 *Fundus dotalis non transit in dominium viri.*

13 *Inuenditione quod aliqua res non sit comprehensa resultat ex instantia facta ab emptore post sequutam venditionem, vt à venditore eadem res sibi vendatur.*

14 *Confessio Prælati, seu administratoris continens actum à se gestum præiudicat Capitulo, siue Collegio.*

15 *Præsertim quoties excluditur qualibet suspicio erroris in confitente.*

16 *Ius deriuandi aquam competens per modum facultatis est impræscriptibile, & potest quandocumque exerceri.*

17 *In venditione quid fuerit comprehensũ attendenda est successiua possessio venditoris.*

18 *Obseruantia longeua declarat quid contrahentes senserint quatenus verba essent dubia.*

19 *Obseruantia attendi debet pro declaratione contractus quamuis intellectus desumptus ex obseruantia proprietati verborum non sit conformis.*

22 *Vir, & Vxor si vendunt, pecuniæ ad manus solius viri peruenisse præsumuntur, licet ab vtroque recepta asserantur.*

23 *Vir, & vxor si ambo vendunt, tunc nomen Vxoris censetur ad cautelam emptoris interuenisse, ne scilicet molestari queat ex hypotecis dotalibus mulieri competentibus super bonis viri.*

24 *Ex scientia procuratoris non infertur ad scientiam principalis.*

25 *Primus emptor tenetur aduersus secundum emptorem plenè, & concludenter probare quid fuerit in prima venditione comprehensum.*

DECISIO CCCCLXIV.

T*VTTA l'acqua che al presente si ritroua dentro del giardino seu terra di esso Giacomo Antonio detto il Giardino dello Scoppa,* Iacobus Antonius Scoppa nomine proprio, & Gratiæ eius vxoris pro qua de rato vendidit de anno 1605. Venerabili Collegio Patrum Societatis Iesu existenti in Ciuitate Massalubrensi stipulante pro illo Patre Vincentio de Mayo eiusdem Collegij fundatore ac Rectore. Quoniam autem de anno 1640. idem Iacobus Antonius vendidit Aniello de Mayo, *vna cert'acqua sorgente, quale sorge sopra vna paratella dentro il territorio dotale di Gratia di Maggio sua moglie sito in detta Città doue si dice il Pozzillo, &c.* inter vtrumque emptorem orta fuit controuersia super pertinentia huius aquæ in dotali Gratiæ fundo surgentis quam scilicet Rector Collegij in prima venditione sibi vt supra facta comprehensam es-
1 se asserebat vt propterea ipse † secundo emptori sit præferendus *l. quoties Cod. rei vind. Aym. cons. 77. n. 18. vers. similiter Bursatt. cons. 144. num. 23. Hond. cons. 52. num. 40. lib. 1.*

Et latis hinc inde pluribus contrarijs sententijs, mihique tandem vti Prælato causa com-

commissa, proposui hodie partibus consen-
tientibus cognoscendum in Rota ad quem
spectet aqua nascens in Territorio dotali Gra-
tiæ de Mayo, cuius dubij resolutio pendet ab
eiusdem aquæ comprehensione nec ne in
primò instrumento venditionis factæ colle-
gio. Cui præcipue suffragari videbantur,
2 primò verba vniuersalia venditionis, † ibi,
tutta l'acqua denotantia totalitatem circa eam-
dem rem *Bart. in l. si vnus 28. §. pactus ne peteret
num. 5. ff. pact. Gozzad. cons. 47. nu. 6. Corn. cons. 49.
num. 3. lib. 3.* attento præsertim quod etiam
aqua controuersa est in viridario nuncupato
di Scoppa quod totalitatis aquæ venditæ con-
3 tinens † in instrumento enunciatur, ad tra-
dita per *Alex. cons. 169. num. 9. vers. vel quod sub
vno nomine lib. 5. Menoch. cons. 140. num. 23. Grat.
discept. 126. num. 19.* nec non quod venditio fa-
cta fuit etiam nomine Gratiæ quod referri
nõ potest nisi ad aquam in eius fundo dotali
nascentem cum alia spectaret iure proprio
ad solum Iacobum Antonium virum, qui
vltro aquæ dotalis etiam cum eam æstima-
4 tam, præcedente promissione dotis in quan-
titate accepisset, Dominus erat *l. quoties l. in-
terdum Cod. Iur. dot.* quamuis conuentum fue-
5 rit, † quod aqua staret pro fundo dotali *Corn.
cons. 137. num. 4. & 5. lib. 1. Ceph. cons. 351. nu. 37.
& seq. Hond. cons. 41. num. 18. & 22. lib. 1. Facchin.
controuer. Iur. lib. 12. cap. 74. per tot. Giurb. ad Con-
suet. Mess. cap. 15. gloss. 1. sub num. 11. add. ad sa. me.
Greg. XV. decis. 578. num. 16. Cocc. decis. 257. sub
num. 6.*

Secundò pactum ibidem appositum reser-
uationis partis aquæ pro lauacro ipsius ven-
ditoris; sicut enim contrahentes hanc reser-
6 uarunt, reseruassent pariter aquam dotalem,
nisi eam voluissent in venditione compre-
hendi *Aym. cons. 214. num. 14. Surd. decis. 163. sub
numer. 18. Rot. coram san. mem. Greg. XV decis. 85.
nu. 16.* Tertiò ratificatio subsecuta ipsius Gra-
tiæ aucto prętio in alijs ducatis 24. Postremo
confessio prædictæ Gratiæ precedenter emis-
sa in memoriali pro obtinenda à Domino
Prorege Neapolis facultate venditionem à
viro factam ratificandi porrecto, in quo vi-
delicet oratrix narrauit virum vendidisse
Collegio omnem aquam existentem in vi-
ridario nuncupato *de Scoppa quale è fondo dota-
le di essa supplicante in vna parte di esso*, & sic
agnouit etiam partem dotalem in venditio-
ne eius quoque nomine facta, & ratificati
promissa contineri.

Præualuere nihilominus apud Dominos
argumenta contraria, quorum primum
præbet vtriusque aquę realis ac localis diuer-
sitas probata tùm ex combinatione instru-
mentorum primæ, & secundæ venditionis
diuersa confinia ac denominationes expri-
mentium, tùm ex testibus datis in Summ.
Anielli num. 5. deponentibus quod partem
dotalem Gratiæ diuidit à parte Iacobi An-
tonij venditoris intermedia portio terrarum
spectans ad Catherinam Scoppam. Huius-
7 modi enim diuersitas † excludit aquarum
identitatem, & vnius sub altera comprehen-
sionem, quamuis ambæ in eodem territorio
existerent *Surd. cons. 366. sub num. 23. vers. eodem
modo, & num. 26. vers. præcipue, & cons. 376. n. 23.
Rot. dec. 144. sub num. 2. vers. & vno verbo part. 11.
recent. & in Bononien. fideicommissi 25. Iunij 1629.
coram bon. mem. Merlino in Bononien. fideicommissi
de Pancaldis 27. Ianuarij 1648. §. denique vers.
tùm quia non probantur vnita coram P. P. D. meo
Pentingerio.*

Alterum argumentum educitur à verbis
ipsius primæ venditionis: quippe Iacobus
Antonius non vendidit simpliciter omnem
aquam existentem in Territorio, sed in Ter-
8 ritorio *di esso Giacomo Antonio*, quæ qualitas †
vniuersalitatem verbi *tutta* restringit ad par-
tem Dominio venditoris subiectam iuxtà
theoricam *Gloss. in l. si quis in fundi vocabulo
verbo nominauit ff. leg. 1. quam sequitur Ruin.
cons. 115. num. 14. lib. 5. Surd. in puncto venditionis
cons. 366. num. 27.* Talis autem non est pars do-
talis Gratiæ, cum licet data fuerit in dotem
æstimata, & instrumentum dotale incipiat à
9 promissione in quantitate † coniuges in li-
mine contractus, & in eodem instrumento
dotali conuenerint quod pecunię dotales in-
uestirentur ac inuestimenta, & pars viridarij
quæ in solutum dabatur essent fundi dotales
ibi, *stiano è debbano stare per fondo dotale* Summ.
Collegij nu. 4. ex inde namque non obstante
promissione dotis in quantitate ac rei æsti-
matione, res tradita in dotem dicitur vere,
10 & proprie fundus dotalis, licet secus sit †
quando non adest pactum de inuestiendo pe-
cunias promissas, ac dicta verba non sunt ap-
posita in ipso instrumento dotali, sed ex in-
11 teruallo vt conciliando opiniones † ac deci-
siones quæ videbantur discordes benè distin-
xit ac declarauit *Rot. in Romana Dotis, & An-
tefati 10. Ianuarij 1639. §. denique coram bo. me.
Merlino sequendo aliam decisionẽ in Romana Domus
28. Nouembris 1638. §. nec releuat coram Reueren-
dissimo D. meo Decano confirmatam 12. Nouembris
1640. §. quoniam, & §. seq. coram eodem*; eam-
demque distinctionem amplexa fuit *Rota in
Vrbeuetana Legati 4. Maij 1648. §. sunt autem cir-
ca fin. coram me*, & per consequens non tran-
12 siuit † in dominium viri *l. Iulianus ff. fund.
dot. l. 1. Cod. eod. l. vnica §. & cum lex Cod. rei vx.
act. Menoch. cons. 1209. num. 24. Pereg. cons. 24. sub
num. 3. lib. 3.*

Tertium, ex subsecutis post venditionem,
nam testes dati in Summario Anielli *num. 3.
& 4.* disertissime deponũt. Primò quod idem
Pater Vincentius de Mayo Collegij fundator,
& Rector, qui aquam à Iacobo Antonio
emerat, institit pluries successiuis tempori-
bus ac petijt à Iacobo Antonio, vt sibi etiam
13 hanc aquam dotalem venderet, † quod prę-
sefert claram, & sepè reiteratam confessionẽ
non comprehensionis huius aquæ in prima
venditione, nam alioquin non institisset vt si-
bi iterum venderetur *l. quod nostrum ff. reg. iur.
l. 1. Cod. de Thesaur. lib. 10. & benè ad propositum
Bellon. Iun. cons. 5. sub num. 88. & 89.* Cumque
ista confessio respiciat primam venditionem
factam ipsimet confitenti; probat quoque in
præ-

præiudicium Collegii vt de confessione ad-
14 ministratoris † seù Prælati tradit *gloss. in cap. vlt. in fin. & ibi Abb. num. 44. de prescr. Tiraquell. de retract. Lignagier. §. 1. gloss. 14. num. 48. Add. ad fan. mem. Greg. XV. decis. 375. sub numer. 11. vers. 2. praiudicat aliq; relati ab Add. ad Buratt. dec. 453. num. 12. & seq.* maximè quia ex qualitate cō-
15 fitentis † experti, & in istis materijs versatis-
simi, & reiteratione instantiarum excluditur omnis suspicio erroris *Dec. cons. 185. num. 13. Abb. cons. 382. num. 49. Burat. decis. 419. numer. 10.*
Secundò, quod post primam venditionem vsque ad secundam factam Aniello, & sic per annos 35. continuo hæc aqua possessa fuit à venditore, & Gratia, nec eam aliquando per territorium dispersam Patres Collegij ad se deriuare curarunt prout curarunt aliam aquam sibi venditam, ibi, *molte volte i Padri Giesuiti di detto Collegio hanno accommodato la loro acqua, che pretendeuano essere dispersa, & hanno veduto con detta occasione la sudetta acqua della Paratella, che si perdeua dentro il Territorio di Catherina ne mai quella hanno preteso ne toccato per che era differente da quella del Giardino detto di Scoppa conoscendo non essere stata la loro, ne compresa in quella venduta li da detto Giacomo Antonio.*
Vnde nil facit quod ius deriuandi aquam
16 competens per modum facultatis † sit im-
prescriptibile, & proinde hodie quoque possit exerceri *Bart. in l. quo minus secunda num. 27. & ibi Rip. nu. 98. ff. flumin. Ciriac. contr. 310. n. 39. & 40.* Quia non allegatur præscriptio, sed negatur dominium fuisse Collegio quęsitum ex prima venditione, in qua hæc aqua non comprehendebatur, vt probāt dicti Testes ac
17 successiua longissima possessio venditoris †
quam attendendam esse ad dignoscendum quid fuerit in venditione comprehensum tradit *Surd. cons. 366. sub num. 23. vers. sed attendenda, & num. 25. post Ruin. cons. 83. sub numer. 6. vers. praterea lib. 1.*

Atque hinc retorquetur exaduerso ponderata ratificatio Gratiæ, quia litteraliter legitur restricta ad instrumentum venditionis, & ad aquam, quam Collegium tempore ratificationis post 30. annos secutę possidebat, ibi, *essa Gratia si contenta, che l'acqua* predecta olim *venduta per detto suo marito al detto Collegio* iuxtà *la forma dell' Instrumento della quale acqua, detto Collegio hoggi dì ne stà in possesso pacificamente, &c.* Summario Collegij num. 9. Et longissima
18 obseruantia † 35. annorum de hac aqua nec
ratificationem nec venditionem loqui ponit in claris quatenus etiam verba instrumentorum, essent dubia *Bald. cons. 245. numer. 2. lib. 3. Ceph. cons. 162. num. 20. Surd. cons. 311. num. 10. & decis. 134. num. 9. Ciriac. contr. 162. num. 15.* qualia saltem esse in casu nostro negari non potest,
19 tantique obseruantia † valet vt recipi debeat
intellectus, quem ipsa dedit, quamuis alioquin malus, & verborum proprietati non omnino conformis *Gratian. discept. 825. nu. 14. & seqq. Peregr. decis. Patau. 53. n. 6. & seqq. Hieron. Leo dec. Valent. 19. nu. 3. & seq. lib. 1. Rot. dec. 608. num. 6. par. 2. recent.*

Non obstant pro Collegio ponderata; nam
20 vniuersalitas verbi *tutta* † capit quidem om-
nem aquam sed ipsius venditoris, nec extenditur ad hanc ab illa separatam ac diuersi iuris *Innoc. in cap. ex litteris sub num. 1. vers. nam hoc nomen omnia de Iurepatr. text. est in l. pradijs 89. ibique gloss. verb. pradijs ff. leg. 3.* alijque allegati in terminis venditionis à *Moder. Neap. in silua Cas. foren. cap. 18. num. 46. & seqq.* Pactum re-
21 seruatorium lauacri † operatur paritèr inclu-
sionem omnium aliorum iurium, circa tamen ipsam aquam venditam dumtaxat, vt per *Roman. cons. 107. numer. 1. Alex. cons. 59. nu. 9. vers. praterea respondet lib. 1.* Ratificatio retorquetur vt supra, nec facit quod in actu ratificationis vltra pretium persoluti fuerint alij ducati 24. Quia præsumitur peruenisse ad
22 manus solius viri † licet in instrumento ab
vtroque coniuge recepti asserantur *Natt. cons. 352. num. 3. & 5. Tiraquell. de retrac. lignag. §. 31. gloss. 1. num. 4. & 5. Afflict. dec. 209. numer. 2. Osasc. dec. 44. num. 5.*

Nomen Gratiæ vxoris eiusquè ratificatio emanauit ad abundantiorem cautelam em-
23 ptoris, † ne scilicet ille molestari aliquan-
do posset hypothecis dotalibus competentibus mulieri super aqua viri, vt in *pnullo respondit Natt. cons. 552. nu. 6. Aym. cons. 91. sub nu. 2. Ciriac. contr. 251. num. 30. Rot. in Bononien. Pecun. 26. Maij 1645. §. non etiam coram me in Tiburtina Saluiani 8. Iunij 1646. §. fuit enim responsum, & 7. Iunij 1649. §. fin. coram R. P. D. meo Cerro.*

Memoriale porrectum Proregi nomine Gratiæ, non probatur ab ea porrectum vel subscriptum sed solum à Notario seù Procuratore, quos ad id mandatum habuisse non
24 constat, & ex quorum scientia † inferri non
potest quod etiam Gratia contentorum in memoriali scientiam habuerit ad textum in *l. item veniunt §. petiam ff. petit. hared. Socc. sen. cons. 87. num. 8. in fin. lib. 3. Surd. cons. 183. num. 33. Rot. decis. 95. num. 2. parte prima decis. 190. nu. 20. par. 6. recent.*

Nullatenus itaquè Collegium probauit
25 aquam hanc dotalem in prima venditione †
includi vt debuisset plenè, & concludenter *Surd. & cons. 376. num. 22. Seraph. dec. 1137. nu. 1. & 2.* & per consequens illa spectat ad Aniellum secundum emptorem, cui vendi potuit à solo Iacobo Antonio viro, quamuis dotalis esset stante decreto nouissime emanato Consilij Regij Neapolitani relato in Calce responsionis facti pro Aniello.

Ac proinde aquam spectare ad Aniellum fuit decisum vtraque parte informante.

MELEVITANA FRVCTVVM.

Veneris 26. Maij 1651.

ARGVMENTVM.

Fructus in iudicio manutentionis debentur à die motæ litis in possessorio non autem in petitorio. Perceptio fructuum ex possessione persumitur, præsertim quando agitur de fructibus

ctibus rei de sui natura fructiferæ, & opinio Baldi circa hanc materiam quo casu procedat? Quantitas fructuum perceptorum probari potest ex solito, & consueto.

SUMMARIUM.

1 *Fructus tantum percepti veniunt restituendi in summarijssimo possessorio, non autem qui percipi potuerunt.*

2 *Amplia quamuis in expeditione mandati de manutenendo de illis mentio facta non fuerit cum sint pars possessionis rei petitæ.*

3 *Et veniunt restituendi non à die litis motæ in petitorio, sed in ipso summarijssimo manutentionis.*

4 *Fructus lapso triennio persumuntur consumpti.*

5 *Condemnatio ad fructus perceptos ex certo prædio lapso triennio fieri nequit in specie, sed in valore.*

6 *Commissio secunda obtenta cum facultatibus contentis in prima commissione operatur ac si in secunda omnes facultates contentæ in prima essent repetitæ.*

7 *Commissio mediante citatione ad dicendum contra dicitur effecta communis.*

8 *Fructus in iudicio manutentionis restituendi veniunt à die commissionis obtentæ, & communis effectæ mediante citatione ad dicendum contra ex qua lis inducitur.*

9 *Fructus fuisse perceptos probatur ex testibus deponentibus se fuisse præsentes perceptioni fructuum.*

10 *Declara hanc probationem esse necessariam quando principalitèr dubitatur de perceptione in quibus terminis procedit opinio* Bald. in l. prima num. 21. C. de fruct. & lit. expensis.

11 *Secus verò vbi agitur de fructibus rei de sui natura fructiferæ, & constat de possessione aduersarij, tunc enim ex ipsa possessione resultat præsumptio, quod fructus fuerint ab illo percepti.*

12 *Quantitas fructuum perceptorum cum sit difficilis probationis admittit leuiores probationes etiam à solito, & consueto.*

13 *Et solitum, & consuetum ex quibus probetur?*

14 *Testes deponentes circa solitum, & consuetum percipiendi fructus plenè probant si rationem reddunt se terras laborasse, & in illis esse expertos ac versatos.*

15 *Liquidatio fructuũ admittit etiam præsumptiones, & coniecturas.*

DECISIO CCCCLXV.

ANGELVS Hieronymus qui in possessione tenutę nuncupatæ Ta Venetia mandatum de manutenendo ad sui fauorem relaxari, & executioni mandari obtinuit cõtra Mariam, & Barbaricam de Habela petijt easdem condemnari ad restitutionem fru-
1 ctuum non qui percipi potuerunt† cum tantum percepti in summarijssimo possessorio veniant *Rot. dec. 317. numer. 1. parte prima recent. decis. 317. num. 9. apud Moder. Perus. de manutent.* sed perceptorum ad quos reus conuentus te-
2 netur quamuis de illis † in expeditione mandati de manutenendo mentio facta non fuerit cum sint pars possessionis rei petitæ, vt declarauit *Rot. dec. 17. nu. 3. apud dictũ Moder. & in Bononien. Bonorum 26. Febr. 1649. §. nec obstare coram R.P.D. meo Otthobono.*

Ideò dubitaui hodie ad quam summam fructus petiti sint taxandi, quod pendet ex duobus. Primò à quo tempore debeantur cum quod dicitur deberi à die motæ litis in-
3 telligendum sit † non de principio litis in petitorio vel possessorio Ordinario, sed in ipso summarijssimo, vt declarauit *Rot. in d. dec. 317. num. 1. parte prima recent.* & sic initium sumi non possit ab anno 1640. quo causa commissa fuit Rotæ in petitorio. Secundò in qua summa probentur percepti cuiusquè valoris sint, nam ex quo petuntur fructus ex
4 certo prædio percepti lapso triennio † quo præsumuntur consumpti condemnatio fieri
5 non potest † ad fructus in specie sed in valore *iuxtà* distinctionem quam tradit *Bart. in l. ex diuerso §. 1. in fin. ff. rei vindic. Natt. cons. 599. sub num. 4. & 2. seqq. Neguss. quæst. 129. nu. primo Mant. dec. 281. num. 1.*

Quo ad primum licet informãtes pro Angelo Hieronymo petijssent fructus trium annorum, nempè 1642. 1643. & 1644. se tamen postea restrinxerunt ad duos annos postremos, pro quibus deberi fructus decisum fuit, quia petitio manutentionis cæpit de mense Octobris anni 1642. quo Angelus Hieronymus citatus fuit ad dicendum contra commissionem super hoc prædio exaduerso
6 obtenta cum eisdem facultatibus † in alia super quodam Viridario ad instantiam Angeli Patris ipsius Angeli Hieronymi longè ante signatam appositis Summario Angeli Hieronymi num. 16. inter quas facultates cum ocularitèr legatur facultas *manutenendi quem de iure* vt in originali mihi tradito, eadem facultas per relationem ad dictã commissionem repetita censetur in secunda, ac si ibi quoque causa super hoc prædio Ta Venetia commissa fuisset cum facultate manutenendi quem de Iure *l. asse toto ff. hæred. Inst. Ceph. cons. 253. num. 26. & 27. cum alijs allegatis in Bononien. Beneficiorum 24. Maij 1647. coram me*; dubitari enim non potest quin commissio huiusmodi includat specificam petitionem manutentionis quamuis emanauerit instante Aduersario,
7 quia per citationem ad dicendũ contra † fuit
8 effecta communis etiam ad effectum † vt ex die talis citationis restituendi sint victori fructus à reo conuento, vt in puncto respondit *Rot. in supracitata Bononien. Bonorum 26. Febr. 1649. §. fieri autem coram R. P. D. meo Otthobono vbi allegantur concord.*

Quo ad secundum quia constat prædium esse de sui natura fructiferum, & de dictis annis fuisse à reis conuentis possessum, censuerunt Domini necessariam non esse probatio-
9 nem † per testes qui fuerint præsentes fructuum perceptioni, cum opinio *Baldi hoc re-*
10 *quirentis † in l. 1. nu. 21. Cod. fruct. & litis expen.* procedat quando dubitatur principalièr de
11 perceptione, secus vbi agitur de fructibus† rei de sui natura fructiferę, & clara est Aduersarij possessio; tunc enim ex ipsa possessione resultat præsumptio, quod fructus ab illo fuerint perce-

percepti *Seraph.decis.1245.num.6.& decis.1364. in princ.Add.ad Greg.XV.decis.50. litt.B. Buratt. decis. 173. num. 3. cum alys ibi allegatis ab adden. nu.9.* ac proinde difficultas reducitur ad quā-
12 titatem † quæ cum sit difficilis probationis admittit leuiores probationes etiam à solito, & consueto, vt declarando *doct. Bald. loc. supracitato dixit Rot. inter decisiones clar. mem. Coccini decis.439.num.2. decis.586.num.1.& 2. coram bon.mem. Cardinali Caualer. dicta decis.173.nu.5. coram bon.mem.Buratt. vbi add.litt.B. allegat concordantes, & in puncto in decis. Bononien. Bonorum §.1. coram R.P.D. meo Ottbobono*. Eo magis in casu nostro, quo ex fidibus Colonorum datis in Summario Angeli Hieronymi num.15. apparet prædium de dictis annis ab illis fuisse satum de ordine aduersariorum.

Consuetum autem de dictis annis ac etiam
13 pluribus antecedentibus probant† plures testes deponētes de mensura totius prædij eiusque culturæ diuisione ac de quantitate fructuum ac eorum valore computato sterili cum fertili, ac deductis expensis, videlicet quod salmę vndecim cum dimidia terrarum quæ coluntur ad vsum frumenti, & ordei, fructum reddunt ad rationem septem salmarum pro qualibet, & sic in totum fructus annuus est in salmis 78. & tumolis duodecim, quarum medietas ad vsum frumenti calculando singulos frumenti tumulos in tarenis quinque vt de dictis annis 43.& 44.venditum fuisse testes deponunt Summ. num.10. constituit summam scu.262. Altera medietas ad vsum ordei valutata iuxtà depositiones testium importat scu.144. 4. & 10. Addunt testes quod ex alijs vndecim mensuris terrarum cū dimidia percipiuntur singulis annis Cantaria 25. Cotthonij valoris scu.150. ad rationem scu.6. pro quolibet Cantar. Sum. nu. 6. & 11. Item Cantaria decem cimini ad eamdem rationem Summario ibid. valoris scu.60. Item annua scu.30. ex herbis Summ.num.8. annua scu.100. ex palea Summ. num.9. quæ simul iuncta ascēdunt annuatim ad scu.746. circiter.

Nec obstat quod testes deponant se ignorare ac de proprio iudicio, quia ignorantia refertur ad id quod specifice de annis controuersis fuit satum, & recollectum non autem ad consuetum, de quo præcise testantur per
14 optimas rationes, † quia scilicet terras laborarunt, & in illis experti sunt. quod efficit vt mereantur fidem, quamuis de proprio iudicio aliquando deponant, cum agatur de li-
15 quidatione fructuum admittente † etiam coniecturas, & præsumptiones *Decian.cons.62. sub num.49.lib.3.Bursatt.cons.241.num.3. & seqq. Mascard. de probat.concl.1363. numer.15. & seqq. Farinac.de testibus quæst.8. num. 38. & 98.*

Igitur pro annis 1643.& 44.calculato quolibet in scu. 746. fructus ascendunt ad scuta 1492. ac totidem soluenda esse actori Domini censuerunt vtraquè parte informante.

EVGVBINA HAEREDITATIS.

Veneris 2. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Iura verbaliter producta non sunt transportanda, & quando productio dicatur verbalis, & quando realis? statutum Eugubinum *de prohibit.alienat.in forenses* ex defectu potestatis laicorum Clericos non afficit. Mulier Tutrix filiorum, licet eorum bona administrauerit non tamen præsumitur de eius dote satisfacta, nisi constet ad eius manus tot bona peruenisse, ex quibus commode potuerit de eius dote satisfieri.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum signaturæ* constito de tribus, vel quod executioni locus sit *intelligendum est de sententijs validis, & iustis.*
2 *Et saltim in substantia non difformibus.*
3 *Sententia est nulla ex defectu iurisdictionis si est lata postquam prima sententia à qua fuit appellatum spatio plurium annorum transitum fecerat in iudicatum.*
4 *Limita non procedere quando coram Iudice appellationis non fuit oppositum de reiudicata tunc enim victor patiendo cognosci de meritis causæ censetur reiudicatæ renunciasse.*
5 *Acta verbaliter producta transportanda non sunt.*
6 *Productio dicitur verbalis si deest verbum tenoris, vel facto, non attento an sit concepta per verbum exhibuit vel produxit.*
7 *Acta transportata esse integra probatur ex attestatione actuarij, cui de hoc fides adhibetur.*
Declara conclusionem nō procedere quando vere apparet acta transportata non esse integra tunc fides actuarij non est attendenda num. 13.
8 *Productio nonnullorum iurium contextualiter facta, si quo ad aliqua apparet realis, talis censeri debet quo ad reliqua.*
9 *Reproductio iurium coram Iudice appellationis pernecesse supponit, alias fuisse in actis primæ instantiæ exhibita, & in omnem euentum quatenus opus sit vim habet veræ productionis.*
10 *Amplia quamuis Iudex desuper non interloquatur.*
11 *Productio facta absque citatione ad dicendū contra valet quando pars productioni præsens fuit.*
12 *Productio ex quibus arguatur realis?*
14 *Statutum Eugubinum* de prohibit. alienat. in forens. *prohibet translationem bonorum immobilium in forensem absque licentia Principis quocumque titulo inter viuos, vel in vltima volontate.*
Non tamen statutum comprehendit Clericos num.20. & seqq.
15 *Immissio non datur hæredi scripto vigore leg. finalis, quando ei obstat statutum loci ad succedendum.*
16 *Statutum Eugubinum prohibens alienationem bonorum immobilium in forenses non comprehendit alienationem, quæ fit titulo vniuersali in testamento, hæc tamen opinio est dubitabilis.*
17 *Statutum præfatum quia est conceptum in rem afficit etiàm forenses, quamuis Clerici sint contra num. 20. & seqq.*

18 *Præ-*

18 *Præsertim quia non prohibet absolute alienationē, sed sine licentia Principis.*

19 *Statuta laicorum non afficiunt Clericos ex defectu potestatis.*

20 *Statutum laicorum generaliter prohibens alienationem in forenses non comprehendit Clericos, nam alias læderetur Ecclesiæ libertas nec cuique licitū esset in personas Ecclesiasticas per viam vltimæ voluntatis alienare, & num. 21.*

22 *Non attento an statutum loquatur in personam, vel in rem, vel an simpliciter prohibeat, vel cum certa solemnitate, nam semper minuitur Ecclesiæ libertas, & immunitas Clericis concessa tam circa acquisita quam acquirenda.*

23 *Et hanc distinctionem ad effectum ne statutum comprehendat Clericos semper reiecit Rota Romana.*

24 *Confessio viri dotis recepta probat veram illius numerationem quando præcessit publicum Instrumentum promissionis.*

25 *Vidua possidens bona hæreditaria viri impedit ne illius hæredibus immissio cōcedatur nisi ei restituta dote.*

26 *Retentio bonorum hæreditariorum viri non competit Viduæ pro eius credito dotali si tanquam tutrix filiorum bona viri administrauit, & donec de illis rationem reddat, vel præsumitur satisfacta vel eius creditum remanet illiquidum.*

Creditum illiquidum est inefficax ad obtinendam retentionem ibidem.

27 *Declara exceptionem administrationis ex particulari priuilegio dotis non excludere retentionem nisi simul constet ad manus Viduæ tot bona peruenisse, ex quibus commodè de integra dote potuerit satisfieri.*

Soccin. sen. cons. 126. num. 1. & seqq. lib. 1. reprobatur ibid.

28 *Vidua creditrix suæ dotis si exegit vna cum filio pecunias spectantes ad hæreditatem viri pro medietate præsumitur ad eam peruenisse.*

29 *Vidua tutrix filiorum ante dispunctas rationes tutelæ dici nequit debitrix ex quo pecunias tutelares exegit, vel illas cum suo credito dotali compensare debeat.*

30 *Retentio omnium bonorum viri competit Viduæ pro restitutione suæ dotis, quamuis creditum dotale sit parua summa.*

31 *Sententiæ iniustæ non computantur in numerum nec executionem merentur.*

32 *Verba Curialia, & Ciuilia obligationem aliquam non inducunt.*

33 *Promissio de non molestando intelligitur de molestia extraiudiciali, & de facto nō autem iudiciali.*

DECISIO CCCCLXVI.

CONSTET necne de tribus cōformibus, vel alias earum executioni locus sit fuit hodie dubitatum, & informantes pro hæredibus q. Victoriæ Cercauille negatiue in omnibus respondendū asserebant ob tertiæ sententiæ nullitatem, & omnium sententiarum iniustitiam, ac difformitatem cum rescriptum Signaturæ mihi directum de exe-
1 quendo *constito de tribus conformibus*, † vel quod *alias executioni locus sit*, intelligendū fit de sententijs validis & iustis *Rot. decis. 132. num. 1. & 2. par. 6. decis. 38. num. 1. & seqq. par. 7.*
2 *recent.* & saltem in substantia† non difformibus *Socc. Iun. cons. 74. num. 1. in fin. lib. 2. Peregr. cons. 73. num. 9. lib. 1. Rot. inter recent. decis. 98. n. 3. par. 1. decis. 292. num. 2. par. 6.*

Nullitas educebatur ex duplici capite, nempè non integræ trasportationis actorum deficientibus instrumentis dotalibus Victoriæ in prioribus instantijs productis, ac defectus
3 iurisdictionis † qua videlicet, quia secunda sententia per lapsum 15. annorum transierat in iudicatum caruit tertius Iudex *Franc. in cap. dilecta n. 10. de appellat. Scacc. eod. tract. qu. 15. num. 202. & seq. Put. decis. 115. num. 1. lib. 1. in corr.* Verum hæc posterior nullitas cessat, quia coram tertiò Iudice non fuit oppositum de
4 re iudicata † vt debuit: nam alioquin victor patiendo cognosci de meritis causæ censetur rei iudicatæ renunciasse *Felin. in cap. inter monasterium num. 30. de re iudica. Ias. in l. patre furioso num. 22. ff. qui sunt sui vel alien. Iur. Put. dec. 213. lib. 2. in corr. dec. 11. tit. de re Iudic.*

Prior vrgeret si instrumenta dotalia fuissent realiter producta; non enim trasportan-
5 da sunt † acta verbo tantum producta *add. ad Greg. XV. decis. 59. num. 10. cum alijs allegatis in Romana societatis lignorum 22. Iunij 1650. coram me*, & productio dictorum instrumentorum dotalium, quia deest verbum tenoris vel fa-
6 cto † videbatur verbalis, non attento an concepta fuerit per verbum *exibuit* vel *produxit Grat. discep. 121. num. 33. add. ad Greg. d. decis. 59. num. 11. & seqq. Rot. in Vercellen. Decimarum 13. Nouembris 1645. coram R. P. D. meo Cerro, & in Romana locorum montium 3. Iunij 1650. coram R. P. D. meo Meltio*: quo magis quia acta tras-
7 portata integra esse† testatus fuit actuarius cui de hoc adhibetur fides *Rot. dec. 604. nu. 2. par. 2. recent. & in Toletana Canonicatus Penitentiarij 10. Martij 1645. coram R. P. D. meo Otthobono in Romana subhastationis 7. Iunij proximè preteriti coram me.*

Plures tamen coniecturę suadere poterant productionem fuisse realem; signanter quia ex datis in Summario hæredum num. 6. apparet contextualiter in termino assignato ad iustificandum, & impugnandum fuisse productum coram Iudice appellationis processum primæ instantiæ, testamentum Capitanei Vignole, & instrumenta dotalia Victoriç: sicut enim negari nō potest quin dictus processus, & testamentum fuerint realiter produ-
8 cta † idem asserere de instrumentis dotalibus contextualiter productis necesse est, vt ex doctrina *Bald. in l. si quis §. si initium ff. edend.* ratiocinatur *in proximis terminis Menoch. de arb. lib. 2. Cas. 64. num. 2. Duran. dec. 9. num. 17. Rot. dec. 140. num. 14. & 15. par. 4. tom. 2. recent. & in puncto fuit decisum in Romana Societatis lignorum 22. Iunij 1650. §. id ipsum in fin. coram me.* Tertius quia successiue ferè post mensem eadem Victoria coram ipso Iudice appellationis comparuit in termino citationis ad omnes actus, & ad sententiam, & reproduxit dictum processum vna cum alijs productis, & sic vna cum dd. instru-

9 inſtrumentis, ea enim reproductio † facta
coram Iudice ſupponit inſtrumēta alias pro-
ducta dimiſſa fuiſſe in actis, & quatenus opus
ſit vim habet verę productionis *Felin. in cap.
venerabilis num.12. de iudic. Scacc.eod.tract.lib.2.
cap.11.num.398. Rot.dec.123.num.4. par.1.recent.*
10 licet Iudex deſuper † non interloquatur *Bald.
in l. omnium num.9. Cod.teſtam.* maximè quia
aduerſarij erant pręſentes nec veritatem aut
exiſtentiam inſtrumentorum in actis nega-
runt, ſed ſolum eorum vigore ſe coram alio
Iudicę conuentos eſſe allegarunt dicto Sum.
11 num.7. quod efficit ne productio † impu-
gnari valeat ex defectu citationis ad dicen-
dum contra *Caſtr.conſ.382.ſub num.3. circa fin.
lib.2.relat.ab adden. ad Buratt.deciſ.134.num.15.
in fin.*

His accedit quod in ipſa ſententia præfati
Iudicis oculariter legitur illum hæc inſtru-
menta vidiſſe, ſed reieciſſe tamquam produ-
cta in calculo ferendæ ſententiæ, quod pari-
12 ter, quia ex ſupradictis veriſimile redditur †
arguit productionem fuiſſe realem *Burat.dec.
217.num.7.& 8.add.ad Greg.XV.dec.59.num.14.*
Cumque ex omnibus ſimul iunctis appareat
13 acta traſportata non eſſe integra, † nullius
momenti eſt contraria fides actuarij, *vt fuit
dictum in Melenitana Territorij 3. Decembris
1638. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Panzi-
rolo.*

Maior ideò vis fiebat in ſententiarum in-
iuſtitia reſultante contra omnes ſententias,
quia immiſſionem concedunt bon.me.Car-
dinali Vbaldo tunc Sacræ Rotæ Auditori, &
Reu.Io: Franciſco Penne vti hæredibus ſcri-
ptis in teſtamento Federici Ciuis Eugubini,
qui cum eſſent forenſes capaces non erant
14 ſucceſſionis † obſtante Statuto Eugubij de
prohibit. alien. in forenſ. prohibente traſferri
bona immobilia abſque licentia Principis in
forenſem quocumque titulo inter viuos, vel
in vltima voluntate, quod ſtatutum reſi-
15 ſtit † ne ex *l. fin.* hæredibus huiuſmodi detur
immiſſio *Bald.conſ.186.numer.8. lib.1. Argel. de
acq. poſſeſſ. quæſt.3. num. 760. & ſeqq.* & licet il-
lud ad tranſlationem rei alicuius particularis,
ſiuè in teſtamento, ſiuè inter viuos fiat, vt
16 proinde non prohibeatur alienatio † quæ fit
titulo vniuerſali in teſtamēto reſtringat *Gabr.
conſ.179.num.58. lib.1.* eius tamen opinio du-
bitabilis ſaltem redditur per ea quæ dixit *Rot.
in Lucana Maioratus 4. Iulij 1640. §.2. non obſtat
circa med.verſ. quo verò coram recol.mem.Coccino,
Sacræ Rotæ Decano Bald.conſ.476.ſub num.1.lib.4.*
Idemque ſtatutum, præſertim quia conceptū
17 in rem afficere forenſes etiā † ſi Clerici ſint
tradit *Bald.conſ.174.num. . lib.5.Ceph.conſ.53.
numer.39. & 42. & conſ.54.numer.9.& ſeq.Surd.
conſ.521.numer.2. ad fin. & ſeq. Ciriac.contr.530.
num.64.& ſeqq. in puncto Gabr.conſ.169.num.57.
alijque relati à Moder.Eugubino contr.foren.41.n.4.*
18 *& ſeqq.* facilius quia non prohibet abſolutè †
alienationem ſed ſine Principis licentia *Mar-
cabr. conſ.23.num.232.& 233. Vulpell.de libert.
Eccleſ.par.2.num.8.& 14.Carol.de Graſſ.de effect.
clericat. effect.2.num.245.& ſeqq.*

Cōtraria nihilominus opinio viſa eſt verior
19 quia ex defectu poteſtatis † ſtatuta laicorum
clericos non afficiunt *cap. Eccleſiæ Sanctæ Ma-
riæ vbi notant omnes de conſt.cap.fin.de immun.Ec-
cleſ. in 6.* neque ſtatuentes loquendo genera-
20 liter de forenſibus cenſentur † ſenſiſſe de cle-
ricis, quos etiam ſi voluiſſent non potuiſſent
nominatim excludere, & lederetur Ec-
21 cleſiæ libertas † niſi cuique licitum eſſet Ec-
cleſiaſticas perſonas hæredes inſtituere, vt in
terminis *Nauarr. conſil.3. in fin.tit. de Conſt.Alb.
conſil.8.numer.7.in fin.& ſeqq.Clar.in praxi §.fin.
quæſt.82.Stat.5.n.2.vbi de commun.Bald.conſ.474.
num.1.in fin.lib.4.Menoch.conſ.877. numer.10. &
conſ.1129.nu.1.Marcobrun.conſ.91.n.53.Honded.
conſ.3.num.22.& ſeqq.lib.1.Surd.conſ.2. num.34.
vbi quod hæc eſt magis com. opinio Eugen. conſ.59.
n.21.lib.2.Neguz.quæſt.278.n.5.Ciriac.contr.205.
num.156. & ſeqq.* quem alijs relatis refert, &
ſequitur *Moder.Carpenſ.contrauer. forenſ.cap.23.
num.39.& 40. Modern.Panorm.reſol.moral.par.6.
tract.3. reſol.3.Moder.Neap. de immunit.& iuriſd.
Eccleſ.tom.1.cap.8.dub.11.ſect.1.num.10. & ſeqq.
vbi ſignanter n.15. refert pro hac opinione 50. ferè
Doct.fol.335. & ſect.6. per tot. fol. 338.* & vter-
que reſpondit omnibus contrarijs, non at-
tento an ſtatutum loquatur in perſonam vel
22 in rem, vel an ſimpliciter prohibeat an cum
certa ſolemnitate, nam ſemper minuitur li-
bertas Eccleſiæ, & immunitas Clericis con-
ceſſa tàm circa acquiſita, quam circa acqui-
renda, & per indirectum Clericis præiudica-
tur cum actus alienationis non poſſit ſepara-
ri à perſonis vt in terminis aduertit *Ciriac. d.
contr.205.numer.158. & 160. & determinatum in
Sacra Congregatione Immunitatis refert Moder.
Neapolit.de Immun.Eccleſ.tom.1.cap.8.d.dubit.11.
nu.19.fol.336.* ſemperque ad effectum ne ſta-
23 tutum comprehendat perſonas † ſtatuentibus
non ſubditas diſtinctionē locutionis in rem
vel in perſonam reiecit *Rota ex allegatis in dec.
177. num.13. & ſeqq. par.5. recent. & in Romana
ſuplementi legittimę 18.Maij 1640. coram R.P.D.
meo Cerro.*

Aduerſus verò primam, & ſecundam ſen-
tentiam obijciebatur ſignanter quod non re-
ctè denegauerint Victoriæ retentionem bo-
norum Siluij viri prædefuncti pro credito
dotali ſcu. bis mille probato ex confeſſione
24 eiuſdem viri, quæ licet ſit de dote recepta †
quia præceſſit publicum inſtrumentum pro-
miſſionis dotis probat veram illius numera-
tionem *Couarr.var.reſol.lib.1.cap.7.n.6.Mareſc.
var.reſol.lib.1.cap.8.nu.13.Sanch.de matrim.lib.6.
diſp.9.num.10.Fontanell.de pact.nupt.tom.2.clauſ.
fin.gloſſ.vnica num.35. & ſeqq. Seraph. deciſ.795.
num. 1.* & per conſequens non poterat hære-
dibus aduerſarijs concedi immiſſio in preiu-
25 dicium Viduæ † bona hæreditaria poſſiden-
tis niſi ei reſtituta dote *l. 2. l. aſſiduis §. & imò
Cod.qui pot.in pign.habean.Miſſing.obſer.Centur.6.
obſeruat.70. numer.5. Rot. penès Pacif.de Saluian.
deciſ.75. num. 1.*

Neque retentioni obſtat quod Vidua tan-
quam tutrix filiorum adminiſtrauerit bona
26 viri, † atque ideò donec de bonis admini-

ſtratis

ſtratis integram rationem reddat vel præſumatur ſatisfacta de dote vel eius creditum remaneat illiquidum, & ſic ineptum ad retentionem vt probat *Socc.Sen. conſ.126. num.1. &*
27 *ſeqq. lib.1.* quia particulari priuilegio dotis † exceptio administrationis huiuſmodi non excludit retentionem niſi ſimul concludenter doceatur ad manus Viduę peruenisse tot bona ac effectus hæreditarios ex quibus commode de integra dote potuerit ſatisfieri, vt reprobata contraria opinione *Soccini* ſequendo doct. *Neguz.de pignor. 5.mem. 5.par. num.36.* perpetuo dixit *Rot.deciſ.1455.numer.1. & ſeqq. apud Seraph.deciſ.275.num.4.par.4.recent.dec.14. num. 8. & 9. par.5. & in Fanen. dotis 14. Martij 1642. coram R.P.D.meo Cerro in Romana Cenſus 10.Martij 1649.coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, & alias ſæpe.*

Quod in caſu noſtro probatum non remanet ex tribus quietantijs conſtituentibus in totum ſcu. 2409. exacta à Vidua diuerſis tẽporibus in computum prætij bonorum à viro dum viueret venditorum pro ſcu. 6709. Sum. Monaldi num. 8. Nam vltima partita ſcu. 1000. cum fuerit recepta à Vidua, & ſi-
28 mul à Bernardino filio maiore, † adſcribenda eſt debito Viduę pro medietate tantum vt in his terminis *fuit dictum in Anconitana dotis 22. Aprilis 1644. §.detracta coram me.* Reliqua autem ſcu.1909. ad eiuſdem Bernardini manus deueniſſe negare non poſſunt aduerſarij, qui in alio iudicio cõtra Bernardinum moto faſſi fuerunt in poſitionibus eum ex dicto prætio habuiſſe ſcu.5480. & ad reddendam de illis rationem condemnari obtinuerunt Sum. reſponſionis hæredum num. 2. & 3. cumq; Viduam tàm ratione victus, & veſtitus filiorum quam aliorum onerum, quæ occaſione tutelæ ſubſtinuit plures impenſas feciſſe conſtet Sum. hæredum num. 1. quouſque ratio-
29 nes tuſe diſpungantur † dici non valet quod pecuniarum, vt ſupra exactarum debitrix remaneat, eaque cum ſuo credito compenſare debeat *Anchar. conſ.235.num.1. verſ.præterea Alex.conſ.192.n.2.& 3. lib.7.Eſcobar. de ratiocin. cap.21.num.12.& ſeqq.vſque ad 22. Fontanell.dec. 234.num.14.Buratt.deciſ.443.num.2.* Vel in omnem euentum etiam compenſatis dictis ſcu. 1909. ſupereſſet creditum dotale, pro quo li-
30 cet paruæ ſummæ † competeret ipſi retentio omnium bonorum viri, vt notant *DD. in l. quam diu Cod.diſtract.Pignor.l.creditores ff. eod.tit. l. Moſchiſ. & ibi gloſſ. verb. poſſeſſorem ff.Iur.fiſc. Rot.dec.18.nu.7.apud Moder. Forolinien. de legitt.*

Huic iniuſtitiæ capiti Domini inherentes cenſuerunt primam ac tertiam ſententiam
31 vti iniuſtas † neque computandas in numerum trium, neque executionem mereri; iuncta maximè primæ ac tertiæ difformitate à ſecunda tùm in dicto articulo retẽtionis, tùm in quota legittimę decreta matri defuncti quam ſcilicet prima ſententia per tertiam confirmata declarauit eſſe nonam tertiæ partis omnium bonorum Siluij patris, ſecunda verò tertiam partem ex quatuor dictorum bonorum ad Federicum deuolutis, nec facit mentionem, prout prima de legittima matri debita in bonis Euangeliſtæ alterius filij primò loco defuncti.

Qua propter licet hæredi bon. mem. Cardinalis Vbaldi non obſtet, quod idem Cardinalis viuens in epiſtola miſſa ad Victoriam dixerit ſe numquam eam moleſtari feciſſe occaſione teſtamenti Federici eius filij, & aſſecuraſſe etiam de non moleſtando in futu-
32 rum quia ſunt verba curialia ac ciuilia † quæ obligationem aliquam non inducunt *Felin.in cap.cum iuramento numer.2. verſ.ſed hoc de homic. Seraph.deciſ.136.num.3. Mart.And.deciſ.92.nu.8.* & intelligi poſſunt de moleſtijs extraiudicia-
33 libus, † & de facto, non autem iudicialibus ac iuſtis *Peregr.de fideic.art.35.nu.7. Card.mant. deciſ.183.num.2.* maximè cum Cardinalis iam antea conſtituiſſet procuratorem ipſum Pennam coheredem ad agendum Sum.add.Monaldi numer. 3.

Non conſtare de tribus conformibus, nec eſſe locum executioni vtraque parte informante deciſum hodie fuit.

LVCANA CAPELLANIAE.

Mercurij 7. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Collatio ſimultanea in beneficiis inferioribus Eccleſiæ Cathedralis competere poteſt Capitulo vna cum Epiſcopo, quando ſcilicet Beneficiati inferiores ex aliquo Iure ſpeciali ſunt de gremio Capituli, vel ſi huiuſmodi Beneficia ſunt fundata ex bonis communibus. Regula reſeruatoria menſium comprehendit etiam beneficia ad ſimultaneam Capituli, & Epiſcopi collationem ſpectantia. Capellania requirens reſidentiam, & cui eſt etiam iniunctum onus celebrationis miſſarum, obtineri poteſt ab habente ætatem 14. annorum, & onus adimpleri poteſt per alium, dum in erectione non legitur perſonæ ipſius Capellani iniunctum Regula 17. Cancellariæ de concurrentibus in data declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Collatio ſimultanea in beneficijs inferioribus Eccleſiæ Cathedralis non competit Capitulo vna cum Epiſcopo iuxta opinionem* Abbatis in cap. cũ Eccleſia Vulterana ſub num.3. de elect.

2 *Declara opinionem Abbatis recipiendam eſſe quãdo Beneficiati inferiores ſunt prorſus extranei à Capitulo Eccleſiæ Cathedralis ſecus ſi ex aliquo iure ſpeciali ſunt de gremio Capituli, quamuis non in omnibus actibus Capitularibus admittantur.*

3 *Collatio ſimultanea in beneficijs inferioribus Eccleſiæ Cathedralis competens Capitulo & Epiſcopo non prouenit ex officio generali Epiſcopi, ſed ex communione bonorum, de quibus ſunt inſtituta, & num. 4.*

5 *Et ſtante longeua poſſeſſione Capituli conferendi in ſimul cum Epiſcopo intrat præſumptio, quod huiuſmodi beneficia ſint fundata ex bonis communibus donec ex aduerſo contrarium probetur.*

6 *Beneficium à Clerico Beneficiato erectum ex quibus bonis scilicet patrimonialibus vel Ecclesiasticis dotatum fuerit, arguitur à successiua possessione præsentandi, vt si Ecclesia præsentauit fundatum præsumatur ex bonis Ecclesiasticis, si verò laici ex bonis laicalibus.*

7 *Enunciatiua vnica, contra quam concurrit contraria præsumptio, & principaliter dubitatur de enunciato non attenditur.*

8 *Capitulum existens in antiquissima possessione simultanee conferendi talelus præscripsisse dicitur.*

9 *Consuetudo attenditur in materia collationis beneficiorum.*

10 *Collatio simultanea in mensibus tantum ordinarijs locum habet.*

11 *Episcopus conferens vigore alternatiua pernecesse supponit beneficia non esse simultanea Collationis.*

12 *Regula 8. reseruatoria mensium comprehendit etiã beneficia ad simultaneam Episcopi & Capituli, & cuiusuis alterius personæ Iure Ecclesiæ collationem spectantia.*

13 *Capitulum si non contradixit collationi Episcopi facta vigore alternatiua, non ex hoc dicitur sibi praiudicasse in mensibus ordinarijs, cum talis collatio potius tendat in præiudicium Papæ, quam ipsius Capituli.*

14 *Status antiquus simultanea collationis in mensibus ordinarijs non censetur mutatus nec constitutus nouus ex collationibus ab Episcopo factis in mensibus reseruatis vigore alternatiua.*

15 *Status vltimus regulariter attenditur inter duos prouisos.*

16 *Status vltimus probandus est in casu indiuiduo de quo agitur.*

17 *Quasi possessio non extenditur ad alios actus eiusdem speciei, in quibus alter habet fundatam intentionem.*

18 *Status vltimus non attenditur quando anterior cõtrarius probatur publicis Instrumentis.*

19 *Capellania requirens residentiam, & cui onus celebrationis missarum est annexum, potest retineri ab habente ætatem 14. annorum, quia talis ætas idonea est residentia in choro, & onus celebrationis adimpleri potest per alium, dum in erectione personæ ipsius Capellani non legitur iniunctum, & declaratur Doctrina Gonzal. num. 21. & 22.*

20 *Amplia procedere quamuis Capellani prædecessores per seipsos celebrauerint, quia probandum est id fuisse factum coacte, non autem voluntarie.*

23 *Regula 17. Cancellariæ de concurrentibus in data præfert non beneficiatum beneficiato.*

24 *Et regula loquitur de beneficiato, cuius appellatione ex proprietate verbi venit etiam non sufficienter Beneficiatus.*

25 *Verba, vbi dispositioni conueniunt, ei locus esse debet.*

26 *Paruum & magnum regulariter in Iure differentiam non inducunt.*

27 *De obtentis vbi est facienda mentio, tutius est quod fiat de quocumque modico beneficio.*

28 *Regula 17. Cancellariæ de concurrentibus in data ideò præfert non beneficiatum Beneficiato, ne scilicet vnus repleatur beneficijs, alter verò sterilis remaneat.*

29 *Adiudicatio Beneficij etiam non Sacerdotalis debita est ex dispositione motus proprij Clementis VIII. in Diœcesi Calaguritana seniori ac Sacerdoti non autem Iuniori, & non Sacerdoti, quod tamen non procedit vbi certa forma, in assecutione beneficij non est præscripta num. 30.*

Decis. in Calaguritana Beneficij de la Casa de la Reina 27. Martij 1648. coram Reuerendissimo Terracinensi declaratur ibid. & num. 32.

31 *Clericus pauperior alias idoneus præferri debet in assecutione beneficij alteri etiam magis idoneo.*

33 *Regula 17. de concurrentibus in data non attendit in præferendo ætatem minorem vel maiorem.*

Senior in assecutione beneficij an præferendus sit iuniori? ibid.

34 *Habens gratificationem Apostolicam quamuis sit simplex Clericus præfertur Sacerdoti eam non habenti.*

35 *Regula 17. de concurrentibus in data præfert eum qui præuenit in præsentando litteras coram executore.*

36 *Prælatio, quam ratione possessionis tribuit text.* in cap. si à sede de prebend. in 6. *an procedat inter prouisos à diuersis personis tantum, an verò etiam inter duos prouisos à Papa?*

37 *Regula 17. de concurrentibus in data præfert possessorem non possessori.*

38 *Et procedit saltim ad effectum vt possessori detur absolutio.*

39 *Et dicta Regula non admittit possessionem improbam, sed eam dumtaxat quæ colorato titulo fulcitur, & titulus coloratus ex quibus resultet?*

40 *Collatio simultanea si fit à solo Capitulo antequam Episcopus cõtradicat remanet in statu validitatis.*

41 *Possessor præsumitur statim ex nouo titulo mutasse causam possidendi etiam absque alia declaratione.*

DECISIO CCCCLXVII.

SICVT alias sub die prima Iulij anni proximè præteriti, ità hodie causa super eadẽ posita decisum fuit Capellaniam sub inuocatione Sancti Benedicti existentem in Ecclesia Catthedrali adiudicari non debere Iacobo Sertio vigore collationis reportatæ vel ab Ordinario vel à Sede Apostolica.

Illa enim Ordinarij nullius est momenti stante discordia Capituli cui licet simultaneã
1 vna cum Episcopo† competere in beneficiis inferioribus Ecclesiæ Catthedralis negare videatur *Abb. in cap. cum Ecclesia Vulturana sub num. 8. vers. in tertio membro de elect.* cuius opinionem concordando cum allegationibus
2 contrarijs recipiendam esse † quando beneficiati inferiores sunt prorsus extranei à Capitulo Ecclesiæ Catthedralis, secus verò si ex aliquo iure speciali sunt de gremio Capituli, & si non in omnibus actibus capitularibus admittantur *ait Gonz. super reg. 8. gloss. 45. nu. 43. & indistinctè sequitur Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 21. num. 20. & seq.* Contrariam tamen eò quod facultas conferendi beneficia huiusmo-
3 di † non prouenit ex officio generali ipsius Episcopi vt Abbas putat, sed ex communione bonorum de quibus sunt instituta, & cuius communionis præsumptio militat etiam in hisce beneficijs amplexa fuit Rota in plu-

gibus

tibus causis relatis *in dec.632. num.3.& 4.vers.*
contrariam par. 3. recent. confirmata in decis. 100.
num.3.vers.quia fuit par.4.tom.2.recent.& in Parmen. Beneficij 10. *Martij* 1619. *coram Sanctissimo*
D.N. Innocentio X. tunc nostri ordinis Auditore.
Quibus decisionibus inheret ipse *Lotther.in*
4 *exaduerso allegata quaest.21.num.21.in fin.* † quan-
do minora hæc beneficia sunt fundata ex bo-
nis communibus Episcopi & Capituli,quod
donec aliud exaduerso probetur præsumi fa-
cit in casu nostro centenaria,& amplius pos-
5 sessio Capituli † simul cum Episcopo confe-
rendi probata Episcoporum confessionibus
ac & publicis instrumentis ab anno 1338.vs-
que ad 1445. sicut in simili dicimus quod
6 beneficium à Clerico beneficiato erectum †
ex quibus bonis patrimonialibus nempè vel
Ecclesiasticis dotatum fuerit arguitur à suc-
cessiua possessione præsentandi; ità vt si præ-
sentauerit Ecclesia, Ecclesiastica; si laici,lai-
calia bona in dotem data præsumãtur *Mohed.*
decis.9.nu.1. de Iurepatr. Acchill.dec.1.eod.tit. Put.
*decis.90.lib.3.in corr.Rot.apud Seraph.decis.*1334.
num.7.inter recent.dec.273.num.3.par.3.& in Gerunden.Beneficij 23.Martij 1645.*§.fin.corã R.P.D.*
meo Verospio. Et gratis dicitur aliud probari
ex collatione anni 1371. in qua Capella hæc
enunciatur dotata à populo Lucano Summ.
Sertij num.1. quia simplex ista enunciatiua
emissa à Vicario illius temporis nullius mo-
7 menti est; præsertim dum vnica est, † con-
currit vt supra contraria pręsumptio,& prin-
cipaliter de enunciato dubitatur *Castr. in l. cũ*
aliquis numer.6. in fin.Cod.Iur.deliber.Butr.in cap.
illud num.3.vers.nota quarto de præsump.Rot.decis.
380.*num.35.par.5.recent.& in Gerunden.Prioratus*
14. *Iunij* 1645. *§. alia in fin. coram me.*
8 Imò eadem centenaria possessio † Capituli
peperit legitimam simul conferendi præscri-
ptionem, & consuetudinem quam attenden-
9 dam † esse, ait *Cassad.decis.22. num.2.* ibi, *salua*
*consuetudine de praben.Rot.decis.*100.*num.7.par.4.*
tom.2.recent.decis.238.num.2.coram bon.mem.Cardinali Caualerio. Neque illam destruunt col-
lationes factæ à solo Episcopo ab anno 1589.
Summ.Sertij num. 2. & seqq. Quia vt respondit
prima decisio in §.doctum, non emanarunt in
10 mensibus ordinarijs, in quibus tantũ simul-
tanea verificatur, sed in reseruatis nihilque
refert, quod Episcopus collationes fecerit vi-
11 gore alternatiuæ, † quæ supponit beneficia
non esse simultaneæ collationis eisdemque
capitulum acquieuerit: Quia verè in illis
mensibus non erant simultaneæ collationis
12 stante regula reseruatoria mensium † com-
pręhendente etiam beneficia ad simultaneam
Capituli, & Episcopi, & cuiusuis alterius
personæ iure Ecclesiæ dispositionem spectã-
tia *Cassad.decis.4.sub num.1.de Iurepat.Seraph.decis.*1420.*num.2.Rot.coram san.mem. Greg.XV. decis.48.num.4.decis.83.nu.4.inter impress.apud Modern.Pisanum de Iurepatr.& in Compostellana Parrochialis* 17.*Iunij* 1644. *coram Eminentiss.D.Cardinali Cechino.* An verò Episcopus posset con-
ferre vigore alternatiuæ obijcere non poterat
13 Capitulum † cum hoc non tenderet in ipsius
præiudicium, sed Papæ, cui ob regulam re-
seruatoriam prouisio competebat; vndè non
mirum si Capitulum acquieuit sciens exinde
nullum sibi generari præiudicium in mensi-
bus Ordinarijs, vt in puncto respondit, *Rot.in*
Nouarien. Canonicatus 1. *Decembris* 1608. *coram*
bon.mem.Iusto impress.apud Modern.Perusin.de manut.decis.563.num.3.& seqq. & latè prosequitur
prima decisio in supracitato, §.doctum, & seqq.
Quapropter nedum ex collationibus Epi-
scopi sublatus non fuit antiquior status † si-
14 multaneæ collationis in mensibus Ordina-
rijs, sed neque constitutus nouus in eisdem
mensibus ad fauorem Episcopi, vt proinde
allegari non valeat vltimus status, † qui solet
15 maximè inter duos prouisos attendi; nam
in mensibus Ordinarijs, de quibus hodie est
quæstio nullus adest vltimus status, & pro-
16 bandus esset † in casu indiuiduo de quo agi-
tur, cum quasi possessio non extendatur ad
17 alios actus † etiam eiusdem speciei in quibus
alter habet fundatam intentionem *add.ad san.mem.Greg.XV.decis.557.num.12.in fin.Caualer.decis.487. num.4. Rot.inter impress. apud Modern.de Iurepatr.decis.88. numer.8.& in alijs relatis à Modern.Perusino de manuten.obseru.73.num.177.vltrà responsionem datam in prima decisione, §.non obstat, & §.seqq.* quod scilicet vltimus status non at-
18 tenditur, † quando anterior contrarius pro-
batur publicis Instrumentis, & partis con-
fessione.
Prouisio quoque Apostolica non prodest
Sertio aduersus sbarram simili prouisione
sub eadem data munitum, quem inhabilem
non reddit ætas 14. annorum cum Cappella-
19 nia hæc sit beneficium simplex † eaque ætas
idonea sit residentiæ in Choro, oneri verò
Missarum satisfieri possit per alium Sacerdo-
tem, dum in erectione non legitur personæ
ipsius Capellani iniunctum, vt præter allega-
tos *in prima decisione §. penult.* tradunt *Sanchez*
respons.moral.lib.7.cap.1.dub.48.sub num.15.vers.
& amplius, vbi in specie firmat posse Cappel-
laniam cõferri puero quatuordecim annorũ,
& dixit *Rota* respondendo omnibus contra-
rijs *in Maceraten.Beneficij 6.Ianuarij* 1640. *coram*
bon.mem.Merlino, vbi signanter in §.fin. firmatur
20 id procedere, † quamuis prædecessores per
se ipsos celebrauerint, quia probandum esset
quod id fecerint coactè, & non voluntariè,
alioquin enim est materia facultatiua, sic
etiam *Garz.de benef.par.7.cap.1.sub num.88.vers.*
tamen, nec obstat *Gonz.super reg.8.Cancel.gloss.5.*
21 *num.38.* † dicens Cappellanias existentes in
in Ecclesijs Cathedralibus, quarum redditus
principaliter in distributionibus quotidianis
consistunt, & nonnisi solis interessentibus
distribuuntur præcisam residentiam persona-
lem requirere, & non posse per substitutos
deseruiri, etsi habeant onera Missarum dici
Sacerdotales, vt declarauit *Sacra Congregatio*
Concilij Tridentini, nam respectu residentiæ
personalis sufficit ætas quatuordecim anno-
rum apta Clericatui, respectu autem quali-
22 tatis Sacerdotalis † intelligendus est Gonza-
lez in casu quo onus Missarum sit personali-
ter

ter iniunctum iuxtà declarationes Sacræ Cõgregationis relatis *in dicta Maceraten. Beneficij*.

Posita verò habilitate sbarræ intrat eius
23 fauore regula 17. Cancellariæ † de concurrentibus in data, quæ præfert non beneficiatum beneficiato, & habet locum, quamuis tria alia beneficia, quæ Sertius obtinebat, ac obtinet non excederent, vt asseritur annuum redditum scut.55. tum quia regula loquitur
24 de beneficiato † cuius appellatione ex proprietate verbi, venit etiam non sufficienter beneficiatus, & vbi verba conueniunt dispo-
25 siti oni locus esse debet *cap.indemnitatibus §.penul.de elect.in* 6. tum quia paruum, & magnũ
26 regul ariter † in iure differentiam non inducunt, *l.si proprietarius in fin.princip. ff.dam.infect. l.quamuis minima ff.vt in possess.legat. & ad propositum Oldr.cons.*140. *num.*3. Vndè in mentione
27 facienda de obtentis † tutiùs est facere mentionem etiam de quocumque modico beneficio *cap.cum adeo, cap.postulasti, cap.si proponente de rescript.* Tum tertiò quia ratio regulæ
28 nè scilicet vnus repleatur beneficijs, alter vero sterilis remaneat, militat etiam in hoc casu, attento præsertim quod redditus 55. scutorum additis elemosynis pro celebratione Missarum satis forsan erat in loco beneficij ad necessariam substentationem Sertij, quę prorsus ex redditibus Ecclesię deest sbarræ, vt in puncto per has rationes adnotarunt *super dicta reg.*17.*olim* 16. *Mandos.qu.*37.*sub nu.*4. *vers.contrariam, & seqq. vbi soluit contraria, Io.à Chokier.num.*40.

Non obstat quod *Rota in Calaguritana Beneficij della Casa della Reina* 27. *Martij* 1648. *coram Reuerendissimo Terracinensi* dixerit † in Cappel-
29 lanijs etiam non Sacerdotalibus Iuniori, nec Sacerdoti præferendum esse Seniorem, ac Sacerdotem qualis est Sertius, quamuis aliud beneficium obtineat, quia loquitur in terminis motus proprij *felic.recordat.Clementis VIII.* præscribentis certam formam in assecutione beneficiorum Diœcesis Calaguritanæ aliud
30 vero statuendum est † vbi certa forma huiusmodi non est præscripta, vt bene declarauit *Rot.decis.*337.*num.*3.*&* 4.*par.*4. *to.*2.*recent.*
31 Itaut regulariter pauperior † alias idoneus præferri debeat alteri etiam magis idoneo, *Cas.de Grass.decis.*1.*num.*9.*&* 10.*de Iurepatr.quem refert Moder.Auenionen.resolut.legal.lib.*1.*cap.*128. *num.* 4. Præter quod in casu dictæ decisionis Reuerendissimi Terracinensis † habens bene-
32 ficium alijs prærogatiuis in Sertio non concurrentibus elucebat, quæ nisi concurrant, quis præferri non debet ex quo aliud beneficium non habeat *Rot.decis.*61.*nu.*4.*par.*3.*recent.* & ibi agebatur de prælatione alterius ex duobus præsentatis à patronis, hic vero de duobus concurrentibus in data, in quibus termi-
33 nis † cautum non reperitur, quod sola ætas minor, vel maior, quem excludat, vel præferat, vt distinguendo hunc casum ab alijs aduertit in puncto *Mandos.super dicta regula* 16. *Cancell.quæst.*18.*sub nu.*4.*signanter in vers.at quod inter concurrentes, & Glossator antiquissimus super ead.reg.relat.à Chokier.ibid.sub num.*21. ait quod ista regula tollit omnes alias prærogatiuas, ibidem non enumeratas adstipulatur decisio, *Rota in Hortana Iurispatronatus* 15. *Iunij* 1649. *coram R.P.D. meo Verospio*, in qua habens gra-
34 tificationem Adostolicam † vt habet sbarra, etsi Iunior, ac simplex Clericus prælatus fuit constituto in Sacris.

Fauet item Sbarræ, quod preuenit in præsentatione suarum litterarum coram execu-
35 tore sic disponente † supracitata regula in fine, necnon quod est in possessione Cappel-
36 laniæ, quicquid enim sit an prælatio, quam ratione possessionis tribuit *text.in cap.si à Sede de præbend.in* 6. procedat ad effectum Canonizationis tituli inter prouisos à diuersis personis tantum; an vero etiam inter duos proui-
37 sos à Papa, quod affirmatiuè † in terminis huius regulæ resoluit *Glossator antiquus num.*11. *& seqq.* quem sequitur *Mandos.qu.*28. *sub nu.*5. *&* 6. Indubitatum est, quod in terminis eius-
38 dem regulæ procedit saltem ad effectum, vt possessori detur absolutio, *Put.decis.*291. *infra med. vers.& in prouisis lib.*2. *in corr & decis.*299. *lib.*2.*in antiq.* quam refert, & sequitur *Gonz.super regul.*8.*§.*1.*proemial. numer.*68. quod sufficit sbarræ possessori cum non petat canonizari suum titulum, sed absolui ab exaduerso impetitis.

39 Et licet regula non admittat † possessionẽ improbam, vt desuper notat *Mandos.q.*25.*sub num.*15. sed eam dumtaxat, quæ colorato titulo fulcitur, vt oculariter legitur, ibi, *necnon colorato titulo possessores non possessoribus*, coloratum titulum huiusmodi præbet sbarræ de tempore captæ possessionis ipsa collatio re-
40 portata à Capitulo † antequam Episcopus, cui simultanea competit contradiceret per ea, quæ tradit *Garz.de benef.par.*5.*cap.*4.*nu.*44. *Lottber.de re benef.lib.*2. *quæst.*21.*num.*26. iuncta subsequenti prouisione Apostolica, cuius vigore conualidata fuit præcedens possessio,
41 quia possessor præsumitur, † statim ex nouo titulo cæpisse possidere, & mutasse possidendi causam, etiam absque alia declaratione, *Acchil.decis.*4.*in fin.de caus.possess.& propr.Rot.coram san.mem.Greg.XV. decis.*540. *num.*1.*vbi add. num.*15. allegat.concord.

Et ità decisum vtraque parte informante.

ROMANA SVBHASTATIONIS.

Mercurij 7. *Iunij* 1651.

ARGVMENTVM.

Acta omnia in causis prophanis non sunt trãsportanda, sed tantum releuantia, secus verò in causis Ecclesiasticis de quibus Concilium Tridentinum loquitur. Sententia contra sententiam, ea non reuocata quo casu substineatur? Contra vnum ex pluribus hæredibus, an & quando possit insolidum agi?

Re-

Retentio quando detur aduersus spolium iudiciale?

SUMMARIUM.

1 *Fructus etiam in iudicio spolij debentur à die mota litis, quando spolium non est violentum, sed attentatum.*
2 *Acta in causa diuersa non sunt transportanda, quamuis multum conferant ad causam, de qua agitur.*
3 *Acta in causis prophanis ad firmandam Iudicis iurisdictionem non est necesse, quod integrè transportentur, sed tantùm releuantia, secus verò in causis Ecclesiasticis de quibus Concilium Tridentinum loquitur.*
4 *Ratio est quia non præsumitur, quod lex exposcens actorum transportationem intellexerit de superfluis, & irreleuantibus.*
5 *Extractus actorum præsumitur integer, quando emanauit vigore præcepti de extrahendo omnia acta.*
6 *Sententia contra sententiam ea non reuocata valet quoties fuit pronunciatum vt in prima vigore clausula*, quam, & quas, *in commissione adiecta.*
7 *Vel si ante sententiam non fuit oppositum, vt requiritur.*
8 *Disputatio particularis dubij super damnis, & interesse non est necessaria, quia inesse videntur disputationi negocij principalis, à quo dependent.*
9 *Constitutiones Apostolicæ non arctant ad disputandum in Rota dubia superflua.*
10 *Sententia expeditio potest in relationibus causarum demandari etiam super damnis, & fructibus, quando præcessit disputatio negocij principalis, vt supra num. 8.*
11 *Condemnatio ad fructus intelligenda est de perceptis à die litis motæ iuxtà iuris dispositionem.*
12 *Iudicium motum contra minorem absentem non deputato Curatore ad lites nec eo citato processum est nullum.*
13 *Contra vnum ex pluribus hæredibus insolidum agi nequit, & quando agi valeat, vide infrà nu. 19. & seqq.*
14 *Nullitas quoad vnum ex litis consortibus reddit processum nullum quoad alios habentes eandem causam defensionis.*
15 *Iudicium contra minorem adultum absentem à loco Iudicis, ac penitùs ignarum iudicij contra se intentati nullum est, nec ei imputari potest si procuratorem non constituit, & cum legitimo Curatore non comparuit.*
16 *Iudicium contra minorem sine Curatore prosecutum, vt sit nullũ sufficit ei potuisse competere defensiones.*
17 *Creditor pro satisfactione sui crediti agere nequit si fuit conuentum quod ex bonis debitoris priùs satisfactionem reportet alter creditor, non iustificata d. satisfactione.*
18 *Solutio, seù satisfactio probanda est ab allegante.*
19 *Contra vnum ex pluribus hæredibus promissoris agi potest insolidum, quando agitur ad factum promissum de sui natura indiuiduum, Declara num. 20. & seqq.*
20 *Vel res quæ petitur ab hærede conuento tantum possidetur, secus verò si non possidetur nu. 28.*
21 *Debitor ad factum promissum conueniri potest etiã deueniendo ad captionem pignorum donec tædio affectus illud præstet.*
22 *Interesse an fuerit in iudicio petitum per viam executionis, ac accessoriè, & consecutiuè ad ipsum factum promissum, an verò æque principalitèr multum interest?*
23 *Primo casu actio solidalis directa ad factum indiuiduum eadem est etiam in executione contra vnũ ex hæredibus facienda, secus in secundo casu.*
24 *Ratio diuersitatis est, quia plures petitiones æque principales deductæ censentur per viam actionis, nec inuicem confunduntur, sed vnaquæque retinet naturam suam.*
25 *Interesse in quantitate est de sui natura diuiduum, prout est ipsa quantitas.*
26 *Alternatiua*, Vel, *vtrumque alternatum æque principalitèr determinat tanquam diuersa.*
27 *Reus in alternatiuis habet electionem præstandi, alterum ex alternatis quando vtrumque principalitèr est in actione, & obligatione.*
28 *Alternatiua posita in Monitorio, seù libello, quid operetur?*
29 *Hæres ad exhibendum libros, seù scripturas defuncti cogi nequit, non probata existentia apud ipsum.*
30 *Hæredes quando sunt plures non possunt insolidum condemnari quamuis defunctus insolidum fuerit obligatus.*
31 *Retentio non datur pro credito illiquido.*
32 *Contumacia considerari nequit in minore absente nullitèr per edictum citato.*
33 *Retentio etiam pro vero credito aduersus spolium iudiciale non competit sine contumacia.*

DECISIO CCCCLXVIII.

DEVOLUTA ad Rotam coram R. P. D. meo Verospio appellatione à sententia A. C. absolutoria Ludouici Braccij à reintegratione petita per Eleonoram de Pisentibus, & litis consortes in loca tresdecim Montium, siuè eorum pretium, quæ idem Braccius subhastari, ac deliberari fecerat de anno 1645. emanauit præuia disputatione dubij super dictæ subhastationis, validitate, & Iustitia sententia Rotalis, qua mandatum executiuum cuius vigore fuit facta subhastatio, eademque subhastatio nulla declaratur cum omnibus inde secutis, & condemnatur Braccius ad restituendum actricibus dicta loca Montium, seù illorum iustum prætium vna cum fructibus ab eo perceptis, & damnis, & interesse per actrices passis.

Hæc sententia Rotalis confirmanda, nec ne sit fuit hodie dubitatum coram Me, cui per appellationem à Braccio interpositam causa fuerat commissa, & pro confirmatione responsum, non obstantibus multis ex aduerso obiectis, quorum aliqua in ipsam sententiã præcisè à præcedenti lata ab A. C. diriguntur alia circa sententiæ A. C. iustitiã versantur, vt ex indè contrariæ Rotalis iniustitia detegatur. Primi generis est obiectum non

non integrè transportationis actorum, non reuocationis primæ sententiæ absolutoriæ ab A.C. latæ, non disputationis particularis dubij super fructibus, damnis, & interesse ad quæ Braccius condemnatur, ac tandem condemnationis ad fructus à die spolij perceptos, qui tamen citrà spolium violentum,
1 vel attentatum † non debentur nisi à die motæ litis, iuxtà sententiam, quam perpetuò amplexa est Rota in pluribus decisionibus relatis *in Romana Domorum 25. Iunij 1646. coram me, & in Romana Domorum in Burgo 12. Nouembris 1649. coram R. P. D. Domino meo Ottobono*.

Acta enim primæ instantiæ, quæ exaduerso non transportata dicuntur, quia emanarunt non in hac met causa, sed in alia diuer-
2 sa terminata † vsque de anno 1618. transportari non debuerunt, quamuis ad hanc causam multum conferrent *Grat. discept. 122 num. 16. & 17. cum alijs alleg. in decis. 55. num. 1. coram san. mem. Gregor. XV. & in Iuuenacen. & Melphiten. Bonorum 8. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Corrado*. Eoque minus eorum defectus viget, tùm ex eo quod non releuant cum satis non sint ad euitandam sententiæ A. C. nullitatem, & iniustitiam quibus innititur contraria Rotalis; in causis namque profa-
3 nis † qualis est ista in quibus iurisdictio, vt firmetur integra transportatione actorum opus non est, licet secus sit in Ecclesiasticis, de quibus loquitur *Concilium Trident.* sufficit transportasse dumtaxat, quæ releuant *Grat. discept. 968. num. 10. & seqq. Rot. decis. 561. nu. 12. par. 1. recent. decis. 564. sub num. 5. vers. quod, & vi-*
4 *detur*, vbi dicitur ratio, † quia non præsumitur quod lex exposcens actorum transportationem intellexerit de superfluis, & irreleuantibus *par. 2. in Leodien. Dominij de Steuordia 3. Iulij 1623. §. his positis, & seqq. coram clar. mem. Coccino impress. post Moder. Bersigellien. ad ad Stat. Vrb. decis. 165. in Verulana fideicomm. 27. Aprilis 1635. §. fin. coram Eminentiss. D. Cardinali Panzirolo, in Ariminen. fideicom. 28. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Cerro, in Assisien Bonorum 9. Decembris 1642. coram R. P. D. meo Peutingerio*. Tùm etiam quia acta deficientia fuisse amissa constat ex fide Extractillæ iuncto ipso ex-
5 tractu, qui integer præsumitur † cum emanauerit vigore præcepti de extrahendo omnia acta, vt respondit *Rota decis. 604. sub nu. 2. par. 2. recent. & in Ferrarien. Bonorum 10. Decembris 1603. coram Card. Lancellotto Seniori*.

Primam sententiam reuocare necesse non
6 fuit, † vel quia vigore clausulæ *quam, & quas* in commissione positæ Rota pronunciauit, vt in prima *Gabr. conf. 54. n. 8. lib. 1. Rot. dec. 161. num. 2. in fin. par. 1. recent. cum alijs alleg. in Nazarena, seù Montis Viridis Beneficij 19. Iunij 1647*
7 *coram R. P. D. meo Meltio*, vel quia de hoc non fuit ante sententiam oppositum, vt requiri voluit *Gabr. d. conf. 54. num. 8. Ofasc. decis. 1. n. 49. Rot d. dec. 161. num. 2. decis. 31. num. 2. coram Card. Canalerio, & in Marsicen. Iurisdictionis 18. Februarij 1647. §. 1. coram me*.

8 Particularis dubij super fructibus damnis,
8 & interesse † disputatio necessaria non fuit, quia inesse videntur ipsi disputationi negocij principalis, à quo dependent *Christoph. de Paz. ad l. regias l. 1. nu. 84. & seqq. Rot. in Bononien. Dotis, seù Pecuniaria 26. Martij 1645. coram Reuerendissimo D. meo Decano*, nec Constitutio-
9 nes Apostolicæ † arctant ad disputandum dubia superflua *Rot. decis. 170. num. 10. par. 6. recent.* sed satis est, quod in relationibus causarum
10 fuerit † demandata expeditio sententiæ etiã super damnis, & fructibus, vt in fortioribus terminis fuit decisum *in Romana fideicommissi de Marianis 14. Decembris 1648. §. nec refert coram R. P. D. meo Rojas*.

Condemnatio tandem ad fructus à die Spolij perceptos in sententia non legitur, sed simpliciter ad fructus perceptos, ibi, *vna cum fructibus exaduerso perceptis*, quod intelli-
11 gendum est † de perceptis à die motæ litis iuxtà iuris dispositionem, vt in terminis cõdemnationis ad fructus *Vinc. de Franc. dec. 527 sub nu. 12. vers. nam dicebam Capic. Latro dec. 25. sub num. 38. vers. nam verba sententia Rot. dec. 66. num. 3. par. 2. recent. & in Bononien. Dotis 19. Decembris 1644. §. penult. coram me, in Romana Fideicommissi de Campagnolis 8. Februarij 1649. §. non obstat, quod sententia coram R. P. D. meo Peutingero*.

Secundi verò generis obiecta euacuantur ex optimè deductis in decisione prioris instantiæ *edita 10. Iunij 1650. coram R. P. D. meo Verospio*, in qua ostenditur mandatum executiuum pro exhibitione librorum contra has mulieres ad instantiam Braccij relaxatũ, cuius vigore subhastatio secuta est, fuisse
12 nullum † ex quo non fuit mulieribus tunc minoribus, & absentibus à loco Iudicij, ac per edictum citatis deputatus Curator ad lites, & citato Curatore processum, vt requiri in terminis minoris absentis *præter alleg. in d. decisione tradit Guttier. de tutel. par 2. cap. 4. sub num. 3. vers. in absentibus autem ex text. litterali in l. 1. §. sufficit vers. in absentibus autem ff. administr. tutor.* & iniustum, tùm quia non fuit liquidatum creditum Braccij in summa contenta in mandato; tùm quia pro prætenso credito
13 agi non poterat † insolidum contra alterum ex pluribus hæredibus *l. 2. vbi notant omnes C. heredit. act.*

Non vrget contra primum distinctio inter pupillum, & adultum, nàm præter quod inter has mulieres altera erat pupilla, & nul-
14 litas quoad ipsam † reddit processum nullum quoad litis consortes habentes eamdem causam defensionis *ex alleg. in decis. 319. num. 1 ibique add. num. 7. coram san. mem. Greg. XV. & in Romana, seu Veliterna restitutionis in integrum 25. Iunij 1646. coram me*. Contraria opinio verior est, & recepta à Rota, quando vt in
15 casu nostro adultus † qui conuenitur abest à loco Iudicij, & est penitùs ignarus iudicij contra se per edictum intentati; tunc enim ei imputari non potest, quod procuratorem non constituerit, & cum legitimo Curatore non comparuerit, vt pluribus comprobat *decisio huius causa §. hac tamen coram R. P. D. meo*

Verosp-

Verospio: Maximè quia apparet Mulieribus
plures competijsse defensiones, quas tamen
16 sufficit potuisse competere, vt Iudicium sine
Curatore prosecutum sit nullum *Caputaq.
decis.114.num.2.par.1.Grat.discept.502.num.25.
aliique relati à Moder. Perusin.de manut.obser.79.
num.14.*

Circa iustitiam non vrget respectu liqui-
dationis, quod creditum Braccij in scutis
mille iustificetur ex instrumento transactio-
nis, cuius vigore fuit actum, quia cum in
eodem instrumento conuentum fuerit quod
pro his scutis mille residualibus sui capitalis
in societate prius contracta, ac finita positi,
diuidantur vtilia socialia remanentia, satisfa-
cto prius Io: Paulo Pisente consocio non
solùm de scutis 4. mil. ad computum sui
capitalis scutorum 5. mil. sed etiam de alijs
scutis 1136. Sum. mulierum num.1. petere
Braccius non poterat dicta scuta 1000. nisi
17 prius iustificato † Io. Paulum integrè fuisse
satisfactum, & facta liquidatione, ac diuisio-
ne dictorum vtilium, vt per *Buratt.decis.151
num.1.& 2. Rota decis.4.num.12.vers.nec dicatur
inter impress.apud Moder. Auenionen. de Preuent.
tom.2.* Et gratis allegatur dicta satisfactio Io.
18 Pauli, † quæ esset exaduerso concludentèr
probanda *Surd.decis.105.num.6. vbi allegantur
concord.*

Respectu paritèr solidalis actionis licet
non negetur, quod agi possit insolidum
19 contra † vnum ex pluribus hæredibus pro-
missoris, quando vel agitur ad factum pro-
missum de sui natura indiuiduum, vt notant
Doct.in l.4.§.Cato ff. verb. oblig. latè *Surd. con-
sil.156.n.15.in fin.Gomes.var resol.tom.2.cap.10.
sub num.34.& per tot.* quale est exhibitio li-
brorum à Braccio petita, vel res quæ petitur
20 ab hærede † conuento tantum possidetur *l.
si quis ex argentarijs §.cogentur ff.eden.l.3.§.hæres
ff.commod. l. actiones 66. §. si communis ff.pro soc.
Zasius in d.§.Cato num.47.vers.credo tamen Car-
dinalis Mant.de tacit.lib.10.tit.8.num.4.* qui est
casus noster cum libri extiterint penes An-
tonium alterum ex hæredibus Io. Pauli.

Neutra tamen ex dictis limitationibus ap-
plicatur casui nostro, non prima quia non
non fuit simplicitèr actum ad factum exhi-
21 bitionis librorum, vt poterat † deueniendo
etiam ad capturam pignorum donec debitor
tædio affectus factum promissum præstaret
*Fontanell.decis.252.num.4. & 5. Rot. decis.262.
nu.9.& 10. apud Zacch.de oblig.Camer.secundum
vltimam impress. aliique alleg. à Moderno Hispano
de iudic.tom.2.lib.1.tit.3.num.27.& seqq.* sed si-
mul actum fuit ad interesse hoc est ad scuta
mille, quo casu multum interest, an interes-
22 se fuerit † petitum per viam executionis, ac
accessoriè, & consecutiuè ad ipsum factum,
an verò æquè principalitèr, quia primo casu
23 actio solidalis † directa ad factum indiuidu-
um eadem est etiam in executione contra
vnum ex hæredibus facienda, secus secundo
casu, vt benè distinguit *Bart.in l.2.§.ex his n.9
& 10. ibique Castr.num.3.Imol. num.11. ff.verb.
oblig.Gomes.var.resol.tom.2.cap.10.num.16. vers.
ex quo infert Grat.discept.323.num.7.& 8.vbi al-
legat concord.* Et ratio diuersitatis est, quia
24 plures petitiones † æque principales dedu-
ctæ censentur per viam actionis, nec inui-
cem confunduntur, sed vnaqueque retinet
naturam suam *Laderch.cons.91.sub num.5.vers.
causa tamen Roman.cons.240.n.1.col.2. vers.tertio
quia Paz.ad l. Regias l.158. sub num.3.* & inte-
25 resse in quantitate† est sui natura diuiduum
prout ipsa quantitas *l.4. §. Cato l. stipulationes
non diuiduntur in princ.ff.verb. oblig. Rip. in dicto
§.Cato num.12.num.36.& 42. Rot.in Anconitana
Legati 30. Maij 1642. coram me.*

Hic verò fuisse æque principalitèr petitam
summam scut.1000. apparet ex verbis mo-
nitorij, ibi, *ad exhibendum libros rationis &c.
vel præstandum instanti damna, & interesse &c.*
26 ponderando alternatiuam, *vel*, quæ† vtrum-
que alternatum eque principalitèr determi-
nat tanquam diuersa *l.si Stichum, aut Pamfilum
in princ.ff.verb.oblig.l.stichum, aut Pamfilum.ff.so-
lut.Scacc.de iudic.lib.1.cap.45. sub num.2. Mant.
de tacit.lib.22.tit.8.sub nu.9. vers. sed aduerte Bu-
ratt.decis.334. num.16.* & præbet reo conuen-
27 to electionem † præstandi alterum ex alter-
natis solitam competere, quando vtrunque
principalitèr est in actione, & obligatione *l.
plerunque §.fin.ff.iur.dot.Surd.cons.225.sub nu.6.
Becc.cons.42.num.9.Natt.cons.650.num.4. Fonta-
nell.de pact.nupt.claus.5.glos.8.par.13.num.69. &
28 seqq.* & in puncto alternatiuæ † positæ in mo-
nitorio, ac libello *Grammat. decis.68.sub nu.1.*

Non secunda limitatio, quia nullibi pro-
29 batur † libros quorum exhibitio petita fuit
extitisse penes Antonium vnum ex hæredi-
bus Io.Pauli; imò Braccius in protestatione
emissa in iudicio anni 1618. fassus fuit libros
adesse penes Reuerendissimum Commissa-
rium Cameræ Apostolicæ, seque paratum
obtulit ad eos recuperandos. Et in omnem
euentum sufficit respondere, quod subhasta-
tio facta fuit contra Eleonoram, & Honestã
apud quas probandum erat eosdem libros
deuenisse *l.alio iure C.in lit.iuran.Buratt.dec.278
sub num.9. & 10.* & alioquin cum adessent
etiam alij coheredes ab Antonio relicti non
30 poterant † insolidum condemnari quamuis
Antonius insolidum obligatus fuisset, vt
præter allegatos in prima decisione fuit in
terminis redditionis rationis decisum *in Tu-
dertina redditionis rationis 28. Iunij 1645. coram
R.P.D. meo Otthobono.*

31 Postremum retentionis refugium, † cessat
quia nec hodie creditum Braccij est liquidũ
cum nusquam constet de præcedenti satisfa-
ctione Io. Pauli ex effectibus socialibus, &
residualium vtilium diuisione, ac liquida-
tione, nec non quia stante nullitate citatio-
32 nis † contra mulieres minores absentes,
nullo eis dato Curatore per edictum execu-
tæ aliqua illis imputari non potest contu-
33 macia, aut culpa, sine qua † aduersus spo-
lium iudiciale retentio etiam pro vero cre-
dito non competit, vt declarando *decis. Surdi
46. exaduerso alleg.* tradit *Grat.discept.734.n.47
& 48,* & dixit *Rota decis.539.n.10. coram Card.*

Cana

Caual.decis.117.nu.8.& seqq.par.4.tom.2. recent. decis.54. sub num.5. et 6. apud Moder. Perus. de Subhast.

Et ita decisum vtraque parte informante.

MACERATEN. CENSVS.

Lunæ 12. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Inuentarium non suffragatur hæredi, si Creditores certi non fuerunt citati, nec sufficit generalis citatio per proclama. Scientia creditorum in hærede probatur, si ipse procuratorio nomine contraxit; Scientia vnius fratris censetur alijs fratribus communicata. Hæres soluens creditoribus posterioribus malè soluit, quando scit adisse anteriores, vel suspicari potuit.

SVMMARIVM.

1 *Census, si fuit à pluribus impositus omnes insolidũ remanent obligati, dum non constat pecunias censuales ad vnum tantum deuenisse.*

2 *Inuentarium non afficit creditorem non legitimè citatum, nec sufficit generalis citatio per proclama, quando Creditor est certus, & hæres crediti scientiam habuit, & num.4. & 5*

Scientia creditorum in hærede, ex quibus desumatur? ibid.

3 *Scientia creditorum in vno ex fratribus censetur alijs fratribus simul cohabitantibus communicata.*

4 *Creditor quando est certus debet nominatim citari in confectione Inuentarij, alioquin contra ipsum allegari nequit Inuentarium.*

5 *Amplia quamis creditor non degat in loco confecti Inuentarij, quia absentia à Ciuitate propinqua eidem Principi subiecta non remittit necessitatem nominatim citandi, dum est certus.*

6 *Hæres tenetur de bonis inuentariatis rationem reddere, aliàs inuentarium, ei non suffragatur.*

7 *Hæres tenetur debita hæreditaria annua ex fructibus bonorum hæreditariorum persoluere.*

8 *Et dum de fructibus rationem non reddit censetur cum eis debita persoluisse.*

9 *Hæres tenetur rationem reddere de fructibus perceptis ex bonis hæreditarijs, quando scit adesse Creditores certos.*

10 *Hæres soluens Creditoribus posterioribus sciens adesse anteriores non reportata cautione de restituendo prioribus, & potioribus ob malam fidem, & dolum in soluendo tenetur de proprio anterioribus persoluere.*

11 *Et sufficit ad hunc effectum etiam per coniecturas probare, quod hæres habuerit scientiam creditoris anterioris, ac suspicari potuerit, & n.12.*

13 *Hæres soluens legatarijs malè soluit quando scientiam habet creditorum hæreditariorum.*

DECISIO CCCCLXIX.

BENEFICIVM legis, & Inuentarij non suffragari Hieronymo, & fratribus de Anticis filijs, & hæredibus Pompei, quo minus contra eorum bona propria, & personas exequendum sit mandatum executiuum ab A. C. relaxatum pro debito hæreditario fructuum Census impositi vsq; de anno 1623 ac venditi Mario Compagnono authori Iosephi hodie actoris; à præfato Hieronymo procuratorio nomine Pompei Patris, & Fabritij Lepretti, Rota censuit me Ponente dubium, An dictum mandatum sit exequendum.

Nàm impositio Census apparet ex publico Instrumento, in quo præfati Pompeus, & Leprettus tanquam principales impositores obligati, & æqualitèr, & insolidum leguntur,
1 † vnde gratis dicitur, quod Census reuera spectaret ad Leprettũ, Pompei verò obligatio resolueretur in fideiussionem; Cum imò vtriusque etiam inter se ipsos sit æquè principalis obligatio dum nullibi probatur, quod pecuniæ censuales ad Leprettum solùm deuenerint *l. sed Iulianus §. item ait ff. ad Macedon. Bart. in l. reos in princ. ff. duob. reis Gabr. cons.63. num.5. & 10. lib.2. Surd. cons.150. num.57 Rota decis.481. num.1. par.5. rec.*

2 Inuentarium verò non afficit † Compagnonum non legitimè citatum *Dec. cons.251 num.4. Rot. decis.254. num.17. par.7. recent.* non obstante generali citatione creditorum per proclama emissa ad instantiam Hieronymi, & fratrum cohæredum, quia cum ipse Hieronymus quippè qui vt dicebam procuratorio nomine patris Censum vendidit Compagnono, illum esse Creditorem certò sci-
3 ret, & † hæc scientia fratribus simul cohabitantibus communicata censeatur *Alex. cons.5 sub num.2. lib.2. Grat. discept.207. num.40.* debuit idem Compagnonus nominatim citari, &
4 alioquin † contra ipsum allegari non potest inuentarium *Bart. in l. fin. §. cum igitur num.3. C. iur. deliber. Salic. in d. l. fin. §. sin autem nu.8. Aym. cons.89. num.6. Decian. resp.59. num.28. lib.2. Phanucc. de inuent. par.3. num.12. & 13. Rot. decis.176. num.2. par.4. tom.2. recent. & in Cesenaten. Pecuniaria 14. Februarij 1628. coram bo: mem: Card. Vbaldo.* Quamuis idem Compagnonus non
5 degeret Recineti † vbi factum fuit inuentarium, sed Maceratæ. Quia absentia in Ciuitate propinqua, & eidem Principi subiecta non remittit necessitatem eum citandi nominatim dum certus est *Grat. discept.798. n.8. Phanucc. de inuent. d. par.3. num.17. ex tex. in l. fin. C. long. temp. præscr.*

Præterea hæredes bonorum hæreditario-
6 rum † legitimam rationem non reddunt, vt debent *Rota decis.535. num.1. par.5. decis.2. n.5. decis.39. num.7. & 8. par.6. recent.* quin ex ipso calculo per eos exhibito, in quo constituunt se remanere creditores hæreditatis in scutis 2020. colligitur eos esse debitores in summa longè excedente creditum Compagnoni demendo è dicto calculo partitas positas in

cre-

creditum hæredum ascendentes ad *sc.* 3200.
& amplius pro totidem per eos, vt asseritur
solutis diuersis Creditoribus ex causa Cano-
num, vel fructuum censuum decursorum
ab anno 1628. citrà, quia ex fructibus bono-
7 rum hæreditatis † ex quibus annua debita
huiusmodi solui debent *l. deducta §. qui post ff.*
ad trebell. Rub. Alexan. cons. 157. *nu.* 4. *& cons.* 158
sub num. 3. *Ruin. cons.* 135. *num.* 10. *l. b.* 3. *Peregr. de-*
cis. Patauin 6. *sub num.* 6. *col.* 3. *in princ. vers. limi-*
8 *tando tamen*, soluti præsumuntur † dum de
fructibus huiusmodi ratio ab hæredibus non
redditur *Bart. in l. Imperator §. cum autem num.* 3.
ff. legat. 2. *Giouagn. cons.* 23. *num.* 13. *lib.* 2. *Surd. de-*
cis. 15. *num.* 14. *& decis.* 55. *num.* 6. *Magon. dec. Flo-*
rent. 16. *num.* 6. *vers. & quod ex hæreditaria Rot. in*
Bononien. Bonorum 17. *Iunij* 1641. *§. Ioannes co-*
ram R. P. D. meo Cerro, de quibus omninò
9 reddenda est ratio † quando vt in casu nostro,
sciuerunt hæredes adesse creditores certos,
vt pluribus comprobatum, fuit *in Rom. Quar-*
ti Dotalis 19. *Iunij* 1649. *coram R. P. D. meo Cer-*
ro, in Romana residui Dotis 15. *Iunij* 1648. *coram*
eodem, & additur decis. 2. *num.* 8. *& seqq. decis.* 131.
num. 13. *par.* 6. *recent.*

Hinc vltrò sequitur easdem partitas ab hæ-
redibus adduci non posse ad probandum,
quod soluerint scuta 1870. quot penes ipsos
remansisse retulit de d. anno peritus à me tūc
A.C. Locumtenente electus de partium cō-
sensu calculandis rationibus hæreditatis per
hæredes exhibitis, quia dictæ partitæ com-
pensandæ sunt cum fructibus ex bonis hæ-
reditarijs perceptis ab hæredibus ante, & post
dictum calculum periti, cui calculo in debi-
tum hæredum addenda sunt alia scuta 3500.
in eorum creditum adscripta pro totidem
solutis Lucretiæ Sorori, ex causa dotis illi à
Pompeo communi Patre legatæ, quia lega-
to est anterior Compagnonus ex contractu
eiusdem Pompei Creditor, quem cum hæ-
10 redes adesse, vt supra scirent, † & nihilomi-
nus gratificari voluerint Sorori creditrici
posteriori nulla saltem reportata cautione
de restituendo prioribus tenentur, ac si non
soluissent, totidem de proprio soluere ante-
riori ob præsumptam malam fidem, & do-
lum in soluendo posteriori, iuxtà theoricam
Bart. in d. l. fin. §. etsi præfata n. 1. *vbi quoque Castr.*
num. 4. *vers. glossa tamen, cæterique DD. C. iur. deli-*
ber. quos refert, & sequitur *Canter. var resol.*
par. 3. *cap.* 2. *num.* 146. *Grat. discept.* 532. *nu.* 6. *&* 7.
& 8. vbi addit ad hunc effectum sufficere
11 probare † etiam per coniecturas, quod hæ-
redes habuerint scientiam creditoris anterio-
ris *Valasc. cons.* 42. *num.* 38. *in fin.* vbi quod suffi-
12 cit † hæredes potuisse suspicari adesse credi-
tores anteriores *Ciriac. contrOu.* 362. *num.* 7. vbi
13 loquitur in specie de hærede † qui soluit le-
gatarijs *Crass. in §. inuentarium qu.* 20. *numer.* 4. *in*
fin. & num. 8. *vltra alios quos refert, & sequitur*
Rota in supracitatis Romana Quarti Dotalis, &
Romana residui Dotis coram R. P. D. meo Cerro.

Non obstat, quod hæredes cogitare potue-
rint creditum Compagnoni amplius non vi-
gere, sed fuisse extinctum à Lepretto, qui
erat principalis debitor, & pro quo Pompe-
us fideiusserat, nam vt supra demonstrabam
tàm Pompeus, quàm Leprettus fuerunt
principales debitores, ac impositores Cen-
sus, & benè hoc sciuit Hieronymus qui eo-
rum nomine Censum imposuit promitten-
do solutionem etiam de proprio; Cum ta-
men satis esset, quod hæredes potuerint sus-
picari de existētia creditoris anterioris iuxtà
mox allegatos.

Et ita decisum vtraque parte informante.

PORTVEN. AFFICTVS.

Lunæ 19. *Iunij* 1651.

ARGVMENTVM.

Inter Locatorem & Conductorem pœnę con-
uentionales seruandæ sunt, nec attenditur
æquitas Iuris Communis, vel Statuti, quan-
do vtrique fuit medio iuramento specialitèr
renunciatum, quod omninò seruandum
est. Statutum Agriculturæ cap. 77. disponit
quod cultura, & expensæ factæ à Conducto-
re finita locatione cedant commodo Loca-
toris, & tale Statutum potiùs est attenden-
dum, quàm Statutum Vrbis de pœn. con-
uentionali.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio pœnalis adiecta facto tenet, licet secus sit vbi adijcitur dationi quantitatis, ne via vsuris aperiatur.*

2 *Amplia procedere etiam de Iure Canonico, & maximè stante iuramento.*

3 *Pacta vt custodiantur, nil magis naturali æquitati conuenit.*

4 *Stipulationis pœnalis executio restringitur ad id, quod stipulatoris interest tàm ex æquitate Iuris communis ne cum aliena iactura locupletetur, quàm Statuti Vrbis* lib. 1. cap. 163. *& num.* 5.

Dispositio statuti quando est conformis æquitati Iuris Canonici seruanda est etiam in contractibus iuratis, ibid.

6 *Locator potest Conductori præfinire certum terrarum vsum vltra quem, si Conductor in eis serit omne satum acquiritur locatori non in pœnā contrauentionis, sed ratione dominij soli, cui cedit quod seritur, vel plantatur.*

7 *Conductor seminans contra expressam conuentionē factam cum locatore, iuxtà legem conuentionis acquirit Locatori futuram messem, quàm omittendo proprium patrimonium non minuit, sed solùm iacturam facit futuri lucri.*

8 *Lucrum futurum quando est incertum, & ad nihilum redigibile tunc illius iactura non meretur nomen pœnæ.*

Lucrum non facere valdè differt à pœna, ibid.

9 *Conductor expensas repetere non potest, si sciens, & contra formam prohibitionis illas in re conducta erogauit, sed illas Locatori donasse censetur.*

10 *Conductor si vltimo anno locationis contra expres-*

sam prohibitionem Locatoris fundum seminauit non potest expensas repetere, sed illæ censentur remissa in recompensam damni, quod Locator patitur ex cultura terrarum in vltimo anno, & num. 24.

11 *Itaut contrahentes damnum vsque ab initio liquidare voluerint in ipsa quantitate expensarum.*

12 *Interesse conuentum, quantum exigi possit?*

13 *Conductor ad euitandam pœnam conuentionalem allegare nequit æquitatē iuris communis*, ac Statuti Vrbis lib. 1. cap. 163. *si vtrique cum iuramento renunciauit.*

14 *Iuramentum, quando dispendium salutis æternæ non parit seruandum omninò est, efficitque, vt pœna conuentionalis efficiatur legalis, ac exigi in totum possit.*

15 *Statutum Agriculturæ cap. 77. quid in specie disponat super cultura facta à Conductore post finitam locationem?*

16 *Statutum prædictum specialiter disponens potiùs attendi debet, quàm Generale Vrbis de pœnis conuentionalibus.*

17 *Statutum loquens de pœna conuentionali casum mixtum non comprehendit.*

18 *Dolus requiritur, vt ex conuentione pœna contrahatur.*

19 Decisiones Seraphin. 319. nu. 7. & Pen. 677. num. 2. *declarantur.*

20 *Dolus licet requiratur in pœna legali* ex l. si quis maior Cod. de transact. *secus est in conuentionali.*

21 *Ratio est nam strictius interpetratur pœna legalis, quàm conuentionalis.*

22 *Contrahentium voluntas vbi certa, & determinata est, nisi licitum modum excedat à conuentionis obseruantia, qualibet causa non excusat.*

23 *De lucro captando quando agitur, tunc non admittitur qualibet excusatio.*

24 *Pactum de non reficiendis expensis fieri potest, prout de non reficiendis melioramentis.*

DECISIO CCCCLXX.

ASSVMPTA hodie fuit disceptatio super reseruatis in vltima decisione, nempè super deductionibus prætensis ab Affictuarijs, quæ in totum reijciendæ visæ sunt constante pacto in Instrumento locationis per hæc verba concepto: *Item conuengono & c. che per tutto l'vltimo anno della presente locatione, & affitto, detta Tenuta con sue ragioni & c. debba restar soda, e che non sia arata, coltiuata, seminata, ne piantata in luogo alcuno, mà li detti Conduttori per tutto l'vltimo anno debbano seruirsi di essa ad herbe solamente, e non ad altro vso, e se in detto vltimo anno fusse in qualche cosa in detta Tenuta d'arato, seminato, lauorato, ò piantato, tutto quello vi sarà, vada in vtilità, e guadagno di detti Signori Locatori & c. senza defalco d'aratura di terra, e di seminato, e di qualsiuoglia altra spesa, che detti Affittuarij haueranno fatta, renunciando etiam medio iuramento taslis & c. à qualsiuoglia legge, ò Statuto de pœnis conuentionalibus non exigendis & c.*

Præfefert enim hoc pactum expressam contrahentium voluntatem Conductoribus omne deductionum genus prohibentem, quæ licitè potuit in conuentione deduci etiò (quod tamen negatur) pœnam redolerct, † quia stipulatio pœnalis adiecta facto
1 tenet, licèt secus sit, vbi adijcitur dationi quantitatis, nè vsuris via aperiatur *l. stipulatio ista §. alteri l. stipulationum aliæ §. fin. l. in executione §. item si ita ff. verb. oblig. l. traiectitij ff. act. & oblig. l. magnam C. contrah. & committ. stipulat. Molin. de contract. disp. 117. num. 2. Surd.* qui benè distinguit vtrumque casum *decis. 259. sub n. 9. & 10.* cum alijs plena manu congestis *in decis. Bononiæ 22. num. 6. & seqq.* vbi hoc ampliatur † etiam de iure Canonico, & maximè
2 stante iuramento inter compilatas à moderno Salodiense, & in terminis locationis est *text. in l. quæro §. inter locatorem ff. locat. ac tradit Menoch. qu. 143. num. 5 & 6.* Nihil namque magis conuenit naturali æquitati, † quàm vt pa-
3 cta custodiantur, & lex semel dicta contractui seruetur, vt ad rem ponderat *Socin. Iun. cons. 26. num. 6. & 7. lib. 1. cons. 23. nu. 3. lib. 2. Corn. cons. 345 in princ. lib. 1. Rebuff. de arbitr. glos. 5. sub num. 18.*

Restringitur sanè apud suprema Tribunalia stipulationis pœnalis executio ad id, quod
4 stipulatoris † interest, tàm ex æquitate iuris communis, nè ille locupletetur cum aliena iactura, vt docet *Garz. de expens. cap. 9. num. 63. Cancer. var. resol. tom. 3. cap. 11. num. 163. Afflict. decis. 135. num. 1. & seqq.* & ibi latè *Vrsill. signanter num. 8. Rot. apud Pen. decis. 677. num. 3.* quàm ex dispositione Statuti Vrbis lib. 1. cap. 163.
5 quæ † cum sit conformis æquitati Iuris Canonici, seruanda est etiam in contractibus iuratis, vt in specie dixit *Rota coram Seraphin. decis. 794. num. 24. & seq. & decis. 319. num. 8. & 9*

Sed casus noster extrà restrictionem est; Primò quia non versamur in stipulatione pœnali; Prior siquidem supracitatæ conuentionis pars locationem vltimi anni ad vsum herbarum dumtaxat reducens, & quicquid in terris locatis satum fuerit adiudicans locatori, pœnam non continet, cum
6 potuerit Locator † citrà aliquam rationem pœnæ præfinire conductori certum terrarū vsum vltrà quem, locationis titulo non suffragante Conductori, satum in terris locatis acquiritur locatori, non in pœnam contrauenientis, sed ratione dominij soli, cui cedit, quod in eo seritur, vel plantatur *§. cum in suo solo, §. si Titius §. qua ratione Instit. de rer. diuis. l. adeò §. fin. cum l. seq. ff. acq. rer. domin. Cōnan. comment. Iur. lib. 3. cap. 6. num. vlt. Hottoman. lib. 1. obseruat. cap. 10.* Vndè Conductor, † qui absq;
7 legitimo titulo seminauit in alieno solo, ac futuram messem locatori acquiri conuenerat, vim alieni dominij agnouisse videtur, conformando se dispositioni dictarum legum; Cumque amittendo futuram messem iure aliquo quæsito non priuetur, nec proprium patrimonium minuat, in quibus propriè pœna consistit ex alleg. *per Mant. dec. 78. num. 10. & in Tusculan. bonorum 4. Decemb. 1615. coram clar. mem. Coccino*, sed solùm iacturam faciat futuri lucri, quod & incertum erat, &
8 ad nihilum † redigibile ob tempestates inundatio-

dationes, vel anni sterilitatem, eò minus talis iactura meretur nomen pœnæ, à qua valdè differt lucrum non facere, *Peregr. cons.98. num.10.vers.nàm tunc propriè lib.1.Card.Mantic. de coniect.vltim.volunt.lib.10.tit.14. sub num.16. vers.nullum damnum Rot.decis.22.numer.5.par.1. diuers.* Neque contrarium firmatum fuit in decisione 677. Peniæ, sed solùm ibi refertur opinio aliquorum ex Dominis.

Altera quoque pars conuentionis adimēs Conductori facultatem repetendi expensas,
9 pœnalis † non est, vel quia Conductor eas donare censetur, ex quo sciens, & contra formam prohibitionis in alieno solo expendit *§.certè in fin.instit.de rer.diuis.glos.in §.qua ratione verb.bona fide instit.eod.* vel quia expensa-
10 rum refectio censetur remissa in recompensam grauioris damni, quod Locator patitur ex cultura terrarum in vltimo anno, per quā terræ fatigantur, & sequentium annorum fructus minuuntur, vt præter allegatos in vltima decisione §. eoque minus notat in terminis locationis *Castr. in l. hec distinctio §. cum fundum num.4.* vbi loquitur in puncto de conductore, qui in vltimo anno locationis fundum seminauit *ff.locati*, eumq; sequitur *Surd. decis.131.sub nu.6.vers.& idem*, itaut damnum
11 huiusmodi † ad occurrendum difficultati illius liquidationis, contrahentes liquidare ab initio voluerint in ipsa quantitate expensarū iuxtà consilium, quod in similibus casibus præbet *Vultian.in l. fin.ff.prætor stipulat.* atque
12 hinc esto quod exigi tātùm posset id, † quod locatoris interest, dici non potest, quod interesse sit minus impēsarum valore, vt benè aduertit *Surd. decis.260. sub num.24. infrà med. vers.vltrà quod Roman.cons.510.sub num.6. vers. aduertendum, & nu.9.in fin.Corn.cons.2.sub n.14. vers.& maximè lib.3.Rot.Bononien.d.decis 22.sub num.16.& seqq.*

Secundò quamuis conuentio pœnam cōtineret, exequibilis in totum absque aliqua restrictione esset, non obstante exaduerso ad-
13 ducta æquitate † Iuris communis, vel Statuto Vrbis cap.163. Nàm vtrique fuit nominatim renunciatum medio iuramento, vt potuit, cùm principalitèr concernant priuatum Conductoris fauorem *l.pacisci l.pactū ff.de pact. Salycet.in l.penult.num.4.Cod.de pact.Bertaz. claus.40.glos.6.num.1.& seqq. Dec.cons.452.n.19* aliique plures, quos refert, & sequitur *Moder. Nouar.de renunciat.lib.3.cap.1.num.10.& seqq.& num.69.& seqq.* vbi loquitur in terminis renunciationis iuratæ.

Et prætereà æquitas iuris communis ces-
14 sat propter iuramentum, † quod seruandum omninò est, quando dispēdium salutis æternæ non parit, efficitque, vt pœna conuentionalis efficiatur legalis, ac exigi in totum possit iuxtà magis communem opinionem, de qua testatur *Guttier.de iuram.par.1.cap.36.n.11* vbi allegat *Concord.Farinac.qu.30.numer.75. & seqq. Menoch.de arbitr.cas.260.num.29.& seqq. Seraph.de priuileg.iuram.priuil.54.num.2.& 3. Rota decis.279.num.5. par.2. diuers.decis.106.num.12. par.4.tom.2.recent.cum aliis allegatis in dicta decisione Bononiæ 22. num. 20. & num.41.*

Statuti verò Vrbis generalitèr loquentis dispositio tollitur ex alio speciali statuto
15 Agriculturæ cap.77. mandante, † quod cultura facta à Conductore cedat Domino tenimenti, absque vlla expensarum etiam gratia acquirendorum, & recolligendorum fructuum factarum refectione, quod licèt loquatur de cultura, & expensis factis post finitam locationem benè applicatur casui nostro, quia respectu culturæ frumentariæ locatio expirauerat in penultimo anno, & solùm durabat quoad vsum herbarum. Potiùs itaque attendi debet particulare hoc sta-
16 tutum † specialitèr disponens, quàm generale Vrbis de pœnis conuentionalibus *Suarez.de legib.lib.6.cap.27.num.13. Sanchez.de matrimon.lib.2.disput.24.nu.6. Menoch.cons.187.n.38. Gabr.cons.29.sub num.46.& 47.lib.2.* quod ex alio quoque conuentionem nostram non comprehendit, quia nempè cum illa sit conformis statuto Agriculturæ, constituit casum
17 mixtum, † qui non comprehenditur in Statuto loquente solùm de pœna conuentionali, vt in puncto aliis allegatis tradit *Gratian. discept.770.n.19.*

Neque Conductor excusari potest ob apocam priuatam moderatoriam prohibitionis serendi in Instrumento locationis appositæ, quæ saltèm excludit dolum necessarium, vt
18 ex contrauentione † pœna contrahatur *Seraph.decis.819. num.7.* Imò quamlibet causam à pœna conuentionali excusare dixit *Rota apud Peniam decis.677.num.2.* Nàm vltrà quod in prioribus decisionibus huius causæ iuxtà stylum supponendis, firmatum fuit, quod dicta apoca non suffragatur contra Eminentissimum Dominum Cardinalem Romam in Ecclesia Portuensi locatoris successorem, nec sine aliquali dolo conductores reticuerunt D. Cardinali apocam priuatam huiusmodi apud eos retentam, & postquam Cardinalis, habita illius notitia, iudicialitèr inhibuit, ad vlteriorem culturam processerunt.

Animaduerterunt Domini, quod in casu
19 decisionum Seraph. & Pæn. † non fuerat cum iuramento renunciatum legibus, & Statutis loquentibus de pœnis conuentionalibus, neque allegatum Statutum cap.77. Agriculturæ, aut expressè conuentum, quod contraueniens etiam omnes expensas amit-
20 teret, & licèt dolus requiratur † in pœna legali inducta *ex l.si quis maior C.transact.* de qua loquitur *Seraph.decis.819.num.5.* secus est in conuentionali, vt sentire videtur idem *Seraphin.ibidem num.4.vers.quantum verò iuncto nu.8.*
21 & ratio est, † quia strictiùs interpretatur pœna legalis, quàm conuentionalis, vt notat *Pater Layman.oper.moral.lib.3.sect.5.tract.4.c.16 sub n.12.vers.inter quæ Molin.de contract.disp.317 num.3.&* vbi certa, ac determinata est volun-
22 tas contrahentium, † nisi licitum modum excedat à conuentionis obseruantia, qualibet

bet causa non excusat, vt in terminis pœnæ conuentionalis *Alex.cons.119. nu.18.lib.2. Corsett. in suis singular. verb. pœna Menoch. de arbitr. lib.1.quæst.70.numer.20. Dec.cons.615.in fin.& in l.qui cum alio num.1.vers.& ista ratione ff regul.iur.* Maximè quia respectu messis conductor age-
23 ret de lucro captando, † quo casu non admittitur qualibet excusatio *Farinac. quæst. 90. num.76. Gabr.comm.opin.lib.7. concl.8.nu.82. Fontanell.decis.464. nu.23.* & respectu expensarum militat ratio restaurationis damni per vltimã culturam illati locatori, nec est nouum, †
24 quod seruetur pactum de non reficiendis expensis *Gabr.cons.168. num.90. & seqq. lib.1.* vel de non reficiendis meliorãmentis *Grat.discept. 810.num.8.Seraph.decis.1496.num.1. Rot.in recent. decis.294.num.7.par.1.decis.60.nu.8.par.5.*

Nihilominus sequendo oblationem spontè factam à D.Cardinale, mandarunt Domini refici Conductoribus semen, siue eius precium, expensas ab illis factas pro messe, ac etiam pro transportatione frumenti ad Vrbẽ. Conuentio namque non loquitur de expensis asportationis. Insuper omnem æquitatis mensuram implentes dixerunt, solui Conductoribus pretium herbarum, quod, nisi ad vsum frumenti terras coluissent, percepissent, pro quantitate tamen terrarum satarum.

Et ità decisum vtraque parte informante.

FOROSEMPRONIEN. BONORVM.

Veneris 23. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Testamentum in quo posthumus est præteritus quo casu substineatur ex clausula codicillari? in quo articulo contrariæ opiniones referuntur, prout colligere poteris ex summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Nepos debet ab auia de Iure nouissimo nominatim institui, vel exheredari, si Patre præmortuo primum gradum successionis ingressus est alias Testamentum rumpitur.& nullum redditur.*

2 *Et hæreditas defertur ab intestato.*

3 *Clausula codicillaris in testamento adiecta, & concepta per verba futuri temporis operatur, vt posthumus præteritus veniens ab intestato retenta sibi vna tantum quarta, vel duabus reliquam per fideicommissum hæredibus scriptis teneatur restituere, num.4.& 5.*

6 *Declara hoc procedere vbi præteritio posthumi est facta scienter, secus si ignoranter, quia tunc deest voluntas testantis, cui ea clausula famulari debet.*

7 *Posthumus ignoranter præteritus in vim clausulæ codicillaris an censeatur fideicommisso grauatus ad fauorem hæredis scripti, non secus ac si scienter esset præteritus quando Testator, post natiuitatem posthumi diu super vixit, nec testamentum mutauit.*

8 *Negatiuam sententiam multi DD. amplectuntur, quorum rationes expenduntur, numer.9. 10.11. & 13.*

12 *Obliuio lapsu temporis in facto proprio non præsumitur.*

14 *Affirmatiuam sententiam sequuntur alij, & rationes adductæ pro affirmatiua referuntur, num.15. & 16.& sub num.17. quod hunc opinionum conflictum sensit etiam, Rota vbi quod pro affirmatiua allegari nequit decisio* Put.7. de testam. & sub *num.18. declaratur altera* decis.228. Put. *amplectens affirmatiuam sententiam, & sub* nu.19. *quod neutra opinio habet approbationem Rotæ in terminis testamenti continentis institutionem alterius filij.*

Donatio inter viuos quæ superueniẽtia liberorum reuocatur si filij nascantur, nec pater eam reuocet iudicatur valida quasi ab initio de filijs cogitauerit, ibid.nu.16.

20 *Testamentum in quo posthumus fuit præteritus, an ex clausula codicillari substineatur remittitur arbitrio Iudicis, vt scilicet ex qualitate temporis, & circumstantijs facti cognoscat, an Testator voluerit cum illo testamento decedere.*

21 *Clausula codicillari iuuari nequit, qui tamquam hæres directus possessionem bonorum hæreditariorum capit, quinimò dictæ clausulæ renunciasse censetur.*

22 *Et quatenus clausula codicillaris suffragetur capere debet possessionem de manu succedentis ab intestato cum onere restituendi in vim clausulæ codicillaris.*

23 *Declara principalem conclusionem non procedere quando nõn constat hæredem se restrinxisse ad successionem directam, & in dubio censetur, vti voluisse titulo magis proficuo.*

24 *Hæres pro parte an valeat possessionem captam in totum continuare absque ministerio cohæredis?*

DECISIO CCCCLXXI.

COMITISSA Camilla Paciotta informante decisum fuit sub die 14. Martij 1650. contra bona hæreditaria Dianæ ex eius testamento ad Ascanium filium secundi matrimonij delata, & deinde à dicta Comitissa, vti Ascanij hærede possessa dandam esse pro medietate immissionem Augustino dictæ Dianæ ex Ludouico primi matrimonij filio prædefuncto nepoti; quippè cum testamentum Dianæ præteritione non quidem ipsius Ludouici filij, vt per errorem alias dicebatur, sed ipsius Augustini nepotis longè post testamentum nati, qui præmortuo Patre pri-
1 mum gradum descendentiæ † tempore mortis Testatricis ingressus fuerat, ac propterea de Iure nouissimo nominatim institui, vel exheredari ab auia debuerat, ruptum, & irritum fuerit partienda est hæreditas † ex causa
2 intestati inter hæredem Ascanij filij ex primo matrimonio, & Augustinum descendentem à Ludouico filio ex secundo, vt probant iura, *ac D.Dialbg in prima decisione.*

Nihil suffragante clausula codicillari in te-
3 stamento adiecta, † & concepta per verba futuri

turi temporis, quæ operari solet, vt hæredibus in testamento scriptis posthumus præteritus veniens ab intestato retenta sibi vel vna
4 tantum quarta † vt voluit *Mant. de coniect. lib. 12. tit. 1. sub num. 22. vers. legitima tantum excepta, Ciriac. controu. 443. num. 9. Bursat. cons. 38. num. 23.*
5 vel duabus quartis † nempè legitima, & Trebellianica, vt alijs relatis tradit *Lancell. Gall. cons. 20. num. 20. & seqq.* hæreditatem per fideicommissum restituere teneatur; id enim ad-
6 mittitur † vbi præteritio posthumi est facta scienter, secus vt in casu nostro, vbi ignoranter, quia tunc deest voluntas Testatoris, cui ea clausula famulari debet, vt comprobat *prima decisio, §. nec releuat aliquac in terminis testamenti matris relati à Modern. Lucano cons. 78. n. 35. & seqq. & cons. 30. num. 14. & seqq.*

Hæc hodie vtraque pars communiori Doctorum calculo, ac rationis clypeo muniri agnouit. Sed quoniam Diana licet testamentum cōdidisset per sexdecim annos ante Augustini ortum, superuixit post eum natum septem annis, quorum duos postremos mors Ludouici filij primi gradus præcessit, nec il-
7 lud vsquam mutauit, † tota difficultas restricta fuit ad arduam illam quæstionem, an ideò Testatrix præsumatur voluisse cum eo testamento decedere, vt propterea sublato voluntatis defectu posthumus ignorāter præteritus in vim clausulæ codicillaris censeatur fideicommisso grauatus ad fauorem hæredis scripti, non secus ac si scienter præteritus fuisset.

8 In quo articulo negatiuam sententiam secuti † sunt multi Doctores *allegati in §. penult. primæ decisionis*, quibus adduntur alij, quos refert, & sequitur *Fusar. de substit. quæst. 569. n. 26. Gaspar Anton. Thesaur. quæst. forens. 78. num. 2. in fin. & num. 3.* qui ait frequentioribus votis à Doctoribus nostris, ità resolui † quodque si be-
9 ne examinabuntur Doctores in hac materia loquentes luce clariùs apparebit noluisse illos per hanc solam coniecturam à superuiuentia inductam confirmare ex vi clausulæ codicillaris etiam per verba futuri temporis conceptæ testamentum posthumi præteritione ruptum *lib. 2. Andreas Gaill. obser. 114. num. 13. in fin. lib. 2. Giouagn. respons. 32. sub num. 29. vers. quia hæc responsio lib. 2. Mart. cons. 127. nu. 6.* vbi quod hæc est verior, & verè communis opinio, nec ab ea in iudicando est recedendum. Rationes autē quibus hæc opinio innititur † duæ sunt,
10 altera quod sola superuiuentia, ac taciturnitas diuturni temporis non arguit voluntatē decedendi cum primo testamento, imò contrariam cum Testator potuerit tacere, quia sciebat nato posthumo testamenti reuocatione opus non esse eo quod illud ruptum, & irritum euaserat, nedum quoad dispositionem principalem, sed etiam quoad omnes clausulas in eo scriptas, & fortè non mutauit iusta aliqua causa, vel impedimento detentus, & vnus ex Dominis addebat in casu nostro, quo à die conditi testamenti vsque ad mortem Testatricis 23. anni effluxerant censeri non mutatum testamentum ob illius obli-
11 uionem, † quæ tanto tempore præsertim in muliere præsumitur, vt ad propositum ponderat, post *Bald. Fulgos. Castr.* & alios loquentes de solo lapsu decennij *Paris. cons. 10. nu. 17. lib. 3. Ludouic. Bellus cons. 109. num. 36. Clar. in §. testamentum quæst. 99. col. 7. vers. scias etiam Cardinalis Mant. de coniect. lib. 12. tit. 8. num. 16. Rot. in Perusina Bonorum de Herculanis 11. Maij 1582. §. circa secundam partem coram Brano, & in Bononien. hæreditatis 24. Martij proximè præteriti §. fin. coram me*, qui tamen Doctores, & decisiones loquūtur de obliuione clausulæ derogatoriæ in primo testamento apposito, non autem ipsius testamenti de quo cum sit factum proprium,
12 ac † notabile obliuionem lapsu longi temporis non præsumi tradit in puncto *Cagnol. in auth. ex causa sub num. 149. vers. quæ restrictio Cod. lib. præter Menoch. præsumpt. 32. num. 16. in fin. lib. 4.* Altera quod si quæ voluntas fauore testamēti ex taciturnitate resultaret, † non sufficeret
13 cùm non transierit in solemnem dispositionem declarata, nempè non fuerit coram quinque testibus pro validitate codicillorum de Iure communi requisitis *gloss. in l. 1. verb. litteras, & verb. iudicium Cod. codicill.* alijque allegati in his terminis *à Gabr. cons. 113. sub n. 13. vers. verum id minimè lib. 1. Giouagn. d. cons. 32. n. 2. vers. in Pagano.*

14 Affirmatiua verò sententia † placuit *Beluis. in l. 3. Cod. liber. præter Castr. Ias. Ang. Rom. Bursat. Honded. & pluribus alijs allegatis à Fusar. de substit. d. quæst. 569. nu. 23. à Turrett. de claus. codicill. q. 63. num. 2. & 7. à Ciriac. controu. forens. 443. numer. 6 à Francisco Schenar. cons. 19. num. 30. cons. 21. nu. 83. & 84. quibus add. Pileus Modicen. quæst. 30. col. 2. infra med. vers. idem de matre*, vbi loquitur in puncto de testamento matris, quæ filium pepererat post testamentum, ac prætererat inter
15 *quæst. diuers. fol. 16.* duplici pariter † ratione educta 1. *ex text. in l. Athleta, §. dat remissionem, ff. excus. tut. l. quærebatur in fin. ff. milit. testam. lib. 3. Cod. inoff. testam.* vbi habetur, quod si mater duobus filijs hæredibus institutis tertio post testamentum suscepto commutare idem testamentum potuisset, & neglexisset, poterit posthumus præteritus, vtpotè iustis rationibus neglectus de inofficioso querelam agere, secus si mater testamentum mutare non potuit, quia nimirum priori casu videtur cum primo testamento decedere voluisse, secundo à simili donationis inter † viuos,
16 quæ reuocatur superuenientia filiorum, sed si filij nascantur, nec Pater eam reuocet iudicatur valida, quasi ab initio de filijs cogitauerit Pater, vt per allegatos *à Tiraquell. in l. si vnquam verb. donatione largitus numer. 237. & verb. susceperit liberos num. 211. & seqq. Cod. reuoc. donat.* Quibus tamen rationibus respondet *Fusar. d. quæst. 569. sub num. 23. & 25. vers. respondetur tamen, Menoch. cons. 429. nu. 19. & sub nu. 22. & 25. & seqq.*

17 Hunc opinionum conflictum sensit etiam *Rot. decis. 1285. par. 3. diuers.* vbi vota Dominorum fuerunt diuisa, prout etiam diuisa fuisse legitur in causis allegatis *in margine decis. 228. Putei lib. 2. in corr.* neque pro affirmatiua alle-

gari potest *decisio septima eiusdem Putei de testam.* quia ibi non constat, quod filius esset præteritus ignoranter, & præterea ideo decisum fuit filium præteritum censeri vigore clausulæ codicillaris grauatum onere fideicommissi, quia sic grauati erant alij filij hæredes instituti. Et quamuis *in dicta decis. 228. Putei*
18 *Rota amplexa* fuerit affirmatiuam sententiam duobus † concurrentibus, nempè quod Testator diù post natiuitatem posthumi superuixerit, ac mutare testamentum potuerit, quodque alter filius fuerit in testamento hæres scriptus, licet secus sit quando est scriptus extraneus, quam distinctionem secutus fuit, *Thes. decis. 141. numer. 12. in fin. Decian. cons. 37. numer. 16. lib. 1. & referendo decisionem Putei Moder. Lucanus cons. 80. num. 21.* aduertendum tamen est quod eadem causa pluries deinde proposita coram Puteo, vt habetur in margine dictæ decisionis vota Dominorum fuerunt discordia, & primà vice resolutio fuit confirmata à maiori parte, secunda vice à sex Dominis tantum. Tertia vice vnus ex dictis sex à priori voto recessit ex quo alter filius, qui in testamento scriptus erat hæres non erat fideicommisso grauatus cum non præsumatur eo casu Pater non mutando testamentum in quo posthumum ignoranter præterierat voluisse eum vigore clausulæ codicillaris grauatum iri de restituẽdo per fideicommissum alijs filijs hæredibus scriptis, & sic inæqualitatem inter filios inducere, sicut è conuersò si scriptum grauauit præsumitur grauare voluisse & præteritum vt æqualitas seruetur. Vndè in casu nostro, quo filius secundi matrimonij scriptus hæres non fuit fideicommisso grauatus dicendum esset, nec censeri grauatum posthumum præteritum si inhærendum esset dictæ distinctioni, quam tamen ibi Rota non approbauit, sed causa remansit indecisa quinque ex Dominis pro fideicommisso, & quatuor inter quos ipse Puteus contra sentientibus, & sic re vera etiam in termi-
19 nis testamenti † continentis institutionem alterius filij neutra opinio habet approbationem Rotæ vt aduertit *Thes. Iun. dicta quæst. 70. sub num. 2. vers. & quamuis lib. 2.* & in eisdem terminis contra fideicommissum respondit *Ciriac. contr. 262. sub num. 20. & seqq. & numer. 82. vers. non obstat Cardinalis Mant. de coniect. lib. 12. tit. 1. sub nu. 22. vers. quod scilicet post Bald. & alios ibi allegatos.*

Quia nihilominùs in casu præsenti concurrit, nedùm institutio alterius filij ex secundo matrimonio, superuiuentia Testatricis per plures annos absque mutatione testamenti, & possibilitas obliuionis illius, sed vlterius lites, & iurgia inter Dianam, & Augustinum præteritum vsque ad mortem continuata, ac reiteratæ declarationes sæpiùs emissæ à Diana nolle se de bonis suis ad Augustinum deuenire, nisi id quod de iure ei denegare non poterat, hoc est legitimam, reliqua verò bona velle deferri ad filios secundi matrimonij, & testamentum ad eorum fauorem conditum sortiri effectum, vt disertissimè deponunt duo Testes *Summ. Comitissæ numer. 8. & 9.* quorum examen gratis impugnatur eo quod non fuerint reconducti, vt super interrogatorijs examinarentur, prout Rota instante Augustino aduersario decreuerat, cum id imputandum sit ipsi Augustino, qui non petijt vt Testium domicilia indicarentur, eosdemque ad examen euocari non curauit, vt tenebatur proprijs sumptibus iuxtà decretum Rotæ. Idemque affirmant alij sex Testes in fidibus datis *Summ. num. 10.* qui nuperrimè vigore remissorialium fuerunt in partibus examinati formiter, & processus in dies expectatur Ex his inquam omnibus simul iunctis visum fuit Dominis substinendo testamento ex clau-
20 sula codicillari † applicari posse Iudicis arbitrium, cui totum hoc negocium relinquendum esse vt scilicet ex qualitate temporis, & circumstantijs facti cognoscat, an Testator voluerit cum illo testamento decedere concordant Doctores omnes, & signanter tradit *Gabr. d. cons. 113. num. 16. lib. 1. Menoch. cons. 499. nu. 10. Mant. de coniect. d. lib. 12. tit. 1. nu. 22. vers. & ita, & vers. adeout Thes. Iun. d. quæst. 70. sub num. 4. vers. quia Iudex lib. 2. Fusar. d. quæst. 569. num. 27. & 28.* vbi loquitur in specie quando Testator nato posthumo declarauit voce, vel scriptis velle disposita in testamento locum habere, *Thes. decis. Pedem. 141. nu. 11.*

Ideoque recedendo ex nouiter deductis à decisis resolutum fuit non esse locum successioni ab intestato, & per consequens Augustino denegandam esse immissionem. Nec obstat quod Ascanius Comitissæ Camillæ author cœperit possessionem tanquam hæres
21 directus, † ac propterea clausulæ codicillari inniti non possit, cum exinde iuri codicillorum renunciasse censeatur, vt in puncto firmat *Roman. cons. 125. num. 1. & seqq. Fab. de anni. cons. 103. num. 20. lib. 2. Surd. cons. 258. nu. 31. Marcell. Marcian. cons. 1. num. 36. Franc. Ant. Costa consil. 12. sub num. 54. vers. tertio dicitur Boer. dec. 33. num. 11. & seqq.* & in omnem euentum, qua-
22 tenus ei clausula codicillaris suffragaretur † capere debuerit possessionem de manu Augustini ab intestato succedentis cum onere restituendi in vim clausulæ codicillaris cui proinde Augustino interim retardari non debet immissio ab intestato, vt in specie respondit *Rota decis. 526. num. 3. par. 1. recent.* Quia non constat quod Ascanius se restrinxerit † ad
23 successionem directam, & in dubio censetur vti voluisse titulo magis proficuo *Bald. consil. 89. num. 4. lib. 4. Cas. de Graff. decis. 10. num. 5. de probat. Rot. decis. 285. num. 3. par. 1. recent.* Cumque ipse quoque ab intestato pro medietate succederet, ac viuente Testatrice possideret
24 potuit † possessionem in totum continuare, absque ministerio aduersarij *ex alleg. per add. ad Greg. XV. decis. 306. n. 10. vers. si tamen.*

Et ità decisum vtraque parte Informante.

CAL-

CALLIEN. PRIORATVS.

Luna 26. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Impetrans beneficium vti vacans ob priuationem, potest narratiuam iustificare per exhibitionem sententiæ super priuatione in iudicatum transactæ, etiamsi sententia sit contumacialis, quæ tamen ad effectum probandi delictum non sufficit. Cessio facta ad fauorem prouisi ex capite priuationis ex quibus simoniaca dici nequeat?

SVMMARIVM.

1 *Littera Apostolica prabent legitimum titulum, & probant ad omnes effectus.*
2 *Sententia præsumitur valida.*
3 *Sententia ob non interpositam appellationem transit in iudicatum.*
4 *Vacatio de Iure ex sola sententia priuationis in iudicatum transacta inducitur etiam ante aliquam executionem facti.*
5 *Ad obreptionem euitandam omnis interpretatio sumenda est.*
6 *Sententia lata in contumaciam, & non probato formiter delicto non est iusta, & exequibilis ad effectum inducendi vacationem.*
7 *Declara sententiam contumacialem ad effectum probandi homicidium non sufficere, secus ad effectum probandi priuationem beneficij, vt fuit ab impetrante narratum.*
8 *Sententia lata prauijs probationibus pro informatione Curiæ si est diffinitiua priuationem inducit.*
9 *Et probat reo intra annum non comparente, itaut interim possit alias de beneficio prouideri resolubiliter tamen, quatenus reus intra annum compareat.*
10 *Condemnatus cedens ad fauorem prouisi ex capite priuationis in necessariũ antecedens videtur agnoscere veritatem priuationis ab impetrante narrata, necnon sententiam approbare, & nu. 12.*
11 *Condemnatus intra annum à sententia super priuatione beneficij reclamans debet illi beneficium restitui.*
13 *Cessio ad fauorem fieri nequit, nisi in manibus Papæ.*
14 *Cessio facta coram non habente potestatem illam admittendi non abdicat Ius à cedente.*
15 *Cessio facta à condemnato ad fauorem prouisi ex capite priuationis continet implicitam confessionem veritatis narratæ priuationis, quæ sufficit in præiudicium confitentis.*
16 *Amplia, quamuis cessio esset nulla.*
17 *Cessio facta absque authoritate Superioris ab eo, qui per sententiam fuerat priuatus ei nocet.*
18 *Simonia non probatur non probato præcedenti tractatu, siue conuentione.*
19 *Simonia non probatur ex fide extraiudiciali, & ex testibus de auditu.*
20 *Simonia ex quibus exclusa remanet?*
21 *Simonia non committitur si ad redimendas vexationes aliquid datur: quicquid sit in alijs casibus in quibus periculosum est sub prætextu redimendi vexationes euitare simoniam absque beneplacito Apostolico, & nu. 22.*
23 *Metus est concludenter probandus.*
24 *Metus excluditur quando authoritas Superioris interuenit.*
25 *Cessio admitti potest à Superiore ad componendas inimicitias.*
26 *Beneficium si vacauit per priuationem, non potest iterum impetrari ex eiusdem persona ob non incessum in habitu.*
27 *Reo & possessori sufficit vincere per non Ius actoris, ac contra eum absolutoriam reportare.*

DECISIO CCCCLXXII.

PRIMAM huius causæ propositionem super articulo manutentionis sub die 5. Iulij 1649. deciso contra Martinotium Clotium, non quia eius possessio non probaretur, sed quia suffragari non poterat in concursu Laurentij Andreoni antiquioris possessoris, subsecuta fuit altera super eisdem sub die 18. Martij 1650. qua Rota mandauit videri de bono Iure, cuius hodie cognitione habita responsum fuit constare de bono Iure Martinotij, cum de Prioratu controuerso fuerit prouisus à Sede Apostolica, † & litteras
1 desuper expediuerit, quæ legitimum titulum præbent *Mohed. dec. 13. de lit. pend. Caual. dec. 363. nu. 4. Rot. in Marianen. seu Acciem. Beneficij 13. Maij 1650. coram R. P. D. meo Roias*, ac probant ad omnes effectus *Gabr. consil. 90. num. 10. lib. 1. consil. 194. num. 3. lib. 2. Rot. decis. 136. num. 12. par. 1. recent.*

Earumque iustificatio ad id necessaria non deest, narratiua enim sententiæ priuationis contra Laurentium Prioratus possessorem latæ sententiæ, ac in iudicatum ob non interpositam appellationem transactæ iustificata apparet ex publico documento sententiæ huiusmodi prauijs citationibus, seruatisque omnibus alijs terminis in huiusmodi Iudicij seruari
2 solitis, prout etiam † præsumitur *Buratt. decis. 334. num. 8. & seqq.* à qua cum non fuerit
3 appellatum intra decendium, † resultat exinde eiusdem transitus in iudicatum ob appellationem non interpositam *auth. hodie Cod. de appellat. cap. quod consultationem de sent. & re iudic. Rot. decis. 10. de appellat. in nou. decis. 734. n. 1. par. 3. recent.*

Quod verò Laurentius fuerit per dictam sententiam realiter amotus, vt in litteris Apostolicis narratur, nõ debet referri ad actualem expulsionem, quæ vt facti est ab executoris potius facto quàm Iudicis emanat; sed ad ipsam sententiam, quod scilicet non per fictionem, sed re vera Laurentium à beneficijs amouendum, & ad eorum amissionem condemnauerit, maximè quia id narratum
4 fuit in ordine ad vacationem, † quæ saltem de Iure ex sola sententia, dummodò iusta, & in iudicatum fuerit transacta huiusmodi resultat etiam ante aliquam executionem facti, *Barbos. de Iure Eccles. lib. 2. cap. 14. num. 64. & 67. Lotther. de re benef. lib. 3. quæst. 18. num. 64. & seqq.*

Paris.

Paris. de resignat. lib. 1. quæst. 4. num. 53. Gonz. super reg. 8. gloss. 15. §. 2. num. 15. vers. necnon, & seqq. Bisign. decis. 5. sub num. 4. ibi maximè ex quo secuta fuit sententia de sent. & re iud. & in dubio
5 omnis interpretatio † sumenda est ad euitandam obreptionem, Felin. in cap. nonnulli sub numer. 18. de rescript. Cassad. decis. 12. nu. 6. de præbend. & decis. 1. de priuil. Rot. decis. 38. n. 3. par. 1. recent. in fin. par. 3. decis. 171. nu. 1.

Non obstat quod dicta sententia, vbi lata in contumaciam, & non probato † formiter
6 delicto homicidii de quo Laurentius accusatus fuerat, non sit iusta, & exequibilis, vt ad effectum inducendi vacationem requiritur, Lotther. d. quæst. 18. num. 65. Quia cum Papæ non fuerit narratum homicidium ab Andreono commissum, quod sanè per solam senten-
7 tiam contumacialem non probaretur, † sed tantum quod ille per Iudicis sententiam fuerat beneficijs priuatus satis est ipsa sententia contumacialis, non ob paritionem Monitorij, vt in casu decis. 68. par. 1. diuers. sed ex pro-
8 bationibus, ac Testibus † pro informatione Curiæ examinatis lata, quia etiam tunc cum sit diffinitiua priuationem inducit, vt benè distinguendum declarat dicta decis. 68. numer. 4. & 5. ac probat † reo intra annum non com-
9 parente, itaut interim potuerit alius de beneficio prouideri resolubiliter tamen, quatenus reus intra annum comparuisset, Lotther. de re benef. lib. 3. quæst. 18. num. 167. & seqq. Rot. in Romana Beneficiatus Sancti Petri 16. Iunij 1561. coram Oradino impress. post primum vol. cons. Farinac. decis. 3. num. 5. & in Militen. Parochialis 31. Ianuarij 1650. §. nec obstat coram me.

Iuncta successiua possessione Martinotij ex capite dictæ priuationis prouisi, nècnon cessione ad eius fauorem facta Laurentio condemnato, qui sic cedendo † videtur in neces-
10 sarium antecedens agnouisse veritatem suæ priuationis à Martinotio narratæ eumdemque Martinotium canonicè fuisse prouisum, vt per Bald. & alios quos refert, & sequitur Rota decis. 219. num. 3. & 4. par. 5. recent. & in Tirasonen. Vnionis 26. Iunij 1645. §. alterum, & §. seqq. coram R. P. D. meo Otthobono. Vndè tantum abest, quod intra annum à sententia reclamauerit, quo
11 casu † debuisset illi beneficium restitui Millin. decis. 54. numer. 9. Lotther. d. quæst. 18. num. 163.
12 quod imò per dictam cessionem approbauit sententiam † l. 1. Cod. postulat. cap. quoad consultationem de re iudic. Aym. cons. 108. nu. 3. Rot. in Anconitana Hæreditatis 11. Martij 1616. coram bo. mem. Vbaldo Seniori.

Quæ verò contra dictam cessionem opponuntur, non releuant, nempè quod non fue-
13 rit facta † in manibus Papæ, sed coram Eminentiss. D. Card. Legato Vrbini, cui potestas admittendi cessiones ad fauorem non competit Rebuff. in prax. tit. de resign. consil. num. 5. Paris. de resign. lib. 7. quæst. 13. nu. 17. quod sit simoniaca, & meticulosa.

Nam primum obiectum vrgeret si Martinotius titulum desumeret ex cessione, quia ea tanquam facta coram non habente ad id
14 potestatem † non abdicasset ius à cedente, vt declaratum fuit in Colonien. Decanatus 15. Maij 1648. §. ideo Domini coram me, sed titulus Martinotij educitur ex prouisione Apostolica, tanquam de vacanti ob priuationem, & cessio allegatur, non quia habeat vim resignationis, sed ad narratæ priuationis veritatem comprobandam etiam ex ipsa confessione
15 Laurentij eidem cessioni † implicita, quæ sufficit in præiudicium confitentis, Aegid. decis. 683. ante num. 1. Rot. in Marsicen. Iurisdictionis 28. Ianuarij 1644. §. primum adminiculum in fin.
16 coram me, quamuis cessio † esset nulla Abb. in cap. 2. num. 14. de Cappell. Monac. Minado decis. 37. num. 11. & 12. Put. decis. 6. de confess. & in proximis terminis Rot. decis. 117. numer. 2. decis. 171. numer. 4. vbi loquitur de actu gesto coram non habente sufficientem potestatem par. 1. recent. & in
17 puncto quod noceat cessio facta † absque authoritate Superioris ab eo, qui per sententiam fuerat priuatus tradit Abb. in cap. nisi nu. 5. vers. quidam sunt Paris. de resign. lib. 7. quæst. 2. nu. 8. il 2. de renunc.

18 Simonia non adest, † dum non probatur præcedens tractatus, & conuentio de cedendo cap. Artaldus 8. qu. 3. gloss. in cap. quam pio verb. pactis prima qu. 2. Dec. cons. 118. nu. 4. Paris. cons. 30. nu. 21. lib. 4. Rot. decis. 108. nu. 4. decis. 234. num. 10. inter impress. post cons. Farin. quam non probat
19 fides extraiudicialis, † aut Testis de auditu, Rot. decis. 187. num. 2. apud Farinac. ibid. decis. 377. num. 4. par. 4. recent. cumque cessio facta fuerit longè post ius quæsitum Martinotio ex præcedenti prouisione Apostolica tanquam de vacanti per priuationem cedentis, & possessionem à prouiso liberè captam, & septennio
20 continuatam nullatenus † dici potest commissa simonia Caputaq. decis. 239. numer. 7. par. 3. Put. decis. 171. num. 9. lib. 2. Rot. decis. 301. numer. 5. & 6. apud Farin. loc. cit. vbi alleg. concord. decis. 93. num. 12. & 13. par. 4. to. 2. recent. Eo minus quatenus emanasset ad redimendas vexationes,
21 quas ipse prouisus, & possessor forsan de facto pati potuisset à cedente Paris. cons. 135. n. 20. lib. 4. Ferrett. cons. 235. num. 2. Sanch. respon. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 30. num. 9. & 11. Buratt. decis. 307. num. 5. & 6. quicquid sit in alijs casibus † in
22 quibus periculosum esse sub prætextu redimendi vexationes euitare simoniam, absque Beneplacito Apostolico dixit Rot. decis. 95. n. 3. vers. nec satisfacit par. 4. recent.

Metum tandem clarissimis probationibus
23 exaduerso † conuincendum Paris. de resignat. lib. 13. qu. 1. num. 181. Rot. decis. 343. num. 13. par. 6. recent. prorsus excludit † insignis pietas Emi-
24 nentiss. D. Card. Cibò, tunc Legati Vrbini coram quo cessio facta fuit Const. cons. 18. n. 44. Seraph. decis. 773. num. 17. Buratt. decis. 783. nu. 12. Quique laudabiliter publico bono de more
25 intentus cessionem † ad componendas harum partium inimicitias approbauit ad tradita per Sanch. cons. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 28. num. 2. Bonacc. de simon. disp. 1. q. 1. §. 1. n. 11.

Et hæc eo magis Martinotio Prioratus possessori suffragantur aduersus Flaminium qui nouissimè Prioratum impetrauit ex quo Laurentius habitu Clericali non incederet, quia

26 quia † cum prius propter homicidium idem Laurentius fuisset beneficio, vt supra per sententiam priuatus vsque de anno 1640. non potuit ex eiusdem persona ob subsequentem non incessum in habitu beneficium vacare, & obtineri *cap. susceptum de rescr. in 6. Sarnen. super reg. de infir. q. 35. nu. 3. Lotther. de re benef. lib. 3. q. 15 n. 8. Rot. decis. 562. n. 3. par. 2. recent. & in Melenitana Beneficii 25. Iunii 1649.* vbi agitur in specie de dimissione habitus Clericalis coram me, *Barbos. in punct. priuati ob delictum de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 14. n. 67.* ac ad obtinendam abso-
27 lutoriam † aduersus eumdem Flaminium ex eius non iure vincere sufficit Martinotio possessori *Cassad. decis. 3. nu. 5. de restit. spol. & decis. 7. num. 9. super reg. Cancell. Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 42. num. 25.*

Et ita decisum vtraq; parte informante.

ROMANA HAEREDITATIS DE GRATIANIS.

Lunæ 26. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Res litigiosa an & quando fauore dotis alienari possit? plenè in decisione discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei litigiosæ prohibita est, alias litigiosi vitium transit in singularem successorem.*
2 *Executio recta via fieri potest contra tertium possessorem, in quem Res litigiosa transijt.*
3 *Limita conclusionem non procedere fauore dotis siue agatur de dote restituenda siue constituenda.*
4 *Fallit primò si alienans habeat alia bona, ex quibus dotem soluere posset, nam ratio publicæ vtilitatis, vel necessitatis cui dicta limitatio innititur non militat nisi in necessitate præcisa, non autem causatiua.*
5 *Fallit secundò quando non agitur de bonis eius qui dotare tenebatur, nam fauor publicæ vtilitatis applicari solum potest in bonis debitoris, non autem tertij, contra quem nulla competit actio nisi insubsidium, & dos solui non debet de bonis alienis in præiudicium veri Domini.*
6 *Contra primam fallentiam affertur* decis. 281. Vrgellen. *vbi reprobata opinione Cephali firmat quod* lex final. *fauore dotis indistinctè loquitur, & procedit quamuis alia bona suppetant. Contrarium firmatur num. 12. 13. & 14.*
7 *Legatum rei litigiosæ valet, etiamsi alia bona existant, declara vt num. 15. & 17.*
8 *Reipublicæ interest dotes solui, vt mulieres facilius nubant.*
9 *Contra secundam fallentiam affertur quod exceptio alienationis ex causa dotis intelligenda est secundũ ipsius prohibitionis latitudinem, & sic de bonis solutioni dotis non obnoxijs, & quorum dominium non spectat ad debitorem alienantem Contrarium num. 18. & seqq.*
10 *Vitium litigiosi in quibus bonis cadit?*
11 *Patruus tenetur dotare neptem bonis ascendentium non extantibus, & existentia probanda non est à possessore.*
12 Decis. Vrgellen. 281. *declaratur.*
13 *Dotis fauor ab Imperatore contemplatus ob necessitatem, vel vtilitatem Reipublicæ operari non debet, nisi quatenus vtilitas, vel necessitas exposcit.*
14 *In prohibitione alienationis rei litigiosæ exceptio dotis intelligenda est, quatenus alia bona non adsint.*
15 *Legatum rei litigiosæ quare valet etiamsi alia bona existant?*
16 *Falcidia detractio competit hæredi ex legatis.*
17 *Inter legatum, & dotem dum diuersitas rationis viget non intrat regula pariformis determinationis vtriusque determinabilis.*
18 Lex final. C. de litig. *indistinctè loquens de dote, & de bonis litigiosis restringenda est quod fieri potest ad terminos rationis à legislatore contemplatæ, qui non præsumitur voluisse præiudicare dominio tertij.*
Litigiosa bona proprie dicuntur, vbi alterius dominium est in iudicium deductum ibid.
19 *Lex non præsumitur quod velit vni fauere cum læsione alterius.*
20 *Ratio motiua Authenticæ* Res quæ C. communia de legatis *fuit fauor dotis, & publica vtilitas.*
21 *Dicta tamen ratio efficere nequit, quod pro dote alienari possint bona eius, qui dotare non tenetur.*
22 *Patruus non tenetur dotare, quando Bona patris, vel matris existunt.*
23 *Contra tertium possessorem rei litigiosæ nouus processus conficiendus est in prosecutione Iudicij executiui, & pro conficiendo nouo processu quæ requirantur?*
24 *Dotis exceptio in* l. final. C. de litig. *non prodest, nisi ad effectum euitandi pœnas in eadem leg. Comminatas contra alienantem rem litigiosam, non autem euadendi vitium litigiosi, quod in acquirentem transit.*
25 *Vitium litigiosi non obstat quando alienatio fit ex causa necessaria, & ideò contra acquirentem agendum est via ordinaria.*
26 *Alienatio lite pendête facta ex causa dotis substinetur, quia in dote non datur vitium litigiosi.*
27 *Alienatio rei litigiosæ non solum est prohibita ratione fraudis, sed ne effectus rei iudicatæ reddatur elusorius, & deterior efficiatur conditio litigantis.*

DECISIO CCCCLXXIII.

1 Apertissima est prohibitio legis ne res litigiosa † alienetur, & alioquin litigiosi vitium transeat in singularem successorem vt habetur in *l. fin. C. litigios. ibique notant Doct. omnes ac tradit Gratian. discep. 602. per tot. vbi signanter nu. 37.* infert posse ideò executionem
2 fieri † recta via contra tertium possessorem *à Ponte cons. 101. num. 5. lib. 2. Trentacinque cons. 1. num. 88. lib. 2. aliique allegati à Moder. Panormit. in consuet. Panorm. cap. 22. num. 27. & à Moderno Perolinien. de Pignor. lib. 1. quæst. 18. num. 24.*

3 Limitationi autem desumptæ † ex vltima parte *dictæ l. fin.* fauore dotis, ibi, *exceptis huius sanctionis dispositione ijs qui vel dotis nomine, &c.* quam locum habere siue agatur de dote restituẽda siue constituẽ tradit post alios *Gallon.*

lon.de Pace conf.35.nu.4. duas informantes pro
Franc. Gratiano actore obiecerunt fallentias.
Alteram quando alienans habebat alia bo-
4 na † ex quibus dotem soluere posset vt vide-
tur sensisse *Sicard.in ead.l.fin.sub num.21. ibi &*
fortasses non habet ità multa alia bona vel non ha-
bet alia Cod.litigiof.Cephal.conf.64.nu.10. & seqq.
vbi dicit rationem, quia ratio publicę vtili-
tatis vel necessitatis cui dicta limitatio inni-
titur non militat nisi in necessitate pręcisa,
vnde nec sufficit causatiua ex *tex.in l. alienatio-*
nes ff. famil. ercisc.l.1. post princ.ff.fund. dotali.
Alteram quando non agitur de bonis eius
5 qui dotare tenebatur, † vel à quibus alias dos
extrahi deberet; nam fauor publicæ vtilitatis
ab Imperatore spectatus aplicari solum po-
test in bonis debitoris, non autem tertij con-
tra quæ nulla potest actio neque in subsidiū
competere, & nusquam à lege indultum do-
tibus reperitur quod solui possint de bonis
alienis in præiudicium veri Domini, vt per
Bald.Nouell.de dot.par.11.priuileg.1.num.23.inter
tract.diuerf. tom.9.fol 259.
Aduersus primam fallentiam exaduerso
6 afferebatur † decisio *Rot. 281. coram bon. mem.*
Vrgellensi vbi sub num. 9. reprobata opinione
Cephali loc.sup.alleg. vtpotè nullo fundamento
nixa firmatur præfatam limitationem *l.final.*
ad dotis fauorem procedere, quamuis alia bo-
na suppetant; nam lex indistinctè loquitur,
& sicuti absurdum esset dicere legatum rei
7 litigiosæ † quod pariter in eadem limitatione
comprehenditur ibi, *vel per legati, &c.* non
valere si adsint alia bona testatoris, ità idem
asserere de alienatione ex causa dotis, cuius
fauor sub eadem legis determinatione com-
prehenditur ad *tex. in l. iam hoc iure ff. vulg. &*
pupill. Imò fauore legati est maior cum Rei-
8 publicæ intersit † solui dotes, & mulieres fa-
cilius nubere *l. 1. ff. sol. matrim. & in terminis*
Natt.conf.401.num.1.
Secunda pariter fallentia impugnabatur
9 quia exceptuatio alienationis † ex causa do-
tis quam Imperator *in dicta l.fin.* adijecit post
generalem prohibitionem alienationis rei li-
tigiosæ, intelligenda est secundum ipsius pro-
hibitionis ac regulæ latitudinem *l. sed an vl-*
tro §.1.ff.neggest. Becc.conf.153.nu.11.Ciriac.contr.
207.num.21.Surd.dec.124.num.13. & sic de bo-
nis solutioni dotis non obnoxijs, & quorum
dominium non spectaret ad debitorem alie-
nantem sed ab alio fuisset in iudicium dedu-
10 ctum, in quibus † verè cadit vitium litigio-
si *Auth.litigiosa Cod.litigiof.Compostell.in cap.cum*
M. Ferrarien. numer.20. de Constit.Rot.decif.173.
num 5.& seqq.par.7.recent.cum alij alleg.ab add.ad
Buratt.decif.927. num.24. & in terminis ad ef-
fectum ne possint alienari *Capic.Latro dec.170.*
num.69.lib.2. Vltra quod in casu nostro è bo-
nis alienatis, quamuis proueniant à patruo
11 dos extrahi poterat † quia etiam patruus do-
tare neptem tenetur bonis ascendentium
non existentibus *Rot.decif.30.num.8. par.7. rec.*
quorum non existentia probanda non est à
possessore *Rot.coram Mart. Andr.dec.8.num.5.&*
seqq. cum alijs allegatis in Auximana fideicommissi
31.Ianuarij 1642.§. & ratio est coram Reuerendis-
simo D. meo Decano.
Verum replicando ad primum obiectum,
12 animaduerterunt Domini † in casu *decif.281.*
bon. mem. Vrgellen. non constitisse quod alia
bona non litigiosa debitor dotis possideret,
quodque idem *Vrgellen.num.8.& 9.* ex abbun-
danti, & forsan non ex mente Dominorum
subdidit attendendum non esse vt *dixit Rot.*
dec.97.num.78.par.5. recent. quia patitur maxi-
13 mam difficultatem cum fauor dotis † ab Im-
peratore contemplatus ob necessitatem vel
vtilitatem Reipublicæ operari non debeat
nisi quatenus exposcit eadem vtilitas vel ne-
cessitas *l. & si fine §. 1. ff. minor. Ias.in l.creditor*
numer.3. in tertia limit.ff. si cert pet.Dec.conf.403.
num.18.& 21.Decian.conf.20.num.89.lib.5.Surd.
de alim. tit.9. quæst.32.num.27.Giurb.ad Consuet.
Mess cap.14.gloss.6.num.3.Mastrill.in terminis d.l.
fin.decif.308.sub numer.4. ibi pro parua dote, &c.
14 vnde exceptuatio dotis † adiecta in *dicta l.fin.*
post generalem prohibitionem alienationis
rei litigiosæ, intelligenda est quatenus alia
bona non adsint, vt de permissione aliena-
tionis ex causa dotis adiecta ab homine post-
quam generalitèr alienationem prohibuerat
tradit *Castr.conf.64.num.4.lib.2.Alex.Trentacinq.*
conf.12.nu.16.lib.1.Molin.de primogen.lib.4.cap.7.
num.2.Fusar.conf.135.n.4.conf.151.nu.10.& 11.
& de subst.quæst.531.num.129.add. ad san.memor.
Greg.XV.decif.543.num.5. vbi allegat.concord.
Neque vrget simile de legato contextua-
15 liter *in d. l. fin.* exceptuato, † quia ratio sub-
sidij illi aplicabilis non est, cum semper sup-
16 ponat alia bona existere penes hæredem † cui
alias competeret ex ipso legato detractio *fal-*
cidiæ §.1.& tot.tit.inst.de leg.falcid.l.1.& seqq.ff.
17 *ad leg.falcid.* & stante diuersitate rationis † in-
ter legatum, & dotem non intrat regula pa-
riformis determinationis vtriusque determi-
nabilis *Diaz. de reg.Iur.reg.188. limit.1. & inter*
reg. Iur. diuerf. tom. 1. lib.4.fol.320. col.2.verf.2.
quando esset Rimin. Iun. conf.50.numer.23.Fusar.
conf.184.sub num.85.
Minus obstat quod *dicta lex fin.* indistinctè
18 loquatur de dote, & de bonis litigiosis † quę
proprie dicuntur vbi alterius dominium est
in iudicium deductum, quia adhuc restrin-
genda est quo ad fieri potest ad terminos ra-
tionis à legislatore contemplata eiusdemq;
legislatoris mentem *l.scire §.aliud verf.sed & si*
ff. excusat.tut.l.milites agrum ff.re milit.Feder. de
Sen.conf.4.num.7.Oldrad.conf.9. num.3. qui non
præsumitur voluisse præiudicare dominio
tertij *l. nec auus Cod. emancip. liber. Liparol. in*
cap.1.nu.5.de Vassall. decrepit. Aetat.Card.Zabar.
conf. 35. numer. 7. vbi quod non præsumitur
19 quod lex † velit vni fauere cum lesione al-
terius *aliyque allegati à Moder.Neapol. controuerf.*
iur.lib.1.contr.2. sub num. 23. Non obstante fa-
uore dotis, & vtilitate publica ex inde resul-
tante, sicut in simili vtilitas huiusmodi quæ
fuit ratio motiua *Auth. vesque Cod. Comm. de*
20 *legat.* † vt aduertit *Rouit. conf.54.num.16.lib.1.*
21 non efficit † quod pro dote alienari possint
bona eius qui dotare non tenebatur *Bart. in*
d.Auth.

d. *Auth. resque nu.* 3. *Ias. ibid. num.* 32. *vers.* 2. *limita .ai lex. Trentacinq. cons.* 35. *num.* 27. *lib.* 1. *& cons.* 1. *sub nu.* 91. *vers. atque tenetur de feudo lib.* 2. *Maresc. var. resol. lib.* 2. *cap.* 69. *num.* 20. Et gratis dicitur ex his bonis prouenientibus à patruo dotem in subsidium solui potuisse; Cum imò adessent bona hæreditaria patris ac etiam ma-
22 tris† ad dotandam filiam obligatę magis quā patruus *Molin. de primogen. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 68. *Gomez. in leg.* 40. *Thaur. sub num.* 87. *vers.* 3. *notabiliter Rot. in Romana Pecuniaria de Querris* 26. *Iunij* 1624. *coram clar. mem. Coccino*.

Igitur ex vtraque fallentia simul iuncta Franciscus prosequendo iudicium immissionis intentatum contra Lelium ad bona, quæ nusquam fuerunt in dominio ipsius Lelij debitoris dotis, sed Octauij patris Francisci, potest mandatum de immittendo in eo iu-
23 dicio obtentum exequi cōtra Atauantem, † in quem lite pendente Lelius dicta bona alienauit; quo magis Atauante citato quod & admittit exaduerso allegata *decis. Vrgellen.* 281. *numer.* 3. ibi, *ea non citata, & sine noua processu*; hoc est non probato aliorum bonorum defectu, actoris dominio, quodque alienatio facta fuerit lite pendente in quibus consistit nouus processus faciendus in prosecutione Iudicij executiui contra tertium possessorem rei litigiosæ *Gab. cons.* 31. *num.* 20. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 319. *num.* 12. *&* 13. *Honded. cons.* 20. *num.* 48. *& seqq. lib.* 1. *Grat. discep.* 502. *numer.* 15. *facilius si vera esset opinio Io. Franc. à Ponte cons.* 101. *sub*
24 *num.* 7. *lib.* 2. vbi ait quod exceptuatio dotis † in *d. l. fin. Cod. litigios.* si rectè aduertatur non prodest nisi ad effectum euitandi pęnas in eadem lege comminatas contra alienantem rem litigiosam, non autem euadendi vitium litigiosi quin transeat in acquirentem; de quo tamen dubitari contingit per ea quæ tradit *Natt. cons.* 401. *nu.* 5. *Cartar. decis.* 35. *n.* 11.
25 firmantes vitium litigiosi† non obstare quādo alienatio fit ex causa necessaria, ideóque contra acquirentem agendum esse via ordinaria & magis in *terminis Massrill. dec.* 108. *n.* 3. ait substineri alienationem lite pendente fa-
26 ctam ex causa dotis, † quia in dote non datur vitium litigiosi.

Gratis tandem dicitur Franciscum nō habere de quo conqueratur ex quo ab Atauante in actu acquisitionis domus de qua agitur dimissa fuit alia domus ad Babbuinum, super qua ipse Franciscus immissionem obtinuit, & possessionem adeptus fuit, quia immissio ei concessa fuit & possessio acquisita super sola medietate ad Ottauiū eius patruum spectante vt in Sum. Atauantis num. 4.

Qua propter omisso fundamento fraudis, & simulationis quæ ex nouiter deductis sublata videbatur DD. vtraque parte informante steterunt in decisis ex capite litigiosi, quod suffragatur etiam semota fraude, quia vt ponderat *Cap. Latro decis.* 170. *num.* 70. *lib.* 2. alienatio
27 rei litigiosæ, † non solum est prohibita ratione fraudis, sed ne effectus rei indicatæ, & sententia reddatur elusoria, ne ve deterior efficiatur conditio litigantis.

CRACOVIEN IVRIS RESPONDENDI

Merc. 28. *Iunij* 1651.

ARGVMENTVM.

In hac decisione plenè discutitur, ac firmatur Iurisdictio omnimoda Rectoris Academiæ Cracouiensis priuatiue quoad Episcopum, & respondetur in contrarium adductis. Conseruatori priuilegiorum nulla competit Iurisdictio contentiosa contra Rebelles, & violatores priuilegiorum; & solum eius facultas est restricta in casu iniuriæ, seu violentiæ cōtra priuilegia.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ tenor debet attendi ad dignoscendum contra quem principaliter Iudicium fuit directum.*

2 *Iurisdictio omnimoda Academiæ Cracouiensis non residet penès Episcopum vti Cancellarium, sed penès Rectorem ac professores, & num.* 7.

3 *Iurisdictio prædicta probatur ex quam plurimis admissionibus per spatium longissimi temporis secutis, quæ saltim nouum titulum tribuunt ac præscriptionem contra Episcopum.*

4 *Scientia, & patientia Episcopi requiritur quando agitur de inducenda contra ipsum aliqua præscriptione.*

5 *Scientia, & patientia præsumitur ex actuum multiplicitate ac temporis diuturnitate.*

6 *Approbatio Iuris alterius resultat ex scientia, & patientia.*

7 *Statutum Academiæ Cracouiensis tribuit Rectori Regimen, ac Iurisdictionem priuatiue quoad Episcopum, & num.* 8.

8 *Iurisdictio censetur data priuatiue non cumulatiue quando constat de mente concedentis ibid. & n.* 13.

9 *Statutum à Sede Apostolica confirmatum afficit omnes successores.*

10 *Confirmatio Apostolica præsumitur ex cursu longissimi temporis cum obseruantia.*

11 *Constitutio san. mem. Vrbani VIII. super præiudicialibus Iurium Ecclesiæ, locum non habet in Regno Poloniæ.*

12 *Iurisdictio regulariter non censetur concessa priuatiue ad concedentem vel habentem ordinariam qualis est Episcopus.*

13 *Declara conclusionem procedere in dubio, secus vbi ex tenore concessionis constat de mente concedentis priuatiue, & supradicto num.* 8.

14 *Iurisdictio priuatiua præscriptione acquiri potest.*

15 *Iurisdictio in vna specie haberi potest ab vno, & in alijs speciebus ab altero.*

16 *Præscriptio Iurisdictionis in casu speciali, & indiuiduo semper praualet.*

17 *Hortamentum, & consilium valdè differt à potestate.*

18 *Præscriptio nona inchoari, & compleri potest.*

19 *Præscriptio postquam est completa, actus contrarij gesti non nocent.*

20 *Ex processu in gradu appellationis non infertur quod procedens Iurisdictionem habeat in prima instantia.*

21 *An-*

21 *Augustus Cæsar constituit, quod ipse tantum autho-
re Iurisconsulti respondeant.*

22 *Academiæ Cracouiensis origo refertur à* Renat
Copin. de Deman. Franc. lib. 3. tit. 27. n. 20.

23 *Episcopus Cracouiensis ex statutis, & ordinatio-
nibus Regni habet solum potestatem circa examen
scholarium, quod ad officium Cancellarij spectat.*

24 *Conseruatori priuilegiorum censetur etiam tributa
contentiosa Iurisdictio contra transgressores pri-
uilegiorum, si sit constitutus cum facultate in re-
belles, & malefactores procedendi.*

25 *Iurisdictio contentiosa regulariter Conseruatoribus
nō competit nec de Iure Communi, nec per* Conc.
Tridentin. sess. 14. de reformat. cap. 5.

26 *Iurisdictio Conseruatorum fuit per Constitutionem
Gregor. XV. sublata.*

27 *Conseruator non potest procedere nisi in casu iniu-
riæ, seu violentiæ contra priuilegia.*

28 *Conseruatores non possunt cognoscere causas conser-
uatoriam non tangentes.*

29 *Conseruator debet Ius priuilegiati tueri quamuis
ex sola præscriptione ei competat.*

30 *Præceptum emissum ad propriam Iurisdictionem
præseruandam non sustinetur; quando non adest
Iurisdictio præseruabilis.*

31 *Præceptum emissum ex causis non subsistentibus
non tenet.*

32 *Disputationes materiales de rebus ad fidem spe-
ctantes exercitationis ingenij gratia Clericis sunt
permissæ.*

33 *Inhibitio potest impune sperni ob defectum Iuris-
dictionis in persona inhibentis.*

DECISIO CCCCLXXIV.

RITE, & rectè non fuisse à Reueren-
dissimo Domino Episcopo Cracouiæ
latam sententiam, qua Stanislaus Iurkouski
pronunciatur nulliter promotus ad respon-
dendum pro loco inter Sacræ Theologiæ Do-
ctores decisum fuit sub die 23. Ianuarij pro-
ximè preteriti, & iterum hodie.

Vrget enim defectus citationis ipsius Sta-
nislai, contra quem negari non potest fuisse
directū iudicium dum eius admissionem ad
respondendum nullam, eumdemque nulli-
ter promotum declaratum esse apparet ex te-
1 nore sententiæ † qui debet attendi *Corn. cōs. 10.
num. 3. lib. 4. Dec. cons. 28. num. 2. Seraph. decis. 452.
num. 1. Rot. in recent. decis. 79. num. 20. par. 5.*

2 Vrget quoq; defectus Iurisdictionis quę †
videlicet circa admissiones, & promotiones
huiusmodi, non residet penès Episcopum
Academiæ Cracouiensis Cancellarium, sed
penès Rectorem ac professores vniuersitatis,
3 vt constat † ex quam pluribus admissionibus
per bis centum ferè annos secutis, & conti-
nuatis, quibus priuilegia, statuta, Constitutio-
nes Synodales, Ordinationes exaduerso pon-
deratas ius hoc admittendi non comprehen-
dere declaratur, vel quatenus opus sit nouus
titulus constitutus fuit fauore Rectoris ac
vniuersitatis, idemque ius præscriptum con-
tra Episcopum *ex allegatis in prima decis. §.
pro vt.*

Neque deest scientia, & patientia Episco-
4 pi † adhuc effectum necessaria *Buratt. decis.
912. numer. 7.* Quia ex actuum multiplicita-
5 te † ac temporis diuturnitate præsumitur
*Innoc. in cap. bona il secundo num. 1. vers. quæritur
de postul. Prel. Abb. in cap. cum Ecclesia Sutrina
nu. 25. de caus. poss. & propr. Seraph. decis. 306. n. 5.
& 7. Rot. inter recent. dec. 225. nu. 4. par. 5. dec. 139.
num. 7. apud Moder. Perusinum de Manutent.* præ-
sertim quia aliquādo ad ipsius Episcopi præ-
ces Rector, & vniuersitas ad respondendum
admisit, & cum admisso dispensauit vt in
Summ. præteritæ positionis num. 11. litt. E.
quod ne dum conuincit Episcopi scientiam
& patientiam, sed vltro importat agnitionem
6 ac approbationem † iuris à Rectore, & vni-
uersitate exerciti *cap. ex ore vers. per hoc de his
quæ fiunt à Maior. part. cap. Dec. cons. 206. numer. 7.
vers. vbi exhibens Rot. in Treueren. Archidiaconatus
13. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Cerro.*

Quo magis attento statuto antiquissimo
7 anni 1422. † quo Albertus tunc Cracouiæ
Episcopus consensit vt Rector Vniuersitatis,
qui pro tempore fuerit cum tribus Decanis
facultatum Theologiæ, &c. habeant Regi-
men, & Ordinationem omnimodam Vni-
uersitatis, ità quod eorum dispositioni ste-
tur in omnibus quæ fuerint expedienda. Et
8 hic ponderandum est quod statutum † lo-
quitur de Regimine ac Iurisdictione priua-
tiue ad Episcopum vt demonstrat tum ver-
bum *omnimoda ex allegatis in 1. decis. §. eo minus
quibus additur Buratt. loquens in puncto contra Epi-
scopum decis. 912. nu. 6.* tùm subsequens reser-
uatio ibidem adiecta recursus ad Episcopum
in causis beneficialibus, quoties Rector ac
Decani fuissent discordes; exinde namque
resultat clara statuentium voluntas Iurisdi-
ctionem priuatiue ad Episcopum conceden-
di Rectori quo ad ius admittendi ad respon-
siones in dicta reseruatione non comprehen-
sum vt ad propositū ponderauit *Rot. dec. 121.
num. 3. decis. 189. num. 2. dec. 669. nu. 2. in fin. par. 1.
recent. & in Miranden. Pensionis 23. Martij 1620.
coram clar. mem. Cardinali Verospio Seniori.*

Et de Statuti Validitate, seu quod afficiat
9 Episcopos successores, † dubitari non potest,
quia adest confirmatio Apostolica expressa
generaliter, & in hoc iure admittendi ad res-
10 ponsiones particulariter præsumpta † ex su-
pradicta longissimi temporis obseruantia *Se-
raph. decis. 1080. num. 7. add. ad san. me. Greg. XV.
decis. 354. num. 18.* quę adhunc effectum suffra-
gatur non obstante constitutione *fel. record.
Vrbano VIII. super praiudicialibus iurium Eccle-
11 siæ,* † quia eam non habere locum in Regno
Poloniæ decisum fuit in *Vladislauien. manuten-
tionis 5. Iunij 1648. coram Reuerendissimo Terra-
nensi.*

Non obstat quod Iurisdictio non censea-
12 tur inferiori † concessa priuatiue ad conce-
dentem vel habentem ordinariam qualis est
Episcopus *Ias. in l. quod in rerum §. si quis nu. 8.
ff. leg. 1. Felin. in cap. Pastoralis nu. 2. de offic. Ordin.
Gramm. decis. 30. num. 1. Buratt. decis. 912. numer. 4.*
13 Quia hoc procedit in dubio, † secus vbi vt
in casu nostro ex tenore concessionis con-
stat

ſtat de mente concedendi priuatiue *Felin. in d. cap. Paſtoralis col.3. in 1. limit. Roman. conſ. 393. vbi add. litt. A. Ferrett. conſ. 142. num. 15. in princ. lib. 1. Rot. deciſ. 121. num. 3. par. 1. recent.* Et ſufficit Rectori ac Vniuerſitati Iuriſdictionem ac-
14 quiſiuiſſe † mediante præſcriptione. vt ea competat priuatiue *Felin. in dicto cap. Paſtoralis num. 5. in 8. limit. Ferrett. d. conſ. 142. numer. 13. Menoch. præſump. 18. nu. 24 lib. 2. relatus à Moder. Auenionen. Reſolut. Canon. & Ciuil. lib. 1. cap. 60. numer. 14.*

Actus verò Iuriſdictionis ab Epiſcopo vt prætenditur geſti, quo ad reformationem ſtudij vel alij, qui hoc ius admittendi ad reſpondendum non reſpiciant, ſiuè etiam priuilegia, & Conſtitutiones: quicquid ſit an probent generalitèr competere Epiſcopo Iuriſdictionem in hac Vniuerſitate, quod quatenus opus fuerit cognoſci apportunius poterit, ſanè non excludunt quin Rectori, & Vniuerſitati quæſita fuerit poteſtas priuatiue admittendi ad reſponſiones, cum non repu-
15 gnet quod vnus † habeat Iuriſdictionem in vna ſpecie, & alter in alijs *Rot. deciſ. 310. n. 10. deciſ. 321. num. 26. & ſeqq. deciſ. 509. num. 7. inter impreſſ. apud Moder. Peruſ. de Manut. relat. ab eod. Moder. obſer. 72 numer. 18.* Et ſemper præualeat
16 præſcriptio Iuriſdictionis † probata in caſu indiuiduo de quo agitur vt debet *Socc. Sen. conſ. 187. num. 21. lib. 2. Aym. conſ. 96. num. 4. Natt. conſ. 636. numer. 130. & 133. Rot. apud Moder. de Manut. dec. 667. num. 18.*

Solum hoc ius admittendi percutiunt epiſtolæ Cardinalis Friderici Epiſcopi Cracouienſis de anno 1496. & 97. ac duo alij actus geſti ab Epiſcopo Tybiski anno 1616. dati in Summ. Promotoris Fiſcalis numer. 11. Sed Epiſtolarum prima præſefert dumtaxat hor-
17 tamentum, & Conſilium † quod valde differt à poteſtate, vt poſt *Cuiacc. ad l. 1. ff. offic. eius in 1. lib quæſt. Papiniani obſeruauit Bellon. de mand. Iuriſd. cap. 8. quæſt. 4. num. 18.* Altera non probatur effectum ſortita, cumque Cardinalis Fridericus eſſet filius Regis, & ex hoc capite illi Vniuerſitas obſequentior, Epiſtolæ huiuſmodi eo minus ſuffragari poſſunt Epiſcopis ſucceſſoribus; præſertim quia ante & poſt Vniuerſitas hanc poteſtatem exercuit longiſſimo tempore, quo in omnem euentum etiam poſt dictas Epiſtolas noua præ-
18 ſcriptio † inchoata, & completa fuiſſet, vt per *Didacum in reg. poſſeſſor §. 12. nu. 7. Grat. diſcep. 2. num. 46. & ſeqq. vbi allegat. concordantes.*

Queque bis geſſit Epiſcopus Tybiski de anno 1616. non nocent præſcriptioni longè
19 ante completæ † ad fauorem Vniuerſitatis *Abb. in cap. auditis num. 10. in vlt. notab. per illum tex. de præſcrip. Felin. in cap. illud num. 13. eod. tit. Rot. deciſ. 345. num. 9. par. 1. recent.* Præterquod tunc Epiſcopus proceſſit in gradu appellationis, ibi, *appellantium à decreto Rectoris, &c.* vn-
20 de inferri non poteſt † quod habeat Iuriſdictionem in prima inſtantia *Gloſſ. in cap. ad reprimendum verb. ſuſpendetur in fin. de offic. ordin. Abb. ibid. num. 6. Surd. conſ. 223. ſub numer. 30. cum alijs allegatis per Moder. Auenionenſem in tract. de Prauent. tom. 2. par. 2. cap. 8. numer. 2. & 3. cap. 59. num. 48. & 49.* Et quod plus eſt hi actus non habuerunt effectum, & alterius ex illis emanati in cauſa Matthiæ Bloſij ineffectuatio apparet, quia eadem cauſa fuit poſtmodum de anno 1625. terminata à Rectore ac Vniuerſitate ipſo Epiſcopo Cracouiæ deprecante, vt legitur in Summario præteritæ poſitionis pro Stanislao ſub num. 12. litt. E.

Tandem non obſtat quod Auguſtus Ce-
21 ſar † conſtituerit quod ipſo tantum authore Iuriſconſulti reſponderent, vt tradit *Renatus Coppinus de Domanio Franciæ lib. 3. tit. 27. qui*
22 *num. 20.* † refert originem Achademiæ Cracouienſis; nam in ſecunda parte verbum nõ facit de re noſtra, & in prima loquitur de iure interpetrandi leges in publicis gimnaſijs de tempore Ceſaris Auguſti, cuius ſuprema poteſtas nullibi apparet tranſlata in Epiſcopum Cracouiæ, qui imò ex ſtatutis, & ordi-
23 nationibus Regni † habet ſolum poteſtatem circa examen ſcholarium quod ad officium Cancellarij ſpectare tradit poſt *Io: de Platea in l. magiſtros Cod. profeſſ. & Medic. lib 10. Rebuff de priuileg. Scolar. priuileg. 87. Salon. de Pace conſ. 47. num. 13.*

Et quamuis in præcitatis priuilegijs Epiſcopus Cracouiæ illorum conſeruator perpetuus conſtituatur cum facultate in rebel-
24 les, & malefactores procedendi, ob quam † cenſetur conſeruatori conceſſa etiam contentioſa Iuriſdictio contra priuilegiorum traſgreſſores *Io: Andr. in cap. 1. num. 6. verſ. ſi ergo, & ibi Hoſtien. num. 14. de off. deleg. in 6. Rot. deciſ. 616.*
25 *num. 4. par. 2. recent.* quæ regulariter † Conſeruatoribus non competit *d. cap. 1. de off. deleg. nec per Concilium Tridentinum, ſeſſ. 14. de reform. cap. 5.*
26 *aut per conſt. fel. record. Greg. XV.* † fuit ſublata *vt notat Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 106. num. 17. & dixit Rot. deciſ. 49. nu. 15. par. 7. rec. & in Colonien. Iuriſdictionis 7. Maij 1646. coram R. P. D. meo Corrado inter impreſſ. poſt mod. Auenionen. de Prauent. deciſ. 1. num. 10. & 11.*

In caſu noſtro nulla adfuit occaſio conſeruandi priuilegia Vniuerſitatis quia nulla præceſſit violentia aut iniuria contra priuile-
27 gia de qua debuiſſet ante omnia doceri † vt Conſeruator hoc nomine poſſet procedere *Gloſſ. in d. cap. 1. verb. Conſeruatores, & ibid. Monach. num. 3. & 5. Anchar. num. 5. Azzor. Inſt. moral. par. 2. lib. 5. cap. 35. quæſt. 7. Molin. de Iuſt. & Iur. tom. 6. diſput. 29. num. 2. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 106. num. 18.* Et re vera Epiſcopum neq; cogitaſſe de priuilegijs conſeruandis, demonſtrant verba præcepti ab eo editi cum non præceperit ne admitteretur Stanislaus vel certa alia perſona eo quod non haberet qualitates in priuilegijs à ſtatutis requiſitas, quæ in Stanislao non deerant, ſed indefinite omnium admiſſionẽ prohibuerit certis de cauſis animum ſuum mouentibus donec à Comitijs rediret, quod ne dum ad priuilegiorum
28 vniuerſitatis conſeruationem non tendit, † ſed deſtruit ius ac priuilegium admittendi ad reſponſiones ex eiſdem ſtatutis, & longiſſima præſcriptione Vniuerſitati quæſitum,

O quod

quod Conseruatori non licuit, vt pondera-
uit Rota in *Toletana Iurisdictionis* 28. *Febr.* 1604
coram Cardinali Lancellotto Seniori impress. apud
March. de commiss. par. 1. fol. 144. num. 2. vers. tanto
29 *magis*, quin potius partes ipsius erant † tueri
Vniuersitatem in hoc Iure quamuis ex sola
præscriptione competeret *Cockier. de conser-*
uat. Eccles. par. 2. qu. 50. n. 2.
Ex quibus nec substineri possit idem præ-
30 ceptum † vti emissum ad propriam Iurisdi-
ctionem præseruandam ad tradita per *Lan-*
cellott. de attent. par. 2. cap. 20. in præfat. nu. 9. vers.
ad Iurisdictionem conseruandam Mandos. de inhibit.
quæst. 51. sub num. 3. vers. ordinarius item Barbos.
de potest. Episc. alleg. 106. *sub num.* 24. Quia non
ad erat Iurisdictio præseruabilis; Cumque
31 præceptum emanauerit † ex alijs causis, vt
ibi legitur quæ non subsistunt, ex hac ibi non
expressa non tenet *Chokier. de conseruat. d. par. 2*
qu. 127. num. 6.
Vltra nullitates vrget quoque sententia-
rum iniustitia, quia materiales disputationes
32 de rebus † ad fidem spectantibus exercitatio-
nis ingenij gratia Clericis permissæ sunt, *ex*
alleg. in prima decisione §. iniustitia; Cumque
quæstiones pro responsione propositæ nihil
continerent Sacrosanctæ fidei Catholicæ re-
pugnans non intrat dispositio *Sac. Conc. Trid.*
sess. 25. de reform. cap. 2.
Quæ nullitatis ex defectu Iurisdictionis,
& iniustitiæ capita inficiunt etiam sententiã
latam contra Gabriellem Ochocki tanquam
transgressorem supra memorati præcepti, &
& inhibitionis Domini Episcopi, quia po-
33 tuit impunè contemni † ob carentiam po-
testatis in persona inhibentis, vt comprobat
prima decisio §. fin. cum vt supra dicebatur
omnimoda potestas circa Ius admittendi ad
responsiones, de quo hodie strictè agitur,
quicquid sit in reliquis de quibus poterit
suo loco videri spectet ad Rectorem, &
Vniuersitatem. Et ad petendam absolutio-
nem à Censuris per dictam sententiam illa-
tis, quibus artibus idem Gabriel allectus
fuerit, & quibus præseruatiuis appellationis
iam interpositæ, constat ex datis in Summa-
rio Stanislai, & litis consortum num. 15.
Et ita decisum vtraque parte informante.

PERVSINA SVFFRAGIORVM.

Mercurij 28. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Compulsoriæ speciali, vt locus sit quænam requirantur? Iura quæ compulsari petuntur, si compulsari valent mediante compulsoria generali, non est concedenda compulsoria specialis, præsertim quando adest suspicio, quod illa petitur animo diffendi causæ expeditionem.

SVMMARIVM.

1 *Compulsoria specialis, vt concedenda veniat tria requiruntur nempè existentia scripturæ compulsandæ, eiusque releuantia, quodque omnis absit suspicio calumniæ.*

2 *Ad existentiam, ac releuantiam scripturæ compulsandæ probandam oportet exemplum scripturæ extraiudicialitèr extractum coram Iudice à quo compulsoria petitur produci.*

3 *Compulsoria petitio differt à petitione exhibitionis nam in iudicio exhibitionis sufficit qualibet probatio interesse, & præsumptio existentiæ scripturæ penes eum qui ex officio custodire tenetur, & num. 4.*

5 *Releuantia scripturarum compulsandarum ex quibus cesset?*
Compulsoria specialis concedenda non est, quando non releuat, ibid.

6 *Decisiones Rotales iuxtà Stylum supponendæ sunt.*

7 *Scripturæ compulsandæ, si extrahi valent mediante compulsoria generali concedi non debet compulsoria specialis, præsertim si suspicari contingit quod illa petitur ad differendam causæ expeditionem.*

8 *Manutentio datur hodie mihi, cras tibi.*

9 *Compulsoria specialis non datur ad retardandum possessorium summaryssimum, quemadmodum nec etiam datur remissoria.*

10 *Compulsoria specialis pari passu ambulat cum remissoria.*

DECISIO CCCCLXXV.

TRIA copulatiuè requiri pro obtinen-
1 da compulsoria speciali † nempè, quod
constet de existentia scripturæ compulsandæ
eiusque releuantia, quodque omnis absit ca-
lumniæ suspicio tradit *Vestr. in prax. lib. 6. cap. 1*
num. 12. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 840. &
seqq. & dixit *Rot. decis. 555. num. 1. coram bo. me.*
Buratt. dec. 597. per tot. coram b. me. Penia dec. 376
num. 1. coram bo. me. Vrgellensi, & in Romana Suc-
cessionis 4. Iulij 1642. coram Reuerendissimo Sala-
mantino.
In quibus decisionibus vltrò firmatur,
2 quod ad probandam existentiam, † ac rele-
uantiam scripturæ eius exemplum extraiu-
dicialitèr extractum coram Iudice à quo cõ-
pulsoria petitur produci necesse est. Et in
3 hoc differt petitio compulsoriæ † à petitione
exhibitionis, in qua sufficit qualibet proba-
tio interesse, & præsumptio existentiæ scrip-
turæ penes reum conuentum, qui eam cu-
stodire tenebatur *glos. in clem. 1. §. cæterum verb.*
compellen. de vsur. Imol. ibid. num. 21. Menoch. præ-
sumpt. 61. num. 10. lib. 6. add. ad Greg. XV. dec. 129.
num. 8. cum alijs alleg. per add. ad Buratt. decis. 278.
4 *num. 13.* Esseque has petitiones † inter se di-
uersas apparet ex traditis per *Moder. Cesenaten.*
de citat. tom. 3. cap. 13. n. 244.
In casu verò nostro informantes pro Do-
mino Priore Claustrali, cuius nomine com-
pulsoria specialis petitur, exhibuerunt dum-
taxat fides extraiudiciales de solito conficiẽ-
di

di scripturas super electionibus Rectoris Sapientiæ Nouæ singulis annis, vel biennijs fieri consuetis, easdemque scripturas asseruandi in Archiuio subiecto potestati Dominorũ Consulum Mercaturæ; vnde quia hodie non est quæstio, an electiones sint faciendæ sed circa modum suffragandi, an scilicèt per capita, de quo exaduerso nullus datur fumus vt ex prædictis necesse est educi non valeat
5 earumdem † scripturarum releuantia, vt in proximis terminis respondit *decis.216.num.1. & 3. apud Mant.* imò pro Consulibus militare quasi possessionem votandi in capita constat ex actibus ponderatis in decisione huius causæ super manutentione votandi in capita sub die 13. Iunij 1650. quæ iuxtà stylum hu-
6 ius Sacri Tribunalis† supponenda est *Buratt. decis.596.num.1. decis.857.num.4. Rot. decis.604. num.4.par.5.recent.* & fuit dictum *in Valentina Rectoria 17. Martij præteriti coram me.*

Nil facit decretum anni 1529. disponens in Rectorem eligi vnum ex RR. Canonicis Ecclesiæ Perusinæ, itaut soli Consules Canonicum creandum nominent Prior decretum interponat, ipseque inuicem vnum ex Collegio Mercatorum in V. Rectorem Consulibus proponat, qui à Consulibus confirmetur *Summ. Prioris num.3.* Nàm præter quod hoc respicit petitorium, & multa adducuntur ad probandam eiusdem decreti inobseruantiã opportuniùs suo loco discutiendam.

Superflua est eiusdem decreti compulsatio quia illud Domini Consules admittũt, cumque idem decretum, necnon aliæ scripturæ electionum asseruatæ iuxtà sensum partis aduersæ in præfato Archiuio, ad quod aditum habere non minus Priorem, quàm Cõsules ex fide Notarij data *in Summ. Consulum num.1.* & ex alijs electionibus hactenus ex eodem Archiuio extractis, & in hoc Iudicio productis apparet possint extrahi mediãtibus
7 compulsorijs generalibus, † valdè suspicari contingit, quod compulsoria specialis petatur animo solùm differendi imminentem expeditionem mandati de manutenendo Consulibus debiti, vt in terminis ponderauit *Rot. d. decis.376. coram bo.me. Vrgellen. num.7. & in dicta Romana Successionis 4. Iulij 1642. §. præterea coram Reuerendiss. Salamantino.*

Quapropter disputato hodie particulari dubio, an sit concedenda compulsoria specialis negatiuè responsum fuit vtraque parte informante; præsertim quia agitur de terminando summarijssimo possessorio, quod est
8 leuis præiudicij, cum hodie † detur mihi, cras tibi, prout quisque probauerit, & quoniam est celeris expeditionis etiam ne interim gubernium, & regimen Sapientiæ Nouæ ob carentiam Rectoris detrimentum pa-
9 tiatur retardandum non est † per compulsoriam specialem, non secus ac per remissoriã *Rota decis.250. num.4. par.5. recent.* cum qua
10 pari passu ambulat † compulsoria specialis, *Buratt. decis.555. num.4. & 5. aliąque allegati in Vercellen. Decimarum 1. Iulij 1647. coram Me.*

INTERAMNEN. FIDEICOMMISSI.

Mercurij 28. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Statutum continuans possessionem defuncti in hæredem, non habet locum si ab alio medio tempore naturalis fuit interuersa, & occupata, & dubitatur de viribus Testamenti.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur anteriori possessori.*
2 *Possessionis anterioritas probatur ex appositione horæ.*
3 *Statutum Interamne de continuanda possessione in hæredem non suffragatur, si possessio naturalis post mortem possessoris fuit ab alio medio tempore apprehensa, & occupata.*
4 *Item locum non habet, quando dubitatur de viribus testamenti, quæ sola dubietas, donec pleniùs discutiatur, perimit beneficium Statuti continuatiui etiam in iudicio possessorio.*
5 *Iudex non priuat possessorem non citatum sua possessione.*

DECISIO CCCCLXXVI.

1 SEQVENDO receptissimam conclusionem, quod manutentio † datur possessori anteriori, de qua *Felin. in cap. licet causam. n.8 & 9. de probat. Surd. cons.168. nu.16. Rot. dec.225 num.1. decis.322. num.2. par.1. recent. & alias sepissimè.*

Domini censuerunt manutentionem cõpetere Ioseph Rosato, quia ex processu originali fol.7. & 11. apparet ipsum aliquorum corporum possessionem apprehendisse sub die 10. Iunii, aliorum sub die vltima eiusdem mensis anno 1648. E conuerso autem RR. PP. Discalciati Monasterij S. Valentini apprehenderunt possessionem eorumdem bonorum sub die 29. Iulij subsequentis, vt ocularitèr legitur in eod. processu fol.17. quicquid in contrarium informantes non sine doloso, aut saltèm negligenti mendacio dixerint *in Summ. Patrum num.3.* & tempus captæ possessionis, eiusque anterioritas benè
2 probatur † ex appositione horæ in vtroque Instrumento *Mohed. dec.12. num.2. de rest. spol. Buratt. decis.32. num.1. & 3. Duran. decis.29. nu.2.*

Neque P.P. Discalciatis venientibus tanquam hæredibus testamentarijs Andriæ suffragatur ad effectum manutentionis Statutũ Interamne de continuanda possessione in
3 hæredem. † Primò quia cùm ciuilissima possessio, ex qua statutaria continuatio procedit dicatur interuersa, si possessio naturalis post mortem possessoris ab alio capiatur antequã hæres illam apprehendat, cessat propterea eo casu, qui est casus noster, eadem continuatio, vt tradit *Cuman. in l. Pomponius §. quæsitum sub num.3. vers. ego dixi ff. acq. poss. Alex. cons.83. nu.3. lib.2. Dec. cons.467. nu.8. Paris. cons.1. n.158. lib.1. Gabr. de acq. poss. conclus.9. num.18. Rota decis.488.*

cis.488.num.3. coram bo.mem. Coccino decis.263. num.2.par.2.recentior.decis.480.num.4. & 5.inter impress.apud Moder. Perus. de manuten. & in Romana hæreditatis de Fuschis 21. Iunij 1619.coram bo.mem. Pirouano, in Valentina Rectoriæ 24. Maij 1647. §.recipit coram me.

Secundò quia dubitari contingit, an primum testamentum Andriæ, in quo P.P. Discalceati sunt hæredes scripti, fuerit reuocatum per posterius amplissimis clausulis derogatorijs conceptum; hæc enim dubie-
4 tas,† & quæuis exceptio pertinens ad petitionem bonorum donec pleniùs discutiatur habet perimere fictionem, & beneficium Statuti continuatiui,ne etiam in iudicio possessorio releuet, vt notabilitèr docet *Bald. consil.141.num.3.*vbi quod etiam de apicibus iuris debet disputari *lib.1. quem secuta est Rot. coram clar.mem.Coccino d.dec.488.num.12.dec.195 num.5.dec.499.num.8.apud Moder. d.tract.de manuten. cum alijs allegatis ab eodem Moder. ibidem obser.55.n.38.*

Non obstat nuperrima possessio à Patribus capta vigore mandati relaxati ab A. C. quia semper est posterior, nec A.C.priuauit
5 sua † anteriori possessione Rosatum ibi non legittimè citatum *cap.licet Episcopus de præben. cum vulgar.* & non fuisse legitimè citatum, firmauit *Rota in alia decisione huius causæ super attentatis, quæ iuxtà Stylum supponenda est.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

FIRMANA NVLLITATIS EXECVTIONIS.

Mercurij 28, Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Subhastatio, & deliberatio non seruatis solemnitatibus à Iure communi requisitis valida est, si apparet facta secundùm consuetudinem loci,cui in hac materia standum est. Remissoria ad probandam consuetudinem loci super forma seruanda in subhastationibus, & deliberationibus non denegatur, maximè quando fumus concurrit,& cessat suspicio calumniæ.

SVMMARIVM.

1 *Subhastatio,& deliberatio non præcedente citatione ad videndum subhastari, & deliberari nulla est.*
2 *Item nulla est, si apparet facta non presente pecunia, quæ est deforma in ipso actu deliberationis. Limita vt num.6.*
3 *Nec sufficit depositum factum ex interuallo, nam Iudex non potest hanc dilationem ad deponendum concedere.*
4 *Item nulla est, si tres oblatores non interuenerunt, vt de stylo A. C. requiritur in subhastationibus vigore eius mandatorum.*
5 *Item, si non fuit seruata forma statutorum loci, in quibus præscribitur modus faciēdi subhastationes. Statuta Montis Vlmi præscribunt certam formam seruandam in subhastationibus,& deliberationibus, ibid.*
6 *Deliberatio facta non præsente pecunia substinetur stante consensu Creditoris, cuius interesse cū præsentia pecuniæ concernat in actu deliberationis, potest hanc necessitatem remittere.*
7 *In subhastationibus faciendis Stylus, seù consuetudo loci seruanda est.*
8 *Solemnitates à Stylo inductæ subrogantur in locum solemnitatis de Iure communi.*
9 *Solemnitates Iuris communis possunt à consuetudine tolli, & abrogari.*
10 *Prout etiam solemnitates particularis statuti.*
11 *Stylus, seù consuetudo, cum sit quid facti probanda est ab allegante.*
12 *Stylus, seù consuetudo in eo quod est Iuri communi contrarium, vt suffragetur debet esse legitimè præscripta.*
13 *Remissoria in prophanis in qualibet instantia conceditur data releuantia etiam sine fumo.*
14 *Fumus ad effectum remissoriæ probatur ex fide, siuè attestatione extraiudiciali.*
15 *Remissoria non datur ad probandum per Testes, quod probari potest per scripturas.*
16 *Remissoria non datur ad probandum modum procedendi ad subhastationes, eo quod de actis iudiciarijs conficiuntur scripturæ.*
17 *Declara conclusionem procedere vbi ad subhastationes per acta iudicialia proceditur,secus si summariè, & absque tela iudiciaria iuxtà loci consuetudinem, tunc enim non melius, quàm testibus probatio fieri potest.*
18 *Consuetudo loci super forma seruanda in subhastationibus probatur per Testes.*
19 *Calumniæ suspicio ad effectum remissoriæ cessare dicitur, si illam petens est actor reus possidet, & causæ expeditio non imminet.*
20 *Remissoria cessante calumnia datur ad probandum per Testes, quod per scripturas probari potest, nam probatio ex scripturis suppleri, & roborari potest testibus.*
21 *Calumniæ suspicio cessat, si fumus concurrit.*
22 *Remissoria non debet concedi, quod potest probari per attestationem Officialium contrarium num. seqq.*
23 *Consuetudo contra Ius non probatur per attestationes, sed formitèr probanda est.*
24 *Remissoria non datur post rem iudicatam.*
25 *Fallit quando constat de releuantia, ac fumus concurrit,quo casu in gradu restitutionis in integrum nunquam denegatur.*

DECISIO CCCCLXXVII.

SVBHASTATIONI, ac deliberationi belluarum secutæ in Castro Montis Vlmi vigore mandati A.C. ad instantiam Roselli creditoris Gentilis Musetti plura defuerunt ad eius validitatem requisita, ob quæ idem A. C. ipsam reuocauit per suam diffi-
1 nitiuam sententiam. Defuit inquam † citatio ad videndum subhastari, & deliberari omninò necessaria ex dispositione Iuris cōmunis *in l.Creditor C. distract.pignor. l.debitores C.pignor.Rot.decis.476.num.4.vers.præterea par.2 recent.*

recent.decis.59.num.3.apud Moder.Perusin.de subhastat.
2 Item præsentia pecuniæ† quæ est de forma in ipso actu deliberationis iuxtà theor. *Bart. in l.vniuersa num.5.C.prec.imper.offeren. Bald. in rubr.C.rescind.vend.num.5. Felin.in cap.cum dilecta sub nu.6.vers.quartum signum de rescrip.* quam in his terminis secuta est *Rot. decis.23. num.2. coram san. mem. Gregor.XV.* Nam deliberatio emanauit die 12. Augusti 1640. prætium verò depositatum fuit die 18. Septembris
3 subsequentis, nec Iudex † potuit hanc dilationem ad deponendum concedere *Bart.in l. à Diuo Pio §.sed si emptor num.2.ff.re iudicat.Ias. ibid.num.2.* & fuit dictum *in Romana, seù Maceraten. Dotis 27. Iunij 1640. coram bo.mem. Pirouano.*
4 Tertiò non adfuerunt tres oblatores, † vt debuit de Stylo A. C. seruando in subhastationibus vigore eius mandatorum factis in partibus *Rot.decis.113.num.14.par.7. recent. & in Lauretana Domus 10. Iunij 1644. coram me, in Ariminen.fideicommissi 27. Martij 1645. coram R. P. D. meo Rojas.* Quin seruata neque fuit
5 forma Statutorum Montis Vlmi † certum tempus infrà quod belluæ deliberandæ sint, & modum subhastandi præscribentis, ac requirentis præsentiam Officialium, quos regulatores vocant, vt seruari debuisse, tradit *Grat.discept.479.num.17.& seqq. aliijque relati à Moder.Pisauriensi de subhast.quæst.27.num.8. & à Moder.Perusin.eod.tract.inspect.47.num.113.*
Harum nullitatum secunda tollebatur ex
6 consensu creditoris, † cuius interesse cum respiciat præsentia pecuniæ in actu deliberationis potuit ille hanc necessitatem remittere *Grat.discep.7.num.6.discep.326.num.5.Rot.decis.464.num.1.par.2.recent.decis.507.nu.3. par.3.*
Alijs verò replicabatur de illis curandum
7 non esse † stante Stylo loci vbi fuit facta subhastatio, quem satis fuit seruasse *Pappon. de Arrest.lib.13.tit.9. de vectigal. conduct. & licitat. arrest.1.Rot.dec.445.num.18.& seqq.* vbi dicitur ratio, quia solemnitates inductæ à Stylo, sub-
8 rogantur † in locum solemnitatis de Iure communi *coram b.m. Durano inter eius impress.*
9 & quia consuetudo abrogare potuit† solemnitates Iuris communis *Escobar.de ratioc.c.16 num.23.cum alijs alleg. à Moder.Pisaurien.de subhastat.qu.27.num.7.qu.59. num.12. & à Moderno Perusino eod.tract.inspect.9.num.4.inspect.24.n.13*
10 *& seqq.* eoque faciliùs solemnitates† particularis Statuti *Grat discep.375.numer.21. relatus à Moder.Perusin.d.inspect.24.n.36.*
Quoniam verò Stylus, seù consuetudo cũ
11 sit quid facti † probanda est ab allegante, *Surd.cons.74.num.13.cons.371.num.2. Buratt.decis.895.num.4.* & in eo quod est iuri commu-
12 ni contrarium, † prout est omissio citationis requiritur consuetudo præscripta *Maresc.var. resol.lib.2.cap.12.num.4.Put.decis.15.num.4.lib.3 in corr.Scappucc.de Saluian.Interd.lib.3. quæst.11. num.11.& 12.Buratt.decis.735.num.6.Rot.in Pisauren. Administrationis Montis 27. Iunij 1650. coram R.P.D. meo Cerro.*
Ideò in gradu appellationis à supramemorata sententia A.C. coram me interpositæ Rosellus produxit articulos continentes formam in hac subhastatione seruatam introductam fuisse antiquissima consuetudine quatraginta, & amplius annorum, nec adesse memoriam in contrarium, quod aliter processum fuerit, ac petijt desuper sibi concedi remissoriam, quæ disputato hodie particulari dubio, vt parte contradicente solet,
13 concedenda visa est; † nam releuantia articulorum ex prædictis apparet, & in quacunque instantia decernitur remissoria præsertim in profanis etiam sine fumo *Caputaq. decis.68.num.1.par.3.Cocc.decis.149.num.1.Rot.coram sa.me. Greg.XV.decis.403.num.3.& inter recent.decis.347.num.1.par.1.* faciliùs dato fumo
14 quem in casu nostro † præbet fides exhibita Curialium loci *Rot.decis.650.num.6.par.1. rec. dec 661.n.1.par.2.dec.381.n.27.par.4.tom.2.*
Non obstat, quod consuetudo huiusmodi probari possit per exhibitionem processuum in subhastationibus hactenùs factis compila-
15 torum, nec detur remissoria † ad probandũ per testes, quod potest probari per scripturam *Feli. in cap.1.num.4 de appellat. Egid.dec.9. num.1.* & in puncto quod non datur remissoria ad probandum modum procedendi ad
16 subhastationes, † quia de actis iudiciarijs conficiuntur scripturæ, fuit decisum *in Anconitana Prædij 26. Iunij 1643. coram me.*
Vrget enim obiectum, vbi ad subhastatio-
17 nes per acta iudiciaria deuenitur, † secus si absque tela iudiciali, ac summariè vt consuetum esse in Castro Montis Vlmi articulatum fuit, quia tunc non meliùs, quàm te-
18 stibus† probatio fieri potest, ac per testes consuetudinem hanc probari dixit *Rot. decis.34. nu.18.apud Moder.Perus.de subhast.qui inspect.24 num.5. allegat concord.* præsertim quia nulla concurrit suspicio calumniæ, cum petens
19 remissoriam sit actor, † reus possideat, causæ expeditio non immineat, & proximæ sint feriæ estiuæ, intra quas conquiescente super meritis causæ Iudicis officio examen complebitur absque aliquo præiudicio collitigantis, cessante enim suspicione calumniæ
20 dari† solet remissoria ad probandum per testes id quod posset probari per scripturas, quia probatio insurgens ex scripturis suppleri & roborari potest testium depositione *Cas.de Grass.decis.1.num.11. de dilat. Rota in Meleuitana pecuniaria 15. Maij 1620. coram bo.mem. Vbaldo Seniori in Bituntina damnorum, & interesse 18. Aprilis 1633.coram bo.me.Merlino impress.par.6. recent.decis.196.num.5.& 6.in Cesaraugustana distributionum 13. Martij 1643. coram R.P.D.meo Cerro, & in Romana, seù Veliterna Affictus 4. Iulij 1646. coram me*, vbi subditur quod cessat
21 omnis suspicio calumniæ† quando adest fumus, quod etiam dictum fuit *in Romana Societatis de Rotignis 6. Nouembris 1645.coram Reuerendissimo Terracinensi.* Quatenùs verò obijcitur non dari remissoriam super eo quod
22 potest † probari per attestationem officialis *Rot.decis.18.num.9.par.6. recent.* Respondetur
23 non sufficere eorum attestationes † in probanda

banda consuetudine contra ius *Maresc.var.resol.lib.2.cap.12.num.4. Buratt.decis.735.n.6.& 9 cum alijs supra alleg.*

Non obstat, quod post rem iudicatā non 24 detur† remissoria *Caput.dec.51.par.3.Rot. decis.406.sub num.2.par.2.rec.* Quia negatur res iudicata, & in omnem euentum constito, 25 de releuantia articulorum, † & dato sumo danda esset remissoria in gradu restitutionis in integrum *Rota decis.275.num.2. coram sa.me. Greg.XV.dec.381.n.6.par.4.tom.2.dec.526. n.18. & 19.par.4.tom.3.recent.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

MEDIOLANEN. BONORVM

Luna 31. Iulij 1651.

Argumentum desume ex Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Segetes in Vrbe ob impensas vecturæ, & gabellarum, & maiorem Populi affluentiam cariùs venduntur, quàm in forensibus.*

2 *Valor loci in quo fructus fuerunt recollecti attendi debet.*

3 *Testes de valore deponentes, si non sunt conformes tunc media via eligenda est.*

4 *Testis simplicitèr deponens circa valorem de prætio currenti intelligendus est de prætio in loco vbi fructus fuerunt recollecti.*

DECISIO CCCCLXXVIII.

QVANDO sub die 17. Martij anni currentis cognitus fuit excessus sententiæ in priori instantia latæ super liquidatione fructuum contra Dominos de Vicecomitibus calculatus fuit valor segetum iuxtà librum publicum nuncupatum Burletto, in quo prætia maiora,& minora singulis annis describuntur à Dominis de Bustijs actoribus productum,& iuncto prætio vini ad rationem mensurarum, quæ vocant Brentas 20. singulo anno constitutus totius temporis ab anno scilicèt 1631. inclusiuè vsque,& per totum annum 1640. redditus in libris 1504. 78. & 9. vt latius habetur in decisione coram me extensa sub d. die.

Postmodum informantes pro reis conuentis produxerunt alium librum pariter nuncupatum Burletto forense continentem segetum annuum prætium currens non in Vrbe, vt primus liber productus ab actoribus, sed in locis campestribus, qui attendi debet,quia agitur de valutandis fructibus recollectis in Prædio vocato Tiracoda distanti ab Vrbe Mediolani,cumque praxis ipsa doceat, quod cariùs veniunt segetes in Vrbe 1 ob impensas † vecturæ, gabellarum, & maiorem populi affluentiam, quàm in forensibus *Valasc.consult.43.num.8.* omnis ratio pos- 2 cit, vt sequamur valorem loci † in quo fructus fuerunt recollecti, vt dixit *Rot.apud Put. decis.210.nu.2.& 3.lib.3.in corr. & in Gerunden. Prioratus 29. Nouembris 1647. §. fin. coram me.*

Quoniam verò in d. libro forensi exaduerso producto adnotata sunt prætia minora tantùm, & saltèm media sequi debemus, Domini facto calculo, nec ad rationem minoris prætij vrbani, nec dicti libri forensis mediam viam inter vtriusque libri minora 3 prætia eligētes† vt solet in concursu testium de diuersis prætijs deponentium *Alex.cons.64 num.9.lib.2.Surd.cons.452.nu.68.& 74.Caputaq. decis.299. par.3. Rota decis.196. numer.4. par.2. recentior.*

Dixerunt anno 1631. valorem frumenti pro quolibet modio statuendum in lib.18 16 6. segalis lib.10. 26. Milei lib.9 Anno 1632. frumenti lib.17. 10. segalis 8 16. 8. & 10. Milei lib.8. Anno 1633. frumenti lib.15. 7. 6. segalis lib.7.12.6.Milei lib.7.15. Anno 1634 frumenti lib.14. 12. 16. segalis lib.9.2.6.Milei lib.9. 5. Anno 1635. frumenti lib.35.20. segalis lib.15.2.6.Milei lib.11.5. Anno 1636 frumenti lib.22. 10. segalis lib.15. Milei lib. 12. & 7. 6. Anno 1637. frumenti lib.17. segalis lib.10.15.Milei lib.8& 5.6.Anno 1638 frumenti lib.15.& 2. 6. segalis lib.8. Milei lib.7. Anno 1639. frumenti lib.14. segalis lib.7. 7. 6. milei lib.25. 13. 6. Anno 1640. frumenti lib.11. & 5. segalis lib.6. 1. 3.milei lib.5. 15.

Cum itaque sequendo testes ad instantiā Dominorum de Vicecomitibus examinatos bona de quibus agitur locata fuerint dictis temporibus pro annua pensione modiorum 12. cum dimidio frumenti 24.segalis, ac totidem milei, horum fructuum valor ascendit in totum ad lib.6443.8.6. quibus addendæ sunt annuæ libræ 200. pro medietate vini ad rationem Brentarum 20. valutati in lib. 10. pro qualibet mensura iuxtà coniecturas in prima decisione ponderatas, & fidem ipsius met Conductoris de facto proprio testantis, qui non loquitur, vt exaduerso supponitur de prætio currente in Ciuitate Me- 4 diolani, sed simplicitèr; † cumque sit Incola loci nuncupati Tiracoda,ibique inhabitet & contextualitèr deponat de fructibus recollectis in eodem loco in telligendus est de prætio ibidem currente, vt per *Monticell. in reper.in rub. testium dicta qualit-r interpetr. col.3. circa fin. vers. testium in dicto fol.296. inter tract. diuers.tom.4.vers.3.Farinacc.de testib.qu.68. §.1. num.55.*

Insuper addendæ sunt libræ 15516.pro afficti bus duodecim annorum in pecunia cōpletis per totum annum 1630.

Ex his apparet reformandam esse sententiam Rotalem constituendo valorem fructuum totius ante dicti temporis ab anno 1631 vsque ad 40. non in lib 10504. vt firmat prior decisio, sed in lib.6443. 8. 6. & in totum 23959. 8. 6. Cui calculo eo libentiùs acquiscere possunt Domini de Vicecomitibus,quia è conuerso actores acquiescunt detractionibus enumeratis in decisione huius causæ bo:mem: Arguelles, & studendo termina-

minationi huius causę missas faciunt prætensiones prætij auenæ, fructus nuncupati della Brocca folia arborum, quas Moros vocamus, & alios plures in Memoriali nuperrimè porrecto enumeratos.

Hæc me edicere iusserunt hodie Domini in relationibus causarum.

VALENTINA RECTORIAE.

Lunæ 31. Iulij 1651.

ARGVMENTVM.

Exceptio obreptionis non retardat executionem subrogationis gratiosæ quando non est clara. Litteræ subrogationis gratiosæ possunt executioni demandari absq; eo quod producantur litteræ prouisionis principalis, ratio est quia gratia subrogationis, licet desumatur ex clausulis gratiæ principalis, est tamen gratia de per se. Manutentio quo casu deneganda nonest subrogatio? Et concedi potest loco immissionis ad cōfirmandam priorem possessionem à subrogato captam.

SVMMARIVM.

1 *Obreptio impetrantis licet non vitiet acceptationē vitiat tamen prouisionem Apostolicam.*
2 Regula Cancellariæ 55. *de valore gratiam ob malam valoris expressionem annullat.*
3 *Obreptionis exceptio est apta ad retardandam executionem gratiosæ subrogationis, & quodcunque aliud iudicium executiuum.*
4 *Error in nomine gratiam non vitiat quando ex appositione cognominis, aliisque qualitatibus redditur certa persona defuncti, per cuius obitum beneficium vacauit.*
5 *Valor narratus per non excessum in summa maiori verificatur etiam in minori.*
6 *Confessio ne noceat confitenti sufficit, quod non sit omninò clara.*
7 *E valore beneficij onera Ecclesiæ deducenda sunt.*
8 *Valor probandus est de tempore gratiæ ad effectum conuincendi obreptionem*
9 *Constitutio Iulij III. prohibet dari executionem gratiæ litteris non expeditis.*
10 *Subrogatio gratiosa potest executioni demandari etiam si non producantur litteræ prouisionis principalis.*
11 *Ratio est, quia gratia subrogationis licet desumatur ex clausulis gratiæ principalis est tamen gratia de per se.*
12 *Negatiua expeditionis litterarum Apostolicarum gratiæ principalis super secunda supplicatione est plenè, & concludentèr ab allegante probanda.*
13 *Nec satis est ad hunc effectum probare fuisse expeditas litteras super prima supplicatione, ac in iudicio productas, si talis productio fuit facta in Iudicio super executione ipsius gratiæ principalis, & agitur de executione subrogationis gratiosæ, quod est diuersum.*
14 *Productio facta in vno Iudicio non nocet in alio diuerso, etiam inter easdem personas.*
15 *Litteræ non obstante, quod fuerint expeditæ super prima supplicatione possunt, & aliæ expediri super secunda.*
16 *Negatiua expeditionis litterarum ne probata remaneat sufficit sola possibilitas.*
17 *Assertioni Papæ plurimum est deferendum.*
18 *Obreptionis exceptio quando est turbida non est apta ad retardandam executionem gratiosæ subrogationis.*
19 *Manutentio non datur subrogato ex possessione defuncti.*
20 *Datur tamen ex propria subrogati possessione quando eam actualitèr capit non secus, ac datur cuicunque successori.*
21 *Quamuis possessio capta fuisset vigore litterarum vitio subreptionis laborantium, quia ad hunc effectum sufficit sola possibilitas, quod alius titulus postea superuenerit.*
22 *Manutentio concedi potest subrogato gratiose loco immissionis ad confirmandam priorem possessionē à subrogato captam.*
23 *Item concedi potest immissio cumulando possessionē possessioni, præsertim quando contextualitèr petitur manutentio, & immissio.*

DECISIO CCCCLXXIX.

MORDICVS inhærentibus informantibus pro Astiria exceptioni obreptionis ob falsam expressionem nominis defuncti, & valoris ex quarum prima licet non
1 vitietur acceptatio, vitiari † prouisionem videtur sensisse *Rota decis. 19. num. 1. de concess. præb. in antiq. & decis. 43. de rescript. in nou.* ex se-
2 cunda gratiam † annullat in verbis *Regula 55 Cancellariæ*; suspensa fuit expeditio causæ petita à Lauditio in vltima Rota Memorialium habita sub die 5. currentis; Cùm enim in vtroque capite obreptio assereretur probata ex confessione ipsius Lauditij emissa in secunda supplicatione apta videbatur ad
3 retardandam † executionem subrogationis gratiosæ, & quodcunque aliud iudicium executiuum *Giouagn. cons. 8. num. 114. lib. 1. Seraph. decis. 810. num. 4. Rot. coram fa. me. Greg. XV. decis. 425. num. 3. & 4. & apud Moder. Perusin. de manutenen. dec. 642. n. 2.*

Verùm hodie in relationibus causarum vtraque parte informante re melius perpensa Domini mandarunt mihi, vt ad expeditionem petitam procedam reiecta obreptionis exceptione, quæ euanescit tùm respectu erroris in nomine, quia ex appositione co-
4 gnominis, † & altera qualitate adiecta vacationis huius beneficij per obitum personæ nominatæ iuncto maximè, quod defunctus quandoque duobus nominibus quorum alterum fuit in prima suplicatione expressum nuncupabatur, satis redditur certa persona defuncti, quod sufficit iux. theoricam *Bart. in l. demonstratio nu. 14. ff. cond. & demonstr.* quam in his terminis sequitur *Paris. cons. 15. sub n. 8. vers. tamen, & vers. eo magis lib. 4. Lotther. de re benef. lib. 3. qu. 34. num. 10. & 11. Rota decis. 16. in princ. de rescript. in nou. & facit decis. 124. num. 8. par. 1. recent.* Quo magis quia vtrumque nomen

men fuit deinde expositum in secunda supplicatione, quam suffragari dicam infrà.

Tùm respectu valoris. Primò quia mala illius expressio non benè conuincitur, ex quo Lauditius in prima supplicatione valorem narrauerit in scutis 175. in secunda verò in scutis 460. nàm obiectum procederet, si narrasset per ascensum, cùm verò vtrobique narrauerit per non excessum non resultat per necesse ex secunda narratiua, quod valor excedat scuta 175. narrata in prima
5 supplicatione, † nàm qui dicit non excedere scuta 460. affirmare etiam potest non excedere 175. vt ad propositum ponderauit *Rot. coram clar. mem. Coccino decis. 145. nu. 1. dec. 164. num. 2. coram bo. mem. Buratto decis. 931. num. 1. & in Bonon. Abbatia 3. Iulij 1647. §. valor coram b. me. Aguelles, in Bononien. Archipresbyteratus 23. Martij 1648. §. valor coram R. P. D. meo Corrado,*
6 & sufficit confessionem † non esse omninò claram nè noceat confitenti *Mohed. decis. 2. de restit. spol. Buratt. decis. 183. num. 19. Rot. dec. 443. num. 8. par. 1. recent.*

Quatenùs verò ad probandum maiorem valorem affertur testis, vel locatio, respondetur quod testis vnicus est, & vnica locatio, & ambo inter se valdè discordes, cum locatio loquatur de pensione librar. 600. dumta-
7 xat, è quibus onera † Ecclesiæ deducenda sunt *Seraph. decis. 1030. num. 1. cum alijs alleg. in Romana Pensionis 25. Maij 1646. coram me,* &
8 neutra probatio percutit tempus gratiæ † de qua agitur obtentæ de anno 1645. vt oportet ad conuincendam obreptionem *Buratt. decis. 18. num. 9. decis. 383. num. 3. decis. 409. nu. 8.*

Secundò quia subrogatio gratiosa de cuius executione agitur desumpta fuit ex clausulis secundæ supplicationis, vt constat ex oculari lectura, & etiam pars aduersa admittit, negat tamen fuisse super secunda supplicatione expeditas litteras gratiæ principalis, indeque infert obstare Constitutionem Iu-
9 lij Tertij † prohibentem dari executionem gratiæ litteris desuper non expeditis. Quod nullatenùs applicatur casui nostro, quia hodie non agitur de executione gratiæ principalis, sed ipsius subrogationis gratiosæ super qua litteræ fuerunt expeditæ, & ad cuius
10 executionem † procedi potest etiam sine productione litterarum prouisionis principalis, vt in puncto fuit decisum *in Conchen. Parochialis 3. Decembris 1601. coram bon. mem. Penia inter eius impress. decis. 490. num. 11. par. 2.*
11 vbi dicitur ratio † quia gratia subrogationis licet desumatur ex clausulis gratiæ principalis, est tamen gratia de per se, & confert *decis. eiusdem Pen. 669. n. 7. par. 1.*

Præsertim quia negatiua expeditionis lit-
12 terarum gratiæ principalis † super secunda supplicatione non probatur exaduerso plenè, & concludentèr, vt debet *Lotther. de re benef. lib. 3. qu. 19. nu. 33. Rot. in Virdunen. Parochialis 23. Iunij 1586. coram Gipsio, in Hispalen. Iurisdictionis 26. Iunij 1591. coram Orano impress. post cons. Farin. lib. 1. dec. 82. nu. 1. & 2.* ad quem
13 effectum satis non est probare † fuisse expeditas litteras super prima supplicatione, easque ab actore productas, quia cum productio facta non fuerit in hoc Iudicio executiuo subrogationis gratiosæ, sed in præcedenti super executione ipsius gratiæ principalis, assertæ negatiuæ probationem in hodierno
14 iudicio non facit, nam productio facta † in vno iudicio non nocet in alio diuerso etiam inter easdem personas *Ceph. cons. 377. num. 86. Rimin. Iun. cons. 213. nu. 20. Acchill. decis. 2. de confess. Rot. coram san. mem. Greg. XV. decis. 432. nu. 5. & in Lucana Cappellaniæ 4. Aprilis 1650. §. non obstat coram me,* & potuit actor post expeditionem litterarum super prima supplicatio-
15 ne † expedire aliàs super secunda *Rot. dec. 59. in princ. & dec. 63. de rescript. in antiq. decis. 514. num. 4. par. 3. lib. 3. diuers. decis. 302. num. 11. par. 4. tom. 2. recent. & in Colonien. Canonicatus, seù Forculi 16. Decembris 1647. coram R. P. D. meo*
16 *Meltio,* sufficitque hæc possibilitas † ne ex d. productione probetur negatiua, quod aliæ litteræ expeditæ non fuerint sub eadem data *Rota d. dec. 82. nu. 2. apud. Farin post cons. lib. 1. cum alijs mox alleg.*

Fortiùs quia in ipsis litteris subrogationis gratiosæ expeditæ super secunda supplicatione Papa asseruit alias litteras prouisionis principalis super eadem supplicatione fuisse
17 expeditas, quæ assertio † multum facit ad text. *in clem. 1. de probat. Oldr. cons. 258. sub nu. 2. Feder. de Sen. cons. 117. num. 2. Rota in Meleuitana Optionis 7. Maij 1640. coram bo. mem. Merlino,* quæ loquitur de assertione Papæ in gratia emanata ad instantiam partis, *& in Monopolitana pensionis 2. Iunij 1645. coram me;* Saltèm ad effectum vt ex ea, alijsque omnibus supra deductis simul iunctis turbida aliquo modo
18 reddatur allegata exceptio obreptionis, † ac propterea ad retardandam executionem subrogationis gratiosæ non releuans *Mant. dec. 71. num. 9. cum alijs alleg. ab Argelo de acq. poss. qu. 11. num. 31. & in Firmana Cappellaniæ 28. Aprilis præteriti coram Me.*

Multò minus releuat aduersus manutentionem à Lauditio petitam, quæ licet sub-
19 rogato non detur † ex possessione defuncti, iuxtà opinionem quam amplexa est *Rota in Sancti Marci Pensionis 30. Ianuarij 1612. coram Cardinali Sacrato impress. apud Marches. tom. 2. fol. 486. num. 1. & 2. & in decis. 177. num. 9. apud Moder. Perusin. de manuten. & aliàs sæpe,* datur vtique ex propria subrogati possessione,
20 quando † scilicèt eam actualitèr cæpit non secus, ac datur cuicunque successori, vt legitur *in d. S. Marci Pensionis num. 1. ibi, nisi doceretur de actuali apprehensione,* & dixit *Rota decis. 200. num. 19. par. 4. tom. 2. rec.*

Qui est casus noster, quia ex deductis in duabus decisionibus huius causæ super articulo attentatorum Lauditius subrogatus actualem possessionem cæpit, eiusque vitiũ purgatum fuit per subsequentem subrogationem. Neque vrget, quod cæperit vigore litterarum expeditarum super prima supplicatione, vt asseritur subreptitia, quia vt supra dicebam non probatur subreptio. Et

in

in omnem euentum, quamuis tunc in actu ingressus in possessionem exhibitæ fuissent lit-
21 teræ subreptitiæ, nihilominus propter possibilitatem, quod alius titulus superuenerit, & litteræ super secunda quoque supplicatione expeditę fuerint danda est interim manutentio, vt in puncto fuit decisum *in Cæsaraugustana Parochialis de Maella 8. Nouembris 1599. coram clar. me. Card. Hieronimo Pamphilio, & in supracitata Lucana Cappellaniæ coram me.*

Hinc Rota censuit expediendam esse caussam tàm per viam decreti in summarijssimo possessorio manutentionis, quàm sententiæ diffinitiuæ per cedulam in iudicio executiuo litterarum subrogationis gratiosæ, quarum
22 vigore cōcedi potest manutentio † loco immissionis ad confirmandam priorem possessionem à subrogato, vt supra captam, vt in his terminis fuit decisum *in Compostellana Parochialis 25. Iunij 1649. §. nec multum interest coram R.P.D. meo Otthobono*, & etiam per viam
23 immissionis † cumulari possessio possessioni, quando contextualiter petitur manutentio, & immissio ex allegatis *in decis. 57. nu. 14. apud Modern. Perusin de manut. & in Perusina Bonorum de Baptistis 12. Nouembris 1625. §. quia quantum coram bon. mem. Pirouano, & ab add. ad Buratt. decis. 115. num. 14.*

Et ità &c. vtraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE BARGELLINIS.

Veneris 24. Nouembris 1651.

ARGVMENTVM.

Constitutio Aegidiana locum non habet, quando Clericus est in causa, & vna cum Laicis pro indiuiso possidet, nam ratione connexitatis, & æqualis defensionis, omnibus competit facultas appellandi, præsertim quando omnes sub vnico monitorio, siue libello fuerunt conuenti. Fideicommissum ordinatum in defectum lineæ alicuius, & deficientiæ descendentium purificatur, etiamsi grauatus sine filijs decesserit, cum ad hunc effectum non requiratur, quod filij nascantur, & postea deficiant. Substitutio compendiosa continens vulgarem caducato vno gradu sequēs admittitur, non tamen locum habet caducitas, quando continet fideicommissariam, & affertur ratio diuersitatis inter vulgarem, & fideicommissariam. Appellatione filiorum etiam in fideicommissis, non veniunt nepotes, & coniecturæ pro vocatione adductæ in decisione reijciuntur.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana cum sit Constitutio Laicalis non comprahendit Clericum, nec locum habet respectu aliorum litis consortum, quamuis Laici sint, & distincta sententia condemnati, nam magis dignus trahit ad se minus dignum ratione communionis priuilegii Clericalis, & connexionis Iuris omnium collitigantium.*

2 *Item locum non habet, quando res tàm à Clerico, quam à Laicis conuenitur, & pro indiuiso possidetur, & sicuti pro portione tangente Clericum eius cognitio spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, ità & pro portionibus Laicorum.*

3 *Item nec locum habet. quando omnium indiuidua est defensio, ac exceptio, vndè ratione connexionis omnibus competit facultas appellandi, & suffragatur appellatio, quamuis diuersis sententiis sint condemnati.*

4 *Præsertim quando sub vnico monitorio, siue libello omnes simul fuerunt conuenti.*

5 *Aegidiana vt locum habeat sufficit, quod in prosecutione Iudicii Clericus, & Laici distinctis citationum schedulis citati fuerint, nā potest Iudex respectu vnius sententiam ferre, & respectu alterius differre.*

Sententia potest respectu vnius ferri, & respectu alterius differri, ibid.

6 *Declara conclusionem procedere, quando vnus tantum ex reis conuentis comparet, secus quando omnes comparent, ac bona pro indiuiso possident, quo casu causa appellabilis effici non potest inappellabilis ex separatis citationibus.*

Actor non potest iudicium semel cœptum contra plures prosequendo separatis citationibus efficere causam appellabilem inappellabilem, ibid.

7 *Iudex non potest causam de sui natura appellabilem reddere inappellabilem distinctas sententias ferendo.*

8 *Sententia lata contra plures pro indiuiso possidentes si omnes non fuerunt citati est nulla ratione connexionis etiam quoad citatum.*

9 *Decisiones in causa Viterbien. fideicommissi, seu Attentatorum coram R.P.D. Cerro, & in Ferrarien. de Pendasiis corā R.P.D. meo Royas declarantur.*

10 *Substitutio in casum extinctionis lineæ, & descendentiæ alicuius, cum à Testatore contemplatum videatur initium medium, & finis lineæ non purificatur, nisi filii nati fuerint, & postea decesserint contrarium, nu. 12.*

11 Oldrad. cons. 177. num. 4. *& sequaces reprobantur illorumque opinio solum procedit, quando constat de voluntate Testatoris per verba taxatiua, vel per coniecturas.*

12 *Linea defectus à Testatore contemplatus æquè verificatur siue filii non nascantur, siue nati decedant, cum vtroque casu militet ratio conseruandi agnationem à Testatore contemplata.*

13 *Substitutio facta posthumo decedenti in pupillari ætate locum habet, etiam eo non nato.*

14 *Conclusio firmata supra dicto num. 12. procedit tam in substitutione vulgari, quam fideicommissaria, nam ea quoque ex mente Testatoris extenditur etiam ad casum verbis ipsis non comprehensum.*

15 *Item eo magis procedit quando constat de enixa voluntate Testatoris conseruandi bona in agnatione ex digressu ad plures substitutionum gradus, & ex prohibitione cuiuscumque detractionis.*

16 *Substitutionis verba* nati, e da nascere *directa ad filios vocatos, vt operentur illorum deficientiam intelligi debent in proprio, & reali significatu, scilicet post natiuitatem, non autem fictè, & extensiuè in casu non natiuitatis.*

17 De-

17 *Declara non procedere quando militat identitas rationis expressæ, & verisimilis voluntas Testatoris in omnem casum deficientiæ elicita ex toto contextu testamenti.*

18 *Fideicommissario denegatur immissio ex fideicommisso posteriori.*

19 *Substitutio compendiosa quando continet vulgarem tunc caducato vno gradu, sequens admittitur, ac si hæredi grauato immediatè substitutus fuisset.*

20 *Substitutio compendiosa non continet vulgarem, quando confertur post acquisitam hæreditatem gradui antecedenti.*

21 *Clausula* in casu prædicto *contenta in substitutione repetit euentum, & qualitates omnes præcedentis substitutionis.*

22 *Inter substitutionem vulgarem, & fideicommissariam ratio diuersitatis est, nam in vulgari Testator cogitat casum, quod gradus præcedens deficiat ex capite voluntatis, aut impotentiæ. In fideicommissaria vero quod ille admittatur, alias non posset grauari.*

23 *Appellatione filiorum in fideicommissis non veniunt nepotes.*

24 *Eoque minus in fideicommisso transuersali.*

25 *Præsertim quando à Testatore fuit expressum nomen Patris, ac tempore testamenti aderant filij nati.*

26 *Nepotes appellatione filiorum non censentur vocati, etiamsi vocatio sit in numero plurali, nisi probata fuerit existentia filiorum tempore testamenti.*

27 *Item nec vocati censentur ex digressu ad plures gradus substitutionum, & vocatione filiorum in remotissimum tempus, nisi aliæ coniecturæ concurrant.*

28 *Item; nec ex eo quod vocati fuerunt filij nascituri, nam dicta vocatio non suffragatur transuersalibus, sed descendentibus.*

29 *Proximiores tanquam magis à Testatore prædilecti, eo minus censentur grauati.*

30 Decis.249.par.6.recent. *declaratur.*

31 *Decisiones attenduntur in eo quod principaliter firmant non quod perfunctoriè enunciant.*

32 *Fideicommissario non retardatur immissio propter exceptiones, requirentes altiorem indaginem.*

33 *Descendentia non probatur ex authoritate historici ignoti, & non approbati*

34 *Descendentia probatur ex antiquissimo Instrumento adminiculato.*

DECISIO CCCCLXXX.

PER separatas cedulas in interdicto adipiscendæ duas A.C. tulit sententias pro Domino Comite Odoardo de Bargellinis agente ex fideicommisso Horatij ad sui fauorem purificato, alteram contra D. Petrum Canonicum in Ecclesia Metropolitana Bononiæ, alteram contra Dominos Astorgium Hermetum, Iacobum Philippum, & Albertum de Bargellinis bonorum fideicommissi detentores. A quibus sententijs commissa mihi causa appellationis cum clausula *constito quod sit locus Ægidianæ* decidendum hodie proposui. An sit locus Aegidianæ, vel potius Comiti Odoardo sit danda immissio, & negatiuè quoad primam partem, affirmatiuè quoad secundam Rota censuit respondendũ.

Aegidianam enim quia Constitutio Lai-
1 calis est † excludit qualitas Clericalis Petri alterius ex reis conuentis etiam respectu aliorũ litis consortum, quamuis Laici sint, ac distincta sententia condemnati, cum magis dignus trahat ad se minus dignum, eique proprium priuilegium communicet, quando omnium iis est connexum, *l. si communem, ff. quemadmod. seruit. amitt. l. si is qui duos ff. liberat. legat. Hippol. de Marsil. sing. 180. numer. 1. & seqq. Afflict. decis. 213. num. 1. Rot. in Viterbien. fideicommissi 19. Ianuarij 1605. coram clar. me. Coccino impress. apud Marches. de commiss. tom. 2. fol. 122. nu. 6. & decis. 473. n. 16. coram fa. me. Greg. XV.*

Quale esse in casu nostro constat, tum ratione rei petitæ hoc est bonorum fideicommissi, quæ cum ab omnibus communiter, &
2 pro indiuiso possideantur † scissionem respectu Iurisdictionis, donec diuisio fiat non admittunt, & sicuti pro portione tangente Clericum Constitutioni Laicali non subiacent, eorumque cognitio ad Iudicem Ecclesiasticũ spectat, ita, & pro portionibus Laicorum, *Seraph. decis. 957. num. 11. Grat. discept. 641. num. 1. & 2. num. 7. & seqq. vbi allegat concord. Afflict. decis. 213. in fin. Vrsill. ibid. num. 2. Odd. de restit. in integr. par. 1. quæst. 46. num. 20. vers. limitando,* & in puncto Aegidianæ, *Rot. decis. 72. num. 2. & 3. inter impress. apud Moder. Foroliuien. de pignor.* Tum ratione probationis, & indiuiduæ omnium
3 defensionis † cum ex eodem iure omnes conueniantur, & eisdem exceptionibus vtantur ad exclusionem actoris, vndè resultare connexionem ad effectum, vt omnibus competat facultas appellandi, & suffragetur appellatio, quamuis condemnati sint diuersis sententijs tradit *Bart. in l. si quis separatim 10. infra infra med. principij vers. sed pone de appellat.* quem in puncto Aegidianæ secuta est *Rota in Vrbeuetana Successionis 25. Iunij 1635. §. non obstat in fin. coram bon. mem. Motmanno.* Tum ratione petitionis, quia scilicet eodem monitorio, & sub
4 vnico capitulo † Clericus, & alij simul, & semel ad Iudicium vocati fuerunt, quod in puncto non obstante, quod sententia esset cõcepta per capitula separata ponderauit, *Rot. in Romana Saluiani 17. May 1649. §. Nec refert coram R.P.D. meo Otthobono, quæ est in impressis, decis. 170.*

Neque vrget, quod in prosecutione Iudi-
5 cij Clericus, † & Laici distinctis citationum schedulis citati fuerint, quodque etsi plures simul conueniantur possit Iudex respectu vnius sententiam ferre, & respectu alterius differre *l. non idcirco in princ. vbi notant omnes ff. Iud. Dec. conf. 295. num. 1. Rot. coram fa. mem. Greg. XV. decis. 488. n. 7.* Nam quicquid sit quando vnus
6 tantum ex reis conuentis comparuit † in quibus terminis mox allegati loquuntur, sanè quando omnes comparent, eademque est, quoad omnes ratio agendi, & excipiendi, quodque plus est omnes pro indiuiso bona petita possident vigore connexionis, vt supra probatę appellabilem, inappellabilem, & sum-

ſummariam reddere, nec potuit actor iudi-
cium ſimul cœptum proſequendo ſeparatis
citationibus *Cardin. in clem. ſæpè num. 13. qn. 12.*
de verb. ſignif. Maran. in praxi par. 4. diſt. 9. nu. 213.
Rot. deciſ. 522. ſub num. 4. verſ. neque poſſunt par. 2.
recent. nec Iudex diſtinctas ſententias † feren-
7 do, vt bene in terminis Aegidianæ aduertit,
Rota in Bononien. Fideicommiſſi de Rubeis 23. Maij
1644. §. quia ſatis coram R. P. D. meo Corrado, vbi
ſubditur quod alias adinuenta eſſet via, quan-
tum æqualitatis, tum iuſtitiæ, & æquitatis
ratio facillime euerti, & collitigantibus præ-
iudicium inferri poſſet. Quin in caſu noſtro
ad euitandam nullitatem ſententiarum ad-
mittere neceſſe eſt, quod citationes Clerici,
& Laicorum vtrique ſententiæ promiſcuè
inſeruiant, nam alioquin ſtante communio-
8 ne poſſeſſionis † pro indiuiſo vnaqueque ſen-
tentia ex defectu citationis cuiuslibet poſſeſ-
ſoris nulla eſſet, etiam quoad citatum *iuxtà*
theor. Bald. in l. 1, num. 6. verſ. aut continet Cod. error.
calc. quam in ſpecie ſecuta eſt, *Rot. deciſ. 594.*
num. 2. par. 4. recent. deciſ. 37. num. 9. coram bo. mem.
Vrgellen. & in alijs relatis ab add. ad Gregor. XV. de-
ciſ. 319. ſub num. 7. & in Romana, ſeu Veliterna Re-
ſtitutionis in Integrum 17. Decembris 1646. §. talis
autem coram me.

Ex his patet non applicari caſui noſtro *deci-*
ſiones in Viterbien. Fideicommiſſi, ſeu Attentatorum
3. Maij 1644. coram R. P. D. meo Cerro, in Romana
Succeſſionis de Ametis 16. Nouembris 1646. coram
me, in Ferrarien. de Pendaſijs 27. Iunij 1647. coram
R. P. D. meo Roias, & quot quot aliæ exaduerſo
9 allegantur † firmantes ſufficere diuiduitatem
ſententiæ, vt Aegidianæ in portione non
priuilegiata ſit locus, quia neutra loquitur
in caſu quo aliundè connexio iuris, & iudi-
cij ex alijs ſupra ponderatis, ac ſimul iunctis
reſultaret.

Quo verò ad immiſſionē Comitis Odoar-
di, ratio decidendi fuit fideicommiſſi Horatij
per publicum Inſtrumentum probati (ac de
quo non dubitatur, prout nec de bonorum
identitate) purificatio ad fauorem Comitis
vocati in caſum totalis extinctionis lineæ, ac
deſcendentiæ Vincentij, ac Scipionis, quam
extinctionem contigiſſe eſt in confeſſo. Nec
obſtat, quod præfati Vincentius, & Scipio
deceſſerint nullis ſuſceptis liberis, Teſtator
verò quippè qui priùs vocauerat vtriuſque
filios natos, & naſcituros † contemplaſſe vi-
10 deatur initium, medium, & finem lineæ, &
propterea ſubſtituere noluiſſe cenſeatur, niſi
filij nati fuerint, & poſtea deceſſerint, vt vo-
luit *Oldrad. conſ. 177. num. 4. Pariſ. conſ. 74. num. 1.*
2. & 3. lib. 1. Alciat. conſ. 46. per tot. & ſignanter nu-
mer. 23. lib. 9. Ruin. conſ. 4. num. 1. cum ſeqq. lib. 3. cum
aliis allegatis à Moder. Neapolitano de ſucceſſ. legal.
par. 1. qu. 1. art. 2. n. 65.

11 Quia opinio Oldradi, & ſequacium † ſem-
per reiecta fuit, niſi Teſtator voluntatem
ſuam per verba taxatiua declarauerit, aut illa
ex coniecturis bene concludentibus deſumi
poſſit, cum alioquin lineæ defectus ab eo
12 contemplatus † æquè verificetur ſiue filij nō
naſcantur, ſiue nati decedant, licet ex diuerſa
cauſa proueniat, & vtroque caſu militet ra-
tio conſeruandi agnationem à Teſtatore cō-
templata *Rota coram Buratt. deciſ. 379. n. 1. & ſeq.*
vbi in fortioribus terminis firmatur, quod
13 ſubſtitutio facta † poſthumo decedenti in
pupillari ætate locum habet etiam eo non
nato, *deciſ. 222. numer. 10. & ſeqq. par. 5. recent. &*
plenè in Rauennaten. Bonorum 1. Februarij 1647.
§. ea tamen, & §. ſeq. coram R. P. D. meo Corrado,
14 vbi quod hoc procedit † ſiue verſemur in
vulgari, ſiue in fideicommiſſaria, nam ea
quoque ex veriſimili mente Teſtatoris iuſta
ratione probata extenditur, quando opus eſt
etiam de caſu ad caſum verbis ipſis nō com-
præhenſum, & allegantur innumeri concor-
dantes, quorum opinio recipienda libentiùs
eſt in caſu noſtro quo enixa voluntas † con-
ſeruandi bona in agnatione apparet, tam ex
digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum,
quam ex prohibitione facta omnibus voca-
tis cuiuſcumque detractionis, & clariùs èx
15 verbis expreſſis principaliter in fine ſubſtitu-
tionum adiectis, ibi, *volendo che tutta la ſua he-*
redità ſi conſerui perpetuamente nelle ſopradette fa-
miglie de Bargellini, vt in ſpecie ponderauit *Rot.*
penes Buratt. d. deciſ. 379. n. 3.

Vt propterea vim non faciant verba *nati, e*
16 *da naſcere* † directa ad filios vocatos, quæ
operari vt filiorum deficientia intelligi debet
in proprio, & reali ſignificatu ſcilicet poſt
actualem natiuitatem, & exiſtentiam, non
autem fictè, & extenſiuè in caſu videlicet nō
natiuitatis ſenſit *Menoch. conſ. 326. nu. 4. 5. & 12.*
& conſ. 864. num. 1. cum ſeqq. Fuſar. de ſubſt. q. 435.
num. 11. quia ſemper militat identitas rationis
17 expreſſæ, † & veriſimilis voluntas in omnem
caſum deficientiæ elicita ex toto contextu
teſtamenti, vt debet *l. meuia 44. ff. manumiſſ. teſt.*
l. licet imperator 74. ff. leg. 3. cum concordantibus pe-
nès Mant. de coniect. lib. 6. tit. 13. ſub n. 1. & ſeqq.

Non obſtat, quod dempta portione Al-
phonſi cætera alia prædia, ſuper quibus peti-
tur immiſſio ſint ſubiecta antiquiori fideicō-
miſſo q. Pirri de Bargellinis ad fauorem Pe-
tri, & collitigantium, vt prætenditur purifi-
18 cato, quod efficit † ne detur immiſſio ex fi-
deicommiſſo poſteriori Horatij, vt in pun-
cto dixit *Rot. deciſ. 249. nu. 218. & ſeqq. par. 6. rec.*
Negatur enim quod nihil aliud remaneat
demptis portionibus Alphonſi, & Pirri, quod
que fideicommiſſum Pirri fuerit ad aduerſa-
rios delatum primo, quia ſubſtitutio filio-
rum Vincentij Mariæ ſub qua ſe compræ-
henſos prætendunt concepta in caſum, quo
Bartholomæus, & Lactantius Patrui Teſta-
toris decederent ſine filijs caducata fuit per
eorumdem Patruorum prædeceſſum viuen-
te Horatio vno ex hæredibus grauatis, cui
fuerāt ſubſtituti cum proindè defecerit eiuſ-
dem ſubſtitutionis conditio, animaduertendo
quod non verſamur in compendioſa conti-
19 nente vulgarem, cuius vigore † caducato per
prædeceſſum gradu antecedenti, gradus ſe-
quens in eius locum ſubintrat, non ſecus ac
ſi hæredi grauato immediatè ſubſtitutus fuiſ-
ſet, non attenta conditione ipſi gradui ſequē-

ti

ti adiecta vt voluit Bart.in l. quamdiu ff. acq.ha-
red. quem communiter sequuntur DD. alleg.
in decis.403.num.11.& seqq.par.2. recent.dec.339.
num.74.coram bon.mem.Vrgellensi, & in Sabinen.
seu Farfen.Fideicommissi 2.May 1640. coram me,
&c in supracitata Rauennaten.Bonorum, §.quare, &
seqq.coram R.P.D.meo Corrado.

Nam vulgarem non continet compendio-
20 sa, quando confertur post acquisitam hære-
ditatem gradui antecedenti, vt ex text.in l.post
aditam, & l.pracibus post princ. Cod.impub.& aliis
subst. tradit Alex.cons.1. numer.15. lib.1.Honded.
cons.49.num.37.& seqq.lib.2.Peregr.cons.36.n.26.
& seqq.lib.3. Fusar. cons.26. sub num.16. Qui est
casus noster, quia Testator post substitutos
Patruos hæredibus grauatis sine filijs decedē-
tibus substituit filios Vincentij Mariæ casu
quo dicti eius Patrui in casu prædicto dece-
derent sine filijs, ibi, & casu quo dicti eius Pa-
trui in casu prædicto decederent sine filijs eisdem, &
vltimo morienti substituit, &c. cum enim Testa-
tor filios Vincentij Mariæ non substituerit
simpliciter in casu quo Patrui decederent sine
filijs, sed vltro adiecerit verba in casu prædicto,
eaque non sint apposita substitutioni, in qui-
bus terminis loquuntur in contrarium alle-
gati, sed conditioni purificandæ antequam
eueniat casus substitutionis de filijs Vincentij
Mariæ perindè est, ac si filios Vincentij Ma-
riæ substituisset Patruis sub conditione, quod
priùs ad Patruorum fauorem purificata fuis-
set præcedens substitutio de illis facta hære-
bus grauatis; hic namque euentus habetur
pro expresso per viam conditionis in sequē-
ti substitutione vigore clausulæ in casu prædicto
21 quæ † repetit euentum, & qualitates omnes
præcedentis substitutionis Natt.cons.204. n.11.
& 12.Paris.cons.21. num.37.lib.3. Surd.cons.546.
num.9.Decian.cons.17.num.10. cons.51.nu.5.lib.1.
Rot.decis.194.num.7.par.2.recent.& ferè in pun-
cto, Honded.d.cons.49.num.20.& 21.lib.2.& alio-
quin esset superflua cum satisfuisset prima
clausula, ibi, & casu quo &c.

Vndè cum filij Vincentij Mariæ substituti
fuerint Patruis per fideicommissariam tantū
sub conditione quod prius purificata fuisset
substitutio ad fauorem Patruorum, & condi-
tio hæc per eorum prædecessum defecerit, de-
fecit pariter substitutio filiorum, nam in fi-
deicommissaria attenditur, & impleri debet
conditio, sub qua sequens gradus est vocatus,
& ratio diuersitatis inter vulgarem, & fidei-
22 commissariam est, † quia in vulgari cogita-
uit Testator, quod præcedens gradus posset
deficere ex capite voluntatis, aut impotentię,
sed in fideicommissaria Testator non inten-
dit vocare vltimum substitutum, nisi sub con-
ditione ipsi apposita, quia cogitauit, quod
præcedens gradus admitteretur cum non
grauetur restituere, qui priùs non habuit, vt
bene explicat Rot.decis.339. num.74.& seqq. co-
ram bon.mem.Vrgellen. ac tradit Grat.discep.747.
num.22.& seqq. vbi ità conciliat decisiones, ac
doctrinas contrarias Fusar.cons.26. nu.26.Hon-
ded.d.cons.49. numer.35.& seqq. Gabr.cons.95.sub
num.21.lib.1. Aym.cons.283. num.1. vers.sed dicet
aliquis Sesse decis.Aragonia 50.num.20.

Secundò negatur fideicommissum Pirri
compræhendere aduersarios, quia vocat filios
Vincentij Mariæ, aduersarij verò sunt nepotes
23 qui appellatione filiorum † in fideicommis-
sis non veniunt, l.quod si nepotes ff. testam. tutel.
Alex.Aym. Decian. Bell.Iun.& alij plures quos se-
cuta est Rota in Romana fideicommissi de Incoronatis
27.May 1641. coram Reuerendiss. Terracinensi, in
Interamnen.fideicommissi 10.Februarij 1642.coram
Reuerendiss.D.meo Decano, in Bononien. fideicom-
missi de Sanctis 15.Maij 1647.coram me. Eo mi-
24 nus † in fideicommisso transuersali Alex.con-
sil.1.num.16.lib.1.cons.26.numer.7.lib.3.Corn.con-
sil.199.nu.34.post med.lib.4. Mant.de coniect.lib.8.
tit.8.num.11.Surd.de alim.tit.9.quæst.36.numer.28.
& quando vt hic fuit à Testatore † expressum
25 nomen Patris, ac de tempore testamenti ade-
rant filij nati Paulus de Monte Pico cons.78. nu.2.
alijque allegati à Fusar.de substit.quæst.321.nu.27.
& 51.

Neque contrarium suadent coniecturæ
exaduerso adductæ. Primam enim desum-
26 ptam ex vocatione filiorum † in numero
plurali reicit Socc.sen.cons.104.num.1.lib.3.Dec.
cons.636.nu.4.Aym.cons.283.col.1.circa med.vers.
in quibus, Menoch.cons.215.num.110.qui nu.108.
dixerat faciliùs id procedere, nisi probata
fuerit existentia filiorum, & nepotum de
tempore testamenti. Secundum ex digressu
ad plures gradus substitutionum, † & voca-
tione filiorum in remotissimum tempus non
27 esse momenti, nisi aliæ coniecturæ, & qui-
dem efficaces concurrant, dixit Rot. decis. 6.
num.12.& seqq.decis.21. nu.5.& 6.par.5.dec.279.
sub num.16.& num. 20. vbi quod ad hunc effe-
ctum non releuat, quod vocati fuerint filij
masculi par.6.recent.& in dicta Interamnen.fidei-
commissi, §.tertia vero coram Reuerendiss. D. meo
Decano. Alteram ex quo vocati fuerint etiam
28 filij nascituri † non suffragari transuersalibus
sed descendentibus tradit alijs relatis Mant.di-
cto tit.8.num.16. Surd.cons.403. num.23.Fusar.de
substit.quæst.320.sub num.27.vers.declaratur secun-
do Ciriac.controu.8.num.38.num.69.& seqq.& nu-
mer.94. Præsertim quia post hanc substitutio-
nem filiorum Vincentij Mariæ Testator ad
alias substitutiones progressus non est, nec
protulit verbum denotans voluntatem con-
seruandi bona in vlterioribus agnatis erga
quos cum debilior præsumatur illius dilectio
29 non † mirum si propter eos noluit grauare
proximiores in præcedentibus substitutioni-
bus vocatos, vt bene in terminis ponderat
Gabr.cons.95.sub n.13.vers.primo quia lib.1.

30 Non obstat quod Rota in decis.249.par.6.re-
cent.† dixerit Pirrum fecisse fideicommissum
ad fauorem Vincentij, quia hodie non agitur
cum Vincentio, & Rota ibi incidenter, ac
perfunctoriè hoc dixit; decisiones autem at-
31 tenduntur † in eo quod principaliter firmant
non quod perfunctoriè, ac materia non exa-
minata enunciant Rot. penès Seraph. decis. 299.
num.13.decis.17.num.9.par.7.recen.& in Mutinen.
Emphiteusis 28.May 1638. coram Reuerendiss. D.
meo Decano. Negarique saltem non potest,
quin

quin allegata exceptio fideicommissi Pirri sit iuris dubij, & intricati, ac ideò non secus ac
32 exceptio facti † altiorem indaginē requirens apta non sit ad retardandam Immissionem Comitis Odoardi ex fideicommisso Horatij *ex adductis in dicta Bononien. fideicom. de Sanctis 17. Maij 1647. §. tandem coram me* ...

Cui Comiti debetur etiam immissio super portione Palatij ex fideicommisso Virgilij tanquam illius proximiori qualem se pro-
33 bat ne dum ex libro Historiæ Bononiensis, † quo si author ignotus, & non approbatus sit descendentiam non probari in proximis terminis dictum fuit *in Auximana Sepulturæ de Cimis 28. May 1646. coram bon. mem. Arguelles*, sed
34 etiam ex antiquissimo instrumento† centum & amplius annorum quod adminiculatum dicto libro Historiarum sufficere dixit *Rot. coram Penia decis. 98. per tot. & in Florentina de Barbadoris 25. Iunij 1640. coram recol. mem. Coccino Sacræ Rotæ Decano*.

Et ità decisum vtraque parte informante.

ROMANA SEV IANVEN. CAMBII.

Lunæ 27. Nouembris 1651.

ARGVMENTVM.

Litteræ *de Auiso* in Curia A. C. & vbi inter mercatores agitur an habeant viam executiuam? Cambium *con la ricorsa* quot modis contrahitur?

SVMMARIVM.

1 *Liber nuncupatus* Scartafaccio di fiere *durantibus nundinis fidem non facit, eo quod adhuc partitæ ibi descriptæ possunt variari, & contrascribi, secus verò completis nundinis.*

2 *Liber prædictus ideò probat completis nundinis quia partitæ in eo descriptæ variari non possunt, & sunt relatiuæ ad alia scartafaccia, & bilancia aliorum Bancheriorum, quibus nisi correspondérent non posset fieri generale Bilancium, sine quo nundinæ non dicuntur completæ.*

3 *Nundinas esse completas, ac scartafaccia, & bilancia singulorum Bancheriorum, ritè processisse, idem est.*

4 *Quis vt sibi met ipsi soluat fieri potest ex inueterato stylo mercatorum.*

5 *Persona eadem, licet non possit representare vices duarum, quando habetur respectus personæ ad personam, potest tamen quando consideratur persona ratione officij, quia cum possit plura officia exercere potest plures personas representare.*

6 *Litteræ* d'Auiso *nihil concludunt nec aptæ sunt ad fundandum creditum, & se habent tanquam tractatus et multa tractantur quæ non perficiuntur.*

7 *Litteræ* d'Auiso *probant mandatum, quia continent determinatam dispositionem.*

Mandatum etiam per Epistolas dari, & probari potest ibid.

8 *Litteræ* d'Auiso *non habent viam executiuam.*

9 *A.C. vigore facultatum executiuè procedit pro litteris Cambij, non autem d'Auiso.*

10 *Et præter litteras Cambij, etiam quod super re mercantili agatur, licet A.C. manu regia procedat admittitur appellatio ad vtrumque effectum.*

Mandatum exequi non potest si datur appellatio ad vtrumque effectum ibid.

11 *Cambium* con la ricorsa, *quod prouenit ex interesse multiplicato Cambiorum, & recambiorum cessante facultate cambiandi, & recambiandi alijsque requisitis illicitum est.*

12 *Cambia contracta solum propter moram solutionis omnino reprobantur.*

13 *Item reprobantur regularia pro secundis, & vlterioribus nundinis.*

14 *In cambijs tam nundinalibus, quam irregularibus seu intercalaribus requiritur iustificatio.*

15 *A.C. vigore facultatum procedit inter, & contra mercatores Curiæ vsque ad quamcunque summam summarie deplano, ac manu regia.*

16 *Executiuè proceditur in Cambijs nundinarijs, & in nundinis pro debito ibi contracto.*

17 *Litteræ* d'Auiso *licet vim litterarum Cambij non habeant attenta illarum effectuatione ac approbatione operantur, vt procedi possit executiuè non secus ac pro litteris cambij.*

18 *Via executiua competens ex* remed. leg. final. C. de edict. diu. Adrian. tollend. *vbi exhibetur publicum Instrumentum testamenti, eadem locum habet etiam in Instrumento minus solemni à parte confessato, & effectuato.*

19 *Scriptura priuata si vera apparet vim habet publici Instrumenti.*

20 *Scriptura priuata adminiculis fulcita idem operatur, ac publicum instrumentum.*

21 *Mercator si per simplices litteras ordinem recepit vt solueret, & ipse soluit pro sui releuatione potest executiuè agere, quia verba illa in mandato adiecta* ponete à nostro conto *efficacius obligant mandantem.*

22 *Cambium* con la ricorsa *diuersimodè contrahi solet, & num. 23. & 24.*

25 *Formula litterarum cambij* con la ricorsa, *ac litterarum recambij relatæ à Scaccia, & Moderno Foroliuien.*

26 *Procurator ad effectum agendi contra mandantem actione mandati sufficit docere se mandatum adimpleuisse.*

27 *Inter marcatores in dies noua negotia, & cambia contrahuntur inter se non connexa nec complicata prioribus, quæque suam habent particularem executionem.*

28 *Verba in litteris mandati adiecta* reualeteui del mancamento nella seguente fiera d'apparitione, *quid importent?*

29 *Exceptio requirens altiorem indiginem non retardat mandati executionem.*

DECISIO CCCCLXXXI.

Relaxauit A. C. ad instantiam Francisci Mariæ Balbi contra Io: Baptistam, & Alexandrum de Siris mandatū executiuum pro scu. 5448. auri marcarum occasione totidem, quæ idem Balbus mandantibus Siris soluit in nundinis Terrę Noui in vim litterarum Cambij sub die 3. Settembris 1649. ipsi

ipsi directarum è Ciuitate Mediolani à Io:
Baptista Flisco. A quo mandato commissa
mihi per signaturam Iustitiæ causa appella-
tionis cum clausula *si quid exequendum*,
dubitatum hodie fuit, an illud sit exequen-
dum, & affirmatiuè responsum.

Solutio enim facta à Balbo in vim dd. lit-
terarum Flisci probatur ne dum ex libro
1 nuncupato *Scartafascio di fiera*, qui † licet fi-
dem nõ faciat durantibus nundinis eo quod
adhuc partitæ ibi descriptæ possunt variari, &
contrascribi *Bellon. decis. Ianuen. 1. nu. 10. nu. 19.
& 20.* plena fide completis nundinis dignus
asseritur *à Moder. Ianuens. de Camb. disput. 2. qu. 1.
num. 16. & 17. & clarius quæst. 17. num. 54.* ea ra-
tione quia amplius dictæ partitę variari non
2 possunt, † & quia tàm respectu debiti quam
crediti relatiue sunt ad alia Scartafacia, & bi-
lancia aliorum Bancheriorum, quibus nisi
adamusim correspondérent fieri non potuis-
set generale bilancium, sine quo nundinæ nõ
dicuntur completæ vt propterea idem sit di-
3 cere nundinas esse completas † ac scartafacia,
& bilancia singulorum bancheriorum ritè
processisse. Sed etiam ex quietantia ipsius
Balbi, qui iuxta præfatas litteras Mediolani
4 sibimet soluit † vt potuit ex inueterato stylo
mercatorum, dequo testatur idem *Moder. Ia-
nuen. de Camb. disput. 1. quæst. 15. per tot. post Az-
zor. Inst. moral. par. 3. lib. 10. de Camb. cap. 9. qu. 2.*
nec abhorret à iure communi, quo licet ea-
5 dem persona † non possit representare vices
duarum quando habetur respectus personæ
ad personam, potest tamen quando conside-
ratur persona ratione officii, quia cum possit
plura officia exercere, nihil prohibet quin
hoc nomine plures personas representet *l.
sibicum 95. §. aditio ff. solut. l. prima §. fin. ff. deposit.
l. fistulas §. fundum ff. contrh. empt. Surd. cons. 7. n. 32.
& 33. Put. dec. 270. sub num. 2. lib. 1. in corr.* & hic
est casus præsens quia Balbus soluit tanquam
procurator DD. de Siris, & recepit tanquam
procurator Flisci scribentis.

Quod verò Balbus soluerit tanquam pro-
curator, & mandantibus Siris apparet euiden-
ter ex illorum litteris, ibi, *vi farà tratto in
Milano sotto vostro nome scu. 5448. &c. vi piacerà
compirgli, e valerui del mancamento nella sequente
fiera d'apparitione &c.* Summario Balbi num. 1.
siue dd. litteræ sint *di spaccio* siue *d'Auiso*, quia
& si in hac secunda specie litterarum fieri nõ
6 possit vis ad fundandum creditum † cum sint
tanquam tractatus, & multa tractentur quæ
non perficiuntur vt tradunt *Doct. in l. si volun-
tate Cod. rescin. vend. Alex. cons. 28. num. 3. lib. 1. in
puncto Gamma dec. 336. num. 4. Rot. decis. 26. nu. 12.
& 13. par. 5. recent.* fieri nihilominus potest ad
7 probandum mandatum, † cum hoc respectu
contineant determinatam dispositionem, il-
ludque etiam per epistolas dari, & probari
valeat *l. 1. l. si procuratorem absentem ff. procur.
clem. 1. eod. tit. Caputaq. decis. 185. per tot. par. 2. Bu-
ratt. decis. 190. num. 1. ibi add. litt. B. cum alijs alle-
gatis à Moder. Patauino de scrip. priuat. lib. 3. qu. 14.
num. 1. & num. 7. & seqq. fol. 129.* iunctis præ-
sertim adminiculis, & signanter approbatio-
ne Dominorum de Siris, solutionis vt supra
factæ à D. Balbo dicto num. 6. Et gratis di-
citur dd. litteras conscriptas fuisse sub die 21.
Ianuarij 1650. ac loqui de solutione facienda
in nundinis apparitionis, ac proinde referri
non posse ad præcedentes litteras Mediolani,
solutionemque factam de anno 1649. in nun-
dinis Sanctorum. Nam duæ sunt litteræ à Si-
ris missæ eiusdem summæ, primæ sub die
23. Octobris 1649. effectuatę vt supra per suc-
cessiuam solutionem; posteriores allegatę in
obiecto, in quibus Sirij approbata solutione
eorum tractæ in dd. scu. 5448. secuta in præ-
cedentibus nundinis Sanctorum fecerunt no-
uam tractam totidem summæ pro subsequen-
tibus nundinis apparitionis, & hanc Balbus
adimplere recusauit, eo quod Siri non acce-
ptarunt similes litteras soluibiles Gherardo,
quas illis direxerat vt se reimbursaret de
summa vt supra soluta.

His positis duplex adhuc superest difficul-
tas, altera nempè circa validitatem mandati
executiui A. C. vtpotè fundati in Siriorum
8 litteris *d'Auiso* † quæ viam executiuam non
habent *Monac. decis. Florent. 70. num. 10. & seqq.
Giurb. obser. 105. nu. 13. par. 1.* non obstantibus
9 facultatibus A. C. † quibus locus est in litte-
ris Cambii, non autem in litteris *d'Auiso*, &
similibus mandatis dē soluendo *Saluss. Tiber.
in prax. A. C. lib. 2. num. 3.* vbi quod præter lit-
10 teras Cambij † in alijs cedulis etiam quod su-
per re mercantili agatur, & licet in illis A. C.
vigore suarum facultatum manu regia pro-
cedat admittitur appellatio ad vtrumque ef-
fectum *Rot. decis. 61. nu. 10. apud Pic. ad Stat. Vrb.
& in Romana dotis 11. February 1647. coram me.*
Altera circa iustitiam Cambi pretendentibus
Siris illud non esse purum ac nouum, sed con
11 *la ricorsa* vt aiunt, † & prouenire ex interesse
multiplicato cambiorum, & recambiorum
præcedentium, contractorum pro secundis,
& vlterioribus nundinis quod cessante facul-
tate cambiandi, & recambiandi ac cæteris re-
quisitis illicitum omninò esse tradit *Camill.
Medic. cons. 155. numer. 1. Filiucc. oper. moral. par. 2.
tract. 35. cap. 7. nu. 410. & seq. Modern. Forliuiensis
de Camb. Nundin. cap. 2. num. 18. & cap. 3. nu. 82.*
12 cum omninò reprobentur cambia † contra-
cta solum propter moram solutionis *Rot. corã
Cardinali Millino decis. 12. & 16. num. 1. dec. 775.
per tot. par. 4. diuer.* & regularia pro secundis ac
13 vlterioribus nũdinis † *Azzor. Instit. Moral. tom. 3.
lib. 10. tit. de Camb. cap. 8. in fin. vers. quinta con-
ditio, & cap. 10. vers. septimo Filliuc. d. cap. 7. n. 424.
Scacc. de Camb. §. 1. quæst. 7. limit. 2. n. 1. & limit. 14.
num. 1. Moder. Ianuen. eod. tract. disput. 1. quæst. 13.
nu. 81. & 82.*, semperque tam in Cambijs nun-
14 dinalibus, † quam in irregularibus seu in-
tercalaribus requiratur iustificatio *Azzor. dict.
cap. 8. vers. dicendum est, & seq. Filliuc. d. cap. 7.
num. 411.*

Quo ad primam quicquid sit an litteræ
d'Auiso etiam in casibus quibus probant ha-
beant nec ne viam executiuam? cessare vide-
tur difficultas in casu nostro, ponderando si-
15 mul tùm facultates A. C. dantes potestatem †
pro-

procedendi inter, & contra mercatores Cu-
riæ vsque ad quancumque summam, sum-
marie, simpliciter & de plano, sola facti ve-
ritate inspecta, & manu regia vt ponderauit
*Rot.decis.170.numer.3. & seqq. inter impress. apud
Zacch. de obligat.Camer.* Tùm quod Siri in lit-
teris dederunt Balbo expressam facultatem
se reualendi ab ipsis in sequentibus nundinis
ibi, *e valersi del mancamento nella seguente fiera*
16 *d'apparitione*, & sic executiue † pro vt in
Cambijs nundinarijs, & in nundinis pro de-
bito ibi contracto proceditur vt post *Bald.
Salic. Fulgos. & alios tradit Peckius de Iure sisten.
cap.10.nu.6.inter tract.diuers.tom.3.par.2.fol.165.
aliique relati à Modern. Aquilano de cuus. execut.
ampliat.1.num.20.* Tùm quod etiam in litteris
Cambij Mediolani disponitur quod Balbus
debitores creet Sirios, & ab illis se reualeat
pro vt fecit creando illos in nundinis Noui
debitores summæ solutæ; cumque postmo-
dum Sirij id totum approbauerint, & confes-
si fuerint Summario Balbi num. 6. non ver-
samur in simplicibus terminis litterarum
d'Auiso, sed vltro concurrit earum effectuatio
ac aduersariorum approbatio, & confessio
quæ illis, & si litterarum Cambij vim non
17 haberent, † vim tribuit vt executionem me-
reantur non secus ac litteræ Cambij sicut in
simili viam executiuam quæ ex *remed.l.fin.C.*
18 *edict. Diu. Adr.Tollen.* competit † vbi exhibe-
tur publicum instrumentum testamenti, lo-
cum haberet etiam in Instrumèto minus so-
lemni à parte confessato, & effectuato dixit
*Rot.in Bononien.fideicommissi de Amorinis 18.May
1648. §. non obstant decisiones coram R.P.D. meo
Meltio vbi allegantur concordantes facit Menoch.de
adipisc. remed.4.num.103. & seqq. Bald.cons.198.*
19 *num.5.* vbi quod scriptura priuata † si vera
appareat vim habet publici instrumenti *lib.1.
& cons.279.sub num.1.* vbi quod scriptura pri-
20 uata adminiculis fulcita † idè operatur quod
publicum instrumentum *lib.4.Ciriac.cötr.252.
numer.13. Rot.Bononien.diuers.decis.15.num.8.* Et
alioquin nusquam pro sui releuatione com-
peteret contra mandantem via executiua
mercatori, qui de mandato responsalis per
simplices litteras dato soluit litteras ab alio
mercatore sibi directas sub explicita conuen-
21 tione se reualendi à mandante, † quia isto
casu mandans non conficit litteras Cambij
sed solum in mandato apponit verba, *e pone-
te à nostro conto* vel similia, quæ non esse otio-
sa, & efficacius obligare mandantem aduer-
tit *Scacc. de Camb.§.2.gloss.9.nu.3.& 4.* vbi lo-
quitur in specie de via executiua *Bursat. cons.
39.num.4.lib.1.Ces.Mant.dec.72.num.6.Gimb.ob-
seru.105. num.12.par.1.*

Altera cessat ex facto, quia non agitur de
pecunijs à Balbo numeratis Siris, vt eas in
nundinis vel alio loco illi soluerent, & ob
earum non solutionem recursu ad responsa-
lem Balbi in alio loco existentè vt ipse Bal-
bo cambium soluat qui est proprie casus cã-
22 bij *con la recorsa* † iuxta tradita per *Modern.
Iannen. de Camb.disput.3.quæst.13.num.48.& 51.
Modern.Forolinien.de Camb.Nundin.cap.2.num.1.*
23 *num.4. & per tot.* vel de secundo cambio † ro-
gantibus Siris contracto à Balbo pro obtinẽ-
da satisfactione primi quod in loco destinatæ
solutionis effectum habere non potuerat ex
quo illius litteras nemo acceptare voluisset
quod verè esse Cambium cum recursa tradit
Scacc.de Camb.§.1.quæst.5.num. 85. vel tandem
24 de secundo cambio † quod minister seu pro-
curator Balbi existens in loco destinatæ solu-
tionis primi contraxerit cum Siris vt se reua-
leret de pecunijs pro eodem primo Cambio
solutis Balbo, quod dici cambium cum re-
cursa tradit *Azzor.Inst.moral.par.3.lib.10.cap.9.
quæst.2.* Neque etiam agitur de fructibus cam-
bij, aut recambijs præcedentium cambio-
rum.

Sed de repetenda sorte principali cambij
liberi ac noui scutorum 5448. quæ mandan-
tibus Siris Balbus animo ab eis se reualendi
soluit in nundinis Noui in executionem lit-
terarum Mediolani à Fisco conscriptarum
non coherentium formulis Cambij *con la ri-*
25 *corsa* † relatis à *Scacc. d.quæst.5.num.88.& seqq.
& à Moder.Forolinien.d.cap.2.num.1. in fin.aut for-
mulæ litterarum recãbij relata in d. cap.2. sub n.15.*
Vnde satis est iustificasse quod Balbus iuxta
formam mandati Siriorum dd. pecunias sol-
26 uerit, prout satis est † cuilibet procuratori ad
effectum agendi contra mandantem contra-
ria actione mandati, docere se mandatum
adimpleuisse *l. si verò non remunerandi 12. §. si
mihi mandaueris l. si mandatu meo 45. ibique Bald.
in princ.ff.mãd.Mozz.de mand.tit.de natural.mand.
num.31.Cald.de emp.& vend.cap.33.num.125.&
seq.Monach.decis.Lucen.35.num.19.& 20.*

Nec obstat quod alia negocia, & Cambia
inter Siros, & Balbum præcesserint dum
hoc illis connexum, & ab illis dependens nõ
probatur; docet enim quotidiana praxis
27 quod in dies inter mercatores † noua nego-
cia, & cambia contrhauntur non complica-
ta prioribus, quæque ideò habent suam par-
ticularem executionem *Socin l.pecuniam quam
numer.10.ff. si cert.pet.Gramat.decis.58.numer.11.
Vinc.de Franc.decis.292.num.2.Rot.in Aquitanien.
Prioratus 19.Apr.1624. coram bon.mem. Pironano*
Et quamuis in supra memoratis litteris man-
28 dati dati à Siris dicatur † quod Balbus se re-
ualeat *del mancamento nella seguente fiera d'appa-
ritione* hæc verba nõ denotant connexionem
cum alijs negocijs antecedentibus, sed rela-
ta vt debet ad ipsam summam scut. 5448.
quam à Balbo solui Siri mandarunt, habent
hunc sensum vt scilicet Balbus se reualeat de
totidem, quæ sibi deficiunt quia ea soluit in
executionem mandati, vel quod quatenus
Siri ante nundinas apparitionis cum reim-
bursare deficerent possit ille se in dictis nun-
dinis reualere, quem eatum euenisse constat
cum Siri aliter Balbum reimbursasse nõ pro-
bent vt debent *l. quinquaginta ff. probat. Natt.
cons.569.num. 1. & seq.Surd.decis.105.num.9.Rot.
decis.725. num.8.par.4.tom.3.recent.*

Et in omnem euentum negari non potest
quin ex prædictis, & alijs adductis ab infor-
mantibus pro Balbo exceptio opposita à Si-

9 ris † altiorem indaginem requirat ac propterea retardare non valeat executionem mandati ab A.C.relaxati *Buratt.decis.803.nu.9. cum alys allegatis in decis.253.nu. 5. inter impress. apud Zacch. de obligat. Camer. iuxta vltimam impress.*

Quod exequendum esse decisum fuit causa bis proposita, & vtraque parte hodie informante.

MACERATEN. CENSVS.

Veneris 1. Decembris 1651.

ARGVMENTVM.

Creditor certus in confectione Inuentarij debet nominatim citari nec sufficit generalis citatio per proclama, præsertim quando non continet diem certam, & locum Inuentarij cōficiendi, adhoc vt creditor interesse valeat.

SVMMARIVM.

1 *Census si fuit à duobus impositus, & commodum pecuniarum peruenit ad vnum tantum qui bonam fidem recognouit, iste reputari debet debitor principalis alius verò fideiussor.*

2 *Declara hoc procedere inter ipsos coobligatos non autem respectu Creditoris, erga quem omnes pro principalibus habentur.*

Correi debendi respectu Creditoris habentur insolidum obligati, licet quoad ipsos principalis debitor reputetur qui pecunias recepit, alius verò fideiussor ibidem.

3 *Creditores omnes quare in confectione Inuentarij citandi sunt?*

4 *Creditores quando sunt certi nominatim citari debent in confectione Inuentary, nec sufficit generalis citatio per proclama.*

5 *Extinctio census tanquam quid facti non præsumitur, sed probanda est ab allegante.*

6 *Scientia crediti in hærede necessitatem ei inducit citandi Creditorem in confectione Inuentarij, nec credulitas excusat quod eius creditum sit extinctū.*

7 *Creditor vt citandus veniat in confectione Inuentarij satis est hæredem suspicari posse creditum esse certum nec extinctum.*

8 *Inuentarium confectum non citatis Creditoribus nō suffragatur hæredi.*

9 *Citatio generalis per proclama in confectione Inuentarij debet continere diem certam, ac locum Inuentarij conficiendi adhoc vt creditores interesse valeant.*

10 *Nec sufficit quod sit indeffinita pro diebus, & horis specificandis quæ tanquam speciem seruitutis continens non afficit.*

11 *Hæres rationem reddere tenetur de fructibus perceptis ex bonis hæreditariis quoties scit adesse creditores.*

12 *Hæres soluens creditori posteriori non reportata cautione de restituendo prioribus, & posterioribus male soluit, quando scit adesse anteriores.*

DECISIO CCCCLXXXII.

CVR in relationibus causarum sub die 31. Iulij proximèpreteriti Rota ad instantiam Hieronymi, & fratrum de Anticis decisionem æditam die 12. Iunij præcedentis reuideri mandauerit, fecit examen vnius testis post ea exhibitum deponentis sortem principalem census de anno 1623. à dicto Hieronymo nomine Pompei Patris, & Fabritij Lepretti impositi ac venditi Compagnono cessisse in vtilitatem solius Lepretti, quod præterea nuper comprobatum asseritur ex alio instrumento ex interuallo inter dd. impositores celebrato, in quo Leprettus id agnoscendo, eumdem Pompeum indemnem releuare promisit.

Sed hodie causa super decisis posita hæc non obstare visa sunt. Quicquid enim de pecunijs censualibus egerint impositores census, vel inuicem ex interuallo conuenerint non nocet Compagnono quo minus vtrunque impositorem æque principaliter obligatum habeat in solidum vt in instrumento census continetur, cum ipsius respectu debeat attendi tenor obligationis, eius distinctio in

1 fideiussoriam, & principalem † desumpta à versione pecuniarum in commodum vnius vel alterius, & à recognitione bone fidei

2 facta absente creditore, procedit solum † inter ipsos coobligatos, non autem quo ad creditorem, erga quem omnes obligati æque principaliter pro principalibus habentur vt benè declarat *Surd.cons.150. sub numer.57.vers. quod verum, & decis.308.numer.8. & seqq. Natt. cons.52.num.6. Aret.cons.33.num.8. Aym. cons.77. num.3.vers. hoc ità præsuposito add.ad Gregor.XV. decis.167.sub num.10.vers.hoc autem Rot.dec.153. num.7.in fin.& nu.8.par.2.diuers. & in d.dec.167. num.7. coram san.mem.Gregor.XV.*

Et ad effectum vt Compagnonus citari debuerit ab hæredibus Pompei in Confectione Inuentarij hæreditarij, satis est quod ille sit Pompei creditor siue principali, siue fideiussorio nomine, quia semper eius interest interuenire cōfectioni Inuentarij, quæ est ra-

3 tio † ob quam creditores omnes citandi sunt vt notat *Gloss.in §.hinc nobis verb.fideicommissarios Auth. de hæred.& falcid.quam sequitur Ias. in l.fin.sub num.3.infra med.vers.sed bene Cod.Iur.delib.* nec sufficit citatio generalis per procla-

4 ma, † cum hæredes certo scirent obligationem à patre contractam fauore Compagnoni *ex allegatis in prima decisione §. Inuentarium.*

Gratis autem dicitur potuisse hæredes cogitare debitum fuisse extinctum à Lepretto qui principalis debitor erat, quia iuxta prædicta respectu Compagnoni etiam Pompeus erat principalis debitor, cumque initium

5 obligationis sit certum, & extinctio † tanquam quid facti non præsumatur *l. quinquaginta ff.probat.Aym.cons.313.nu.1.Natt.cons.569. num.1.& seq.Rot. apud Cinc.de Censib.decis.225. num. 2.* nec aliqua afferatur coniectura, quæ huiusmodi cogitatū hæredibus præbere potuerit, manet vndique clara certitudo crediti

6 diti † eiusque scientia apud hæredes, quos
inanis credulitas non excusat *l. 1. §. 1. ff. eo per
quem fact. Erit. Felin. in cap. cum contingat sub n. 4.
limit. 2. de rescr.* eo minus quia facile poterant
inquirere, & certificari an debitum esset ex-
7 tinctum, & satis est, † de hoc suspicari po-
tuisse vt creditorem alioquin certum citare
tenerentur iuxtà theoricam *Anchar. in cap. fin.
num. 2. in fin. de elect. in 6. quam in his terminis se-
quitur Ias. in l. fin. sub num. 3. ante fin. vers. intellige
Cod. Iur. deliber. Dec. cons. 250. sub num. 4. vers. &
quando Decian. respon. 59. sub numer. 28. vers. sed &
qui lib. 2. Phanucc. de Inuent. par. 3. num. 12. & 13.
Michal. Crass. in §. Inuentarium quæst. 9. sub num. 1.
vers. nisi de facili.*

Quare aduersus Compagnonum hæredes
8 iuuari † non possunt beneficio Inuentarij eo
nominatim non citato confecti *Rot. decis. 52.
num. 6. inter impress. apud Moder. Perusinum de sub-
hast.* Præsertim quia ipsa generalis citatio per
9 proclama non exprimit † certam diem, &
locum Inuentarij conficiendi vt oportere ad-
hoc vt creditores interesse valeant confectio-
ni Inuentarij notant in dicta *l. fin. Bart. num. 3.
Ang. num. 1[illegible]. Ias. num. 3. vers. quinto requisitur Abb.
cons. 73. num. 7. par. 2.* sed indefinite monet ci-
10 tatos pro diebus, & horis specificandis † à Iu-
dice, qui tamen nusquam specificasse proba-
tur in die cadentis citationis post quam cita-
tio illa tanquam nimis vaga, & speciem
quamdam seruitutis continens non afficit
*Caputaq. decis. 108. num. 1. par. 1. Crescen. decis. 10.
num. 5. de dol. & Contum. Put. dec. 252. lib. 1. in Corr.
Rot. in Cassanen. Beneficij 24. Nouembris 1600. co-
ram Litta impress. apud Marches. de Commiss. par. 3.
fol. 85. num. 2.*

Præterea inconcussum remanet fundamē-
tum non redditæ legittimæ rationis bonorū
hæreditariorum; tùm quia nulla redditur ra-
11 tio de fructibus † per hæredes hucusque
perceptis, de quibus ob explicitam scientiam
existentiæ creditoris certi, & maximè post
annum 1641. quo citati fuerunt ad soluen-
dum integra ratio reddi debet *ex allegatis in
prima decisione §. præterea in fin.* tùm etiam, quia
ex ipso Calculo per hæredes exhibito con-
uincitur illos adhuc esse debitores hæredita-
tis in summa longè excedente creditum Cō-
pagnoni, si ex eodem Calculo delantur vt
debet solutiones factæ Creditoribus ex causa
Canonum vel fructuum Censuum, & signā-
ter partita scu. 3500. quæ soluerunt Lucretię
Sorori, nec soluere poterant in præiudicium
Compagnoni quem esse Creditorē anterio-
12 rem certo sciebant, † saltem non reportata
cautione de restituendo prioribus, & potio-
ribus vt articulo plenè discusso firmatū fuit
*in Romana residui Dotis 15. Iunij 1648. corā R. P. D.
meo Cerro, & in alijs relatis in prima decisione.*

Quam ideò confirmandam esse Domini
censuerunt informante solum Compagno-
no, hæredibus ne dum citatis decies, sed etiā
sub promissione informandi pro hac die ex-
pectatis frustra.

ROMANA DEVOLUTIONIS DOMUS.

Lun. 4. Decembris 1651.

ARGUMENTUM.

Emphiteusis Ecclesiastica concessa cum clausulis ad habendum, & in perpetuum non efficitur hereditaria nec transitoria ad extraneos, quando adest expressa prohibitio alienandi, & illa facultas elicita ex dd. Clausulis restringitur solum, inter ipsos comprehensos, & coniecturæ fauore extraneorum adductæ ab vnde in decisione euacuantur. Beneplacitū Apostolicum semper est necessarium, quoties alteratur solitum locationis rei Emphiteoticæ Ecclesiasticæ, & ad inducendum solitum quænam requirantur?

SUMMARIUM.

1 *Appellatione heredum, & successorum quando agitur de Emphiteusi Ecclesiastica veniunt solum heredes sanguinis.*

Emphiteusis Ecclesiastica concessa proheredibus, & successoribus non transit ad extraneos ibid.

2 *Emphiteusis Ecclesiastica concessa cum clausulis* ad habendum, & in perpetuū *efficitur mere hereditaria, & transitoria ad quosque etiam extraneos cum id importet perpetuitas à contrahentibus contemplata, declara num. 11. & 12.*

3 *Præsertim quando in concessione adest aliqua leuis coniectura pro comprehensione extraneorum.*

4 *Emphiteusis Ecclesiastica hereditaria arguitur ac transitoria ad extraneos concurrentibus coniecturis id suadentibus nempè si Canonis solutio correspondet fructibus tempore concessionis percipi solitis, declara num. 25. & 26.*

5 *Item stante pacto Franchandi in Inuestitura apposita, declara num. 31.*

6 *Item si res in Emphiteusim concessa tempore concessionis sterilis erat, declara num. 30.*

7 *Item ex obseruantia subsecuta resultante ex concessionibus factis fauore extraneorum nam talis obseruantia declarat primordialem mentem contrahentium, & vbi concessio semel transijt in extraneos semper retinet eandem qualitatem, declara num. 32. & sqq.*

8 *Item Emphiteusis transitoria ad extraneos arguitur ex prohibitione alienationis sine consensu Domini directi nedum ad heredes, & successores, sed etiam ad alios ab eis causā habentes, declara n. 42. & 44.*

9 *Item ex conuentione de soluendo in casum alienationis laudemium cum in necessarium antecedens supponat bona Emphiteotica deuenire posse ad extraneos, declara num. 45.*

10 *Laudemium soluitur ab extraneo inquē bona Emphiteotica mediante alienatione deuenerunt.*

11 *Clausulæ* ad habendū, & in perpetuum *contentæ in Emphiteusi Ecclesiastica restringuntur iuxtà naturam concessionis, & illarum virtus penitùs eliditur ab expressa prohibitione statim adiecta in odium extraneorum, & facultas ex dd. clausulis elicita restringitur inter ipsos comprehensos.*

12 *Clausula generales vt plurimum de stylo Notariorum apponi solent.*

13 *Prohibitio alienationis in concessione Emphiteusis concepta per duas dictiones negatiuas nempè vt non possit alienari nisi cum consensu Domini, tunc resoluitur in permissionem alienandi cum consensu Domini.*

Dictiones duæ negatiuæ resoluuntur in affirmatiuam ibidem.

14 *Prohibitio alienationis in Inuestitura concepta sub vnica negatiua, licet postea addita sit alia directa ad solutionem laudemij ista non qualificat consensum Domini, de quo paulo ante absque simili dictione negatiua facta fuit mentio.*

15 *Ratio est, quia conditio solutionis laudemij distincta est à conditione consensus Domini directi, nec in illum influit, quin è contra ab illo est consecutiua num. 16.*

17 *Prohibitio alienationis licet respectu laudemij ex vi dupplicis negatiuæ resoluat in affirmatiuam licentiam alienandi, adhuc manet in rigore præcepti negatiui respectu consensus Domini.*

18 *Inuestituræ qualitas quomodo sit dignoscenda pendet à mentione consensus Domini directi, vt si fiat per modum affirmatiuum explicitè puta quod possit alienari cum consensu, concessio est hæreditaria.*

19 *Et idem est si fit per modum affirmatiuum implicitè ex secunda negatiua post negationem potestatis alienandi adiecta consensui Domini resultantem.*

20 *Secus è conuerso, & ratio diuersitatis est, quia primo casu prohibitio resoluitur, vt aliqui sentiunt, in permissionem, & Dominus directus cogi potest ad præstandum consensum, qui ex tunc censetur permissus.*

21 *Secundò verò casu prohibitio stat in suo robore negatiuo, & Dominus directus consentire alienationi non tenetur.*

22 *Dispositio vnica sub dupplici conditione altera negatiua, altera affirmatiua si sit concepta, vtraq; suam retinet naturam, & purificanda est.*

23 *Alienatio permissa in Emphiteusi Ecclesiastica iuxtà Iuris dispositionem intelligitur inter comprehensos in Inuestitura, non autem fauore extraneorum.*

24 *Prohibitio alienationis expressa præualet coniecturis contrarium suadentibus quod scilicet Emphiteusis sit transitoria ad extraneos.*

25 *Emphiteusis Ecclesiastica non arguitur hæreditaria ex solutione Canonum correspondente fructibus, si tempore nouæ inuestituræ importantis nouam concessionem, talis coequalitas Canonis cum fructibus non adest, quod tempus venit attendendum.*

26 *Item nec attendi debet coequalitas Canonis quando ex alijs apparet concessionem esse Emphiteoticam, & pactionatam, vel mixtam, & ex quibus concessio talis arguatur? num. 27.*

28 *Laudemium non soluitur nisi alienans sit verè, & propriè Emphiteuta.*

29 Decis. 334. Buratti declaratur.

31 *Pactum Franchaudi, vbi non est necessarium sed facultatiuum est, ante effectuationem nihil operatur.*

32 *Renouatio in vim antiquæ inuestituræ, & ob lineam finitam non importat nouam concessionem licet adsint verba, & de nouo concedimus.*

33 *Secus si emanauit ob delictum Emphiteutæ vtpotè quia alienauit absque consensu Domini, vel cessauit in solutione Canonum quo casu concessio est prorsus noua, & redditur ratio diuersitatis n. 34. & 35.*

36 *Renouatio inuestituræ vt continere dicatur nouam concessionem requiritur secundum aliquos quod præcedat rei deuolutæ incorporatio fauore Domini directi.*

37 *Contrariam tamen sententiam Iserniæ vti veriorē amplexa est Rota videlicet quod sufficit sola declaratio caducitatis.*

38 *Renouatio Inuestituræ continet nouam concessionem si aliquid plus fuit solutum pro ea obtinenda, ac adsint noua pacta, quæ in antiquis Inuestituris nō continentur.*

39 *Renouatio Inuestituræ an contineat nouam concessionem attendi debet mens concedentis ex verbis etiam postea prolatis elicita.*

40 *In prima Inuestitura Emphiteusis Ecclesiasticæ non fuisse comprehensos extraneos elicitur ex obseruantia subsecuta.*

41 *Et sufficit adhunc effectum obseruantiam esse dubiam, & æquiuocam.*

43 *Subhastatio rei Emphiteoticæ facta ad instantiam creditorum cum sit alienatio necessaria non inducit deuolutionem siue caducitatem.*

46 *Deuolutio redditur clara si res Emphiteotica contra expressam prohibitionem alienationis deuenit ad locum pium, & sic ad manum mortuam, mediante institutione, quæ non substinetur nec etiam mediante æstimatione.*

47 *Dominus directus si recepit Canones post incursam caducitatem censetur alienationem approbasse, quam tamen de Iure approbare potest num. 48.*

Ecclesia Domina directa recipiendo Canones, & quindennium censetur alienationem factā in manum mortuam approbasse ibid.

49 *Canones si fuerunt recepti à procuratore siue Ministro post incursam caducitatem Domino non præiudicant.*

50 *Beneplacitum Apostolicum requiritur si res Emphiteotica transit in manum mortuam non obstante quod sit solita locari si nusquam apparet esse solitam locari in manum mortuam.*

51 *Beneplacitum Apostolicum semper est necessarium quoties alteratur solitum locationis.*

52 *Res locari solita vt dicatur quænam requirantur?*

53 *Constitutio san. mem. Vrbani VIII. præseruatiua Iurium Ecclesiæ substulit beneplacita Apostolica præsumpta.*

54 *Beneplacitum Apostolicum vt præsumatur ex cursu temporis requiritur lapsus 30. annorum cum obseruantia.*

DECISIO CCCCLXXXIII.

Controuersæ domus directum dominium penès Monasterium, & Moniales Sanctæ Luciæ in Silice, & finis totius parentelæ inuestitorum (quæ sunt extrema Iudicij deuolutionis ex hoc capite à Monialibus moti), est in confesso apud partes. At quoniam Angela de Calandris vltima de dicta parentela sibi in testamento scripsit hæredē Hospitale Sanctę Mariæ Oppidi de Carauaggio, disceptatum acerrimè fuit an inuestituræ etiam ad hæredes extraneos porrigantur, affirmatiuam sententiam tuentibus informantibus

ribus pro Hospitalij, non quia conceptæ sint
p,o hæredibus, & successoribus cum eorum
1 appellatione † in concessionibus bonorum
Ecclesiæ venire solum hæredes sanguinis re-
ceptius esse apud Doctores testatur *Gabr. cõs. 84.*
num. 51. & 52. lib. 2. Rimin. Sen. Mant. Grat. & alij
plena manu relati in dec. 211. num. 4. par. 6. recent. &
in Caietana Bonorum 3. Decembris 1646. §. iustitia
coram R. P. D. meo Cerro.

Sed propter clausulas ad habendum, & in
2 perpetuum in parte dispositiua † inuestiturarũ
appositas, quæ reddunt concessionem mere
hæreditariam, quia præbent facultatem alie-
nandi in quoscumque, & perpetuitas à con-
trahentibus contemplata verificari vix potest
nisi extranei quoque comprehendãtur vt de
clausula ad habendum tradit plenè *Laderc.*
cons. 1. per tot. Clar. Brec. Osasc. & alij plures quos
refert, & sequitur *Rot. decis. 87. numer. 6. coram*
Buratt. decis. 295. num. 2. coram Vrgellen. decis. 294.
num. 3. par. 2. recent. & de clausula in perpetuũ
Ciriac. controu. 146. numer. 10. Socc. Curt. Iun. Crot.
cum alijs approbatis à Rota in Mediolanen. Bonorũ
de Busoloria 7. Iunij 1585. corã Bubalo in dec. 245.
num. 2. coram Cardinali Millino in dicta decis. 294.
num. 4. par. 2. recent. in decis. 548. nu. 9. par. 4. tom. 1.

Saltim quando in concessione pro hæredi-
3 bus in perpetuum adest aliqua coniectura, †
etiam leuis pro comprehensione extraneorũ
vt voluit *Ceph. cons. 9. numer. 17.* quem sequitur
Mant. de tacit. lib. 22. tit. 19. numer. 21. & seqq. Rot.
decis. 381. num. 6. & seqq. par. 5. recent. Multæ au-
tem coniecturæ in casu nostro id suadere vi-
4 dentur, nempe † coequalitas annui Canonis
cum fructibus qui tempore primæ inuestitu-
ræ æditæ de anno 1550. ex re concessa perci-
piebantur *Mant. d. lib. 22. tit. 6. numer. 24. vers. sed*
aduertendum, & tit. 19. num. 27. Buratt. decis. 334.
5 *num. 4. vbi allegat concord.* Pactum francandi in
eadem inuestitura appositum *Ceph. cons. 702.*
num. 17. & seqq. Grat. discep. 477. num. 10. et seqq.
6 sterilitas rei † de tempore primæ concessionis
vt per *Rot. decis. 11. num. 5. par. 2. recent.* Obseruã-
tia subsecuta resultans ex concessionibus fa-
ctis de annis 1597. & 1612. non in personas
consanguineorum Iosephi firmi primi inue-
stiti, sed illorum de Calandris penitùs ex-
7 traneorum; † nam obseruantia declarat pri-
mordialem mentem contrahentium, & vbi
concessio semel transijt ad extraneos eamdẽ
qualitatem semper retinet *Ruin. cons. 161. n. 33.*
et 34. lib. 1. Mant. d. tit. 19. num. 33. Rot. decis. 381.
num. 12. par. 5. recent. decis. 245. sub num. 2. vers. &
videbatur coram Cardinali Millino. Tandem
8 prohibitio alienationis † sine consensu Do-
mini directi nedum ad hæredes, & successo-
res sed etiam ad alios ab eis causam habentes,
9 & conuentio de soluendo † in casum aliena-
tionis laudemium, quæ in necessarium ante-
cedens supponit ad extraneos bona deuenire
10 posse, quia non nisi ab extraneis † laudemiũ
debetur *Ceph. cons. 27. numer. 19. et seqq. Amadeus*
de Ponte de Laudem. quæst. 17. fol. 12. à tergo versic.
quo autem ad alienationem Corb. de Caus. priuat. ob
alienat. irrequis. dom. ampliat. 27. n. 4. Gabr. cons. 34.
nu. 10. et 11. lib. 1. Anna. allegat. 105. nu. 5. Redoan.
de reb. Eccles. non alien. quæst. 66. num. 25. et seqq.

Contrarium tamen his non obstantibus
decisum fuit, quia clausulæ ad habendum, &
11 in perpetuum restringuntur † iuxta naturam
ipsius concessionis earumque virtus euacua-
tur penitùs ab expressa prohibitione aliena-
tionis statim adiecta, quippe quæ cum ad
extraneorum exclusionem directo tendat, fa-
cultatem alienandi à dd. clausulis elicitam,
restringit, inter ipsos comprehensos estque
magis attendenda, & plus influit in conces-
12 sionem quam dictæ clausulæ generales † vt
plurimum ex stylo à Notarijs appositæ vt in-
quit *Dec. cons. 171. num. 3. vers. 4. et vltimo Gabr.*
cons. 91. num. 12. et 13. lib. 1. Grat. discep. 344. n. 11.
cum alijs quos refert & sequitur *Rot. inter re-*
cent. in exaduerso alleg. decis. 294. num. 8. vers. item
ibi aderat par. 2. decis. 74. num. 15. decis. 211. nu. 8.
et 9. part. 6. et in supracitata Caetana Bonorum §.
quod sine difficultate, et in eadem 10. Iunij 1648. §.
et proinde vers. loquitur, vbi itè conciliat decisiones
contrarias coram R. P. D. meo Cerro.

Præsertim quia non versamur in prohibi-
13 tione concepta † per duas dictiones negati-
uas; nempè vt non possit alienari nisi cum
consensu Domini, quam resolui in permis-
sionem alienandi cum consensu dixit *Rot. in*
Sarsinaten. Feudi 22. Iunij et 18. Decembris 1645.
coram Reuerendissimo D. meo Decano et 3. Iulij
proximèpreteriti coram R. P. D. meo Otthobono sed
14 vnica adest negatiua in originali inuestitura
anni 1550. ibi, *promisitque ipsum solum cum me-*
lioramentis non vendere &c. irrequisitis, & sine li-
centia dictarum monialium, & in successiuis in-
uestituris, ibi, *non possint dictam Domum, &c.*
vendere, &c. sine expresso consensu, & licentia Ab-
batissæ, & Monialium Summario *Monial. num. 1.*
& 2. seqq. & quamuis in his posterioribus in-
uestituris addita sit alia negatiua, ibi, *& nisi*
eisdem satisfactis de Laudemio illa vti directa tan-
tum ad solutionem Laudemij non qualificat
consensum Domini de quo paulò ante absq;
simili dictione negatiua facta fuit mentio iu-
xta theoricam *Bart. in l. in repetendis col. fin. con-*
trarium puto ff. leg. 3. quam sequitur Ias. in l. cum fi-
lio fam. num. 177. ff. leg. 1. Cuman. cons. 47. vers. quia
conditio Bero. cons. 60. num. 53. in fin. lib. 2. Fusar. de
subst. quæst. 403. num. 30. Barz. decis. Bono. 119. nu. 3.
& 4.

Eominus, quia conditio solutionis Lau-
15 demij † distincta prorsus est à conditione cõ-
sensus *Gabr. cons. 84. num. 9. lib. 1.* nec in illum
16 influit, quin è contra † ab illo est consecu-
tiua *Bart. in l. fin. numer. 2. vers. dic ergo Cod. præd.*
Decur. lib. 11. Surd. 84. num. 6. Rot. in Neapolitana
Domus 28. Iunij 1606. coram Ortemberga vt pro-
pterea prohibitio esto quod respectu Laude-
17 mij † ex vi duplicis negatiuæ resoluatur in
affirmatiuam licentia alienandi, adhuc ma-
neat in rigore præcepti negatiui respectu cõ-
sensus à Domino præstandi, cuius mẽtio quo-
18 modo in inuestitura fiat † attenditur ad di-
gnoscendam qualitatem inuestituræ vt vide-
licet si fiat per modum affirmatiuum expli-
citè puta quod possit alienari cum consensu
concessio sit hæreditaria, idemque forsan si
per

19 per modum affirmatiuum implicite† ex secunda nempè negatiua post negationem potestatis alienandi adiecta consensui Domini
20 resultantem, secus è conuerso, † & ratio diuersitatis est, quia primò casu prohibitio forsan resoluitur, vt aliqui sentiunt in permissionem, & Dominus directus cogi potest ad præstandum cõsensum, qui ex tunc censetur
21 promissus; secundo verò casu † prohibitio stat in suo robore negatiuo, & Dominus cõsentire alienationi non tenetur vt in puncto prohibitionis alienationis sine consensu Domini ratiocinatur ac distinguit *Io: Franc. à Ponte cons. 2. num. 6. ac seqq. cons. 81. numer. 58. & 59. lib. 1. Ces. Maxen. decis. 2. num. 40. & 41. Rot. in dicta Caietana Bonorum 3. Decembris 1646. § pro quorum coram R.P.D. meo Cerro.* Vnde satis nõ est, quod conditio Laudemij resolui possit in affirmatiuam, dùm alia conditio consensus negatiuæ manet, nec est nouum quod
22 vnica dispositio sub duplici conditione † altera negatiua, altera affirmatiua concipiatur vtraque suam naturam retinente, & purificanda *l. si haredi plures ff. cond. instit. l. Lucio la secunda ff hered. inst. l. generaliter in princ. Cod. Inst. & subst. Hond. cons. 78. nu. 23. et seq. lib. 1. Peregr. cons. 319. num. 1. lib. 5. Fusar. cons. 64. num. 4 et 5.*

Æt in omnem euentum vnus ex Dominis *ingeniose animaduertit* quod in eisdẽ inuestituris post clausulã nisi satisfactis de Laudemio statim adiungitur clausula iuxta dispositionem, quæ declarat contrahentes intellexisse
23 de alienationibus tantum modo † permissis ijs scilicet qui fuerunt inter comprehensos non autem fauore extraneorum quæ in emphiteusi Ecclesiastica pro hæredibus, & successoribus à iuris dispositione prohibentur, vt in fortior terminis *Seraph. decis. 1290. n. 12.*

His positis non vrgent coniecturæ in con-
24 trarium ponderatæ, quia omnibus præualet† quam præbet prohibitio alienationis *Rot. dec. 74. num. 15. decis. 211. numer. 9. par. 6. recent.* quæ non aderat in casu, *Ceph. Cardinalis Mant. & decisionis 111. num. 6. par. 5. recent. exaduerso allegat.* & ex abbundanti euacuantur singulæ; nam
25 coequalitas Canonis cum fructibus † rei cõcessæ, nec aderat de tempore posteriorum inuestiturarum, quod tempus, quia vt infrà dicam nouas concessiones important, debet attendi *Gratian. discept. 379. numer. 22. & 23. Cas. de Graff. decis. 4. per tot. de reb. Eccles. non alien. Rot. decis. 253. num. 16. par. 7. recent.* nec alicuius cõ-
26 siderationis quando ex aliis † concessionem esse emphitheoticam, & pactionatam vel mixtam apparet *Gabr. cons. 84. num. 12. lib. 2. Vinc. de Franc. decis. 191. num. 10. Surd. decis. 198. num. 23. vers. respondetur etiam, & num. 24. Rota in Romana Domus 22. Aprilis 1644. § quia ommisso coram Eminentissimo D. Cardinali Cecchino,* vt in casu
27 nostro denotant verba in Emphiteusim, † pactum de meliorando, reseruatio directi dominij, prohibitio alienationis sub pęna amissionis melioramentorum, & denique conuentio soluendi Laudemium; illud enim iuxtà veriorem opinionem non soluitur nisi
28 alienans † sit verè & propriè emphiteuta. *Capic. Latro decis. 18. numer. 12. vers. quod quando Buratt. decis. 601. num. 5. Rot. decis. 14. num. 46. & seqq. vbi respondet contrarijs dec. 128. num. 1. par. 6. recent. & in Romana deuolut. Vinea 14. Maij 1646. § qua sanè effectuatio vers. pro cuius etiam coram R.P.D. meo Verospio*, qua propter non aplica-
29 tur † exaduerso allegata *decis. Buratt. 334.* vbi non aderat cõuentio Laudemij sed benè aplicantur tradita à *Maresc. var. resol. lib. 2. cap. 76. numer. 11. & seqq.* Pariterque non meretur attendi quod resesset sterilis, quia imò desuper domus fructifera edificata fuerat de tempore secundę, & subsequentis inuestituræ vt dicebam attendendo; nec non quia stante pacto expresso de re melioranda, & restrictione cõcessionis ad certas personas scilicet hæredes sanguinis educta ex verbis, & prohibitione alienationis, sterilitas huiusmodi nullius mo-
30 menti est; † nam tunc finita per deficientiã personarum vocatarum Emphiteusi non excluditur emphitheuta à fructu suorum laborum ex facto Domini, sed ex pacto conuento, & proprio consensu, vt respondit *Rot. in ead. Romana Domus § 2. quia coram D. Cardinali Cecchino.*

31 Ad pactum francandi† satis est, respondere quod non fuit effectuatum, & ante effectuationem vbi non necessarium sed facultatiuũ est, nihil operatur *Grat. discep. 477. nu. 16. Rot. decis. 359. num. 31. & 32.* vbi sic respondetur cõtrarii *par. 5. recent.* Obseruantia fauore extraneorum educi non valet ex concessionibus factis de anno 1597. & 1612. Andreæ & Angelę de Calandris, quia non emanarunt in
32 renouationem antiquę inuestituræ † factæ Iosepho firmo, & ob lineam illius finitam quo casu concessionem non esse nouam licet adsint verba, & de nouo concedimus dixit *Rot. decis. 176. num. 35. & 36. par. 5. recent.* sed
33 ob culpam emphiteutę in alienando † absq; consensu, & cessationem in soluendo Canonem in quibus terminis concessionem esse prorsus nouam distinguendo hunc casum ab antecedenti tradit *Bero. cons. 112. numer. 3. & 4.*
34 *lib. 1.* vbi ait rationem diuersitatis † quia finita emphiteusi ob deficientiam lineæ res nõ dicitur penitùs ad dominum reuerti, & omnino deuoluta cum remaneant agnatis, & hęredibus primi inuestiti melioramenta, & ius petendi inuestituram quatenus Dominus nolit pro se retinere; at si finiatur per cessatio-
35 nem solutionis Canonis, † & culpam res omninò, & penitùs dicitur reuersa nullo iure remanente penès agnatos seu hæredes tàm respectu impetrandi nouam inuestituram quam melioramentorum sic etiam *Cald. de renouat. Emphit. lib. 1. quæst. 4. nu. 20. & 21.* quem sequitur *Rot. d. decis. 176. nu. 35. vers. secus par. 5. recent.*

36 Et quamuis aliqui voluerint † requiri adhunc effectum quod præcesserit rei deuolutę incorporatio fauore Domini directi hoc est quod ille possessionem apprehenderit, contrariam sententiam Isernię videlicet sufficere
37 quod caducitatem declarauerit tanquam † magis communem secuta est, *Rota in Portuen.*

Stagni

Stagni 10. *Iunij* 1641. §. *nec refragatur coram bon. mem. Cardinali Pansirolo*; & in casu nostro cessat difficultas ex facto, quia ante secundam inuestituram factam de anno 1612. Moniales nedùm possessionem apprehenderãt, sed etiã mandatum de manutenendo desuper obtinuerant, & ante præcedentem concessionem anni 1597. reportauerant à Iudice super deuolutione sententiam, quod satis esse præsertim vbi vt in casu nostro fuit aliquid solutũ
38 pro obtinenda noua inuestitura, † & adsunt noua pacta, dixit *Rota coram Cardinali Caualer. decis.* 398. *sub num.* 8. *vers. tertiò ibi*, *& vers. tandem Bursatt. cons.* 251. *nu.* 3. *lib.* 3. *Grat. discep.* 913. *num.* 19. *Seraph. decis.* 1362. *num.* 3. *Rota diuers. decis.* 160. *num.* 9. *par.* 2. Præter quod non solùm in ipsa inuestitura anni 1597. adsunt verba, *de nouo locauerunt*, sed vltrò in subsequenti anni 1612. partes asseruerunt dictam præcedentem inuestituram fuisse nouam locationem, ibi, *in Emphiteusim perpetuam concesserint*, *& de nouo locauerint*, & in hac materia atten-
39 denda est mens concedentis † ex verbis etiã postea prolatis educta *Cald. de renouat. Emphit. lib.* 1. *qu.* 4. *sub num.* 14. *vers. in Emphiteusi*. Adeò quod obseruantia potiùs demonstret in pri-
40 ma inuestitura † non fuisse comprahensos extraneos, vt in puncto ponderauit *Rota in supra citata Caietana Bonorum* 10. *Iunij* 1648. §. *minus vrget coram R.P.D. meo Cerro*, cùm ta-
41 men sufficeret esse dubiam, † & æquiuocam *Rota decis.* 121. *num.* 15. *par.* 7. *rec.*

Quod prohibitio alienationis dirigatur quoque contra habentes causam a succeso-
42 ribus primi acquirentis, † non facit coniecturam comprahensionis extraneorum, quia causam habere poterant à successoribus ipsimet consanguinei remotiores mediante nempè alienatione in eos facienda à proximioribus in gradu, vel mediante subhastatione facta ad instantiam creditorum, quæ
43 cùm sit alienatio necessaria † non inducit caducitatem *Caualer. decis.* 300. *num.* 4. *Rota in recent. decis.* 22. *num.* 12. *par.* 5. & satis est ea ver-
44 ba quid minimum operari † dum ex alijs apparet inuestituram non esse hæreditariam *Menoch. cons.* 61. *num.* 20. *Rot. dec.* 74. *nu.* 10. *par.* 6. *recent.* Conuentio paritèr soluendi Laudemium in casum alienationis verificari po-
45 test inter ipsos Consanguineos, † si videlicèt postquam res, quæ diuidua est fuisset ad plures æquales in gradu delata vni tantùm eorum alio titulo quam successionis, vel iuris accrescendi obueniret *Ceph. cons.* 195. *num.* 26. *Bursatt. cons.* 137. *num.* 7. *& cons.* 181. *numer.* 9. *& seq. Paseth. consil.* 2. *num.* 9. *consil.* 3. *num.* 8. *Rodoan. de reb. Ecclesiast. non alien. quæst.* 66. *nu.* 53. *Amode. de Laudem. quæst.* 25. *num.* 4. *cum alijs alegatis à Moderno Arcis Hannoni eod. tract. tom.* 1. *quæst.* 12. *artic.* 1. *num.* 30. *& num.* 38. *& seqq. & à Moderno Beneuentano decis. Beneuentana* 39. *num.* 3. *& seqq.*

Ex quibus probata satis visa fuit deuolutio ob deficientiam consanguineorum Angelæ de Calandris vltimæ inuestitæ, quæ cum instituerit hæredem Hospitale, in quod
46 vti manum mortuam † obstante prohibitione alienationis expressa tàm legis, quàm hominis, ac declaratione quod nec ipsa Angela succedere posset si esset monialis, bona neque per viam institutionis deuenire poterant, etiam ad effectum assequendi æstimationem, ex hoc capite quoque resultat clara deuolutio, vt plenè firmatur in *dec.* 211. *n.* 22. *& seqq. par.* 6. *recent. in Bononien. Bonorum Emphiteoticorum* 7. *Iunij* 1647. §. *fin. coram R.P.D. meo Meltio, in dictis Caietana Bonorum coram R.P.D. meo Cerro*, *& in Bononien. Bonorum* 27. *Martij* 1648. *coram R.P.D. meo Verospio*.

Non obstat, quod Moniales recipiendo ab Hospitali quindennium, & Canones per
47 30. fere annos censeantur † eius institutionem approbasse *Gamm. dec.* 283. *num.* 3. *Rota in Tiburtina prætensæ deuolutionis* 13. *Decemb.* 1615. *coram clar. mem. Card. Fabritio Verospio*, *& in Romana Domus* 27. *Maij* 1647. *coram Reueren-*
48 *dis. D. meo Decano*, & approbare † potuerint *Menoch. cons.* 216. *num.* 43. *Surd. cons.* 521. *num.* 10. *add. ad san. mem. Greg. XV. decis.* 520. *num.* 14. *in fin.* Tùm quia Canones recepti fuerunt à
49 Priorissa, & Procuratore † qui Monialibus præiudicare non possunt, *cap. veniens vbi notant omnes de transact. Hond. cons.* 55. *num.* 25. *lib.* 1. *Buratt. dec.* 601. *num.* 9. & fuit dictum in *Pisaurien. Manutentionis* 4. *Iunij* 1646. §. *qua possessione coram bo. me. Arguelles*; tùm etiam quia deficit beneplacitum Apostolicum, quod necessarium esset non obstante quod domus
50 aliàs fuerit in Emphiteusim concessa † & sic solita locari; Cùm enim nusquam fuerit solita locari manui mortuæ, adhuc in hac
51 parte in qua solitum † alteratur, opus esset beneplacito Apostolico *Alex. cons.* 9. *nu.* 2. *lib.* 3. *Curt. Iun. de feud. par.* 2. *quæst.* 5. *Redoan. reb. Eccl. non alien. quæst.* 12. *num.* 28. *Rot. decis.* 176. *num.* 43. *par.* 5. *recent. cum alijs alleg. per Moder. Pipernatem in suis sing. tom.* 2. *tit. de alien. rer. Eccles. cap.* 1. *n.* 20. & fuit dictum *in Rauennaten. Domus* 14. *Iunij* 1649. §. *vltrà quod coram R.P.D. meo Rojas*. Licet veriùs sit, quod nec probatur solitum
52 cum † nulla detur præcedens locatio solemnis, & postremæ duæ factæ Calandris à quibus Hospitale causam habet non fuerint sortitæ effectum per 40. annos, vt ad inducendum solitum requiri tradit *Præpos. in cap.* 1. *num.* 23. *& seq. qui feud. dar. poss. Rota d. decis.* 176. *num.* 42. *par.* 5. *recent. aliique relati à dicto Moder. ibid. num.* 22. & præsumptio beneplaciti Apostolici ex longa obseruantia, quam sustulit nouissima Constit. S. M. Vrbani VIII. præ-
53 seruatiua Iurium Ecclesiæ cessat in casu nostro quia nõ adest integer lapsus 30. annorũ
54 ad hunc effectum requisitus; † itaut 29. anni non sufficiant *ex alleg. per add. ad san. mem. Greg. XV. dec.* 354. *sub num.* 18. *vers. minus*.

Et ita decisum vtraque parte informante.

FIR-

FIRMANA PECVNIARIA.

Lunæ 4. Decembris 1651.

ARGVMENTVM.

Creditor in pecunia licet non teneatur recipere insolutum bona debitoris tamen ex *beneficio Auth. hoc nisi C. de solutionibus* inductæ fauore debitoris cogi potest, dummodò concurrant requisita dictæ Auth. de quibus in decisione. Officiales Ciuitatis Successores in officio tenentur debitum Ciuitatis de bonis eiusdem Ciuitatis soluere, vel si illa sunt debitis anterioribus obnoxia tenentur imponere collectam, aliàs contra eos tanquam negligentes, & morosos decerni potest executio personalis.

SVMMARIVM.

1 *Decoctio debitoris quando est notoria, tunc necessaria non est illius excussio.*

2 *Promissio de releuando aliquem indemnem ex aliqua causa non trahitur ad aliam diuersam.*

3 *Bona in executionem capta non potuisse subhastari ob defectum Emptorum constat ex attestatione executorum, qui tria bannimenta fecerunt, quibus vel de re ad eorum officium spectan. testantibus fides adhibetur.*

4 *Subhastatio, quando agitur de distrahendis bonis priuctorum, intrà quod tempus fieri debeat non est à Iure determinatum, sed arbitrio Iudicis relinquitur.*

5 *Bona in executionem capta non reperiisse emptorem probatur, si rest facta tria bannimenta per mensem, & vltrà steterunt sub hasta, nec aliquis comparuit oblator.*

6 *Item si post lapsum terminum bannimentorum, nec quispiam obtulit, vt poterat.*

7 *Bona non reperto emptore habentur, acsi non adessent.*

8 *Creditor in pecunia non tenetur recipere insolutum bona debitoris.*

9 *Debitor in pecunia ex beneficio* Auth. hoc nisi C. de solut. *non habens aliunde quomodo soluat facultatem habet soluendi in bonis stabilibus pro pretio æstimando.*

10 *Ampliа procedere etiam ad fauorem debitoris condemnati per sententias in iudicatum lapsas.*

11 Auth. hoc nisi C. de solut. *locum non habet in debito vallato iuramento, & obligatione Camerali, & num. 14.*

12 *Soluens Creditori in eius Iuribus succedit etiam absque alia cessione.*

13 *Sententia mandans fieri per Creditorem diligentias contra principalitèr obligatos intelligenda est de diligentijs secundum qualitatem, & naturam ipsius obligationis.*

Verba intelligi debent secundùm subiectam materiam, ibid.

14 *Debitor in forma Cameræ obligatus allegari nequit beneficium* Auth. hoc nisi C. de solutionibus.

15 *Beneficium* Auth. hoc nisi C. solut. *est personale, nec egreditur personam debitoris.*

16 Auth. hoc nisi C. de solut. *loquitur solùm inter debitorem, & creditorem indulgendo debitori, vt ad euitandam carcerationem possit bona propria insolutum dare, non autem locum habet quando agitur in terminis excussionis debitoris ad effectum exequendi contra alium obligatum, de quo d.* Auth. *non loquitur.*

17 *Debitor dicitur sufficientèr excussus eo ipso quod pecunias non habet, eiusque bona posita subhasta non inueniunt oblatorem.*

18 *Aequitas in iure non scripta non debet plus operari, quàm æquitas, & obligatio legalis, quæ est efficacior.*

19 *Nec extendi, vt contra dispositionem legis scriptæ Creditor pecunia cogatur recipere bona insolutum.*

20 Auth. hoc nisi *tanquam odiosa Creditori extendēda nō est vltrà casum, de quo specificè loquitur.*

21 *Fideiussor soluens, habet contra principalem regressum.*

22 Auth. hoc nisi C. de solut. *vt locum habeat omnia requisita debent concurrere, & quidem copulatiuè num. 23.*

24 *Et inter alia requiritur, quod in actu oblationis bonorum insolutum præstetur à debitore cautio de euictione.*

25 *Bona debitoris obnoxia hypothecis anterioribus superuacaneum est subhastari, nec excuti debent.*

26 Beneficium Anthenticæ hoc nisi, *quamuis suffragetur debitori, non tamen creditor cogi potest ad recipiendum bona insolutum litigiosa, & debitis anterioribus obnoxia, præsertim quando debitor debitum impugnauit, ac impugnat, num. 27.*

28 *Ciuitas tenetur pecunias indebitè solutas eius Officialibus, & versas in eius vtilitatem restituere, non attento an dd. Officiales sint perpetui, vel temporales.*

29 *Non tamen tenentur Officiales successores in officio qui nec pecunias in proprios vsus verterunt, nec vsquam restituere promiserunt, nisi quatenus sint in mora soluendi de bonis Ciuitatis.*

30 *Et mora hoc casu contracta dicitur, si bona Ciuitatis non exhibent, vel collectam si Ciuitas est inops, singulis Ciuibus non imponunt, aut exigere negligunt, quo casu possunt in carceres detrudi tanquam repræsentantes Corpus totius Ciuitatis num. 31. vel ob moram in soluendo num. 32. vel vt Ciuitas, & Populus rubore subfusus soluat num. 33. & hoc casu pro alieno debito propria officialium negligentia punitur num. 34.*

35 *Officiales Ciuitatis, si bona non idonea solutioni exhibuerunt tenentur fauore creditorum imponere collectam, aliàs contra eos fieri potest executio personalis si negligentes sunt.*

DECISIO CCCCLXXXIV.

CONFORMITER Ciuitatem Firmi, illiusque Officiales, & Gasparum Paccaronum ad restituendum Sauino scuta 1814. quæ Ciuitati indebitè soluit condemnarunt tres sententiæ; duæ tamen posteriores insolidum; prima verò noluit exequi mandatum posse contra Ciuitatem, nisi factis priùs diligentijs contra personas, & bona propria

Pac-

Paccaroni, & aliorum obligatorum. Ideò opus fuit Sauino has diligentias facere, & fecisse prætendens petijt executionem personalem contra Priores, & Officiales Ciuitatis, de qua executione relaxanda hodie, particularitèr cognito, Rota censuit vt infrà; nempè.

Diligentias factas sufficientes esse, quia in hæreditate Leonardi Bentiuoli, qui principalitèr est obligatus ex causa annonæ frumentariæ ab eo conductæ de anno 1629. & 1630. nihil reperiri retulerunt duo executores ad id deputati, vt in Summariolo responsionis pro Sauino num. 1. & notoria illius
1 decoctio † quam omnes decisiones clamant tollit excussionis necessitatem, vt notant glos. & Doct. in l. vltima in princ. ff. si cert. pet. Negus. de pignor. par. 8. memb. 1. num. 14. aliquę alleg. à Pacif. de Salu. Insp. 2. cap. 2. num. 27. Hieronymus Bentiuolus Leonardi frater excuti non debuit, quia in sententijs nominatus non legitur, nec Ciuitati obligatus apparet, &
2 releuatio, quam promisit Sauino † pro eo quod idem Sauinus vti fideiussor fratris ex causa secundæ depositariæ deberet Ciuitati, non trahitur ad hanc summam indebitam, ex secunda, & solùm ex prima debitam l. si vnus §. ante omnia ff. pact. l. Lucius la 2. §. Paulus, ibique gloss. verb. non teneri, ff. administ. Tut. Hond. cons. 111. num. 45. & seq. lib. 1. Rot. in his terminis dec. 592. n. 1. par. 5. rec.

Paccaroni verò personam frustrà perquisitam fuisse, & bona in executionem capta,
3 emptorem † non reperisse testantur executores, qui tria bannimenta fecerunt Summ. Sauini num. 2. & seqq. & tanquam de re pertinente ad eorum officium merentur fidem, Alex. in l. à Diuo Pio §. si super rebus num. 17. ff. re Iudic. Tiraquell. de retract. consang. §. 8. gloss. 9. num. 22. Hond. cons. 18. num. 56. lib. 1. cum alijs allegatis ab add. ad Buratt. decis. 739. Litt. A. & à Moder. Perusino de subhast. Insp. 29. num. 111. & seqq. aduertendo quod tria bannimenta nedū fuerunt facta die 26. & 27. Octobris, sed rursus die 27. Nouembris subsequentis, & sic per mensem, & ampliùs bona steterunt subhasta; Cumque distrahendis bonis priuato-
4 rum † non sit à iure determinatum certum tempus, intrà quod subhastatio fieri debeat, sed arbitrio Iudicis relinquatur, vt notat Bald. in l. ordo num. 6. C. executi rei iudic. Coler. de proc. exec. par. 1. cap. 9. num. 75. Grat. discept. 275. num. 15. Escobar. de ratiocin. cap. 16. numer. 8. Rota decis. 146. num. 4. & 5. par. 2. diuers. nec vlquam
5 oblator † aliquis adfuerit, satis probatum dicitur non reperiri emptorem; maximè
6 quia neque postea † lapso termino bannimentorum quispiam obtulit, vt potuisset Rota inter impress. apud Moder. Perus. de subhastat. decis. 40. num. 6. & seqq. Emptore autem non
7 reperto † perinde est ac si bona non adessent
8 quia de cętero creditor in pecunia, † prout est Sauinus non tenetur recipere insolutum bona debitoris l. 2. §. mutui datio vbi notant omnes ff. si cert. pet. l. eum à quo Cod. solut. Surd. consil. 92. num. 4. & decis. 30. num. 9. Rot. decis. 352. num. 2. coram san. mem. Gregor. XV.

Neque hic intrat beneficium Auth. hoc nisi
9 Cod. solut. † vbi debitori in pecunia non habenti aliunde quomodo soluat datur facultas soluendi in bonis stabilibus pro prætio
10 extimando, quod procedere † etiam ad fauorem debitoris condemnati per sententias in iudicatum lapsas, tradit Hond. cons. 34. n. 27. lib. 2. Cost. remed. subsid. 3. sub num. 5. vers. quandoquidem Anchar. Iun. qu. 57. num. 4. lib. 3. Tùm
11 quia locum non † habet † in debito vallato iuramento, & obligatione Camerali Gozzad. cons. 27. nu. 28. Roman. cons. 163. sub num. 2. Ronit. cons. 18. num. 10. & seqq. lib. 1. Vincen. de Franch. decis. 81. per tot. Thes. decis. 151. num. 14. Barz. decis. 40. num. 5. Rot. decis. 42. sub num. 2. par. 1. rec. quale est debitum Paccaroni ergà Ciuitatē, quæ gratis negat Paccaronum esse in forma Cameræ obligatum Sauino, quia Sauinus
12 soluendo Ciuitati † in eius iuribus successit etiam absque alia cessione l. 2. C. de iur. Reipub. lib. 11. Surd. cons. 444. num. 10. Rot. decis. 592. nu. 6. par. 4. rec. nec non quia cum sententia man-
13 det fieri diligentias † contra Paccaronum, tanquam obligatum, intelligenda est de diligentiis secūdùm qualitatē, ac naturā ipsius obligationis Bald. in l. à Procuratore sub num. 2. infrà med. vers. nec obstat verba C. mandati Felin. in cap. sedes sub num. 1. vers. nec obstat de rescr. Rot. decis. 398. num. 4. in fin. par. 1. rec. & sicuti Paccaronus mox, quia in forma Cameræ est ad-
14 strictus † non posset allegare, prout non allegat beneficium Auth. allegare eo minus potest Ciuitas ad idem obligata Guttier. Practic. quæst. lib. 1. quæst. 148. num. 60. num. 62. vers. accedat, vbi animaduertit, quod hoc beneficiū
15 est personale † ipsius debitoris, & num. 63. & seqq. vbi respondet contrarius.
16 Tùm quia Imperator ibi loquitur † inter debitorem, & creditorem indulgendo scilicèt debitori pulsato, vt ad euitandam carcerationem possit bona propria insolutum dare; longè autem diuersi sunt termini excussionis debitoris faciendæ ad effectum exequendi contra alium obligatum, quo casu Auth. hoc nisi nihil disponit, & eo ipso quod
17 debitor non habet pecunias † cuiusque bona posita subhasta non reperiunt oblatorem dicitur sufficientèr excussus Bart. in l. inter eos 52. §. creditor in princ. vers. Dinus distinguit ff. fideiussor ibiq; Castr. Hipol. de Marsil. in rubr. eod. tit. n. 58 Gabr. eod. tit. conclus. 1. nu. 125. Maur. de fideiussor. par. 2. sect. 6. cap. 2. num. 105. fol. 350. Hering. de fideiussor. cap. 27. par. 1. num. 241. Ciriac. contr. 327. num. 79. Rot. Ianuen. decis. 91. num. 10. decis. 156. num. 8. & 9. vbi subdit esse ac si non reperirentur bona, neque creditorem teneri eo accipere insolutum.

Et licet mox citati Doctores id firment, vt fideiussor conueniri valeat, tutius admittendum est vt conueniatur Ciuitas, aduersaria, quæ Sauino debitrix est principalis ob indebitam exactionem, & hoc nomine condemnata fuit ad restituendum, addito solùm ex quadam æquitate quod mandatum contra illam relaxatum non executioni mandetur,

tur, nisi factis diligentijs contra Paccaronum
18 hæc enim æquitas in iure non scripta † non
debet ligare arctiùs quàm æquitas, & obli-
gatio legalis fauore fideiussoris, quæ semper
est efficacior *Dec.cons.*104.*num.*5. *Caraut.con-*
*sil.*111.*num.*24.*Menoch.de præsumpt.lib.*1. *qu.*46.
19 *num.*43. aut extendi † vt contra dispositio-
nem legis scriptæ creditor pecuniæ cogatur
recipere bona insolutum *l. placuit, & ibi Ias.*
*num.*3.*in* 3.*limit.C.indic.* & ad propositum *Co-*
*ler.de process.execut.par.*1.*cap.*9.*sub num.*31.*vers.*
*& notum est fol.*672. imò nec ipsam *Auth. hoc*
20 *nisi*, quia odiosa est creditori † extendendam
esse vltrà casum, de quo specificè loquitur,
dixit *Rot.Auenionen.apud Lauren.decis.*132.*nu.*3.
vers.loquamurque. Si ergo Ciuitas vult solue-
re de bonis Paccaroni, vt potest quia contra
21 illum † habet regressum iuxtà theric. *Bald.*
*in auth.quæ in Prouincia num.*17.*C.vbi de crimin.*
agi oport. quam sequitur *ibid. Castr.sub num.*2.
*Felin.in cap.olim.sub num.*3. *vers.& per illum de*
*accus. aliique relati in decis.Bononien.*92. *num.*19.
& 42. inter recollectas à Sauino, reperiat ip-
sa bonorum emptorem, & soluat de pecu-
niis Paccaroni.

Tùm tertiò quia non concurrunt omnia
22 requisita † *Auth. hoc nisi* relata *per Cost. de re-*
med.subsid.rem 3.*num.*2.*& seqq.Parlad.rer quotid.*
*lib.*2.*cap.fin.par.*5.§.17. *sub num.*23. *Rota coram*
*san.mem. Greg.XV. decis.*352 *num.*3.*&* 4.*& de-*
*cis.*42.*num.*2. *& seqq. par.*1.*recent.* quæ copu-
23 latiuè † concurrere debent *ex alleg. à Moder.*
*Lucano de datione insolut. inspect.*2. *qu.*14. *per tot.*
24 deest enim inter cetera † cautio de euictione
quæ præstanda est in actu oblationis bonorũ
insolutum *Roman.cons.*163.*sub num.*6. *vers.vl-*
*timò Bursatt.cons.*9.*nu.*51. *cum alijs relatis à dicto*
*Moder.Lucano sect.*2.*qu.*11.*nu.*1. nec suppletur
per obligationem ipsius Ciuitatis de euictio-
ne dum alium fideiussorem præstare potest,
quia bona Ciuitatis iàm sunt ex alio capite
obligata Sauino, & vt dicebam Ciuitas ipsa
est principalis debitrix.

Sufficientes paritèr visæ sunt diligentiæ
factæ super bonis Ciuitatis, cuius redditus
cum absorbeantur ab hypothecis anteriori-
bus, & oneribus publicis in tabella descrip-
25 tis, † superuacaneum est ad eorum subha-
stationem deuenire *Gaill.lib.*2.*obser.*27. *nu.*25.
*Negus.de pignor.*1.*memb.*8.*par.nu.*44.*Rot.Ianuen.*
*decis.*91.*num.*27.*& seqq.Ciriac.contr.*327.*num.*77
& 78. Et ob eamdem rationem esto quod
26 *beneficium Auth.hoc nisi* † suffragetur Ciuitati,
seù Vniuersitati, vt voluit *Cost. remed. subs.*3.
*num.*5.*relatus à Moder.Lucano d.tract.sect.*3.*qu.*12
negat verò *Hieron.Laurent.decis. Auenionen.*132
*num.*2. *& seqq.* & indecisum relinquit *Barz.*
*dec.Bonon.*40.*sub num.*6.*vers.ac etiam*, cogi non
potest Sauinus, vt bona huiusmdi insolutum
recipiat, eo minus quia Ciuitas debitum ne-
27 gauit, † & adhuc negat, vt multis compro-
bat *Moder.Lucanus dicto tract.sect.*2.*quæst.*25. *per*
totum.

Hoc tamen non sufficit vt relaxetur exe-
cutio personalis contra Priores, & Officiales
quia etsi pecuniæ à Sauino solutæ Officiali-
bus illius temporis versæ fuerint in vtilita-
28 tem Ciuitatis, † & ob id Ciuitas non attento
an dicti Officiales temporales essent, vel per-
petui restituere teneatur, vt probat *Gratian.*
*discept.*196.*num.*1.*& seqq.* & declararunt tres
sententiæ conformes, non ideò obligatę sunt
29 personæ successorum in officio, † qui nec
pecunias in proprios vsus verterunt, nec
vsquam restituere promiserunt, nisi quate-
nus sint in mora soluẽdi de bonis Ciuitatis,
quæ contrahitur siue quia bona Ciuitatis nõ
30 exhibuerint, † siue quia collectam singulis
Ciuibus quando Ciuitas est inops imponen-
dam *Bart.in l.*4.§.*actor num.*12.*ff.re indic.Barz.*
*de inop.debit.cap.*13.*nu.*2.*& seqq.Felician.de cen-*
*sib.tom.*2.*lib.*2.*cap.*3.*num.*8.*circa fin. Gratian. di-*
*scept.*196.*num.*31. *& decis.Marchiæ* 257. *num.*1.
31 indicere, aut exigere neglexerint, † quibus
tantùm casibus possunt in carcerem detrudi
tanquam repræsentantes corpus ipsius Ciui-
32 tatis, tùm ob moram in soluendo, † tùm vt
33 Ciuitas, ac Populus rubore subfusus † soluat,
vt originalitèr voluit *Bald.in l.etiam sub n.*11.
circa fin. vers. dicendum est Cod. execut. rei iudic.
quem sequitur *Ant.Faber.in suo Cod.lib.*4.*tit.*7
*diffin.*5.*num.*4. vbi quod sibi debent imputare
cur fuerint negligentes, *& lib.*7.*tit.*20.*diffin.*16
*num.*3. vbi quod licet pro alieno debito id
34 fiat propria tantùm Officialium † culpa, &
negligentia punitur, qui totam diligentiam
in hac re præstare debent, *& tit.*33. *definit.*1.
*num.*5.*& seqq.Guttier.de Gabell.qu.*168. *num.*19.
& 20. *Mauson.de caus.execut.ampliat.*3. *num.*29.
*Bobadill.in sua Polit.par.*2.*lib.*3.*cap.*8.*nu.*77.*Rot.*
*inter impress.apud Moder. Perus.de manut.dec.*276
*num.*3.*& per tot. & decis.*331.*num.*18. *&* 19. *&*
*num.*23.

Quapropter cùm in casu nostro Officia-
35 les bona exhibuerint, † eaque non sint ido-
nea solutioni, Domini mandarunt imponi
collectam adhibitis solemnitatibus ad id ne-
cessarijs, & vbi in hoc Officiales negligentes
fuerint, contra ipsos relaxari executionem
personalem.

Et ita decisum vtraque parte informante.

BONONIEN. EMPHYTEVSIS.

Lunæ 11. *Decembris* 1651.

ARGVMENTVM.

Dominium rei Emphiteuticæ, eiusque identitas ex quibus probentur? Caducitas si fuit incursa in vita prædecessoris in beneficio, & ab eo non declarata, nequit à Successore declarari, & quare? Caducitas ob non solutos Canones non incurritur nisi Domino volente. Caducitas vt declarari valeat contra hæredes Emphiteutæ morosi quænam requirantur? Scientia qualitatis rei Emphiteoticæ in hærede Emphiteutæ, ex quibus excludatur? Ad purgationem moræ Emphiteuta de æquitate admitti debet, etiamsi Ius actoris sit effectum deteriùs, dummodò Emphiteuta paratus sit damnum reficere.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dominium directum Ecclesiæ probatur ex Instrumento Inuestituræ contra Emphiteutam, & habentes causam ab eo.*

2 *Identitas rei Emphiteoticæ probatur ex confessione Emphiteutæ asserentis se bona possidere in eodem loco in Inuestitura descripto, & non docto de alio titulo, acquisitionis resultat præsumptio, quod bona sunt Emphiteotica.*

3 *Identitas rei Emphiteoticæ non excluditur, ex quo Emphiteuta in eodem loco in Inuestitura descripto possidet bona maioris quantitatis, quam sint descripta in Inuestitura, quia ex maiori quantitate facilè detrahitur minor.*

4 *Emphiteuta tenetur probare antiqua confinia rei Emphiteoticæ, si eius culpa fuerunt cum alijs confusa.*

Identitas si probari nequit ob confusionem confinium tunc onus probandi ei incumbit, cuius culpa, & facto causata est confusio, qui tenetur distinctè designare antiquos confines, ibid.

5 *Mora Emphiteutæ in soluendo Canones, ex quibus resultet?*

6 *Caducitas incursa in vita prædecessoris in beneficio, qui illam non declarauit non potest declarari à Successore, quia ob non solutos Canones prædecessori nullum fuit ipsi Successori, vel Ecclesiæ illatum præiudicium.*

7 *Caducitas intentari nequit, quoties cessat præiudicium Domini directi.*

8 *Canones inexacti à prædecessore in beneficio spectant ad successorem.*

9 *Canones exacti per beneficiatum cadunt sub spolio vel ad eius hæredes transeunt n.10.*

11 *Successor in beneficio non repræsentat personam prædecessoris defuncti, sed habet ius nouum in persona propria à Papa creatum.*

12 *Caducitas ab Emphiteuta incursa potest à prædecessore in beneficio remitti etiam in præiudicium successorum antequam bona Ecclesiæ incorporarentur.*

13 *Et remisisse præsumitur, dum sciens illam non declarauit.*

14 *Caducitas ob non solutos Canones, siue ex dispositione legis, siue ex conuentione constituta, cum respiciat fauorem Domini directi non incurritur, nisi ipse Dominus verbo, vel facto declarauerit.*

15 *Et tale Ius declarandi voluntatem, cum sit personale non transit ad eius successores.*

16 *Caducitas declarari potest contra hæredes Emphiteutæ morosi quoties vigore pacti fuit incursa, & quomodo conclusio procedat? Declara n.17.*

18 *Caducitas ob non solutos Canones de Iure communi incurritur ipso iure.*

19 *Caducitas incursa in vita prædecessoris nequit declarari à Successore, quia Ius declarandi vti personale ad successorem non transit.*

20 *Caducitas ob non solutos Canones, vt efformetur in vita prædecessoris præcedere debet eius declaratio, & ante declarationem dicitur solùm in potentia, quamuis adsit pactum expressum caducitatis.*

21 *Mora contracta per hæredem Emphiteutæ redditur excusabilis saltim per viam restitutionis in integrum ob præsumptam ignorantiam, quod bona sint Emphiteotica.*

22 *Dominus directus agens ad caducitatem contra hæredem Emphiteutæ probare tenetur, quod hæres habuit scientiam bonorum Emphiteoticorum.*

Caducitas ob non solutos Canones excusatur in hærede ex ignorantia directi dominij, ibid.

23 *Scientia bonorum Emphiteoticorum præsumitur in hærede Emphiteutæ ex cohabitatione.*

24 *Huiusmodi tamen præsumptio non militat in minore.*

25 *Item nec militat scientia præsumpta ex retentione liberculi, in quo solutiones Canonum adnotantur, nàm in hærede præsertim muliere, quæ scripturas rimari non solet ex retentione non infertur ad scientiam ibidem contentorum.*

26 *Scientia in hærede qualitatis rei Emphiteoticæ non resultat ex solutione Canonum, cum credere potuerit Canones solui ex contractu censuali.*

27 *Caducitas vt declarari valeat contra hæredem Emphiteutæ requiritur scientia clara, & certa, nec releuat præsumpta.*

28 *Emphiteuta cadit à Iure suo etiam ob non solutionem Canonis decursi post litem motam super deuolutione.*

29 *Caducitas ob non solutos Canones intrat lapso biennio.*

30 *Emphiteuta admitti debet ex æquitate ad purgationem moræ, quæ purgabilis est etiamsi Ius actoris sit effectum deterius, dummodo morosus offerat damnum reficere.*

31 *Oblatio facta ab Emphiteuta de faciendo omne id, quod de Iure facere tenetur, an & quando releuet ad effectum vt deinde admittatur ad purgationem moræ? num.32.*

DECISIO CCCCLXXXV.

PROPTER moram in soluendo Canones decursos tàm viuente Francisco Maria, quàm postea aduersus Dominam Comitissam Valeriam Guidottam de Beroaldis illius hæredem, & fundi Emphiteotici posseditricem, obtinuit per sententiam Ordinarij associati, & respectiuè immitti in possessionem eiusdem fundi Dominicus de Lombardis Rector simplicis beneficij, seù Cappellaniæ perpetuæ existentis sub Inuocatione Assumptionis Beatiss. Virginis in Ecclesia Metropolitana Bononiæ. Sed in gradu appellationis proposito per me hodie dubio, an sit locus caducitati itaut sit concedẽdum mandatum de associando Rota censuit esse negatiuè respondendum.

Quamuis enim non dubitauerit de dominio directo Ecclesiæ † quippè illud contra Comitissam Valeriam hæredem patris, hæredis Federici primi acquirentis Instrumentum inuestituræ satis probat etiam ad effectum deuolutionis, vt fuit decisum *inter recent. decis. 290. num. 9. par. 1. decis. 325. nu. 5. par. 3. decis. 24. num. 6. inter impress. apud Moder. Perusin. de manuten. & in Romana Deuolutionis 28. Maij 1625. coram bo. me. Pironano, in Portuen. Stagni 10. Ianuarij 1641. coram bon. mem. Cardinali Panzirolo.*

Pariterque visa fuit satis probata iden-
titas fundi Emphiteotici ex eodem Instru-
mento inuestituræ; iuncta responsione Co-
mitissæ ad positiones pro parte Rectoris
exhibitas vbi ingenuè (vt par erat) fassa
2 fuit † se bona possidere in eodem loco in d.
inuestitura descripta, exinde enim dum ex-
aduerso non docetur de alio titulo acquisi-
tionis, resultat absque alia probatione iden-
titatis præsumptio, quod bona sint Emphi-
teotica, & hoc titulo à Comitissa possidean-
tur non secus, ac ab eius Patre defuncto, vt
tradit *Bald.cons.265.num.2.lib.2. Ruin.consil.50.
num.14.lib.1.Natt.cons.506.num.31.& seqq. add.
ad fa.me. Greg.XV.dec.575.num.11. vers.sicut* &
dixit *Rota dec.508.per tot.par.1.decis.79.num.11
par.5.recent.& in Nucerina Pradij 20. Maij 1622
coram Nauarro*.

Nec vrget, quod ibidem Comitissa possi-
3 deat ferè ducentas tornaturas, † inuestitura
verò loquatur solùm de 30., quia ex maiori
quantitate facilè detrahitur minor, vt benè
respondit *Rota in Romana Vineæ, seù deuolutio-
nis 1. Iulij 1624. coram bo.me. Merlino, & inter
recent.decis.226.sub num.12.vers.non obstat par.5
recent.* & Comitissæ cuius, vel eius authorum
4 facto fuerunt bona confusa † incumbit onus
probandi antiqua confinia 30.tornaturarum
iuxtà opinionem *Angel.in l.si in rem 6. num.4.
ff rei vindic. quam sequuntur allegati per Fusar. de
subst.qu.618.num.49.add.ad Greg.XV. decis.575.
num.11.in fin. Rot.decis.150.nu.5. & 6. par.1.rec.
dec.175.num.5.par.6.*

5 Mora tandem in soluendo Canones † eui-
dens fiat ex ipsa negatione Rectoris, nisi ex-
aduerso probetur solutio *gloss. in l.2. verb. re-
pellere vers.item quis probabit C. Iur. Emph. Ri-
min.Iun.cons.257.num.92. & seqq. Menoch. con-
sil.1188.num.2.Clar.in §.Emphit.qu.10. in fin.*

Illam nihilominus non nocere Comitissæ
ponderatum fuit distinguendo duo tempora
videlicèt tempus decursum in vita authorũ
Comitissæ, & vsque ad productionem inue-
stituræ secutam de anno 1648. ac decursum
postea. Primum non prodest Lambardo,
nisi à die ... anni 1648. qua fuit prouisus
de hoc beneficio; Caducitatem enim incur-
sam ob cessationem solutionis Canonum
6 in vita † prædecessorum in beneficio, qui il-
lam etsi possent non declarunt, declarare
ipse non potest; tum quia dictos Canones
non fuisse solutos nullum Successori, aut
Ecclesiæ affert præiudicium, quo cessante
7 pœna † caducitatis intentari non potest, vt
in fortioribus terminis *Rota apud Peniam de-
cis.535.num.5.* facit *Mant.de tacit.lib.22. tit.28.
nu.31.in fin.relatus in his terminis à Moder.Fulgi-
natensi de Iur.Emphit.tit.de varijs caducit.quæst.9
num.5. fol.572.* quatenùs enim Canones ine-
8 xacti † spectarent ad Successorem iuxtà *glos.
in cap.præsenti verb.reseruari de Offic. Ordin.in 6.
Calder.cons.2.de pecul.Cleric.Rot.decis.15.num.6.
par.6.recent.* vtilè imò illi fuit non fuisse præ-
decessori solutos, quia alioquin vel ad Ca-
9 meram Apostolicam tanquam spolia, † vt
per *Seraph. decis.594. num.15.* vel ad hæredes
10 transijssent † ad tradita per *Hond.cons.85.n.20
& seqq.lib.2.Corbul. in his terminis de priuat. ob
non solut.Canon.ampliat.45.num.24.* & si mora
Emphiteutæ qui damnificauit prædecesso-
rem, ius aliquod non parit Successori, qui
11 non repræsentat personam defuncti, † sed ha-
bet ius nouum in propria persona creatum
à Papa *Rota decis.1.nu.2. de locat.in nou.Put.de-
cis.176. num.12. lib.2.* Vnde nec dolere Suc-
cessor potest, quod prædecessor caducitatem
ex hoc capite incursam remiserit Emphiteu-
12 tæ, vt † potuit etiam in præiudicium Suc-
cessorum antequam bona incorporarentur
Ecclesiæ *Bero.cons.116.sub num.9.lib.1.* & re-
13 misisse, præsumitur † dum eam sciens non
declarauit *l.fin.C.reuoc.donat.cap.fin.de donat.&
ibid.Imol.num.29.Barbat.numer.13. vers.tù verò
considera in puncto Cald.de Emphit.tit.de Emphit.
extinct.cap.18.num.24.Paris.de ressign.lib.6. qu.3.
sub num.25.& 26.Cassad.decis.3.num.3. de loc.&
cond.cum alijs alleg. à Moder. Patav. de transmiss.
cas.48.num.1.Rota in Romana pratensa deuolutio-
nis 18. Februarij 1636. §.2. considerabant coram
Reuerendiss.D.meo Dunozetto Decano.*

Tùm quia caducitas ob non solutos Ca-
14 nones † siue ex dispositione legis, siue ex
conuentione constituta, quia respicit fauo-
rem Domini directi, cui forsan vtiliùs esse
potuit continuare in inuestitura, non incur-
ritur nisi Dominus verbo, vel facto declara-
uerit; ius autem declarandi suam volunta-
15 tem † cum personale sit ad successorem non
transit *gloss.in l.idem Pomponius §.fin.verb.appa-
reat, ff.rei vindic. & in cap.1. §.1. verb. concub
uerit il 1. quib.mod.feud.amitt.Corb. de caus.priu.
ob Canon.non solut.ampliat.45. numer.23. & 24.
Cald.d.cap.18.num.25.Paris.de ressign.lib.3.qu.3.
num.14.& d.lib.6.quæst.3.num.24.Cassad.in pun-
cto successionis in beneficio d.dec.3.num.1. & seqq.
vbi signantèr sub num.6. vers.sed quando, & seqq.*
loquitur in terminis pacti expliciti dantis
Domino directo potestatem in casum non
solutionis Canonum capiendi possessionem
propria authoritate absque aliqua declara-
tione, & respondet omnibus contrarijs, &
remissiuè *Rota in d. Romana pratensa deuolutio-
nis §. neque obstat coram Reuerendissimo Domino
meo Decano.*

Nec obstat, quod stante pacto e † presso ca-
16 ducitatis, † declarari illa possit contra hære-
des Emphiteutæ morosi *ex alleg. in decis.529.
n.20.coram fa.me. Gregor. XV. ibique add.nu.24.
Nam Rota in d. Romana deuolutionis §. neque ob-
stat*, declarauit id procedere in pœna con-
17 uentionali, † non autem quando in contra-
ctu exprimitur pœna, quæ de iure inest scili-
cèt, quod cessante Emphiteuta soluere per
biennium incidat in commissum. ea ratione
quia pactum huiusmodi est per omnia con-
forme iuri communi, nihilque plus opera-
tur, & intelligendum est secundùm naturam
contractus, & subiectam materiam, etiam
si progrederetur vlteriùs inducendo caduci-
tatem ipso iure, & absque Iudicis sententia
nam etiam de iure communi caducitas ob
18 non solutum Canonem incurritur † ipso

iure

iure, vt respondetur *in d. Romana prætensæ deuolutionis* §. *nec obstat il* 1. *& seqq.* idemque decisum fuit *in Mantuana feudi* 17. *Iunij* 1641. §. *secundò verò coram R.P.D. Rojas*. Et nos versamur extrà omnem difficultatem, quia nedum agitur de declaranda pœna caducitatis contra hæredes Emphiteutæ, sed de caduci-
19 tate incursa in vita prædecessoris† declaranda à Successore, quo casu vrget vlteriùs, quod ius huiusmodi quia personale est non transit ad Successorem, quodque vt caduci-
20 tas ob non solutos Canones† efformetur in vita præcessoris præcedere debuisset eius declaratio antequam erat solùm in potentia, quamuis adesset pactum, vt benè aduertit *Cassad.d.dec.*3.*sub num.*8.*vers.& pactum de locat.* quam refert, & sequitur *Paris. de resig. lib.*3. *quæst.*3.*nu.*14.*Cald.de Emphit.lib.*4.*cap.*18. *n.*25. *Tell.Fernandez in l.Thauri* 4. *numer.*53.*& seqq. alijque plures relati in annotat.ad decis.*420.*nu.*62. *& seqq.par.*4.*tom.*1.*recent.Rota plenissimè respondendo omnibus contrarijs in dicta Romana prætensæ deuolutionis* §.*secundo considerabant, & pluribus seqq.*

Quæ verò mora post mortem prædecessoris, & prouisionem Lambardi contracta asseritur à Comitissa vsque ad diem, qua Lambardus iudicialitèr inuestituram produxit excusabilis est saltèm per viam restitu-
21 tionis in integrum ob ignorantiam, quod bona essent Emphiteotica præsumptam in hærede, & maximè muliere in puncto *Canaler.decis.*94.*num.*1.*&* 4. vbi quod agens ad de-
22 uolutionem † debet probare scientiam hæredis *Duran.dec.*426.*num.*9.*& seqq.Mant. de tacit.lib.*22.*tit.*27.*num.*40.*Grat.discept.*633.*nu.*18. *& seqq. cum alijs alleg. à Moder. Fulginatensi de Iur.Emphit.tit.de solut.Can.qu.*1.*nu.*259. *fol.*687. *& in Romana Vineæ* 27. *Aprilis* 1646.§.*fin.coram R.P.D. meo Corrado*; etiam si Comitissa cohabitauerit vna cum Francisco Maria Patre Emphiteusis guaro, quia præsumptio scien-
23 tiæ ducta à cohabitatione † huiusmodi, vt per *Corbul.de caus. priuat.ob non solut. Canon.li-*
24 *mit.*20. *num.*14. non militat † in minore *bas. in l.si quando num.*53.*C.vnde vi Paris.cons.*75. *in fin.lib.*1.*Rolan.cons.*52. *num.*15.*lib.*2. *Menoch. de recuper.remed.*11.*num.*54. *& seqq. aliique allegati à d. Moderno Fulginatensi tit. de alienat. quæst.*1. *num.*188.*fol.*471. Prout nec militat scientia præsumpta ob retentionem libercull continentis solutiones Canonum factas ab autho-
25 ribus, † quia talis retentio negatur, & in muliere quia rimari non solet scripturas nō infert ad scientiam ibi contentorum *Barz. decis.Bonon.*101.*sub num.*16.*vers.& in casu Mascard.de probat.concl.*1080.*num.*19. *Rota in Beneuentana Domus* 10. *Maij* 1640. §. *& in omnem vers.& penes coram R.P.D. meo Ottbobono*; eoq; minus ad scientiam qualitatis Emphiteuticę:
26 nam† credere potuit Canones solui ex contractu censuali, vt in specie aduertit *Mant.de tacit.lib.*22.*tit.*27.*sub num.*40. *vers. quod locum*; & satis est scientiam non esse omninò claram,
27 & certam † vt ad effectum caducitatis requiritur, ita quod nec releuet præsumpta

*Grat.discept.*633.*num.*25.*vbi allegat.concord.Rot. penes Duran.decis.*425.*nu.*15. *& in Romana Domus* 4. *Maij* 1648. §. *cui non obstat coram Reuerendiss.D.meo Decano*.

Militat quidem præsumptio scientiæ à die iudicialis productionis inuestituræ contra ipsam Comitissam in hoc iudicio deuolutionis, neque Comitissa excusari valet sub prætextu litis pendentis, quia Emphiteuta
28 cadit à iure suo † etiam ob non solutionem Canonis decursi post litem motam super deuolutione *Corb. de caus. priuat. ob non solut. Can.ampliat.*16.*in fin.Mant.de tacit.d.tit.*27.*n.*12. *Ciriac.contr.*266.*num.*24.*Surd.decis.*221.*num.*18. *Seraph.decis.*958.*num.*2.*Rot.diuers.decis.*806.*n.*2. *par.*4. & propterea cum à die dictæ productionis effluxerit plus quam biennium vi-
29 detur † esse locus deuolutioni *cap. potuit* §. *Emphiteuta de locat.& cond. Rot.diuers.decis.*572. *num.*1.*par.*1.*dec.*803.*num.*1.*par.*4.*decis.*719.*nu.*1 *par.*4.*tom.*3.*recent.*

Sequendo nihilominus æquitatem, quam solet Rota semper amplecti visum est Dominis Comitissam posse admitti ad purga-
30 tionem moræ, † quæ purgabilis est etiam si ius actoris fuerit effectum deteriùs, dummodò vt in casu nostro morosus offerat damnum etiam reficere, vt alijs allegatis tradunt *add.ad Greg.XV.decis.*559.*num.*10.*vers.limitatur autem primo add.ad Buratt. dec.*582.*n.*13. *Rota in Ceruien.Bonorum* 23. *Martij* 1648. §. *fin. coram Reuerendiss. Terracinensi*; *in Romana Domus* 4. *Maij eiusdem anni*, §. *circa tertium coram Reuerendiss.D.meo Decano, in eadem Ceruien.Bonorum* 18. *Iunij* 1649. *coram R.P.D. meo Otthobono*, faciliùs stante oblatione facta per Comitissam statim ac fuit à Rectore conuenta de faciendo omne id, quod de Iure facere
31 tenetur, † quæ regularitèr non releuaret *ex alleg.per Moder. Fulgin.d.tract.tit.de solut. Canon. quæst.*2.*sub num.*8.*fol.*720.*Mant.de tacit. d.tit.*27. *num.*62.*infrà med.vers.idemque* excludit saltèm contemptum, & propter incertitudinem
32 euentus litis † actore præsertim recusante recipere non parui facienda videtur, vt fuit ponderatum *in d. Romana Domus* §. *in præsenti coram Reuerendiss. D.meo Decano*.

Ex capite igitur purgationis moræ decisum fuit vtraque parte informante non esse locum deuolutioni, & perconsequens mandatum de associando non esse relaxandum.

CRACOVIEN. IVRIS RESPONDENDI.

Lunæ 11. *Decembris* 1651.

ARGVMENTVM.

Quasi possessio manutenibilis in incorporalibus ex vnico actu acquiritur, & quando concurrit vna cum actuum multiplicitate scientia, & patientia Aduersarij eo magis ad effectum manutentionis suffragatur:

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio admittendi ad respondendum in aliqua Academia, siue vniuersitate probatur ex admissionibus spatio longissimi temporis.*

2 *Ius admittendi ad respondendum inter Incorporalia connumeratur.*

3 *Quasi possessio manutenibilis in Incorporalibus vnico actu acquiritur.*

4 *Quasi possessio ad effectum manutentionis probari debet continuata vsque ad tempus motæ litis.*

5 *Quasi possessionis continuatio præsumitur dum ab alio interuersa non apparet.*

6 *Quasi possessio Iurisdictionis non acquiritur sine scientia, & patientia possidentis, vel habentis iuris assistentiam.*

7 *Scientia, & patientia probanda non est in summarissimo possessorio, dum de quasi possessione, vel dominio aduersarij non constat, quamuis bonum ius habere prætendat, nec minus de titulo, & num.8.*

9 *Quasi possessio probata remanet ex actuum multiplicitate, ac temporis diuturnitate.*

10 *Manutentio eo magis concedenda est, quando constat de titulo possidentis.*

DECISIO CCCCLXXXVI.

VENTVM fuit hodierna die ad manutentionem Insignis Achadamiæ ac professorum Cracouiensium in quasi possessione priuatiue ad Episcopum admittendi ad respondendum quæstionibus propositis pro obtinendo loco inter Sacræ Theologiæ, & aliarum scientiarum, & artium Doctores.

1 Eadem enim quasi possessio † probatur ex admissionibus huiusmodi secutis per bis centum ferè annos, & nuperrime de anno 1646.

2 & 1649. cum tamen in incorporalibus† quale est hoc ius *l. quidam §. quædam ff. rer. diuis. §. 1.*

3 *Instit. de reb. corporal. & incorpor.* vnicus actus † sufficeret ad acquirendum quasi possessionē manutenibilem *Rip. in cap. cum Eccles. Sutrina num. 91. de caus. poss. & propr. Roman. cons. 311. n. 7. Oldr. cons. 312. num. 2. Dec. cons. 117. sub nu. 2. Garz. de Benef. par. 5. cap. 5. num. 59. Rot. decis. 129. num. 1. par. 3. recent.*

Quæ dubitari non potest quin continuata

4 fuerit vsq; ad tempus motæ litis † vt ad hunc effectum oportet *Neniz. cons. 81. num. 16. & 17. Seraph. decis. 1213. num. 5. Canaler. decis. 579. nu. 1. & 2.* Quia vt dicebam exhibitæ fuerunt admissiones factæ etiam de anno 1649. & vlte-

5 rius præsumitur continuatio † antiquæ possessionis, dùm ab alio postea interuersa non apparet *l. fine possidentis, & ibi gloss. & Doctores Cod. probat. Abb. in cap. cum ad sedem num. 15. de rest. Spoliat. Menoch. de retinen. rem. 3. nu. 557. Rot. decis. 378. num. 1. par. 1. diuers. & decis. 129. num. 4. par. 3. recent.*

6 Scientia verò, & patientia † Episcoporum pro tempore necessaria vt in eorum præiudicium quasi possessio quereretur si ipsi hoc idem ius positiue quasi possedissent vel desuper haberent iuris assistentiam *l. quamuis ff. acq. poss. Loother. de re benef. lib. 1. quæst. 24. nu. 211. 9. 221. Buratt. decis. 612. num. 6. Rot. decis. 248. sub num. 6. par. 2. recent. & decis. 667. num. 14. inter impress. apud Moder. Perusin. de manut.* probanda non

7 videtur in hoc Summarissimo possessorio † dùm de Episcoporum quasi possessione vel dominio non constat, quamuis alias bonum ius habere prætendat *Gonz. super reg. 8. Cancell. gloss. 45. §. 2. numer. 32. Garz. de benef. par. 5. cap. 5. num. 121. & seqq. add. ad. Greg. XV. decis. 240. nu. 8. Rot. decis. 533. num. 5. par. 1. recent. & in alijs pluribus relatis à d. Moder. Perusin. obser. 40. numer. 21.*

8 Eo minus titulo † quem iuxtà deducta in vltima decisione huius causæ edita die 28. Iunij proximè præteriti tribuunt Achademiæ statuta, & longissima præscriptio concurrente *Rebuff. in Const. Galliæ tom. 3. tit. de matr. possess. in præfat. num. 145. & seqq. & numer. 153. Balb. de præscr. par. 2. par. 5. princip. quæst. 7. nu. 4. Grat. discep. 870. num. 33. Rot. d. decis. 533. num. 3. par. 1. recent.*

Sed ex abundanti probata remanet ex

9 actuū multiplicitate† ipso quandoque Episcopo deprecante vt expendit dicta vltima decisio, ac temporis diuturnitate *Innoc. in cap. benè il 2. num. 1. verf. quæritur de postul. Prælat. Abb. in cap. cum Eccles. Sutrina numer. 2. de caus. poss. & propr. Seraph. decis. 306. num. 5. & 7. Rot. in recent. decis. 225. num. 4. par. 5.*

Vnde etiam resultat quasi possessio Achademiæ priuatiue ad Episcopum, quia sola Achademia est in quasi possessione admittendi: attenta præsertim longissima præscriptione ac statutis priuatiuam hanc potestatem importantibus vt firmatum fuit in duabus præcedentibus decisionibus ex inueterato stylo huius Sacri Tribunalis in præsenti disputatione suponendis, quæ licet respiciant titulum, præstant vt eo libentius concedenda

10 sit manutentio possessori † *Maluas. cons. 122. num. 13. Natt. cons. 419. num. 9. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 7. 33. Grat. discep. 402. nu. 1. & 2. add. ad Greg. XV. decis. 323. nu. 5. & fuit dictum in Leodien. Personatus 16. Maij 1650. coram R. P. D. meo Cerro.*

Et ità decisum informante solum Achademia, &c.

ROMANA FRVCTVVM DOTIS.

Lun. 15. Ianuarij 1652.

ARGVMEMTVM.

Fructus dotales post mortem Vxoris amplius non currunt non obstante superexistentia filiorum, & pacto de illis soluendis indeffinite concepto in capitulis matrimonialibus, & redditur ratio in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Iustitia sententiæ resultat ex decisionibus in causa editis.*

2 *Fructus post mortem Vxoris exigi nequeunt à marito non obstante superexistentia filiorum, & pacto de illis soluendis indeffinite concepto, quia mortua Vxore, cessant onera propter quæ licita est exactio constante matrimonio.*

3 Fru-

3 *Fructus dotales an debeantur soluto matrimonio stante conuentione de inuestienda dote in bonis stabilibus multum interest, an onus inuestiendi sit impositum debitori an verò creditori?*

4 *Debitor dotis si suscepit in se onus illam inuestiendi, tunc fructus debentur, qui ex inuestimento faciendo verisimiliter percepti fuissent etiam absque aliqua interpellatione ratione mandati de inuestiendo quod adimplere debuit.*

5 *Debitor si suscepit mandatum de inuestiendo, nisi illi ex iusta causa renunciauerit vel doceat fecisse diligentias de inuestimento reperiendo tenetur ad damna, & interesse.*

6 *Fructus quo casu debeantur ratione lucri cessantis, & damni emergentis?*

7 *Debitor nisi fuerit per interpellationem personalem constitutus in mora soluendi, non tenetur ad fructus ratione damnorum, & interesse, minusque ratione lucri cessantis, & damni emergentis.*

8 *Interpellatio debitoris necessaria non est quando adest pactum de soluendo fructus soluto matrimonio.*

9 *Conclusio non procedit quando pactum est illicitum prout est pactum de soluendo fructus dotales soluto matrimonio.*

10 *Item non procedit in pacto de soluendo fructus pendente dilatione ad soluendum.*

11 *Pactum illicitum, & vsurarium habetur pro non apposito, & ipso iure corruit ob resistentiam Iuris diuini, Canonici, naturalis, & Ciuilis.*

12 *Interesse certum taxari potest ab initio, si illud iustum, ac verisimile sit, & deinde iustificetur.*

13 *Declara conclusionem procedere quando abinitio potuit pacisci de fructibus soluendis, & vsuræ sint permissæ.*

Decis. 331. & 372. impress. apud Farinac. & in Romana pecuniaria 9. Maij 1616. coram bon. mem. Remboldo, *quo casu loquantur? ibid. num. 12.*

14 *Interesse certum potest abinitio taxari, si contrahentes non habuerunt respectum ad lucrum quod ex inuestimento perceptum fuisset, sed onerum matrimonij à viro ferendorum.*

15 *Contrahentes habuisse respectum ad onera matrimonij constat si taxatio interesse excedit quantitatem ex stabilibus percipi solitam, quæ benè congruit oneribus matrimonij.*

16 *Pactum quando dicatur correspectiuum potius ad onera matrimonij ferenda per virum, quam ad lucrum futuri inuestimenti? & num. 17.*

18 *Pactum de soluendis fructibus dotalibus quando fuit correspectiuum ad onera matrimonij illis cessantibus per obitum Vxoris ipso Iure expirat, & illicitum redditur.*

19 *Prout illicita redditur taxatio fructuum nec tollit interpellationis debitoris necessitatem probabendo lucro cessante requisitæ, quamuis probetur superuenisse occasiones lucrandi.*

20 *Pactum de soluendis fructibus si est iniustum tunc cessat dilatio ad soluendum eius contemplatione concessa, & statim mortua Vxore agi potest ad sortem principalem.*

21 *Et propterea dies ipsa mortis Vxoris vim habet interpellationis, declara vt num. 22. & 23.*

24 *Interpellatio non est necessaria quandoquis certa die soluere promisit, tunc enim debitor certo scit die adueniente posse conueniri.*

25 *Secus verò quando certo non scit, vel cogitare potest dilationem ad soluendum concessa adhuc durare, vel nescit in qua re sit faciendum inuestimentum promissum, quo casu necessaria est creditoris interpellatio.*

Interpellatio requiritur adhoc vt debitor in mora constituatur ibid.

26 *Interpellatio præsumitur stante solutione fructuum, post solutum matrimonium.*

27 *Conclusio procedit solam ad fauorem mulieris viduæ quæ vigore statuti exigere potest fructus dotales ex eo solum quod debitor fuit interpellatus, vel pro interpellato se habuerit absque alio requisito lucri cessantis, vel damni emergentis.*

28 Decis. 153. par. 4. tom. 2. recent. *quo casu loquatur?*

29 Statutum Vrbis lib. 1. cap. 137. *permittens solutionem fructuum fauore mulieris viduæ precedente interpellatione locum non habet in viro vxore præmortua.*

30 *Maritus mortua vxore non potest fructus dotales percipere cum hoc non sit permissum à statuto nec à Iure communi, nisi concurrentibus mora debitoris aliisque requisitis Castrens.*

31 *Interpellatio personalis quando requiritur, tunc probanda est aliunde quam ex præsumptione desumpta ex fructuum solutione, & confessione partium, ne alias aperiatur via vsurariæ prauitati.*

32 *Interpellatio quod præcesserit possibilis redditur ex solutionibus fructuum quod satis est, ne illius negatiua in Iudicio repetitionis indebiti ab actore probanda plenè vt debet probata dicatur.*

33 Decis. 38. num. 3. par. 5. recent. & decis. 153. num. 26. & 27. par. 4. tom. 2. *in quibus terminis loquantur?*

34 *Interpellatio Iudicialis vbi requiritur tunc actoris intentio ad effectum repetendi indebitum probata dicitur ex quo in processu de interpellatione non apparet.*

35 *Creditor ad effectũ lucri cessantis non sufficit quod habeat occasiones promptas emendi sed vlterius requiritur mora debitoris.*

36 *Fructus dotis si fuerũt exacti per maritum mortua vxore non ratione lucri cessantis, sed vti dotales, tunc illorum exactio sustineri nequit.*

DECISIO CCCCLXXXVII.

EO quod sententia Rotalis condemnans Dominum Marcellum Crescentium ad restituendum Dominis Fuluiæ, & Mario de Maximis scu. 842. & 50. ex causa fructuũ dotis soluto matrimonio per mortem Hortensiæ vxoris decursorum exacta, valida & iusta est, eam confirmandam esse in gradu appellationis ad me interpositę Domini censuerunt.

Quod enim sit valida ipse appellans non
1 negat. Iusta verò apparet† ex optimè deductis in decisione *edita* 21. *Aprilis* 1651. *coram R.P.D. meo Cerro*, in qua amplectendo opinionem communem Doctorum in *cap. salubriter de vsur.* latissimè comprobatam in *decis.* 91. *apud Fenson. ad Stat. Vrb.* & passim à Rota
2 receptam demostratur fructus dotales † post mortem vxoris exigi non posse, non obstan-

re superexistentia filiorum, & pacto de soluendis fructibus indefinite in Capitulis matrimonialibus apposito, quia vxore defuncta cessant onera matrimonij in eius alimoniis secundum dignitatem, & quantitatem dotis cõsistentia, propter quæ constante matrimonio licita erat fructuum dotalium promissio, & exactio quod præter allegatos in *dicta decisione tradit Peregr.conf.85.sub num.14.lib.3.*

Neque promissionem ac exactionem huiusmodi licitam reddit conuentio de inuestienda dote in bonis stabilibus,
3 † Censibus, vel locis montium, quia vbi solutio dotis non est facienda in ipsis inuestimentis seu re fructifera, sed in pecunia numerata postea inuestienda, multum interest an onus inuestiendi sit impositum debitori, an verò creditori? primò enim casu
4 † fructus qui ex inuestimento faciendo percepti verisimiliter fuissent, debentur à debitore absque aliqua interpellatione ratione mandati de inuestiendo per eum suscepti quod adimplere debuit, &
5 alioquin nisi illi ex iusta causa renunciauerit † vel doceat fecisse diligentias pro inuestimento reperiendo tenetur ad damna, & interesse vt *fuit decisum in Romana Multiplici 25. Februarij 1619. coram bon. mem. Vbaldo Seniori quæ est decis.479. num. 9. & 10. inter impress. apud Cinc. de Censib. & in Romana seu Iaquen. Pecun. 1. Iulij 1644. §. nec releuat, & seqq. coram me.*

Quæ ratio quia cessat in secundo casu, fru-
6 ctus ueberi non possunt † nisi ex capite lucri cessantis vel damni emergentis *Socc. Sen.conf. 88. per tot.lib.4.Rimin.Iun.conf.218.numer.90. & seq. Hond.conf.20. num.29.conf.44.num.31. lib.1. Grat.discept.911. num.4. & 5.* neutrum autem permittitur nisi debitor per interpellationẽ
7 personalem † fuerit constitutus in mora soluendi vt in puncto *Card.Mant.decis.171.num.3.* & vtrumque casum distinguendo respondit *Rot. in Romana crediti dotalis 13.Martij 1645.coram R.P.D.meo Verospio impress. apud Moder.Foroliuien. de Pignor.decis.94.num.11. & in ead. 16. Martij 1646. §. dum enim coram eod. Rouit. in prox.term decis.90.numer.6. facit Grat.discep.987. num.11.Rot.decis.7. num.6. apud Zacch. de Societ. offic. & in Senogallien. Predij 27. Iunij. 1644. §. iniustitia in fin. coram R.P.D. meo Meltio.*

Non obstat quod interpellatio non requi-
8 ratur † quando adest pactum vt per *Dec. cons. 111. num.13. vers. mora enim post Castr. Abb. & Alex. ibi allegatos Scacc.de Camb. §.1.quæst.7.par.2. ampliat.8.nu.148.relatus à Moder.Neapol.in tract. de cred. cap.2.tit.7.quæst.2. num.1742. & seq. vbi allegat.concord. Rot.apud Farinac.decis.331.num.9.* Hoc enim quicquid sit in alijs casibus non
9 procedit † quando ipsum pactum est illicitũ, quale est istud de soluendo fructus dotales soluto matrimonio *Alex. cons.221. sub num.7. vers.nec prædictis lib.2. Anguiss.cons.16.nu.2.& 5. lib.5. Molin. de rit.nupt.lib.3.quæst.19.num.14. & seqq.Rot.decis.94. num.8. apud Modern. de pignor.*
10 ac pendente dilatione † *Alex.cons.31.num.14. vers. videlicet lib.6.Socc. Hond.& alij supra allegati*
11 pactum namque illicitum, & vsurarium † habetur pro non apposito, & ipso iure corruit ob resistentiam Iuris diuini, Canonici, naturalis, & Ciuilis nouissimi vt latè comprobat *Rot. decis.301. numer.32. & seqq. par.5. recent.*

Idemque respondetur ad aliud obiectum, quod scilicet permissa sit taxatio certi inte-
12 resse † ab initio si illud iustum, & verisimile sit, & deinde iustificetur ex allegatis per *Rot. inter impress.apud Farinac.d.decis.331. & 372. per tot. & in Romana pecuniaria 9. Maij 1616. coram bon.mem. Remboldo* omnes enim loquuntur in
13 casu quo ab initio pacisci potuerit † de fructibus soluendis, & vsuræ sint permissæ *Rot. decis.12.num.14.par.5. recent.* qui non est casus noster, animaduertendo præsertim, quod contrahentes ad paciscendum ab initio de
14 certo interesse † non mouit contemplatio lucri quod ex inuestimento perceptum fuisset, sed onerum matrimonij à viro ferendo-
15 rum vt constat euidenter, † tùm quia taxatio excedit quantitatem ex stabilibus vel locis montium, in quibus pecuniæ inuestiri debent percipi solitam; benè tamen congruit oneribus matrimonij, vt in simili *Aym. cons. 149.num.5. Menoch.præs.136.numer.18. lib.3.Rot. decis.301.nu.3. vers. præsertim par.1. recent.* tùm quia de soluendis fructibus dotalibus nõ fuit
16 conuentum † post promissionem inuestiendi, sed antequam eadem conciperetur, & pactum loquitur de fructibus decurrendis pendente dilatione concessa ad soluendum, & sic ante quam veniret dies inuestimenti faciendi ferẽte interim viro onera matrimonij adquæ propterea potius quam ad lucrum futuri inuestimenti pactum correspectiuum censetur *l. 3. l. cum ex pluribus la 2.ff.solut.Paris.cons.122. num.8.& num.11.lib.4.Menoch.cons.121.num.48. Grat.discep.224.num.93.Rot.decis.55. num.5. apud Zacch.de Societ.offic.* Eo magis quia obligatio
17 inuestiendi † nec est iniuncta debitori, nec adiecta ad commodũ creditoris sed promissoris in cuius alias odiũ retorqueretur, quod ferendum non est vt benè aduertit decisio coram *R.P.D. meo Cerro §. quoniam in fin.* Vnde cum cessantibus dictis oneribus per obitũ
18 vxoris † pactum quoque expirauerit vel illicitum redditum fuerit, illicita pariter est
19 certa taxatio fructuum, † nec tollit interpellationis debitoris necessitatem pro habendo lucro cessante requisitæ, quamuis probaretur superuenisse occasiones lucrandi vt alijs allegatis tradit ad propositum *Grat. discept. 911. num.2.* neque dici potest pecuniam fuisse destinatam inuestimento, quia hæc destinatio non adest durante dilatione, sed solum posita fauore debitoris.

Quatenus verò replicatur quod supposita
20 nullitate vel iniustitia pacti † cessat dilatio ad soluendum ejus contemplatione concessa, & statim mortua vxore agi ad sortem principalem potuit *Bald.cons.212.lib.4. Alex.cons.14.n.6. lib.2. Tiraquell.in tract.cessante causa par.1.nu.75. Hering.de fideiuss.cap.19.num.60.* vt propterea
21 dies ipsa mortis vxoris † vim habeat interpellationis *ad text.in l magnam Cod.contrah.empt.* Respondetur quod licet agi potuerit ad sortem,

22 tem, † non ideò dotis promissor constitutus fuit in mora pro vt si soluere promisisset vxore mortua, quia dum de cætero tempus dilationis durat quod ea per superuenientem casum mortis vxoris resoluta fuerit, certo non sciuit debitor ante quam creditor id declararet vt per *Ruin.cons.35.num.31.lib.1.Tiraquell. in l. si vnquam verb. reuertatur Cod. reuoc. donat. Buratt.decis.54.num.15.Rot.in rec. dec.447. num.6.par.2.* Imò quia creditor nunquam pe-
23 tijt sortem † credere potuit nolle habere dilationem pro resoluta ex *allegatis in Cesanaten. Censuum 9. Iunij 1645. §. nam præter quod coram R.P.D. meo Corrado*. Igitur quamuis non re-
24 quiratur interpellatio† quando quis promisit soluere certa die, cum tunc adueniente die debitor certo sciret se posse conueniri *Pacian.cons.57.num.22. Rot.decis.275. nu.17.apud Zacch. de oblig. Camer.* vtique requirebatur in casu nostro quo debitor id certo non scie-
25 bat, † & vt supra cogitare poterat dilationẽ durare; eoque minus sciebat in qua re creditor vellet pecunias inuestire cum promissio inuestiendi esset alternatiua, & creditor in qua re vellet fieri inuestimentum non declarauerit mediante interpellatione vt oportebat ad constituendum debitorem in mora *Alex.cons.45.num.5.in fin. & seq. lib.5.Natt.cons. 670.num.14.lib.4.Card.Mant.decis.171 num.5.*

Præsumptio tandem interpellationis fa-
26 ctæ † ęducta ex solutionibus fructuum secutis post solutum matrimonium, recipitur
27 solum ad fauorem mulieris viduæ,† quę vigore statuti exigere potest fructus dotales ex eo solum quod debitor interpellatus fuerit vel pro interpellato se habuerit absque alio requisito lucri cessantis vel damni emergen-
28 tis iuxta *Statutum Bononiæ de quo loquitur † exaduerso allegata decis. 153.* vbi præterea aderat diuturna solutio fructuum per decennium *par. 4. tom. 2. recent.* vel iuxta *Stat. Vrbis lib.1.*
29 *cap. 137.* † quod ad virum non extendi dixit *Rot.decis.607.num.24.& seqq. par.4.tom.3.recent.* & de quo loquuntur alij exaduerso allegati, non autem admittitur fauore mariti vxore
30 præmortua, † quia cum illi non suffragetur statutum, & de iure communi sit penitus illicitum, & interdictum huiusmodi fructus percipere nisi concurrentibus mora debitoris alijsque requisitis *per Castr.in l.3.§.fin.ff.eo quod*
31 *cer. loc.* personalis requiritur interpellatio † probanda aliunde, quam ex præsumptione resultante ab aliquorum fructuum solutione, cum nec sufficeret quod partes confessæ expressæ fuissent quod interpellatio præcesserit, ne alias aperiatur via vsurariæ prauitati, vt benè comprobat *decisio coram R.P.D. meo Cerro §. quia hæc præsumptio, & vltra ibi allegatos fuit dictum in supracitata Senogallien. Prædij §. nec releuat coram R.P.D. meo Meltio,& magis in puncto in Romana Crediti dotalis 16. Martij 1646. §. nec debiti, & §. seq. coram R.P.D. meo Verospio.*

Non obstat quod saltem dictæ solutiones possibile reddant quod interpellatio præces-
32 serit, † idque satis sit ne illius negatiua in hoc iudicio repetitionis indebiti ab actoribus probanda, plenè vt debet probata dicatur *Rot. decis.38.num.3.& seqq.par.5.recent.dec.153.n.26. & 27. par.4.tom.2.* Quia hæc posterior loqui-
33 tur † vt dicebam fauore viduæ in terminis statuti, alia verò in terminis laudi lati ab arbitro, qui extraiudicialiter se poterat informare, & informatus præsumitur; in alijs autẽ casibus cum requiratur interpellatio iudicia-
34 lis, † actoris intentio etiam ad effectum repetendi indebitum probata dicitur, ex quo in processu de interpellatione non apparet vt in puncto respondit *Rot. in dicta Romana Crediti dotalis 16. Martij 1646. §. nec debiti, & §. sequenti coram R.P.D. meo Verospio.*

Tandem nil facit quod creditor post mor-
35 tem vxoris † haberet occasiones proximas emendi loca montium, quia hoc non sufficit ad effectum lucri cessantis, nisi simul debitor constitutus fuerit in mora: præter quod cum solutiones fructuum factæ nõ fuerint ex cau-
36 sa lucri cessantis, sed nominatim † ex causa fructuum dotis ex alio capite substineri non possunt, vt præter allegatos in decisione R.P.D. mei Cerri notat ferè in puncto *Ciriac. Contr.540.sub num.43. vers. verum & facit Grat. discept.911.num.2.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

ROMANA RESCISSIONIS CONCORDIAE.

Lunæ 26. Februarij 1652.

ARGVMENTVM.

Testator prohibens, nè eius hæres possit hæredem aliquem instituere, aut aliquam donationem facere ad fauorem personæ illegitimæ, & naturalis, & procreatæ ex Patre, aut matre illegitimis non censetur sub dicta prohibitione comprehendere voluisse legitimatos per rescriptum Principis, qui verè legitimi dicuntur. Testamentum redditur suspectum ex pluribus in decisione ponderatis. Transactio amplissima comprehendit nedùm causas in lite deductas, sed etiam alias cogitatas & non cogitatas, quando ex contextu transactionis deprehenditur transigentes de illis quoque sensisse.

SVMMARIVM.

1 *Annus ad committendam causam appellationis computandus est à die appellationis interpositæ à sententia Iudicis à quo.*
2 *Res iudicata dicitur inducta eo ipso quod causa appellationis non fuit commissa in primo a no, nec deuentum ad aliquos actus saltim citando ad dicendum contra, quo casu non datur in Curia biennium.*
3 *Legitimatus per rescriptum Principis dicitur legitimus.*
4 *Et hæc est magis communis sententia.*
5 *Filij nati ex matre legitimata de iure communi successibiles sunt, ideoque verba prohibitiua ad eorum exclusionem non sunt extendenda, & nu.6.*
7 *Legitimatus secundum communem vsum loquendi* non

non venit appellatione legitimi, licet contrarium sensiant Dec. & alij allegati.

8 *Intellige usum loquendi non attendi, quando verba vulgari sermone à Testatore prolata relata sunt Latino sermone, tunc enim verba sunt intelligenda secundum iuris interpetrationem, non autem secũdum vulgarem usum loquendi.*

9 *Fides extraiudicialis, informis, & erronea non venit attendenda.*

10 *Fides non releuat si fundatur in proprio iudicio, & in simplici auditu.*

11 *Auus non continetur sub dispositione loquente de Patre, aut matre.*

12 *Legitimitas probatur ex testamento in quo quis, vti filius legitimus, & naturalis hæres instituitur.*

13 *Enunciatiua contenta in aliquo testamento non effectuato nullius est momenti.*

14 *Testamentum redditur suspectum stante diuersitate characteris ab alijs Instrumentis ab eodem Notario rogatis, & ad suspicionem tollendam probandum esset, quod eius manu fuerit scriptum, & subscriptum.*

15 *Item suspectum redditur si non reperitur cum alijs Instrumentis rogatis ab eodem Notario in protocollo, sed in quodam liberculo continente tria, vel quatuor Instrumenta.*

16 *Item si non constat quo tempore liberculus fuerit repositus in Archiuio.*

17 *Item si concurrit contraria assertio Testatoris emissa in alio testamento postea condito.*

18 *Item augetur suspicio si testamentum continet enunciatiuam, quæ redditur inuerisimilis.*

19 *Illegitimus stante prole legitima hæres institui à Patre nequit.*

20 *Prohibitio personalis non egreditur personam cui facta est prohibitio.*

21 *Nouum fideicommissum in transactione inita inter vocatos constitutum dicitur stantibus illis verbis*, & quatenus opus sit de nouo cõstituerunt, *quæ nouam dispositionem important.*

22 *Præsertim quando verba stant ampliatiue, & apta inducere nouum fideicommissum.*

23 *Clausula* ex nunc *efficit, vt actus ob inhabilitatem agentis retro nullus incipiat esse validus ex habilitate noui agentis.*

24 *Transactio quando continet clausulas prægnantissimas, & geminatas comprehendit, nedum causas in lite deductas, & expressas, sed etiam alias vltra expressas, & ex quibus talis comprehensio resultat, & nu. 25.*

26 *Transigentes si renunciarunt dispositioni* l. de his, ff. de transact. *censentur comprehendere voluisse quodlibet ius in transactione non expressum, & num. 28. & 29.*

27 *Transactio respectu alicuius fideicommissi sufficit illius inspectio per oculos intellectus ex tenore Testamenti in prohemio transactionis resultans.*

30 *Transactio super re, in qua lis non cadebat afficit transigentes saltem in vim pacti, & conuentionis.*

DECISIO CCCCLXXXVIII.

LAPSUS anni ad committendam causam appellationis præfixi, & à die 12.
1 Iunij 1650. qua Dominus Iacobus Albertinus à sententia Rotali per Eminentiss. D. Card. Corradum lata appellauit computandi, *clem. sicut de appellat.* effecit vt constare de re iudi-
2 cata Domini censuerint, † nam ex datis in Summ. DD. Marcelli, & Horatij de Alberinis apparet, quod commissio appellationis peruenit ad bancum Cursorum die 2. Augusti 1651. & citatio ad dicendum contra executa fuit de mense Nouembris subsequentis, nec in Curia datur biennium, nisi quando fuit causa appellationis commissa in primo anno, & deuentum ad aliquos actus saltem citandò ad dicẽdum contra, vt tradit *Vest. in prox. lib. 7. cap. vltim. num. 9. vers. nec sufficeret Cassad. decis. 6. num. 3. de appellat. Crescen. decis. 8. nu. 8. eod tit. Put. decis. 311. lib. 2. Rot. inter recent. decis. 156. numer. 1. par. 2. & in Bononien. Pecuniaria seu dotis 26. Martij 1645. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Quæ verò aduersus eiusdem sententiæ iustitiam, vel ad excludendum illius transitum in iudicatum, vel ad obtinendam restitutionem in integrum adduxerunt informantes pro Domino Iacobo inhærentes prohibitioni testamentariæ Rutilij, nè Cæsar eius filius & hæres instituere posset, aut aliquam donationem facere ad fauorem personæ illegitimæ, & naturalis, & procreatæ ex Patre illegitimo, & naturali, aut ex matre illegitima, & naturali visa sunt euacuari ex optimè ponderatis in duabus decisionibus *sub die 15. Iunij 1648. & 14. Martij 1650. editis coram D. Cardinali Corrado*, in quibus comprobatur, quod prohibitio huiusmodi applicabilis non est Marcello, & Horatio, quod non egreditur personam Cæsaris, ac tertio, quod etiam hæc exceptio sublata fuit per transactionem initam inter has partes de anno 1632.

Primum fundamentum subsistit, quia Marcellus, & Horatius procreati sunt ex legitimo matrimonio, quod sufficit ne dicta prohibitione afficiantur, quamuis Cinthia eorum mater legitime nata non fuerit, nam ipsa quoque antequam filios gigneret, imò & nuberet fuerat instante Patre a Collegio Archiuij plenè legitimata, & ad omnia iura legitimorum, ac si de legitimo thoro genita esset restituta, vndè verum est dicere, quod filij orti sunt ex matre de tempore eorum natiuitatis, quin & conceptionis legitima qua-
3 lis † dicitur etiam legitimata per rescriptum Principis, *Socc. in l. Gallus, §. si eius nu. 5. ff. lib. & posth. Rolan. cons. 67. nu. 16. lib. 3. Menoch. cons. 227. num. 31. & præsumpt. 79. num. 2. & 3.* vbi testatur de communi sententia *lib. 4. Bursatt. cons. 1. numer. 30. Decian. cons. 42. numer. 15. libr. 1. & cons. 9. num. 52. lib. 4. Honded. cons. 64. num. 1. lib. 1. Peregr. de fideicomm. art. 23. nu. 39. Bardell. cons. 195. n. 28. & seqq. lib. 2. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 10. sub num. 9. vers. contrariam, & vers. hac autem*, vbi
4 quod hæc est magis communis † sententia, & num. seqq. vbi respondet contrarijs *Cirias. contr891. 207. num. 48. & num. 52. & seqq. Seraph. decis. 800. num. 5. Rot. inter recent. decis. 578. num. 4. par. 4. decis. 100. num. 6. par. 5. decis. 427. nu. 12. apud Peniam.* Maximè in casu nostro quo non agitur de excludenda matre legitimata, sed filijs ex

5 ex ea legitimè procreatis, † quos propterea
cum de iure cõmuni successibiles sint odio-
sum esset excludere *Nugerol. allegat. 23. num. 43.*
& ampliùs quia versamur in verbis prohibi-
6 tiuis † non extendendis ad exclusionem per-
sonarum legitimæ successionis capacium *Be-
rett. cons. 48. num. 11. Alex. cons. 56. col. fin. n. 6. vol. 1.
Peregr. de fideicomm. art. 14. num. 25. Surd. dec. 124.
nu. 8. vers. id maximè, & decis. 254. n. 8. & 9.*

Nec obstat, quod iuxtà communem vsum
7 loquendi † legitimatus non veniat appella-
tione legitimi, nam præter quod vsum hu-
iusmodi negat *Dec. cons. 316. in fin. Tiber. De-
cian. cons. 9. num. 53. lib. 4. Menoch. cons. 266. nu. 63.*
8 ille non attenditur † quando verba vulgari
sermone à Testatore prolata relata sunt Lati-
no sermone, tunc enim verba sunt intelligen-
da secundum iuris interprætationem, non
autem secundum vulgarem modum loquen-
di, vt in his terminis respondit *Alex. cons. 2. sub
num. 17. & seqq. lib. 1. Menoch. d. cons. 266. num. 64,*
alijque plures relati *in secunda decisione D. Car-
dinalis Corradi, §. secundo quia quibus additur De-
cian. d. cons. 9. nu. 54. lib. 4.*

Minùs obstat testimonium Francisci de
Alexandris asserẽtis audiuisse à Rutilio, quod
nolebat succedere posse filios natos ex præfa-
ta Cinthia non legitime nata, quia extraiu-
diciale, & informe est, & erroneum detegi-
9 tur ex deductis *in secunda decisione D. Card. Cor-
radi, §. præterea, & §. seq.* Idem respondetur ad
fidem extraiudicialem Monialis annorũ 76.
relatam in nouo *Summ. Iacobi num. 2.* Fides ve-
ro pariter extraiudicialis Domini Petri à Val-
le non exprimit, nisi proprium eius iudiciũ
10 fundatum in auditu a personis non deponẽ-
tibus de verbis Rutilij, sed ità iudicantibus
per rationabiles coniecturas, idoque momẽ-
ti non est *Alex. in rub. ff. si cert. pet. num. 21. Felin.
in cap. quoties num. 7. & seqq. de Testib. Hond. con-
sil. 79. num. 37. & 38. lib. 1. Rot. decis. 246. n. 5. par. 1.
recent.*

His positis superflua sunt, quæ dicuntur
de non legitimitate Marcelli Senioris aui pa-
terni Marcelli Iunioris, & Horatij actoris,
tum quia in testamento Rutilij nulla fit mẽ-
tio legitimitatis aui, sed solum Patris, aut ma-
11 tris, † & repugnat propriæ significationi,
quod eorum nomine auus contineatur, quan-
do dispositio loquitur simul de filio ex Patre
procreato, *Rebuff. in l. iusta interpetrat. 31. col. 4. in
princ. ff. verb. signif. Alex. cons. 198. sub nu. 12. vers.
denique, & nu. 13. lib. 6.* Tum etiam quia Mar-
cellum quoque Seniorem legitimè natum
fuisse constat ex testamento Io: Baptistæ Se-
12 nioris eius Patris, † qui illum vti filium le-
gitimum, & naturalem hæredem instituit,
vndè probari legitimitatem tradit *Mandell.
cons. 180. num. 3. Mohed. decis. 3. num. 4. in fin. qui fil.
sint legit. Rot. decis. 16. sub nu. 19. vers. & præsertim
par. 5. recent. & in Bononien. fideicommissi 22. Iunij
1639. coram me.*

Neque vrget aliud præcedens testamẽtum
eiusdem Io: Baptistæ conditum, vt asseritur
de anno 1621. vbi eumdem Marcellum Se-
niorem instituit enunciando illum filium le-
gitimatum, & de legitimatione constare in
actis Sabæ, seu alterius Notarij de anno 1518.
Quia enunciatiua hæc nullius est † momenti
13 cum idem testamentum in quo continetur,
effectum non habuerit, vt necesse esse dixit
*Rota in Florentina, seu Bononien. de Barbadoris 25.
Iunii 1640. §. quantum vero coram recol. mem. Coc-
cino Sacræ Rotæ Decano.* Et præterea Instrumen-
tum testamenti suspectum reddit † tum di-
14 uersitas characteris ab alijs Instrumentis ab
eodem Notario rogatis, & probandum esset
quod eius manu fuerit scriptum, vel subscri-
ptum, *Paris. cons. 12. num. 125. & seqq. lib. 2. Rimin.
Iun. cons. 197. num. 7. & 8. Surd. cons. 187. num. 15.
num. 23. & seqq. Menoch. de arbitr. cas. 187. nu. 181.
Put. decis. 430. sub num. 2. lib. 2. in corr.* Tum locus
in quo reperitur, nempè paruulus quidam
liberculus tria, aut quatuor Instrumenta con-
15 tinens, † cum tamen omnia Instrumenta,
tam ante quam post ab eodem Notario roga-
ta spatio 25. annorum reperiantur in proto-
collis, eaque non existant in Archiuio Vr-
bano, vt hic liberculus, sed in Capitolino,
quod ponderauit *Rot. penes Buratt. decis. 666. n. 8.
& in Assisien. Dotis 22. Iunij 1640. coram R. P. D.
meo Roias.* Tum quod non probatur de quo
tempore ille liberculus repositus fuerit † in
16 Archiuio Vrbano, vt necessè est ex allegatis
*in decis. 34. num. 3. Card. Millini, & in dicta Floren-
tina, seu Bononien. de Barbadoris, §. nec ad supplen-
dos, vers. secundo etiam, & in Marsicen. Iurisdictio-
nis 5. Martii 1646. §. quo vero coram me in Tibur-
tina Castri Sancti Angeli 18. Iunij eiusdem anni,
§. ratio autem coram R. P. D. meo Melzio.* Tum
quarto contraria assertio eiusdem Testato-
17 ris † emissa in subsequenti testamento anni
1527. quod effectuatum fuit, ac debet atten-
di, *Rot. in Fulginaten. Salviani 1. Iulij 1643. §. non
obstat coram me.* & gratis dicitur medio tem-
pore inter vnum, & alterum testamentum
sequi potuisse legitimationem, quia cum sit
facti probanda esset ab allegante, & contra-
rium conuincitur ex ipso testamento anni
1521. cum ibi asseratur legitimationem præ-
cessisse anno 1518. de qua si vera esset assertio
facile doceri posset perquirendo in Archiuijs
Vrbis protocolla Notarij Sabe in cuius actis
ibi asseritur adesse, & quatenus explicatur te-
stamentum loqui alternatiuè de actis Sabe,
seu alterius Notarij ex hoc magis augetur su-
18 spicio † cum inuerisimile sit, quod Pater tam
modico tempore obitus fuerit Notarij roga-
ti de facto adeò notabili legitimationis & in-
stante factæ, vt per *Cagnol. in auth. ex causa sub
num. 149. vers. quæ restrictio Cod. de lib. præter. Menoch.
præsumpt. 32. num. 16. in fin. lib. 4. & de arbitr. iudic.
cas. 126. num. 1.* prout etiam augetur suspicio,
quia in alio testamento cõdito de anno 1620.
& sic per annum ante Pater instituit filios
nulla facta mentione legitimationis, vt in
nouo Summ. Iacobi *num. 1.* & instituendo eos
tamquam filios satis denotauit natos esse ex
legitimo matrimonio, licet id non expresserit
quia alias instituere non potuisset existen-
19 te legitima prole, *§. nos igitur auth. quib. mod. na-
turales effic. sui Rol. cons. 67. num. 36. lib. 3. Surd. con-
sil. 177.*

fil.177 numer.15.& 16. Gratian.discept.958. numer.10.

Subsistit pariter aliud fundamentum positum in personalitate prohibitionis Rutilii,
20 non egredientis personam ipsius Cæsaris hęredis instituti ex allegatis *in prima decisione huius causæ, §.præterea, & in secunda, §.tum quia*, vt propterea Tiberius, & Iacobus potuerint in transactione super bonis de quibus agitur à Rutilio prouenięntibus nouum fideicommissum constituere † ad fauorem Marcelli, &
21 Horatij iuniorum ipsorumque descendentiũ, vt fecisse demonstrant apertissima verba transactionis, ibi, *& quatenus opus sit ex nunc constituerunt &c.* quę nouam dispositionem importent *Cassad.decis.1.de confirm. vtil.vel inutil. Rota decis.210.num.6.par.1.recen.* vndè gratis dicitur huiusmodi nouum fideicommissum factum fuisse restrictiuè ad voluntatem Cæsaris, quia
22 dicta verba stant ampliatiuè, ac denotant casum quo alterũ præcedens fideicommissum ab eodem Cæsare constitutum locum non haberet, quo tantum casu opus erat nouo fideicommisso, & esto quod obsequi voluissent voluntati Cæsaris, & ex eius persona obstante dicta prohibitione fideicommissum non substineretur, substinetur adhuc ex persona Tiberij, & Iacobi ab ipsa die transactio-
23 nis vigore clausulæ *ex nunc* efficientis vt actus ob inhabilitatem agentis retrò nullus, incipiat esse validus ex habilitate noui agentis, *iuxt.theor.Bart.in l.obseruare num.8.ff.offic.proconsul.* quam sequitur *Ruin.cons.72.num.10.& seqq. lib.3.Paris.cons.49. num.20.& 61.lib.1.Natt.consil.262.num.10.& seqq.Surd.decis.69. n.16.& 17. decis.245.num.9.*

Solidissima tandem est exceptio transactionis complexiuè ob clausulas vniuersales præ-
24 gnantissimas, & geminatas omnium iurium transigentibus competentium, & competiturorum ex quacumque causa, nec restringibilis ad litem tunc præexistentem, & in procemio narratam vigore clausulæ, ibi, *prædicta occasione*, & infra, ibi, *causa, & occasione supra narrata*, tum quia supra pro causa transigendi ne dum narrata fuerat lis, sed ampliatiuè etiam ratio conseruandi agnationem æquè se habens ad omne ius ex testamento siue Cęsaris, siue Rutilij obstatiuum conseruationi bonorum in agnatione Horatii, & Marcelli Senioris à transigentibus contemplata, tum quia transactio non restringitur ad lites, † quæ na-
25 sci possent causa supra narrata tantum, sed etiam infra dicenda, ibi, *causa, & occasionè supra narrata, & infra dicenda*, at infra dictæ, & expresæ fuerunt tam causæ cogitatæ, & sic supra narratæ, quàm non cogitatæ, ibi, *cogitatis, & non cogitatis*, atque ita quæcumque causæ vltra expressas *Hond.cons.49. num.30. & seqq.lib.1.Ludouic.Morett.cons.43.num.19.& seqq. Surd.cons.267.nu.12.& 13.Ciriac.contr.128.n.50. & seqq. præter alios allegatos in prima decisione, §.quia comprehendunt, & in secunda, §.quoniam est aduertendum.*

Eo magis quia transigentes renunciarunt dispositioni, *l.de his ff.de transact.* † quæ renun-
26 ciatio otiosa prorsus esset, nisi transactum fuisset etiam super testamento Rutilij, & quo vis alio iure superiùs non prænarrato, cum respectu fideicommissi Cæsaris sufficeret il-
27 lius inspectio per oculos intellectus † ex tenore totius testamenti relato in procemio trãsactionis resultans *Bart.in dictis l.de his num.6.& in l.qui Romæ §.duo fratres num.17. vers.sed puto, ff.verb.oblig.Rip.resp.23.n.36. lib.2.Paris.cons.15. num.77.lib.2.Becc.cons.108.nu.28.Decian.resp.83. num.62.lib.5.Buratt.decis.658.num.9.* nec non quia in transactione adest specifica reseruatio iurium competentium aduersariis, si & quando Marcellus, & Horatius eorùmque successores trãsactionis effectum impedirent sub prætextu testamenti, & codicillorum Cęsaris vel alias quomodolibet, neque enim addidissent ea verba, *vel alias quomodolibet* si sensissent de fideicommisso Cæsaris dum-
28 taxat, † & sicuti sua iura præseruarunt dicto casu, ita præseruassent iura testamenti Rutilij, nisi comprehensa voluissent, vt ad propositum ratiocinatur *Rot.decis.669. nu.2.in fin. par.1.recent.*

Tum tertiò quia in fine transactionis partes promiserunt cum amplissimis clausulis omnium iurium comprehensiuis † transa-
29 ctionem obseruare eamque sub quouis prætextu etiam nouorum iurium, & ex qua vis alia causa &c. non impugnare siue agendo, siue excipiendo, & quomodolibet opponendo præter quam in casu supra reseruato. Quapropter semper obstat vniuersalis hæc promissio nullam habens restrictiuam, seu relationem ad litem pręexistentem, & fideicommissum Cæsaris in prohemio narratum, & ex voluntate trãsigentium etiam super eo quod in lite narrato non cadebat, † vel expressum
30 non fuerat, transactio afficit aduersarios saltem in vim pacti, *Salic.in l.si de certa num.2.Cod. transact. Alex.cons.11. num.8.& 14.lib.2.Honded. cons.49. num.34. vers.insuper dico lib.1. Rot.coram san.mem.Greg.XV. decis.286. num.7.add.ad eumd. decis.158.nu.7.& fuit dictum in Romana Fideicommissi de Ceulis 14.Ianuarij 1641. §.& quamuis coram Reuerendissimo Episcopo Salamantino*; Præsertim postquam transactio fuit longo tempore obseruata, vt latiùs expendunt *decisiones coram Eminentiss.Corrado.*

Ex quibus dubium per me hodie propositum an constet de re iudicata, seu potiùs de causis restitutionis in integrum affirmatiuè, quoad primam partem, negatiuè quoad secundam resolutum fuit vtraque parte Informante.

CALAGVRITANA BENEFICII.

Lunæ 15. Ianuarij 1652.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac decisione de prælatione debita digniori ex pluribus oppositoribus approbatis ad curam animarum iuxtà dispositionem Constitutionis san. mem. Clementis VIII. super prouisione Beneficiorũ Diœcesis Calagu-

lagu-

laguritan. ... , & quis nam adhunc effectum dignior reputetur?

SVMMARIVM.

1 *Prælatio in concursu ad beneficia debita est explurибus oppositoribus ætate ac Sacerdotio antiquiori, vel Baccalaureo, vel curam animarum exercenti.*

2 *Reprobatus in primo examine habito in partibus, & iterum in secundo examine in Curia, si in tertio fuit approbatus talis approbatio non præiudicat alijs coopposit oribus non citatis.*

3 *Dignior reputandus est approbatus in examine, eiqui bis fuit reprobatus.*

4 *Institutio Ordinarij tunc habet præsumptionē dignioritatis instituti, quando illa pendet à proprio iudicio, secus quando cadit super præsentatione Beneficiatorum, quam ordinarius sequi debet.*

5 *Beneficiatorum præsentantium Iudicium erroneum detegitur si constat ex meritis aliorum coopposit orum ipsos digniorem non præsentasse.*

6 *Præsentatio, & institutio subsecuta si fuerunt attentata, illis deferendum non est.*

7 *Præsentatio attentata habetur ac si non emanasset.*

8 *Dignior ex pluribus approbatis ad curam animarum à Beneficiatis præsentandus est, nam eorum arbitrium liberum censetur à Constitutione Clementis VIII. concessum, vbi de alterius ex approbatis prebeminentia non constat.*

9 Decis. 572. num. 8. par. 1. recent. *in quibus terminis loquatur?*

10 *Constitutio Clementis VIII. disponit digniorem esse preferendum in casu plurium approbatorum ad simplicia.*

11 *Decisio Rotalis supponenda est, nec iuxtà inueteratum stylum Tribunalis potest incidenter in dubium reuocari.*

12 *Prouisio Apostolica si emanauit pro confirmatione concordiæ ad eius limites restringitur.*

13 *Nec nocet in ipsa concordia non nominatis.*

14 *Clausula* dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum *non præseruat ius quæsitum ex sola oppositione, etiam iuncta examinatorum approbatione.*

15 *Ius quæsitum ex sola oppositione non est considerabile nec validum, præsertim quando merita coppositorum sunt æqualia, secus verò quando alter ex illis est dignior, tunc enim ius ex dicta clausula præseruatum censetur, & num. 16.*

17 *Dignior qui iuxtà aliquam constitutionem præsentari debet assimilatur præsentato.*

18 *Papa in concessione gratiæ non censetur voluisse præiudicare iuri alterius in Iudicium deducto non facta de eo mentione in litteris.*

19 *Appellatio à die habita notitia admittitur, quando citatio ad sententiā non fuit personaliter executa.*

20 *Appellatio interposita ab vno ex oppositoribus suffragatur alijs itdut illam prosequi valeant.*

21 *Baccalaureatus gradus pro assecutione beneficij in concursu prælationem tribuit.*

22 *Prælatio in concursu debita est eiqui originem habet in loco beneficij.*

23 *Item qui curam animarum in eadem Ecclesia exercuit.*

24 *Prælatio debita est non habenti beneficium, illud habenti, & possidenti.*

25 *Intellige conclusionem procedere si possidens beneficium congrue ex eo valeat se sustentare, alias secus.*

26 *Regula Cancellariæ 17. de concurrentibus in data non præfert, non beneficiatum possidenti beneficiū minus sufficiens.*

27 *Beneficiatus maioribus qualitatibus præditus præferendus est non beneficiato.*

DECISIO CCCCLXXXIX.

OPpositores inter admissos per sententiam Ordinarij latam de mense Maij
1647. ad integrum beneficium morte Petri
la Questra vacans in Ecclesijs Parrochialibus
Sanctorum Iacobi, & Andreæ Ciuitatis Calaguritanę idonei etiam ad curam animarum
ab examinatoribus synodalibus renunciati
fuerunt plures vt in Summario Antonij n. 2.
sed Antonius Gualite non obstante quod alij
à dicta relatione appellassent fuit à Beneficiatis præsentatus, & ab ordinario institutus.
Nunc in gradu appellationis de prælatione
contendunt idem Antonius Gualite, Michael Guerra, Stephanus Palatios, & Ioannes
Gonzales quorum meritis, & qualitatibus
1 hodie discussis † præcellere Antonio, & Michaeli visi sunt Stephanus, & Ioannes, quia
sunt ætate ac Sacerdotio antiquiores alter ex
illis vt infra dicetur est Baccalaureus, & ambo curam animarū alias exercuerunt quod
in his terminis ponderauit Rota in pluribus
decisionibus relatis in Calaguritana Beneficij della Casa della Rejna 27. *Martij* 1648. *§ quod autem coram Reuerendissimo Terracinensi, & in Calaguritana beneficij de Logrono* 11. *Februarij* 1650. *sub §. 1. coram R. P. D. meo Verospio*, facilius contra
Michaelem qui in examine habito in partibus, & iterum prima vice in Curia fuit reprobatus,
2 † quamuis in tertio approbationē
reportauerit; nam vt responsum fuit in *Calaguritana Beneficiorum* 26. *Iunij* 1648. *§. quo magis coram me*, tertium examen non præiudicat
coopposit oribus non citatis; qui præterea
3 eo quod ab omnibus fuerūt approbati † censentur digniores Michiaele bis reprobato *Buratt. decis. 362. num. 9. in fin. & num. 10. Rot. in Calaguritana Beneficij de Logrono* 27. *Aprilis* 1646. *§. quod verò versic. cum tamen coram R. P. D. meo Rojas.*

Neque Antonium iuuat supramemorata
institutio Ordinarij, siue prouisio Apostolica
ex causa concordiæ cum Michaele initæ obtenta; nam institutio Ordinarij tunc demum
4 præsumptionem dignioritatis facit † cum ab
Ordinarij Iudicio preelectionē videlicet habentis pendet, secus in casu nostro quo cadit
super præsentatione beneficiatorum, eamque
sequi Ordinarius debuit, & sic ipsorum beneficiatorum dumtaxat iudicium præualet
quod ex præfatis aliorum coopposit orum
5 meritis, † erroneum dignoscitur vt in puncto respondit *Rota in Calaguritana Beneficij* 27. *Nouembris* 1648. *§. fin. coram me.* Eoque minus eidem præsentationi, & institutioni de-
6 ferri debet † cum fuerit declarata attentata

vt

vt fuit ponderatum *in dicto §.fin.& in dec.572.num.9.par.1.recent.Calaguritana Beneficij del Ziego 6. Februarij 1651. coram R.P.D. meo Verospio in Calaguritana Beneficij de Nieua 28. Aprilis eiusdem anni coram R.P.D. meo Otthbono*.

Vnde nil refert, quod ex Constitutione Clementis VIII. quia plures oppositores declarati fuerunt sufficientes ad Curata, beneficiati præsentare potuerint quem maluerint, & sic Antonium, non attento an alij sint di-
7 gniores, quia præsentatio attentata est † ac si non emanasset, *Rot.coram Buratto dec.642.n.6.& dec.16.nu.3.apud Modern.Perus.de Manutenen.* & verius est quod etiam ex pluribus appro-
8 batis ad Curata præsentandus est dignior † ità vt arbitrium beneficiatis concessum liberum quidem sit, vbi alterius ex approbatis preeminentia non constat in quibus termi-
9 nis † loquitur *decis.572.num.8.par.1.recent.* at è conuerso digniori sit debitũ pro vt eadem
10 Constitutio disponit † in casu plurium approbatorum ad simplicia, & bonum virum decet vt declarauit *Rot.in d. Calaguritana Bene-*
11 *ficij §. & hic coram me*, quæ † iuxta inueteratum stylum huius Sacri Tribunalis non potest incidenter in dubium reuocari, & solidissimis nititur fundamentis, idemque in terminis plurium approbatorũ ad curata decisum prius fuerat *in Calaguritana Beneficij de Lumbreras 4. Iunij 1646. §. penul. coram R. P. D. meo Otthbono*.

Prouisio autem Apostolica cum emanaue-
12 rit pro confirmatione concordiæ ideoque † ad eius limites restringatur *l. Aurelius 29. §. testamento ff. liberat.leg. cap.1. & 2. de confirmat. vtil.vel inutil.Surd.cons.349.num.7.Rot.decis.301.*
13 *num.1.par.1.recent.* non nocet † Ioanni, & Stephano in ipsa concordia non nominatis *Bald. in l.3.nu.3.vers. sed quid si iste Cod. si aduersus rem Iudic.Corn.cons.9.nu.5.vers.quia confirmatio lib.3. Gabr.cons.129.num.18.& 19.lib.1.Mohed.decis.7.numer.4. de rest.spoliat.Buratt.decis.170.numer.5.* Præsertim stante clausula ibidem apposita *dummodo tempore date præsentium non sit alteri ius*
14 *quæsitum*, † qua & si non præseruari ius quæsitum ex sola oppositione iuncta etiam examinatorum approbatione dixerit *Rot. d. decisione 572.nu.6.& 7.par.1.recent.* ea ratione quia
15 tale ius non est considerabile, † & validum cum possent beneficiati præsentare quem maluissent, quod vt supra dicebatur intelligen-
16 dum est data in coppositoribus † æqualitate meritorum vt etiam decisum fuit *in Calaguritana Beneficij Sancti Martini 10.Maij 1649.§.& quidem coram R.P.D. meo Corrado*, præseruatur sanè quando alter ex illis est dignior, & res fuit in Iudicium deducta vt respondit *Rot. coram Puteo decis.252.num.2.lib.3.in corr.decis.97.num.2.par.3.recent. & in dicta Calaguritana Beneficij de Logrono 11.Febr.1650. §. fin. in fin. coram R.P.D. meo Verospio, & prius in alia Calaguritana Beneficij 7.Maij 1638. §.1.& §. seq. coram Reuerendissimo Salamantino*.

Nimirum dignior quippe qui iuxtà Constitutionem Clementinam præsentari debu-
17 it † assimilatur præsentato *Lotther.de re benef. lib.2.quæst.38.numer.26.& seqq.Put.decis.252.sub num.2.& 3.lib.3.in corr.Rot.d.decis.97.nu.3.par.3. recent. in Terraconen.Beneficij 10. Ianuarij 1639. coram Reuerendissimo Salamantino, & in Gerunden. Beneficij 27. Iunij 1644. coram me*, & ipsa litis
18 introductio addit ius, † cui Papa nisi illius mentionem faciat non censetur voluisse præiudicare *cap.fin.vt lit.penden.& in cap.fin.de Cõst. notat Card.quæst.6.Imol.sub num.10.vers.& sic ex prædictis Aretin.num.7.vers.per textum Cassad.dec.18.num.6.de præben.Buratt. decis.779.num.10.* Et gratis dicitur litem quo ad Stephanum, & Ioannem tunc temporis fuisse extinctam eo quod à sententia Institutionis non appellauerant; dum enim non probatur illos fuisse per-
19 sonaliter citatos, † appellare potuerunt à die scientiæ *Ang.in l.1. vers.& ideò C.tempor.appell. Capic. decis.139.num.3. in fin. Rot.decis.16.num.2. de dol. & contum.in nou.dec.46.num.1.de appellat. in antiq. dec.55.num.2.par.1.diuers.& in Volaterrana Prioratus 5. Maij 1645. §. neque res Iudicata coram me*, & appellationem ne dum à Mi-
20 chaele, sed etiam ab alijs coppositoribus † interpositam prosequi *Scacc.de appellat.qu.12.num.74.& seqq.post Salyc.& alios ibi allegatos, & in his terminis fuit dictum in Calaguritana Beneficij de Logrono 20. Nouembris proximè preteriti coram R.P.D. meo Verospio*.

Inter ipsos verò Stephanum, & Ioannem, hic dignior, & præferendus visus est, tùm
21 ob gradũ Baccalaureatus † quo caret Stephanus, quemque Rota in his terminis semper magni fecit vt dictum fuit in supracitata *Calaguritana Beneficij della Nieua coram R.P.D. meo Otthbono, & in Calaguritana Beneficij de Logrono 20.Nouembris proximè preteriti coram R.P.D. meo Verospio in Calaguritana Beneficij de Ziego 6. Februarij 1651.coram eodem*.

Tùm quia ne dùm est filius naturalis sed originarius Ciuitatis Calaguritanæ atque descendens ab auis, & matre parrochianis Ecclesiæ Sancti Andreæ, in qua situm est beneficium controuersum vt probant testes dati in eius Summario num.1. quæ qualitas ori-
22 ginis † in loco beneficij ponderatur ad effectum prælationis in *Calaguritana Beneficij de Logrono 27.Aprilis 1646.§.quod verò corã R.P.D. meo Rojas* Tùm tertio quia curam animarum
23 in eadem Ecclesia, de qua agitur exercuit † quod ponderauit *Rota in Sepiuscitana Calaguritana Beneficij de Logrono 11. Februarij 1650. §.1. vers. in eadem coram R. P. D. meo Verospio facit decis.337.num.1.& 2.par.4.tom.2.recent. ac tex. in cap.nullus cap.obitum 61.distinct.cap.cum inter Canonicos ibique gloss.verb. aliam de elect.*

Non obstat quod Ioannes possideat aliud integrum beneficium, ac propterea præferen-
24 dus sit Stephanus † nullum aliud beneficium habens iuxtà *tex. in cap. is cui de præben. in 6. Garz.de benef. par.7.cap.9.num.12.& 13.Seraph. decis.767.num.1.Penia in his terminis dec.288.n.3.& 4.* Quia hoc non probatur nisi ex fidibus extraiudicialibus datis in Summario Stephani num. 6. & 7; cum tamen tanquam fundamentum intentionis plenè, & concludenter probari debuisset tum paupertas Stephani

qui

quin imò ad titulum alterius beneficij Sacris Ordinibus insignitus asseritur, tùm pacifica possessio Ioannis asserti beneficij, quodque
25 illud sufficiat † ad eius honestam substentationem; nàm extra terminos regulæ *Cancel-*
26 *lariæ 17. de concurrentibus in data* † qua beneficium etiam minus sufficiens satis esse vt nõ beneficiatus præferatur tradit *ibid. Mandos. & Io: à Chokier relati in Lucana Cappellaniæ 7. Iunij proximèpreteriti §. posita verò coram me*, certũ est de Iure Communi quod nisi beneficia alias sint incompatibilia essecutioni secundi etiam in concursu non habentis beneficium, non obest primum honestæ substentationi nõ idoneum ad tradita *per Innoc. in cap. fin. num. 1. de Cler. non residen. & in cap. cum iam dudum n. 2. & 4. de praben. Garz. de benef. par. 11. cap. 5. n. 264. & 307.* & in puncto *Rot. in d. Calaguritana Beneficij della Casa della Rejna §. minus facit coram Reuerendissimo Terracinensi*, vbi vlterius ponderatur quod beneficiatus maioribus qualitatibus
27 præditus † præferendus est non beneficiato vt etiam dixit *Rota decis. 61. num. 4. par. 3. recent. & in dicta Lucana Cappellaniæ §. non obstat coram me, & nuperrime in Calaguritana Beneficij de Bannares. 11. Decemb. proximèpreteriti coram R. P. D. meo Otthobono*.

Et ità decisum omnibus informantibus.

BONONIEN. ACCOLLATIONIS DEBITORVM.

Ven. 19. Ianuarij 1652.

ARGVMENTVM.

Verbum *transactio* latam habet significationem, & comprehendit omne genus conuentionis. Obligatio defuncti adimplenda est per hæredem qui eius personam actiue, & passiue repræsentat. Qualitas hæredis ex quibus probata remaneat?

SVMMARIVM.

1 *Transactio requirit praexistentiam litis, vel quod adsit illius timor.*
2 *Contractus do vt des, vel do vt facias innominatus dicitur.*
3 *Verbum* transactio *secundũ latam significatione m comprehendit omne genus conuentionis.*
4 *Obligatio efficax resultat ex libero contrahentium consensu aliquid faciendi, & adimplendi.*
5 *Obligatio adimplenda est nedum à promissore, sed etiam ab harede.*
6 *Hares representat in omnibus personam defuncti actiue, et passiue.*
7 *In stipulationibus regulariter subintelligitur pactum etiam pro haredibus.*
8 *Obligatio Cameralis de sui natura transit ad haredes.*
9 *Hareditatis aditio probatur si quis in Iudicio comparuit, enunciando se talem, et quamuis enunciatiua sit Notarij satis est adhunc effectum, si ipse principalis sit prasens.*
10 *Aditio probatur eo ipso quod agitur super re sitiue contractu celebrato à defuncto.*
11 *Aditio probatur in filio etiamsi non constet de testamento defuncti, nam cum filio à lege deferatur hareditas ab intestato non requiritur testamentum patris, sed sola immixtio illum facit haredem.*
12 *Ratio diuersitatis inter filium, & extraneum ea est, nam extraneo hareditas à lege non defertur, ideoque testamentum requiritur.*

DECISIO CCCCXC.

PAVLO post, hoc est post sex dies à die celebrati Instrumenti dotalis, in quo Angelica de Arsenatis Antonio Fornazario spõso dedit prædium nuncupatum Sanctæ Mariæ del Padule in fundum dotalem cum promissione partem dicti prædij grauatam ære alieno ascendente in totum ad summam librarũ 3355. & 17. liberandi infra biennium cum alijs effectibus apud se remansis.

Hieronymus Antonij pater ad rem gratam faciendam Angelicæ nurui, & ad seruandas promissiones verbo factas ante celebrationẽ dicti Instrumenti dotalis promisit infra tempus duorum annorum de suis proprijs pecunijs soluere, & liberare idem prædium à præfato grauamine, & ipsam Angelicam indemnem releuare. Vice versa autem Angelica dicto Hieronymo pro se, & eius hæredibus stipulanti fructus omnes anni tunc currentis quos sibi in Instrumento dotali reseruauerat, siue pendentes, siue à solo separatos renunciauit, & insuper consignauit tot mobilia, & supellectilia domus pro suplemento summæ vt supra debitæ librarum 3355. & 17.

Obijt postmodum tàm Hieronymus relicto hærede Antonio filio quam Angelica scriptis hæredibus vniuersalibus Laurentio, & Pirrò fratribus ac Angelo, Michaele, Paulo, & Barbara nepotibus ex Alexandro alio fratre prædefuncto, qui moto iudicio in partibus contra Antonium pro restitutione dotis Angelicæ reportarunt sententiam concedentem Antonio retentionẽ medietatis prædij dotalis titulo lucri ei à statuto Bononiæ, & pacto matrimoniali delatæ, sed simul illũ condemnantem ad liberandam alteram medietatem hæredibus vxoris restituendam, à supra memorato grauamine per Hieronymũ eius patrem, & authorem accollato, detractis tamen libris mille illi ab vxore legatis, & nisi infra tempus conuentum liberauerit ad deponendum apud ædem sacrã libras 2500. in eam causam erogandas.

Qua sententia per appellationem Antonij ad me deuoluta, dubitatum hodiè fuit an transactio inter Angelicam, & Hieronymum stipulata substineatur in casu, & ad effectum de quo agitur; effectus autem est vt ex ea conueniri & condemnari possit Antonius, & affirmatiue responsum fuit licet non probe-
1 tur inter contrahentes præexistens aliqua lis † vel eius timor pro validitate transactionis necessarius *l. 1. vbi notant omnes ff. transact. Antonius Faber in suo Cod. lib. 2. tit. 4. diffin. 15. num. 3. cum alys allegatis in Bononien. de Tostinis 15. De-*

cembris 1649. coram R. P. D. meo Otthbono.

Nam contractus iste reuera non est tran-
2 sactio sed innominatus † do vt des, vel do vt facias, & licet in dubio proposito nominetur transactio, quia sic ab actore nominatus fuit quando institit pro subscriptione dubij, de quo tempore parte non opponente exhiberi non solent subscribenti Instrumenta, verbū
3 huiusmodi accipiendum † non est secundum propriam, & strictam significationem sed latam, quæ comprehendit omne genus conuētionis *l. cum §. vult. igitur ff. transact. l. 1. §. fin. ff. ad Tertull. cap. suscitata de in integ. restit. & in fortioribus terminis Rota in Vallisoletana Iuris nominandi* 8. *Iunij* 1605. *coram recol. mem. Coccino Sacræ Rotæ Decano impress. apud March. par. 2. fol.* 531. *sub. n.* 2. *vers. & cessat.*

In genere verò conuentionis, & vt dicebā contractus innominati nihil deest ad eius subsistentiam requisitum cum ambo contrahen-
4 tes maiores essent † ac liberum præstiterint consensum solemni Notarij rogitu probatū, ex quo resultat efficax obligatio *l.* 1. *ff. pact. §. fin. Inst. de obligat. Rot. decis.* 358. *num.* 1. & 2. *par.* 4.
5 *tom.* 2. *recent.* adimplenda ne dùm † à Hieronymo promissore, sed æque ab illius hærede *l. si pactum ff. probat. Bero. cons.* 176. *num.* 74. *in fin. lib.* 1. *Rimin. Sen. cons.* 107. *num.* 6. *Rot. coram sa. me. Greg. XV. decis.* 354. *num.* 3. quia personam de-
6 functi † in omnibus repræsentat actiue ac passiue *l. cum hæredes ff. acq. hæred. l.* 1. & *tot. tit. Cod. vt act. ab hæred. & contr. hæred. Rot. decis.* 176. *nu.* 1. *par.* 6. *recent.* & in stipulationibus subintelligi-
7 tur; præsertim vbi vt in casu nostro in parte fauorabili fuit expresse etiam pro hæredibus
8 stipulatum, & adest obligatio Cameralis † quę de sui natura in hæredes transit vt tradit *Moder. Romanus de oblig. Cam. quæst.* 4. *num.* 5 & 6. & *dixit Rota decis.* 64. *nu.* 15. *par.* 2. *diuers. dec.* 222. *num.* 11. *inter impress. apud d. Moder. & in Camerinen. Bonorum* 22. *Martij* 1624. *coram bon. mem. Merlino cum alijs allegatis per add. ad Buratt. decis.* 564. *num.* 5.

Quod verò Antonius sit hæres Hieronymi
9 probatur ex iudiciali comparitione † coram Domino Auditore Generali Bononiæ data in Summ. num. 4. vbi ne dùm enunciatur hæres, quod ad hunc effectum satis esse solet quamuis enunciatiua sit Notarij, si ipse principalis sit præsens *Bald. consil.* 263. *num.* 1. & 2. *lib.* 1. *Ruin. cons.* 113. *numer.* 7. *post med. lib.* 3. *Menoch. præsumpt.* 100. *num.* 24. *lib.* 4. *Grat. discept.* 711. *num.* 68. *Rot. coram sa. me. Greg. XV. dec.* 460. *num.* 1. & 2. *alijque allegati ab add ad Buratt. decis.* 207. *num.* 19. *in fin.* sed vltrò agitur de con-
10 tractu celebrato à defuncto; † vnde resultat euidens aditionis probatio *l. gerit l. pro hærede ff. acq. hæredit. Alex. in l. si quis mihi §. sed quid si mandauerit num.* 7. *ff. eod. Corn. cons.* 299. *numer.* 6. *lib.* 3. *Vinc. de Franch. dec.* 10. *n.* 1. etiam si non
11 constet de testamento defuncti, † quia in filio qualis est Antonius eo quod ei à lege defertur hæreditas ab intestato, non requiritur testamentum patris, sed sola immixtio in hæreditate illum facit hæredem *Imol. in l. si cum dotem §. transgrediamur sub num.* 26. *ff. solut. matrim. Mant. de coniect. lib.* 12. *tit.* 10. *num.* 1. & 3. *Surd. dec.* 319. *num.* 17. *Rot. in Fesulana Beneficii, seu Oratorii* 5. *Decemb.* 1646. *§. secundo non suffragatur in fin. coram me*, vbi redditur ratio di-
12 uersitatis † inter filium, & extraneum, quia scilicèt extraneo hæreditas à lege non defertur *l. si quis extraneus* 21. *num.* 1. *vers. sed ita demum ff. acq. hæred.*

Et ita decisum vna tantùm parte informante altera tamen pluries per contradictas citata.

LEODIEN. SVCCESSSIONIS, SEV ATTENTATORVM.

Veneris 19. *Ian.* 1652.

ARGVMENTVM.

Attentata sunt omnia gesta post præsentatam inhibitionem, non obstante quod inhibitio non fuerit personalitèr præsentata principali, quia sufficit quod fuerit execura ad valuas Ecclesiæ Cathedralis stante illius absentia, vel quod ad Procuratoris notitiam deuenerit.

SVMMARIVM.

1 *Signatura Iustitiæ simplicitèr committens causam appellationis efficit, vt omnia medio tempore gesta sint nulla, & attentata.*

2 *Inhibitio Rotalis siue iusta, siue iniusta timenda est.*

3 *Inhibitionis executio ad Valuas Ecclesiæ Cathedralis, & contra Procuratorem probatur ex relatione Nuncij, siuè Notarij cui de stylo partium tanquam de re spectante ad eius officium creditur,*

4 *Inhibitio licet non fuerit personalitèr præsentata sufficit tamen, quod fuerit affixa in Valuis Ecclesiæ Cathedralis, quando constat de absentia.*

5 *Inhibitio licet non fuerit præsentata principali, ad effectum vt attentata sint commissa sufficit, quod fuerit præsentata Procuratori, secus verò ad effectum incidendi in pœnas attentantium.*

6 *Citationis notitia quod deuenerit in citatum, ex quibus probetur?*

7 *Citationis scientia supplet defectum personalis executionis, efficitque vt citatio vim habeat, ac si personalitèr executa fuisset, cum citationis finis sit deducere ibi contenta ad notitiam citati.*

8 *Appellans si post appellationem redit coram Iudice, à quo cum præseruatiua appellationis interposita, per d. comparitionem non dicitur appellationi interpositæ renunciasse.*

9 *Item non dicitur appellationi renunciasse, si comparitio non fuit voluntaria, sed coacta ad effectū euitandi imminentem carcerationem.*

10 *Attentata possunt etiam ex officio reuocari, ne sit in potestate partium eludere Maiestatem Iudicis.*

11 *Attentata reuocantur etiam per viam manutentionis.*

12 *Acta omnia in Iudicio reuocationis attentatorum non sunt trasportanda, sed ea tantùm, ex quibus attentata probantur.*

DE-

DECISIO CCCCXCI.

QVICQVID ad instantiam Ioannis Pererdorf contra Mariam Catherinam de Vvael, & litis consortes gestum fuit post diem 16. Februarij anni 1649. attentatum esse Rota censuit, quia præcesserat tùm commissio Signaturæ Iustitiæ appellationem à decretis in hac causa per Iudices de partibus æditis interpositam admittens simplicitèr
1 postquam† non licuit aliquid innouare citrà vitium attentati, *cap. non solum de appell. in 6. cap. si postquam de elect. eod. Lancell. de attent. par. 2 cap. 12. limit. 49. num. 2. & seqq.* & fuit dictum *in Cremonen. Præpositura 27. Iunij 1644 coram R.P.D. meo Corrado, in Calaguritana Beneficij de Lumbreras 20. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Otthobono, & in Alexandrina Canonicatus 26. Maij 1651. coram Reuerendissimo D. meo Decano,* vbi subditur, quod post huiusmodi commissionem reuocari in dubium non potest, quod sententia à quo fuit appellatum appellabilis ad vtrumque effectum sit.
2 Tùm inhibitio Rotalis, † quæ siue iusta, siuè iniusta timeri debuit, & causat attentata *ex alleg. in Cæsaraugustana. Distributionum, seù Attentatorum 17. Februarij, & 26. Iunij 1645. coram R.P.D. meo Cerro, & in Luccorien. Attentatorum 26. Iunij 1648. coram eodem;* eamque executam fuisse contra Ioannem, per affixionem in Valuis Ecclesiæ Cathedralis Leo-
3 diensis, † & contra eius Procuratorem constat ex relatione Nuncij, seù Notarij iuxtà stylum illarum partium adhiberi soliti, cui tanquam de re ad eius officium spectante fides præstatur *glos. in cap. cum parati verb. suus in fin. de appellat. Bart. in extrauag. ad reprimen. verb. per Nuncium num. 10. Roman. cons. 497. nu. 5 Rota coram fæl. mem. Greg. XV. decis. 426. num. 6. & nuperrimè in Cracouien. Iuris respondendi 11. Decembris proximè præteriti §. fin. coram me.*
Nec obstat, quod inhibitio non fuerit
4 principali præsentata personalitèr, † quia stante illius absentia, ac mora in partibus longinquis sufficit affixio ad Valuas Ecclesiæ *clem. causam vbi notant omnes de elect. Barbos. de Canon. & Dignit. cap. 20. sub num. 18. vers. vel longè absit Rot. in supracitata Alexandrina Canonicatus §. qua eo magis vers. nisi forte locus moræ esset valdè remotus coram Reuerendissimo Domino meo Decano;* præsertim quia inhibitio fuit etiam
5 præsentata eius Procuratori, † quod satis esse ad causanda attentata, & pro illorum reuocatione, licet secus sit ad effectum incidendi in pœnas attentantium, dixit *Rot. apud Cas. de Graff. decis. 6. nu. 3. de caus. poss. & propr. & in Valentina Præceptoria 10. Maij 1627. coram bo. me. Cardinali Virili, in Perusina Bonorum 4. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Cerro, & aliàs sæpe.*
Animaduertendo, quod licèt citatio cum inhibitione executa prima vice fuerit dimissa copia in domo Procuratoris ad eius tamen manus, & notitiam deuenisse apparet,
6 tàm ex † relatione executoris data *in Summ. num. 5. in fin.* quàm ex commemoratione citationum, & inhibitionum facta in actis iudicialibus coram Iudice de partibus ad instantiam Ioannis aduersarii post duos ferè menses à die executæ citationis emanatis, ibi, *non attentis partis aduersæ nulliter interpositis prouocationibus, aut appellationibus, vel etiam desuper incompetentèr emanatis citationibus, & inhibitionibus d. Summ. num. 6. circa fin.* quæ scien-
7 tia citationis † supplet defectum personalis executionis, efficitque vt citatio vim habeat, ac si personalitèr executa fuisset, cum finis citationis non alius sit, quam deducere ibi contenta ad notitiam citati, vt ex *tex. in clem. causam in fin. de elect.* tradit *Felin. in cap. cum sit Romana num. 15. de appellat. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 124. Rot. dec. 11. in fin. de dol. & contum. in nou. decis. 1094. numer. 4. penes Card. Seraph. & in alijs alleg. in Monopolitana Iurisdictionis 11. Febr. 1647. §. ideo coram me.*
Non obstat, quod actores post interpositam appellationem, & executam inhibitio-
8 nem redierint coram Iudice à quo; † vnica enim exhibetur comparitio cum expressa præseruatiua appellationis prius interpositæ quæ ideò cum nō probetur sortita effectum non importat recessum ab appellatione, vt declarando *doctr. Innoc. in cap. cumana de elect. quem communitèr sequuntur Doct.* dixit *Rota apud Puteum decis. 370. nu. 3. lib. 1. in corr.* Eo minùs
9 quia emanauit potiùs coactè† quam voluntariè ad euitandam scilicèt imminētem carcerationem *d. Summ. num. 10.* Et in omnem euentum, quia Iurisdictio Rotæ iam fuerat firmata per commissionem Signaturæ, & citationem eius vigore executam adhuc pos-
10 sent ex officio Rotæ † attentata post inhibitionem commissa reuocare ne sit in potestate partium eludere Maiestatem huius Sacri Tribunalis, vt fuit decisum *coram fæ. me. Greg. XV. decis. 243. sub num. 4. ibique notat add. Litt. A. & coram bo. me. Buratto decis. 406. nu. 1. vbi add. num. 3. & 4. allegat concord. & in Vicen. Beneficij, seù Attentatorum 7. Febr. 1648. coram Reuerendiss. D. meo Decano, in Romana Attentatorum 14. Ianuarii 1650. coram me.*
His consequens est, vt actricibus de quarum possessione constat ex datis *in Summ. n. 6 & seqq.* quæque se pro spoliatis non habuerunt debeatur manutentio in bonis hæreditariis Mettheldis Sgroot, quæ tempore motę litis possidebant loco reuocationis attenta-
11 torum † iuxtà stylum seruatum *in dec. 1176. num. 6. apud Seraph. dec. 389. num. 3. & 4. coram b. me. Coccino decis. 507. num. 2. par. 4. recent. in dicta Vicen. Beneficii coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Auenionen. Hæreditatis 10. Iunii 1648. coram R.P.D. meo Celso.*
Non obstante, quod non fuerint transpor-
12 tata integra acta prioris instantiæ, † quia ad hunc effectum sufficit transportasse acta, ex quibus probantur attentata, & possessio attentatum passi *Rot. decis. 311. num. 7. par. 4. tom. recent. & in Maioricen. Beneficii 27. Nouemb. 1641. & 17. Martii 1642. coram Reuerendiss. D. meo*

meo Decano, in d. Vicen. Beneficii coram eodem,& in Pisana Sepultura 1. Iunii 1650. coram me.

Et ita decisum vna tantùm parte informante,& aduersario citato per contradictas.

ROMANA DOTIS.

Mercurij 31. Ianuarij 1652.

ARGVMENTVM.

Confessio dotis receptæ facta à decocto probat in præiudicium creditorum concurrentibus adminiculis, & coniecturis resultañ ex præcedenti dotis promissione, ex præstatione alimentorum,alijsque in decisione adductis. Transactio inter grauatum,& fideicommissarium inita occasione legitimæ competentis grauato non comprehendit Iura dotalia fideicommissario, ex propria persona vti hæredi matris competentia,præsertim si de tempore transactionis non erant purificata, & ex quibus desumatur tranfactionem factam fuisse nomine fideicommissario tantùm? Priuilegium competens mulieri agendi pro assecuratione dotis vergente viro ad inopiam vti personale ad filios non transit.

SVMMARIVM.

1 *Confessio dotis receptæ facta per maritum post decoctionem non probat in præiudicium creditorum, quamuis dotis promissio præcesserat.*
Fallit vt num.5. 6. & seqq.

2 *Fideicommissarius consentiens alienationi rei fideicommissariæ, non potest amplius contra eandem rem agere, sed tantùm ei competit actio super pretio.*

3 *Etsi consensit, vt pretium solueretur creditoribus grauati, censetur etiam super eodem pretio hypothecam remisisse fauore creditorum.*

4 *Hypotheca remissio operatur, vt creditor quamuis sit anterior, non tamen creditoribus hypothecarijs est potior.*

5 *Dotis confessio emata post decoctionem mariti concurrentibus coniecturis probat etiam in præiudicium creditorum.*

6 *Coniectura pro vera dotis numeratione resultans ex præcedenti dotis promissione.*

7 *Item ex diuturna alimentorum præstatione, ac iuramento confessioni adiecto.*

8 *Item ex successiuis solutionibus residui dotis, quæ pro illius vera numeratione multùm conferunt.*

9 *Item ex sententia absolutoria lata ad fauorem promissoris dotis, qui si transitum fecit in iudicatum claudit os creditoribus, vt amplius non valeant confessionem de recepto impugnare.*

10 *Vel saltim talis sententia præbet veritatis adminiculum.*

11 *Simulatio confessionis ex contrarijs coniecturis eliditur.*

12 *Inuestimentum dotis conuentum non respicit fauorem viri, sed securitatem soluentis, ac sponsæ eiusque filiorum.*

13 *Inuestimento dotis non sequuto facultas dandi de nullitate solutionis competit soluenti, vel sponsæ non autem creditoribus viri.*

14 *Stipulatio pro omnibus quorum interest contenta in obligatione Camerali non suffragatur creditoribus viri ob non factum inuestimentum dotis,si non habent causam ab eis quorum commodo inuestimentum fuit promissum.*

15 *Ob inuestimentum dotis non secutum culpa viri, si Vxor eiusque filii repellerentur à repetitione dotis contra virum,qui recepit retorqueretur in eorum odium, & viro propria culpa in non inuestiendo suffragaretur.*

16 *Dos quando non fuit à muliere promissa,sed à patre,tunc negligentia viri in non inuestiendo dotem vel eam non exigendo mulieri præiudicare non potest, & Maritus siue non inuestiuerit, siue non exegerit tenetur dotem restituere.*

17 *Transactio si fuit inita ex causa necessaria inter grauatum,& fideicommissarium, nomine tantùm fideicommissario, tunc in dicta transactione iura fideicommissaria ex propria persona competentia inclusa non censentur.*

18 *Transactio, quod fuerit ex causa necessaria, & fideicommissario nomine tantùm inita, ex quibus desumatur?*

19 *Transactio ab illius prohemio regulatur.*

20 *Item à controuersia, quæ causam dedit transactioni.*

21 *Amplia etiamsi in transactione adsint clausulæ vniuersales* pro omni,& toto eo, & ex quacunque causa.

22 *Clausulæ vniuersales transactionis restringuntur ad titulum fideicommissi,& legitimæ, si illarum contemplatione inita fuit.*

23 *Dictio,* prædictus, *est repetitiua.*

24 *Discretiuus loquendi modus attendi debet ad eliciendam voluntatem agentis.*

25 *Statutum Vrbis defert marito Vxore mortua lucrũ totius dotis, quàm tamen liberis communis matrimonii reseruare teneatur.*

26 *Consensus à creditore præstitus alienationi bonorũ communis debitoris ad fauorem aliorum creditorum operatur remissionem proprii iuris tempore præstiti consensus competentis, non autem tunc temporis non competentis, nec exercibilis.*

27 *Item nec operatur remissionem crediti, cuius dies nondum cesserat.*

28 *Priuilegium mulieri competens viro ad inopiam vergente, vt eius dos ponatur in tuto est personalissimum, nec ad filios transit.*

29 *Debitor si conditionem deteriorauerit, licet cuicunque creditori ius competat agendi ante diem, illud ius non est exercibile ad effectum exigendi.*

30 *Solemnitates in cotractu pupilli sunt necessariæ ex* Statuto Vrbis lib.1.cap.151.

31 *Filius si ius sibi competens fauore patris remittit, contractus resoluitur in meram donationem de iure prohibitam.*

32 *Donationes vigore Statuti Vrbis debent subscribi.*

33 Statutum Vrbis lib.1. cap.149. *locum habet etiam in remissionibus donationem importantibus, ac etiam inter patrem, & filium.*

34 *Conductor non sibi, sed locatori possidet.*

35 *Iura fideicommissi, ex quibus translata non dicantur?*

36 *Clausulæ vniuersales restringuntur ad causam in tran-*

transactione expressam, nec comprehendunt ius de eo tempore non exercibile.

37 *Præsertim quando sunt apposita in executiuis, & de stylo Notariorum, ideoque contractum non extendunt.*

DECISIO CCCCXCII.

CREDITORES Gasparis Martuli, qui pecunias eis debitas receperunt ex prætio Casalis nuncupati Centocellæ data cautione de restituendo prioribus, & potioribus, & contra quos Franciscus Gasparis filius tanquam creditor anterior occasione dotis Cleriæ matris petijt in vim dictæ cautionis relaxari mandatum executiuum duo obiecerunt. Primò quod pro rata scutorum bis mille, siue 1333. de quibus hodie agitur Gaspar, eoque defuncto illius hæreditas dotis debitrix non sit, cum non probetur à Gaspare recepta nisi ex confessionibus de re-
1 cepto emissis postquam decoxerat, † quæ propterea in præiudicium creditorum fidem non faciunt, quamuis dotis promissio præcessisset *Menoch. præsump. 13. num. 24. vers. est hic distinguendum lib. 3. Grat. discep. 489. num. 22. Rota decis. 239. num. 9. & num. 15. par. 4. tom. 2. recent. decis. 306. num. 42. par. 7. decis. 23. num. 5. & seqq. inter impress. apud Moder. Foroliuien. de pignor.*

Secundò quod Franciscus in concordia de anno 1611. inita cum Gaspare patre con-
2 sentiendo, † quod nedùm præfatum Casale pater venderet quo casu salua sibi actio foret super prætio ex traditis ad fauorem fideicõmissarij *à Laderch. cons. 73. sub num. 11. Fusar. de subst. quæst. 560. num. 31. Ciriac. contr. 15. num. 1. & per tot. contr. 495. nu. 28. Rot. dec. 788. nu. 11. par. 1. diuers.* Sed etiam quod prætium exinde redigendum creditoribus patris solueretur su-
3 per † eodem prætio remiserit hypothecam dotalem fauore creditorum ad text. *in l. sicut §. sed si permiserit ff. quib. mod. pig. vel hypoth. solu. l. 2. C. remiss. pignor. Caualer. dec. 528. numer. 3.* & propterea pecunias ipsis solutas vindicare non possit, quia etsi adhuc remaneat credi-
4 tor anterior patris, † tamen ob prædictam remissionẽ hypothecæ concreditoribus hypothecarijs potior non est, vt ad hunc effectum requiritur *Caualer. dec. 492. n. 1.*

His non obstantibus contra illos relaxandum esse mandatum pro scutis 1300. Rota censuit, quia clara est obligatio Gasparis patris de restituendo dotem Cleriæ vxoris, & respectiuè matris Francisci, quodque illam etiam pro hac rata receperit, supra memoratæ confessiones, esto post decoctionem ema-
5 nassent † probant quoque in præiudicium creditorum concurrentibus coniecturis *Surd. cons. 489. num. 4. Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 8. n. 9. & 10. Cocc. decis. 499. num. 3. Rot. inter recent. decis. 335. num. 2. par. 6. dec. 24. num. 19. par. 7.* resul-
6 tantibus in casu nostro † tùm ex præcedenti promissione dotis *Seraph. dec. 795. num. 1. Greg. XV. dec. 62. num. 6. Rot. inter recent. dec. 533. nu. 1. par. 4. tom. 3. dec. 335. num. 5. par. 6. & in Romana Dotis 14. Febr. 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano, in Ariminen. Dotis 4. Maii, & 27. Iunii 1646. coram R. P. D. meo Verospio, in Romana Saluiani 17. Martii 1649. coram R. P. D. meo Rojas.*

Tùm ex diuturna alimentorum præsta-
7 tione, † & iuramento confessionibus adiecto *Surd. d. cons. 489. suq num. 16. vers. quinto concurrit Ioseph. Ludouic. dec. Perusin. 66. n. 11. Rot. d. dec. 24. num. 8. par. 7. recent. & in Anconitana Bonorum 1. Iulii 1643. coram me, in Anconitana Dotis 17. Iunii 1647. coram bo. me. Arguelles,* tùm ex suc-
8 cessiuis solutionibus † residui dotis, quas pars aduersa non negat, & ad hunc effectum ponderauit *Rot. dec. 593. num. 7. & 8. par. 4. tom. 3 recent. dec. 62. num. 6. coram san. mem. Greg. XV. ac in aliis relatis in d. Anconitana Dotis §. secunda coniectura coram bo. me. Arguelles.* Tùm tandèm ex sententia absolutoria anno 1635. lata ab
9 A. C. ad fauorem promissoris dotis † non obstante, quod Franciscus etiam tunc actor allegasset confessiones de recepto à patre decocto factas fidem non mereri, vt in nouo Summ. Francisci num. 1. hæc enim sententia in iudicatum lapsa, vel os claudit creditoribus patris, vt easdem confessiones hodie impugnare non valeant quatenùs illorum Procurator in illo iudicio citatus fuerit, & & comparuerit *l. sæpe vbi Castr. num. 1. & seqq. Alex. num. 16. & 18. ff. re iudic. cap. quamuis, & ibi glos. verb. res inter alios eod. tit. Rim. Sen. cons. 344. num. 10. Rot. dec. 230. num. 4. par. 1. recent.* Vel
10 saltèm præbet † veritatis adminiculum *Surd decis. 325. num. 11. Rota decis. 334. num. 6. par. 1. recent.*

Non obstat, quod Gaspar pecunias dotales à Socero soluendas non inuestiuerit pro rata, de qua gitur in locis montium, vel stabilibus, vt ex forma instrumenti dotalis tenebatur, vtque de reliqua dote fecit. Quia vel exinde educitur coniectura simulationis
11 confessionum, † & ea eliditur ex tot contrarijs supra ponderatis, vt respondit *Rota d. dec. 62. num. 11. coram Greg. XV. d. dec. 24. num. 20 par. 7. recent.* vel exindè infertur, quod dos fuerit malè soluta viro ob non factum inuestimentum promissum, & hoc non liberat virum qui verè recepit à restitutione; cumque inuestimentum in capitulis matrimonialibus conuentum non fuerit fauore ipsius
12 viri, † sed ob securitatem Soceri soluentis, ac sponsæ eiusque filiorum *Rot. dec. 497. nu. 6. par. 4. tom. 2. recent.* illis solùm competit facul-
13 tas dandi de nullitate solutionis † ex capite non facti inuestimenti, non autem creditoribus viri, quibus non suffragatur stipulatio
14 pro omnibus quorum interest † contenta in obligatione Camerali, cum non habeant causam ab illis, quorum commodo inuestimentum promissum fuit, vt oportere declarauit *Rot. dec. 27. nu. 13. coram. bo. me. Vrgellen. dec. 267. num. 13. apud Zacch. de oblig. & in Ciuitatis plebis Saluiani 1. Iulii 1647. coram me.*

Alioquin si vxor, eiusque filij repellerentur ex hoc capite à repetitione dotis contra
15 virum qui recepit, † retorqueretur in eorum odium, quod pro ipsis conuentum fuit, &

viro propria culpa in non inuestiendo suffragaretur, quod ferendum non esse dixit *Rota decis.210.num.15.dec.312.num.41.par.6. recent. & in terminis in Romana Fructuũ Dotis 21. Aprilis 1651. §. quoniam in fructu coram R.P.D. meo Cerro,* quin potiùs quia dos non fuit promis-
16 sa à muliere, † sed à patre, culpa, & negligentia viri, vel in non inuestiendo, vel etiam in non exigendo dotem mulieri præiudicare non potest, & vir siue non inuestiuerit, siue etiam non exegerit, restituere dotem tenetur *l.si extraneus 33. cum ibi notatis ff.iur.dot. l.ob res ff.pact.dot. Fontanell.de pact.nupt.claus.6.glos.1 par.2.num.77. Ciriac.contr.110.nu.5.Rot.dec.203. num.6.apud Zacch.de oblig.Camer. & in Ciuitatis Vetulæ dotis 27. Febr. 1643. §.1. vers.vel in omnem coram R.P.D. meo Cerro.* Eo magis quia ex eius facto, hoc est confessione de recepto Franciscus Cleriæ filius, & hæres per sententiam A.C. reiectus, vt supra fuit ab exactione dotis contra Auum maternum illius promissorem.

Alterum obiectum cessat, quia Franciscus duplicem personam repræsentabat, vnã debitoris tanquam fideicommissarius Scipionis Aui obligatus hoc nomine restituere Gaspari hæredi grauato legitimam illi debitam in bonis fideicommittentis, alteram creditoris eiusdem Gasparis vti filius, & hæres suæ matris, cuius iura dotalia per transactionem fideicommissario tantùm nomine,
17 nec ex † voluntate, sed ex mera necessitate, vt infrà dicam factam sublata non censentur *Ang.Aret. consil.73. sub num.10. Rimin. Sen. cons.71.nu.26.lib.1. Bursatt.cons.32.nu.39. Surd. cons.365.num.21.in fin.& num.seqq. Rot.dec.235. num.6.& seqq.par.6.recent.* facit *Tiraquell.de retract.ligniag.§.1.gloss.9.nu.141. Gabr.de rer. alienat.conclus.2.num.1.& seqq.idem Surd. decis.153. num.17.*

Factam verò fuisse transactionem ex necessitate, & fideicommissario nomine tan-
18 tùm † constat ex toto tenore transactionis ponderando primò quod sola lis occasione legitimæ Gaspari debitæ super bonis fideicommissi pendens inter illius creditores ex vna, & Franciscum fideicommittentem ex altera causam dedit transactioni, vt narratur
19 in eius proemio † à quo tota transactio regulatur, ac restringitur *Bart.in l. fin. num.2.ff. hered.instit. Decian.cons.72.num.49.lib.2. Buratt. decis.543.n.11.Greg. XV.in his terminis dec.153.*
20 *num.2.* necnon à controuersia, † quæ causam dedit transactioni *l.si de certa Cod.transact.Menoch.cons.319.num.20.Surd.cons.418.nu.14.Rota decis.29.num.4.par.1,recent.& in Recanaten.Prædii 14. Aprilis 1614. coram Sanctiss. D. Nostro,*
21 vbi quod hoc procedit † etiam si in transactione adsint clausulæ vniuersales, *pro omni, & toto eo, & ex quacunque causa Mant.decis.235. num.13.add.ad sa.me.Gregor.XV. dicta decis.158. num.8.*

Secundò quod nusquam in transactione fit verbum de dote materna Francisci, nisi ad effectum calculandi integrum valorem fideicommissi, & per consequens tertiam partem pro legitima filij, non obstante prohibitione fideicommittentis detrahendam; cumque præuia narratiua, quod Gaspar in vim commissionis Sanctissimi obtinuerat ab A.C. sententiam super detractione legitimę, ac eius separatione à bonis fideicommissi ad effectum aliqua corpora vendendi, & ex prætio soluendi creditoribus suis, ac paritèr obtinuerit à Sanctissimo, quod facto deposito scutorum 4. mil. & assignatis creditoribus suis alijs annuis scutis 300. à creditoribus ampliùs non molestaretur, nec dictum depositum se facere posse nisi per venditionem alicuius membri fideicõmissarij, ideoque cum Francisco filio ad fideicommissum vocato intendere conuenire; cum inquam præuia narratiua huiusmodi Franciscus ad faciendam rem gratam patri, & in executionem præmissorum consenserit venditioni prædij nuncupati Centocelle, euidens ex inde fit eius voluntas restricta dumtaxat ad titulum fideicommissi, quod solùm narratum fuerat obstare alienationi: attentis præsertim tùm verbis *in executionem præmissorum,*
22 quæ subsequentes transactionis † clausulas quantumuis alias vniuersales coarctant ad præmissum titulum fideicommissi, & legitimæ *Rot.dec.114.num.4.par.1.recent. & in Romana legati de Marescottis 22. Martij 1627. coram bo.me. Merlino,* & in terminis transactionis *Franc.Aret.cons.161.nu.4.Surd. cons.418.sub num.14.Ciriac.controu.213.num.7.Rot.decis.428. sub num.6.par.5.recent.* tùm subsequentibus, ibi, *hanc autem assignationem, & omnia alia in præsenti Instrumento contenta idem Franciscus facere declarauit in fauorem Gasparis eius Patris pro residuo legitimæ dictum Gasparem tangen. & pro omni, & toto eo quod quomodolibet prætendere posset &c. super hæreditate, & bonis, & iuribus prædictis,* & sic super bonis fideicommissi superiùs nominati, & per dictionem illam
23 *prædictis* † repetiti *Aym.cons.929.num.8.Barbos. dict.276.num.2.* & hic aduertendum est, quod licèt Franciscus assignationem facere declarauerit pro omni, & toto eo quod Gaspar prætendere posset, non tamen dixit se eam facere pro omni, & toto eo quod ipsemet Franciscus posset prætendere, magisque est momenti ad eliciendam voluntatem agen-
24 tis † discretiuus modus loquendi *ex alleg. in Romana fideicommissi, seù Saluiani 28. Aprilis 1651. coram R.P.D. meo Celso.*

25 Tertiò quod stante Statuto Vrbis † deferente marito vxore mortua lucrum totius dotis, quam tamen liberis communis matrimonij reseruare teneatur, non habebat Franciscus de tempore transactionis, quo viuebat Gaspar actionem aliquam contra ipsum exercibilem pro restitutione dotis, cõsensus autem alienationi bonorum com-
26 munis debitoris præstitus † ad fauorem aliorum creditorum operatur quidem remissionem proprij Iuris competentis tempore præstiti consensus, non autem iuris, quod tunc temporis non competebat, & exercibile non erat *Castr.cons.375.num.5.vol.1*

Gabr.

Gabr.conf.72.num.5.lib.1.Ladercb.conf.73.num.7
vers secundo respondeo Surd.cons.70.nu.4. & seqq.
Decian. cons.105.num.14. lib.3. & in puncto,
27 quod non operetur remissionem † crediti,
cuius dies nondum cesserat Gomes. var. resol.
tom.1.cap 12.num.82.vers.item adde il 3. Vinc.de
Franch.decis.80.num.24.post Bald.in l. si ita scrip-
sisset in 2. not. ff.leg.2.

Et gratis dicitur actionem dotis fuisse
tunc exercibilem propter decoctionem Pa-
tris, quia priuilegium mulieri competens
28 viro † vergente ad inopiam agendi, vt dos
ponatur in tuto pro alimentis suis, & fami-
liæ personalissimum est, & nec ad filios tran-
sit Curt.sen.consil.57.num.2.Anchar.Regien.var.1
quæst.familiar.quæst.22.num.4.& seqq.Grat.discep.
427. num.15. & 16. alijque relati à Moder. Pa-
norm.var.resol.tom.2.resol.86.num.9.Rot.dec.607.
num.53. & 54. par.4.tom.3. recent. & in Ciuita-
tis Castellana Bonorum 7. Iunij 1651. coram Re-
uerendissimo Domino meo Decano. Quod verò
ius cuicunq; creditori competit agendi ante
29 diem, † si debitor conditionem deteriorauc-
rit exercibile non est ad effectum exigendi
Ias.in l.pecuniam num.10. ff.si cert.pet. Stracc. de
decoct.par.3.num.56.& 57.Ioseph.Ludou. conclus.
vnica de solut.limit 3.Caualer.decis.653. numer.5.
& 6. Rota in Romana Spolij domus 29. Ian. 1629
coram bo.me. Merlino.

Quartò quod contrahentes adeò enixè
curarunt, vt contractus esset validus, vt ob
30 id adhibuerint solemnitates † ex parte Fran-
cisci tunc pupilli à Statuto Vrbis 151. lib.1.re-
quisitas; nullatenus ergo verisimile est vo-
luisse comprehendi iura dotalia, quorum
comprehensione cōtractus esset prorsùs nul-
lus, eo quod cum nihil ex eo Franciscus lu-
31 craretur, sed ius suum remitteret † resolue-
retur contractus in meram donationem ad
fauorem patris prohibitam, ex dispositione
text.in l.sicut §.an pacisci ff.quib mod.pign.vel hy-
poth.sol. vt in terminis remissionis hypothe-
cæ notat Negus.de pign.par.6.memb.3.numer.29.
relatus à Moder. Foroliuien. de pignor. lib.4. tit.3.
quæst.109. num.92. nec non absque subscrip-
32 tione donatoris † (quæ hic non adest) à Stat.
33 Vrb.lib.1.cap.149.quod habere locum † etiam
in remissionibus donationem importātibus,
ac inter patrem, & filium dixit Rot. in decisio-
nibus allegatis à Moderno Bersigellensi in annot.ad
d. Statutum num.10.& seqq.

Suppositum namque partis aduersæ, quod
Franciscus mediante hoc contractu acquisi-
uerit bona fideicommissi, quæ illi ex tunc
pater cessit, cùm tamen cedere non tenere-
tur nisi post mortem, erroneum detegitur,
quia cessio huiusmodi operata solùm fuit
extinctionem iurium competentium Gaspa-
ri cedenti ad diminutionem fideicommissi
puta occasione legitimæ, dotis Hieronimæ
vxoris fideicommittentis, melioramentorū
à Gaspare factorum, de quibus supra facta
fuerat mentio, & similium, non autem tran-
slationem bonorum fideicommissi ex tunc
in Franciscum, vt ipsa obseruantia successiua
demonstrauit; nam etiam post hunc contra-
ctum creditores Gasparis remanserunt, vt
priùs in possessionem bonorum fideicom-
missi ad effectum sibi ex eius fructibus do-
nec Gaspar viueret satisfaciendi, & desuper
manutentionem obtinuerunt ab A.C. quin
& ea bona locarunt ipsi Francisco, qui sic
34 non se, † sed creditores possidere agnouit
Bart.in l.quædam mulier num.1.ff.rei vindic.Gabr.
de locat.concl.4.num.14. Caualer.dec.446. num.1.
Et hæc locatio, ac manutentio referri non
potest ad effectum exigendi annua scuta 300.
quæ in eodem contractu Gaspar assignaue-
rat creditoribus, quia manutentio respicit
possessionem omnium bonorum, ac fructu-
um indefinitè à creditoribus captam ante
contractum, & ipsa locatio non est restricta
ad ratam annuorum scutorum 300. sed facta
fuit pro pensione scutor. 370. & quod plus
est ex hac annua pensione fuerunt assignata
ipsi Francisco annua scuta 200. pro eius ali-
mentis, quæ sanè si aliorum bonorum fidei-
commissi cessionem translatiuam à patre
35 reportasset, † eaque vt ex aduerso asseritur
ingentis essent redditus illi debita non fuis-
sent l.si quis à liberis §.1. vers.sed etsi filius ff. lib.
agnosc.Molin.de primogen.lib.2.cap.15.num.6.Pe-
regr.de Iure fisci lib.3.tit.18.num.74.alijque relati
à Moderno Foroliuiensi de legitt.lib.2.tit.2.qu.30.
num.15. Ioseph. Sesse dec.Aragon.45.nu.10. Rota
coram bo.me. Vrgellen.dec.76.num.37.dec.224. in
fin.par.2.recent.

Quibus positis non obstant clausulæ vni-
36 uersales in fine contractus † positæ, ibi,
quam dationē &c. Franciscus promisit seruare &c.
& contra eam non facere &c. quouis prætextu titu-
lo ingenio, vel causa etiam enormis, vel enormissimæ
læsionis &c. nec alio quouis prætextu hic non expres-
so, & de necessitate exprimendo, quia quicquid
sit in alijs casibus, de quibus agunt ex aduerso
allegati, & alij cumulati in Romana Rescissionis
contractus 15. Iunij 1648. coram R.P.D. meo Cor-
rado, restringuntur ad causam in transactio-
ne expressam concurrentibus superiùs addu-
ctis; itaut ius dotis, quæ tunc exigi non po-
terat nullatenùs comprehendant Surd. con-
sil.418.num.22.& seqq. Cancer. var.resol. tom.3.
cap.15.num.271.& seqq. præsertim quia appo-
37 sitæ sunt † in fine Instrumenti, & sic in exe-
cutiuis, vt benè ad propositum Rot. dec.624.
num.8. vbi vltrò ponderatur, quod sunt clau-
sulæ solitæ apponi de Stylo Notariorum,
ideoque contractum non extendunt par.2.
recent.

Tandem non obstat, quod Franciscus
præsumatur satisfactus de dote ex fructibus
bonorum fideicommissi viuente Gaspare
patre decursis, vel ex quo habuit ratam bo-
norum, quæ ad Gasparem occasione legiti-
mæ spectasset, si in calculanda legitima fuis-
set in debitum fideicommittentis relata dos
Cleriæ solùm in scutis 4000. non autèm in
scutis 6000. vt factum fuit. Quia iam fuit
supra demonstratum non adfuisse fructus,
quibus Franciscus possit satisfieri, & ad eui-
tandum secundum obiectum non relaxatur
mandatum pro tota summa scutorum 2000.
quæ

quæ hæreditas Gasparis ex causa dotis Cleriæ debet, sed solum pro scutis 1333.

Et ità decisum vtraque parte informante.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE BARBERIIS.

Lunæ 19. Februarij 1652.

ARGVMENTVM.

Masculi ex fœminis in primogenituris,& fideicommissis non veniunt quoties Testator vocauit lineam masculinam, vel masculum descendentem ex masculo, ratio est, quia linea masculina non incipit à fœmina, quæ finis est lineæ masculinæ. Linea masculina, quo casu accipiatur pro sexu? Masculi descendentes ex fœminis non veniunt appellatione lineæ masculinæ, quoties Testator rationem habuit conseruandi agnationem. In fideicõmissis conditionalibus, & successiuis regulariter admittuntur, non solum nati, sed etiam nasciturì, & quo casu conclusio non procedat?

SVMMARIVM.

1 *In primogenituris appellatione masculi venit etiam masculus descendens ex fœmina, quando vocatus fuit primordialiter masculus ex aliqua fœmina.*

2 *Et idem etiam in terminis fideicommissi iuxtà distinctionem traditam à Bellono iuniori inter vocationem primordialiter directam ad masculum ex masculo, & masculum ex fœmina.*

3 *Ratio diuersitatis est, quia secundo casu cum vocatio incipiat à cognatis dici non potest habita ratio conseruandi agnationem, sed solius masculinitatis applicabilis æquè masculo ex masculo, quam masculo ex fœmina.*

4 *Amplia quamuis Testator iniunxerit onus assumendi nomen, & arma ipsius cum hoc demonstret quidem voluntatem conseruandi agnationem ciuili quodam & artificiali modo,quod æquè conuenit masculo ex masculo, quam ex fœmina.*

5 *Appellatione masculi, quod etiam veniat masculus ex fœmina in primogenituris, & fideicommissis distinctio supra tradita num. 1. & 2. ideo adhibetur à DD. ad eliciendam voluntatem Testatoris conseruandi, necne agnationem mediante successione sanguinis agnatitij, & in terminis simplicis vocationis primogeniti masculi, vel descendentium masculorum.*

6 *Secus vero quando simul considerata fuit linea masculina, & ratio est, quia linea masculina non incipit à fœmina quæ imò est finis lineæ masculinæ, sed à masculo, & per consequens qui vult succedere debet esse masculus ortus ex masculo.*

7 *Et hæc opinio est verior, & magis approbata in iudicando, & consulendo.*

8 *Non attento an contemplata fuerit linea masculina agnatorum, vel cognatorum, quia etiam in cognatis linea masculina incipit à primo masculo, eiusque descendentes dicuntur descendere per lineam masculinam idest per masculos, licet non sint agnati.*

9 *Et tunc verificatur linea masculina in fœmina in sensu naturali, quatenus videlicet masculos procreando lineam efficit, atque producit masculinam.*

10 Decisio in Bononien. Deuolutionis Bonorum 14. Ianuarij 1602. coram bo. me. Iusto *declaratur.*

11 *Filia descendens à masculo dicitur descendere per lineam masculinam.*

12 *Linea masculina tunc accipitur pro sexu masculino, quoties Testator mentionem fecit lineæ masculinæ, & fœmininæ.*

13 *Vel quando ex alijs partibus testamenti apparet testatorem semper accepisse lineam masculinam pro ipsismet masculis.*

14 *Vel si ageretur de hæreditate fœminæ, & nunquam fuisset facta mentio de masculis.*

15 *Linea masculina ne pro sexu accipiatur, neque masculi descendentes ex fœminis lineæ masculinæ,aut masculorum appellatione contineantur qualibet coniectura sufficit.*

16 *Masculi ex fœminis non veniunt appellatione lineæ masculinæ,aut masculorum si Testator conseruandæ agnationis habuit rationem, etsi aliundè necessario resultat eam non excludit vocatio descendentium à filiabus, quia potuit Testator velle conseruare agnationem in agnatis filiarum.*

17 *Masculi descendentes à masculis fœminarum dicuntur agnati.*

18 *Agnationis ratio quod fuerit à Testatore contemplata probatur ex coniecturis simul iunctis.*

19 *Testator si iniunxit onus primogenitis masculis assumendi nomen, & arma non potest tale onus ab alijs adimpleri, quam à masculis descendentibus ex masculis.*

20 *Primogenito alicuius vocato in dubio intelligitur de immediato.*

21 *Et tunc appellatione primogeniti venire non potest primogenitus mediatus,hoc est nepos natus ex filio, vel filia illius, cuius contemplatione est inducta vocatio.*

22 *Linea primogeniti incipit ab ipso primogenito, non ab eius filijs.*

23 *Verbum* alium *est significatiuum similium, & repetitiuum earumdem qualitatum antea requisitarum.*

24 *Qualitas masculinitatis requisita à Testatore in primogenito antea vocato censetur repetita in secundo vocato per obitum primi.*

25 *Masculinitas regulariter requiritur in progressu non autem in ingressu.*

26 *Declara non procedere quando à Testatore fuit requisita in ipso ingressu hoc est in primogenito alicuius.*

27 *Masculi descendentes ex filia Testatoris postponuntur masculis descendentibus ex sorore, & vocatis in casu deficientiæ lineæ primogeniti eiusdem filiæ quando adest clara Testatoris voluntas rationabiliter præfulendi masculos sororis masculis ex filia.*

28 *Homines magis diligunt masculum ex vna fœmina attinentem quam per duas fœminas.*

29 *In fideicommissis conditionalibus, & successiuis admittuntur regulariter non solum nati, sed etiam nascituri.*

30 *Declara conclusionem non procedere quando fideicommissa respiciunt certas personas, tunc extantes vel certam qualitatem habentes, nam ex eo instanti*

ſtanti operantur effectum, itaut admiſſio tunc adſtantium retractari nō valet ex ſuperuenienti aliorum natiuitate, niſi ex verbis teſtamenti contraria Teſtatoris voluntas appareat.

DECISIO CCCCXCIII.

DVARVM precedentium ſententiarum ſententiam Rotalem confirmatoriam ab Eminentiſs. D. Card. Corrado latam, & à qua mihi Signatura commiſit cauſam appellationis cum clauſula *ſine præiudicio trium conformium*, cenſuerunt Domini eſſe confirmandam ex rationibus egregiè adductis à deciſione edita in priori inſtantia ſub die 5. Decembris 1650. coram eodem D. Card. Corrado.

Quibus non obſtat, quod etiam in primo-
1 genituris appellatione maſculi veniat etiam maſculus deſcendens ex fœmina, quando vt in caſu noſtro vocatus fuit primordialiter maſculus ex aliqua fœmina, vt in terminis primogenituræ tradit *Molin. de primog. lib. 3. c. 5. num. 48. Menoch. conſ. 802. num. 35. & 36. Mart. conſil. 61. num. 21. Larr. deciſ. 34. num. 43.* & generali-
2 ter in terminis fideicommiſſi † diſtinguendo inter vocationem primordialiter directam ad maſculum ex maſculo, & ad maſculum ex fœmina tradit *Bell. Iun. conſ. 73. num. 5. & n. 19. Socc. in l. Gallus §. nunc de lege nu. 8. ff. lib. & poſth. Corn. in l. 1. num. 19. verſ. ſed aduerte Cod. condit. inſert. & conſ. 246. num. 10. lib. 2. Rubeum, Alex. conſil. 22. num. 11. & 12. Mant. de coniect. lib. 8. tit. 18. ſub num. 17.* aſſignantes rationem diuerſitatis,
3 quia † ſecundo caſu cum vocatio incipiat à cognatis dici non poteſt habita ratio conſeruandi agnationem, ſed ſolius maſculinitatis applicabilis æquè maſculo ex maſculo, vel ex
4 fœmina, quamuis Teſtator † maſculis iniunxiſſet onus aſſumendi nomen, & arma ipſius, cùm hoc demonſtret quidem voluntatem conſeruandi agnationem ciuili quodam, & artificiali modo, ſed æquè ſit præſtabile à maſculo, vel ex fœmina, *Menoch. d. conſ. 802. n. 35. & 36. Martha d. conſ. 61. numer. 21. Rot. deciſ. 6. ſub num. 1. verſ. confirmatur par. 1. diuerſ.*

Nam reſpondetur. Primò diſtinctionem hanc adhiberi à Doctoribus mox allegatis ad
5 eliciendam † voluntatem Teſtatoris conſeruandi nec nè agnationem mediante ſucceſſione ſanguinis agnatitij, & in terminis ſimplicis vocationis primogeniti maſculi, vel deſcendentium maſculorum. Secus † verò
6 quando ſimul conſiderata fuit linea maſculina, & ratio eſt, quia linea maſculina non incipit à fœmina, quæ imò eſt finis lineæ maſculinæ, & principium fœmininæ, ſed à maſculo, & per conſequens oportet ſuccedere volentem eſſe maſculum, & ortum ex maſculo, vt bene declarat *Peregrin. de fideic. art. 26. ſub num. 4. verſ. hanc tamen, Mant. de coniect. lib. 8. tit. 12. num. 9. Craſſ. in §. fideicommiſſum quæſt. 15. num. 3. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 404. num. 24. Menoch.* in puncto primogenituræ *conſ. 1229. num. 21. & ſeqq. aliique relati à Modern. Neapolit. de ſucceſſ. legal. par. 1. quæſt. 1. art. 4. num. 8.* & eſt originalis opinio *Caſtr. in l. ſi maritus Cod. procurat.* quam
7 tanquam veriorem, † & magis approbatam, & iudicando, & conſulendo recipiendam reprobatis contrarijs tuetur *Grat. diſcept. 901. numer. 21. & ſeqq. & amplexa eſt Rota deciſ. 203. ſub num. 5. par. 2. recent. deciſ. 300. num. 5. & ſeqq. coram bon. mem. Vrgellen.* non attento an contemplata
8 fuerit linea maſculina † agnatorum, vel cognatorum, quia etiam in cognatis linea maſculina incipit à primo maſculo, eiuſque deſcendentes dicuntur deſcendere per lineam maſculinam, id eſt per maſculos licet non ſint agnati, verificatur linea maſculina in fœmi-
9 na in ſenſu naturali, † quatenus videlicet maſculos procreando lineam efficit, atque producit maſculinam, vt bene explicat *Caſtr. conſil. 91. ſub num. 4. verſ. ſed nunc ego, verſ. & ſic, & in fin. verſ. & iſte eſt verus ſenſus lib. 2. Socc. in l. Gallus §. nunc de lege ſub numer. 6. verſ. quibus etiam adde, ff. lib. & poſth. Menoch. conſ. 205. num. 19. & ſeqq. & ſignanter num. 26. & 27.* vbi diſtinguit an contemplata fuerit linea maſculina ipſius Teſtatoris an vero hæredis.

Neque contrarium ſenſit *Rota in Bononien. Deuolutionis Bonorum 14. Ianuarij 1602. coram bo.*
10 *mem. Iuſto*, † quia ibi opinio Caſtrenſis dicitur non tuta quatenus ex inde inferebatur, quod vocatis deſcendentibus per lineam maſculinam non veniret fœmina agnata orta ex filio maſculo Teſtatoris vel primi acquiren-
11 tis † cum verum ſit quod talis filia deſcendit per lineam maſculinam, vt explicat *deciſio in eadem cauſa ædita penès Mant. deciſ. 227. nu. 10. & antea Socc. in l. Gallus §. nunc de lege ſub num. 4. verſ. aliud eſt dicere ff. lib. & poſth.*

Exponere verò lineam maſculinam pro
12 ſexu maſculino † admitti forſan poſſet, vbi Teſtator mentionem feciſſet lineę maſculinæ & lineæ fœmininę, in quibus terminis loquitur *Ruin. conſ. 149. nu. 11. lib. 2.* vel quando † ex
13 alijs partibus teſtamenti apparet, & Teſtatorem ſemper accepiſſe lineam maſculinam pro ipſiſmet maſculis, prout loquitur *Menoch. conſ. 205. num. 30.* quem ſequitur *Bell. Iun. conſil. 73. num. 33. verſ. ſecundo reſpondeo*, vel ſi age-
14 rètur de hæreditate fœminæ, † & nuſquam facta fuiſſet mentio de maſculis, vt per *Socc. Sen. in d. §. nunc de lege ſub nu. 4. circa fin. verſ. quibus adde*. Quæ omnia ceſſant in caſu noſtro, cum imò ex tota ſerie teſtamenti appareat à Teſtatore fuiſſe contemplatam ipſam deſcendentiam maſculinam per maſculos mentionem ſæpè ſæpiùs faciendo, & de linea maſculina, & de primogenitis cum qualitate maſculinitatis, & ſufficit aliqua coniectura † nè
15 linea accipiatur pro ſexu, ac nè maſculi deſcendentes ex fœminis lineæ maſculinæ, aut maſculorum appellatione contineātur, *Gabr. conſ. 116. ſub num. 4. verſ. vel aliqua lib. 2.* quem ſequitur *Bellon. Iun. d. conſ. 73. num. 3. in fin. verſ. ſeu coniectura, Rota in Ariminen. Fideicommiſſi 15. Martij 1632. §. quibus accedunt coram Reuerendiſs. D. meo Decano, & in Auenionen. fideicommiſſi 7. Maij 1638. §. præterea in fin. coram bon. mem. Pirouano.*

Secundò reſpondetur, quod omnes exad-
uerſo

uerso allegati,& qui ad idem allegari possent
admittunt indistinctè masculos ex fœminis,
16 non † comprӕhendi si Testator conseruandę
agnationis habuit rationem, quam si aliundè
necessario resultet non excludit vocatio de-
scendentium à filiabus, quia potuit Testator
velle conseruare agnationem in agnatis filia-
17 rum quales sunt † masculi descendentes ab
earum masculis *Paris.cons.19. num.35.lib.2.Ce-
phal.cons.251.num.51.Menoch.cons.1036.num.15.
Fusar.de substit.quæst.404.num.21.Seraph.in punct.
decis.1329.num.3.Rot.decis.319.num.3.& 4.par.1.
recent.* Habitam autem fuisse in casu nostro
rationem agnationis † demonstrant verba ex-
18 pressa Testatoris,ac septem coniecturæ simul
iunctæ addùctæ *in decisione Domini Card.Corradi
§.secundo quia, & §.seqq.* vt propterea conditio
à Testatore adiecta primogenitis vocatis † as-
19 sumendi ipsius nomen, & arma adimpleri
ab alijs non valeat, quam à masculis descen-
dentibus ex masculis *Socc.Iun.cons.69.sub n.23.
vers.nec obstat si Hercules lib.3.Rauden.resolut.22.
n.29.& 30.& resol.37.n.15.*

Tertiò respondetur,quod esto fuisset à Te-
statore contemplata sola qualitas masculini-
tatis, eam tamen requiri in primogenito Iu-
dith (de quo hodie est quæstio) apparet ex
verbis testamenti, ibi, *ad primogenitum filiorum
Domino Iudith filiæ dicti magnifici D.Testatoris*,
quo loci duo ponderanda sunt. Primò quod
Testator locutus fuit de primogenito imme-
diatè procreato à Iudith, ac si dixisset de pri-
mogenito inter filios Iudith, quia statim sub-
didit, *& post illius mortem ad primogenitum talis
20 filij dictæ D.Iudith*,& ità † etiam in dubio pręs-
sumitur *Capr.cons.18.num.10. Menoch.cons.172.
num.22.& cons.878.num.21.* Cumque mentio-
nem fecerit tàm de primogenito Iudith, quã
de nepote ex eo hoc est de filio dicti primo-
geniti eo minus appellatione primogeniti fi-
21 liorum † venire potest primogenitus media-
tus hoc est nepos natus ex filio, vel filia Iu-
dith *Ruin.cons.164.num.10.lib.3. Decian.cons.44.
num.32.lib.3.Peregr.cons.65.num.21.lib.1.Fusar.de
substit.quæst.404.nu.26.& 27.* iunctis præsertim
subsequentibus verbis,ibi,*donec aderit linea ma-
sculina &c. dicti primogeniti, &c.* quæ clariora
esse non possunt,quia si vocatur linea primo-
geniti, ergo non linea nepotum, cum linea
22 primogeniti † incipiat ab ipso primogenito,
non ab eius filijs *Menoch. cons.205. num.19.Cel-
sus Vgo cons.120. sub num.4. Bursatt.cons.228.sub
num.26.* Secundò quod Testator sensit de pri-
mogenito masculo, tum qùia semper ad ma-
sculinitatem respexit, tum etiam quia in vo-
catione secundo geniti eiusdem D.Iudith in
casum extinctionis lineæ masculinæ primo-
geniti collata expressit, quod ille debeat esse
masculus,ibi, *qua extincta voluit eius bona perue-
nire ad alium filium masculum natum de legitimo
matrimonio dictæ D.Iudith maiorem natu &c.* pon-
23 derando verbum illud † *alium*, quod cum sit
significatiuum similium denotat eamdem
qualitatem masculinitatis mox expressam re-
24 quisitam † à Testatore fuisse in primogeni-
to antea vocato, vt in terminis *Socc. Iun. con-
sil.168.num.52.lib.2. Surd.cons.21.nu.15.Menoch.
cons.565.num.1.& seqq.& præsumpt.34.numer.13.
& 14.lib.4.Fusar.de substit.quæst.311.n.21.& 27.
& quæst.366.numer.22 & 23.* vbi allegatis con-
cordantibus, & in fortioribus terminis *cons.5.
num.8.*

Quapropter distinctio inter ingressum, &
progressum lineæ, quod scilicet masculini-
25 tas † requiratur in progressu,non autem in
ingressu iuxtà ea, quæ in similibus terminis
ponderauit *Rot.decis.627. num.8.vers.ex his patet
responsio, & num.9. vers.quia placuit par.2. recent.
& in Bononien.Fideicommissi 18.Iunij 1638.§.quod
si de paritate coram bon.mem. Pirouano, confirmata
30.Ianuarij 1640. §.minus facere coram R. P. D.
meo Roias*,nullatenus applicabilis est casui no-
stro, quo ex prædictis qualitas masculinitatis
26 requisita † fuit in ipso primogenito imme-
diato Iudith inchoatiuo lineæ masculinæ pri-
mogenialis successiuè vocatæ. Nihilque vr-
get quod iuxtà hunc sensum masculi descen-
dentes ex fœminis Iudith propriæ filiæ Te-
statoris posponerentur masculis † ex Lucre-
27 tia sorore Testatoris vocatis post lineam de-
scensiuam Iudith,† quia vt ponderat *Mant.de
coniect.lib.8.tit.18.num.49.aliique allegati in decis.
D.Card.Corradi, §.tertio quia*, nullius est mo-
menti hæc coniectura, vbi ex alijs clara est
voluntas Testatoris, qui rationabiliter præ-
tulit filios masculos sororis masculis ex filia
filiæ, quia illi minùs distant ab agnatione
sanguinis, & homines magis diligunt mascu-
28 lum † ex vna fœmina tantum attinentem,
quam attinentem per duas fœminas, *Menoch.
cons.878.sub n.19.& 20.& cons.1229.n.28.*

Meritò igitur denegata fuit immissio Co-
miti Mauritio Beroaldo ex Comitissa Vale-
ria filia Iudith procreato cui prætereà obstat,
quod tempore purificatæ primogenituræ ad
fauorem Gandulfi descendentis ex Lucretia
sorore Testatoris nec natus, nec conceptus
erat; licet enim in fideicommissis conditio-
29 nalibus, & successiuis admittantur regulari-
ter non solum nati, sed etiam nasciturì per
ea quæ in terminis primogenituræ dixit *Rota
decis.346.nu.8.& seqq.& decis.394. nu.22.& seqq.
par.5.recent.* hoc tamen non procedit quando
fideicommissa huiusmodi respiciunt certas
30 personas, † tunc extantes, vel certam qua-
litatem habentes siue ex vna eademque linea,
siue ex diuersis prouenientes, nam ex eo in-
stanti operantur effectum suum, itaut admis-
sio tunc extantium ex superuenienti aliorum
natiuitate retractari non valeat, nisi ex ver-
bis testamenti, vel ex vrgentibus coniecturis
indè resultantibus appareat contraria Testa-
toris voluntas vt respondendo contrarijs be-
nè ponderat decisio *D.Card.Corradi, §.præterea
& seqq.& ibi allegatis addi potest decis. 38. num.1.
decis.381. num.11. par.1. diuers.& in Romana Fi-
deicommissi de Ametis 16. Nouembris 1646. §.fin.
coram me.*

Et ita decisum vtraq; parte informante.

M Ar

MARIANEN. SEV ACCIEN. BENEFICII.

Veneris 1. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Alternatiua acceptata per Episcopum duarum Ecclesiarum vnitarum, licet pro vna tantum acceptata appareat suffragatur pro vtraque, eoque magis quando nulla ratio disparitatis concurrit, ob quam Episcopus voluerit acceptare alternatiuam potiùs pro vna, quam pro alia.

SVMMARIVM.

1 *Immissio venit concedenda prouiso Apostolico, qui litteras suæ prouisionis iustificauit.*

2 *Alternatiua acceptata per Episcopum duarum Ecclesiarum vnitarum pro vtraque censetur acceptata, licet in libris Dataria vna tantum Diœcesis denominetur, nam acceptatio referenda est ad ipsum Episcopum vtriusque Ecclesia pastorem.*

3 *Rubrica denominatiuè tantum concepta non attenditur, sed nigrum indefinitè loquens.*

4 *Alternatiua acceptata ab Episcopo Ecclesiarum vnitarum præsumitur pro vtraque Ecclesia, quando nulla ratio disparitatis concurrit, ob quam Episcopus voluerit acceptare alternatiuam potius pro vna, quam pro alia.*

5 *Et voluisse Episcopum pro vtraque Ecclesia alternatiuam acceptare declaratur ex obseruantia.*

6 *Acceptatio alternatiua est contractus.*

7 *In contractibus inspicienda potius est mens contrahentium, quam verba.*

DECISIO CCCCXCIV.

ABVNDE decisiones æditæ in hac causa in secunda instantia 10. Iunij 1648. & 13. Maij 1650. coram R.P.D. Roias, ac in tertia instantia 23. Ianuarij 1651. coram Eminentiss. D. Card. Corrado, demonstrant iustitiam sententiæ Rotalis à dicto D. Card. Corrado latę cõfirmatorię prioris latę à R.P.D. meo Roias concedentis immissionem R. P. D. Carolo Antonio Ornano in possessionem beneficij Sancti Petri de Accia, de quo tanquam vacanti de mense Martij, qui vigore alternatiuæ effectus erat Apostolicus prouisus fuit à fel. record. Vrbano VIII.

Vndè hodie in quarta instantia proposito per me dubio, an sententia Rotalis sit confirmanda nec ne, confirmandam esse responsum fuit, cum sententia valida appareat ex processu, & denegari non possit immissio
1 prouiso Apostolico, quando litteras suæ prouisionis iustificauit *Vitalin. in clem. 1. num. 68. de caus. poss. & propr. Menoch. de adipisc. poss. remed. 6. num. 35. Rot. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 335. nu. 15. coram bo. me. Buratt. decis. 435. nu. 1.*

Iustificauit autem R. P. D. Ornanus in omnibus narratis, & signanter in narratiua alternatiuæ per Episcopum tunc Marianen. acceptatæ, nam de acceptatione constat ex libris
2 Datariæ, † & licet ibi fiat solum mentio Ecclesiæ Marianensis hoc vero beneficium sit in Diœcesi Accien. quia tamen hæc est vnita Marianensi, & in dictis libris non dicitur acceptata alternatiua pro Ecclesia Marianensi, sed à Iulio de Puteo, qui vtriusque Ecclesiæ Episcopus erat dubium non est, quin acceptatio cadat super vtraque Ecclesia non obstante, quod initio partitæ descriptæ in libris Datariæ intituletur solum Diœcesis Marianensis, quia intitulatio huiusmodi desumpta à præeminentia Ecclesiæ Marianensis non restringit ad illam Ecclesiam acceptationem indefinitè relatam ad ipsum Episcopũ vtriusque Ecclesiæ Pastorem *iuxt. theor. Bart. in leg. si seruus communis 16. sub num. 4. vers. nam ille vnus, ff. stipul. seruor.* quam secuta fuit *Rota in Montis Alti beneficij 28. Iunij 1645. §. verum coram me.*

Sic in simili dicimus, quod rubrica denominatiuè tantum concepta non attenditur,
3 sed nigrum indefinitè loquens *Gabr. cons. 12. num. 6. lib. 1. Aym. cons. 61. num. 1. vers. & licet, Menoch. cons. 76. num. 18. Alderan. Mascard. de general. stat. interpet. concl. 2. nu. 201.* Eo magis quia nul-
4 la ratio disparitatis concurrit, † ob quam Episcopus voluerit acceptare alternatiuam potiùs pro Ecclesia Marianensi, quam Acciensi; imò successiua obseruantia declarauit
5 pro † vtraque acceptare voluisse, & in con-
6 tractibus qualis est † acceptatio alternatiuę, *Gonz. super reg. 8. gloss. 43. n. 106. & seq. & gloss. 58. num. 14. Mandos. cons. 18. nu. 8. & seqq. Rot. dec. 289. sub num. 7. par. 3. recent.* inspicienda potiùs est
7 mens † contrahentium, quam verba *l. si vno in princ. ff. locat. Bald. in rub. Cod. iur. emphit. nu. 15. Ias. in l. si quis ante num. 18. ff. acq. poss. Decian. consil. 23. num. 6. & 13. lib. 2. Surd. cons. 243. numer. 2. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 2. numer. 20. & 22. & lib. 8. tit. 35. n. 38. Rot. in Romana fideicommissi seu Saluiani 28. Apr. 1651. §. cumque corã R.P.D. meo Celso.*

Et ità decisum vna tantum parte Informante alia tamen sæpiùs citata.

PORTVEN. AFFICTVS.

Lunæ 4. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Fructus quando debentur in specie, si facto conductoris fuerunt consumpti, debetur locatori illorum æstimatio. Quantitas frumenti quod fuerit percepta probatur ex testibus, quamuis sint singulares, & vnusquisque deponat de quantitate à se asportata, si dicta Testium adminiculantur ex partitis librorum Gabellarum, & Annonæ.

SVMMARIVM.

1 *Via executiua competit vigore obligationis Cameralis.*

2 *Rota procedit executiuè quando in commissione appellationis, ei fuerunt communicatæ facultates A.C.*

3 *Fru-*

3 *Fructus debiti in specie, si probentur à conductore consumpti debetur locatori illorum æstimatio.*

4 *Frumenti quantitas quod fuerit in re conducta recollecta probatur ex testibus licet singularibus, quando quæstio versatur circa solam quantitatem.*

5 *Liquidatio quantitatis cum sit difficilis probationis etiam leues probationes sufficiunt.*

6 *Testes deponentes super quantitate frumenti percepta ex aliquo prædio si corroborantur ex partitis extractis ex libris Gabellarum, tunc deseruiunt pro adminiculando alias probationes.*

7 *Quantitas frumenti adnotata in libris gabellarum, non excludit maiorem quantitatem à Testibus relatam.*

8 *Liber annonæ probat valorem frumenti venditi.*

9 *Frumentum vetus prius vendi solet, quam nouum.*

10 *Frumentum spatio triennij non consumitur, sed præsumitur extare.*

DECISIO CCCCXCV.

COMPLETO examine pacti de non serendo terras in vltimo anno affictus, quod non obstante contraria apoca priuata suffragari Eminentissimo Domino Cardinali Romæ firmant binæ decisiones editæ coram me 1. *Iulij* 1650. *ac* 27. *Februarij* 1651. vt propterea segetes in terris contra formam pacti satis recollectæ ad eumdem D. Cardinalem spectent absque aliqua detractione exceptis ijs, quas ipsemet actor obtulit, & recenset altera nouissima decisio *sub die* 19. *Iunij* 1651. Quoniam Sbaccarus, & socij affictuarij prædictas segetes ab ipsis ne dum perceptas, sed vltro venditas tradere adhuc recusant. Dubitaui hodie, an contra illos sit relaxandum mandatum, & pro qua summa.

Prima pars dubij suppositis, vt iuxta stylũ debet dictis decisionibus respicit solum viam
1 executiuam † competentem proculdubio vigore obligationis Cameralis pro adimplemento omnium in instrumento affictus contentorum appositæ, *Rot. dec.* 741. *num.* 2. *par.* 1. *rec.* Etiam si causa coram me pendeat in gradu appellationis per Dominum Cardinalem interiectæ à decreto A.C. admittente articulos exaduerso exhibitos, quia idem decretum habet in ventre præseruatiuam viæ executiuæ; cumque sit merè interlocutorium, & mihi per specialem commissionem fuerint
2 communicatæ facultates A.C. † dubitari non potest quin ego possim executiuè procedere, non secus ac posset ipse A.C. nisi fuisset appellatum *Rot. coram clar. mem. Cocc. dec.* 78. *nu.* 9. *dec.* 752. *num.* 7. *coram bon. mem. Buratt. dec.* 415. *num.* 10. *in fin. par.* 1. *recent. dec.* 12. *num.* 4. *&* 5. *inter impress. apud Moder. Roman. de obligatione Camerali.*

Altera pars respicit quantitatem frumenti in terris satis exaduerso recollecti de anno 1650. qui fuit vltimus affictus, nec non illius valorem pro ea quantitate, quæ ab affictuarijs vendita fuit. Quia cum fructus de quibus
3 agitur † debeantur in specie tanquam collecti ex prædijs locatis, illis facto conductorum consumptis debetur æstimatio iuxta distinctionem quam tradit *Bart. in l. ex diuerso nu.* 1. *in fin. ff. rei vindic. & in l. vinum col. penult. versic. condemnatio autem ff. si cert. pet. Aret. in §. si quis à non Domino num.* 4. *inst. de rer. diuis. Natt. cons.* 599. *sub num.* 4. *Neguz. q.* 129. *nu.* 1. *Card. Mant. in punct. dec.* 281. *num.* 1.

Quantitatem fructuum Domini censuerit probatam in rubris 1178. 2. frumenti, & 31.
4 bladarum, † quia totidem in tenuta, & area Casalis locati fuisse de mense Iulij anni 1650. mensurata, & ad Vrbem asportata testantur illimet rhedarij, & nauicularij, qui asportarunt, *Summ. D. Cardinalis numer.* 3. *&* 4. *seqq.* & is, qui asportari fecit *Summ. num.* 7. iuncto sexto Teste deponente de facto proprio *Summ. num.* 8. & quamuis vnusquisque deponat de quantitate à se asportata, vel transmissa, atq; ita singularis videatur, quia tamen addit etiã ab alijs nauicularijs frumentum esse delatum, & quæstio versatur circa solam quantitatem plenè probant esto, quod essent singulares *Buratt. dec.* 172. *num.* 7. *& dec.* 722. *nu.* 4. *in fin. Rot. inter recent. dec.* 727. *sub num.* 1. *in fin. dec.* 767. *n.* 3. *par.* 4. *rec. dec.* 305. *num.* 3. *& seqq. coram bon. mem.*
5 *Vegellensi*; cum enim liquidatio † quantitatis difficilis probationis sit etiam leues probationes sufficiunt *Rainer. de Forolivio in l. certi conditio §. quoniam num.* 7. *ff. si cert. pet. Dec. cons.* 536. *num.* 12. *Menoch. cons.* 81. *num.* 19. *Buratt. decis.* 921. *num.* 5.

Et in casu nostro dicta testium corroboran-
6 tur † partitis extractis è libris Gabellarum, quibus adminiculari alias probationes dixit *Rot. dec.* 921. *num.* 6. *penès Buratt. dec.* 477. *sub n.* 4. *vers. Et demum apud Moder. Perus. de manuten.* affirmatiuè tamen nempè pro quantitate ibi
7 descripta † non excludendo maiorem à testibus relatam *Rot. dec.* 263. *numer.* 15. *par.* 7. *recent.* nec dubiũ quin loquantur de frumento Casalis Portuensis, quia concordant in tempore, quo Testes è dicto Casali frumentum ad Vrbem asportasse deponunt; prout nec dubium quin tam libri, quam testes intelligendi sint de frumento collecto de anno 1650. & in casali Portuẽsi; nam testes affirmant frumẽtum tempore messis dicti anni fuisse oneratũ in ipsa area Casalis, in qua sanè ridiculũ esset asserere quod reseruaretur frumentum anni antecedentis, vel quod ad eam delatum esset frumentum Casalis Malleani ab eisdem Affictuarijs, vt asseritur detenti, cum sit valdè distans à Portuensi, & proximius Vrbi.

Quod verò affictuarij vendiderint rubra 1057. 2. dicti frumenti nempè rubra 40. ad rationem scutorum 5. & rubra 817. 4. ad rationem scutorum 7. rubra 130. ad rationem scutorum 7. 30. rubra 70. ad rationem scutorum 7. 50. apparet ex libro publico officialis anno-
8 næ ad id deputati, † cui plena fides de hoc adhibetur *Buratt. d. dec.* 921. *nu.* 7. *Seraph. dec.* 1245. *num.* 7. *Penia decis.* 1150. *n.* 2. *Rot. in recent. dec.* 571. *num.* 5.

num. 5. in fin. par. 5. decis. 272. numer. 18. par. 5. dicta decis. 477. nu. 8. & seqq. apud Modern. de manutenen. & certum est ibi agi de frumento anni 1650. quia venditiones factę fuerunt post messem dicti anni, cumque anno antecedenti frumentum venisset ad rationem scu. 15. & 18. pro quolibet rubro, inuerisimile prorsus est quod tunc affictuarij non vendiderint frumentum vetus quod habuissent quodque prius vendi
9 solet † quam nouum *l. 1. Cod. de condit. in publ. horr. lib. 10. Rot. in firmana pecuniaria 14. Iunij 1647. §. neque coram me.*

Ascendit itaque frumenti venditi valor ad scu. 7393. 75. eorumque 7. partes ex duodecim spectantes ad D. Cardinalem ascendunt ad scu. 4313. a. à quibus detrahendo scuta 2325. 76. pro 7. partibus expensarum, & aliarum deductionum calculatarum concorditer à peritis hinc inde electis remanent scuta 1987. 26. His addenda sunt scu. 33. 13. quot important 7. partes scu. 58. 50. quibus aduersarij locarunt rubra 2. $\frac{1}{2}$ circiter terrarum ad vsum horti pro peponibus, nec non aliæ scu. 14. 58. $\frac{1}{2}$ pro 7. partibus scu. 25. quibus vendiderunt aream vltimi anni hoc est frumenti ibi triti ad munditiem ascendentē ad rubra 14. $\frac{1}{2}$. Adeò quòd creditum D. Cardinalis in pecunia ascendit ad scuta 2035. 97. $\frac{1}{2}$.

Remanent insuper ad eius creditum 7. partes residualium rubrorum 108. frumenti hoc est rubra 63. & rubrorum 31. bladarum videlicet rubra 18. quæ vendita non proban-
10 tur, & intra triennium † præsumuntur extare *Aret. in §. si quis à non Domino numer. 4. post princ. Inst. de rer. diuis. Lupus in cap. nauiganti Comm. 3. §. 6. num. 14. de vsur. Capra cons. 45. num. 8. Alex. cons. 102. nu. 9. & 10. lib. 6. Rot. in Auximana pradij 23. Martii 1648. coram me.*

Quare mandatum esse relaxandum pro scu. 2035. 97. $\frac{1}{2}$, ac pro rubr. 63. frumenti, & 18. bladarum Rota censuit vna tantum parte informante citatis pluries aduersarijs.

AVENIONEN. SALVIANI.

Ven. 8. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Hæres soluens de proprio debita defuncti siue Inuentarium confecerit siue non potest aduersus Creditores hæreditarios de huiusmodi creditis excipere non reddita ratione bonorū hæreditariorum, quia vel præsumitur satisfactus vel tenetur de proprio, nec est attendenda distinctio an hæres esset creditor ante vel post aditam hæreditatem, cum dumtaxat suffragetur ad effectum præsumendi imaginariam solutionem. Prælegatum hæredi factum in prima parte testamenti an cadat sub fideicommisso vniuersali per capitulum separatum, & per verba in omnibus alijs bonis constituto à Testatore. Melioramenta quando non sunt probata in specie tunc sufficit sola cautio de illis reficiendis postquam fuerint liquidata.

SVMMARIVM.

1 *Possessor tenetur ad taleas, & collectas pro tempore quo bona possedit.*
2 *Retentio bonorum hæreditariorum non competit hæredi creditori defuncti si Inuentarium non confecit nec de bonis hæreditarijs rationem reddidit, quia vel præsumitur satisfactus, vel tenetur de proprio.*
3 *Hæres qui de proprio soluit debita defuncti, siue Inuentarium confecerit, siue non tamen si de bonis hæreditarijs rationem non reddit, non potest de huiusmodi creditis excipere contra alios creditores hæreditarios.*
4 *Nec etiam causam habens ab hærede potest de huiusmodi creditis anterioribus excipere.*
5 *Hæres an sit creditor defuncti ante vel post aditam hæreditatem solum attenditur ad effectum præsumendi necne imaginariam solutionem.*
6 *Hæredis bona an pro debitis defuncti sint hippotecata, vel ille actione solum personali conueniri debeat?*
7 *Hæres Inuentarium non conficiens tenetur ad debita hæreditaria.*
8 *Debitor quod deteriorem fecerit non soluendo, non probatur ex instantia vxoris pro assecuratione suæ dotis nec ex assertione eiusdem debitoris in venditione facta cum narratiua quod non habet alium modum satisfaciendi, quæ creditoribus non nocet.*
9 *Sententia lata ad instantiam vxoris super vergentia viri ad inopiam non nocet creditoribus.*
10 *Hæres non gaudens beneficio Inuentarij cum teneatur de proprio non potest contra Creditores hæreditarios excipere de fideicommisso ad sui fauorem purificato.*
11 *Prælegatum in prima parte testamenti hæredi factum an cadat sub fideicommisso vniuersali per capitulum separatum, & verba in omnibus alijs bonis constituto à Testatore?*
12 *Prælegatum cadit sub fideicommisso, si fuit relictum titulo institutionis affertur pro vtraque parte contraria DD. sententia, difficultas augetur quando prælegatum non absorbet totum patrimonium, & factum fuit vni tantum ex duobus hæredibus institutis æquis portionibus, & num. 13.*
14 *Prælegatum factum alteri cohæredi vt cadat nec ne sub fideicommisso probanda est ab allegante fideicommissum vtriusque prælegati coequalitas.*
15 *In Iudicio Saluiani exceptio fideicommissi reijcitur quoties vltimus status stat pro libertate bonorum.*
16 *Creditor anterior si fuit iudicialiter immissus præsumitur ex fructibus rei satisfactus, vel eius creditum illiquidum remanet.*
17 *Melioramentorū valor probatus de præterito, & in alio Iudicio non suffragatur, sed probandus est de tempore præsenti hoc est mota litis cum sit in potestate Actoris illum soluere.*
18 *Melioramenta consistentia in plantationibus, quæ cursu temporis senescunt ac inutiles redduntur prout ipsamet ædificia, quæ temporis dente mordentur vilius extimari solent.*
19 *De Melioramentis excipiens, si de illis in specie non constat nec de illorum valore tunc Rota admittit cautionem de illis reficiendis postquam fuerint liquidata.*
20 *Præsertim quando excipiens de melioramentis nunquam*

*quam petijt sibi perfigi terminum ad ea liquidan-
da toto tempore litis pendentis, sed tantum in actu
expeditionis causæ.*

DECISIO CCCCXCVI.

ALLEGANDO competere sibi retentio-
nem ob credita anteriora quæ Gabriel
vel Alemannus soluit pro Francisco de Scef-
las debitore Francisci de Tertullis in hoc iu-
dicio Actoris, Hector Bellus reus conuen-
tus obtinuit de nouo audiri aduersus duas de-
cisiones sub die 20. Martij 1650. & 10. Fe-
bruarij 1651. æditas fauore Tertulij, sed ho-
die in earum reuisione recantauit iterum ex-
ceptiones fideicommissi, feudi, & meliora-
mentorum.

Quibus non obstantibus Rota stetit in de-
cisis; quod enim attinet ad credita anteriora
partita scu. 115. à Gabrielle Hectoris authore
soluta de anno 1596. Thesaurario Cameræ
Apostolicæ pro talea imposita à felic. record.
Gregor. XIV. ex causa bellicæ necessitatis,
referenda non est ad debitum Francisci Scef-
las qui obierat vsque de anno 1579. sed Ale-
1 manni, qui successiue bona possedit, † & id
circò taleas tempore suæ possessionis decur-
sas soluere tenebatur *Bart. in l. Moschis in princ.
ff. Iur. Fisc. Bald. in l. Creditor sub nu. 1. ff. si cert. pet.
Amad. à Ponte de Landem. quæst. 45. nu. 17. & 20.
Rosental. de feud. cap. 8. conclus. 3. sub litt. B. Neguf.
de pignor. 3. membr. 7. part. sub num. 9.*

Aliæ verò partitæ solutæ ab ipso Aleman-
no, quia ille fuit hæres Francisci debitoris,
& quamuis beneficiatum se asseruerit nec In-
uentariū confecisse nec de bonis hæreditarijs
2 reddidisse rationem probatur, † sicuti non præ-
berent retentionem Alemanno eo quod de
bonis hæreditarijs præsumeretur satisfactus
aut in omnem euentum ad debita hæredita-
ria teneretur de proprio *l. fin. §. sin verò postquā
adiuerint Cod. Iur. deliber. §. hinc nobis vers. si verò
non fecerint Auth. de hæred. & falcid. Ias. in l. more
num. 4. ff. acq. hæredit. Neguf. de pignor. 1. membr. 5.
par. sub num. 53. vers. quintus casus Rot. dec. 39. n. 1.
& 6. par. 6. recent. & in Bononien. fideicommissi de
Rubeis 11. Martij 1648. §. ratio resolutionis, & §.
seq. coram Reuerendissimo D. meo Decano*, vbi quod
hoc procedit siue hæres Inuentarium non fe-
cerit, siue fecerit sed de bonis rationem non
3 reddat, † & magis in puncto quod hæres qui
de proprio soluit debita defuncti, & illius est
hæres, non possit de creditis huiusmodi ex-
cipere contra alios Creditores hæreditarios
fuit decisum *in Bituntina Census 27. Nouembris
1645. §. quia præter quod & 24. Maij 1647. §. quia
cum pariter & §. fin. coram Eminentissimo D. Cardi-
nali Corrado, & in Ciuitatis Plebis Salniani 13.
Ianuarij 1648. §. penult. coram me.*

Ità nec Hectori aduersario causam haben-
4 te ab Alemanno, & ex eius personam † de
creditis anterioribus vt supra solutis excipiē-
te *l. nemo plus iuris ff. reg. Iur. Grat. discep. 356. n. 1.
& seqq. Rot. decis. 391. num. 7. par. 5. recent. & in his
terminis in dicta Ciuitatis plebis Salutani §. penult.
5 in fin.* Neque hic intrat distinctio † an hæres
esset creditor ante aditam hæreditatem, vel
postea talis euaserit, quæ à Doctoribus affer-
tur ad effectum dumtaxat præsumendi necne
imaginariam solutionem, & in his terminis
loquitur *Rot. in exaduerso allegata Bononien. de
Bonsignoribus corā Cardinali Caualer impress. apud
Giouag. Respons. 73. num. 67. lib. 1.* Prout nec alia
6 quæstio an pro debitis defuncti † bona hære-
dis sint hypothecata vel ille actione solum
personali conueniri debeat de qua *Vinc. de
Franch. decis. 53. num. 6. & seq. decis. 80. numer. 21.
Cancer. var. resol. tom. 1. cap. 2. numer. 10. Neguerol.
alleg. 1. num. 42. & per tot.* quia actor immissio-
nem non petit super bonis hæredis, sed sui
debitoris hypothecatis sibi vt firmant primæ
decisiones huius causæ, & contra hæredem
siue eius successorem singularem excipien-
tem de creditis anterioribus ab hærede solu-
tis replicat illum soluere debuisse etiam de
proprio ex supra allegatis.

Assertio autem quod Franciscus debitor
decesserit non soluendo, nec probata releua-
7 ret quia ob non confectionē Inuentarij † hæ-
res debitis hæreditarijs obstrictus remanet etiā
vltra vires hæreditarias *Rot. decis. 696. numer. 2.
par. 1. recent. cum alijs allegatis in præcitata Bono-
nien. fideicommissi de Rubeis §. quin imò coram Re-
8 uerendissimo D. meo Decano*, nec probatur † cum
in id adducatur solum instantia facta ab eius
vxore pro assecuratione suæ dotis, & vendi-
tio cuiusdam bastide pro ea satisfacienda fa-
cta à Francisco debitore, cū narratiua quod
non habebat alium modū satisfaciendi, quæ
sanè alijs creditoribus non nocet *Cyn. in l. vbi
adhuc num. 19. Cod. Iur. dot. Castr. in l. seia mancipia
num. 5. ff. ad Velleian. Bald. cons. 432. numer. 1. lib. 1.
Buratt. decis. 9. num. 1. & decis. 104. num. 1. & 2. &
9 in fortioribus terminis*, quod nec noceret † sen-
tentia lata ad instantiam vxoris super vergen-
tia viri ad inopiam tradit *Bart. in l. si constante
num. 8. & 10. ff. sol. matr. Gratian. discept. 489. n. 10.*

Hæc eadem responsio tollit etiam excep-
tionem fideicommissi, quia hæres non gau-
10 dens beneficio Inuentarij cum teneatur etiā
de proprio non potest excipere de fideicom-
misso ad sui fauorem purificato, vt ponderat
vltima decisio in §. ex ipso. Præter quod negari
saltem non potest quin ipsum fideicommis-
sum requirat altiorem indaginem vti pen-
dens ab ardua illa quæstione an prælegatum
11 in prima parte testamenti hæredi factum †
cadat sub fideicommisso vniuersali per capi-
tulum separatum, & verba in omnibus au-
tem alijs bonis constituto à Testatore, in quo
articulo quando prælegatū relictum fuit ti-
12 tulo institutionis † allegatur pro affirmatiua
decis. 646. par. 4. recent. & pro negatiua *alia alle-
gatæ in vltima decisione §. ex ipso*; augeturque
13 difficultas † in casu nostro, quia prælegatum
Castri de quo agitur non absorbet ferè totum
patrimonium, & factum fuit vni tantum ex
duobus hæredibus deinde institutis æquis
portionibus, quod pro negatiua ponderauit
*Rot. decis. 418. sub nu. 5. vers. 2. fuit responsum par. 5.
recent. alijque relati in dec. Bononiensi prima nu. 54.
& seqq. apud Modernum Salodiensem*, & licet etiā

alteri

alteri coheredi aliud prælegatum factum
14 fuerit † non probatur vtriusque prælegati coequalitas vt ab allegante fideicommissum probandum esse admonet *Aldobran. consil. 6. num. 16. lib. 2. Marcabr. cons. 4. num. 16. & seqq. unde fit quod exceptio huiusmodi*, tanto magis quia quia vltimus status est pro libertate bonorũ cum non obstante super existentia aliorum in casum eius obitus sine filijs substitutorum Alemannus Castrum vti liberum, & hæreditarium vendiderit Gabrielli authori Aduer-
15 sarij ab hoc iudicio Saluiani † reicienda sit prout alias exceptio fideicommissi reiecta fuit in *Perusina dotis* 9. *Iunij* 1614. *coram bon. mem. Vbaldo Seniori in decis. 387. num. 3. decis. 559. num. 7. par. 1. recent.*

Non obstant molestiæ super hoc Castro iudicialiter illatæ ab Exbanardo creditore anteriore eiusdem communis debitoris, quia nihil in ea lite actum apparet ab anno 1629. citra; cumque idem Exbanardus ex fructibus iuris pascendi, ad quod pro eodem credito sententiam immissionis obtinuerat contra Communitatem Villadeque præsumi possit
16 satisfactus † vel ideò eius creditum illiquidũ remaneat ex allegatis *in decis.* 122. *numer.* 18. *& seqq. apud Modern. Forolio. de pignor.* non habet aduersarius de quo timeat stante præsertim cautione quam actor offert de illum liberãdo ab huiusmodi molestijs.

Exceptioni feudi satis occurrere visa sunt deducta in prioribus decisionibus, & signanter venditio facta authori aduersarij tanquam de re allodiali ac hæreditaria.

Quo tandem ad melioramenta quorum liquidatio desumitur ex probationibus factis in alio iudicio de anno 1606. responsum fuit
17 ex inde non probari eorum valorem † de tempore huius litis longe post motæ ac de præsenti vt debet, cum sit in potestate actoris soluere valorem ipsius meliorationis, vt fuit decisum in *Romana fideicommissi de Spiritibus* 22. *Maij* 1643. §. *& quamuis coram me vbi alleg. concord.* presertim cum plura ex melioramen-
18 tis consistant in plantationibus,† quas experientia docet longissimo quadraginta, & amplius annorum cursu senescere ac inutiles reddi, ac ipsa ædificia temporis dente morderi, & propterea vilius æstimari *Ruin. cons.* 165. *n.* 6. *lib.* 4. *Roland. cons.* 28. *sub num.* 14. *lib.* 1. *Rimin. Iun. cons.* 411. *nu.* 38. *& seqq. Garz. de expens. & melior. cap. vlt. num.* 5. *Peregr. de fideicom. art.* 50. *numer.* 78. *Menoch. de recup. poss. remed.* 15. *num.* 610. *Molin. de primogen. lib.* 1. *cap.* 26. *numer.* 13. *Vincen. de Franch. decis.* 109. *num.* 2. *Rot. decis.* 306. *nu.* 8. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Hinc quia non docetur in specie de melioramentis, & eorum valore, Rota censuit satis esse consultum per cautionem de illis
19 reficiendis † post quam fuerint liquidata: maximè quia toto tempore huius litis iam
20 diu pendentis † Hector sibi præfigi terminũ ad ea liquidanda non petijt; petit autem hodie post quatuor decisiones, & in limine expeditionis causæ, quam moram ponderauit, *Rota in Bononien. fideicommissi de Vizzanis* 7. *Iunij* 1647. §. *melioramentorum coram me*, vbi materia late explicatur, & decisiones concordantes adducuntur.

Et ità decisum vtraque parte informante.

AVENIONEN. SALVIANI.

Lun. 11. *Martij* 1652.

ARGVMENTVM.

Saluianum competit emptori contra possessores bonorum venditoris si imminet euictio rei venditæ, quamuis sequuta non fuerit stante amplissima promissione venditoris de euictione in quolibet Iudicio, & re euicta vel non, & de reficiendo expensas & damna, quorum appellatione veniunt etiam expensę processales. Saluianum vt competat requiritur, quod creditum sit liquidum adhoc vt reus per oblationem euitare possit sententiã.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Auenionen. disponit quod si contra emptorem feratur aliqua sententia super re empta, possit alia vnico contextu ferri fauore emptoris contra venditorem pro liberatione à molestijs.*
2 *Et tale statutum seruandum est nedum in prima instantia sed etiam in gradu appellationis, quia appellatio est de appendicibus primæ instantiæ.*
3 *Appellatio licet diuersificet instantiam non tamen diuersificat causam, quæ semper subiacet statutis illius fori, in quo prima sententia lata fuit.*
4 *Extrema Iudicij Saluiani quænam sunt?*
5 *Creditum probatur ex publico Instrumento.*
6 *Hypoteca oritur ex speciali obligatione bonorum.*
7 *Venditor si promisit de euictione in quolibet Iudicio siue res vendita euicta sit siue non, nec non etiam de reficiendo expensas, & damna passa per emptorem potest emptor pro expensis, & damnis agere contra possessores bonorum venditoris.*
8 *Emptor vt agere possit contra venditorem de euictione sufficit quod immineat euictio, ac de facili reparari non possit, quamuis actualiter sequuta non fuerit.*
9 *Possessio venditoris probatur ex instrumento venditionis cum clausula constituti etiam in præiudicium habentis ab eo causam.*
10 *Possessio rei Conuenti in Iudicio Saluiani probatur ex substentatione litis alijsque adminiculis.*
11 *Saluianum intentatum à creditore anteriori impediri nequit à creditore posteriori.*
12 *Appellatione damnorum, & interesse veniunt etiam expensæ litis tam processales, quam aliæ in Aduocatis, procuratoribus, & similes &c.*
13 *Decisiones Rotales sunt actus extraiudiciales.*
14 *Saluianum non competit nisi creditum actoris sit in aliqua quantitate liquidum ad effectum vt reus conuentus per oblationem dictæ quantitatis sententiam euitare possit.*

DECISIO CCCCXCVII.

DOMINVS Gabriel Bellus super Castro de Royas sibi per Alemannum alias vendito pulsatus vtili Iudicio Saluiani.

interdicti à Domino Francisco de Tertullis
vti creditore Francisci de Sceslas petiit pro
liberatione ab huiusmodi molestijs immitti
simili iudicio Saluiani interdicti in possessio-
nem bonorum possessorum à Dominis Tho-
ma Tullia, Claudio de Passis, Spiritu Armil-
lon, Thoma Cheylus quibus Gabriel eius pa-
ter molestias vt supra motas intimauerat in
partibus, & nuper etiam ipse Hector in gra-
du appellationis à sententia absolutoria in
partibus reportata ad me interpositæ, iterum
intimauit, instando vt si quam sententiam
contra se ferri contingeret ad instantiam di-
1 cti de Tertullis, † contra eosdem vnico con-
textu ad sui fauorem pronunciaretur, iuxtà
dispositionem statuti Auenionen. dati in Summa-
rio num. 9. quod cum causa fuerit cæpta, &
2 terminata in prima instantia† in partibus ser-
uandum hic quoque est in gradu appellatio-
nis, quia appellatio est de appendicijs primæ
3 instantiæ, & licet diuersificet instantiam† non
tamen diuersificat causam, quæ propterea sẽ-
per subiacet statutis illius fori, in quo prima
sententia lata fuit vt probat *Scacc. de appellat. quæst. 18. per tot. & dixit Rot. decis. 330. nu. 2. par. 2. diuers. decis. 154. sub numer. 10. inter impress. apud Pacif. de Saluiano, & in Eugubina Prædij 14. Iunij 1649. §. quia cum emanauerit coram R. P. D. meo Cerro.*

4 Extrema autem huius Iudicij† nempè cre-
ditum cum hypoteca, & possessionem Ale-
manni de tempore contractus, ac nuperri-
mam reorum conuentorum satis probauit.
5 Creditum siquidem apparet † ex publico In-
strumento, in quo Alemannus præfatum Ca-
strum de Royas Gabrielli authori Hectoris
vendidit cum explicita promissione faciendi
quod emptor gaudeat in perpetuum Castro
vendito, & de illius euictione vniuersali, &
particulari; quolibet processu tàm super pe-
titorio quam possessorio causæ euictæ vel nõ
euictę; addita insuper pro obseruantia omni-
um promissorum ac restitutione expensarũ
damnorum, & interesse speciali obligatione
6 bonorum † ipsius venditoris, quæ illorum
hypotecam in verbis importat *Bursatt. cons. 39. num. 37. Ceph. cons. 41. nu. 19. Rimin. Sen. cons. 299. num. 10. & 12. lib. 2. & purificata fuit ob iudicium Saluiani vt supra* contra emptorem motum,
quod licèt euictionem non pariat, efficit ta-
men ne emptor gaudeat re empta in perpe-
tuum vt fuit promissum; ità vt stante præser-
7 tim pręgnantissima promissione venditoris †
de euictione in quolibet processu, & re euicta
vel non de reficiendo expensas, damna & in-
teresse possit emptor pro hisce expensis, &
damnis agere contra alios possessores bono-
rum venditoris *Grat. discep. 950. num. 20. Rot. decisione 220. num. 1. & 2. & 5. inter impress. apud Pacif. de Saluian. & magis in terminis decis. 407. numer. 8. vers. & demum, & num. 9. par. 5. recent.*
vbi allegantur concordantes, & in fortiori-
bus terminis sufficere ad hunc effectũ quod
8 immineat euictio † ac de facili reparari non
possit, quamuis adhuc ipsa actualiter secuta
non fuerit respondit *Rot. decis. 304. num. 1. & 2. par. 4. diuers. & in Bononien. Prædij 27. Iunij 1619 coram Reuerendissimo Terracinensi in Vrbeuetana Bonorum 4. Februarij 1643. coram R. P. D. meo Roias, & in supracitata Eugubina prædij §. & prædicta vers. quinimò coram R. P. D. meo Cerro.*

Possessionem autem Alemanni vendito-
9 ris † quoad Thomam de Tullia ac Thomam
de Cheyleus probauit ex Instrumentis ven-
ditionum illorum authoribus ab ipso Ale-
manno factarum cum clausula constituti quę
constituentis, & constitutariorum possessio-
nem probat etiam in præiudicium habentiũ
ab eis causam ex plenè deductis in *Romana de Incoronatis 20. Februarij 1617. coram bon. mem. Vbaldo Seniori, & in Romana Dotis seu Saluiani 10. Iunij 1626. coram Durano inter eius impress. decis. 40. num. 4. & in Romana Census seu Saluiani 26. Iunij 1647. §. continet coram me.* Quo ve-
rò ad Spiritum Armillon possessio probatur
ex Petri eius authoris confessione emissa in
transatione inita anno 1616. & libello Iudici
porrecto anno 1621. Summario num. 7. & 8.
10 iuncta etiam substentatione litis † quæ reo-
rum conuentorum possessionem adminicu-
latur *Ces. de Graff. decis. 4. de rest. spoliat. Rot. decis. 488. num. 8. apud Cinc. de Censibus.*

Nec obstat quod rei conuenti possideant
titulo venditionis, quia cũ venditiones ipsis
factæ sint posteriores credito, & hypotecæ
11 Hectoris impedire non valent † ne ille tan-
quam creditor anterior super bonis venditis
consequi possit refectionem damnorum, &
interesse *Rot. decis. 935. nu. 3. penès Seraph. dec. 308. num. 6. & 7. par. 5. recent. Menoch. de adipisc. rem. 3.*
12 *num. 57. & seqq.* quorum appellatione † cum
fuerint expresse promissa veniunt etiam ex-
pensæ litis tàm processales quam aliæ in Ad-
uocatis, Procuratoribus, & similes vt decla-
rauit *Rot. in Maceraten. Hæreditatis 24. Ianuarij 1642. coram me, & in Romana Saluiani 7. Maij 1646. coram R. P. D. meo Peuting.*

Intempestiua nihilominus particularij du-
bio desuper hodie proposito visa fuit Hecto-
ris petitio, quia contra ipsum adhuc lata non
fuit sententia ad fauorem Tertulij, sed solum
13 emanarunt decisiones† quę sunt actus extra-
iudiciales *Buratt. decis. 158. num. 8. Rot. inter rec. decis. 602. sub num. 2. par. 2. decis. 137. num. 5. apud Moder. Perusinum de manutenen.* Expensas autem
& damna, quæ ex hac lite se passum esse af-
firmat non dum liquidauit vt oportet in hoc
14 iudicio Saluiani, † quod non competit nisi
creditum actoris sit in aliqua quantitate cer-
tum ac liquidum, ad effectum vt reus con-
uentus per oblationem dictæ quantitatis sen-
tentiam contrariam præuenire, & euitare
possit *Pacif. de Saluian. inspect. 5. capit. 1. numer. 11. & seqq. Rot. dec. 328. num. 1. penès Cardinalem Millinum decis. 688. num. 4. decis. 743. n. 9. par. 4. recent.* præter quod respectu Claudij de
Pas, nulla affertur probatio possessionis siue
debitoris, siue ipsius rei conuenti.

Et ità decisum fuit contra informantem.

AVXI-

AVXIMANA VSVSFRVCTVS.

Ven. 15. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Vsusfructus alicui relictus sub cōditione donec castam vitam duxerit cum permissione ducendi Vxorem casu quo hæredes proprietarij Vxorem non ducerent nec filios haberent non consolidatur cum proprietate si vnus tantum ex hæredibus Vxorem non duxit, neque adhunc effectum oportet vtrumque hæredem sine matrimonio, & filiis decessisse, quando præsumpta Testatoris voluntas concurrit, & ex quibus illa desumatur?

SVMMARIVM.

1 *Conditio plures respiciens personas debet in omnibus verificari.*

2 *Pluralitas nunquam resoluitur in singularitates quando concurrit dictio restrictiua* casu quo.

3 *Dictio* Et *apposita inter personas stat copulatiue, declara num.* 16.

4 *Pluralitas non resoluitur in singularitates quando adest coniunctio re, & verbis.*

5 *Pluralitas in substitutionibus resoluitur in singularitates concurrente præsumpta Testatoris voluntate quamuis resolubilis non esset, et ex quibus illa desumatur? num.* 6.7.9.10.11.

8 *Vna pars testamenti aliam declarat.*

12 *Dispositio quando non est prohibitiua, sed permissiua fauorabiliorem interpetrationem requirit.*

13 *Conditio abstinendi à nuptijs reijcitur à legato, et hoc fauore matrimony.*

14 *Dictio* casu quo *quandoque non stat restrictiue, sed demonstratiue.*

15 *Præsertim vbi non adest reciproca substitutio inter vocatos.*

16 *Dictio* Et *apposita inter diuersas personas non stat copulatiue, sed resoluitur in disiunctiuam, nec omnium copulatorum concursum requirit.*

17 *Legatarius quando dolose non contrauenit conditioni appositæ legato non cadit ab illius commodo.*

DECISIO CCCCXCVIII.

SIBI in bonis quorum vsumfructum Ioseph Senior reliquit Iosepho Iuniori donec vitam castam seruauerit concedi manutentionem, & quatenus opus sit immissionē petijt Ascanius eiusdem Testatoris hęres proprietarius, asserens Iosephum Iuniorem ob matrimonium nuper contractum, & sic ob defectum conditionis castitatis relicto vsusfructus adiectæ cecidisse à commodo vsufructus non obstante quod in alia parte testamenti testator ei potestatem fecerit ducendi vxorem casu quo idem Ascanius, & Ludouicus frater hæredes proprietarij, quos solos voluit vxorem ducere, vxorem non ducerent nec filios haberent; Ludouicus verò matrimonio nusquam contracto decesserit

1 quia adhunc effectum oportet † vtrumque hæredem proprietarium sine matrimonio, & filijs decessisse *l. quamuis vers. si mihi l. cum quidam* §. *nos eiusdem Cod. impub. et ab substit. l. qui duos ff. vulg. et pupill. Rom. cons.* 131. *num.* 1. *vers.* 1. *quia Dec. cons.* 594. *num.* 2. *vers. quod substitutio Rimin. Iun. cons.* 567. *num.* 9. *Surd. cons.* 156 *numer.* 16. *et seq.*

2 Præsertim attenta dictione restrictiua† casu quo obstatiua resolutioni pluralitatis in singularitates *Zanch. in l. hæredes mei* §. *cum ita num.* 229. *ff. ad Trebell. Roman. cons.* 19. *num.* 1. *Menoch. cons.* 1028. *num.* 23. *Peregr. cons.* 31. *num.* 3. *et seqq. lib.* 3. *Fusar. de substit. quæst.* 473. *nu.* 75. quam pariter impedit dictio *Et* ibi, *dicti D. Ludouicus*

3 *et Ascanius* quæ † apposita inter personas stat copulatiue *Socc. Sen. cons.* 40. *num.* 28. *lib.* 4. *Hond. cons.* 60. *num.* 16. *lib.* 1. *Natt. cons.* 573. *num.* 14. *Rot. decis.* 600. *num.* 24. *par.* 5. *recent.* nec non coniun-

4 ctio re & verbis † hæredum proprietariorum *Menoch. cons.* 661. *num.* 15. *et* 16. *Corn. cons.* 99. *n.* 9. *lib.* 3. *cons.* 298. *nu.* 7. *lib.* 4. *Fusar. de subst. d. qu.* 473. *num.* 74.

Contrariam tamen sententiam quicquid sit in alijs casibus Domini amplexi fuerunt in præsenti ex præsumpta voluntate Testatoris, quam in his terminis attendendam esse

5 admittunt † omnes exaduerso allegati ac signanter *Menoch. cōs.* 661. *n.* 15. *&* 16. *& cons.* 1028. *sub num.* 28. *Ciriac. contr.* 536. *numer.* 17. *et* 18. *Rot. decis.* 804. *n.* 1. *in fin. par.* 1. *diuers. et in Interamnen. fideicommissi* 10. *Februarij* 1642. § *minus obstat coram Reuerendissimo D. meo Decano, et in eadem* 14. *Decembris* 1646. §. *ex quibus, et* 14. *Februarij* 1648. §. *sed esto coram me.*

6 Quæ præsumpta voluntas colligitur.† Primò quia testator serio contemplauit propagationem suæ familiæ mediantibus matrimonijs nepotum, & adhunc effectum voluit vxorem duci ne dum ab Ascanio altero ex illis, sed etiam à Ludouico fratre, & respectiue coherede, & casu quo prędicti vxores non ducerent nec filios haberent permisit quod omnes alij nepotes qui tres erant vxorem ducere possent. At verò nisi hæc permissio purificaretur per obitum alterius ex hæredibus proprietarijs sine filijs vel sine matrimonio non adimpleretur modus à Testatore intentus propagandi familiam per duos saltem nepotes vxoratos, vt ergo impleatur resoluenda est pluralitas in singularitates esto quod alias resolubilis non esset, vt in simili *Aym. cons.* 130. *sub num.* 6. *vers. itaque vt voluntas Paris. cons.* 30. *num.* 22. *et seqq. lib.* 2. *Ruin. cons.* 164. *num.* 9. *lib.* 3. *Ladercb. cons.* 169. *num.* 3. *Surd. cōs.* 96. *num.* 15. *Rota in Romana fideicommissi de Zephiris* 8. *Febr.* 1647. §. 2. *nisi coram me.*

Secundò quia infra distributiue omnes nepotes substituit si Ludouicus præcepto Te-

7 statoris contrauenerit† vel ipse aut Ascanius

8 bona alienaret, vna enim pars testamenti † aliam declarat *l. qui filiabus ff. leg.* 1. *Fusar. cōs.* 5. *num.* 7. *Meno. b. cons.* 123. *nu.* 27. *Osasc. cons.* 71. *n.* 19.

9 maximè quia alioquin sequeretur absurdū † quod alij nepotes per contractum matrimonij caderent à portione illis directo relicta, & nihilominus capaces essent portionum deuoluendarum per contrauentionem alterius ex hæredibus proprietarijs, quam rationem absurdi

abſurdi euitandi ponderant in his terminis *Menoch.conſ.*1028.*ſub nu.* 29.*Fuſar.qu.*473.*n.*81. *Rota in d. Interamnen. fideicommiſſi* §.*minus obſtat in fin. coram Reuerendiſs.D.meo Decanu,& in eadem coram me* 14. *Februarij* 1648.§.*ſed eſto verſ. & facilius*.

Tertiò quia non ſupereſt perſona proximior, quæ ex præſumpta voluntate teſtato-
10 ris præferri debeat † quo caſu intrat præſumptio,quod teſtator licet pluralitèr locutus fuerit, voluerit etiam ſingularitèr diſponere text. in *l. falſa demonſtratio* §. *fin. in fin. ff. cond.& demonſtr. l. Lucius* 77. §.*Caio, ſeio ff. ad Trebell.ibique Doct.omnes*, & notat *Bart. in d. l. hæredes mei* §.*cum ita nu.*5. *verſ.ſi verò loquimur Bero.conſ.*110.*num.*14.*lib.*2. *Ceph.conſ.*132.*nu.*6. *Fuſar.conſ.*24.*num.*13. *Rot.dec.*804.*num.*3. *&* 6. *par.*1.*diuerſ.deciſ.*1190.*num.*4.*apud Seraph.quam ſecuta eſt deciſ.*419.*num.*10.*par.*4.*tom.*2.*recentior.* talis enim non dicitur perſona Aſcanij, cum non ſit de deſcendētibus teſtatoris,ſed tranſ-
11 uerſalis † nec ab inteſtato ſuccederet in totum, ſed vna cum fratribus *Mant. de coniect. lib.*11.*tit.*5.*num.*19. *Peregr.conſ.*33.*num.*8. *lib.*3. *Fuſar.conſ.*60.*num.*19. *Rouit.conſ.*77.*num.*11.vbi quod non ſufficit eſſe æqualem in gradu *Seraph.d.deciſ.*1190. *num.*4. *verſ. neque frater Rota inter recent.dec.*257.*num.*11.*par.*5.*deciſ.*341.*n.*14 *&* 15.*par.*6.

Et hæc faciliùs recipienda ſunt tùm quia
12 non agitur de diſpoſitione prohibitiua † ſed permiſſiua, quæ fauorabilem interpetrationem requirit *Bart.in l.ſi ita quis* §. *ea lege nu.*7. *ff.verbor.oblig.Surd.conſ.*10.*num.*12.*conſ.*71.*n.*12 *& deciſ.*279.*num.*11. Eo magis fauore matri-
13 monij † adeo à Doctoribus contemplato, vt conditionem abſtinendi à nuptijs reici à legato ſenſerit *Couarr.variar.reſolut.lib.*1.*cap.*19. *num.*10.*verſ.nam quod frequenter Mant.de coniect. lib.*11.*tit.*19.*nu.*1.*& ſeqq.alijque relati per Sanch. de matrim.lib.*1.*diſp.*34.*n.*3.

Tùm quia in caſu noſtro non adſunt dictiones reſtrictiuę, ſed ſolùm dictio *caſu quo*,
14 quam † ſtare demonſtratiuè non reſtrictiuè tradit *Socc.Iun.conſ.*106. *num.*27. *lib.*1. *Mant.de coniect.lib.*3.*tit.*14. *ſub nu.*10. *verſ.ſed tamen Caball.conſ.*17.*ſub nu.*13.*lib.*1.*Peregr.conſ.*22.*nu.*25 *lib.*6. & in fortioribus terminis *Rota deciſ.*77. *num.*38.*deciſ.*134.*num.*1.*dec.*142.*nu.*22. *& ſeqq.*
15 *par.*7.*recent.* præſertim † vbi non adeſt reciproca inter primos vocatos, *Seraph.dec.*1190. *num.*6. ipſaque dictio, *Et*, appoſita inter di-
16 uerſas perſonas † non ſtat copulatiuè, ſed reſoluitur in diſiunctiuam,nec omnium copulatorum concurſum requirit *ex allegatis in Bononien.Legati* 5.*Iunij* 1645. *&* 18.*Maij* 1646. §.*fin.coram R.P.D.meo Cerro,&* 27.*Maij* 1648.§. *ſed tamen coram R.P.D.meo Rojas in puncto Fuſar. Rouit.conſ.*77.*n.*10.*conſ.*24.*n.*14.*Ciriac.contr.*536 *num.*18. *Peregr.de fideic.art.*18. *num.*61. *circa fin.*

Tùm tertiò, quia ſaltèm negari non poteſt quin ex prædictis potuerit Ioſephus Iunior credere purificatam eſſe per obitum Ludouici permiſſionem nubendi,vt propte-
17 rea ceſſante dolo priuari † non debat ex capite contrauentionis vſufructu à teſtatore relicto, vt pluribus allegatis fuit in ſimilibus terminis deciſum *in Romana Hereditatis* 10. *Martij* 1650. §. 1. *& ſeqq. coram R. P. D. meo Rojas*.

Conſequentèr Aſcanio ex dicto capite contrauentionis petenti ſe in bonis Ioſepho Iuniori relictis manuteneri,vel immitti neutrum concedendum eſſe Rota cenſuit vtraque parte informante.

MELEVITANA FRVCTVVM.

Veneris 15. *Martij* 1652.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria ex ſola releuantia abſq; fumo conceditur in prophanis, etiam poſt diſcuſſa dicta teſtium,quando ſolemnis publicatio non interceſſit mediante tranſportatione à Iudice à quo ad Iudicem ad quem. Remiſſoria an, & quando concedenda veniat cum retardatione, vel ſine arbitrio Rotæ?

SVMMARIVM.

1 *Articuli releuantes dicuntur à quibus pendet victoria cauſæ.*
2 *Remiſſoria paſſim conceditur in prophanis, ex ſola releuantia abſque fumo.*
3 *Fumus materiæ articulatæ ceſſare facit omnem ſuſpicionem calumniæ.*
4 *Terminus reprobatorius prabet ſolùm facultatem reprobandi teſtes, non autem probandi intentionẽ propriam.*
5 *Probatio per teſtes non excludit probationes in contrariam.*
6 *Remiſſoria denegari nequit etiam poſt diſcuſſa dicta teſtium, niſi inſimul concurrat illorum publicatio mediante tranſportatione proceſſus ad Iudicem, ad quem.*
7 *Dicta teſtium ad effectum remiſſoriæ non dicuntur diſcuſſa, ex ſimplici traditione Summarij.*
8 *Remiſſoria conceſſa actori concedi debet,& Reo ad ſeruandam æqualitatem.*
9 *Remiſſoria quo caſu ſimplicitèr concedenda veniat abſque clauſula* ſine retardatione, *& quando cum retardatione, vel ſine arbitrio Rotæ?*

DECISIO CCCCXCIX.

FRVCTVS perceptos à Maria, & Barbarica de Habela liquidauit Rota ſub die 26. Maij 1651. pro annis 1643. & 44. in ſcutis 1492.iuxtà conſuetum aliorum annorum per teſtes ad inſtantiam Angeli Hieronymi examinatos probatum: vnde eędem mulieres de Habela exhibuerunt articulos ad probandam in ſpecie quantitatem fructuum in dictis annis recollectam, ac deſuper concedi petierunt remiſſoriam,quam diſputato vt parte opponente ſolet particulari dubio Rota cenſuit concedendam eſſe cum retardatione, vel ſine arbitrio Rotæ.

Cum enim agatur de condemnandis dictis mulieribus ad fructus, quos dictis annis perceperunt, à quorum propterea liquidatione

tione victoria causæ pendet, negari non po-
1 test articulorum† illam respicientia releuantia *Caualer.decis.232.num.2.* qua posita passim
2 in prophanis † conceditur remissoria etiam absque fumo *Cas.de Grass.decis.1.num.10. de dilat. Caputaq.decis.68.par.3. Caualer. decis.222. num.3. Cocc.decis.149.num.1.* eo magis in casu nostro, quo ex instrumentis locationum da-
3 tur fumus materiæ articulatæ, qui † cessare facit omnem suspicionem calumniæ *Cassad. decis.3.num.2. de dilat. Rota in Romana Societatis de Rotignis 5. Nouembris 1646. coram Reuerendissimo Terracinensi, in Auenionen. Dilapidationis bonorum 7. Maij eiusdem anni coram R.P.D. meo Cerro, & in Bononien. fideicommissi de Nascentorys 15. Ianuary 1649. coram bo.me. Arguelles.*

Gratisque tribuitur negligentiæ instantiū, quod hosce articulos non produxerint in termino reprobatorio ipsis concesso, quando Angelus Hieronymus actor suos testes examinauit, vel statim post editam anno præterito decisionem super liquidatione fructuum ex testibus actoris desumpta. Quia ter-
4 minus reprobatorius † præbebat solùm facultatem reprobandi testes exaduerso examinatos, non autem probandi intentionem propriam *Marant.in praxi par.6. act.13. num.8.* cumque instantes opinari possent testes aduersarij non benè concludere, non mirum si antequam Rota eorum dicta sequeretur articulos contrarios non produxerint; postquā verò supra memorata decisio Rotæ prodijt statim aduersus illam petierunt, & obtinuerunt nouam audientiam, ac deinde exhibuerunt articulos, qui tanquam continentes in specie fructus perceptos anni 1643. & 44. non sunt contrarij testibus ab Angelo Hieronymo actore examinatis, & quatenùs contrarij essent, adhuc venirent admittendi, quia
5 probatio per testes † non excludit probationem in contrarium, vt in terminis remissoriæ dixit *Rota in Calagnritana Processionum 30. Aprilis 1629. coram bo. mem. Card. Virili, & in decis.70.num.8.& 9.par.6.recent.decis.163.num.4 apud Moder.Perus.de manut.*

Non obstat, quod remissoria petitur postquam fuerunt discussa dicta testium actoris, quia hoc solùm non excludit à remissoria
6 nisi simul † secuta fuerit testium publicatio, quam importat quidèm transportatio processus à Iudice, á quo ad Iudicem ad quem, in quibus terminis loquitur *exaduerso allegata decisio in Camerinen. Pensionis 4. May 1640. §.2. quia coram me*, sed non discussio depositionis
7 testium†serutæ dumtaxat ex Summario partibus tradito *Rota decis.497. num.4. ibique add. num.8.decis.583.num.3.coram sa.me. Gregor.XV. decis.270.num.6.apud Moder.Perus.de manut.* Eo minus ad effectum ne altera pars possit suas probationes facere; nam quod licuit actori
8 permittendum est reo ad æqualitatem seruandam *c.non debet de reg.iur.in 6.l.fin. C. fruct. & lit.expen. Dec.cons.162.ante fin. vers. preterea Rota coram sa.me. Greg.XV. decis.581.num.1. & seqq.& in Vlixbonen Professionis 29.Ianuarij 1638 coram Reuerendissimo Salamantino.*

9 Ex quibus poterat forsan remissoria†concedi simpliciter absque clausula *sine retardatione*, quia non sumus in expeditione causæ, nec illam petentes distulerunt diù testes in partibus examinare, quo casu concedendam esse sine retardatione, dixit *Rot. apud Put. decis.380.lib.3.in corr.* Sed nihilominus ad maiorem cautelam, vtque omnis exaduerso assertæ calumniæ præcludatur aditus Domini concesserunt remissoriam cum retardatione vel sine arbitrio Rotæ, vt aliàs seruauit *Rot. in Theatina, seù Nullius Abbatiæ 15.Marty 1641 coram me, & aliàs sæpe.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

ROMANA, SEV VELITERNA AFFICTVS.

Lunæ 18. Marty 1652.

ARGVMENTVM.

Transactio ob defectum non implementi licet rescindi non possit, & agi primæua actione, quam transactio extinxit, conclusio tres recipit limitationes in decisione adductas, quæ declarantur. Mandatum speciale requiritur ad transigendum, nec sufficit generale cum libera, præsertim quando transactio non est vtilis, nec mandatum cum libera tribuit liberam administrationem omnium bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Locator licet habeat specialem hypothecam super bonis conductoris, non tamen dicitur habere dominium.*
2 *Dominium pecuniarum transfertur mediante descriptione in Banco ad creditum alicuius.*
3 *Hypotheca quantumuis specialis dominium non transfert.*
4 *Dominium absque facto proprio amittere graue est.*
5 *Locator non potest dominium, quod ad conductorem spectat sibimet priuata authoritate adiudicare.*
6 *Consensus præstitus contra formam concordiæ habetur pro non præstito.*
7 *Adimpleuisse non dicitur qui consensit cum clausulis non pertinentibus.*
8 *Fides simplex de auditu nihil probat.*
9 *Conuentio de tradendo quando non dicatur impleta?*
10 *Promittens aliquid restituere, adimplere nequit si constat ante promissionem rem tradendam vendidisse.*
11 *Dominium, aut possessio per traditionem clauium non transfertur, si tradens non est possessor, aut Dominus.*
12 *Mandatum speciale requiritur ad consignandum claues animo dimittendi dominium, ac possessionem.*
13 *Continuatio possessionis supponit in necessarium antecedens præcedentem, ac nunquam interruptā possessionem.*

14 Con-

14 *Confessio propria praualet in concursu depositionibus Testium.*

15 *Promissio non dicitur adimpleta, si effectus vel promissa manet sub dominio, & possessione alterius.*

16 *A transactione ex capite non implementi recedi nequit, nec agi primaua actione, quam transactio extinxit, sed agendum est ad implementum transactionis.*

17 *Et speciale est in hoc contractu, quia fuit adinuentus ad dirimendas lites.*

18 *Declara primò vt procedat, quando transactio fuit inita mediante stipulatione, vel acceptilatione, vel munita iuramento secus si pacto nudo, & absque iuramento.*

19 *Ratio diuersitatis est, quia primo casu transactio parit actionem secundò verò exceptionem, & reo excipienti de transactione replicatur de dolo ob non adimpletam transactionem, habetque promissio vnius tacitam conditionem quatenùs altera pars adimpleat.*

20 *Item ratio diuersitatis est, quia primo casu transactio est vestita, ac secundò oportet vt vestiatur interuentu rei idest implemento.*

21 *Pactum nudum de Iure canonico absque stipulatione vel alio vestimento parit actionem.*

22 Statutum Vrbis lib.1.cap.42. *mandans in Vrbe seruari Ius ciuile, vbi Statutum aliquid non determinat locum non habet in personis Ecclesiasticis.*

23 *Declara secundò principalem conclusionem supra firmatam num.16. & 17. non procedere quando transactio impleri non potest, tunc enim superuacaneum est agere ad implementum, & deficiente causa finali transactionis, primaua iura illæsa manent.*

24 *Amplia quamuis aliquid fuerit impletum, si maior pars impleri non possit.*

25 *Declara tertiò non procedere quoties transactio est nulla.*

26 *Ad transigendum non sufficit mandatum ad lites, nec generale ad negocia, sed speciale requiritur.*

27 *Et quidem ab omnibus quorum nomine fuit inita transactio.*

28 *Mandatum speciale ad transigendum non requiritur, quando concurrit vtilitas transactionis, & transactio tantùm dat, quantùm sententia Iudicis dare posset.*

29 *Spoliatus est restituendus in eo statu, quo erat tempore commissi spolij, vsque ad vltimum quadrantem, ac etiam ad expensas, & damna, & nu.30. & 31.*

32 *Locator si ex pacto inito cum conductore habet prælationem emendi pro eodem prætio fructus perceptos ex re conducta aufert conductori potestatem vendendi personis beneuisis à iure concessam.*

33 *Et talis conuentio reddit onus nimis graue, & odiosum.*

34 *Locator de iure non habet super fructibus rei locatæ à solo separatis prælationem in emptione, aut dominio, sed solùm in hypotheca aduersus alios creditores.*

35 *Bonum ius resultat ex decisionibus in causa editis.*

36 *Clausulæ adiecta in mandato procuræ* generalitèr &c. promittens &c. *important mandatum cum libera.*

37 *Mandatum cum libera sufficit ad transigendum.*

38 *Intellige de transactione vtili. ac super iure dubio, non autem quando ius est clarum, & graue præiudicium transigendo infertur.*

39 *Mandatum ad lites non præbet facultatem transigendi, nisi simul demandata fuerit libera administratio omnium bonorum, & totius causæ.*

40 *Mandatum non resultat ex societate inita inter socios, nisi solùm ad gerenda vtilia.*

41 *Mandatum speciale quemadmodum requiritur ad transigendum, ita etiam requiritur ad ratificandam transactionem sine speciali mandato factam, & non probata scientia actus ratificandi.*

42 *Conductor potest fructus rei conductæ obligare, & hypothecare.*

43 *Ratificatio transactionis non elicitur per actus vniuocos, & pernecesse non concludentes, & num.44.*

45 *Ratificare non dicitur qui percipit, quod in omnem casum, & euentum erat percepturus.*

46 *Præsertim non probata in recipiente omnium qualitatum indiuidua scientia ad id requisita.*

47 *Scientia præsumpta non sufficit in præiudicialibus, secus est in non præiudicialibus.*

48 *Preces si fuerunt porrectæ nomine plurium, non omnium mandatum præsumitur.*

49 *Narrans in supplicatione pensionem reseruatam, non ideò censetur ei consentire.*

50 *Præsertim quando narratiua emanauit ad diuersum effectum.*

51 *Narratiua non est attendenda, sed potius conclusio supplicationis, vel memorialis.*

DECISIO D.

PESSVMDATA spe transactionis hortante Rota diù seduloque tentatæ, rediit examē antiquæ, ac sub die 28. Iunij 1647 desuper editæ decisionis, quarum hodie reuocandum esse Domini censuerunt ob defectum implementi ex parte Capituli, ac potestatis ex parte Martellij, qui procuratorio nomine affictuariorum transegisse asseritur.

Implementum Capituli deficit primò, quia reuocationi sequestrorum, ac inhibitionum ad eius instantiam contra debitores DD. de Sannesijs, Arrigis, & Venturinis executarum non consensit simplicitèr ad effectum pecunias exigendas deponēdi in Banco S. Spiritus, exinde non amouendas nisi Capitulo integrè satisfacto, vt in asserta concordia conuentum fuerat Summ. impress. Capituli num.4. sed adiecit conditionem, quod debitores sequestratarij soluant in d. Banco ad creditum Capituli, & non aliàs alitèr, nec alio modo Summ. impress. Affict. nu.8. quod longè differt à conuentis, nàm primo casu pecuniæ à sequestratarijs exactæ manebant in dominio affictuariorum, ac depositum præseferebat solùm quandam securitatem locatoris
1 vigore specialis hypothecæ de iure competentem *Bald. in l. cædem n.3. vers. in Colono puto C. locat. Menoch. de adipisc. remed.3. num.116. Mant. de tacit. lib.5. tit.6. num.13. ad fin. Thesaur. lun. qu.29. n.5. lib.2.*

Alte-

Altero verò casu dominium pecuniarū,
nec momento temporis est penes affictua-
rios, sed statim ac immediatè è manibus se-
questratariorum euolat ad Capitulum, cum
2 hoc importet descriptio † in Banco ad eius
creditum *Rot.decis.179.in princp. apud Modern.
Perus.de manut.decis.377.num.5.par.1.recent.& in
Romana Spolij 4. Iulij 1641. coram Reuerendiss.
3 Terracinen.* id quod hypotheca† quantumuis
specialis præstat *l.rescriptum 41. ibi, quia in do-
minio man. debitoris ff.distract.pignor. Auth.hoc ita
C.pignor.& in corpore vnde sumitur Auth.de litig.
Rot.decis.759.num.3.par.2.recent.decis.109.nu.1.
coram Durano*, & valdè nocet Affictuarijs tùm
4 quia graue est† rei suæ absque facto proprio
dominium amittere *l.id quod nostrum ff. de reg.
iur.* & pati quod locator illud sibimet priua-
5 ta authoritate adiudicet † contra dispositio-
nem textus *in l.Creditores in fin.Cod.pignor.l.1.
& 3. C.iur.domin.impetran.gloss.in l.Creditor la 2
verb.testato C.distract.pignor.Cinus ibid.circa med
vers.primo casu Castr.in l.si conuenerit numer.3.ff.
pignor. act.* tùm etiā quia ipsis aufertur facul-
tas alio modo soluendi non sublata in prima
concordia, ac disponendi de pecunijs absque
nouo consensu Capituli, qui primo casu
necessarius non fuisset, sed satis erat osten-
dere Capitulum aliundè esse satisfactum, &
è conuerso Capitulum potest de pecunijs ad
libitum disponere, etiam inuitis, vel inscijs
conductoribus, quod iuxtà teminos con-
6 cordiæ permissum non est, † vnde respectu
eiusdem concordiæ perindè est ac si Capitu-
lum reuocationi sequestrorum non consen-
sisset *l.si quis stipulatus §.si quis ita ff.verb.oblig.l.
constitutionibus in fin.ff.ad munic.Surd.cons.3.n.35.
Mising.obseru.91.num.2.cent.1.*& magis in ter-
7 minis quod non dicatur † impleuisse, qui
consensit cum clausulis non pertinentibus
Rot.decis.162.sub num.3.par.1.recent.

Secundò conuentionem, ibi, *Ch'il detto
Reuerendissimo Capitolo dia à detti Signori Ventu-
rini il conto dell'affitti del detto Casale distratti dal
giorno della vendita fatta da esso*, non adimple-
uit Capitulum exhibendo notulam non ex-
tractam à se, vel à Francisco Antonio de
Comitib. in quem eosdem effectus distra-
xerat, sed à quodam Ministro asserente fecis-
se diligentias pro habenda distractionum à
Francisco Antonio factarum notitia Summ.
impress.Affict.nu.7. quia notula huiusmodi
resoluitur in simplicem dicti Ministri fidem
8 de auditu † quæ nil probat *cap.licet ex quodam
cap.super litteris de testib.l.testium C.eod.Caput.aq.
decis.279.par.1.*eo minus quia idem Minister
protestatus fuit id facere absque consensu
Francisci Antonij, & quod illi præiudicium
inferre non valeat, & cum facultate augen-
di minuendi, & variandi partitas, vt Fran-
cisco Antonio visum fuerit, & sic vaga alte-
rius incerta, & imperfecta est cumque non
præstet effectum à partibus contemplatum
liquidationem videlicèt integram quantita-
tis, ac valoris rerum à Francisco Antonio
distractarum, & è credito Capituli propor-
tionabilitèr demendarum, vt conductores
reliquatum sciant, & soluant non efficit, vt
9 conuentio † de traden. notulam dicatur im-
pleta *Bart. in l. quid ergo §. cum autem in prima
solut.ff.his qui notant infam.Roman.cons.199.nu.2.
& 3. Surd.cons.3.n.20.*

Defecit pariter Capitulum in restitutione
10 promissa, † & signantèr frumenti existentis
in horreis, & area Casalis Campi Mortui.
quod imò nec restituere poterat, quia illud
vna cum alijs omnibus effectibus vendide-
rat, tradideratque Francisco Antonio de Co-
mitibus successori in affictu, vt ad proposi-
tum ponderauit *Rot.in Auenionen.Saluiani 28.
Martij 1650. coram me §.1.in fin.* Nec releuat,
quod Benedictus de Benedictis vice, & no-
mine Francisci Antonij claues dictorum
horreorum Casalis consignauerit Horatio
Santorio Capituli Ministro, & hic Francisco
Sfortiæ institori conductorum Summ.im-
press.Capit. num.16. quia stante præcedenti
transactione dominij, & possessionis in Frā-
ciscum Antonium, vt dominium, & posses-
sio conductoribus redderetur, satis non est
11 consignatio clauium facta † à Capitulo qui
possessor, aut Dominus non erat *l. clauib.74.
& ibi gloss. fin.ff.contrh. empt.gloss. in l. qua ratio-
ne §.item si quis merces verb.proprietatem ff.acquir.
rer.domin. Ioann. Harprect. in §. item si quis sub
num.3. vers. si modo instit. de rerum diuis.* vel à
Francisci Antonij famulo, quem non con-
stat habuisse mandatum speciale ad consi-
12 gnandas Capitulo claues† animo dimitten-
di dominium, ac possessionem frumenti ibi
existentis, vt requiritur *gloss.in l.Procurator cui
in fin.Bart.in princ.ff.procur. Abbas in cap. petitio
num.1.in fin.eod.tit.Feder.de Senis cons.77.nu.1.
& 4. Dec.cons.402.num.9. Rot.decis.377.num.5.
in fin.par.1.recentior.* quin è conuerso constat
Francisco Antonio nunquam voluisse do-
minium, ac possessionem dimittere, nām
paulo post certioratus de clauibus traditis
institori conductorum, quodq; institorem
in libera fruitione frumenti turbat, protesta-
tus de hoc fuit tàm contra Capitulum,
quàm contra conductores petendo hos à
turbatione desistere, & ab illo impedimenta
remoueri Summ.impress.Affict.n.11.

Et re vera, nec dominium frumenti, nec
possessionem fuisse aliquando à Francisco
Antonio dimissam probat apertissima con-
fessio Capituli in memoriali porrecto sub
die 4. Maij anno 1646. Sum.impress.Affict.
num.12. resultans ex assertione, quod Fran-
ciscus Antonius post lapsos 20. dies condu-
ctoribus ad soluen. in concordia præfixos
continuauit in possessione effectuum Casa-
13 lis, continuatio namque † supponit in ne-
cessarium antecedens præcedentem, ac nun-
quam interruptam eiusdem Francisci Anto-
nij possessionem *Alex.cons.99.num.5.lib.5. Dec.
cons.103.nu.2.Lancell.de attent.par.2.cap.4.lim.1.
num.79.num.81.& seqq.Rot.decis.196.nu.4. apud
Moder.Perus.de manut.* vt proinde protestatio-
nes Francisci Antonij de turbatione, impedi-
mentis, ac molestijs sibi illatis à conducto-
ribus, quas prima decisio ponderat ad eli-
cien-

ciendam conductorum possessionem illam non probent maximè quia molestiæ huiusmodi referri possunt ad prætensiones conductorum occasione Spolij adhuc non purgati, & originalis locationis, fidemque aliquam non mereantur testes deponentes de restitutione effectuum Casalis facta institori conductorum Summ.impress.Capituli n.15.
14 quia præualet † contraria confessio Capituli *Aym.cons.61.num.3.Gabriel.de testib.conclus.4. num.77.Buratt.decis.317.num.8.d.decis.367.n.4.* præter quod testes ad inuicem contrariantur in substantialibus nempè in persona, cui factam aiunt restitutionem, quæ in omnem euentum, quia effectus adhuc remanebant sub dominio,& possessione Francisci Anto-
15 nii promissæ † à Capitulo restitutionis implementum non præstat *Rot.decis.162.num.3. vers.non implementum decis.242.sub num.4.par.1 recent.vbi alleg.concord. decis.35.num.3. apud Peniam.*

Non obstat, quod ex capite non implementi non possit agendo à transactione re-
16 cedi, † ac agi primæua actione, quam transactio extinxit,sed agendum sit ad implemētum transactionis *l.actionem l.si pro fundo 33. l. quamuis 39. l.vbi pactum 40.C.transact.vbi Curt.*
17 *iunior.not.* speciale esse † in hoc contractu, quia fuit adinuentus ad dirimendas lites *Suar alleg.19.num.22.Ciriac.contr.130.num.4. & seqq. Natt.cons.333.num.88.Hond.cons.447.num.39.& cons.480.num.18.& decis.266.nu.12.Rot.dec.131. num.4.in fin.par.3.recent.decis.136.numer.1. & 2. par.5.*

Hæc enim conclusio tres recipit declara-
18 tiones, alteram vt procedat † quando transactio fuit inita mediante stipulatione, vel acceptilatione, vel munita iuramento, secus si (vt in casu nostro) pacto nudo, & ab-
19 sque iuramento: ratio diuersitatis est † quia primo casu transactio parit actionem, at secundò non nisi exceptionem, & reo excipiente de transactione replicatur de dolo ob non impletam transactionem, nec fides seruanda est eam non seruanti, habetque vnius promissio tacitam conditionem quatenus adimpleat textus sunt expressi ità distinguētes *in l.vt responsum 15. l.cum proponas la 2.* ibi, *si tibi stipulatione non prospexisti l.siue apud acta 28 C.transact.vbi Bart.num.14. & 15.* dicit ratio-
20 nem diuersitatis, † quia primo casu transactio est vestita,at secūdò oportet vestiatur interuentu rei idest implemento, & soluit iura in contrarium allegata *ibid.Alex.num.16.vers. & quando Ias.num.8.& 12.Fulgos.num.2. Barbos. num.6.idem Bart. in l. si pro fundo num.1. ibique Ang.num.2.circa med. vers.vbi verò non adimplesisset C. eod.tit.Castr.plenè cons.412.num.1. lib.1. Cuman.cons.179.num.2.ad fin. vers. sed praecedens Rimin.sen.cons.102.nu.26. Bursatt.cons.101.n.13. & seqq. Surd.cons.359.nu.9. Mant.de tacit.lib.26 tit.7.num.14.vers.reus autem, & num.15. Cancer. var.resol.tom.1.cap.18.sub num.44. vers. & idem Ioseph Ludou.decis.Perus.101. num.19. Ambrosin. decis.Perus.3.num.37.ante fin. Larrea remissiuè alleg.fiscal.26.num.45.*& hanc opinionem videtur amplexa *Rota penes Mohed.d. decis.3. col.1.* ibi, *si concordia est valida, & impleta per allegantem de transact.decis.393. numer.3. & 7. apud Peniam.*

Cuius declarationis, seù limitationis veritas inconcussa est de iure ciuili;non ita forsan de iure Canonico, quia ex dispositione text. *in cap.1.& cap.qualitèr vbi notant omnes de*
21 *pact.* etiam pactum nudum† absque stipulatione, vel alio vestimento parit actionem, vt notat *Ang.in §.alteri vers.sed an de iur. Canonico Inst.inut.stipul.Couarru.in cap.quamuis par.2. §.4.num.9.vers.10.de pact.in 6. Guttier. de iuram. confirmat par.1.cap.36.num.3.Rot.decis.476.n.14. coram bo.me. Buratto decis.58.num.4.& 5. par.6. recent. vbi signantèr num.27.& seqq. ad Statutum*
22 *Vrbis 42. lib.1.* † mandans in Vrbe Romæ seruari ius ciuile vbi Statutum aliquod non determinat, respondetur illud non habere locum in promissore Ecclesiastico quale est Capitulum.

Sed quicquid sit de hoc subest altera de-
23 claratio, † seù veriùs obiectæ conclusionis limitatio quando scilicet transactio non potest impleri, tunc enim superuacaneum est agere ad implementum, & deficiente causa finali transactionis illæsa manent primæua iura, nè præsertim actor ex defectu implementi à reo promissi damnum patiatur, sic *Suar.in exaduerso citata allegatione 19. sub nu.22. vers.ad limitationem Mant.de tac.lib.27.tit.7.n.15 infrà med.vers.diuersum est Larrea alleg. fiscal.26. per tot. & signantèr num.24.num.32. & seqq.* vbi
24 id ampliat quamuis † aliquid fuerit impletum, si maior pars impleri non possit *Rota decis.676.num.7.par.2.recent.* qui est casus noster, quia ob distractionem, & consumptionem effectuum Casalis à Capitulo restitui promissorū impossibile est,quod Capitulum ex parte sua assertam concordiam adimpleat.
25 Tertia est limitatio† quoties transactio est nulla *l.interpositam C.transact. Cancer. var.resol. tom.1.cap.18. num.44.* Nullitas in casu nostro est euidens ex defectu potestatis Benedicti Martellij, cum quo procuratorio nomine conductorum fuit transactum (quod est alterum decisionis fundamentum.) Habebat
26 enim ille mandatum ad lites, † quod non sufficit *l.transactionis C.transact.* prout nec generale ad negotia, sed speciale requiritur *l. mand.generale ff.procur.Rot.decis.414.num.2.par.2 & decis.529.num.1.par.4.recent. decis.54.num.4. coram Buratto vbi add. litt.B. alleg. concord.* Et
27 quidem ab omnibus † conductoribus *l.1.§. cum igitur C.transact.*
28 Vtilitas autem transactionis † ponderata in prima decisione ad euitandam specialis mandati necessitatem cum supposito, quod transactio tantū dederit conductoribus quātum sententia ipsa Iudicis dare potuisset ex *doctrin.Anchar.in cap.quia ad agendum num.3.de procurat.& alior.ibi allegat.* visa est ex nouitèr deductis euanescere penitùs,quia per senten-
29 tiam in iudicio spolij† per eos moto ferendam consecuti conductores fuissent integrā, & li-

& liberam omnium effectuum Casalis pos-
sessionem absque aliquo vinculo, aut con-
ditione in instrumento locationis non ex-
pressa, & in eo statu, quo erant tempore
commissi spolij *cap. conquerente vbi DD. omn.*
de restit.spoliat. Lancell.de attent. par.2.cap.4.am-
pliat.1.num.9.& cap.31.num.178. Rot.decis.539.
num.1.coram Card.Caual.decis.54.num.1. & seqq.
30 *apud Moder.Pisauren.de subhast.* vsque † ad vl-
timum quadrantem *Curt.Iun.cons.41.sub n.16*
Rota decis.15.de restit.spoliat.in nou.dec.100.nu.1.
31 *apud Modern.Perus.de subhast.* ac etiam † expen-
sas, & damna passa *cap.grauis de restit.spol.Bald.*
in d.cap.conquiescente nu.1.cum alijs alleg.dec.693
num.6.coram Penia.

At in transactione, nec verbum quidem
de expensis, ac damnis huiusmodi, & effe-
ctus Casalis, quo ad animalia non fuit con-
uentum quod restituerentur conductoribus,
sed quod manerent in manibus eorum, pe-
nes quos reperiebantur hoc est Franciscum
Antonium nouum conductorem, eiusque
Ministros; quo verò ad frumentum adiecta
fuerũt vincula liberę eius dispositioni prius
competenti omnino repugnantia, quod ni-
mirum horrea frumentaria duabus claude-
rentur clauibus, quarum altera pęnes Capi-
tulum maneret; quod frumentum vendi, &
ab horreis extrahi non valeat, nisi per empto-
rem depositato prætio in Bancho S. Spiritus
non exinde amouendo ante satisfactum Ca-
pitulum, quod in emptione siue frumenti,
siue cuiusuis alterius effectuum Capitulum
32 pro eodem prætio habeat prælationem, † quę
efficit vt difficilius reperiantur emptores, &
cum auferat potestatem vendendi personis
benè visis à iure concessarum *l.dudum C.con-*
trah.empt. cap. constitutus de relig.domib. redolet
33 onus † nimis graue, & odiosum *Tiraq. de*
vtroque retract.in præfat.num.60.& seqq. Roland.
cons.22.num.12.lib.2.Salon.de Pace cons.30.n.13.
Rot.decis.184.sub nu.11.par.1.recent. nec de iure
34 locator † super fructibus rei locatę à solo se-
paratis habet prælationem in emptione, aut
dominio, sed solùm in hypotheca aduersus
alios creditores, vt benè explicat *Peregr. con-*
sil.80.num.2.& 3.lib.3.

Ex quibus inanis est vtilitas, quam afferre
solet recessus à lite, dum ille tanti emitur, &
quod plus est facilem in ea lite victoriam
præseferebat euidens bonum ius conducto-
35 rum, † vt patet ex duabus decisionibus de-
super postea editis, & iuxtà stylum suppo-
nendis. Hinc etiam pro Capitulo gratis ex-
penduntur clausulæ mandati procuræ in per-
36 sonam Martellij † ibi, *& generaliter &c. pro-*
mittens &c. Summ.impress.Capit.num.18. in
fin. importantes mandatum cum libera *Rot.*
37 *dec.374.num.33.& 36.par.5.rec.* quod † sufficit
ad transigendum *gloss.in l.transactionis verb.de-*
rogatur C.transact.& in cap.qui ad agendum verb.
concessa de procur.in 6. Decian.cons.103.num.10.
lib.3. Alex.cons.4.num.10.lib.5. Rot.decis.414.sub
num.3.par.2.recent.

Quia intelligendum hoc est de transactio-
38 ne vtili, † ac super dubio, non autem quan-
do ius est clarum, & graue periculum tran-
sigendo infertur *Ciriac.contr.278. sub num.59.*
& 60. Alex.cons.22.nu.8.& seqq.lib.1. Surd.con-
sil.431.sub num.37. & 38. Rot.in punct.mand spe-
citualis ad transigendum decis.696.sub nu.4.par.2.
recent. Estque vlterius aduertendum primò,
quod clausulæ exaduerso ponderatæ non ca-
dunt super mandato ad negotia, & admini-
39 strationem bonorum, sed ad lites † ad quas
mandatum cum libera non præbet transi-
gendi facultatem, nisi simul demandata fue-
rit libera administratio omnium bonorum
& totius causæ, vt egregiè *in l. mandato 60. ff.*
procur. declarat *Bart.sub num.1. Castr.in l. Procu-*
rator 58. num.6. ff. eod. Card. Zabarell. cons.59.
num.1. facit *Ciriac. controu.278. num.57. & 58.*
Secundò quod Martellus non fuit constitu-
tus Procurator ab omnibus conductoribus,
qui etsi conduxerint insolidum, & hoc mo-
40 do socij videantur ex societate tamen † non
resultat mandatum nisi ad geren. vtilia *Ias.*
in l.stipul.non diuid.sub num.9.vers.secundo ff.ver-
bor.obligat. Surd.cons.43.num.9. Monac. decis.Bo-
nonien.45.num.7.

Asserta verò omnium conductorum rati-
ficatio, quia prima decisio erat ex traditio-
nibus clauium horreorum, alijsque actibus
gestis cum ipso Martello, aut alijs condu-
ctorum Ministris laborat eodem defectu po-
testatis, quæ sicut specialis requirebatur ad
41 transigendum † ita ad transactionem absque
speciali mãdato factam ratificandum *gloss.in*
cap.nonnulli verb.sine special.de rescript. Ias. in l.
licet num.10.limit.4.C.procur. Gabriel. cons.194.
num.6.lib.1. Ceph.cons.442.num.87. Menoch.con-
sil.28.nu.27.lib.1. vltrà quod alios Ministros
scientiam transactionis habuisse non proba-
tur, vt debet *Rot.decis.244.num.2.& decis.267.n.8*
par.1.recent.

Quæque ratificatio de nouo assertur ex
gestis ab ipsis met conductoribus, videlicet
quia in instrumento mutui celebrato cum
Excellentissimo principe Sulmonis ei hypo-
thecauerint nominatim fructum de anno
1645. (qui est annus spolii, ac transactionis)
recollectum in Casali Campi mortui, & re-
conditum in eiusdem Casalis horreis, ac
fassi fuerint clauium illorum alteram penes
se, alteram penes Dominos Canonicos re-
periri, quod fuit in transactione dispositum
Summ.impress.Cap.num.14.in fin. Necnon
quia in memoriali porrecto Pontifici Dño
Nostro narrauerint tenorem transactionis
Summ.ibid.22.

Caret fundamento nãm citrà ratificatio-
nem transactionis Conductores potuerunt
frumentum cum vigore locationis ad ipsos
spectaret, quamuis ab alijs occuparetur sub
spe illius recuperationis hypothecare Do-
42 mino † Principi *ex alleg.per Moder. Foroliuien.*
de pignor.lib.2.qu.65. & lib.4. qu.156. per tot. &
confessio existentiæ clauium, vt supra, quia
etiam ante concordiam claues eodem
modo retinebantur, vt probant testes dati in
calce tertiæ responsionis facti pro Venturi-
43 nis approbationem concordiæ † non conclu-
dit

dit per necessè, & vniuocè vt oportet *Surd. cons. 28. num. 18. Cancer. var. resolut. par. 2. cap. 6. num. 104. Ciriac. controu. 139. nu. 35. Rot. dec. 553. num. 13. par. 1. recent.* Eo minùs quia mentionem concordiæ non facit, & esto quod post illam cōductores clauem aliquam horreorū recepissent à Capitulo, quia potuerunt recipere non in acceptationem concordiæ, sed vt minus perderent haud exindè resultaret
44 acceptatio † concordiæ, *vt ex Innoc. Anton. de But. Zabar. Bart.* & alijs distinguendo inter spontè aliquid soluentem, ac recipientem tradit *Lanar. cons. 33. num. 11. Vinc. de Franch. decis. 200. n. 21. & 22. Reg. Galeot. contran. Iur. lib. 2. contron. 47. num. 52. & 53.* vbi subdit quod non
45 dicitur ratificare, † qui percipit quod in omnem casum, & euentum erat percepturus *Rot. coram san. mem. Greg. XV. dec. 311. nu. 17.*
46 Præsertim non probata † in recipiente omnium qualitatum concordiæ indiuidua sciētia ad id requisita *Natt. cons. 162. num. 55. Decian. cons. 5. num. 26. lib. 5. Rot. decis. 95. nu. 4. par. 1. recent. d. decis. 311. num. 16. coram san. mem. Greg. ibique add. num. 21.* Nihil suffragante præsumptione, quod Martellus Procurator conductores de qualitatibus concordiæ certiorauerit, vt ponderat *prima decisio*, quia ea præsumptio restringitur ad personas, quarū Martellus erat Procurator, & ob notabile præiudicium quod concordia parit scien-
47 tia præsumpta † non sufficit *Ciriac. contr. 278. num. 62. contron. 289. nu. 3. Lancell. de attent. par. 1. cap. 1. num. 84. & seqq. Rot. decis. 501. num. 2. par. 2. recent. & in puncto decis. 430. num. 4. in fin. par. 4.* Licet secus sit in non præiudicialibus in quibus terminis loquitur *decis. 197. num. 1. & 10. par. 4. to. 2. recent. allegata in prima decisione.*

Memoriale Sanctissimo quis porrexerit, non apparet, cumque plures ibi nominentur
48 Oratores † non omnium mandatum præsumitur *add. ad Gregor. decis. 331. num. 19. Rot. decis. 1220. num. 8. coram Penia, & in Firmana Domus 23. Maij 1631. coram clar. memor. Coccino.* Sed præterea ex quo conductores narrauerint Sanctissimo tenorem concordię, non sequitur quod illi consenserint, quia narratiua intelligi potest de concordia, vt facta à non legitimo Procuratore, non vt valida, & iuris effectum habente, vt in pun-
49 cto de eo, qui in supplicatione † narrauit Pensionem reseruatam, quod ei consentire, non ideò censeatur comprobat, *Rot. dec. 343. num. 4. & seqq. coram bo. mem. Merlin. inter eius impress. & in Meliten. Pensionis 7. Iunij 1630. § primo coram bon. mem. Coccino, in Concben. Pensionis 21. Maij 1649. § secundo quia, coram Eminentiss. D. Card. Corrado*, & in fortioribus terminis *Ciriac. contron. 278. num. 63.* Faciliùs in casu nostro, quo non fuit supplicatum Papæ, vt concordiam factam seruari mandet, sed imò allegando dictæ concordię ex parte Capituli inobseruantiam petitur, vt mandet terminari negotium per aliam concordiam, vel per Iudicem delegandum, & sic narratiua
50 emanauit † ad effectum prorsus alienum à ratificatione primæ concordiæ, quod ponderauit *Rot. in dicta Concben. Pensionis § primo quia coram Eminentiss. D. Card. Corrado*, omnique prorsus excludit memorialis conclusio,
51 quæ potiùs † quàm narratiua debet attendi *Bald. in l. dominum sub num. 1. C. rei vind. Ang. consil. 36. num. 1. Natt. cons. 120. num. 22. Giurligmon. resp. 22. num. 19. lib. 1. Menoch. d. recuper. remed. 15. num. 248.*

Et ità decisum vtraque parte sæpiùs, & acerrimè informante omisso an post concordiam nouum spolium fuerit commissū, cum satis sit non fuisse sublatum primum per assertam concordiam à Capitulo non adimpletam, & à conductoribus, nec demandatam, nec ratificatam.

ROMANA SEV IANVEN. CAMBII.

Lunæ 18. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Recognitio scripturarum quot modis fieri potest in Curia A. C. Mandatum de soluendo litteras cambij ex quibus resultet? & ex quibus probetur illarum solutio?

SVMMARIVM.

1 *Recognitio scripturæ quæ sine Testibus confici solet sufficienter fit per Testes habentes notam manum scribentis.*

2 *Recognitio scripturarum habetur pro facta si Iudex in contumaciam nō comparentis ad recognoscendum pronunciauit eas haberi pro recognitis.*

3 *Quod seruatur in Curia A. C. & disponit etiam statutum Vrbis lib. 1. cap. 34.*

4 *Mandatum de soluendo litteras cambij ex quibus probetur?*

5 *Identitas probatur ex pluribus simul iunctis.*

6 *Mandatarius agere potest contra mandantem contraria actione mandati.*

7 *Solutio litterarum cambij facta de ordine siue mandato alicuius pro certo negotio probatur ex subsecuta approbatione mandantis, necnon ex alijs de quibus, nu. 10.*

8 *Præsertim quando non constat aliud inter partes de tempore solutionis extitisse negotium.*

9 *Confessio implicita idem operatur, ac explicita, & expressa.*

11 *Liber nūcupatus scartafaccio di fiera post completas nundinas, præsertim concurrentibus adminiculis plenè probat.*

12 *Cambium nūcupatum con la ricorsa refertur à Salon de Paz.*

13 *Exceptio requirens altiorem indaginem apta non est ad retardandam executionem litterarum cambij.*

14 *Littera cambij paratam habent executionem.*

DECISIO DI.

OBIECTA ab Alexandro, & Io: Baptista de Siris in memoriali mensibus præteritis porrecto pro obtinenda noua audientia, (prout tunc obtinuerunt) aduersus decisionem editam die 27. Nouembris proximè præteriti, cuius hodie examen assumptum fuit circa

circa tria versabantur, negarunt enim primò litteras, quarum vigore Balbus creditor agit esse recognitas. Secundò solutionem factam à Balbo sibi met in executionem litterarum Cambij, quas Fliscus è Ciuitate Mediolani sub die 3. Septembris anni 1649. ipsi direxerat dici posse factam vigore mandati de soluendo à Siris per litteras recepto, quippè hoc emanauit die 23. Octobris, & sic longè post litteras Flisci. Tertiò cambium esse purum, ac directum, sed vt dicitur *con la ricorsa*, & conflatum ex fructibus aliorum cambiorum precedentium.

Primum obiectum tollitur, quia litteræ cambij conscriptæ à Flisco recognitæ sunt per Testes bonam rationem reddentes, &
1 cum agatur de scriptura, † quæ sine Testibus confici solet satis est, quod Testes deponant se habere notam manum scribentis iuxtà stylum Curiæ, & præsertim A.C. de quo testatur *Scacc. de indic. lib. 2. cap. 11. num. 971. Buratt. decis. 582. num. 5. decis. 624. nu. 1.* Ad recognoscendas verò alias litteras scriptas à Sirijs continentes mandatum de soluendo citati fuerunt
2 ipsimet Siri, & ob illorum contumaciam in recognoscendo, Iudex decreuit eas haberi pro recognitis, vt solet in Tribunali A. C.
3 vbi recognitio facta fuit, & disponit *Statutum Vrbis lib. 1. c. 34.* ac satis esse tradit *Coler de process. execut. par. 3. cap. 1. num. 95. & 138. Gaill. obser. lib. 1. obseru. 80. num. 6. Scacc. de indic. dicto cap. 11. num. 1055.*

Alteri obiecto satisfit animaduertendo, quod litteræ cambij, & si scriptæ die tertia Septembris soluendæ non erant, nisi in nundinis Sanctorum, vt constat ex ipsis litteris, ibi, *in cotesti pagamenti di fiera prossima de Santi pagarete &c.* vndè satis est, quod mandatum de soluendo ante dictas nundinas emanauerit,
4 præsertim † cum idem mandatum non possit referri ad alias litteras cambij, sed concordet cum istis, tum in nomine scribentis, ac loco ibi, *vi sarà tratto da Milano*, tum in summa, ibi, *scudi 5448. 19. oro Marche*, tum in tempore solutionis, ibi, *nella prossima fiera de Santi*, tum in personis à quibus debetur releuatio, ibi, *per detto nostro conto*, & in litteris cambij, ibi, *e ponete à conto delli Signori Gio. Battista, & Alessandro Siri*; tum tandem in persona eius, cui litteræ cambij pagabiles erant, ibi, *sotto vostro nome*, & in litteris cambij, ibi, *à voi medesimo*, quæ om-
5 nia † abundè identitatem probant *iuxtà theor. Bart. communiter receptam in l. demonstratio nu. 14. ff. condit. & demonstr. Alex. cons. 73. nu. 6. lib. 3. Socc. cons. 89. n. 1. lib. 1. Caualer. decis. 311. n. 4.*

Vndè cum Balbus dictas litteras cambij soluerit in nundinis sanctorum, & iam præcessisset mandatum Siriorum, cuius contemplatione soluit, dubium nō est, quin pro sum-
6 ma soluta † agere possit contra mandantem contraria actione mandati *ex allegatis in prima decisione, §. altera in fine*. Præsertim quia successiuè sub die 11. Nouembris Balbus de dicta solutione per epistolam monuit Sirios, vt *in Summ. preterita positionis nu. 5.* & Sirij respondendo solutionem approbarunt, ibi, *In risposta del vostro spaccio di fiera passata de Santi si dice hauer accommodato scrittura di vostra conformità del negotiato per nostro conto in detta fiera, dicto Summ. num. 6.* Quo approbatio subsecuta † coheren-
7 ter in responsionem ad Epistolam Balbi, ac proxima tempori, quo Balbus vt supra soluerat litteras cambij refertur per necesse ad hoc ipsum negotium, *Menoch. de arbit. cas. 432. num. 38. & præsumpt. 35. sub num. 8. lib. 3. Gratian. discep. 897. num. 11. Rot. decis. 114. nu. 6. & 7. par. 5. recent.* Maximè quia non constat † aliud inter
8 has partes de dicto tempore emanasse, vt per *Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres numer. 19. ff. verb. oblig. Bald. in rub. Cod. verb. signif. num. 4. vers. nisi aliud Roman. in l. si constante num. 33. vers. hoc limitarem ff. solut. matrim. Surd. cons. 23. num. 31. & seqq. Becc. cons. 34. nu. 14.*

Hinc gratis negatur, quod Balbus litteras cambij à Flisco missas soluerit, cum id Sirij in dicta approbatione implicitè fassi fuerint,
9 quod sufficit *Aegid. Bellam. decis. 683. ante num. 1. Rot. in Marsicen. Iurisdictionis 29. Ianuarij 1644. §. primum adminiculum in fin. coram me*. Et vlterius probetur ex quietantia ipsius Balbi † da-
10 ta *in dicto Summ. num. 4.* necnon ex libro nuncupato scartafascio di fiera, qui post comple-
11 tas nundinas † concurrentibus præsertim dictis adminiculis plenè probat esto quod alias non probaret, *Caputaq. decis. 234. n. 2. par. 1. Rota decis. 198. num. 2. par. 1. recent. decis. 418. nu. 5. par. 2. decis. 716. n. 4. coram bo. me. Buratto.*

Tertium obiectum euacuatur ex deductis *in prima decisione, §. alteram*, vbi comprobatum fuit nos versari extra species cambij nuncu-
12 pati *con la ricorsa* de quo † vltrà ibi allegatos loquitur *Salon de Iust. & Iur. tom. 2. tit. de camb. quest. 4. art. 2. num. 2. & seqq.* Et in omnem euentum exceptionem hanc vti requirentem † altiorem indaginem aptam non esse retarda-
13 re executionem, quam litteræ cambij † paratam habent *Scacc. de camb. §. 7. gloss. 4. num. 1. Rot. decis. 7. nu. 2. apud Zacch. de oblig. Cameri.*

Et ità decisum informante solum Balbo expectatis tamen diu, & citatis septies aduersarijs.

ROMANA CENSVS.

Veneris 19. Aprilis 1652.

ARGVMENTVM.

Census cum sit species alienationis imponi nequit ab Ecclesia non seruata forma *extrauag. ambitiosæ de reb. Eccles. non alien.* Beneplacitum Apostolicum non requiritur in quærendis per Ecclesiam, & nondum incorporatis. Census ex præscripto Bullæ pianæ imponi debet super re existenti in rerum natura, ac fructifera de tempore contractus, Ecclesia valet generaliter hypothecare eius bona absq; beneplacito Apostolico pro obseruantia contractus, quod tamen declara non procedere quando vigore generalis hypotecæ deueniendum est ad alienationem.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non datur absque læsione.*
2 *Archiconfraternitas Spiritus Sancti nationis Neapolitanæ de Vrbe est Ecclesiastica.*
3 *Ecclesia nequit bona alienare non seruata forma* extrauagantis ambitiosæ de reb. Eccles. non alien.
4 *Census cum sit species alienationis imponi nequit ab Ecclesia non seruatis solemnitatibus* extrauagantis ambitiosæ de reb. Eccles. non alien.
5 *Et ad validitatem census requiritur causa, & solemnitas, itaut vnum sine alio non sufficiat.*
6 *Beneplacitum Apostolicum requiritur in impositione census etiam pro vtilitate Ecclesiæ.*
7 *Beneplacitum Apostolicum non requiritur pro bonis acquirendis ab Ecclesia, & eidem non incorporatis.*
8 *Census ex præscripto Bullæ pianæ imponi debet super re existente in rerum natura, & fructifera tempore contractus.*
9 *Census præsumitur impositus super fundo reddente fructus æquiualentes.*
10 *Alienatio rei Ecclesiæ modici valoris permittitur absque solemnitatibus.*
11 *Ecclesia valet generaliter obligare eius bona pro bonis acquirendis.*
12 *Hypoteca generalis constitui potest super bonis Ecclesiæ ex iusta causa absque beneplacito, non autem respectu hypotecæ specialis.*
13 *Limita non procedere etiam respectu generalis, quando per eam deueniendum est ad alienationem.*
14 *Census impositus ab Ecclesia, quamuis sit nullus, fructus tamen debentur loco damnorum, & interesse, ipsaque sors venit restituenda constito de illius versione in Ecclesiæ vtilitatem.*

DECISIO DII.

VSQVE de anno 1632. per sententiam bon. mem. R.P.D. Tornielli Iudicis à Sac. Visita deputati declaratus fuit nullus census ab Archiconfraternitate Spiritus Sancti Nationis Neapolitanæ impositus de anno 1617. ac venditus Antonio Thesaurario cuius est hæres Confraternitas B. Mariæ de Horto, aduersus quam sententiam in iudicatum lapsam, commissa mihi causa restitutionis in integrum, Rota negatiuè respondit stante validitate, & Iustitia sententiæ excludentibus
1 omnem læsionem, † sine qua restitutio in integrum non datur *Buratt. decis. 130. n. 1. & 2. decis. 323. n. 1. Canal. decis. 516. n. 1.*

Validitas non impugnatur, iustitia, hoc est nullitas Census patet, quia cum Archi-
2 confraternitas Spiritus Sancti † sit Ecclesiastica, vt fuit decisum *in Romana Spolij 4. Iulij 1627. & 16. Ianuarij 1632. coram recol. me. Coccin.*
3 sicuti non poterat † non seruata forma *extrau. ambitiosæ de reb. Eccl. non alien.* domum propriã alienare, ità nec desuper imponere Censum,
4 quippè qui est species alienationis, vt in terminis *Cinc. de censib. quæst. 88. sub n. 15. vers. prout etiam Census Rota inter impress. post d. tract. dec. 27. num. 2. decis. 28. num. 1. decis. 36. num. 1. & seqq. decis. 37. num. 1. & 2.* in quibus vlterius firmatur, quod copulatiuè, ad validitatem Census re-
5 quiritur † causa, & solemnitas, itaut vnum sine alio non sufficiat *text. text. in cap. sine except. 12. quæst. 2. Abb. in cap. tua nuper num. 8. de his, quæ fiunt à Prælat. Dec. cons. 142. n. 4. Seraph. dec. 1490. num. 1. cum alijs allegatis in Cracouien. Decimarum 21. Maij 1640. §. ex defectu coram R. P. D. meo Cerro.*

Hinc nil refert quod Census fuerit impo-
6 situs pro vtilitate Ecclesiæ † pro domo, scilicet construi cœpta perficienda, quia adhuc desiderabatur beneplacitum Apostolicum, quod deest, & quatenus replicetur, quod in
7 quærendis, † & Ecclesiæ non incorporatis non requiritur beneplacitum *Clar. in §. feudum quæst. 13. nu. 3. vers. item quia Molin. de Iust. & Iur. to. 2. de contract. disp. 468. sub num. 17. vers. ex eodem Guidopapa decis. 154. n. 1. & seqq.*

Respondetur, quicquid sit de hac conclusione in abstracto sumpta, eam non applicari casui nostro, quia vel Census prætenditur impositus super parte domus fabricanda, & sic super quærendis, & non tenet ex alio capite, cum ex præscripto Bullæ Pianæ † debeat
8 imponi super re existente in rerum natura, & fructifera tempore contractus, vt legitur in verbis Bullæ *vers. hac igitur nostra, ibi, de sui natura fructifera,* vt notat *Nauar. de vsur. sub nu. 79. vers. cui satis, & num. seqq. Bottate de Censib. par. 2. num. 100. Scacc. de Camb. §. 1. quæst. 1. nu. 177. Cinc. de Censib. quæst. 35. num. 1. per tot.* vel dicitur impositus super parte domus iam constructa, & quæ tunc fructifera erat, & in ea non verificatur, quod esset quærenda, quia iam erat in pleno dominio Ecclesiæ reddebatque fructus
9 excedentes † Censum impositum, vt contrahentes in Instrumento Census asseruerunt, & præsumitur *Rota decis. 19. num. 11. & 12. inter impress. apud Modern. Perus. de manutenendo, & in Moliten. Hæreditatis 6. Februarij 1640. coram bon. me. Card. Verospio Iun.*

Gratis propterea allegatur vlterius, quod res modici valoris † distrahi possit sine solem-
10 nitatibus *cap. terrulas 12. quæst. 2. Seraph. decis. 36.* Quia talis non erat pars domus constructa censui subiugatæ minus releuat, quod eadem pars potuerit obligari pro fabrica perficienda
11 non secus ac pro bonis acquirendis † *Abb. in cap. nulli num. 2. & 3. de reb. Eccles. non alien. Rot. in Amerina Bonorum 21. Februarij 1642. coram Reuerendiss. Archiepiscopo Tarraconensi,* quia id solum procedit respectu hypothecæ generalis, quæ
12 super † bonis Ecclesiæ constitui ex iusta causa permittitur absque beneplacito, in quibus terminis loquuntur exaduerso allegati, & quotquot in id allegari possunt, non autem respectu hypothecæ specialis, *Abb. in d. c. nulli num. 3. Molin. de iust. & iur. disput. 466. num. 1. & 2. Redoan. de reb. Eccles. non alien. quæst. 2. cap. 6. nu. 11. & 12. & 16.* Eoque minus respectu impositionis Census, quæ vt dicebam est species alienationis, quinimò nec generalem suffragari
13 quando † per eam deueniendum esset ad alienationem tradit *Beroi. in d. cap. nulli num. 15.*

vers. ant.

vers. animaduertendum tamen est de reb. Ecclef. non alien. quem sequitur *Redoan. eod. tract. q. 2. cap. 6. num. 13. & 16. vers. vbi etiam Rota in eadem Amerina Bonorum 2. Iunij 1645. coram Domino Tarraconen. impress. post tract. Moder. Foroliuien. de pig. decis. 97. num. 6. & seqq.*

Non obstat, quod fructus Census † debeã-
14 tur saltem tanquam damna, & interesse, ipsaque sors restituenda veniat, ex quo probatur versa in vtilitatem Ecclesiæ. Nam sententia bon. mem. Tornielli solum negat deberi fructus Census, nec explicat an debentur tamquam damna, & interesse, aut an sors principalis ratione versionis in vtilitatem Ecclesiæ, sit restituenda, quæ proinde non pertinent ad dubium propositum, sed suo loco discutienda erunt, vt seruatum fuit *in decis. 620. num. 1. & seqq. apud Peniam, & in decis. 229. per tot. apud Cenc. de censib.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

PORTVEN. AFFICTVS.

Veneris 19. Aprilis 1652.

ARGVMENTVM.

Quantitas frumenti recollecti probatur per Testes singulares, quando circa perceptionem nulla est quæstio, non obstante, quod in libris gabellæ minor quantitas adnotata reperitur, quia dictus liber probat affirmatiuã, nempè dictam quantitatem fuisse ibi delatã, nec pro maiori fuisse solutam gabellam, non autem concludit maiorem quantitatem à testibus relatam non fuisse perceptam, quibus in concursu potiùs, quam libris standum est.

SVMMARIVM.

1 *Quantitas frumenti recollecti probatur per Testes singulares, quando de perceptione non dubitatur.*

2 *Liber gabellæ probat quantitatem frumenti in ea adnotatam, & pro maiori non fuisse solutam gabellam non tamen concludit maiorem quantitatem à Testibus relatam non fuisse perceptam, & numer. 3.*

4 *Testes si deponant de maiori quantitate frumenti recollecti, quam in libro gabellæ continetur, illis magis adhibenda est fides, quam libro.*

5 *Liber gabellæ non probat in praiudicium tertij, qui præsens non fuit denunciationi facta circa quantitatem in eo descriptam.*

6 *Quantitas frumenti quod fuerit asportata probatur ex solutione nauli.*

7 *Nauli solutio pro tanta quantitate si apparet facta non potest deinde à soluente impugnari, quod tanta quantitas non fuerit delata.*

8 *Liber Dohanæ continens descriptionem ordei loco frumenti, ex quibus erroneus detegatur?*

9 *Ad Testis mendacium euitandum quælibet interpretatio sumenda est.*

10 *Condemnatus ad restituendum prætium frumenti venditi dolere non debet si ad illam quantitatem condemnetur pro qua apparet venditum in libris Annonæ, nec est inquirendum, an pretium iustum, nec nè fuerit?*

11 *Decisio iuxtà stylum Rotæ supponenda, nec in dubium reuocanda.*

DECISIO DIII.

RETARDANDAE expeditioni mandati executiui ab Eminẽtiss. D. Card. Roma petitæ prò quantitate expressa in vltima decisione huius causæ Sbaccarus, & Socij rei cõuenti, ea mdẽ decisionem hodie impugnarunt tàm circa quantitatem frumenti recollecti anno 1650. in Casali Portuensi, quam circa illius precium.

Negantes videlicet quantitatem in rubris 1178. ⅔ frumenti probari per Testes exaduerso examinatos, tum quia sunt singulares eisque aduersatur liber Portæ, seu Dohanæ continens minorem summam, tum quia signanter ex eodem libro tres ex Testibus mẽdaces deteguntur, nempè Prosper Coppula quia deponit asportasse ad Vrbem suo nauiculo rubra 600. frumenti circiter, in libro vero legitur asportasse rubra 321. Item Nicolaus Patientes, qui affirmat detulisse rubra 110. frumenti, nam in libro hoc descriptum non apparet, solumque legitur delata ab illo fuisse rubra 103. ordei. Ac tandem Hieronymus Sciarra cum deponat transmisisse ad Vrbem frumenti rubra 95. in libro autem sint adnotata rubra 51.

Circa vero pretium desumptum ex venditionibus adnotatis in libro Annonę, negarunt illud etiam in minori quantitate scutorum 5. pro quolibet rubro referri posse ad rubra 110. è Casali Portuensi huc delata à nauiculario nũcupato Nicolao Patiente, quia ipsemet iuxtà vigesimum, interrogatorium deposuit dictum frumentum fuisse vt dicitur *conciatura, e spazzatura d'ara*, quæ sanè tanti empta à furnarijs Vrbis non præsumitur, vt propterea partitæ libri Annonæ loquentes de venditione ad rationem scutorum 5. intelligendæ sint de alijs frumentis collectis ab eisdem affictuarijs in Casale Malleanæ: præsertim quia non excedunt rubra 50. & ex fidibus extraiudicialibus pridie exaratis constat in horreis Sbaccari, & sociorum hodie nihil frumenti reperiri, & sic etiam frumentum malleanæ venditum fuisse.

Tertiò loco iterum exceperunt de expensis factis *nel zappone, e nella mondarella*, omninò necessarijs vt deponunt testes dati *in Summario Sbaccari num. 2.* necnon de deductione annuorum scutorum 400. quæ soluerũt contemplatione licentiæ ferendi in vltimo anno affictus per apocam priuatam exaduerso non admissam concessæ.

Hæc tamen omnia quia facili negocio diluuntur visa non sunt mæreri vltimæ decisionis reuisionem, seu apta ad impediendam expeditionem petitam post quatuor decisiones in hac causa emanatas ac litem, licet executiuam ferè biennalem, vtque aduersarijs vberiùs satisfiat Domini voluerunt per me in relationibus causarum extendi decisionem respondendo.

Ad primum obiectum per Testes etiam
singulares probari quantitatem † frumenti,
1 cum de perceptione non dubitetur ex allega-
tis *in vltima decisione, §. quantitatem*, maximè
quia quoad actum onerationis frumenti in
area Portuensi, ac delationis ad Vrbem sin-
gulares non sunt, nam quartus iuxta vigesi-
mum, & super quinto, & sextus iuxtà trigesi-
mum deponit, nedum à seipso, sed etiàm ab
alijs nauicularijs eos proprijs nominibus nū-
cupando, (qui sunt illi met examinati) fru-
mentū fuisse delatum ac sibi pro tanta quan-
titate solutam mercedem ad rationem vnius
Iulij pro quolibet rubro. Nec eorū fides mi-
nuitur ex quo liber gabellæ † minorē quan-
2 titatem contineat, quia ille probat quidē af-
firmatiuam tantū scilicet fuisse delatū, quan-
tum ibi descriptū est, siue etiam negatiuam,
quod videlicet pro maiori quantitate nō fue-
rit soluta gabella, vt per *Bald. & alios allegat. à
Masc ard. de probat. concl. 834. nu. 36. & concl. 975.
3 n. 40.* sed non quod maior quantitas† nō fue-
rit in Casali Portuensi recollecta de qua Te-
stes deponūt, vt bene ponderauit *Rot. dec. 263.
n. 15. par. 7. rec.* nam multoties fit fraus gabel-
læ minus denunciando. Cumque Testes de-
4 ponant specificè de quantitate† in casali per-
cepta, illis magis adhibēda est fides, quam li-
bro Portæ, seu gabellæ, vt in specie respondit
Surd. dec. 336. nu. 12. & 16. præsertim quia ho-
die non agitur inter gabellarios, & portito-
res frumenti, seu sbaccarū, & socios, sed cum
D. Card. cuius ministri cū denunciationi fa-
ctæ gabellarijs præsentes non fuerint, in eius
5 præiudiciū liber† gabellę nil probat *Alex. cons.
68. n. 2. in fin. & n. 3. lib. 3. Menoch. de arbitr. lib. 2.
cas. 91. n. 25. & seq. Scacc. de iudic. lib. 2. c. 11. n. 117.
& 118. relatus à Modern. Patauin. de script. priuat.
tit. de libr. ratio. Gabell. n. 11. & seqq.*

Mendacium Prosperi Coppulæ excluditur
quia & si in libro Portæ rubra 321. triplicato
itinere sub eius nomine asportata describan-
tur; aduertendum est quod ipse deponit fru-
mentum asportasse quinque itineribus inclu-
dendo nimirum alia duo itinera mediante
nauicula Patroni Laurentij, quæ in eodem
libro Portæ sub nomine dicti Patroni descri-
pta fuerunt, necà Testibus recensentur tan-
quam distincta, ac tribuenda sunt Coppulæ,
tum quia quartus Testis iuxtà 23. affirmat
Coppulam vsum fuisse nauicula dicti Patro-
ni Laurentij, tum quia etiam pro dictis duo-
6 bus itineribus nauli mercedem † recepit à
Sbaccaro, & socijs aduersarijs, *iuxtà text. in
l. tres Tutores, §. non solum ibi: ita autem §. gessisse ff.
de administr. Tutor. l. soluto, l. vero procuratori ff. solut.
Larr. decis. Granaten. 45. sub num. 19. Rot. decis. 353.
sub num. 4. par. 1. recent.* qui aduersarij cum nau-
lum Coppulæ soluerint† pro rubris 600. gra-
7 ni hodie negant totidem ab eo delata, vt per
*gloss. in l. 1. §. qui superficiem verb. agenda ff. superfic.
Socc. in l. 3. num. 8. ff. reb. dub. Bald. cons. 245. num. 1.
in fin. lib. 3. Neuiz. cons. 7. num. Surd. cons. 18. nu. 37.
cons. 376. num. 12.* Et quatenus negent, esset in
eorum debitum addendum frumentum de-
latum à Patrono Laurentio, ita tamen vt
omnibus simul iunctis conficiatur summa
probata à Testibus, quibus vt dicebam in-
hærendum est potiùs quam libro Portæ.

Quod frumentum vectum à Nicolao Pa-
tiere fuerit à Dohanerio descriptum sub spe-
8 cie ordei, † non mirum, quia vt exaduerso
asseritur ordeo simile, ac areæ munditiis, &
quisquiliæ erat. Confirmaturque hic error ex
articulis exaduerso exhibitis continentibus,
quod de anno 1650. in Casali Portuensi or-
deum, nec fuit recollectum, nec satum, ex
indè enim per necesse sequitur segetes in area
dicti Casalis oneratas, & huc delatas non po-
tuisse esse ordeum, vt ad rem ratiocinatur
Surd. decis. 136. sub nu. 10. vers. secundo in eod. libro,
omnisque siumenda est interpretatio† ad eui-
9 tandum Testis mendacium *Alex. cons. 13. n. 4.
& seqq. lib. 7. Cas. de Grass. decis. 5. num. 23. de spon-
sal. Rot. decis. 167. num. 53. par. 1. recent. decis. 344.
nu. 14. & 15. coram bo. me. Buratto.*

Dictum Hieronymi Sciarræ non contra-
riatur libro Portæ, quia ibi describitur tan-
tum frumentum delatum per aquam, & vere
hoc modo Hieronymus non transmisit, nisi
rubra 51. alia tamen 44. transmisit itinere
terrestri, vt ipsemet deponit iuxtà trigesimū
interrogatorium, ibi, *ne raccolsi anco 44 rubia
quali feci portar per terra con li miei carri, & altri
presi à vettura, che in tutto il mio raccolto fù di 95.
rubia di grano.*

Quo verò ad prætium dicti frumenti im-
mundi, & quisquiliosi placuit dilegma infor-
mātium pro Domino Cardinali, quod nem-
pe aut illud fuit venditum ad rationem scu-
torum quinque, vt adnotatur in libris anno-
10 næ, † & aduersarij dolere non debent si ad
eamdem rationem condemnantur, fuerit di-
ctum prætium iustū, necnè *l. qui proprio §. pro-
curator ff. procur. l. si quis absentis negocia ff. neg. gest.
l. cum autem §. cum redhiberetur ff. de ædilit. edict. Vin-
cent. de Franc. decis. 172. num. 4. & 5. Rot. in Romana
seu Ianuen. Pecuniaria 1. Iulij 1644. §. cum igitur
coram me.* Aut non fuit venditum, & pote-
runt illud idem consignare Domino Cardi-
nali in computum summæ, ad quam vt i pe-
nes eos extantis non fuerunt condemnati in
pecunia, sed in specie augendo tamen ean-
dem summam ad septem partes duorum ru-
brorum in duodecim partes diuisorum, quia
sic frumentum extans non esset calculandum
in rubris 108. sed 110. quod deponit Testis
fuisse rubra frumenti immundi, & è conuer-
so delendo è condemnatione in pecunia ex-
timationem eiusdem quantitatis ad ratio-
nem scutorum quinque in vltima decisione
calculatæ.

Ad prætensas deductiones iterum decanta-
tas, respondere opus non est, quia reiectæ
fuerunt *in decisione edita sub die 19. Iunij 1651.*
11 quæ † iuxtà stylum supponenda est, nec de-
bet in dubium reuocari, postquam deuen-
tum fuit ad aliam inspectionem, ac liquida-
tionem fructuum exaduerso perceptorum.

Et ità resolutum vtraque parte per memo-
rialia vtrimque communicata semel, & ite-
rum informante.

I. V.

LVCANA CENSVS.

Lunæ 22. Aprilis 1652.

ARGVMENTVM.

Saluianum non datur creditori posteriori aduersus anteriorem. Hypotheca translata de vno contractu in alium durat cum sua anterioritate. Hoc limitatur in censu, qui licet creetur ex gratia Principis ex credito, creari tamen nō potest nisi creditum extinguatur eoque extincto nulla remanet anterioritas, vel posterioritas. Ius offerendi competit creditori posteriori Hypothecario aduersus anteriorem bona debitoris possidentem.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum datur probatis solitis extremis.*
2 *Saluianum non competit creditori posteriori aduersus anteriorem.*
3 *Creditor possidēs bona debitoris præsumitur ex fructibus perceptis satisfactus de eius credito, vel saltim redditur illiquidum.*
4 *Creditum clarum, & liquidum requiritur in iudicio Saluiani.*
5 *Census creatus ex credito cum expressa reseruatione anterioritatis in casu molestiarum super eodem censu, qui casus euenisse dicitur eo ipso, quod censuarius impeditur in exactione fructuum ex fundo censito.*
6 *Anterioritatis reseruatio suffragatur hoc casu aduersus alios creditores.*
7 *Hypotheca translata de vno contractu in alium durat cum sua anterioritate.*
8 *Purificato tamen casu reseruationis anterioritatis licèt regredi ad primæua iura.*
9 *Limita conclusionem non procedere in censu, & ratio est, quia si ex gratia Principis creetur ex credito, creari non potest nisi illud creditū extinguatur, ideoque illo extincto nulla remanet anterioritas, vel posterioritas.*
10 *Anterioritatis reseruatio incompatibilis est cum extinctione crediti. Declara, vt num. 12. & 13.*
11 Decis. 289. apud eundem Cenc. de censib. *quo casu loquatur?*
13 *Reseruatio iurium anterioritatis, quando constat de voluntate partium extinguēdi censum admittitur, operaturq; suos effectus quoad sortem principalem census, & fructus ante extinctionem decursos.*
14 *Ius offerēdi competit creditori hypothecario posteriori aduersus anteriorem bona debitoris possidentem.*
15 *Creditum vt suffragetur debet iustificari.*
16 *Creditum posterius in concursu anterioris, non attenditur, licèt secus sit in præiudicium ipsius debitoris.*
17 *Immissus in Saluiano tenetur in suum creditum imputare nedum fructus perceptos, sed & quos propria negligentia non percepit.*
18 *Creditor posterior soluens anteriori, tenetur ipse anterior cedere ad fauorem posterioris iura talia, qualia translatiuè, & non extinctiuè, dummodò contra cedentem retorqueri non possint.*

DECISIO DIV.

VINCENTIVS, & Ioannes de Bottinis iudicium vtilis Saluiani interdicti contra Moniales Sanctæ Theresiæ de Camaiore possidentes prędium olim possessum à Io: Baptista, & Alphonso de Antognolis communibus debitoribus instituerunt ad effectum sibi satisfaciendi de fructibus duorum censuum, alterius creati de anno 1615. ad fauorem ipsius Io: Baptistæ Bottini, cuius est hæres Vincentius, alterius de anno 1626. ad fauorem Elisabethæ de Malpiglis, cuius actores fuerunt hæredes, nec dubitatur de extre-
1 mis † hypothecæ, vel possessionis tàm debitoris, quàm rerum conuentarum in hoc iudicio, probandis, *Menoch. de adipisc. remed. 3. numer. 161. & seqq. Rot. dec. 491. num. 6. coram san. mem. Greg. XV. dec. 407. num. 1. par. 5. recent. & aliàs sępissimè.*

Sed Moniales obiecerunt primo se possidere ex causa crediti contracti de anno 1604.
2 & sic anterioris, † quod excludit agentes pro creditis posterioribus *Scapp. de Saluian. lib. 2. q. 6. Rot. dec. 176. num. 5. & 6. dec. 206. num. 1. apud Pacif. de Saluian. dec. 894. num. 1. coram bon. me. Buratt. & in Romana Saluiani, seu attentatorum 29. Maij 1643. coram Reuerendissimo Salamantino.*

Secundò quod ex Testibus datis in eorum *Summ. num. 3.* probatur Vincentium Actorem possedisse quamdam petiam Terræ ad com-
3 munem debitorem spectantem † ex cuius propterea fructibus illius creditum, vel præsumitur extinctum, vel saltem illiquidum redditur, & per consequens inefficax ad ob-
4 tinendum in hoc iudicio, quod † crediti clari, & liquidi probationem requirit, *Rot. dec. 435. num. 4. par. 2. recent. dec. 113. nu. 7. coram bon. mem. Vrgellen. dec. 122. n. 18. & seqq. inter impress. apud Moder. Foroliuien. de pignor.*

Ad primum obiectum per informātes pro Bottinis responsum fuit admittendo posterioritatem census creati, vt supra de anno 1626. sed non alterius creati de anno 1615. cuius anterioritas trahit originem ab anno 1602.
5 cum ex credito tunc orto † pro pretio bonorum venditorum reseruato venditori dominio donec illud solueretur, creatus fuerit sub expressa reseruatione anterioritatis in casum euictionis, seù molestiarum super eodem censu, qui casus euenisse dicitur per oppositionem Monialiū nō ex fructibus fundi censualis ab illis possessi valeat cēsuarius de fructibus census satisfieri, vt in puncto ponderauit *Rota in Romana Saluiani 30. Ianuarij 1645. §. Tum quia coram me*, vbi habetur,
6 quod anterioritatis reseruatio † huiusmodi suffragatur quo ad fructus census aduersus alios creditores, vt etiam tradit *Castill. decis. 17. num. 35. & seqq. lib. 1. Mastrill. decis. 119. num. 18. & 19.*

Hanc responsionem non omnes Domini amplexi sunt, quia licèt hypotheca transla-
7 ta † in alium contractū in duret cum sua anterioritate *l. 3. in princ. & l. si prior ff. qui pot. in habean. Negus. de pignor. 3. memb. 6. par. num. 7. vers. sed dubitatur Rot. dec. 93 num. 2. & 3. inter impress.*

post addit. Cenc. ad tract. de censib. & purificato
8 casu reseruationis † liceat regredi ad priora iura Rot.dec.293.num.5. & 6. apud Pacif. de Saluian.dec.343.num.3.par.5.recent. Hoc tamen li-
9 mitandum videtur † in censu, quia & si ex gratia Principis ille creetur ex credito, vel creatus conualidetur, creari non potest nisi illud creditum extinguatur; ideoque illo extincto nulla remanet anterioritas, vel posterioritas, vt dictum fuit in Romana nullitatis census 9. Aprilis 1602. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto impress. apud Cenc. de censib. dec. 2. nu. 2. & 3. secundum vlt. impress. & reseruatio ineffi-
10 cax est, † quia est incompatibilis cum dicta extinctione, vt aduertit Rot.dec.289. numer. 2. apud Cenc. de censib.

11 Verùm præter quod allegata decisio 2.† non loquitur de hypotheca anteriori, sed de reseruatione dominij ad fauorem venditoris, quæ cum esset temporalis donec rei venditæ præ-
12 tium solueretur, & alia decisio 289. † loquitur pariter in diuerso casu eliciendo, videlicet ex reseruatione iurium coniecturam, quod partes noluerint habere censum pro extincto, de cętero autem vbi constat de voluntate extinguendi admittitur reseruatio iurium ante-
13 rioritatis, † operaturque suos effectus quo ad sortem ipsam principalem census, & fructus ante extinctionem decursos, vt dixit Rot. inter impress. apud Cenc. dec. 290. & decis. 411. sub num. 2. 3. & seq. & in Romana domus 24. Ianuarij 1650. §. Cum ergo coram me.

Non fuit opus super his insistere obstante semper secundo obiecto, illiquiditate nimirum crediti ob pręsumptam solutionem fructuum census ex fructibus bonorum communis debitoris, quæ ab Actoribus possessa fuisse probatur, vt supra per testes, & fatentur actores, qui respondendo ad secundum obiectum aiunt se possedisse ex causa dicti primi census, & proinde adhuc se remanere creditores saltē ex causa secundi census anni 1626. neuè vrgeat creditum anterius Monialium creatum, vt supra de anno 1604. retorquent eamdem solutionis præsumptionem contra Moniales, quippè quæ non negant ab anno 1637. citra possedisse bona communis debitoris, ac in omnem euentum quatenus in aliqua summa creditrices remaneant eam soluere offerunt facta sibi à Monialibus cessione iurium translatiuè, & non extinctiuè. Cum omnibus clausulis præseruatiuis vten-
14 do iure offerendi, † quod competit creditori hypothecario posteriori aduersus anteriorem bona debitoris possidentem, l. cum secundus ff. distract. pignor. Salyc. in l. 1. quæst. vlt. Cod. si antiq. credit. Neguf. de pignor. par. 5. mem. 3. num. 7. Molin. de contr. tract. 2. disput. 538. sub nu. 19. Moros. de iur. offer. num. 18. & 19. Vinc. de Franch. decis. 69. num. 3. & 9. Rot. dec. 108. nu. 1. inter impress. apud Moder. Perusin. de subhast.

Omnis ideò difficultas versatur circa quātitatem fructuum, quos Moniales ex dictis bonis perceperunt, de quibus pro parte Monialium exhibetur calculus è propriis libris extractus continens hinc inde partitas tum crediti, tum fructuum perceptorum, & desuper iuxta ordinem Rotæ auditis à me partibus in contradictorio informantes pro Bottinis supposita sine veri præiudicio legalitate librorum, admiserunt pro nunc veritatem calculi, duas tamen eius partitas impugnando, alteram scutorum 334. positam ad creditum Monialium pro pluribus annatis canonum, seu census acquisiti de anno 1606. decursis vsque ad annum 1651. quia creditū
15 hoc † non iustificatur, vt oportet Escobar. de ratiocin. cap. 10. num. 42. & seq. Rota in Romana de Ghezzijs 21. Febr. 1642. §. quia fuit responsum coram R.P.D. meo Cerro, & quatenus sit posterius
16 anno 1626. † non debet attendi in concursu crediti anterioris DD. de Bottinis Rot. decis. 233. num. 3. par. 2. diuers. Licet secus sit in præiudicium ipsius debitoris, in quibus terminis loquitur Rot. dec. 254. num. 2. & 3. coram sa. me. Gregor. XV. aliique exaduerso allegati, & vtrumque casum distinguendo benè declarauit Rota in Romana, seu Sabinen. census 20. Nouembris 1624. coram bon. mem. Vbaldo seniori. Atque ideò gratis etiam allegatur aliud creditum scut. 1150. ex causa euictionis passę per Moniales in prędio eis vendito ab Antognolis, quia venditio emanauit de anno 1629. & sic est posterior credito Bottiniorum.

Alteram scutor. 92. prouenientium ex fructibus bonorum à Monialibus possessorum quo eo quod præuio sequestro ad instantiam aliorum creditorum fuerunt depositata Moniales ad sui debitum non adscribunt, & adscribere debent, quia cum per Iudicem fuisset declaratum ipsas esse anteriores potuerunt cessante impedimento sequestri illa exigere;
17 immissus enim in Saluiano † tenetur in suum creditum imputare nè dum fructus perceptos, sed & quos propria negligentia non percepit l. 3. Cod. pignorat. act. Escobar. de ratiocin. cap. 16. num. 1. & 3. vers. Et ita Surd. dec. 270. n. 1. & 6. cum alijs relatis per Pacif. de Saluian. inspect. 4. cap. 1. numer. 151. & seq. & fuit dictum in Romana censuum 13. Martij 1651. §. non obstat coram R. P. D. meo Peutingero.

Delendo itaque è credito Monialium partitam scutorum 334. & addendo in earum debitum partitam scutor. 92. quę simul conficiunt summam sc. 426. apparet, quod iuxta calculum exhibitum Moniales vltra fructus census anni 1604. perceperunt scut. 393. His autē relatis in causam sortis principalis eiusdem census ascendentis ad scut. 1200. remanet creditum sortis in scut. 807. Quibus propterea quatenus Moniales sibi sortem census restitui consentiant solutis per Bottinos cum hoc tamen quod Moniales cedant ad eorum fauorem iura talia qualia translatiuè, & non
18 extinctiuè, & cum clausulis † præseruatiuis dummodò contra cedentes retorqueri non possint prout cedere tenentur, Bart. in l. Aristo num. 1. & 2. in fin. ff. quæ res pign. oblig. post Neguf. de pignor. par. 5. memb. 3. num. 15. & seqq. Grat. decis. March. 215. num. 9. Vincen. de Franch. decis. 55. numer. 5. Rot. decis. 347. numer. 15. coram sanctæ memoriæ Gregor. XV. decis. 107. nu. 21. par. 5. rec.

Rota vtraq; parte informante censuit Bottinis dandam esse immissionem.

PAM-

PAMPILONEN. DECIMARVM.

Veneris 26. Aprilis 1652.

ARGVMENTVM.

Decimæ parochialis vnitæ spectant ad Rectorem Ecclesiæ, cui facta est vnio, quamuis curam animarum per Vicarium à se nominatum exerceat. Priuilegia exemptiua à decimis cum sint personalia fauent quidem priuilegiato in bonis, quæ proprijs manibus colit, non autem suffragantur quæ alijs colenda tradit, & sic Coloni, & Arrendatores decimas soluere tenentur Ecclesiæ parrochiali.

SVMMARIVM.

1 *Vnio Ecclesiæ parochialis resultat nedum ex deputatione Vicarij, & perceptione decimarum facta à Rectore Ecclesiæ, cui facta est vnio, sed etiam existentia curæ habitualis penes ipsum.*

2 *Locum esse intra fines, ac limites Parochiæ ad effectum perceptionis decimarum probatur per Testes.*

3 *Prout probari potest aliquem esse Parochum alicuius parochialis.*

4 *Decimæ parochialis vnitæ spectant ad Rectorem Ecclesiæ, cui facta est vnio, quamuis curam animarum exerceat per Vicarium à se nominatum, & num. 5.*

6 *Priuilegia exemptiua à decimis suffragantur priuilegiatis pro bonis quæ proprijs manibus excolunt, nõ tamen se extendũt ad colonos, & arrendatarios.*

7 *Immemorabilis probanda est cum requisitis*, gloss. in cap. 1. de præscript. in 6.

DECISIO DV.

1 IVS decimandi in Termino, seu Territorio de Redondo vulgò nuncupato Liquedana, spectare ad Michaelem de Eliondo, vti Priorem de Velate aduersus Ioannem de Liquedana bonorum ibi existentium possessorem pronunciarunt per diffinitiuas sententias Vicarius Pampilonensis in prima instantia, & Reuerendissimus Nuncius Apostolicus apud Serenissimum Hispaniarum Regem residens in secunda; idque ipsum in tertia instantia ad me per appellationem deuoluta censuit Rota particularis dubij desuper assumpto examine.

Ex testibus enim datis *in Summ. prioris n. 1. & 2.* Apparet primo, quod Prioratui de Velate annexa est Ecclesia Parochialis loci de Oluetia ibique dictus Prior nominat Vicarium ad exercendam animarum curam ei assignando certum salarium, & emolmenta, retentis pro se decimis omnibus d. Parochialis, quas aliquando Priores etiam arrendare consue-
1 uerunt vnde resultat † eiusdem Ecclesiæ nedum annexio, sed & existentia curæ animarũ saltem habitu penès Priorem, *Franc. in cap. super eo num. 2. & 3. de præb. in 6. Cardin. in Clem. 1. num. 10. de offic. Vicar. Abb. in cap. extirpandæ §. qui verò il primo num. 6. de præb. Caputaqu. decis. 339. num. 2. & 3. par. 3. Rot. decis. 710. n. 3. par. 2. recent.*

Secundò quod Territorium cõtrouersum est intra fines præfatæ Parochialis de Oluetia,
2 id quod† probari posse per testes tradit in terminis decimarum *Gratian. discept. 95. num. 4. & seqq. & dixit Rot. apud Coccin. dec. 460. num. 2. Caualer. dec. 93. num. 11. dec. 161. num. 6. Buratt. dec. 578. nu. 6. vbi alleg. concord.* Prout quoq; pro-
3 bari potest, quod Michael actor sit, vt testes deponunt, Prior de Velate *Gig. de pension. q. 45. num. 4. Mascard. probat. concl. 313. num. 21. Rot. dec. 58. de probat. in antiq.*

His positis habet Michael tamquam Prior
4 intentionem fundatam de iure † super omnibus decimis prædialibus territorij de quo agitur, *cap. fin. & ibi gloss. verb. prædiorum de Paroch. cap. cum contingat c. cum in tua de decimis cap. fin. de restit. spoliat. in 6. Abb. consil. 18. per tot. lib. 1. Put. dec. 169. num. 1. lib. 3. Rot. dec. 652. nu. 1. par. 4. recent. dec. 591. numer. 1. par. 5.* quamuis curam
5 animarum † per Vicarium à se nominatum exerceat *Cardin. in Clem. 1. §. sanè num. 1. de iurepatr. Mohed. dec. 5. ante numer. 1. de decimis*, & fuit dictum *in Augustana decimarum 18. Iunij 1635. §. primo coram Eminentissimo Cardinali Macchiauello, in eadem 27. Iunij 1639. §. in casu coram me, in Leodien. Decimarum 27. Ianuarij 1651. §. iniustitia coram R. P. D. meo Meltio.* Accedente præsertim, quod octo testes super 3. *artic. 4.* affirmant Priores pro tempore arrendasse decimas præfatæ rectoriæ de Oluetia, & signantèr quartus Testis super tertio loquitur in specie de arrendamẽto decimarum loci controuersi.

Neque Ioanni reo conuento suffragatur quod hoc territorium conduxerit in emphytheusim à Monasterio, & Canonicis de Roncesualles cum eadem exemptione, qua ipsi Canonici gaudent vigore priuilegiorum.
6 Quia priuilegia huiusmodi † cum sint personalia pro rebus fauent quidem priuilegiato in bonis quæ proprijs manibus colunt, non autem in ijs quæ alijs colenda tradunt, vt propterea coloni, & conductores, seu alio titulo causam habentes teneantur decimas soluere Ecclesiæ Parrochiali eiusque Rectori, vt ad litteram probat text. *in cap. licet de decimis, & not. Immol. in Clem. 1. num. 13. eod. tit. Suar. de Relig. tom. 1. lib. 1. cap. 19. num. 13. Barbos. de iure Ecclesiast. lib. 3. cap. 26. num. 19. & 40. & dixit Rot. decis. 4. num. 1. de priuil. in ant. dec. 827. numer. 1. & seqq. apud Seraph. dec. 961. num. 3. apud Peniam decis. 393. num. 1. & 2. apud Mellinum dec. 728. nu. 1. & 2. inter impress. par. 4. recent.* vbi prout etiam in dicta decisione Peniæ ponderatur eo minus intrare priuilegia quando vt in casu nostro soluitur pensio, seu merces in pecunia.

7 Allegata verò immemorabilis † probata ex aduerso non fuit cum requisitis *gloss. in c. 1 de præscr. in 6.* vt necesse esse tradit *Maresc. var resol. lib. 2. cap. 100. num. 10. add. ad san. mem. Gregor. XV. decis. 252. num. 14. Mant. decis. 289. nu. 4. & in his terminis Penia 508. num. 3. 9. & 15. Rot. in Toletana decimarum 21. Iunij 1649. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono.*

Et ita decisum informante solum Priore quia aduersarius sexies citatus ad informandum non comparuit.

MELE-

MELEVITANA FIDEICOMMISSI.

Lun. 13. Maij 1652.

ARGVMENTVM.

Sub fideicommisso particulari veniunt etiam bona separata quando destinatione Testatoris vnita perpetuo, & annexa probantur rei fideicommissariæ, & ex quibus talis annexio siue vnio probata remaneat?

SVMMARIVM.

1 *Sub fideicommisso rei particularis regulariter non veniunt bona separata. Limita vt nu. 8. & seqq. vsque ad 11.*

2 *Præsertim quando Testator nullam fecit mentionem pertinentiarum, ad effectum vt censeantur inclusa membra separata diuersæ qualitatis, etiamsi essent de pertinentijs ex quadam commoditate annexatis rei principali.*

3 *Item si in alijs instrumentis de eadem re loquentibus pertinentiarum facta est mentio exinde arguitur, quod si Testator voluisset dicta bona separata comprehendi, ea quoque expressisset.*

4 *Reo, & possessori sufficit probasse realem separationem bonorum nisi fideicommissarius ea vnita, & incorporata rei fideicommisso subiectæ probet.*

5 *Nec sufficit fideicommissarium probare simul fuisse locata, quia hoc fieri potuit gratia commodioris conductionis.*

6 *Confessio Tutoris emissa in Instrumento tutelari non nocet tertio à confitente causam non habente, nec minus pupillo, declara vt num. 12. & seqq.*

7 *Præsertim quando erronea detegitur.*

8 *Sub fideicommisso particulari veniunt etiam bona separata, & localiter distincta quando destinatione patris familias vnita perpetuo rei fideicommisso subiecta apparent, cum fundus constituatur ex voluntate, & destinatione Testatoris.*

9 *Tunc enim non requiritur quod bona exprimantur nominatim, vel per verba ampliatiua.*

10 *Facilius, vbi Testator ad designandam rem fideicommisso subiectam vsus est verbis generalibus vniuersitatem designantibus nempè Territorium seu poderium.*

11 *Bona separata fuisse destinatione Testatoris perpetuo vnita rei fideicommisso subiectæ ex quibus probetur? remissiue num. seqq.*

12 *Confessio Tutoris adminiculata probat etiam contra pupillum ea ratione, quia hoc est speciale in Inuentario Tutoris, quod maxima solemnitate fit, & num. 13. & 14.*

15 *Exceptio bonorum in locatione alicuius tenutæ supponit in necessarium antecedens quod illa sint de membris tenutæ, alias enim frustratoria esset exceptio.*

16 *Maximè quando exceptuatio non est simplex, sed qualificata per expressionem aliquorum membrorum rei principalis, & per explicita verba relatiua ad ipsam rem principalem.*

17 *Dictio ex denotat separationem, & dismembrationes bonorum à re concessa.*

18 *Priuatio supponit habitum.*

19 *Assertio authoris plenè probat contra ab eo causam habentem.*

20 *Displicere non debet, quod semel placuit.*

21 *Error confessionis ex quibus excludatur?*

22 *Confessio potest proparte acceptari, quando versamur in facto separato.*

23 *Bona aliqua si fuerunt separatim locata ex inde inferri non potest ad diuersitatem membrorum, quando aliunde constat destinatione patris familias illa esse perpetuo vnita rei principali.*

24 *Negatiua coarctanda est à Testibus.*

25 *Sub fideicommisso particulari fauore agnationis constituto veniunt bona destinatione patris familias perpetuo vnita etiamsi de illis nulla fiat particularis mentio, nam illa veniunt appellatione rei principalis fideicommisso subiectæ.*

26 *Præsertim quando Testator ad augendum fideicommissum ei subiecit alia corpora separata, vnde fortius censetur voluisse inducere vnita alias esset incongruum ab expressa mentione corporum separatorum facta ad augendum fideicommissum, illius diminutionem educere.*

27 *Bona fideicommisso subiecta alienari possunt pro extinguendo ære alieno fideicommittentis.*

28 *Declara non procedere quando alia bona existunt ex quibus æs alienum extingui valeat.*

29 *Dos Vxoris fideicommittentis soluenda est ex alijs bonis hæreditarijs existentibus, quam fideicommissi.*

30 *Et si dicta bona Vxor administrauit ex illis debet sibi satisfieri, vel præsumitur satisfecisse vel sibi imputare debet si maluit debita posteriora vel ad fideicommittentem non spectantia solui.*

31 *Dos si sit constituta super certo reddito, tunc in casu restitutionis, idem redditus venit restituendus.*

DECISIO DVI.

RE & loco à Tenuta Tavenetia, quam Io: Paulus Manduca testator particulari fideicommisso de quo agitur subiecit, seiunctas esse imò tribus miliarijs distare clausuras nuncupata Tantlin, Tarimedi, & Tacarlan, deponunt disertissime plures testes ab informantibus pro Cumulo Charitatis examinati in Curia post decisionem huius causæ æditam coram me sub die 13. Martij 1651. Vnde ijdem informantes ab ea recedi insteterunt, quia sub fideicommisso certę rei† nō
1 veniunt bona separata *Ias. cons. 91. num. 3. lib. 1. num. 5. Ceph. cons. 144. num. 1. & seqq. Menoch. cons. 337. num. 1. & seqq. Grat. discep. 126. num. 6. & 14. Petra de fideic. quæst. 13. num. 405.*

Eo minus quia Testator locutus fuit simpliciter de fundo Tavenetia nulla facta men-
2 tione eius pertinentiarum† vt necesse esse ad effectum vt censeantur inclusa membra separata diuersæ qualitatis, etiam si essent de pertinentijs ex quadam commoditate annexatis rei principali, *tradunt Moderni Parisienses quos refert & sequitur Petra de fideic. d. qu. 13. nu. 520.*

Attento præsertim quod in alijs instrumen-
3 tis de eodem fundo loquentibus † pertinentiarum facta est mentio, & in ventre ipsius fideicommissi expressa nominatim fuerunt alia duo corpora; ex inde enim arguitur quod si testator voluisset dictas Clausuras comprehendi, illas quoque expressisset vt in terminis ratiocinatur *Menoch. d. cons. 337. num. 9. vers. 6.*

confert

confert Ceph.conf. 144.*num.*6.*Bellon.Iun.consil.* 10.
*num.*30. *in fin.* & *num.*31.
4 Sufficitque Cumulo reo, & possessori † probasse harum clausurarum realem localemque
distinctionem, nisi fideicommissarius eas perpetuo vnitas, & incorporatas fundo Tavenetia probet *Crauett.conf.*236.*sub num.*2.*vers. Apotheca Curt.Iun.conf.*158.*num.*6. *Io: Franc. à Pont. conf.*63.*num.*36.& *seqq. lib.*1. Neque ad id satis
5 est quod doceat † fuisse simul locatas, quia hoc fieri potuit gratia commodioris conductionis *Alex.conf.*169.*num.*9.*lib.*5. *Menoch. dicto conf.*337.*num.*26.& 27.*Bellon.Iun.d.conf.*10.*n.*24.& *seqq. à Ponte d.conf.*63.*num.*39. pro vt nec re-
6 leuat confessio emissa à Tutrice † in Inuentario tutelari, quia non nocet Cumulo à Tutrice causam non habente, aut pupillis ex allegatis in *decis.*28.*num.*30.*decis.*39.*nu.*2.*coram*
7 *bon. mem. Vrgellen.* & conuincitur erronea; † tùm quia contextualiter exprimit clausuras tunc fuisse simul cum fundo Tavenetia locatas, tum ex testibus examinatis super pertinentijs dicti fundi has clausuras non recensentibus Summario Cumuli num. 12.
Nihilominus Rota stetit in decisis, quia separatio locorum, non efficit quin etiam alia bona veniant sub fideicommisso parti-
8 culari † quando destinatione patris familias vnita perpetuo erant rei fideicommisso subiectæ, cum fundus constituatur ex voluntate ac destinatione Testatoris *l.si cui ædes* 30. *ff. legat.*3.*l.ex facto* 35.§.*rerum autem ff. hæred.instit. l.si quando ff.aur.et argen.legat. l. scie* §. *tiranne ff. fund. inst. Ceph.d.conf.*144.*numer.*15.*et seqq.Odd. conf.*21.*num.*36.*et seqq. vsque ad* 52.*Bellon.Iun.d. conf.*10.*num.*23.*Petra de fideic.d.quæst.*13.*nu.*522.
9 *et* 524. vbi quod tunc necesse non est † quod exprimantur nominatim vel per verba ampliatiua *Castell.quotidian.contr.lib.*1.*cap.*62.*n.*26.*et plurib.seqq.Surd.decis.*241.*num.*10. *et seqq.Rot. decis.*118.*num.*10. *et* 11.*par.*5.*recent.* facilius vbi vt in casu nostro ad designandam rem fidei-
10 commisso subiectam † testator vsus fuit verbis generalibus vniuersitatem quandam significantibus quale est nomen Territorij, ibi *Territorium, &c. appellatum Tavenetia* vt in terminis verbi minus generalis, quale est verbū *Poderium* aut possessio quam testator habet in tali loco ponderat *Bart.in d.l. scie* §. *tiranne in fin.et in l.*1.*in fin.ff.reb.dub.Socc.Iun.conf.*65.*n.*28. *lib.*1.*Bellon.Iun. d.conf.*10.*numer.*26. *in fin.et sub num.*29.*Mant.de coniect.lib.*9.*tit.*2.*num.*13.*Surd.d. dec.*241.*sub num.*12.*vers.quarto testator, et num.*13.
Quod autem clausuræ cõtrouersiæ fuerint
11 destinatione Testatoris vnitæ perpetuo † ac membra Territorij Tavenetia apparet tùm ex confessione Catherinæ matris, ac tutricis filiorum fideicommittentis in Inuentario hæreditario emissa ibi, *quale clausure sono membra,*
12 &c. quæ † ex infra dicendis adminiculata probat etiam contra pupillos *Gloss. in l. cum præcibus in fin.Cod.probat.Cyn.in l. fin.num.*6. *C. arbit.tutel.et ibid.Salyc.num.*2. vbi quod hoc est
13 speciale † in Inuentario tutoris quia fit maxima solemnitate *Rimin.Iun.conf.*819.*num.*68. *et* 69.*Mascard. de probat.conclus.*938.*num.*9.*Grat.*

*discept.*766.*nu.*56.*et seqq. vsque ad fin.* facit *Surd. dec.*325.*num.*5.*et seqq.Rot.dec.*362. *num.*8.*part.*1.
14 *recent.* & per consequens † contra Cumulum hæredem Petri Pauli alterius ex dictis pupillis. *Rot.dec.*42.*num.*2.*et* 6.*par.*5.*decis.*96.*num.*2. *et seq. dec.*127.*num.*7.*par.*7.*recent.*
Tutor ex instrumento cessionis medietatis tenutæ Tavenetia per dictam Tutricem de anno 1600. Angelo filio factæ, vbi, cessa fuit dicta medietas, & nominatim aliquę alię clausuræ tanquam illi coniunctæ, & excepturantur nostræ clausuræ per verba, *exceptis, et exclusis è prædicta Territorii medietate clausura appellata, &c. & terris appellatis Tantlin Tarimedii, et Taclatan*; ex huiusmodi nimirum excep-
15 tione † in actu in quo de Tenuta Tavenetia membrisque ei vnitis duntaxat agebatur, resultat in necessarium antecedens quod terræ exceptuatæ essent de membris tenutæ, quia alioquin frustratoria fuisset exceptio, eaque supponit exceptuatorum de sui natura inclusionem in corpore nominato *l.* 1. §. *sed excipiuntur ff. feriis Barz. dec.*71.*numer.*13.*et* 26. *Comitul.dec.*165.*num.*14. ponderando maximè quod non versamur in simplici exceptuatio-
16 ne † à qua inferri non posse ad inclusione m rei exceptæ in re principali, quæ ab eadem re principali diuersa erat ait *Socc. conf.*47.*num.*3. *lib.*1.*Alex.conf.*14.*num.*4.*lib.*7. sed in exceptione qualificata per expressionem aliquorum membrorum rei principalis, & per explicita verba relatiua ad ipsam rem principalem, ibi, *exceptis ex dicta medietate*: multumque fa-
17 cit dictio illa *ex* † quia denotat harum terrarum à re concessa dismembrationem quandam, & separationem *Bald.conf.*121. *vers. ex linea lib.*1.*Bell. Iun.conf.*97.*nu.*9.*Barbos.dict.*115. *num.*7. quæ intrinsicitatem supponit non se-
18 cus ac priuatio † supponit habitum *l. manumissiones ff. iust. et iur. l. decem ff. verb. oblig. cum vulg.*
Tùm ex alio instrumento retrocessionis eiusdem tenutę celebrato de anno 1610. cum simili exceptione ac verbis supra relatis stipulante ipso Petro Paulo authore Cumuli
19 contra quem † propterea probat non secus ac contra Petrum Paulum *Socc.conf.*13.*num.*5. *vers.et probatio lib.*3.*Ruin.conf.*50.*num.*53. *lib.*1. *Aret.conf.*112.*num.*2.*Rot.coram san. mem. Gregor. XV. dec.*172.*num.*1.
Tùm quarto ex confessione ipsiusmet Cumuli, qui alias per decisionem ęditam coram Eminentissimo D. Cardinali Otthobono has clausuras esse comprehensas in tenuta Tavenetia vti illius membra obtinuit canonizari,
20 nec ei hodie displicere debet † quod semel contra alias personas placuit *vt in terminis* tradit *Decian.conf.*78.*num.*45.*lib.*3.*Menoch.conf.*337. *num.*39.*Fusar. de subst.quæst.*500.*num.*1. *in fin. et numer.*4.
Ex quibus gratis dicitur erronea supracita-
21 ta confessio tutricis, † quam imò subsequentia instrumenta, & ipsius Cumuli obseruantia confirmat. Parumque refert quod ibi tutrix per errorem, asseruerit bona hæc solita esse simul locari; nam quicquid sit de hoc
nihil

22 nihil commune habet cum confessione † an-
nexitatis horum membrorum prorsus sepa-
rata; *Gloss. 1. in l. si quidem Cod. except. Bart. in l.*
Aurelius §. idem quæsiit numer. 3. ff. liber. leg. Surd.
decis. 258. num. 2. Ces. Manent. decis. 69. num. 2. si-
cuti nec vrget quod successiue eadem tutrix
hæc membra separatim locauerit, quia vni-
ca datur locatio facta de anno 1606. de quo
tempore tutrix non possidebat tenutam Ta-
venetia cum illam de anno 1600; his mem-
bris exceptis cessisset Angelo; præter quod
23 non ex inde, inferri posset † ad diuersitatem
membrorũ destinatione patris familias vni-
torum *Grat. discep. 126. nu. 21.* Ad testes autem
deponentes de membris tenutæ, & hæc non
recensentibus, respondetur eos non coartare
24 negatiuam † inclusionis aliorum membro-
rum, vt requiritur *Bald. in l. 1. nu. 7. Cod. Bonor.*
poss. secund. Tabul. Rot. dec. 92. num. 4. par. 2. recent.
decis. 604. num. 10. coram Buratt.

Non obstat quod testator locutus non fue-
rit de pertinentijs tenutę, quia adhuc veniunt
25 eius membra † vnita destinatione patris fa-
milias ex allegatis *supra in §. nihilominus*; eo
magis, quia agitur de fideicommisso particu-
lari fauore agnationis constituto, eique testa-
tor expresse subiecit etiam alia duo corpora
separata; vnde fortius præsumendum est vo-
luisse includi has clausuras vsui eiusdem te-
nutæ destinatis, de quibus expressam mentio-
nem non fecit sicut de alijs corporibus sepa-
ratis, quia de se veniebant appellatione tenu-
tæ, & sufficit hoc modo fuisse inclusas *Menoch.*
cons. 86. num. 30. Surd. cons. 25. nu. 33. Rot. dec. 258.
26 *num. 19. par. 5. recent.* & incongruum esse † ab
expressa mentione corporum separatorum
facta ad augendum ac ampliandũ fideicom-
missum illius diminutionem educere, vt be-
nè *in fortioribus terminis ratiocinatur Surd. decis.*
241. sub num. 19. vers. respondetur, & num. 20.

Posita autem horum membrorum inclu-
sione in fideicommisso, sequitur nulliter fuis-
se de anno 1620. alienata, non obstante quod
27 alienatio asseratur facta † pro extinguendo
ære alieno fideicommittentis, quia vt respon-
det *prima decisio in §. quo verò, æs alienum* quod
fuit extintum exceptis duobus censibus mo-
dici momenti, non spectabat ad fideicom-
mittentem, & hodie additur quod signanter
Census scu. mille venditus ab hærede graua-
to de anno 1613. Petro à Bononia, esto quod
cessisset in solutionem summæ à fideicom-
mittente promissæ Angelo, non debuit ex-
tingui alienando bona fideicommissi quia
tempore impositionis census aderāt in hære-
28 ditate alia bona † ex quibus dicta summa
promissa Angelo solui poterat, vt inter has
ipsas partes fuit decisum in *Meleuitana Census*
29. Ianuarij proximè preteriti §. obseruarunt coram
R.P.D. meo Peutingerio, quæ licet loquatur de
statu hæreditatis de anno 1611; benè aplica-
tur dictæ impositioni proximè subsecutæ de
anno 1613.

Dos pariter Catherinæ vxoris fideicom-
29 mittentis † soluenda erat ex alijs bonis hæ-
reditarijs de dicto tempore vt supra existen-
tibus; cumque Catherina quæ illa vsque ad
30 annum 1619. administrauit † potuisset ex ip-
sis sibi satisfacere vel satisfecisse præsumitur,
vel sibi imputare debet si maluit alia debita
aut posteriora, aut ad fideicommittentem
non spectantia solui *Fõtanell. de pact. nupt. claus.*
6. gloss. 1. par. 2. num. 66. Barz. decis. 72. num. 21. &
seqq. Rot. decis. 50. num. 62. inter impress. apud Mo-
der. Foroliuien. de pignor. & in Romana Dotis 11.
Februarij 1647. §. nec obstat in fin. coram me. Et
insuper animaduertendum est quod pro ma-
iori parte, nempè pro vncis 455. dos con-
31 stituta fuit in certo corpore, † nempè in an-
nuo reddito debito super bonis Ferdinandi,
& Perne de Gueuara Summario Cumuli
num. 20. & propterea idem redditus erat re-
stituendus *Campegg. de dot. par. 2. quæst. 79. nu. 1.*
Phanucc. de dote gloss. restituenda numer. 48. & 49.
Giurb. in consuetud. Messan. cap. 10. gloss. 8. par. 1.
num. 6. Corn. cons. 52. num. 8. lib. 1.

Et ex his, & alijs adductis in prima decisio-
ne eadem confirmata hodie fuit post trinam
causę propositionem vtraque parte, & nouis-
sime etiam Maria, & Barbarica de Habelis
ad causam admissis informantibus.

CALAGVRITANA BENEFICII.

Lun. 13. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Prælatio in adiudicatione Beneficij debita est digniori, & quinam dignior inter plures oppositores reputetur? plenè in decisione discutitur.

SVMMARIVM.

1. *Prælatio in concursu debita est inter plures oppositores antiquiori ætate, ac sacerdotio ac etiam in exercitio curæ animarum per plures annos.*
2. *Habilitas minor requiritur ad confessiones audiendas, quam ad exercitium curæ animarum.*
3. *Institutus ab ordinario habet præsumptionem dignioritatis pro se, quod tamen intellige, quando institutio pendet à Iudicio ipsius ordinarij secus verò quando tenetur sequi præsentationem Beneficiatorum.*
4. *Beneficiatorum Iudicium detegitur erroneum eo ipso, quod inter plures approbatos ad Curata ipsi non præsentarunt digniorem.*
5. *Litis mentio facienda est in gratia, quæ tendit in præiudicium collitigantis, alias gratia ei non nocet.*
6. *Lis regulariter non extinguitur nisi per sententiam in iudicatum transactam, vel per longam taciturnitatem, dummodo in actis constet de non Iure tacentis.*
7. *Lis per cessionem ab vno ex collitigantibus facta non extinguitur, si dicta cessio non fuit ab alijs collitigantibus acceptata.*
8. *Baccalaureatus gradus non probatur per simplices enunciatiuas, prout nec probatur gradus doctoratus.*
9. *Præsertim quando sunt de recenti, & emanarunt ab ipsamet parte, ac proinde suspectæ redduntur.*
10. *Baccalaureatus probatio redditur dubia ex contraria probatione illius exclusiua.*

11 *Origo propria, & paterna potius attenditur, quam auita vel materna ad effectũ vt quis denominetur originarius alicuius loci.*

12 *Curam animarum exercens in Ecclesia vnita, idem est ac si in Ecclesia cui est facta vnio illam exerceat cum per vnionem vtraque Ecclesia vna dicatur effecta.*

13 *Beneficiati Ecclesiarum vnitarum tales dicuntur vnius, & alterius.*

14 *Testium defectus suppletur ex numero, & adminiculis.*

15 *Prælatio debita est nullum beneficium possidenti, illud possidenti, præsertim si aliæ concurrant qualitates quæ digniorem eum reddunt.*

DECISIO DVII.

ACTVM est de Antonio Gualite, &
Michaele Gurrea, quia etiam hodie
pro vt alias sub die 15. Ianuarij proximèpre-
teriti illis præcellere Rota censuit Ioannem
Gonzales, & Stephanum Palatios vti sacer-
1 dotio, & ætate antiquiores, † & exercitio
Curę animarum per plures annos addictos,
quod præter allegatos in prima decisione
ponderatum fuit *in Calaguritana Beneficij de Alexano 8. Martij proximèpreteriti coram R.P.D. meo Albergato, & in Calaguritana Beneficij de Lumbreras die 18. eiusdem mensis coram R. P. D. meo Meltio.*

Nihil suffragante quod Antonius alias fue-
rit admissus ad audiendas confessiones, & ad
hoc beneficium institutus ab Ordinario, quia
2 minor habilitas † requiritur ad confessiones
audiendas quam ad exercitium Curæ anima-
3 rum, & institutio Ordinarij † quia pendet
necessario à præsentatione beneficiatorum
quorum iudicium ex prædictis apparet erro-
4 neum † cum iuxta *opinionem quam passim secuta est, Rota coram Eminentissimis Cardinalibus Othobono & Corrado, & alijs in prima decisione allegatis*, debuissent etiam inter plures approbatos
ad Curata eligere digniorem, non inducit
præsumptionem dignioritatis vt solet quan-
do ipse Ordinarius præeligit eo minus quia
iam fuit declarata attentata, vt ponderatum
fuit *in illis Calaguritanis coram RR. PP. DD. meis Meltio, & Albergato.*

Concordia verò inter eosdem Antonium,
& Michaelem ac prouisio Apostolica ad eius
limites emanata non nocet Io. Gonzales, &
Stephano Palatios collitigantibus ac digniori-
bus, de quibus aut de lite tunc pendente
5 mentio facta non fuit † vt debuit vt plenè
comprobatum fuit *in Beneuentana Canicatus 8. Februarij, & 27. Maij 1647. coram me.* Li-
tem autem tunc temporis non fuisse extinctã
constat ex adductis *in prima decisione § nimirũ*,
6 quia scilicet regulariter lis non extinguitur †
nisi per sententiam in iudicatum lapsam, vel
longam taciturnitatem, dummodo in actis
constet de non iure tacentis ex allegatis *in Fanen. Cappellaniæ 22. Iunij 1646. coram R.P.D. meo Rojas*, quæ in casu nostro nõ concurrunt,
quia Io: & Stephanus poterant quandocum-
que appellare à die habitæ notitiæ ac adhærere
appellationi interpositę ab altero ex aduersa-
rijs, vt fecerunt, obtinendo ad maiorem
cautelam commissionẽ admissionis ad cau-
7 sam vt propterea nec cessio litis † ipsis non
acceptantibus facta ab aduersarijs litem ex-
tinxerit *Ias. in l. post quam litis num. 1. in fin. C. pact. Rota in Concben. Archipres. 19. Ianuarii 1598. corã Litta impress. apud Marches. de commiss. par 2. fol. 516. n. 2. & in Vlixbonen. nullitatis professionis 17. Maij 1641. §. minus obstat coram Reuerendissimo Salamantino.*

Ex quibus Domini confirmarunt primam
decisionem in parte exclusiua Antonij, &
Michaelis, ab ea tamen ex probationibus no-
uiter factis recesserunt in secunda parte, quæ
Stephano Palatio pręfert Ioannem Gonzales
tanquam Baccalaurum, Parochum huius-
met Ecclesiæ Sanctorum Iacobi, & Andreæ
in qua situm est beneficium controuersum,
ac descendentem ab Auis originarijs huius-
met loci.

Ad probandum enim gradum Baccalau-
reatus non releuant plures actus, in quibus
8 Io: Baccalaurus enunciatur, † quia cum po-
tuerint expediri absque hac qualitate simpli-
ces enunciatiuæ illam non probant vt in ter-
minis Doctoratus, dixit *Rot. in Cesaraugustana Pensionis 21. Decembris 1591. coram clar. mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio impress. apud Marches. de commiss. tom. 1. fol. 564. num. 5. in fin. &*
9 *nu. 6.* eo minus quia sunt de recenti, † & ple-
reque emanarunt ab ipsomet Ioanne; ideoq;
suspectæ sunt *Rot. dec. 160. num. 9. decis. 405. n. 2. par. 1. recent.* Et quamuis altera ex dictis enun-
ciatiuis emissa fuerit in comparitione, quam
coram Notario cõtextualiter fecerunt idem
Ioannes, & alij oppositores, inter quos etiam
Stephanus, ac iuramento ibidem ab omnibus
præstito; aduertendum est quod iuramentũ
non cadit super omnibus ibi contentis, &
enunciatis, sed solum super eo quod omnes
sunt Christiani origine, bonæ conscientiæ,
non excomunicati nec irregulares, & quod
eorum quilibet potest beneficium obtinere
vt legitur in summariolo dato pro Ioanne
num. primo; inferri ergo ex inde non potest
quod Stephanus acceptauerit enunciatiuam
Baccalaureatus, sub qua ibi Ioannes denomi-
natur; præsertim quia alioquin ipse contra
id quod iurauit non posset beneficium obti-
nere in concursu Ioannis vt in proximèpre-
teritis terminis ponderauit *Rot. in Hispalen. Decimarum de Almonte 4. Iulij 1642. coram me.*
Accedit dictum testis seruatis seruandis exa-
minati asserentis audiuisse à diuersis quod li-
cet Ioannes se Baccalaureum denominet, ta-
10 lis re vera non est, † vnde eo magis dubia
redditur probatio aduersarij, & reijcienda,
cum illam offuscare Stephano sufficiat *Bald. cons. 79. num. 7. lib. 2. Surdi cons. 305. sub num. 6. Rot. decis. 238. num. 24. in fin. par. 1. diuers. dec. 664. n. 7 par. 1. recent. & in Abulen. Decimarum 27. Iunij 1639. coram me.*

Quod verò Ioannes sit originarius huius
loci excludunt testes dati in Summario Ste-
phani num. 1. qui deponunt illum eiusque
patrem

patrem esse originarium loci de Autol, & potius attendenda venit origo propria, & pa-
11 terna † quam Auita vel matris *l. filios C. municip. & origin. & in l. exemplo C. decurion. lib. 10. Duran. decis. 31. num. 3. & seq. cum alijs allegatis à Moder. Hispano de Iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quæst. 2. 101.*

Cumque iidem testes deponant quod Stephanus Curam animarum exercuit in Ecclesia de Rincondisotto, quæ est vnita Ecclesię Sanctorum Andreæ, & Iacobi de qua agi-
12 tur, † ferè idem est ac si in ipsa Ecclesia Sancti Andreæ exercuisset, cum vtraque Ecclesia per vnionem vna fuerit effecta, *cap. translato de Const. Gonz. super reg. 8. Canc. gloss. 5. §. 7. num. 56.*
13 & beneficiati vnius † tales, & alterius dicantur vt diserte affirmant iidem testes, & est de iure *Rebuff. in prax. tit. de vnionib. nu. 49. Gratian. discept. 655. num. 6. Barbos. de Iure Ecclesiast. lib. 3. cap. 16. n. 21. Rot. in Ampurien. seu Ciuitaten. Archipresb. 14. Decembris* 1646. *coram me*.

Hinc cessantibus in Ioanne prærogatiuis ob quas prima decisio illum prætulit, & è conuerso per plures testes quorum si aliqui
14 defectus paterentur † suplet numerus, & adminicula resultãtia ex fidibus in Summario Stephani num. 5. datis *Alex. cons. 149. nu. 6. lib. 5. Surd. cons. 28. num. 43. Cesar. de Graff. decis. 5. nu. 8. & 9. de sponsal. Buratt. dec. 604. n. 5. Rot. in Recent. dec. 147. num. 3. & 4. par. 1.* Probato quod idem Ioannes possidet pingue aliud beneficium annui redditus scu. 300; Stephanus verò nul-
15 lum, † & si quod habuit exigui prorsus fructus dimisit, Stephanus ipse qui de cætero doctrina, & bonis moribus præditus ac multis annis Curam animarum exercuit præferendus est, *cap. is cui de preben. in 6. cum alijs allegatis in §. fin. primæ decisionis*.

A qua proinde in hoc tantum Domini recesserunt omnibus partibus informantibus Stephano beneficium adiudicandum esse dixerunt.

ROMANA CENSVVM.

Lunæ 27. Maij 1652.

ARGVMENTVM.

Religiosus non potest emere Censum vitalitium, seu annuum redditum cum non sit Dominus pecuniarum, sed illarum dominium spectat ad Monasterium, præsertim si ante emptionem facultas sibi à Sede Apostolica concessa erogandi pecunias pro annuo redditu ad vitam vsque ad certam summam iam erat consumpta. Licentia concessa religioso retinendi bona ad vnũ vsum ad alium non extenditur, & quatenus concessa dicatur indistinctè intelligenda est de vsibus pijs, non autem prophanis.

SVMMARIVM.

1 *Dominium pecuniarum spectans ad Religiosum, statim dicitur monasterio quæsitum.*
2 *Religiosus professus est in particulari incapax dominij, vel possessionis.*
3 *Religiosus cum non sit Dominus pecuniarum non potest illarum dominium in recipientem transferre mediante emptione alicuius census vitalitij in præiudicium Monasterij.*
4 *Pecunia à Religioso recepta restituenda sunt Monasterio vero Domino.*
5 *Facultas concessa Religioso à sede Apostolica emendi ex pecuniis sibi vndequaque obuentis annuum redditum si est restricta ad certam summam, vltra illam nihil operatur.*
6 *Et quando dicta facultas consumpta dicatur? & num. 7.*
8 *Religiosus si facultatem habet erogandi in emptione census vitalitij pecunias sibi prouenien. ex pietate, & largitione piarum personarum, vt Census substineatur probari debet illum fuisse emptũ ex pecunijs prouenientibus ex supranominatis personis.*
9 *Religiosus intra claustra existens attento voto paupertatis non potest aliquid emere etiam ex pecunijs quas poterat honestè consumere.*
10 *Dictio* vt *supra est relatiua.*
11 *Licentia, siue facultas concessa Religioso retinendi bona ad vnum vsum ad alium non extenditur.*
12 *Religiosus est solum vsuarius bonorum, quæ sibi destinata sunt.*
13 *Vsuarius non potest de bonis ad certum vsum concessis in alios vsus disponere.*
14 *Religiosus licet facultatem habeat disponendi non solum in proprios vsus, sed etiam in alios, talis facultas intelligenda est de vsibus pijs, non autem prophanis.*
15 *Confirmatio etiamsi emanauerit ex certa scientia addit quidem robur confirmato in omnibus ibi contentis, sed non vltra.*
16 *Contractus non substinetur, etiamsi bona fides concurrat in recipiente pecunias à Religioso, si in tradente deficit potestas, & ius resistit.*
17 *Ex contractu Religiosi nullum potest Monasterio præiudicium inferri.*
18 *Census nulliter emptus resoluitur in purum mutuum.*
19 *Fructus ex mutuo percipi non possunt.*
20 *Amplia etiamsi sponte soluantur.*
21 *Et soluti lucrari nequeunt cum iactura soluentis.*

DECISIO DVIII.

ESSE locum restitutioni pecuniarum, quas dicto anno 1647. & 1648. P. Damianus Fonseca Religionis Prædicatorum soluerat pro prætio duorum censuum vitalitiorum Guerrino Crucio, & Angelæ eius coniugi. Rota hodie respondit præuio, vt
1 solet particularis dubij examine. Nam dictarum pecuniarum dominium † comparatæ fuerint, siue industria Patris Damiani, siue aliorum largitione, aut quomodolibet quæsitum statim fuit Religioni, & Monasterio, *cap. de Monacis 16. quæst. 1. cap. de lapsis 14. qu. 6. cap. in præsentia de probat. c. cum ad Monasterium de stat. Monach. Abb. in cap. cum olim il secondo n. 6. de priuil. Archid. in cap. vnico numer. 3. 18. quæst. 2.*

cum

cum alijs allegatis à Modern. Carmelita Matritense quæst. regular. to. 1. cap. 6. n. 41.

Cumque Religiosus professus sit in parti-
2 culari † incapax dominij, vel possessionis, vt ex dispositione *Sac. Concil. Trid. sess. 25. de regular. cap. 2.* notat *Menoch. cons. 722. nu. 37. & 59. Io. V viggers de iust. & iur. tract. 1. cap. 3. dub. 8. numer. 21. Rot. in Perusina Parochialis 7. April. 1642. §. primo in fin. coram me.* Ac proinde P. Damianus pecuniarum Dominium, quod non
3 habebat, † non potuerit in recipientes transferre in præiudicium Monasterij, vt in puncto census vitalitij tradit *Emanuel Rodr. quæst. regular. tom. 2. quæst. 47. art. 15. in princip. Siluest. in summ. verb. religio 6. sub num. 7. vers. secundum si Sanchez in præcept. Decalog. lib. 7. capit. 22. sub num. 16. vers. si autem Barbos. de potest. Episc. allegat. 103. sub num. 5. & in collect. ad Conc. Trident. sess. 25. de regular. cap. 2. num. 15.* Exinde resultat
4 vt Guerrini, qui pecunias receperunt † eas teneantur restituere Monasterio vero Domino *Siluest. de verb. Religio 6. sub num. 7. vers. & tenetur restituere Reginald. in praxi for. Pænitential. lib. 18. num. 397. Lopez in suo Instructorio conscientiæ par. 2. cap. 5. vers. secundo adijcimus ibi talisque sæcularis &c. Modern. Matriten. quæst. regul. tom. 1. cap. 6. num. 53.*

Nec suffragatur antecedens beneplacitum Apostolicum elicitum siue ex Breui sa. me. Pauli V. emanato dicto anno 1615. siue ex confirmatione concordiæ inter P. Damianũ, & Monasterium Sanctæ Mariæ super Mineruam initę obtenta à fel. rec. Vrbano VIII. de anno 1643. Nam Breue Paulinum con-
5 cedens facultatem † Damiano emendi ex pecunijs sibi vndequaque obuentis census temporales ad vitam, vti restrictum ad annuum redditum ducatorum 300. auri de Camera vltra illum non releuat, *l. iubemus, Cod. ad Vell. Caputaq. dec. 368. num. 2. & 3. par. 3.* & in his terminis *Barbos. in collect. ad Concilium Trident. sess. 25. de regular. cap. 2. nu. 16. vers. dummodò Modern. Bergomens. respons. moral. respon. 86. num. 112.*

6 Consumpta autem fuerat eadem † facultas quoad dictam ratam ducatorum 300. ante horum censuum emptionem in supramemorata transactione dicto anno 1643. inita inter Damianum, & Monasterium Sanctæ Mariæ super Mineruam, in qua Damianus cessit Monasterio loca 57. montium, & alia credita in locis in totum scutor. 1200. circiter reseruato sibi desuper annuo redditu ducatorum 300. auri de Camera, quos Monasterium soluere promisit, & pro maiori cauthela assignauit Damiano totidẽ loca montium. Nec dubitari potest, quin talis reseruatio, ac respectiuè promissio emanauerit in executionem Breuis Paulini, & pro adimplemento facultatis ibidem concessæ, quia non est concepta pro maiori cauthela, vt exaduerso gratis asseritur, sed simpliciter, & absolutè assignando tamen loca montium Damiano pro maiori cauthela, & in verbis continet explicitam relationem ad facultatem Breue Paulino concessam, ibi, *in primis Damianus sibi reseruauit &c. toto tempore vitæ suæ annuos ducat. 300. auri de Camera scuta 480. monetæ constituentes sibi à Paulo V. habere, & retinere concessos, quos & quæ Conuentus, & fratres &c. eidem soluere promiserunt &c. iuxta formam Breuis &c.* quæ verba clariora esse non pos-
7 sunt, † cum tamen sufficeret expressa mentio Breuis Paulini emissa in prohemio transactionis, ibi, *Cum Damianus à Paulo V. indultum census temporales ad vitam &c. recipiendi, & prædictos census dummodo annuam summam ducatorum 300. auri de Camera non excedant retinendi &c. obtinuerit &c.* vt subsequens reseruatio, ac respectiuè promissio dictæ annuæ summę in causam Breuis referretur *Rot. decis. 190. n. 4. par. 1. recent. & in Rossanen. exemptionis 27. Ianuarij 1640. coram Reuerendiss. Salamantino in Elboren. Iuris conferendi 4. Iulij eiusdem anni coram eodem in Barchinonen. Iurisdictionis 8. Aprilis 1647. coram me.*

Et quamuis in eadem transactione Damianus vltrà dictam summam ducat. 300. reseruauerit sibi *totum illud, & quicquid ei ex consanguineorum, amicorum, Dominorum, & piarum personarum, & aliorum quorumcumque benignitate, ac pietate datum, & quomodolibet collatum fuerit,* desuperque accesserit confirmatio Apostolica san. mem. Vrbani VIII. Ponde-
8 rarunt Domini, quod non probatur † pecunias datas ad censum Guerrinis prouenisse ex pietate, ac largitione supranominatarum personarum de quibus reseruatio loquitur, vt probandum exaduerso esset, vt nos versari in casu reseruationis appareret, *Cephal. consil. 387. num. 16. & seqq. Surd. cons. 449. numer. 42. Rot. decis. 402. num. 4. ad fin. par. 2. recent. & in Ampurien. seu Ciuitaten. Archipresbyteratus 26. Nouẽbris 1649. coram me.* Maximè quia verisimile admodum est, quod prouenerint ex annuo redditu scutorũ 300. per Monasterium promisso cum vlterius etiam alimenta Damianus à Monasterio receperit, nec licuit, & si pecunias ex dicto redditu prouenientes posset Damianus in suos vsus conuertere eas in emptionem aliorum censuum ad vitam erogare, quia hoc non legitur concessum, ac resistit votum paupertatis prohibens
9 ne † Religiosus intra claustra existens emere aliquid possit etiam ex pecunijs, quas ipse sibi subtraxit de illis, quas poterat honestè consumere, vt bene *Emanuel Rodr. quæst. regul. to. 3. qu. 29. art. 10. col. 3. sub princ. vers. non tamen, fol. 80.*

Eo minùs quia huiusmodi reseruatio limitata est ad effectum, vt supra de alijs dictũ fuit conuertendi, ac disponendi cum explicita relatione ad Breue Paulinum, quod pecunias annui redditus non indulget conuerti in aliorum censuum emptionem, sed in ipsius Damiani vsus, ac necessitates, in quas proptereа dumtaxàt ob relationẽ ad Breue
10 ex dictione illa *vt supra* † resultantem, *l. item quæritur §. item Iulianus ff. locat. l. talis scriptura §. fin. ff. leg. 1. Monach. decis. Bonon. 40. punct. 3. num. 13. Barbos. dict. 441. num. 1. & 2.* bona reseruata poterant conuerti non autem ex-

pendi in aliorum censuum emptione, quia
11 licentia concessa † Religioso retinendi bo-
na ad vnum vsum ad alium non extenditur
*Nauarr.in comment. de regular. in cap. non dicatis
12.quæst.1.num.45. Diuus Antonin.3.par.titul.16.
§.11. col.1. & 2. Reginald.in praxi Pænit. lib.18.
cap.27.num.399. vers.secundus est Modern.Matri-
tensi quæst.regul.tom.1.cap.6.num.52. vers.siue de
his, Rodriq.d.tom.3.quæst.29.art.10.col.2.vers.ter-
tia conclusio Siluest. verb.religio 6.qu.7.* qui om-
nes pro ratione adducunt, quod Religiosus
12 est solum vsuarius † bonorum, quæ sibi de-
stinata sunt at vsuarius nequit † de bonis ad
13 certum vsum concessis in alios vsus dispo-
nere §.1. *§.item is instit. de vsu, & habit. ibique*
notat *Oynot.num.8.& seqq.Ioan.Arepreċt.sub n.1.
& num.15.Sot. de iust.& iur.lib.4. quæst.1. art.1.
col.8.vers.*

Ac quatenus facultas conuertendi, &
disponendi de bonis reseruatis non restrin-
geretur ad vsus necessitatesque proprias, sed
alios quoque vsus comprehenderet semper
14 tamen † intelligenda esset de vsibus pijs, nõ
autem prophanis, vt optimè aduertit *Nauar.
cons.tom.1.lib.3.tit.de donat.cons.7.num.2.Laur.de
Portell.dub.regular.verb.peculium sub num.2.Mi-
rand.in manual.prælat. tom.1. quæst.28.art.9.Bar-
bos.d.potest.Episcopi alleg.103. num.5.in fin.& in
collect.ad Concil.Trid.sess.25. de regul.cap.2.n.16.
vers.si autem Rot.in Recanaten.Bonorum 29 Apri-
lis 1641. §.quod autem coram R.P.D.meo Cerro.*

Sicut igitur ipsa transactio facultatem dis-
ponendi de bonis reseruatis ad libitum
Damiano non præbet, aut reseruatio ad
pecunias comparatas aliundè quod è per-
sonis ibi nominatis non porrigitur, ita
15 nec confirmatio Apostolica, † & si ema-
nauerit ex certa scientia, ac de voto parti-
cularis Congregationis desuper ab Vrbano
Octauo deputatæ cum confirmatio quæli-
bet addat quidem robur confirmato in om-
nibus ibi contentis, sed non vltra, & sup-
pleat ius non factum, *cap.1. & 2.de confirmat.
vtil.vel inut.Dec.in l.more num.31. ff.iurisd.omn.
Iud.Berou.cons.7. num.37. lib.3.Menoch.cons.75.
nu.32.Rot.decis.604.nu.1.par.4.recent.*

Nihilque Guerrinos iuuat, quod contra-
xerint bona fide ignorantes Breue Paulinũ
fuisse antecedenter consumptum. Nam bo-
na fides recipientis, vbi tradentis potestas de-
16 ficit, † & ius resistit contractum non substi-
net iuxtà distinctionem, *Bart.in l.sed si lege,
§.serie ff. petit. hæreditar. Bald. in l. pro oneribus
circa med.vers.nisi dicas Cod.iur.dot.Becc.cons.95.
num.15.Surd.cons.115. num.21.& decis.45.n.13.*
Semperque vrget defectus dominij in tradē-
te, ac votum paupertatis, & Monasterij cui
ab initio pecuniæ quæsitæ fuerant præiudi-
cium, quod ex contractu Religiosi † inferri
17 non potuit *Abb.in cap.cum venissent nu.5.& 6.
de restit spoliat.Ciriac.controu.300.nu.38.Seraph.
decis.1127.num.2.Caual.decis.209. num.1.& fuit
dictum in Perusina Parrochialis 7. Aprilis 1642.
coram me.*

Vtique tamen censuerunt Domini bo-
nam fidem suffragari ad effectum, vt è sorte
principali censuum controuersorum demā-
tur illorum fructus quos Guerrini soluisse
Patri Damiano viuenti probauerint præser-
18 tim quia cum dicti census essent † nulliter
empti resoluuntur in purum mutuum ex
19 quo fructus percipi † non potuerunt, *Cenc.
de censib. quæst.88. num.1. & seqq.& num.7.* vbi
20 ampliat etiamsi † spontè soluti fuerint, *Rot.
inter impress.post dictum tract.decis.12. num.1.de-
cis.31.num.6.& seqq. decis.227. num.4.decis.228.
num.2.* Neque patitur æquitas vt Monaste-
rium ad quod cum omnibus bonis in hære-
ditate Damiani repertis fructus Damiano
21 soluti transierunt eos lucretur † cum iactu-
ra soluentium, *l.nam.quod natura ff.condict.ind.
cum alijs allegatis à Cinc.de censib.q.66.n.98.*

Et ità decisum vtraque parte informante

SENOGALLIEN. SALVIANI.

Mercurij 29. Maij 1652.

ARGVMENTVM.

Excessus sententiæ ex quibus iustificetur?

SVMMARIVM.

1 *Excessus sententiæ resultat ex petitione facta à Procuratore in iudicio vltra summam debitam, itaut principalis executioni demandando sententiam super ea petitione latam, eandem petitionem ratificasse censeatur.*
2 *Nec potest dictam petitionem amplius impugnare non docto de illius errore.*
3 *Excessus sententiæ probatur si post petitam certam summam in iudicio soluta fuit aliqua summa, quæ summam petitam minuebat, nec poterat reus ad totam summam petitam condemnari.*
4 *Excessus sententiæ executioni demandatæ sententiam iniustam in totum reddit.*
5 *Sententia exprimens certam quantitatem excedentem corruit in totum, etiamsi contineat explicitam relationem ad Instrumenta.*
6 *Spolium resultat propter excessum sententiæ, ideoque reus conuentus venit reintegrandus.*
7 *Sententia valida, & iusta venit confirmanda.*

DECISIO DIX.

ROTA in gradu appellationis reuocauit
ex capite excessus sententiam à Iudice
de partibus latam in iudicio vtilis Saluiani
interdicti concedentem Thomano immis-
sionem in bonis possessis à Theseis per ip-
sum retinendis donec ex fructibus eorum-
dem bonorum satisfactus fuerit de sc. 1440.
debitis ex causa fructuum census decurso-
rum, & insuper dictis Theseis reis conuen-
tis reintegrationem decreuit, vt legitur in
sententia Rotali lata ab Eminentiss.D. Car-
dinali Corrado.

Quam hodie causa per appellationem ad
me deuoluta Domini confirmarunt. Quia
vt bene ponderat *decisio sub die 19.Iunij 1651.
edita coram Eminentiss.Corrado,* excessus primæ
1 sententiæ patens est † attenta, tum petitione

scu-

scutorum 1440. initio iudicij facta à Procuratore Thomani pro remanenti, hoc est residuali debito calculato à die impositionis d. Census; Cumque Thomanus mandando executioni sententiam super ea petitione latam eandem petitionem ratificauerit *Lancell. de attent. par. 1. cap. 1. num. 63. & 64. Vant. de nullit. tit. qualitèr sententia num. 103. Aym. consil. 159. num. 5. circa med. vers. ideò Rot. coram san. mem. Greg. XV. decis. 176. numer. 9. & in Firmana Compromissi 21. Iunij 1625. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, non potest hodie procuratoris
2 mandatum, † vel ipsam petitionem impugnare non docto de illius errore, vt præter allegatos *in decisione D. Cardinalis Corradi §. tertio quia tradit Abb. in cap. vlt. num. 22. & 23. de confess. Tiraquell. de retract. conuent. glos. 5. num. 13 Grat. discept. 3. nu. 9.* & fuit dictum *in Rossanen. Decimarum 28. Nouembris 1639. §. nec obstat coram me.*

Tùm successiua solutione scutorum 550. in causam dictorum fructuum Census pen-
3 dente iudicio facta, † quæ minuebat summam petitam scutorum 1440. & licet emanauerit post litem motam, suffragabatur reis conuentis ne ad totam summam petitam condemnari possent iuxtà theoricam *gloss. in cap. pastoralis verb. de nouo de except.* quam sequitur *Felin. ibid. sub num. 16. vers. dum dicitur Bart. in l. 1. num. 9. in fin. ff. eod. tit. Surd. cons. 514. nu. 1. Grat. discept. 546. num. 45. Cæsar. Manent. decis. 13. num. 56.* Vnde vt dicebam euidens est
4 excessus sententiæ † dantis nominatim retentionem pro scutis 1440. qui prætertim subsecuta executione ipsam sententiam iniustâ in totum reddit *Rot. apud Pen. decis. 384. num. 7. cum alijs in prima decisione allegatis*, & in fortioribus terminis, quod sententia exprimens
5 certam quantitatem excedentem, † corruat in totum etiam si contineret explicitam relationem ad instrumenta, fuit decisum *in Salamantina Pensionis 9. Maij 1583. coram Bubalo.*

Posito autem excessu sententiæ meritò sententia Rotalis decreuit vlterius reinte-
6 grationem Thescis reis conuentis, † quia propter excessum resultare spolium dixit *Rota in Romana Spolij Bonorum 21. Febr. 1600. cor. Iusto impress. apud Marches. de commiss. tom. 1 fol. 1249. & in Camerinen. Spolij 28. Nouembris 1603. coram eodem impress. apud Marches. tom. 2. fol. 234. num. 1. in fin.*

Quare cum sententia Rotalis sit in omni-
7 bus iusta, & de cetero probetur valida † ex reuolutione processus iuxtà sæpissimè receptam *decis. 260. Caputaq. par. 2.* confirmanda visa fuit informantibus solùm Thescis citato septies aduersario.

SENOGALLIEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 7. Iunij 1652.

ARGVMEMTVM.

In donatione fideicommissum constitutum detractis debitis donatoris censetur tantùm super residuo bonorum donatorum, quæ detractis debitis supersunt constitutum. Debitor nequit eius bona fideicommisso subijcere in præiudicium creditorum habentium specialem hypothecam. Donator si de bonis reseruatis in donatione non disposuit, an illa spectent ad donatarium, vel ad hæredem donatoris?

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana prohibens appellationem à sententijs latis in possessorio locum non habet, quando illa sunt iniusta.*
2 *Excessus sententiæ illam iniustam reddit, & ex quibus excessus resultet? num. 3. & seqq.*
4 *Confessio donantis emissa in Instrumento donationis plenè contra donatarium fidem facit.*
5 *Census acquisitus à duobus pro medietate ad vtrumque æqualitèr spectat.*
6 *In donatione regularitèr non veniunt bona futura, sed tantùm à donante possessa tempore donationis.*
7 *Tempus præcisè probandum vbi est fundamentum intentionis alicuius.*
8 *Fideicommissum si sit in donatione constitutum detractis priùs debitis ipsius donantis, tunc nulla competit Donatario immissio nisi facta priùs per Iudicem liquidatione debitorum, quæ ex bonis donatis sunt detrahenda.*
Et fideicommissum tunc constitutum censetur post solutionem debitorum num. 11.
9 *Ablatiuus absolutus actum suspendit, & executionem impedit.*
10 *Dictio,* priùs, *præcisum ordinem, ac formam procedendi importat.*
12 *Debita fideicommittentis detrahenda fideicommissum minuunt.*
13 *Detractiones quando consistunt in quantitate, antequam illæ fiant non datur immissio fideicommissario.*
14 *Confessio dotis receptæ probat illius numerationem concurrentibus præcedenti dotis promissione, diuturnitate matrimonij cum alimentorum præstatione contra habentes causam à confitente.*
15 *Bona libera priùs excutienda sunt, quàm fideicommissaria,* ex dispositione Auth. res quæ C. commun. de legat.
16 *Bona patris sunt hypothecata pro dote, quam pro filio ipse recepit.*
17 *Creditor hypothecarius potest immediatè, ac recta via creditum exigere ex quibusuis bonis etiam particulari fideicommisso à debitore subiectis, prout ante fideicommissum exigere poterat.*
18 *Debitor subijciendo eius bona fideicommisso non valet creditorum hypothecis præiudicare.*
19 *Inuentarium confici non est necesse ab hærede, dum omnia bona fuerunt à defuncto singularitèr expressa, & descripta in testamento.*
20 *Hæc enim descriptio, quia sub oculis ponit omnia bona defuncti præsumptionem doli alias ex omissione Inuentarij resultantem cessare facit.*
21 *Mobilia cursu longi temporis consumpta præsumuntur.*
22 *Hæres grauatus non tenetur in suas detractiones imputare mobilia cursu temporis consumpta.*
23 *Donans si de reseruatis in donatione non disposuit*

tunc illa non ad donatarium, sed ad hæredem ipsius donantis pertinent.

24 *Declara id procedere, quando simpliciter certam quantitatem sibi reseruauit, secus si reseruauit eā capiendam ex bonis donatis.*

25 Thesaur. decis. 97. nu. 3. reprobatur à Vinc. de Franch. decis. 600. sub nu. 2. & ab aliis.

26 *Legitima detrahenda est potius ex bonis liberis, quàm particulari fideicommisso subiectis.*

27 *Dos detrahenda est ex bonis liberis non autem fideicommisso subiectis non obstante præcepto fideicommittentis de dotando descendentes ex bonis fideicommissi, quia intelligi debet in casu deficientia aliorum bonorum.*

DECISIO DX.

VVLGARIS conclusio, quod Egidianæ Constitutioni à sententiis in
1 possessorio latis † appellationem suspensiuam prohibenti locus non est, quando sententiæ sunt iniustæ, *ex alleg. in dec. 80. num. 11. dec. 191. num. 1. dec. 282. nu. 1. dec. 349. nu. 23. par. 4. tom. 2. recent.*

Dicta est hodie applicabilis immissioni vigore fideicommissi in donatione Guidonis Senioris constituti per sententiam A.C. Guidoni Iuniori, & litis consortibus concessæ
2 stante illius excessu † vltrà bona in donatione, & fideicommisso comprehensa, qui iniustus est *l. cohæredi §. cum filio ff. vulgar. & pupill. l. ex facto in princ ff. ad Trebell. cum aliis allegatis in Romana Bonorum 19. Ian. 1643. coram Reuerendiss. Terracinensi.*

3 Resultat autem primò † quia censuum, ad quorum medietatem sententia actores immittit, non medietas, sed solùm quarta pars cadebat sub fideicōmisso; subiecit enim donator dimidiam bonorum, ac Censuum à se possessorum tempore donationis, vt in Summ. vtriusque partis num. 1. & sic quartam tantùm partem eorum, quorum dimidia ab ipso possidebatur; possidebatur autem dimidia dumtaxat præfatorum censuum,
4 quia vt constat ex assertione donatoris † in Instrumento donationis emissa plenæ fidei contra donatarios actores *Bart. in l. facta §. si hæres num. 5. ff. ad Trebell. Aym. cons. 507. num. 4. & seqq. Peregr. de fideic. art. 53. num. 36. Buratt. decis. 183. num. 7. decis. 243. num.* 7. census acqui-
5 siti fuerunt † ad fauorem donatoris, & Iudittæ Archangelæ eius matris, quod importat vnicuique dimidiam *l. reos §. cum tabulis ff. duob. reis Picard. in §. 1. nu. 5. & 16. eod. tit. Gomes. var. resol. tom. 2. cap. 11. sub nu. 1. Rot. in Bononien. Nullitatis concordia 1. Iulij 1648. §. verùm coram me.*

Gratisque dicitur, quod etiam dimidia spectans ad matrem per eius obitum ad donatorem deuoluerit, quia cum donatio sit ocularitèr restricta ad bona possessa de tempore donationis cum expressa exclusione
6 futurorum, quæ nec regularitèr † in donatione comprehenduntur *Bart. in l. stipulatio hoc modo concepta num. 5. ff. verb. oblig. & in l. fin. num. 11. C. pact. Calder. cons. 2. de donat. Bellon. cons. 5. in princ. Surd. cons. 450. num. 45. Card. Mant. de tacit. lib. 13. tit. 25. num. 8. & 9.* probandum
7 exaduerso esset tēpus mortis matris, † quod nempè tempore donationis prædecessisset iuxtà theoricam *gloss. in l. cum actum ff. neg. gest. Dec. in cap. in præsentia num. 13. de prpbat. Rimin. Iun. cons. 23. num. 306. cons. 71. nu. 17. Surd. dec. 75. num. 10.* eo magis quia ibi fit mentio matris absque aliqua dictione lethali.

Secundò quia sententia dat immissionem in dimidiam veluti quotam hæreditatis continentem scilicèt etiam debita donatoris; ille autem locutus fuit de dimidia vti quota bonorum, hoc est de ea, quæ remaneret detractis debitis, ibi, *detractis priùs debitis, & quibuscunque hypothecis, quibus debitis solutis, & hypothecis resolutis d. Dominus Vincentius donatarius habeat dictam dimidiam partem &c.* Igitur antequam Iudex executionem donationi, ac fideicommisso daret, liquidare in primis de-
8 buisset, † an & quæ debita, & hypothecæ super bonis donatis adessent; attento præser-
9 tim ablatiuo illo † absoluto *detractis &c.* vt in puncto aduertit *Surd cons. 186. nu. 23. Peregr. de fideicomm. art. 50. num. 83. Fusar. de subst. qu. 672 num. 16. Rota bis in Bononien. fideicommissi de Bolognmis 29. Nouembris 1641. §. quia hoc, & 17. Martij 1642. §. secundò, nec obstare coram Reuerendissimo Salamantino*; fortius quia ablatiuus ille geminatus est, ibi, *detractis &c.* & infrà, ibi, *quibus debitis solutis &c.* necnon quia adiecta fuit dictio *priùs*, ibi, *detractis priùs &c.*
10 quæ † præcisum ordinem, ac formam procedendi iniungit *Barbos. dict. 286. num. 1. & 2.*
11 efficitq; vt fideicommissum † censeatur collatum post solutionem debitorum, vt in puncto clausulæ *detractis priùs, Neguss. Castr, & alij quos refert, & sequitur Moder. Panormitanus var. resol. tom. 1. resolut. 14. sub num. 43.* quod vltrò explicant apertissima verba subsequētia, ibi, *quibus solutis &c. Vincentius donatarius habeat dimidiam partem &c.*

Cùm itaque Iudex immissionem decreuerit indebitè in medietatem censuum ibi descriptorum non detractis priùs, ac solutis debitis, duplex adest excessus. Alter circà ordinem processus à donatore iniūctum, alter circa rem ipsam, quia debita detrahen-
12 da, vt † infrà minuebant medietatem fideicommisso subiectam *Card. Mant. in puncto de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 25. num. 7. Surd. decis. 62. num. 22. ex tex. in l. Papinianus §. quarto ff. inoff. test.* vt propterea non integra medietas, puta census scutor. 300. deberetur, vt in sententia exprimitur; imò quia detractiones consistūt
13 in quantitate, † ideoque euenire poterat, quod nihil pro fideicommisso remaneret, nec in aliqua modica rata ante factas detractiones, poterat concedi immissio *Decian. cons. 87. num. 2. lib. 2.* & fuit decisum *in Ferrarien. de Tassonis 18. Nouembris 1618. coram Sanctissimo D.N. in Romana de Spinosis 10. Maij 1623 coram bo. me. Pirouano, in Romana de Mellinis 15 Decembris 1645. coram R.P.D. meo Cerro.*

Debita detrahenda sunt dos Felicis vxoris donatoris, quæ donatori soluta in scutis

1450.

1650. probatum per publicum Instrumentum
14 confessionis de recepto † iuncto præcedenti Instrumento promissionis dotis, ac diuturnitate matrimonij cum alimentorum præstatione plenam fidem faciens aduersus actores habentes causam à confitente *Couar. var. resol. lib. 1. cap. 7. nu. 6. Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 8 num. 13. Sanch. de matrim. lib. 6. disput. 9. num. 10. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. fin. gloss. vnica num. 35. & seqq. Seraph. decis. 795. nu. 1. Rot. in Eugubina Hæreditatis 2. Iunij 1651. coram me.*

Item scuta 200. pro rata dotis Angelæ vxoris Vincentij primi donatarij, quæ fuerat donatori eius patri in quantitate scutor. 400. soluta, quamque idem pater in instrumento donationis pro dicta rata scutorum 200. hypothecauit in specie super bonis donatis pro alijs verò scutis 200. super remanentibus bonis. Neque hic intrat necessitas excutiendi
15 priùs † bona libera iuxtà notata in *Auth. res quæ C. comm. de legat.* quia donator benè declarauit, pro qua rata vellet dotem restitui de bonis liberis, & pro qua de bonis donatis fideicommisso subiectis, cumque hæc specia-
16 litèr hypothecauerit, ac essent antea † quoque hypothecata, ex dispositione Iuris communis *l. si cum dotē §. transgrediamur ff. sol. matr. ibique Bart. & Alex. num. 16. Surd. dec. 47. num. 1. decis. 62. num. 33.* & fideicommissum restrinxerit ad medietatem bonorum residualium detractis debitis, ac hypothecis solutis; clarum est ex voluntate fideicommittentis, quod hæc rata hypothecata in bonis donatis minuere debet fideicōmissum, & iuris quoque dispositioni consonum est, vt creditor
17 hypothecarius † possit immediatè, ac recta via creditum exigere, ex quibusuis bonis etiam particulari fideicommisso à debitore subiectis, prout ante fideicommissum po-
18 tuisset, quia debitor fideicommittendo † creditorum hypothecis præiudicium inferre nō valuit *l. filiusfamilias §. Diui il 2. ad fin. ff. leg. 1. l. peto §. prædium ff. leg. 2. Bart. in l. Marcellus §. res quæ in prima opposit. ff. ad Trebell. Socc. Iun. consil. 28. num. 3. lib. 2. Natt. cons. 110. num. 13. Gamm. dec. 218. num. 4. Buratt. dec. 920. n. 3.*

Non obstat, quod Vincentius donatarius, & ex cuius persona competunt dictæ detractiones non confecerit inuentarium, quia
19 non erat opus inuentario † dum in ipsa donatione omnia bona donatoris singularitèr expressa fuerunt, vt post *Dec. & alios in l. debitori C. pact.* tradit *Castr. cons. 188. nu. 2. lib. 1.* hæc
20 nimirum descriptio, † quia sub oculis ponit omnia bona fideicommittentis præsumptionem doli, aliàs ex ommissione inuentarij resultantem cessare facit *Minado. consil. 4. num. 14. Peregr. cons. 19. sub num. 40. & 41. lib. 4. Cirin. contr. 316. num. 10. & seqq. contr. 411. n. 22.*
21 & mobilia si quæ aderant † lapsu 30. annorum post donationem decursorum præsumuntur consumpta absque culpa donatarij *Bart. in l. quod ait præsens num. 3. C. Marileg. lib. 11. Peregr. de fideic. art. 10. num. 39. & 40. Fusar. de subst. qu. 624. num. 6. Afflict. decis. 13. num. 27. Rota*
22 *decis. 259. num. 36. par. 3. recent.* nec ea † in suas detractiones imputare donatarius, siue hæres grauatus tenetur *Peregr. d. art. 10. nu. 44. Fusar. d. quæst. 624. num. 10. & 11. Rauden. dec. Pisana. 28. num. 161. & 162. Rot. dec. 535. n. 2. par. 5. rec.*

Alias deductiones à reis conuentis prætēsas, nempè scutorum 200. causa testandi reseruatorum donatori, ac legitimæ, & Trebellianicæ illi debitæ in bonis Iudictæ Archangelæ matris pariter sibi reseruatæ à donatore; Item legitimæ competenti Vincentio filio in bonis donatoris. Item dotis Iudictæ Iunioris, quam donator dotari mandauit oportunius discutiendas, Domini censuerunt cùm ad conuincendam iniustitiam sententiæ sufficiant superiùs adducta, & respectu scutorum 200. causa testandi reseruatorū ponderandum sit, quod licet regularitèr, nisi vt in casu nostro donator de reseruatis
23 testatus fuerit, † aut aliàs disposuerit illa pertineant non ad donatarium, sed ad hæredes donatoris *Cancer. var. resol. tom. 1. cap. 8. nu. 196. & vltrà ibi alleg. Vincent. de Franch. dec. 600. remissiuè per tot. Monach. dec. Bononien. 71. num. 80. & seqq. Sesse dec. 48. num. 1. & seqq.* id procede-
24 re, quando † simplicitèr certam quantitatem sibi reseruauit, secus si reseruauit eam capiendam ex bonis donatis, qui est casus noster, ibi, *reseruata &c. testandi de scutis 200. capiendis ex dictis bonis donatis,* tradunt alij, quos secutus est Senatus Pedemōtanus apud *Thes.*
25 *dec. 97. sub num. 3. vers. ideo,* † quem tamen reprobare videtur *Vinc. de Franch. d. dec. 600. sub num. 2. vers. & similitèr Sesse decis. Aragon. 43. n. 1. & seqq. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 33. sub nu. 14. Mantr. Siculus de donat. contemplat. matrim. tom. 1. discept. 2. par. 2. num. 21. fol. 79.* Et quo ad legitimam, & Trebellianicam competentem donatori in dote Archangelæ matris liquidanda priùs est ipsa dos matris.

Respectu legitimæ Vincentij videndum est, an obstet prohibitio donatoris iuncta præsertim renunciatione expressa deinde à filio facta in diuisione cum fratre, nec non
26 existentia aliorum bonorum liberorum, † ex quibus potiùs quam ex fideicommisso particulari detrahenda est *Menoch. cons. 401. n. 138. cum alijs relatis in Bononien. Domus 30. Apr. 1646 coram me, in Rauennaten. Bonorum 1. Febr. 1647 §. quia coram Eminentiss. D. Card. Corrado,* tandem quoad dotem Iuditta iunioris aduerteñ quod simplex præceptum donatoris de do-
27 tando † descendentes ex veriori Doctorum sententia interpretatur in casum deficientiæ aliorum bonorum, ex quibus fœminæ dotari possint *Castr. Bero. Alex. alijq; plena manu congesti, ac approbati in Prænestina dotis 29. Nouembris 1647. §. nam contraria, & per tot. coram eod. D. Card. Corrado.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

BAREN. SALVIANI.

Lunæ 10. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Sententia nulla, si alioquin iusta detegitur potest à secundo Iudice confirmari, quando nullitas non fuit specificè coram eo ante seruationem terminorum substantialium deducta. Pater vendens vna cum filijs, qui se Dominos asserunt, censetur talis assertiua filiorũ adhibita pro maiori cautela emptoris cum reuera dominium apud patrem resideat. Excessus fructuum compensatiuorum quando allegari nequeat contra cessionariũ venditoris?

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata post decem dies citationis edita ad sententiam est nulla, etiamsi citatio sit concepta ad primam diem cum continuatione iuxtà stylum de partibus, quia stylus huiusmodi substinet sententiam triduo sequenti, & non vltra.*

2 *Nullitas primæ sententiæ opponi debet coram secundo Iudice ante seruationem terminorum substantialium, alias enim si sententia est iusta potest à secundo Iudice confirmari.*

3 *Fructus compensatiui non amplius debentur, si mediante retrouenditione res vendita, iterùm remeidit in posse venditoris tunc enim cessat æquitas* leg. curabit C. act. empt. *Declara vt nu.* 9. *&* 10.

4 *Fructus recompensatiui debentur pro rata quantitatis, quam ex re vendita venditor percipiebat.*

5 *Filij si vendunt vna cum patre rem ad patrem spectantem, & in Instrumento venditionis asserunt se esse Dominos, censentur ad maiorem cautelam emptoris sub hoc nomine vendidisse.*

6 *Filij etiam viuente patre dominium quodammodo habere dicuntur.*

7 *Pater admittendo filios ad vendendum tanquam Dominos, & patronos, eos tales non efficit in sui præiudicium.*

8 *Peculium profectitium filiorum sub dominio patris existere dicitur.*

9 *Emptor si coactè rem emptam dimittit tunc fructus compensatiuos soluere non tenetur venditori.*

10 *Emptor si cessionario venditoris promisit soluere fructus compensatiuos non potest eo inscio retrouendere venditori rem emptam, & sub hoc prætextu fructuum solutionem euitare.*

11 *Quinimò nec potest sortem ipsam principalem pretij cessam soluere cedenti in præiudicium cessionarij.*

12 *Excessus fructuum recompensatiuorum licet opponi possit venditori, non tamen eius cessionario, qui creditum cessum emit, & excessum ignorauit.*

13 Text. in l. si quis delegauerit, & l. doli mali exceptio, & l. si Titius ff. de nouat. *loquuntur in terminis delegationis ad fauorem eius, cui est facta delegatio, non autem cessionis ad fauorem cessionarij, & ratio diuersitatis assertur num.* 14. *&* 15.

Cessionarius agit ex primæua actione quæsita cedenti d. num. 15.

16 Text. in l. Iulianus ff. doli mali except. & in l. 2. §. aliud iuris ff. de donat. *dantes exceptionem doli contra secundum creditorem, & condictionem aduersus primum intelligendæ sunt in cessione, non in delegatione.*

17 *Exceptiones reales competentes contra cedentem transeunt indistinctè in cessionarium, tàm ex causa lucratiua, quàm onerosa.*

18 *Cessionarius representat personam cedentis, & non plus Iuris habere potest, quàm ipse cedens.*

19 *Debitor cessus soluendo cessionario non dicitur nouam obligationem ad eius commodum contraxisse sed agnoscere cessionem facto cedentis transfusam vt proinde soluere amplius cedenti non valeat.*

20 *Exceptio vsurariæ prauitatis remitti non potest, quia non pendet à potestate contrahentium.*

21 *Et parte non opponente suppletur à Iudice.*

22 *Sententiæ verba intelligenda sunt iuxtà iuris dispositionem.*

23 *Creditor si non vult agere, nisi quod verè interest, licet contra eum producatur pactum taxatiuum certi interesse non releuat.*

24 *Pactum quamuis sit vsurarium, quoad taxationem certi interesse, nihilominus promissio sortis principalis meretur executionem.*

25 *Saluianum competit probatis solitis extremis.*

DECISIO DXI.

LAVRA Barona, & Isabella Regna creditrices Ioannis Vincentij de Rubeis illa in scutis 492. hæc in scutis 500. in sorte, & eorum fructibus recompensatiuis vti habentes causam ab illis, quibus recepta simili summa Bernardus, & Paulus Regna de anno 1616. & 1617. cesserant pro concurrenti quantitate tùm sortem, tùm fructus recompensatiuos crediti, quod contra eundem Ioamnem Vincentium de Rubeis habebant occasione venditionis cuiusdam domus ei de anno 1614. per ipsos venditæ pro prætio scutorum 3192. quod donec solueret promiserat emptor se soluturum fructus recompensatiuos ad ratam scutor. 7. pro quolibet centenario.

Vt consequerentur, & sortem, & fructus præfatos egerunt vtili Saluiano interdicto contra bona existentia in Territorio Modunei possessa à Leonardo Russo Successore Io: Antonij, cui præfatus Io: Vincentius debitor eadem bona vendiderat de anno 1628. & obtinuerunt ab Ordinario Bareñ sententiam fauorabilem confirmatam in secunda instãtia ab A. C. cuius sententia cum nedùm de iniustitia, sed etiam de nullitate coram Me in tertia instantia redargueretur edixi hodie dubium, an ea sit confirmanda, vel infirmãda, & pro confirmatione responsum fuit.

Allegata enim nullitas ex defectu legitimationis personarum tollitur ex datis in Summario actricium num. 2. & seqq. vsque ad octauum. Altera ex defectu citationis ad sententiam vrgeret sanè si de ea coram A. C. fuisset oppositum, si quidem sententia Ordinarij Bareñ lata fuit post decem dies citationis editæ ad sententiam, † nec releuat,
1

quod

quod citatio cōcepta esset ad primam diem, cum continuatione iuxtà stylum illarum partium, quia stylus huiusmodi sustinet quidem sententiam triduo sequenti, sed non vltrà latam, vt declarauit *Rot. decis. 476. nu. 7. par. 2. recent. & coram bo. me. Buratto dec. 723. n. 3 & in alijs alleg. ab add. ad sa. me. Greg. XV. dec. 71. litt. A. & B.* Sed quia de hac nullitate coram
2 A.C. non fuit oppositum, † & quidem specificè ante seruationem terminorum substantialium, vt debuit *Rot. in Romana fideicommissi de Spiritibus 14. Iunij 1645. & 15. Ianuary 1646. coram R.P.D. meo Cerro,* potuit A.C. primam sententiam alioquin iustam confirmare *Gabr. cons. 28. num. 2. lib. 2. add. ad. san. mem. Greg. XV. dec. 176. num. 11. & 16. alijque relati in d. Romana fideicommissi de Spiritibus, & in Romana Pecuniaria 10. Febr. 1648. coram Eminentiss. D. Card. Corrado, in Romana Domorum 20. Iunij 1650. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono.*

Excessus pariter sententiarum siue in re, quia dant immissionem in omnia bona petita, cùm tamen solùm quartam partem spectasse ad se Vincentium debitorem constet ex instrumento ab actricibus producto, in quo non ille solus, sed simul Marcus Antonius, Ioseph, & Andreas eius filij tamquam Domini, & patroni ea se habere tenere, ac possidere asseruerunt, ac vendiderunt Sum. Leonardi num. 5. siue in credito; tùm quia Io: Vincentius postquam de anno 1626. domum, vt supra de anno 1614. à se emptam retrouendiderat Petro Paulo Regne primo
3 venditori † non debebat amplius fructus recompensatiuos, cum tunc cessaret æquitas *l. curabit C. act. empt.* vt aduertit *ibid. Cagnol. n. 48 Lup. comment. 1. §. 7. num. 141. Barbos. in l. de diuis. la 5. num. 13. & 14. ff. sol. matr. Odd. cons. 87. n. 18. & 19. Molin. de contract. disput. 368. nu. 14. in fin. add. ad sa. me. Greg. XV. dec. 297. num. 11. Rot. coram eodem Greg. XV. dec. 347. num. 5. ibique add. num. 17.* Tùm quia originalis promissio soluendi fructus recompensatiuos ad ratam 7. pro centenario non erat exequibilis antequam exaduerso aliunde, quam ex partium assertione probaretur, quod totidem fructus
4 ex domo † empta percipiebantur, nam fructus recompensatiui excedere non possunt, quos res ipsa ferebat emptori *Soc. sen. in d. l. de diuisione num. 13. & seqq. ff. sol. matr. Alex. consil. 69 num. 4. lib. 1. Gratian. disc. 588. num. 18. & 19. discept. 716. num. 1. & 2. discept. 911. num. 18. & seq. Cæs. de Graff. decis. 1. sub num. 10. vers. & liquidatis de vsur. Rot. decis. 71. num. 4. & 5. par. 2. diuers. 331 num. 3. & 4. inter impress. post consil. Farin.*

Euitantur animaduertendo circa primum quod filij, etsi Dominos, & patronos se
5 cum patre asseruerint† nisi tamen alio modo tales se probent censentur hoc nomine vendidisse ad maiorem cautelam emptoris, & reuera dominium apud patrem tantùm resedisse *Rol. cons. 90. num. 8. & 23. lib. 2. Menoch. præscript. 50. num. 1. lib. 3. Rot. decis. 125. num. 7. par. 6. recent. & in Rom. diuisionis 20. Iunij 1639 §. minus, & §. seqq. vers. & quia, & 15. Iunij 1640. §. non obstant instrumenta coram me,* potueruntq; se Dominos, & patronos dicere, quia etiam
6 viuente† patre dicuntur habere quodammodo dominium in eius bonis *l. in suis ff. lib. & posth. §. sui autem vers. sed sui quidem inst. hær. qualit. & diff. Picard. in princ. tit. de Inst. de exhæred. lib. num. 6. vers. habetque Ioamn. Harprect. ibid. sub n. 5 & 6.* nec pater eos admittendo ad vēdendum
7 secum † tamquam Dominos, & patronos tales effecit in sui præiudicium etiam si id animo donandi fecisset, quia quicquid ex patris confessione, vel donatione in filios de-
8 riuasset adhuc vti prouenien s à patre, †& peculium profectitium ad patris dominium reuolasset *l. donationes quas parentes C. donat. int. vir. & vxor. glos. in l. si ancillam §. si pater ff. pro suo Paris cons. 24. num. 60. lib. 2. Io. Franc. à Ponte cons. 19. num. 11. Osasch. decis. 125. num. 2.*

Circa secundùm, quod obiectum forsan procederet, si coactè Ioannes Vincentius
9 possessionem domus emptæ dimisisset† antequam cessionarius Regne venditoris agnosceret in creditores, tunc enim dimissa re, cuius contemplatione fructus soluebat, ab eorum solutione in posterùm esset immunis *ex alleg. per Felician. de cens. lib. 3. cap. 6. nu. 7. Cenc. in addit. ad tract. de cens. par. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 6. num. 13. fol. 98. Ciriac. controu. 440. num. 17.* Postquam à cessionarijs fuerat ex causa one-
10 rosa quæsitum ius consequendi fructus † ab ipso Io: Vincentio, atque ille se debitorem erga eos agnouerat non potuit in eorum præiudicium, eisque inscijs spontè rem emptam retrouendendo primo venditori, ac respectiue cedenti fructuum solūtionem in futurum euitare, vt benè distinguit *Castr. in l. cum mulier. 56. num. 3. vers. interdum illud emolumentum ff. sol. matr. Antonin. de Amat. var. resolut. lib. 1. resol. 21. nu. 5. Rot. in Romana Fructuum census 11. Decembris 1645. §. secundo quia conclusio cor. R.P.D. meo Cerro,* sicuti nec potuisset for-
11 tem ipsam principalem præcij actricibus cessam soluendo cedenti *l. 3. ibique Bald. nu. 2. & Doct. omn. C. nouat. glos. in l. nomen verbo certior C. quæ res pign. oblig. poss. Cancer. var. resol. tom. 2. cap. 6. n. 80. Osasch. decis. 44. sub num. 6.* Vt propterea non obstante retrouenditione valeant cessionarij fructus exigere à Io. Vincentio, eoque certius, quia idem Vincentius fructus paritèr recompensatiuos sibi stipulatus fuit à Regna, cui retrouendidit ad eamdem rationem scutor. 7. pro rata scutor. 1000. quæ excedit creditum actricium Sum. Leonardi num. 4.

Tandem excessum in taxatione fructuum informantes pro mulieribus actricibus euadere conabantur dupliciter. Primò quia exceptio huiusmodi, etsi obstaret Regne primo
12 venditori † obijci non potest eius cessionarijs, qui creditum emerunt, & assertum excessum ignorarunt *iuxt. text. in l. si quis delegauerit 12. vbi quod debitor condicere tantumdem poterit à primo creditore l. doli mali exceptio 19. l. si Titius 33. ff. nouat.* Verùm periculosa est res-
13 ponsio, nàm allegati text. loquuntur† in terminis delegationis ad fauorem eius, cui facta est delegatio, nos verò versamur in terminis

minis cessionis ad fauorem cessionarij, qui
casus longe inter se differunt, & ratio diuer-
14 sitatis est † quia ille cui facta est delegatio
non agit ex prima obligatione elidibili per
exceptionem, sed ex secunda interposita ad
sui fauorem à debitore delegato, & sic non
ex actione quæ competebat delegandi, sed ex
propria stipulatione in qua debitor delega-
tus videtur remisisse nouo creditori excep-
tionem sibi ortam contra delegantem; cessio-
15 narius verò† agit ex primeua stipulatione, &
actione quæsita cedenti, aduersus quam com-
petit exceptio exclusiua obligationis vt ægre-
gie aduertit *Bart. in dicta l. doli mali exceptio n. 6.
& sub num. 10. & in l. si donatarius §. si quis inde-
bitum in punct. vers. & interest ff. condict. caus. data*
vbi ait quod text. *in l. Iulianus ff. doli mali exce-*
16 *ptione.* † *& in l. 2. §. aliud Iuris de donat.* dantes
exceptionem doli contra secundum credito-
rem, & condictionem aduersus primum in-
telligendi sunt in cessione non in delegatio-
ne *Salyc. in l. qui stipendia num. 5. in fin. C. procur.
Cancer. var. resol. tom. 1. cap. 2. num. 67. vers. dicens,*
17 *& nu. 68.* & omnes exceptiones reales† com-
petentes contra cedentem transeunt indistin-
ctè in cessionarium tam ex causa lucratiua
quam onerosa *Brunor. à Sole quæstion. legal.
quæst. 10. sub numer. 13. & 15. Cancer. dicto cap. 2.
num. 69. & 70.* quia plus habere non potest
18 quam cedens † cuius personam repræsentat
*Rot. decis. 145. num. 3. apud Zacch. de oblig. Camera-
li decis. 205. num. 4. decis. 303. num. 7. par. 1. recent.*
19 & debitor cessus soluendo cessionario† non
dicitur nouam obligationem ad eius com-
modum contraxisse, sed agnouisse cessionem
primeuæ facto tantū cedentis trasfusā vt pro-
inde soluere amplius cedenti non valeat *Can-
cer. var. resol. tom. 2. cap. 6. numer. 76. & seqq. Eugen.
cons. 73. num. 19. & 20. lib. 1. post Bart. in l. singula-
ria sub num 18. ff. si cert. pet.*

Quæ facilius procedunt in exceptione
20 vsurariæ prauitatis, † quam debitor nec vo-
lens potest remittere quia non pendet à po-
testate contrahentium *Gratian. discep. 851. n. 11.
& 12. Rot. decis. 775. num. 2. par. 4. diuers. decis. 559.*
21 *num. 2. par. 1. recent.* & parte non opponente †
suppletur à Iudice *Sesse de inhibit. cap. 4. §. 2. nu. 7.
& 8. Capic. dec. 175. n. 2. cum alijs relat. à Moderno
Neapolitano controu. Forens. cent. 1. cap. 76. num. 10.
& 11.*

Domini propterea amplexi sunt secundā
responsionem, quod scilicet sententia Ordi-
narij Baren. & alia confirmatoria A. C. non
dant immissionem pro fructibus, sed generi-
ce pro credito actricium in actis deducto
quod intelligendū est de credito sortis prin-
cipalis ac etiam fructuum in ea parte qua li-
cite debeantur, & non vltra, nam verba sen-
22 tentiæ† interpetranda semper sunt iuxta iuris
dispositionem vt in fortioribus terminis sen-
tentiæ condemnantis nominatim ad fructus
*Vinc. de Franch. decis. 527. num. 12. vers. nam dice-
bam Capic. Latro decis. 25. sub num. 38. vers. nam
verba sententiæ Rot. decis. 66. num. 3. par. 2. recent. &
in Romana fideicommissi de Campagnolis 18. Febr.
1649. §. non obstant quod sententia coram R. P. D.
meo Peutingerio, & in Romana subhastationis 7.
Iunij 1651. §. condemnatio coram me.* Tanto ma-
gis quia, & si fuisset productum pactum ta-
23 xationem certi interesse continens, † illud
meretur executionem, si creditor non vult
exigere nisi quod verè interest *Gratian. discepr.
588. num. 19. Rot. apud Farin. decis. 331. sub nu. 10.
vers. & quia vbi allegantur concordantes Caualc.
decis. 35. num. 33. lib. 1.* & fortius meretur exe-
24 cutionem promissio sortis principalis† quā-
uis illicitum esset pactum vsurarium *ex alleg.
per Caualc. dicta decis. 35. num. 32.*

Submotis igitur exceptionibus aduersarij
cum de cætero creditum, & hypotheca actri-
cium probetur ex publicis instrumentis, &
possessio Io: Vincentij debitoris nec non Leo-
nardi rei conuenti appareat ex clausula con-
stituti adiecta in instrumento venditionis ho-
rum bonorum per eumdem Io: Franciscum
factæ authori Leonardi nec non ex testibus
datis in Summario mulieris num. 10. confir-
manda est sententia concedens immissionem
in Iudicio vtilis Saluiani Interdicti, quod
25 probatis dictis extremis † competere tradit
post alios ibi relatos *Menoch. de adipisc. rem. 3.
num. 161. & seqq. & dixit Rot. decis. 491. numer. 6.
coram. san. mem. Gregor. XV. decis. 407. num. 1. par. 5.
recent.* & alias sepissime.

Et ità decisum vtraque parte informante.

BAREN. IVRISPATRONATVS.

Ven. 14. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Institutio debita est præsentato ab existente in
quasi possessione præsentandi nō autem præ-
sentato à verò patrono, quando de illius Iure
incontinenti non apparet per confessionem
partis, vel per rem iudicatam, aut publicum
Instrumentum. Iuspatronatus vt acquiratur
in præiudicium primi fundatoris ex reedifi-
catione vel redotatione, quænam requiran-
tur? Patrono licet variare in præsentando
cumulatiue.

SVMMARIVM.

1 *Institutio debita est præsentato ab existente in quasi possessione præsentandi quando non dubitatur de existentia Iurispatronatus ac de præsentationibus in tēpore, sed solummodo ambigitur de pertinentia.*
2 *Præsentatio probatur effectum sortita dum benefi- cium vacat per obitum præsentati.*
3 *Vnica præsentatio effectuata sufficit ad constituen- dum in quasi possessione præsentandi.*
4 *Sententia transit in iudicatum ab non prosecutam appellationem interpositam.*
5 *Quasi possessio præsentantis eo magis iustificatur si præsentatus continuo in possessione beneficij per- mansit quod per eius obitum postea vacauit.*
6 *Præsentatus à verò patrono vt præferatur præsen- tato ab existente in possessione præsentandi requiri- tur quod incontinenti constet de Iure veri patroni per confessionem partis, aut per rem iudicatam, aut per publicum Instrumentum.*

7 Item

7 *Item oportet Instrumentum esse adeò clarum vt indubitate appareat de non Iure existentis in quasi possessione præsentandi.*

8 *Iuspatronatus ex reedificatione vel redotatione vt acquiratur in præiudicium primi fundatoris requiritur quod Ecclesia sit penitùs diruta; itàut indigeat noua Consecratione quodque prima dos redacta fuerit de esse ad non esse num. 9.*

10 *Sententia lata ad fauorem præsentati non nocet patrono non citato.*

11 *Præcipuè quando ex actis non iustificatur.*

12 *Sententia lata ad fauorem præsentati à verò patrono ne releuet contra præsentatum ab existente in quasi possessione præsentādi, sufficit aliquid contra eam posse opponi.*

13 *Præscriptio ob non præsentationes factas ab alijs patronis non suffragatur contra præsentatum à possessore Iuris præsentandi.*

14 *Patronus potest variare in præsentando, dummodo variatio fiat cumulatiua.*

15 *In patronatu gentilitio Vxor patroni succedere nequit.*

DECISIO DXII.

IACOBVS Antonius de Iacobellis ad beneficium sub inuocatione Sancti Antonij de Padua præsentatus ab illis, qui de anno 1632. præsentauerant Horatium, per cuius obitum hodie beneficium vacat, instituendus,
1 est, vt hodie Rota censuit † nam de beneficij vacatione, de habilitate præsentati, de præsentationibus factis in tempore, ac de existentia Iurispatronatus nō dubitatur; solumque ambigitur de pertinentia, quo casu instituendus est præsentatus ab existentibus in quasi possessione præsentandi *cap. consultationibus de Iurepatr. cap. querelam de elect. cap. cum olim de caus. poss. & propr. Feder. de Sens. cons. 334. sub numer. 3. Rot. decis. 13. num. 19. & 20. par. 6. recent.*

Fuerunt autem qui præsentarunt Iacobellum constituti in quasi possessione præsentandi per præsentationem Horatij vt supra factam de anno 1632. quæ probatur effectum
2 sortita † ex quo beneficium hodie vacat per eiusdem Horatij obitū *Oldr. cons. 229. Seraph. decis. 337. num. 1. & 2. decis. 1141. num. 1. Cancler. decis. 625. num. 2. & seqq.* cum vnica præsenta-
3 tio † effectuata adhunc effectum sufficiat *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 91. de caus. possess. & propr. Roman. cons. 313. numer. 7. Oldr. cons. 302. nu. 2. Dec. cons. 117. sub nu. 2. Garz. de Benef. par. 5. cap. 5. num. 59.*

Eo magis quia præsentatio, & institutio Horatij lite desuper mota ab alio compræsentato seu prætensis patronis approbata fuit per sententiam Iudicis, à qua licèt exaduerso fuisset appellatum, quia tamen nemo appel-
4 lationem prosecutus fuit † atque ex inde sententia in iudicatum transijt *Auth. ei qui Cod. tempor. appellat. cap. cum sit Romana de appellat. Buratt. decis. 285. num. 1.* Et Horatius continuo
5 in possessione mansit, & obijt, † præsentantium quasi possessio, & bona fides clarius elucet *Rot. decis. 534. num. 6. par. 1. diuers. dec. 1927. num. 11. decis. 1273. num. 3. decis. 1419. num. 15. penès Seraph. decis. 467. num. 1. penès Gregor. XV. & in his terminis in Maioricen. Beneficij 27. Iunij 1648. §. minùs coram me.*

Non obstat quod Fontanella aduersarius
6 se præsentatum asserat à veris patronis, † quia vt ideò præferretur Iacobello præsentato à possessoribus de iure suorum authorum in petitorio docere deberet incontinenti per confessionem partis aut per rem Iudicatam aut publicum instrumentum vt alijs allegatis declarauit *Rota decis. 374. num. 4. par. 1. recent. decis. 332. num. 5. & 6.* vbi quod oportet in-
7 strumentum esse, adeò clarum † vt indubitate in continenti appareat de nō Iure existentis in quasi possessione, *decis. 333. num. 2. inter impress. apud Moder. Perusin. de Mannten.*

At publicum instrumentū exaduerso productum reedificationis ac redotationis factæ à Io: Iacobo Larello de anno 1572. cum reseruatione Iurispatronatus ad eius hæredumque fauorem non probat indubitabile dicti Latelli, & hæredum Iuspatronatus; cum enim ex præcedenti instrumento anni 1549. constet beneficium fuisse prius constructum ac dotatum ab Antonio de Lillis, eique ac hæredibus reseruatum Iuspatronatus, vt illud in præiudicium hæredum primi funda-
8 toris † acquireretur ex reedificatione aut redotatione, probandum vltro esset Ecclesiam fuisse penitùs dirutam; adeò ut indigeret noua Consecratione *gloss. communiter approbata in cap. quoniam verb. fundatores de Iurepatr. Roch. de Iurepatr. verb. construxerit nu. 12. Garz. de benefic. par. 5. cap. 9. nu. 51. Gonz. super reg. Cancell. gloss. 18. num. 53. Lotther de re benefic. lib. 2. quæst. 8. num. 39. Buratt. decis. 931. num. 7. cum alijs allegatis in Tudertina Iurispatronatus 19. Februarij 1644. §. 1.*
9 *coram R. P. D. meo Cerro*, vel primam dotem † fuisse penitùs redactam de esse ad non esse, *Garz. dicto cap. 9. numer. 122. ad fin. Rot. decis. 457. num. 18. par. 1. diuers. decis. 285. num. 36. apud Duranum vbi allegantur concordantes.*

Sententiæ pariter successiuè latæ ad fauorē præsentatorum ab hæredibus dicti Io: Iacobi Latelli ac in Iudicatum transactæ claram, & necessariam probationem nō faciunt in præiudicium hæredum primi fundatoris; tùm quia ipsis non citatis emanarunt, non principaliter super pertinentia Iurispatronatus sed inter ipsos præsentatos, quorū alteri potuit concedi prælatio, vel quia alij compatroni non præsentauerint, vel quia non præsentauerint in tempore, vel quia præsentaue-
10 rint non idoneum, & certum est sententiam ad fauorem præsentati non nocere patronis non citatis *Dec. cons. 445. n. 4. Socc. Iun. cōs. 181. num. 35. lib. 1. Menoch. cons. 688. num. 40. cum alijs in terminis Iurispatronatus alleg. in dicta Maioricen. Beneficij §. non obstat consequens, et in fortioribus terminis in dicta Tudertina Iurispatronatus §. super sententia coram R. P. D. meo Cerro.*

Tùm quia si tangerent pertinentiam Iurispatronatus inherendo dicto instrumento reedificationis, ex eodem instrumento detegerentur erroneæ, cum ne dum non probetur

præ-

præcedens status dirutus ac penitùs depauperatus vt oportere supra demostrabam, sed verba ipsa instrumenti contrarium demostrant, cum ibi dicatur quod Io: Iacobus pro reparatione Cappellæ impendit ducatos 50. & pro augumento dotis quædam bona donauit Summario Fontanelle num. 2. sufficit-
11 que sententias † non iustificari ex actis vt in puncto respondit *Rot. in dicta Tudertina Iurispatronatus §. eoque minus coram R.P.D. meo Cerro*, & aliquid contra rem Iudicatam vel pu-
12 blicum instrumentum posse opponi, † ne releuent ad excludendum præsentatum ab existentibus in quasi possessione presentandi *Lotther. de re beneficiar. lib. 1. quæst. 34. num. 31. Rot. decis. 785. num. 3. & seqq. par. 3. recent. dec. 191. n. 2. ibi cui nihil opponi possit decis. 362. sub nu. 5. par. 5. recent. & in Placentina Beneficij 23. Ianuarij 1647. §. nec pro capitulo vers. cum adhunc effectum coram Reuerendissimo Terracinensi Clusina Beneficij 5. Iulij 1649. coram me*, quia hæredes Io: Iacobi Latelli sunt quoque hæredes Antonij primi fundatoris, à quo idem Io: Iacobus descendit, & quatenus allegatur præscriptio ob non præsentationes factas ab alijs hæredibus præ-
13 fati Antonii, † illa non suffragatur aduersus Iacobellũ præsentatum à possessoribus Iurispresentandi *Rot. decis. 1494. nu. 4 decis. 1630. per tot. apud Pæniam*. Eo minus quia dubitari vlterius contingit, an etiam attento suprammemorato instrumento reedificationis Fontanella sit præsentatus à maiori parte hæredũ reedificatoris, cum duo ex illis, nempè Ersilia filia Thomæ, & Franciscus Antonius filius Catherinæ præsentauerint Iacobellum, nec Fontanella iuuari possit præsentatione Mariæ, quia illa quoque præsentauerat Ia-
14 cobellum; & quamuis postea variauerit, † variare non potuit nisi cumulatiue *cap. cum autem vbi Abb. numer. 2. cap. quod autem ibique Abb. num. 3. de Iurepatr. Roch. eod. tract. verb. bonorificum quæst. 9. nu. 10. Garz. de benefic. par. 5. cap. 9. nu. 214. alijque relati ab add. ad Buratt. dec. 942. num. 6. & in Cesaraugustana Beneficij de Linares 4. Decemb. 1643. §. secundo quia coram me*.

Prout nec forsan iuuari præsentatione facta ab hærede Isabellæ Melis vxoris, & hæredis Victorij nepotis Io: Iacobi Latelli nisi prius firmetur an Iuspatronatus sit hæredita-
15 rium an gentilitium; in gentilitio enim † vxor patroni succedere non potuit, vt fuit *decisum in Cesaraugustana Beneficij de Linares 10. Februarij 1645. §. supposito coram me*.

Super quibus donec emanauerit res iudicata vndique verum est dicere quod clare, & in continenti non constat de iure eorum qui præsentarunt Fontanellam, vt propterea instituendus interim sit Iacobellus præsentatus à possessoribus, reiecta ad futuram vacationem pleniori cognitione pertinentiæ Iurispatronatus ex supra allegatis.

Et ita decisum vtraque parte informante.

PERVSINA SVCCESSIONIS.

Ven. 14. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Hæres scriptus est legitimus contradictor ad impediendam immissionem hæredi ab intestato quando Testamentum vitio aliquo non laborat Testatorem schedulam Testamenti Notario consignasse adhibitis septem testibus, vt de eo rogaretur constat ex ipsius Notarij rogitu, qui etiam absque Notarij subscriptione fidem facit, dummodo inter scripturas authenticas repertus fuerit; Identitas schedulæ testamenti, ex quibus probata remaneat?

SVMMARIVM.

1 *Vxor possidens viro viuente Iure familiaritatis, eo mortuo præsumitur mutasse causam possidendi si fuit hæres instituta etiam absque alia declaratione.*

2 *Clausula constituti transfert in constitutarium veram possessionem.*

3 *Possessio capta authoritate Iudicis ab hærede ab intestato cum clausula dummodo possessio sit vacans non suffragatur stante possessione anteriori hæredis scripti.*

4 *Causa Testati cessare facit causam intestati.*

5 *Hæres scriptus est legitimus contradictor ad impediendam immissionem hæredi ab intestato quando Testamentum in sui facie non est cancellatum nec vitiatum.*

6 *Testamentum fuisse scriptum, & subscriptum manu Testatoris probatur ex testibus conciliantibus diuersitatem, & inæqualitatem characteris.*

7 *Recognitio manus Testatoris sufficit quod fiat à testibus habentibus notam manum, quamuis subscriptioni non inter fuerint.*

Præsertim quando agitur de testamento nuncupatiuo nuncupatione implicita, cuius scripturæ Testes non adhibentur ibid.

8 *Testamentum per relationem ad cedulas, quod Testator valere voluit Iure Testamenti & Codicillorum valet absque alia nominatione explicita hæredis.*

9 *Testamenti schedula quod fuerit consignata Notario adhibitis septem testibus probatur ex ipsius Notarii rogitu.*

10 *Rogitus Notarii fidem facit absque illus subscriptione dummodo inter alias scripturas authenticas repertus fuerit.*

11 *Rogitus Notarij probat nedum consignationẽ schedulæ Testamenti, sed etiam illius identitatem.*

12 *Testamenti schedula postquam dimissa fuit in manibus Notarii rogati pro verificanda illius identitate sufficit fides ipsius Notarii.*

13 Item *ad probandam identitatem schedulæ dimissæ penès tertiam personam puta Guardianum Sancti Francisci sufficit illius Iuramentum.*

14 *Ad identitatem schedulæ Testamenti probandam plurimum confert bona fama Notarii rogati.*

15 Item *identitatem suadent coniecturæ nempè quando schedula continet dispositionem prefectam ac dignam sapienti viro.*

16 Item

16 *Item quando constat esse manu Testatoris exaratam.*
17 *Item si Testator ante illius consignationem Notario factam, alicui Viro Religioso sibi intimo, aliqua ex dispositis comunicauit.*
18 *Item si continet legata, quæ hæres sanè omisisset, si aliam scripturam supposuisset.*
19 *Pluralitas Testamentorum non præsumitur.*
20 *Rogitus Notarii ad excludendam probabilitatem indubitatæ identitatis schedulæ necesse est quod adsit in dorso eiusdem schedulæ non in folio separato, contrarium num. 29.*
21 *Ratio est, quia Rogitus non colligatus schedulæ probat quidem Testatorem dedisse quandam scripturam Notario coram septem testibus, sed non probat illius identitatem, declara vt num. 22. & 23.*
22 Paris. conf. 19. num. 26. & seqq. declaratur.
23 *Prout declarantur DD. allegati sub num. 20. & 21.*
24 *Schedulæ testamenti identitas quando agitur in Iudicio possessorio, & ad impediendam immissionem hæredis ab intestato sufficienter probata remanet ex pluribus simul iunctis.*
25 *Quinimo sufficit sola exhibitio testamenti non vitiati, nam sola possibilitas suppositionis alterius schedulæ ex contrarijs circumstantijs debilitata non nocet.*
26 *Possessor excipiens de testamento habet intentionem fundatam in eius exhibitione, itaut replicatio actoris dantis de non identitate, aut nullitate testamenti requirat altiorem indaginem.*
27 *Hæres scriptus non est à sua possessione amouendus cum sola spes testamentariæ successionis suspendat quodlibet Ius hæredis ab intestato, & sufficit quod habeat solum titulum apparentem.*
28 *Successioni ab intestato locus non est, donec discutiatur an Testamentum sit verum, vel falsum.*
29 *Schedulæ Testamenti identitas probata remanet ex solo rogitu Notarij etiamsi non sit extensus in eius dorso, sed in folio eam inuoluente.*
30 *Notarij publica fides, & legalitas pluribus testibus comprobata præualet excogitatæ suppositioni alterius schedulæ Testamenti.*

DECISIO DXIII.

AVT manutentionem, aut immissionem in bonis hæreditarijs Petri Gentilis de Tranquillis petijt Iulia illius germana soror, & prætensa hæres ab intestato, sed neutram competere censuit Rota.

Manutentioni enim obstat anterior possessio Isabellæ Alfanæ reę conuentæ vxoris eiusdem Petri Gentilis, quæ vt disertissime probant testes dati in Summario num. 3. omnia bona viro viuente possedit iure familiarita-
1 tis, † & eo mortuo causam possidendi sibi mutasse præsumitur illico ex superuenienti titulo testamentariæ successionis, & dotis ac donationis etiam absque aliqua declaratione *Gratian. discept. 954. num. 1. Caualer. decis. 284. n. 2. Gregor. XV. decis. 546. num. 1. cum alijs relatis à Moderno Perus. de manut. obseru. 54. num. 23. & seqq.* præsertim quia in instrumento tum dotis, tum donationis inter viuos adest clausula cō-
2 stituti† verè possessionis traslatiua vt propte-
3 rea nullius momenti sit possessio Iuliæ† tam quam hæredi ab intestato tradita postea à Iudice cum clausula dummodo possessio sit vacans vt in terminis respondit *Rot. penès Caualer. decis. 629. num. 8. & 9. & in term. impress. apud Modern. de manut. decis. 28. num. 9. & 10. & seq.*

Interdicto autem quorum bonorum ex capite successionis ab intestato locus nō est, vbi vt in casu nostro adest testamentum, quia
4 causa testati † cessare facit causam intestati *l. quamdiu ff. acquir. hæred l. antequam Cod. com. de success. l. ex testamento Cod. condit. liber. Rot. decis. 405. numer. 12. par. 4. tom. 2. recent.* & hæres scri-
5 ptus † est legitimus contradictor in Iudicio immissionis ab hærede legittimo petitę quādo testamentum vitio aliquo in continenti probato nō laborat, ac nec vitiatum aut cancellatum in sui facie apparet *Bart. in l. scriptum hæredem num. 2. Cod. probat. Zuccard. in l. fin. n. 201. Cod. edict. Diu. Adr. toll. Argel. de aquir. poss. quæst. 6. art. 8. nu. 144. Thomat. decis. 82. num. 9. Rot. dec. 406. num. 1. par. 4. diuersorum decis. 671. num. 1. vers. vnde non est par. 1. recent. cum alijs doctè relatis à Moderno Lucano cons. 74. num. 13. & seqq.*

Quale est testamentum P. Gentilis ab Isabella productum quod scriptum, & subscri-
6 ptum fuisse manu propria Testatoris † affirmant plures Testes formiter examinati, qui vlterius concludentibus rationibus cōciliant diuersitatem, & inequalitatem carattheris Summ. Isabellæ num. 8. & licet nō interfue-
7 rint † quando testamentum à Testatore scribebatur, quia tamen agitur de testamento nuncupatiuo nuncupatione implicita, cuius scripturę Testes non adhibentur satis est ad recognitionem manus Testatoris quod pro ratione sui dicti asserunt se habere illam notam eo quod pluries viderunt eum scribere vt ex doctr. *Socini in l. si ita scripsero num. 3. post med. ff. condit. & demostr.* quam passim secuta est Rot. in pluribus decisionibus alleg. *ab add. ad Buratt. decis. 143. num. 4. fuit in punct. decisum in Perusina testamenti 15. Decembris 1642. §. minus releuat coram R. P. D. meo Cerro.*

Quodque eamdem schedulam testamenti Notario vt de eo rogaretur conuocatis testibus consignauerit testator asserens in ea scri-
8 ptum esse eius testamentū quod valere† voluit iure testamenti Codicillorum &c. vt sufficit absque alia explicita nominatione hæredis *Gozad. consil. 3 per tot. Gattier. pract. quæst. lib. 2. quæst. 41. sub num. 4. & seq. Rot. decis. 263. n. 6. & seqq. par. 4. tom. 2. recēt. & in Senogallien. successionis 29. Ian. 1652. §. nam est coram Eminentiss. D. Cardinali Corrado*, constat ex ipsius Notarij
9 rogitu † qui etiam absque Notarij subscri-
10 ptione † fidem facit dummodo vt hic inter alias eius scripturas authenticas repertus fuerit *Ruin. cons. 144. num. 9. lib. 4. Menoch. consil. 48. numer. 5. Rot. inter recent. decis. 349. numer. 6. par. 1. decis. 628. num. 1. & 3. par. 2. & latiss. in Nonarien. bonorum 17. Decembris 1640. coram clar. me. Cocc.*
11 probatque ne dum† consignationem cedulę testamēti, sed etiā illius identitatem *Bart. in l. vers. sed si Notarius est rogatus ff. quemadmodum test. aper. Castr. cons. 93. num. 3. & seqq. lib. 1. Clar. in §. testamentum quæst. 4. sub num. 3. vers. consulo tamen*

tamen Rot.decis.180. num.3. & seqq. apud Duran.
& in Romana testamenti 14. Iunij 1649.§.nec vlla
coram Eminentissimo D.Cardinali Otthobono, itaut
postquam schedula testamentaria dimissa
12 fuit † in manibus Notarij rogati nil aliud
requiratur pro verificanda illius identitate
quam fides Notarij penès quem dimissa fuit
Decian.cons.74.num.20.lib.5.Alex.cons.105. nu.2.
vers.2.respondeo lib 2.Duran.dicta decis.180.nu.3.
Hartman.Pastor obseru.199.num.10.alijque allegati ab add. ad Buratt.decis.475.num.22.in fin. quos
secuta est, Rot. in dicta Romana testamenti §. & cedula corã D.Cardinali Otthobono, sicut in fortioribus terminis ad probandam identitatẽ sche-
13 dulæ dimissæ † penès tertiam priuatam personam puta Guardianum Sancti Francisci ad
quam testator se retulit sufficit eiusdẽ Guardiani seu tertiæ priuatæ personæ iuramentũ
Castr. in l.hæredes palam num.3.ff. testam.Socc.Sen.
cons.142.num.7.lib.1.Decian.cons.74.nu.22. lib.5.
Vasqu.de success.creat.lib.2.§.17.num.53.circ.med.
Rot.decis.96.num.3.par.5.recent.& in Narnien.hæreditatis 11.Ianuar.1630.§.non obstant decis.coram
Reuerendissimo Terracinen.

Præsertim quia manus ac bona fama No-
14 tarii rogati † probata est per testes Summar.
Isabellæ nu. 8. & 9. quod in punct. ponderat
Decian. dicto cons.74.sub num.20. vers. quæ omnia
lib.5. Rot. in dicta Romana testamenti §. sed , & eo
coram D. Cardinali Otthobono , & aliæ conictu-
15 ræ identitatem suadent,† nempè quod schedula producta continet dispositionem perfectam ac dignam sapienti verò ; *Decian. dicto*
cons.74. num.28. quod exarata est integre ma-
16 nu † Testatoris ; quam coniecturam approbauit *Rot.in dicta Perusina testamenti §.concurrentibus vers. & quod plus est coram R. P. D. meo*
Cerro , quod concordat cum dicto quinti testis viri Religiosi ac Testatori summe intimi
17 cui testator † antequam schedulam Notario
consignaret aliqua ex ibi dispositis communicauerat ; vt etiam ponderauit *Rot.in dicta Perusina testamenti §.2.* deducitur quod continet
18 etiam legata † quæ sane omisisset hæres si
aliam scripturam supposuisset vt in puncto
aduertit *Decian.dicto cons.74. nu.26.* ac tandem
19 militat præsumptio † exclusiua pluralitatis
testamentorum *l. omnium Cod. testam.Surd.cons.*
173.num.43. Mant. de coniect.lib.2.tit.1.numer.6.
Borgnin.decis.14.num.37.par.1.Rot.in dicta Perusina testamenti §. quia in casu .

Hinc non obstat quod rogitus Notarij
non adsit in dorso ipsius schedulæ,sed in alio
folio separato quo schedula inuoluebatur, &
20 è quo illa extrhai poterat quæ†ad excludendam probationem indubitatę identitatis omninò necessariam ponderat *Paris.cons.19.n.26.*
& seqq.lib.3.Gratian.discept.973.num.44.& seqq.
vsque ad 48. vbi ait quod rogitus iste in folio
21 non colligato schedulæ probat quidem† Testatorem dedisse quandam scripturam Notario coram septem testibus , sed non probat
identitatem scripturæ mox productæ *Ciriac.*
controu.444.num.19.& seqq.

22 Nam præter quod † in casu de quo *Paris.*
schedula testamenti remanserat in domo Testatoris in qua interessati potuerunt supponere aliam schedulam vt aduertit *Rot. dec.96.*
numer. 14. vers. & etiam par. 5. recent. nostra
enim schedula remansit penès Notarium
eamque sic inuolutam ab eius manibus mortuo Testatore habitam Isabella statim exhibuit Iudici gnara se esse hæredem institutam
vel ex dicto Religiosi cui vt supra testator id
comunicauerit,vel ipsiusmet Testatoris quẽ
id vxori dilectissimæ in longa infirmitate de
se benemeritæ vt lacrimas inter ossequia vt
mos est morientis leniret reuelasse verisimile est .

23 Omnes allegati in obiecto † loquuntur in
Iudicio petitorio , & de schedula cuius identitas ex alijs coniecturis non coadiuuatur,secus si probabile aliquod signum identitatem
certificans concurrit , vt respondendo contrarijs explicat ipse *Ciriac.e aduerso alleg.contr.*
*444.sub num.56. circ.fin.vers. nam eorum,*in casu
autem nostro multa identitatem coadiuuant,
24 & agitur in Iudicio possessorio † ad impediendam immissionem hæredis ab intestato ad
quem effectum dum de cætero in testamen-
25 to non adest vitium visibile † sola possibilitas suppositionis alterius schedulæ tot alijs
circumstantijs debilitata non nocet , quia
possessor excipiens de testamento habet in-
26 tentionem fundatam† in eius exhibitione,&
altior indago est in replicatione Actoris dantis de non identitate aut nullitate testamenti,
quæ donec in Iudicio ordinario plenius cognoscatur non releuat , cum sola spes testamentariæ successionis suspendat quodlibet
ius hæredis ab intestato,& interim hæres scriptus habens titulum saltem apparentem non
27 sit † amouendus à possessione *Surd. cons. 268.*
num.47. vbi subdit quod pendente dubio an
28 testamentum sit verum † vel falsum non est
locus successioni ab intestato *Argel. de acquir.*
possess. quæst.6.art.8.num.142. & seqq. ac de legitt.
contrad. quæst.11.art.5.numer.73. & seqq. Decian.
cons.74.nu.34. & seqq.lib.5.Thomat.dec.Macerat.
82. num.9. num.10. & 11. alijque plures quos
refert ac rationibus ægregijs exornat *Modern.*
Lucan.cons.74. num.5. & seqq. per tot.& signanter
num.18. num.31. num. 40. in punct. schedulæ
29 testamentariæ cum rogitu Notarij† non extenso in eius dorso sed in folio eam inuoluente *Rot.in supracitata Romana testamenti §.neque*
obstant coram D. Cardinali Otthobono, & in Senogallien.success.29. Ianuar.1652. coram Eminendiss.
D. Cardinali Corrado §. tùm quia vers. tùm quia
publica vbi dicitur quod publica Notarij fi-
30 des † atque legalitas pluribus testibus comprobata præualet excogitatæ huiusmodi suppositionis, & fraudis possibilitati,ac eius præsumptionem excludit .

Et ità decisum vtraque parte informante ;

ROMANA CENSVS.

Lun. 17. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Extinctio census facta cum cedente postquam
debitor

debitor census notitiam habuit cessionis nulla est, & inualida. Hæres grauatus emens dum pecuniis fideicommissarijs pro se, & heredibus, sibi & non fideicommisso acquirit, licet euadat debitor fideicommissi.

SVMMARIVM.

1 *Via executiua competens cedenti transit in cessionarium.*
Cessionarius succedit cedenti etiam quod executionem obligationis Cameralis ibid.
2 *Cessionarius si egit pro solutione fructuum census sibi cessi, & debitor suscepit terminum ad soluendum, per dictam termini susceptionem censetur in creditorem agnouisse.*
3 *Fructus census cessi non debentur amplius post cessionem cedenti, sed cessionario.*
4 *Maximè, quando cessio fuit denunciata debitori census, & Iudex ad instantiam cessionarij inhibuit ne amplius soluantur cedenti.*
5 *Amplia etiamsi tempore denunciationis coram Iudice exhibitum non fuerit Instrumentum cessionis dum illud notum erat debitori census.*
6 *Item exhibitio Instrumenti necessaria non est quando cessionarius non agit nomine cedentis sed proprio.*
7 *Citationis seu intimationis defectus suppletur ex scientia, etiamsi personalis requiratur.*
8 *Inhibitio seruari debet, donec à Iudice reuocetur.*
9 *Filij in conditione positi censentur ex statuto Vrbis* lib. 1. cap. 142. *dispositiue vocati, quod locum habet etiam in substitutione facta in contractu.*
10 *Soluens absque protestatione, sponte soluere dicitur, etiamsi iussus Iudicis præcesserit.*
11 *Amplia præsertim si nullam fecit molestiarum denunciationem verò creditori.*
12 *Citatio quando non arctet ad comparendum?*
13 *Census cessus non potest post cessionem extingui cum cedente.*
14 *Census emptus cum pecunijs fideicommissi retractis ex retrouenditione aliorum censuum fideicommissariorum acquiritur ementi si nomine proprio emit, licet debitor fideicommissi totidem pecuniarum euadat.*
Hæres grauatus emens cum pecunijs fideicommissi nomine proprio sibi, & non fideicommisso acquirit, licet debitor pecuniarum euadat ibid.
15 *Declara conclusionem non procedere in subsidium, vel quando non apparet euidenter voluisse hæredem grauatum sibi, & hæredibus rem de nouo emptam libere acquiri.*
16 *Census fideicommissarius cedi potest, quando non adest expressa probibitio alienationis.*
Cessio rei fideicommissariæ fieri potest cessante prohibitione alienationis ibid.
17 *Cessio comprehendit Ius cedenti competens donec viuit quando adest expressum fideicommissum.*
18 *Cedens in dubio censetur etiam proprietatem rei cessæ transferre voluisse in cessionariũ, quãdo scientiam alicuius vinculi super re cessa non habuit.*
19 *Cautio de liberãdo à molestijs quãdo locum habeat?*

DECISIO DXIV.

CENSVS scu. 3300. in sorte principali sibi venditi à Io. Petro del Drago Plautella Falconeria ratam scu. 2300. assignauit in dotem Butio Tasche viro, & aliam scut. mille, quam emisse declarauerat ex pecuniis Hieronymæ, & Franciscę filiarum reportata deinde ab illis amplissima retrocessione data in Summario Tibalde nu m. 2. cessit de anno 1592. Dianę matri, quæ eiusdem ratę fructus à Io. Petro impositore, & successiue à Domino Marchione del Drago exegit donec vixit, & tandem de anno 1629. hæredem vniuersalem in testamento instituit Franciscam Tibaldam.

Ad cuius fauorem contra dictum D. Marchionem relaxato ab A.C. pro fructibus decursis, & non solutis mandato executiuo, deuoluto nuper ad me per commissionem appellationis à Signatura Iustitię subscriptam cum clausula *si quid exequendum*, dubitatum hodie fuit an illud sit exequendum, & affirmatiue responsum; nam de impositione Census eiusque respectiue venditione facta Plautillæ à Io. Petro del Drago authore Marchionis constat ex publico instrumento vallato obligatione Camerali, quæ paratam executionem habet tùm contra successorem impositoris, tùm ad fauorem Dianę Cessionariæ non secus ac ad fauorem Plautillæ Cedentis, 1 † cum cessa actione principali censeatur etiam cessum ius executiuũ *Bero. cons. 187. numer. 27. lib. 1. Tiraquell. de retract. lignag. §. 26. gloss. 3. num. 22. & 23. Rot. decis. 146. numer. 9. inter impress. apud Pacif. de Salu. decis. 490. num. 2. & 3. apud Cinc. de Censib.*

Nec releuat quod Marchio vsque de anno 1635. Census extinxerit, & sortem principalem restituerit Leonardo Tasche filio prædictorum Butij, & Plautillæ Falconeriæ coniugum; cum enim longe prius cessio nis à Plautilla vt supra facta Dianæ authrici Tibaldę ne dum habuisset certam notitiam, sed etiam eandem cessionariam sumendo non 2 semel ea instante terminum ad soluendum † in creditricem agnouisset *Rot. in Romana nullitatis obligationis 28. Maij 1618. coram bon. mem. Vbaldo Seniori, & in Romana nullitatis contractus 26. Aprilis 1624. coram bon. mem. Buratt. inter eius impress. decis. 783. numer. 19.* & quod plus est ei longo tempore fructus soluisset Summario 3 Tibalde num. 3. non potuit deinde fructus † aut sortem principalem Census soluere cedenti, siue eius filio vt *est text. expressus in l. 3. ibi vel aliquid ex debito accipiat Cod. nouat.* ibique notat *Bald. num. 2. gloss. in l. nomen verb. certior C. quæ res pignor. oblig. poss. Cancer. var. resol. tom. 2. cap. 6. numer. 80. Ossasc. decis. 44. sub num. 6. vers aut solutio.*

Eo minus post quam ex abbundanti de anno 1629. paulò post mortem Dianæ, Ti- 4 balda cessionariæ hęres denunciauerat † Marchioni ne auderet fructus aut sortem Census alteri quam illi soluere, & A.C. ad formam huius denunciationis Marchioni inhibuerat vt habetur in *ead. l. 3. vers. vel debitori, & tradit Corn. cõs. 15. n. 16. lib. 2. Maur. de solut. c. 2. §. 6. n. 9. & cap. 5. n. 57. & seq. Ossasc. d. dec. 44. sub n. 6. Buratt. dec. 476. n. 10.* quamuis Instrumentũ cessionis exhibi-

5 exhibitũ nõ fuerit, † quia illud satis erat notum Marchioni, qui pluries fructus soluerat cessionariç; & instrumẽti huiusmodi exhibi-
6 tio necessaria non est † tẽpore denunciationis, quando Cessionarius non agit nomine cedentis sed proprio, & Iudex inhibuit debitori ne soluat cedenti *Surd.cons.22.num.19.& 42. Grat.discept.356.num.40.Cinc.de Censib.quaest.72. sub n.23.col.4.in fin.& col.5.in princ.Rot dec.161. numer.3. inter impress. post dictum tractatum Cinc.* Negari neque potest vis inhibitionis ac intimationis sub prætextu quod facta fuerit domi dimissa copia, quia cum ipsa pars aduersa afferat protestationem postea eius nomine factam vt in eius Summario num.6. ex inde probatur quod habuit scientiam intimatio-
7 nis, † quæ sufficit etiam si intimatio personalis requireretur *Clem. causam in fin. de elect. Felin. in cap. cum sit Romana num.15. de appellat. Rot.decis.11.in fin.de dol.& cont.in nou. & in Leodien. Abbatissatus 20.Iunij 1644. §.1. coram Reuerendissimo Terracinensi in Pisauren. Pecuniaria 15. Ianuarij proximè preteriti §. neque coram Eminentissimo D. Cardinali Otthobono.* Nihil obstante quod in eadem protestatione petatur ne aliquis exaduerso audiatur sine mandato procurare, quia mandatum procuratoris qui Tibaldæ nomine comparuit probatur ex coniecturis;
8 cumque Iudex inhibuerit † seruari debuit inhibitio donec reuocaretur.

Quatenus verò Dominus Marchio ad se excusandum ait quinquennio ante extinctionem Census, nempè de anno 1630. fuisse cõtra se relaxata duo mandata executiua ad instantiam Taschæ pro duobus semestribus fructuum decursorum ac reuera censum spectasse ad dictam Tascham quia prouenit ex alio simili Censu à clar.mem.Duce Vrbini olim imposito ac vendito Hieronymæ falconeriæ, quæ deinde illum de anno 1589.dedit in dotem Plautillæ nepti ex Horatio filio, cum substitutione eiusdẽ Horatij casu quo Plautilla decederet sine filijs; qui propterea filij, qualis est Tascha, tamquam in conditione
9 positi † censentur ad dictum Censum vocati ex dispositione Statuti *Vrbis lib.1.cap.142.* militantis etiam in substitutione facta in contractu *Rot.decis.142.num.3.par.4. recent. decis.114. num.4.par.7.*

Respondetur ad primum quod Marchio qui longo tempore antea fructus Census soluerat cessionariæ nemine contradicente, debuisset excipere de cessione facta pro Plautellam authricem Taschæ; imò & de inhibitione Iudicis ne alteri solueret, quæ præcesserat relaxationem secundi mandati, quibus non oppositis, nullaque alia exceptione adducta
10 cum soluerit † habetur ac si sponte soluisset; quamuis iussu Iudicis soluerit *Alex. cons.57. num.3.& seqq. lib.1. Afflict.decis.150.sub num.24. Vinc.de Franc. decis.107. numer.9. & seqq.Ciriac. contr.540. num.74.* sibique imputare potest si paruit mandato Iudicis, non facta saltem de-
11 nunciatione † molestiarum cessionariæ, quam creditricem esse sciebat vt debuit *Menoch. de arbitr. Cas.137. numer.18. Rot. decis.298. num.2. decisione 345. numero.3. & 4. par. prima recent.*

Nec suffragatur quod tempore relaxationis secundi mandati protestatus fuerit quod citarentur interesse habentes, & successiue citata fuerit pro suo Iure, & interesse ipsa Tibalda Cessionariç heres, quia citatio huius-
12 modi † nõ arctabat Tibaldam ad comparendum *Felin.in cap.cum inter numer. 12. de except. Guttier.cons.48.num.8.Giurb.decis.1.num.21.Surd. decis.26. num.7.* Præter quod executa fuit domi dimissa copia contra mulierem vix supra minoritatem, nec hodie agitur de fructibus dictorum duorum semestruum, quos, & si Marchio coactus soluisset, non ideò tenebatur eidem Taschæ soluere fructus postea decursos, eoque minùs quinquennio post potuit sponte, & nullo iudicis iussu præcedente
13 soluere † vt fecit sortem principalem Census, vt benè ponderat *Cancer.var. resol. lib.2. cap.6. num.80.vers.neque obstat Ciriac.contr.94.num.56. Cyn. Salyc. Bart. & alij ibid. alleg.*

Ad secundum respondetur quod fideicommissum Hieronymç restringitur ad censum scu. 3300. in sorte à Duce Vrbini debitum quo postmodum redempto, quia fideicommittens non mandauit in hunc casum pecunias reinuestiri remansit fideicommissũ non amplius super Censu sed super pecunijs ex illius necessaria retrouenditione retractis, ex quibus licet Plautilla aliũ Censum eme-
14 rit à Io:Petro del Drago, † quia tamen hunc Censum non subrogauit fideicommisso Hieronymæ nec subrogare tenebatur, sed emit nomine proprio pro se hæredibus, & successoribus, idem Census fuit libere acquisitus Plautillæ, quæ vice versa euasit debitrix fideicommissi totidem pecuniarum *l. si ex ea, & ibi Doct.Cod.rei vendic.l.quamuis la 2. Cod.pignor. l. qui aliena pecunia l. nihil probibetur Cod. si quis alter.vel sibi Rot.decis.26.num.3.decis.262.sub n.7. par. 1. recent.* & magis in puncto est magistralis distinctio *Bartoli in l. Imperator 72. sub nu.2. vers. aut ad eum peruenit, & vers.si verò ff.leg. 2.* quam secuta est *Rot. penès Buratt.decis.784.n.1. & seqq.vsque ad 9. penès Duran. decis. 63. num.1. & 2. decis.128.num.1. decis.241. num.19. & inter recent. decis.637.num.5. ibi vel expressa subrogatio*
15 *par.3.* licet secus sit † in subsidium vel quando non apparet euidenter voluisse hæredem grauatum sibi, & hæredibus rem de nouo emptam libere acquiri in quibus terminis loquitur *Rota in Bononien. fideicommissi de Formagliarijs coram clar.me. Cardinali Hieronymo Pamphilio impress.apud Giouag.respon.23.nu.12. & 19. lib. 2. & benè distinguendo declarat Bart.in dicto §. fin. sub num.2. in fin.vers. aut dubitatur.*

Igitur rata census à Plautilla empti non cadit sub fideicommisso, eo minus quia illa habuit in dotem ne dum scu. 3300. à fideicommittente assignata, sed 5000. ex quibus scu.1000. soluta fuerunt de pecunijs filiarum Dianæ quibus ipsa Diana mediante renunciatione successit. Actio autem quæ fideicommissarijs Hieronymæ Forsan competit pro rata pecuniarum fideicommissi quam Plautilla vt supra nomine proprio, & libere

pro se inuestiuit, dirigenda est contra illius hæredem, qui est ipsemet Tascha, quique propterea esto etiam quod census caderet sub fideicommisso teneretur habere ratam cessionem, quam Plautilla eius autrix fecit Dianæ, quia cum nō adesset expressa prohibitio alie-
16 nationis † cessio non fuisset ipso iure nulla. *Menoch. Surd. Fusar. & alij plures relati ab add. ad Buratt. decis. 154. num. 6. & seqq.*

Nec dicendum quod cessio Plautillę comprehendat dumtaxat ius cedenti competens
17 donec viueret, † quia obiectum procederet si super Censu adesset fideicommissū expressum, & aliæ in id concurrerent coniecturæ in quibus terminis loquuntur *Molina Pereg. & alij quos secuta est Rota in Romana fideicommissi de Nicolinis 28. Aprilis 1651. §. quia, & per tot. coram R.P.D. meo Cerro;* At in casu nostro fideicommissum ex prædictis super rata cessa nō adest, & verba cessionis sunt pręgnantissima directa in ipsum Censum, ibi, *omnia, & singula bona iura res, & credita*, & infra ibi, *item omnia iura, &c. nullo iure, &c.* & insuper id declarauit obseruantia nam etiam mortua Plautilla Marchio aduersarius fructus Census postea decursos soluit cessionariæ, & ad soluendum terminum suscepit; vltra quod etiam in du-
18 bio rei proprietas cessa † censetur quando cedens vinculi desuper existentis certam notitiam non habuit iuxtà distinctionem *Bald. in rubr. Cod. contrh. empt. num. 11. quæst. 6. quam magis communiter receptam esse ait Alex. in l. si domus §. fin. num. 4. ff. leg. 1. Ias. Negus. & alij plures relati à Surd. consil. 13. numer. 29. & seq. Cinc de Censibus quæst. 20. num. 6.*

Vel in omnem euentum cum fideicommissarij hodie non sint in causa satis esset cōsultum Marchioni per cautionem de illum
19 liberando ab eorum molestijs † si quando inferrentur vt in similibus terminis seruauit *Rot. in Auenionen. Saluiani 8. Martij anni currentis §. fin. coram me.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

CRACOVIEN. ATTENTATORVM.

Lun. 17. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Inhibitionem fuisse præsentatam ex quibus probetur; ad effectum vt deinde gesta tanquam attentata reuocentur?

SVMMARIVM.

1 *Inhibitionis Rotalis præsentatio probatur ex relatione executoris, cui tanquam de re ad eius officium spectante fides adhibetur.*

2 *Item probatur ex illius productione coram Iudice de partibus, contra quam aduersarius allegauit esse nullam, eidemque non esse obtemperandum, ac ex alijs Iuribus ab actuario extractis plenam fidem facientibus.*

Iura extracta à Notario actuario causæ plene probant ibid.

3 *Iudex de partibus non potest absque vitio attentati adiri super rebus comprehensis in lite pendente in Rota.*

4 *Inhibitio Rotalis postquam fuit præsentata reddit omnia deinde gesta attentata, siue præsentata fuerit Iudici, & parti, siue alteri ex illis.*

5 *Bona super quibus Iudex de partibus pronunciauit esse comprehensa in lite, ac inhibitione Rotali constat ex actis.*

6 *Inhibitionis Rotalis Iustitia apparet ex decisionibus in causa emanatis.*

7 *Inhibitio Rotalis, siue iusta, siue iniusta timenda est nec ad Iudices de partibus spectat cognoscere de illius iustitia.*

8 *Item nec de comprehensione, an scilicet hæc, vel illa bona comprehendat inhibitio, quia recurrendum est ad Rotam, vel ad Signaturam pro declaratione.*

9 *Attentata lite pendente, & post præsentatam inhibitionem veniunt in primis reuocanda, quia attentans eodem tempore Ius, Iudicem, & partem offendit.*

10 *Ius cogendi ad reuocandum attentata commissa spectat ad Iudicem cuius maiestas est læsa.*

DECISIO DXV.

INhibitionem Rotalem emanatam sub die 13. Augusti 1650. in vim Commissionis à Signatura Iustitiæ per monasterium, & Monachos Conuentus Androuiensis Cisterciensis Ordinis concessæ super nullitate donationis quorumdam bonorum ab Alexandro Trkebienski olim dicti Conuentus Abbate Commendatario factæ Ecclesiæ Parrochiali Sanctę Catherinę eiusque Rectori fuisse per-
1 sonaliter præsentatam † tùm Matthiæ Alexandro Rudski Moderno Rectori dictæ Ecclesiæ, tùm Gregorio Grochonski Iudici ac successiue Ioanni Tarnonski ab eo subdelegato probant nedùm relationes executorum quibus tanquam de re ad eorū officium spectante adhibetur fides *Gloss. in cap. cum parati verb. suus nuncius de appellat. & in cap. prudentiam verb. per certum nuncium ff. offic. deleg. Mandos. cons. 96. num. 10. Put. dec. 187. lib. 3. in Corr. Rot. in Vercellen. Prioratus 25. Februarij 1647. coram R.P.D. meo Peutingerio.*

Sed etiam eiusdem inhibitionis actualis
2 productio † coram Iudice facta sub *die 28. Nouembris* 1650. Rectore aduersario temere allegante illam esse nullam, & eidem non esse obtemperandum Summario Monacorum numer. 6. Item alia similis productio sub die prima Iulij 1651. Summario ibidem num. 5. & decretum aggrauatorium à Iudice subdelegato die 6. dicti mensis latum cum explicita mentione inhibitionis sibi præsentatæ Summario num. 11. De quibus omnibus extant publica documenta extracta à Notario actuario causæ ideoque plenam probationē facientia *Bart. in auth. si quis in aliquo sub num. 2. vers. 2. oppono, & num. 3. Cod. edem Egid. dec. 58. num. 4. & seq. Caputaq. decis. 170. num. 1. par. 1. Rot. decis. 1. num. 1. de fid. Instrum. in nou. decis. 98. num. 4. apud Coccin. decis. 59. num. 4. coram sanct. memor. Greger. XV.*

Ideò cum spreta inhibitione Iudex de partibus competentem se pronunciauerit sub die 28. Nouembris 1650. & sub die 2. Ianuarij anni 1651. adiudicauerit præfato Matthiæ Alexandro, Rectori Ecclesiæ Sanctæ Catherinæ Stagnium Trezieniec vna cum hortulania, & attinentijs comprehensis in præcitata donatione, super cuius nullitate Signatura Iustitiæ causam commiserat in Rota, & Rota ad formam commissionis inhibuerat; nec non die 16. Maij 11. Iulij, & 14. Octobris 1651. ad instantiam dicti Matthiæ contra Monachos Androuienses litteras executoriales pro damnis, & expensis relaxauerit, & sententiam reaggrauationis censurarum tulerit Summario Monachorum numer. 7. & seqq. vsque ad 13.

Hæc omnia, & si quæ coherēter subsecuta
sunt attentata esse particulari dubio desuper
proposito decisum hodie fuit iuxta receptis-
simas conclusiones quod super rebus com-
3 prehensis in lite † pendente in Rota non po-
test absque vitio attentati Iudex de partibus
adiri *Butr. in cap. cum meo Ferrarien. nu. 61. de const. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 2. numer. 52. & seqq. Grat. discept. 914. num. 29. Put. decis. 116. in fin. lib. 1. Rot. decis. 148. num. 7. par. 5. recent.* Quodque
inhibitio Rotalis post quam fuerit præsenta-
4 ta † attentata reddit omnia deinde gesta, siue
præsentata fuerit Iudici, & parti, siue alteri
ex illis *Ces. de Graff. decis. 6. num. 5. de Caus. possess. & propr. Rot. decis. 311. num. 2. par. 4. tom. 2. recent. & in Lucana Canonicatus 30. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Peutingero in Vercellen. Prioratus 28. Nouembris eiusdem anni coram eodem, & in Taurinen. Parrochialis 13. Nouembris 1647. coram R. P. D. meo Celso.*
5 Eo magis quia bona † super quibus Iudex
de partibus pronunciauit comprehensa esse
in lite ac inhibitione Rotali constat ex actis
6 eiusdemque inhibitionis iustitia † ex decisio-
nibus in ea lite emanatis coram me *sub die* 16. *&* 26. *Nouembris* 1650. latis apparet *ad tradita in decis. 678. num. 1. par. 2. decis. 325. nu. 4. par. 5. decis. 361. num. 3. par. 6. recent.* Quod ex abbun-
7 danti dicitur, quia inhibitio Rotalis † siue
iusta, siue iniusta timenda est nec ad Iudices
de partibus spectat cognoscere de eius iusti-
tia *Acchill. decis. 29. nu. 6. de appellat. Rot. dec. 785. num. 2. par. 1. diuers. decis. 71. num. 2. decis. 72. nu. 10. apud Pacis. de Saluian. & in alijs relatis in d. Taurinen. Parrochialis §. & ideò prius, & in Lucerien. Attentatorum 26. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Cerro in Anglonen. Territorij 13. Iunij 1650. coram R. P. D. meo Meltio.* Pro vt nec de compre-
8 hensione, † an scilicet hæc vel illa bona com-
prehendat inhibitio; recurrendum enim est
ad Rotam vel ad Signaturam pro declaratio-
ne comprehensorum in inhibitione, & inte-
rim inhibitio seruanda *Lancellot. de attent. post inhib. limit. 26. num. 7. Seraph. decis. 53. vers. tertius casus Caualer. decis. 611. num. 1. Buratt. decis. 652. num. 8. Rot. in Ariminen. Bonorum 26. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Verospio.*

His consequens est vt prædicta omnia lite
9 pendente in Rota, † & post inhibitionem
præsentatam gesta reuocanda in primis ve-
niant, quia attentans eodem tempore ius,
Iudicem, & partem offendit *Rot. dec. 235. n. 1. par. 1. recent. cum alijs relatis à Moder. de manuten. obser. 48. numer.* 6. & ius cogendi ad reuocan-
10 dum † spectat ad Iudicem cuius Maiestas læ-
sa fuit *Lancell. de attent. par. 3. cap. 27. num. 39. & seqq. Rot. decis. 264. num. 2. & 3. par. 1. recent.*

Et ità decisum informantibus solum Monacis quinquies tamen aduersario citato.

ROMANA RESCISSIONIS CONCORDIAE.

Ven. 21. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Prohibitio Testatoris, ne eius hæres hæredem aliquem illegitimum procreatum ex patre aut matre illegitima instituat, eique donationem aliquam faciat non comprehendit omnem illegitimum sed illum dumtaxat, qui sit natus ex patre aut matre illegitima, & sic concursus vtriusque qualitatis est necessaria.

SVMMARIVM.

1 *Testator si prohibuit, ne illegitimus procreatus ex patre, & matre illegitima in eius bonis succedat, tunc prohibitio vt locum habeat requiritur concursus vtriusque qualitatis, nec sufficit quod illegitimus sit natus ex patre, aut matre legitima.*

2 *Ratio est, quia odiosior videtur qui nedum propria, sed etiam paterna, aut materna originis maculam patitur.*

3 *Dictio* Et *accipi potest ampliatiue seu disiunctiue, quando respicit diuersa subiecta seu personas, & cadit inter duas orationes respectu alicuius accidentis.*

4 *Declara procedere quando ex contextu eiusdem orationis non apparet Testatorem vsum fuisse dictionibus disiunctiuis, secus quando ampliatiue seu disiunctiue disponere voluit.*

5 *Discretiuus modus loquendi Testatoris diuersam denotat voluntatem.*

6 *Fides quando continet materiam quæ expluribus redditur inuerisimilis attendi non debet.*

7 *Fides extraiudicialis non facit fidem.*

8 *Testes deponentes Testatorem aliter dixisse ante conditum testamentum nihil concludunt, si verba Testamenti contrarium suadent, sed oportet quod deponant de dictis in actu Testandi.*

9 *Ratio redditur quia multa non producuntur ad effectum, vel ab alijs receditur.*

10 *Præsertim vbi ante Testamentum, vel post Testator incidenter locutus fuit.*

11 *Transactio quando non est restricta ad causas in lite deductas, sed in ea causa non cogitata fuerunt etiam expresse vtique comprehendit quæcumque alia Iura non expressa, & in litem deducta.*

12 *Distinctio* Baldi relata à Cancer. var. resolut. lib. 3. cap. 15. num. 272. & 273. declaratur.

13 *Transactio substinetur saltim in vim pacti super re quæ in lite non cadebat.*

DE-

DECISIO DXVI.

TEstamentum Rutilii prohibens ne Cesar
eius filius, & hæres possit instituere, &
nominare, nec aliquam donationem facere
ad fauorem personæ illegittimæ, & naturalis,
& procreatæ ex parte illegittimo, & naturali
aut ex matre illegittima, & naturali, non
aduersari Marcello, & Horatio filijs Io: Bapti-
ste Iunioris quo minus bona Rutilij cōsequi
possint iterum hodie decisum fuit rationibus
in vltima decisione coram me, & alijs prio-
ris instantiæ coram Eminentissimo Domino
Cardinali Corrado adductis.

Quibus vnus ex Dominis addebat quod
dicta prohibitio non comprehendit omnem
1 illegittimum, † sed copulatiue requirit quod
sit natus ex patre aut matre illegittima; pon-
derando dictionem, *Et ibi, ad fauorem personæ
illegittimæ, & procreatæ ex patre &c.* quæ vtram-
que hanc qualitatem coniungit, vt propterea
vtriusque concursus requiratur *l. si heredi plu-
res ff. cond. instit. l. si is qui ducenta §. vtrum ff. reb.
dub. l. si mihi, & Titio ff. verb. oblig. Fusar. de subst.
quæst. 340. nu. 16. Surd. decis. 272. nu. 5. Rot. dec. 115.
num. 8. par. 1. diuers.* nec mirum, quia odiosior
2 est † qui ne dum propriæ sed etiam paternæ,
aut maternæ originis maculam patitur, & se-
pe videmus alteram ex illis non obesse *Bald.
cons. 146. sub numer. 5. lib. 1. cons. 363. num. 4. lib. 5.
Guidopap. cons. 94. num. 3. & seqq. Alex. consil. 158.
num. 4. lib. 7. Capra cons. 2. numer. 18. Corn. cons. 25.
num. 7. & seqq. lib. 1.*

Neque in casu nostro Copula, *Et* accipi
3 potest † ampliatiue, seu disiunctiue pro vt
quando respicit diuersa subiecta seu personas,
& cadit inter duas orationes respectu alicuius
accidentis per ea quæ tradit *Alex. cons. 101. n. 3.
lib. 3. Barbos. dict. 93. nu. 10.* quia hæc procedunt
4 quando ex contextu eiusdem orationis† non
apparet testatorem vsum fuisse dictionibus di-
siunctiuis, ac ampliatiuis vbi voluit disiuncti-
ue vel ampliatiue disponere, qui est casus no-
ster; nam Rutilius contextualiter loquens de
origine patris, & matris, quia etiam alteram
ex illis odio habuit, non fuit vsus dictione co-
pulatiua sed disiunctiua, ibi, *procreatæ ex patre
illegittimo aut ex matre illegittima*: discretiuus
5 enim† iste modus loquendi denotat diuersam
in vtroque casu voluntatem nec sine misterio
eadem dictio alternatiua videtur omissa in
primo casu *l. vnica §. sin autem deficientis Cod.
caduc. tollen. Alex. cons. 170. numer. 7. lib. 2. Gozzad.
cons. 29. num. 16. Menoch. cons. 266. num. 21. & seq.
Rot. decis. 388. num. 12. par. 1. recent.*

Et hoc fundamentum satis esset ad victo-
riam quia Marcellus, & Horatius licet corū
mater nata fuisset illegittima, orti sunt ex le-
gittimo matrimonio, Nec obstant fides ex-
6 traiudiciales† Francisci de Alexandris, & nu-
perrima Sororis Flauiæ Monialis in Mona-
sterio Turris Speculorum de declarationibus
à Rutilio ante testamentum æditis cōtra de-
scendentes illegittimos vel natos ex illegit-
timo patre aut matre, quia hæc posterior mu-
lieris agentis 76. annum ac de re audita per
60. & amplius ante annos, admodum inue-
risimilis visa est vt in fortioribus terminis de
solo cursu 40. annorum in muliere pondera-
uit *Rota in Romana quatuor Domorum 23. Aprilis
1651. coram R.P.D. meo Peutingero*; idemque
respondetur ad priorem fidem Francisci de
7 Alexandris, quæ præterea vti extraiudicialis†
fidem non meretur; licet dum ille viueret
actores obstiterint ne examinaretur formi-
ter, quia iuste obstiterunt attenta dicta inue-
risimilitudine, & alijs signanter in secunda
decisione coram Domino Cardinali Corrado
ponderatis, cumque hæc fides referat dicta à
Testatore per annum ante testamentum co-
8 ditum, nullius momenti esset † esto quod
idem in examine solemni Franciscus depo-
suisset, quia oportet testes deponant de dictis
in actu testandi, quando pro vt hic verba te-
stamenti aliud suadent *Oldr. cons. 119. numer. 1.
vers. sed contrarium Dec. cons. 159. numer. 9. & seq.
9 Seraph. decis. 1357. num. 11.* vbi dicit rationem†
quia multa non perducuntur ad effectum vel
ab ijs receditur, & optimè distinguendo de-
clarauit *Rot. in Romana legat. 14. Martij 1644. §.
nec obstat quod non sufficiat coram Reuerend. Epi-
10 scopo Salamantino*. Præsertim† vbi ante testa-
mentum vel post testator locutus fuit inci-
denter *Gabr. cons. 112. numer. 29. & 30. lib. 2. cum
alijs allegatis à Moder. Neapolitano Quotidian. resol.
lib. 1. cap. 95. num. 23.*

Verum suffragantur Horatio, & Marcel-
lo etiam personalitas prohibitionis restrictæ
ad Cesarem, & clausulæ vniuersales ac effre-
natæ appositæ in transactione inter has partes
inita de anno 1632. non obstante quod in
prohemio transactionis narrata fuerit præce-
dens lis super testamento, & hæreditate Cesa-
ris, quia simul pro causa transigendi expres-
sa fuit ratio conseruandi agnationem, æque
se habens ad omne ius ex testamento siue
Cesaris, siue Rutilij obstatiuum conseruatio-
ni bonorum in agnatione Horatij, & Marcel-
li à transigentibus contemplatæ, & quod
plus est transactio non fuit restricta ad lites
natas, & quæ nasci possent ex causa supra
narrata tantum, scilicet testamenti Cesaris,
sed etiam ex causa infra dicenda, ibi, *causa,
& occasione supra narrata, & infra dicenda*; vnde
11 dum inferius expressæ fuerunt† etiam causæ
non cogitatæ vtique ipsa comprendit quæ-
cumque alia iura nullatenus expressa, & in
litem non deducta; attentis præsertim alijs
clausulis prægnantissimis vt comprobat vlti-
ma *decisio in §. solidissima*. Et sic non aplica-
12 tur † distinctio *Baldi relata à Cancer. var. resol.
lib. 3. cap. 15. nu. 272. & 273. quam secuta est Rot.
decis. 428. num. 7. & 8. par. 5. recent.* quod nempè
clausulę generales operantur quando certa
causa non est expressa, secus è conuerso: nam
in casu nostro non fuit expressa sola causa li-
tis vertentis super testamento Cesaris.

Ac præter clausulas generales positas in
corpore transactionis partes in fine promise-
runt cum amplissimis clausulis illam obser-
uare eamque sub quouis prætextu etiam no-
uorum iurium, & ex quacumque alia causa

non

non impugnare siuè agendo, siuè excipiendo; quapropter semper obstat vniuersalis hęc promissio præexistentis litis, & fideicommissi Cesaris in prohemio narrati non restricta, & ex volũtate transigentium tran-
13 sactio afficit † saltem in vim pacti etiam super eo, quod in illa lite non cadebat, vel expressum non fuerat *Salyc. in l. si de certa num. 2. Cod. de transact. cum alijs adductis in §. fin. vltimæ decisionis.*

Quam Domini confirmarunt vtraq; parte informante.

ROMANA DEVOLVTIONIS. DOMVS.

Veneris 21. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Caducitas si fuit ab Emphiteuta incursa, & à Domino directo remissa, si iterùm Emphiteuta fuit inuestitus cum nouis pactis, & cõditionibus non expressis in prima inuestitura, tunc concessio dicitur noua.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteuta caducitatem à se incursam approbare censetur, eo ipso quod à Domino directo illius remissionem obtinet mediante solutione certa quantitatis, ac nouis pactis interuenientibus.*

2 *Quam caducitatem impugnare, & excusare nequit causam habens ab Emphiteuta.*

3 *A' lite super caducitate introducta censetur recessum, si Emphiteuta à Domino directo remissionē caducitatis acceptauit.*

4 *Lis super caducitate dicitur calumniosa, quando est clara, & incontrouertibilis.*

Lis calumniosa non est attendenda ibid.

5 *Appellatio suspensiua non datur à mandato de manutenendo.*

6 *Concessio, seù Inuestitura obtenta post incursam caducitatem culpa Emphiteutæ, & post possessionem à Domino directo captam dicitur noua.*

7 *Ampla quamuis Dominus directus processerit per viam remissionis caducitatis incursæ, si continet noua pacta, diuersa ab antiqua inuestitura.*

8 *Concessio licet emanauerit sub commemoratione antiqua, si continet noua pacta respicientia substantiam contractus Emphiteotici est prorsus noua.*

9 *Caducitatis remissio non dicitur noua concessio, nisi noua pacta contineat, alias secus.*

Caldas. de renouat. Emphit. lib. 1. quæst. 4. num. 13. & 14. alijque allegati, *in quibus terminis loquantur? ibid.*

10 *Noua concessio non resultat ex solo verbo* de nouo concedimus, *nisi alia concurrant demonstrantia mentem de nouo concedendi.*

11 *Concessio noua non inducitur ex nouis pactis Ecclesiæ vtilibus Declara, vt num. 14.*

12 *Beneplacitum Apostolicum non requiritur, si noua pacta in concessione Emphiteusis Ecclesiasticæ non tangunt substantiam contractus, & res est solita locari, secus verò si pacta essent præiudicialia. & num. 13.*

14 *Concessio an dicatur noua, & independens à prima solùm attenditur, an noua pacta respiciant substantiam contractus, & acceptata fuerit caducitas & aliunde constet de voluntate de nouo concedendi.*

15 *Beneplacitum Apostolicum non est necessarium, quando noua pacta in concessione Emphiteusis sunt vtilia Ecclesiæ.*

16 *Beneplaciti Apostolici defectus à sola Ecclesia opponi, & excipi potest.*

17 *Obligatio soluendi laudemium non congruit contractui locationis.*

18 *Clausula* ad habendum, & in perpetuum *non faciunt Emphiteusim transitoriam ad extraneos, quando adest expressa prohibitio alienandi sine consensu Domini, & num. 22.*

19 Decis. 294. par. 2. recent. *declaratur.*

20 Decis. 741. num. 17. & 18. par. 4. tom. 3. rec. *quo casu loquatur?*

21 *Alienatio Emphiteusis cum consensu Domini fieri potest in personas comprehensas.*

23 *Canonum receptio tunc præiudicat Ecclesiæ, quando caducitatis remissio pendet ab eius potestate, secus quando vlterius requiritur beneplacitum Apostolicum, tunc enim talis receptio non præiudicat, & num. 24. & 25.*

26 *Beneplacitum Apostolicum requiritur, quando res nõ est solita locari, vel si alteratur solitum transferendo rem Emphiteoticam in manum mortuam.*

27 *Quinimò requiritur, vltrà beneplacitum Apostolicum etiam euidens Ecclesiæ vtilitas.*

28 *Vtilitas Ecclesiæ deest, si pro domo annui redditus scutorum centum exiguus Canon soluitur.*

DECISIO DXVII.

NOVAS esse concessiones factas de anno 1597. Francisco Calandro, & de anno 1612. Angelæ Calandræ, prout firmat decisio edita sub die 14. Decembris proximè preteriti hodie ad trutinam reuocata præmittendum esse ad faciliorem eiusdem decisionis confirmationem Domini censuerunt, ponderantes iterùm, quod dictæ concessiones non emanarunt ob lineam finitam, sed post apertam deuolutionem ex culpa Emphiteutæ in alienando domum Emphiteoticam, ac non soluendo canonem quam culpam, & consecutiuè caducitatem Hospitale Aduersariorum, cum habeat causam à dicta Angela, & Francisco qui in præcitatis con-
1 cessionibus caducitatis remissionem † etiam mediante solutione certæ quantitatis, ac sub nouis pactis, vt infra dicam acceptando fassi fuerunt *cap. ex ore vers. per hoc de his quæ fiunt à maior. par. cap. Dec. cons. 206. nu. 6. vers. vbi exhibens Rot. in Cracouien. Iuris respondendi 28. Iunij*
2 1651. *cor. me*, & curare, aut impugnare † non potest *Rot. decis. 290. num. 2 par. 1. recent. dec. 293. num. 2. ad med. par. 2.*

Vt propterea gratis exaduerso allegetur præexistentia litis super caducitate, & appellatio interposita à decreto manutentionis Monialibus Dominis directis, quæ tanquam de re deuoluta possessionem apprehenderant concessæ, quia postmodum per acceptationem

3 nem † vt supra remissionis caducitatis à lite recessisse, & bonum ius monialium agnouisse, nec non dicto decreto manutentionis acquieuisse censentur *Cald. de renouat. Emphit. lib. 1. qu. 4. sub num. 12. vers. Emphiteuta enim ex tex. in l. si quis autem ff. acq. poss. l. pacta nouissima C. pact. alijque initio allegati*. Præter quod cum factum alienationis, & mora in soluẽdo Canones esset incontrouertibilis, & exinde ex speciali pacto in antiqua inuestitura apposi-
4 to resultaret effectus caducitatis, † pendentia litis tanquam calumniosa, non merebatur attendi *l. 1. §. si inter ff. de litig. Lancell. de attentat. lit. pend. cap. 4. lim. 4. Lotther. de re benef. lib. 2. q. 20 num. 97.* eoque minus appellatio interposita
5 vt supra à mandato de manutenendo, † quia illius executionem non suspendebat *l. vnica C. si de momen. possess. cap. fin. §. de possessione secunda quæst. 6. Seraph. decis. 1294. n. 2. Duran. dec. 222. num. 6. Rot. in Bononien. Bonorum 17. Martij 1649 coram me*.

Quapropter cum ex natura rei, & partium confessione constet concessiones emanasse post in cursam caducitatem ex culpa Emphi-
6 teutæ; † & quod plus est post incorporationem, ac possessionem bonorum à Monialibus ex hoc capite captam, Iudicisque decreto confirmatam, nec appellationem suspensibilem eas nouas esse dicendum est iuxtà distinctionem *Berot cons. 112. nu. 1. & 4. lib. 1. passim ab alijs in prima decisione allegatis*, receptam quamuis processerint per viam remissionis
7 caducitatis † incursæ, vt in fortioribus terminis dixit *Rota in Portuen. Stagni 10. Iunij 1641. §. nec refragatur vers. nihilominus coram bon. mem. Card. Panzirolo*; attentis præsertim nouis pactis ibidem appositis, nempe quod non nudus situs, vt in antiqua, sed domus ipsa desuper edificata conceditur, quod secunda concessio facta Angelæ habeatur pro non facta quatenus Angela esset Monialis, quod soluatur Laudemium, quod augeatur Canon, quod per solam moram biennij in soluendo Canones caducitas cõtrahatur, quod in causam contrauentionis Moniales possint domum cum melioramentis propria authoritate capere, quod inuestitura sit pro hæredibus, & successoribus absque clausula cetera, quæ aderat in antiqua, & absque pacto francandi in eadem adiecto, hæc enim om-
8 nia de nouo conuenta † cum pleraque respiciant non solùm accidentalia, sed ipsam substantiam rei, & contractus Emphiteotici efficiunt, vt concessiones licet emanauerint sub commemoratione antiquæ sint prorsus nouæ, vt *præter allegatos in prima decisione* tradit *Osasc. decis. 23. num. 21. & seqq. Caualc. decis. 30 num. 88. par. 2. Alex. cons. 9. num. 2. lib. 3. aliique allegati à Moder. Fulginat. de Iur. Emphit. tit. de contract. Emphit. qu. 9. num. 12. & seqq.* quibus additur *Capic. Latro decis. 67. num. 12. Rot. coram san. mem. Greg. XV. decis. 522. num. 19. & in Cernien. Bonorum 23. Martij 1648. coram Reuerendissimo Terracinensi*.

Nihil obstante, quod ibidem fuerit nomi-
9 natim remissa caducitas, † quia hoc esset momenti, nisi noua pacta adessent, in quibus terminis loquitur *Cald. de renou. Emphit. lib. 1 qu. 4. num. 13. & num. 14. in fin. Seraph. decis. 1496 num. 2. & quotquot exaduerso allegantur*, secus è conuerso, vt bene declarat *Rosentall. de feud. cap. 2. conclus. 19. num. 4.* vbi loquitur in fortioribus terminis, & allegat concord. quorum opinio libentiùs recipienda in casu nostro, quia ipsa remissio caducitatis facta legitur pro certo pretio ab Emphiteuta soluto, & verba ipsa sonant in nouam concessionem, & vlteriùs illam anni 1597. nouam fuisse declararunt partes in subsequenti anni 1612. facta authrici Hospitalis Aduersarij: atque ita
10 multa cõcurrunt ad demonstrandam † mentem de nouo concedendi, licet secus esset si ea mens eliceretur tantùm ex verbo *de nouo concedimus*, in quibus terminis loquitur *Malnas. cons. 40. num. 25. Rot. decis. 499. num. 18. par. 5. recent. aliqque exaduerso allegati*.

11 Non obstat, quod noua pacta † quando sunt vtilia Ecclesiæ non reddant concessionem nouam, quia verum est ad effectum, vt si substantiam contractus non tangunt, &
12 res sit solita locari † beneplacitum Apostolicum desuper non requiratur, prout loquitur *Calder. cons. 11. de feud. Feder de sen. co s. 179. num. 1.* quos refert, & sequitur *Caldas. dicta quæst. 4. nu. 8. vers. hoc tamen*, & comprobat *Rot. decis. 191. num. 15. par. 4. diuers.* requireretur au-
13 tem si pacta † essent præiudicialia *Rot. dec. 243 num. 16. par. 7. recent.* non autem ad effectum ne concessio dicatur noua, & independens à
14 prima, quia tunc † solùm attenditur, an noua pacta respiciant substantiam cõtractus & acceptata fuerit caducitas ex capite contrauentionis, vel aliunde elucescat mens de nouo concedendi ex superius allegatis. Minus obstat, quod si concessiones essent nouę partes reseruassent beneplacitum Apostolicum, quia vel illud necessarium non erat,
15 ex quo † noua pacta vtilia erant Ecclesiæ, vt mox dicebatur, vel præualent aliæ coniecturæ imò, & demonstrationes supra adductæ, vel in omnem euentum de beneplaciti Apo-
16 stolici defectu † sola Ecclesia excipere potest *Mant. de tacit. lib. 3. tit. 16. sub num. 12. Grat. discep. 202. num. 25. Surd. decis. 171. nu. 17. add. ad san. me. Greg. XV. decis. 467. num. 16. Rot. decis. 133. nu. 11. par. 2. diuers. & in Maceraten. Census 1. Februarij 1638. coram bo. me. Cardinali Hieronymo Verospio*.

Elaborandum ergo non est super intellectu antiquæ inuestituræ, fuerit scilicèt nec ne transitoria ad extraneos, vel ob correspondentiam Canonis fructui rei concessę locatio potiùs quam Emphiteusis, quia agitur ex nouis concessionibus præcisam habentibus naturam contractus Emphiteutici, & in quibus non militat correspondentia Canonis, quin ille longè minor est fructu domus concessæ ad annua fere scuta centum ascen-
17 dente, & insuper adest obligatio † soluendi Laudemium locationi non congruens *ex alleg. in prima decis. §. bis positis*.

Quatenus verò etiam nouas concessiones tran-

transitorias esse ad extraneos educitur ex *clau-*
18 *sula ad habendum, & in perpetuum*, † ibi appo-
sita, placuit Dominis responsio primæ deci-
sionis in §. *contrarium*, quod videlicet clausu-
larum huiusmodi virtus euacuatur ex prohi-
bitione alienandi sine consensu Domini vt
articulo mature discusso, & *alijs decisionibus*
allegatis bis respondit Rota in Caietana Bonorum
3. Decembris 1646. §. *quod sine difficultate, &*
seqq. & 10. Iunij 1648. §. *& proinde vers. loquitur*
coram R.P.D. meo Cerro, vbi signanter decla-
19 ratur † *decis. 294. par. 2. recent.* quæ eadem est
cum decisione relata *per Giouag. cons. 44. nu. 85.*
20 *lib. 2. exaduerso allegata*. Alia autem *decis.* † 741.
num. 17. & 18. par. 4. tom. 3. recent. pariter exad-
uerso allegata loquitur de prohibitione alie-
nandi restricta ad personas prohibitas, solum-
21 que firmat quod fieri potest alienatio † cum
consensu Domini in personas comprehensas
vt legitur *sub num. 16. vers. saltim*; vnde non
22 sequitur quod inuestitura sit transitoria ad
quoscumque vt benè declarat *Corbul. de Iure*
Emph. tit. de caus. priuat. ob alienat. limit. 3. num. 2.
& 3. aliique in dicta Caietana Bonorum, & in decis.
huius causæ allegati.

Ex quibus ineuitabilis manet deuolutio
ob deficientiam lineæ Francisci, & Angelæ
tertio loco vt supra inuestitę; nec non ex quo
Angela domum trastulit in manum mor-
tuam hoc est Hospitale aduersarium, cui nō
suffragantur solutiones Canonum factæ pro-
curatori monialium vel earum Priorissæ,
quia esto quod procurator seu Priorissa pos-
23 sint recipiendo preiudicare Ecclesiæ † quan-
do remissio caducitatis pendet ab earum vel
Ecclesiæ potestate, in quo casu loquitur *Dec.*
cons. 329. sub numer. 3. Mant. de tacit. lib. 22. tit. 33.
sub num. 10. secus est quando vltro necessari-
24 um † erat beneplacitum Apostolicum, quia
tunc sicuti nō potuissent præiudicare expres-
se faciendo nouam inuestituram, eo minus
tacite recipiendo Canones iuxta textum in
l. oratio ff. sponsal. Surd. cons. 5. num. 40. & in pro-
ximis terminis Rota in Gerunden. Beneficij 30. Apri-
lis 1640. §. *minus facit coram R.P.D. meo Rojas*, &
in puncto quod dicto casu receptio Cano-
25 num † non præiudicet Ecclesiæ tradit *Mant.*
dict. tit. 33. num. 12.

In casu autem nostro necessarium fuisse
26 beneplacitum Apostolicum, † quia res non
est solita locari, & quia solitum alteratur
trasferendo domum in manum mortuam,
comprobant *alleg. in prima decisione §. fin. & alij*
quos secuta est Rota in Ceruien. Bonorum 23. Mar-
tij 648. §. *non substinetur il secundo coram Reue-*
rendissimo Terracinensi. Quin nec sufficeret be-
27 neplacitum Apostolicum † cum copulatiue
requiratur euidens vtilitas Ecclesiæ quæ hic
28 deest † cū pro domo annui redditus scu. 100.
exiguus Canon. scu. octo soluatur vt in for-
tioribus terminis de cōcessione Domus red-
ditus annui scu. 77. pro annuo Canone scu. 12.
dixit *Rota in Romana Domorum 18. Febr.* 1650.
coram me.

Et ita vtraque parte informante Domini
primam decisionem confirmarunt.

NOVARIEN. FIDEICOMMISSI.

Merc. 26. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Retrocessioni locus est stante pacto inter cedentem, & cessionarium in casu euictionis seu inexigibilitatis. Et ex quibus inexigibilitas probata remaneat?

SVMMARIVM.

1 *Retrocessioni locus est in casu promissæ inexigibilitatis.*

2 *Inexigibilitas ex quibus probata remaneat?*

3 *Sententia lata contra cessionarium afficit cedentem si ei à Cessionario fuerunt intimatæ molestiæ, & ipse non comparuit, nec à sententia appellauit.*

4 *Cedenti imputari debet si post intimatas molestias à Cessionario ipsum non defendit.*

5 *Fideiussor excutiendus est, adhoc vt inexigibilitas probata dicatur.*

6 *Inexigibilitas debitoris cessi constat ex inhibitionibus super eius bonis obtentis.*

7 *Declara hoc non sufficere, nisi etiam fuerint factæ diligentiæ pro reuocatione, & moderatione dd. inhibitionum.*

8 *Tamen si dictæ inhibitiones fuerunt intimatæ cedenti, & ipse non curauit illas reuocari imputandum est ei, si diligentias pro illarum reuocatione non fecit.*

9 *Filius familias non præsumitur habere alia bona quam paterna.*

10 *Cessionarius si contra debitorem cessum obtinuit mandata verisimile non est quod ipse ab vlteriori executione se abstinuisset si reuera bona adessent, satis est adhuc effectum bona esse intricata.*

11 *Cessionarius tenetur excutere credita debitori cessæ competentia.*

12 *Inexigibilitas quando subest pro cōcurrente quantitate crediti cessi intrat regressus contra cedentem.*

13 *Excussionis vlterioris necessitas cessat, eo ipso quod constat credita cessa esse inania, & sine effectu.*

14 *Inexigibilitatem debitoris cessi probandi modus resultat ex interpellatione facta cedenti siue ab eo causam habenti pro indicatione bonorum super quibus fieri possit executio.*

15 *Negligentia cessionarij in exigendo siue illius culpa in prorogando tempus ad soluendum cedenti nocere non debet.*

16 *Nomen cessum, vt inexigibile dicatur ob negligentiam cessionarij probandum est quod ante cessionem tale non erat.*

17 *Nomen cessum, vt sit exigibile non satis est probare exigibilitatem de tempore cessionis, sed requiritur continuatio per aliquot annos stante promissione manutenendi creditum exigibile.*

18 *Promissio de euictione, & cum expressa obligatione debitores esse soluendo eosque manutenendi operatur nedum respectu veritatis crediti, sed etiam exigibilitatis.*

19 *Dictio vt supra est præcedentiū qualitatum repetitiua.*

20 *Euictio siue conseruatio Indemnitatis si fuit simpliciter promissa nulla facta mentione quod nomen cessum esset soluendo, tunc sufficit esse verum*

Castrens.

Castrens. cons. 170. num. 2. lib. 2. *in quibus terminis loquatur? ibidem*.

DECISIO DXVIII.

ADIECTO pacto quod *vbi credita censſus, & iura cessa euincantur in totum seu pro parte seu debitores cessi reperiantur non soluendo eo in casu non teneatur ille ex dd. contrahentibus, qui de manutentione teneri debebit vt infra ad aliud quam ad retrocessionem tantundem ex creditis, & iuribus cessis ad ratam eius quod actualiter euincetur vel pro quo debitores cessi reperientur non soluendo* Petrus Franciscus Caccia, & Iacobus Antonius Riccus nomine proprio, & Ottauij patrui sibi ad inuicem plura credita ingentis summæ cesserunt contra diuersas personas vt latius in istrumento rogato sub die 18. Febr. 1636. dato in Summario vtriusque partis num. 1.

Successiue quoniam inter credita cessa à Caccia reperta fuit inexigibilis summa librarum 34800. in sorte principali, & interusuriorum quã & quæ debebant Franciscus de Teste ac Theodorus eius filius pro eadem summa, & interusurijs Barnabas, & alij de Siccis vti hæredes præfatorum Iacobi Antonij ac Ottauij sibi retrocessionem fieri duplicis crediti soluendi à comunitate mallente, & Marco Doredadono petiterunt Iudicialiter, & sententiam fauorabilem reportarunt à D. Vicario Generali Curię Archiepiscopalis Mediolani contra Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ Catthedralis Nouariæ vti administratores fabricæ hæredis institutæ à dicto Caccia.

Qua sententia per appellationem victi ad me deuoluta cognitum hodie fuit an sit locus retrocessioni, & affirmatiue responsum, quia inexigibilitas Francisci ac Theodori Te-
1 ste vt infra probata † aperit viam pacto retrocessionis in eum casum vt supra concepto *Aym. cons. 127. num. 13. Eugen. cons. 73. num. 2. lib. 1. post Neuis. cons. 11. num. 10. cons. 66. num. 18. Becc. cons. 105. sub num. 35. Rot. decis. 476. num. 3. coram bon. mem. Buratto decis. 51. num. 1. decis. 72. num. 4. & 5. inter impress. apud Modern. Perus. de subhast.*

2 Est inquam probata inexigibilitas † ex cõcursu creditorum, & sententia graduatoria inter ipsos lata assignante vnicuique locum iuxta anterioritatem, seu potioritatem per quam apparet debita anteriora credito cesso ascendere ad lib. 128273. Summ. Sicci nu. 5. iuncto quod in executionem eiusdem sententiæ bona omnia Francisci debitoris præuia extimatione fer. fer. facta fuerunt apretiata in libr. 40435. & pro hoc prætio data in solutum Catherinæ sexto loco graduatæ dicto Summario numer. 6. adeòquod nil remanet pro Siccis 17. loco graduatis. Gratisque pro hæredibus cedẽtis obijcitur quod imò creditum cedentis vti contractum de anno 1629. debuisset credito Catherinæ præferri, quia cum cedenti fuerint pluries intimatæ mole-
3 stiæ in Iudicio graduatorio † pendentes, & vlterius ipsa sententia graduatoria prolata fuit Summario ibid. num. 8. neque tunc cedens comparuerit aut à sententia appellauerit, ea propterea cõtra ipsum cedentem eiusque hæredes plenè probat, *vt ex text. in l. ab eo C. quomod. & quãd. Iud. dicit in punct. Rot. in Rauennaten. Salu. 17. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Meltio impress. apud Modern. Foroliuien. de pignor. decis. 141. num. 16. & 17.* sibique imputare
4 ille debet, † quod cessionarium non defenderit *Fulgos. in l. si per imprudentiam num. 6. & seq. ff. euict. Bald. cons. 460. num. 4. vers. item considero lib. 4. Anen. cons. 38. num. 4. Rot. decis. 381. numer. 5. penès Buratt. decis. 18. num. 23. par. 4. tom. 2. recent.* & magis in terminis *Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 21. numer. 23. Castr. cons. 170. numer. 3. in fin. lib. 2.*

Respectu verò Theodori qui vna cum
5 Francisco patre obligatus, † & proinde excutiendus est *Cuman. cons. 53. num. 2. vers. nisi appareat Scacc. de camb. §. 2. gl. 5. num. 259. Rot. Ianuen. decis. 91. nu. 25. cum alijs alleg. à Modern. Pisaurien. de euict. quæst. 78. num. 8. Rot. decis. 66. num. 11. apud Modern. de pignor.* constat de inhibitione su-
6 per omnibus eius bonis obtenta † à Catherina vxore creditrice dotis vltra summam ex alijs causis ei debitam à Francisco Socero, & pro qua bona vt supra in solutum recepit Summario Sicci num. 4. Et quamuis hoc re-
7 gulariter nõ sufficiat † nisi factæ fuerint diligentię pro reuocatione aut moderatine inhibitionis vt per *Felin. in cap. venerabilis numer. 7. vers. 3. limita de Iudic. Aym. cons. 270. numer. 3. Caputaqu. decis. 72. numer. 4. & 6. par. 2. in punct. Eugen. cons. 73. num. 21. & 22.*

Cum etiam præfata inhibitio fuerit inti-
8 mata cedenti † signanter sub die 15. Decembris 1639. ad effectum vt eam reuocari curaret dicto Summario num. 8. col. 3. circ. med. imputandum ei est si vlteriores diligentias pro ea reuocanda non fecit *ex supra alleg.* tanto magis quia tunc collationis suspicionem, excludit veritas crediti dotalis, præsumptio
9 quod Theodorus tamquam fil. familias vltra bona paterna æri alieno vt supra imparia nihil haberet vt in punct. excussionis aduertit *Ioseph Ludouicus decis. Perus. 45. num. 18.* nec
10 non solertia cessionarij † in obtinendis mandatis executiuis contra Theodorum eorumque expeditio Summario num. 2. verisimile namque nõ est, quod abstinuisset ab vlteriori executione si verè bona Theodori superfuissent satisfacto credito dotali vxoris, satisque est bona fuisse intricata vt habeantur ac si nõ adessent *Scacc. de camb. §. 2. gl. 5. nu. 268. Bellon. decis. Ianuen. 156. numer. 7. & 8. Thomat. decis. 61. num. 12. Rot. decis. 72. num. 8. apud Modern. Perus. de subh.*

Non obstat quod ex ipsa sententia graduatoria creditorum patris appareat Theodorũ filium habere contra eum duo credita, & quidem anteriora nempè libr. 303. pro expensis funerum, & libr. 6000. pro dote Can-
11 didæ matris, quæ ideò credita † excutienda essent *Bellon. decis. Ianuen. 91. sub num. 25.* Nam
12 præter quod semper subesset inexigibilitas † quo ad libr. 28. & amplius, & pro concurrenti quantitate intrat regressus contra cedentem

tem *Bellon. dicta decis. Ianuen.* 156. *num.* 6. *in fin.* & *num.* 7. *relat.* & *Modern. Pisaurien. de euict. quest.* 73. *num.* 10. Cum dicta credita Theodori ob inopiã patris ære alieno obruti, & adiudicationẽ omnium bonorum ad fauorem Catherinæ intimato vt supra etiam cedente secutã ina-
13 nia esse † notorium sit, cessat vlterioris excussionis necessitas *Gloss.* & *Doct. in l. vlt. in princ. ff. si cert. pet. Neguz. de pignor. par.* 8. *mem.* 1. *nu.* 14. *Pacif. de Salu. insp.* 2. *cap.* 2. *nu.* 27. *Thomat. dicta decis.* 61. *nu.* 3. & 13. *Rot. in firmana pecuniaria* 4. *Decembris* 1651. *coram me.*, eo magis accedente interpellatione aduersarijs à cedente
14 causam habentibus facta † ad indican. bona super quibus fieri possit executio, qui est modus probandi inexigibilitatem vriusque debitoris *Gloss. fin. in l. à diuo Pio* §. *in venditione verb. capiantur ff. rei iudicata Ciriac. contr.* 5. *n.* 142. & *seqq. Rot. decis.* 49. *num.* 1. *apud Modern. Forolin. de pignor.*

Tandem non obstat negligentia cessiona-
15 rij in exigendo † à debitoribus cessis imò culpa eo quod illis prorogauit tempus ad soluen. vt in terminis ponderat *Thesaur. Inn. qu. forens. lib.* 4. *quæst.* 10. *sub n.* 7. *vers.* 3. *negligentia* & *num.* 8. Quia dilatio ad soluen̄ concessa fuit in ventre ipsius instrumẽti cessionis præsente cedente, vtque ob negligentiam in exigendo
16 nomen cessum † diceretur effectum inexigibile probandum exaduerso esset quod antea tale non erat *Ruin. cons.* 93. *num.* 8. *lib.* 5. *Surd. cons.* 228. *num.* 16. *vers. dicens quod ad proban. Becc. cons.* 37. *sub num.* 20. *vers. inquiens Gratian. discept.* 527. *num.* 36.

Nec probatur, quin contrarium apparet nam cessio emanauit de anno 1636. & de anno 1639. subsecutus fuit concursus creditorum ac molestię quæ contextualiter fuerunt intimatę cedenti vna cum sententia graduatoria lata de anno 1640. Neque satis esset pro-
17 bare exigibilitatem † de tempore cessionis sed requireretur continuatio per aliquod annos stante promissione manutenendi creditum exigibile *Gratian. discept.* 527. *nu.* 35. & 36. *Barz. decis. Bonon.* 110. *num.* 22. *Rot. decis.* 404. *sub num.* 8. *coram Durano*, & *in Romana census* 5. *Martij* 1627. *coram clar. mem. Coccino in Bonon. litterarum cambij* 8. *Aprilis* 1647. §. & *ex his vers.* & *exigibilitas coram R. P. D. meo Verospio.*

Quæ promissio litteralis est in casu nostro nec potest restringi respectu veritatis crediti
18 dumtaxat † quia verba sunt vniuersalia, & indefinita ibi, *dicta credita census*, & *iura sibi inuicem respectiue in cambium cessa* &c. *defendere*, & *manutenere* animaduertendo præsertim quod supra fuerat specifice ac æque principaliter promissa, euictio, & debitores esse soluendo, cum relatione ad manutentionem infra promittendam, ibi, *vbi credita* &c. *euincantur* &c. *seu debitores cessi reperiantur non soluen. eo in casu ille ex contrahen. qui de manutentione teneri debebit vt infra* &c. vnde eo magis subsequens obligatio manutenendi complecti debet tam veritatem crediti, & euictionem quã exigibilitatem sicuti vtramque amplectentur paulò post sequentia verba ibi, *saluo semper pacto retrodationis in casu euictionis*, & *vt*
19 *supra*, attenta dictione † *vt supra* omnium præcedentium qualitatum repetitiua *Gabr. cons.* 130. *num.* 28. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 124. *num.* 58. & *seqq. Rot. decis.* 287. *num.* 5. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.*
20 licet secus esset si nusquam facta mentione † quam nomen cessum esset soluendo promitteretur simpliciter euictio seu defensio, & conseruatio indemnitatis in quibus terminis loquitur *Castr. cons.* 170. *n.* 2. *lib.* 2. *Gozad. cons.* 58. *num.* 17. *Becc. cons.* 105. *nu.* 14. *Thesaur. Iun. qu.* 73. *lib.* 3. *add. ad san. mem. Gregor. XV. decis.* 579. *in fin.* vtriusque casus diuersitas benè deprehenditur ex deductis *per Roderic. de ann. reddit. lib.* 2. *quest.* 21. *num.* 14. & *seqq. iuncto numer.* 20. & 21. *Mastrill. decis.* 240. *num.* 9. & 10.

Et ità decisum vtraque parte informante

ROMANA SEV IANVEN. CAMBII.

Merc. 26. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Via executiua competit stante facultate tributa creditori se reualendi in nundinis, mediantibus litteris Cambij paratam executionem habentibus, aut earundem litterarum complementum per effectiuam solutionem, quæ in materia Cambiorum de vsuris suspecta nõ probatur per confessionem creditoris, quando persona recipientis est distincta à persona soluentis, secus vero quando idem est phisice soluens & recipiens. Continuatio Cambiorum, quo casu à Constitutione piana damnetur.

SVMMARIVM.

1 *Executiue procedi potest stante facultate concessa creditori pro cambijs se reualendi in nundinis.*

2 *Modus vsitatus se reualendi in nundinis est, mediantibus litteris Cambij paratam executionem habentibus.*

3 *Vel earundem litterarum complementum per effectiuam solutionem iuxta illarum tenorem sibi met à creditore factam.*

4 *Solutio in materia Cambiorum de vsuris suspecta non probatur per confessionẽ creditoris, nisi aliunde de numeratione constet maxime quando persona recipientis est distincta à persona soluentis.*

5 *Probatur tamen solutio vbi idem est phisice soluens, & recipiens. Quia tunc impossibile est dare à parte rei actum numericè solutionis & receptionis, hoc est actionem & passionem in eodem subiecto.*

6 *Quinimo quietantia ipsa, & scripturæ directio in libro soluere debentis habet implicitum actum numerationis, non aliter practicabilis, quam per modum æquipollentem.*

7 *Solutio impugnari nequit ab eo, qui illam alias approbauit.*

8 *Procurator vt agere possit contra mandantem contraria actione mandati sufficit docere de adimplemento ordinis siue mandati sibi directi.*

9 *Cambium ex quibus probetur esse nouum, & non continuatio antiquorum?*

10 *Cambiorum continuatio non est illicita, aut damna-*

na à Constitutione Pij V. nisi quando primum Cambium contractum fuit cum pacto quod recipiens non possit in primis nundinis cambium extinguere.

11 *Cambium dicitur constitutum pro pluribus nundinis, & debitor cogitur pecunias tenere sub vsuris si fuit contractum cum supradicto pacto quod pro primis nundinis non possit extingui, ideoque vti vsurarium damnatur à Constitutione.*

12 *Cambium non dicitur ab initio contractum pro pluribus nundinis si pecunia fuerunt data pro primis nundinis addita solum facultate cambiandi casu quo debitor sit morosus cum sit in eius potestate se liberandi ab vsuris.*

13 *Cambium continuandi si cessat coactio à constitutione contemplata cessat constitutio, & tunc licitum est conuertere debitum in aliud cambium, quod dicitur nouum, & non idem.*

14 *Cambium licitè dicitur continuatum ex Cambijs antiquis stante mutuo partium consensu, desumpto à continuata transmissione, & retentione litterarum pro singulis ferijs.*

15 *Litterarum transmissio ad effectum vt Cambium licitè continuatum dicatur, probatur per litteras redditus, quia litteræ transmissæ remanere solent penès mercatorem, cui fuerunt directæ.*

16 *Litteræ reditus impugnari nequeunt ab eo, qui illas produxit.*

17 *Fides mercatorum pro iustitia cambij, quando non sit attendenda?*

DECISIO DXIX.

QVicquid de via executiua afferunt duæ priores decisiones æditæ sub die 27. Nouembris, & 18. Martij proximè preteriti, causa hodie super eisdem posita confirmarunt Domini, cum negari non possint aut facultates A. C. aut consensus Syriorum in eorum
1 litteris expressus quod Balbus possit † se preualere in nundinis vbi executiuè proceditur; maximè quia vsitatus modus se reualendi in
2 nundinis † est mediantibus litteris Cambij paratam executionē habentibus, aut earundem
3 dem litterarum complementum † per effectiuam solutionem iuxta illarum tenorem sibi met à Balbo factam, quæ & si in materia
4 cambiorum † de vsuris suspecta non probetur per confessionem creditoris, nisi aliunde de numeratione constet quando persona recipientis est realiter distincta à persona sol-
5 uentis; probatur sanè † vbi idem est phisicè soluens, & recipiens, quia tunc impossibile est dare à parte rei actum numericæ solutionis, & receptionis hoc est in eodem subiecto actionem, & passionem *l. granius ff. servit. vrban. præd. l. 1. ff quemadm. servit. amitt. l. vnic. pignor. ff. reg. iur. Rot. decis. 270. numer. 6. par. 6. recent. & decis. 21 1. num. 5. inter impress. post Zacch. de re & Canon.* de quietantia ipsa scripturaque directa
6 ctio in libro soluere debentis habet † implicitum actum numerationis non aliter practicabilis, quam per modum æquipollentem, ideoque admittendum *Rot. decis. 52. num. 10. recent. merito par. 3. recent. & in pand. Cammner. celebrem. cap. 5. num. 10. Rot. decis. ... 32*

& 22. vbi quod hoc, indubitatum est in præiudicium mandantis solui.

Preterim quia vltro adnotata est solutio atergo litterarum, & in libro nuncupato Scartafacio, quod vocant di fiera, & Balbus de solutione sibi met facta certiorauit Siros per epistolam successiue ad illos scriptā sub die 14. Nouembris 1649. quæ non loquitur de partitis terminatis in præcedenti feria Augusti vt ex aduerso supponitur sed in feria Sanctorum, ibi, *in questa fiera de Santi riceuuta &c.* Summario primæ positionis pro Balbo nu. 5. Eiusdemque tenoris est responsio Sirorum ad dictam Epistolam, ibi, *in risposta del vostro Spaccio di fiera passata de Santi*, dicto Summario num. 6. vnde verum est dicere quod Siri
7 solutionem vt supra factam approbarunt. † & propterea eam impugnare hodie non possint *cap. quod semel de reg. iur. in 6. l. in diem ff. acq. plu. arcer. Ceph. cons. 180. num. 29. Rimin. Iun. cons. 562. num. 34. & 35. Decian. respon. 2. num. 148. lib. 1.*

Hincque resultat etiam iustitia mandati executiui contra Siros ad instantiam Balbi relaxati pro reimbursatione scu. 5443. auri, quę de eorum ordine Balbus soluit, cum sufficiat
8 procuratori † docere de implemento ordinis sibi directi vt contraria actione mandati repetere possit quod soluit ex *allegatis in prima decisione §. sed de repetenda.*

Non obstat quod Cambium de quo agitur proueniat ab alio scu. 20. m. & alio scu. 9325. marcarum cōtractis de anno 1640. tùm quia diuersum esse apparet ex quo priora illa duo limitata erant pro vna tantum feria, cumque adhoc vltimum Cambium processum fuerit creando debitum cōtra mandantem absque vlla relatione ad antiqua, & acceptādo Cambium de nouo factum per mandantem sine aliqua noua specificatione quod sit factum
9 in continuationem antiquorum, † eo minus eorum continuatio dici potest ad quem effectum satis non est quod ab illis occasion inter dependeat *iuxtà theoricam Anchar in cap. accessorium sub num. 16. vers. præterea isti duo actus de reg. iur. in 6. Baptista de Sancto Blasio tract. de Correat. quæst. 66. nu. 54. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 25. in addu. litt. F. Rot. in Eugubina erroris Calculi 26. Aprilis 1641. coram Reuerendissimo Salamantino, & in Romana seu Veliterna restitutio is in integrū 17. Decembris 1646. coram me.* Et sufficit de hoc dubitari posse ne per hanc exceptionem iudicium executiuum retardetur vt ponderaunt *primæ decisiones in §. fin.*

Tum etiam quia continuatio Cambio-
10 rum † non est illicita aut damnata à *Constitutione san. mem. Pij V.* nisi quando primum Cambium contractum fuit cum pacto quod accipiens non possit in primis nundinis pecuniam restituere, & Cambium extinguere; hoc enim casu quia debitor cogitur pecunias tenere sub vsuris, cambium dicitur constitu-
11 tum pro pluribus nundinis, † & propterea tanquam vsurarium à dicta Constitutione reijcitur. Aliud autem est quando pro vt hic
12 pecuniæ datæ fuerunt pro primis nundinis, † addita solum facultate Cambiandi casu quo

in

in illis debitum non soluatur, nam tunc cum
sit in potestate debitoris pecunias restituere
in primis nundinis, & sic se eximere ab onere
vsurarum, non dicitur ab initio contractum
13 cambium † pro pluribus nundinis, & cessan-
te coactione continuandi contemplata à Cō-
stitutione Piana, cessat pariter dicta Consti-
tutio; licitumque est conuertere debitum in
aliud Cambium quod dicitur nouum, & nō
idem vt doctè distinguendo firmatum fuit in
Romana Pecuniaria seu Cambiorum 10. *Iunij* 1616.
§. 2. *principaliter coram bon. mem. Cardinali Sa-
crato, & in Romana Pecuniaria* 13. *eiusdem men-
sis Iunij coram Sanctissimo D. N. impress. part.* 4.
recent. decis. 304. *num.* 3.

Quatenus igitur Siri debitores in primis
nundinis anno 1640. dicta scu. 20. m. & alia
9325. integra non restituissent eadem cam-
bia originaliter nundinalia ex mutuo con-
sensu partium desumpto à continuata tra-
smissione, & retentione litterarum pro sin-
gulis ferijs, transijssent licitè in Cambium
14 continuatum, † & irregulare productiuum
legittimi interesse de actuali trasmissione lit-
terarum ad nundinas constito vt dixit *Rot. Ia-
nuen. decis.* 37. *num.* 11. *Rota nostra decis.* 946. *nu.* 1.
apud Seraph. decis. 274. *num.* 5. *par.* 5. *recent.* quæ
15 trasmissio † adhuc effectum probata dicitur
per litteras reditus, quia litteræ trasmissæ re-
manere solent penès mercatorē, cui fuerunt
directæ vt *alijs allegatis respondit Rot. d. dec.* 274.
num. 6. *par.* 5. *recent. decis.* 32. *num.* 21. *coram bo. me.
Vrgellensi, & in Romana Cambij* 17. *Februarij*
16 1642. *coram me*. Et litteras redditus † non
possunt Siri qui eas produxerunt impugnare
vt per *Bald. consil.* 402. *num.* 9. *lib.* 5. *Rot. decis.* 184.
num. 33. *par.* 6. *recent. cum alijs relatis in Nouarien.
Bonorum* 17. *Decembris* 1640. *coram recol. mem.
Coccino Sacræ Rotæ Decano dignissimo*.

Ex his euacuatur fides nuper producta de
17 iudicio aliquorum mercatorū Vrbis, † quia
vel idem iudicium versatur circa ius, & tunc
si prædictis aduersatur non debet attendi *Rot.
decis.* 52. *num.* 11. *&* 12. *par.* 7. *recent.*, vel circa
factum, & non vrget, quia etiam admissa
continuatione Cambii, nostrum Cambium
est licitum, & exequibile vel saltim aduer-
sariorum exceptio altiorem indaginem re-
quirit: attento præsertim quod inter has par-
tes nedum secuta sunt negocia Cambiorum,
sed Siri exegerunt etiam fructus locorum
montium, & censuum ad Balbum spectan-
tes, vt apparet ex partitis relatis in calce re-
sponsionis factæ pro Balbo litt. B.

Qua propter Domini steterunt in decisis
vtraque parte informante.

CASSANEN. PAROCHIALIS.

Merc. 26. *Iunij* 1652.

ARGVMENTVM.

Sequestrum *vig. Clement. vnica de sequestrat. possess. & fruct.* locum habet siue sententia lata sit in Curia contra possessorem in iudicio petitorio, siue in possessorio plenario, siue agatur de Beneficio Curato, siue simplici.

SVMMARIVM.

1 *Lis super executione litterarum Apostolicarum virtualiter includit cognitionem subreptionis, vel obreptionis quæ si obreptitiæ vel subreptitiæ sunt executionem non merentur.*

Litteræ Apostolicæ quando sunt subreptitiæ, vel obreptitiæ non merentur executionem ibid.

2 *Lite pendente in Curia super subreptione vel obreptione litterarum Apostolicarum non potest Episcopus adiri, nec ipse se ingerere absque vitio attentatorum.*

3 *Attentata eò magis veniunt reuocanda si Signatura Iustitiæ commisit causam cum clausula reuocatis attentatis.*

4 *Sequestrum venit apponendum vig. Clement. vnicæ de sequestr. possess. & fruct. siue sententia lata sit in Curia contra possessorem in Iudicio petitorio, siue in possessorio plenario.*

5 *Item venit apponendum siue agatur de beneficio simplici, siue de habente curam animarum.*

6 *Sententia lata quando dicatur complectere petitorium, & possessorium?*

7 *Litteræ Apostolicæ ad instar* legis finalis C. de edict. Diu. Adrian. tollend. *exequutionem merentur.*

8 *Sequestrum impediri nequit sub prætextu appellationis à sententia super exequutione litterarum Apostolicarum, cuius vigore apponitur.*

9 *Sequestrum vigore Clem. vnicæ obtineri potest tàm à Iudice, qui Sententiam tulit, quàm à Iudice appellationis absque alia commissione.*

DECISIO DXX.

NEGLETTA litis pendentia in Curia, & sententia sub die 11. Decembris 1651. ab A.C. lata super nullitate concursus in quo Petrus Antonius Battipiede preelectus fuerat ad Parrochialem Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Castello Ciuitatis Castriuellarum Cassanen. Diocesis ac super executione prouisionis Apostolicæ obtentæ ex hoc capite à Iosepho Baratta. Dominus Episcopus Cassanensis ad istantiam eiusdem Battipiede sub die 23. Martij 1652. monuit Barattam vt coram ipso dictis litteris suæ promissionis exhiberet ad effectum cognoscendi de earum subreptione vel obreptione, & interim abstineret ab illarum executione, & sub eadem die ipsum Barattam tanquam contumacem in parendo dicto Monitorio excomunicatū declarauit.

Ideò Baratta in gradu appellationis à dicta sententia A.C. coram me pendentis per specialem commissionem à Battipiede impetratam, quam deinde Signatura Iustitiæ reformauit addita clausula *reuocatis attentatis*, institit gesta vt supra à Domino Episcopo cum omnibus inde secutis tanquam attentata reuocari, & simul possessionem controuersi beneficii poni sub sequestro. De quibus habita hodie particulari cognitione, Rota

pro

pro reuocatione attentatorum, & sequestri appositioue respondit.

Cum enim lis in Curia pendens super executione litterarum prouisionis Apostolicæ
1 impetratę vt supra à Baratta, † includeret primario cognitionem subreptionis vel obreptionis earumdem litterarum quippe quæ si obreptitiæ vel subreptitiæ essent executionē non mererentur *cap. super litteris cum ibi notatis de rescr. Gemin. cons. 120. num. 1. Zabarell. cons. 30. sub num. 9. Abbas cons. 70. num. 2. lib. 2. Rot. dec. 68. num. 4. decis. 161. num. 12. par. 4. tom. 2. recent.* Ea
2 pendente † non potuit Episcopus super subreptione aut obreptione earumdem litterarum adiri: eoque minus potuit ipse Episcopus executionem in Curia petitam impedire, & ad predicta procedere absque vitio grauis attentati *Butr. in cap. cum M. nu. 61. de Const. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 2. numer. 52. & seqq. Gratian. discept. 914. num. 29. Put. decis. 116. in fin. lib. 1. Rot. decis. 148. numer. 7. par. 5. recent. & in Leodien. Beneficij 4. Iulij 1642. §. 1. & 24. Februar. 1644. §. attentauit coram me, in Messanen. Decanatus 13. Februarij 1645. §. 1. coram Reuerendissimo Terracinensi in Cracouien. Præpos. Sancti Floriani 12. Decembris 1650. §. apertissima coram me.*

Vnde merito Signatura Iustitiæ commissioni addidit clausulam *reuocatis attentatis*, quę
3 cum de Iure reuocationi sit locus, † vti concepta per ablatiuum absolutum, eo magis importat reuocandi necessitatem vt alijs allegatis fuit decisum in *Ianuen. Pecuniaria seu prætensorum attentatorum 20. Aprilis 1640. §. non obstat quod Signatura coram Reuerendissimo D. meo Decano, & 22. Aprilis 1641. §. fin. coram eodem.*
4 Petitum verò sequestrum † Rota apponendum censuit in vim *clem. vnicæ de sequestr. poss. & fruct.* quæ vt ex eius verbis apparet locum habet siue sententia diffinitiua lata sit in Curia contra possessorem in iudicio petitorio, siue in possessorio plenario vt etiam aduertit *Mohed. decis. 2. sub numer. 2. & per tot. de sequestr. poss. & fruct. Put. decis. 346. num. 1. lib. 3. in corr. Rot. in Messanen. Decanatus 6. Nouembris 1645. in princ. coram Reuerendissimo Terracinensi,*
5 & siue † agatur de beneficio simplici; siue de habente curam animarum vt notat etiam *Salyc. in l. vnica numer. 3. Cod. probib. sequestr. Gonz. super reg. 8. Cancell. §. 7. proemial. num. 69. Maresc. var. resol. lib. 2. cap. 77. num. 20.*

In casu namque nostro sententia lata ab
6 A.C. complectitur tùm petitorium † declarando principaliter nullum concursum, & preelectionem Battipiede, tùm possessorium adipiscende concedendo executionem litte-
7 ris Apostolicis ad quam † ad istar *l. fin. Cod. edict. Diui Adr. tolent.* proceditur *Menoch. de adipisc. remed. 3. numer. 35. Rot. decis. 335. nu. 15. coram san. mem. Gregor. XV. & in Hispalen. preheminentiarum 24. Ianuarij 1614. coram bon. mem. Cardinali Sacrato.*
8 Neque sequestrum † retardat appellatio interposita ab huiusmodi sententia *Vestr. in prax. lib. 7. cap. 2. sub numer. 1. circa fin. vers. quod si is,* vbi ait quod si is qui sententiam obtinet in ipsa petitione sententię omiserit petere se-
9 questrum non eo minus poterit victor † illud post sententiam vel ab eodem Iudice qui pronunciauit, vel si interim causa appellationis fuisset commissa, & priori Iudici inhibitio facta, à Iudice appellationis obtinere absque aliqua speciali commissione; *idemque tradunt alij allegati à Moder. de Manut. obser. 75. num. 45. quibus addit. Maresc. var. resol. d. cap. 77. num. 9. & 13. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 12. num. 6. Gonz. super reg. 8. Cancell. dicto §. 7. proemial. num. 82.*

Et ità decisum informante solum Baratta aduersario tamen sexies ad informandum citato.

BONONIEN. HAEREDITATIS.

Veneris 28. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Statutum Bononiæ lib. 4. de success. Ascendent. & Collateral. §. Dicti verò fratres, præferens fratrem sorori in successione communis fratris locū non habet in hæreditate Clerici, non obstante quod Statuta Bonon. fuerint à Sede Apostolica in forma specifica confirmata, quia nihilominus, nisi in Statuto fiat expressa mentio de Clericis eorumque bonis, statuētes non censentur illos voluisse comprehendere, vnde ex defectu voluntatis confirmatio quamuis specifica nihil operatur.

SVMMARIVM.

1 *Fratri defuncto succedunt in capita frater, & soror ex dispositione Iuris communis.*

2 *Interdictum quorum bonorum competit succedentibus ab intestato.*

3 Statutum Bononiæ lib. 4. de succes. Ascendent. & Collater. §. dicti verò fratres *præferens fratrem sorori in successione communis fratris prædefuncti cum sit à Laicis conditum non comprahendit hæreditatem Clerici.*

4 *Statuta laicalia ideo non comprehendunt Clericos, quia non possunt laici in specie de personis Ecclesiasticis neque de eorum bonis directè, nec indirectè disponere.*

5 *Statutum exclusiuum fœminarum locum non habet in hæreditate Clerici ob defectum subiectionis bonorum Iurisdictioni statuentium, quæ ratio sola sufficit non attento, an agatur de bonis quæsitis ante, vel post Clericatum.*

6 *Bona patrimonialia quæsita ante Clericatum superueniente Clericatu exeunt de potestate laicorum.*

7 *Statuti exclusiui fœminarum effectus confertur ad tempus mortis, quod solùm attenditur.*

8 *Statuta Bononiæ sunt confirmata à Sede Apostolica in forma specifica.*

Confirmatio specifica verbis amplis concepta vim nouæ legis habere videtur, ibid.

9 *Confirmatio statuti laicalis supplet solum defectū potestatis non autem voluntatis, nam nisi in statuto fiat expressa mentio de Clericis, vel adsint verba vniuersalia apta eos includere non censetur statuentes voluisse illos comprehendere.*

10 *Confirmatio quamuis sit in forma specifica nunquã supplet defectum voluntatis, cum natura confirmationis sit addere robur confirmato, non autem illud extendere.*

11 *Confirmatio Statutuorum continens verba,* Dummodò contra libertatem Ecclesiasticam non sint, *nihil operatur contra Clericos, & libertatem Ecclesiasticam ex defectu voluntatis confirmantis.*

12 *Confirmatio quamuis vim habeat nouæ legis operari non potest contra voluntatem legislatoris.*

13 *Confirmatio non egreditur terminos confirmati, cui famulatur.*

DECISIO DXXI.

VALERIAE Catanex, eiusque cessionariis decisum hodie fuit dandam esse
immissionem in medietate bonorum hęreditariorum Bernardini Catanei fratris ab intestatò superstitibus tùm dicta Valeria sorore, tùm Bartholomeo fratre defuncti, nàm
1 fratri succedunt† in capita frater, & soror ex
dispositione Iuris communis *in §.1. Auth. de hæred. ab intest. in Auth. cessante C. legit. hæred. cum alijs alleg. in Auximana predij 28. Iunij* 1649. *§. fin. coram me*, & succedentibus ab intestato
2 competit † interdictum quorum bonorum
Menoch. de adipisc. remed. 1. num. 33. & seqq. & in his terminis *Buratt. decis. 262. num. 10. decis. 309 num. 2.*

Nec obstat *Statutum Bononiæ lib. 4. de successionibus Ascenden. & Collater. §. dicti verò fratres*,
3 præferens † fratrem sorori in successione
communis fratris prædefuncti, quia Statuta
4 huiusmodi † à laicis condita in hæreditate
Clerici (qualem fuisse Bernardinum probant testes dati in Sum. Valeriæ,) non habere locũ Rota censuit articulo maturè discusso, & omnibus contrarijs reiectis *in Rauennaten. hæreditatis 5. Iunij* 1648. *coram Eminentiss. D. Card. Otthobono, vbi allegantur concordantes*, & affertur solidissima ratio, quod scilicèt hisce Statutis nullo modo comprehendi potest illud, de quo in specie statui, atque disponi à statuentibus non potuit; Laici verò non possunt in specie statuere de personis Ecclesiasticis neque de earum bonis directè, aut indirectè, quia illorum iurisdictioni non subsunt *cap. Ecclesia S. Mariæ de const. c. decernimus de Iudic. cap. fin. de vit. & honest. cleric. cap. 1. de immunit. Eccles. in 6.*

Quæ ratio militat siuè Statutum dirigat
5 verba in personam defuncti, † siuè disponat
tantùm de eius bonis, siuè agatur de bonis quesitis ante, vel post Clericatum; semper enim deest subiectio bonorum Iurisdictioni statuentium, quæ sola sufficit ne Statuto exclusiuo fœminarum sit locus, vt sequendo *Doct. Bart. in l. 1. num. 32. & 33. Cod. de Summ. Trinit. & fid. Catth.* sepissimè dictum fuit in *decisionibus relatis à san. me. Greg. XV. decis. 255. num. 1. & seqq. ibique add. num. 7. à Buratt. dec. 188. num. 2. & ab add. ibi num. 14. ac decis. 262. num. 13.*
Et superueniente Clericatu etiam bona pa-
6 trimonialia † antea quęsita exeunt de potestate Laicorum *Imol. cons. 55. num. 7. Honded. de commun. cons. 3. num. 12. lib. 1. Lancell. Gall. cons. 59 num. 14. alijque relati à Moder. Pedemontano disquisit. clerical. par. 1. tit. de exempt. Cleric. & eorum*
7 *bon. §. 5. num. 6.* attendique debet † solùm
tempus mortis, in quod Statuti exclusiui effectus confertur *Salyc. in Auth. Cassa num. 14. C Sacros. Eccles. Dec. in cap. Ecclesia S. Mariæ n. 207. nu. 212. & seqq. de Const. Abb. ibid. nu. 25. Anchar. cons. 107. num. 2. cons. 108. num. 1. & 2. alijque plures quos in terminis Statuti exclusiui fœminarum secuta est Rot. in Tudertina Successionis 29. May proximè preteriti coram R. P. D. meo Meltio*, & magis in puncto *Modern. Neapolit. de Iurisd. par 4. cas. 5. num. 15. Moder. Manicalciatensis ad Bullam Cœnæ Domini lib. 2. Can. 15. qu. 17. num. 28. Reuerendissimus Episcopus Eugubinus decis. fori Eccles. 11. num. 14. & 21.*

Nihil suffragante, quod Statuta Bononiæ
8 confirmata † fuerint à Sede Apostolica in
forma specifica, verbis tàm amplis, vt nouę legis vim ipsa confirmatio habere videatur, vt ponderatum fuit *in decis. 438. n. 54. & seqq. par. 4. tom. 2. recent. relata in Bononien bonorum 17 Martij* 1649. *§. gratis verò in fine coram me*, quia id esset momenti. si statutum eliminaretur à successione Clerici, ex defectu dumtaxat po-
9 testatis statuentium, † hunc enim defectum
dicta confirmatio substulisset: verùm vrget vlteriùs defectus voluntatis, quia nempè, nisi in Statuto fiat expressa mentio de Clericis eorumque bonis, vel adsint verba vniuersalia apta Clericos includere statuentes non censentur voluisse illa comprehendere *Hond. cons. 20. num. 6. vers. sed etiam, & sub num. 7 vers. quæ conclusio lib. 2. & alijs allegatis* aduertit *Rota in Romana Dotis* 11. *Febr.* 1647. *§. addebant coram me*. Hunc autem voluntatis defectum
10 confirmatio† quamuis in forma specifica
non supplet, cum natura confirmationis sit robur addere confirmato, non autem illud ad ea, quæ in confirmato non includebantur extendere *cap. 1. & 2. de confirm. vtil. vel inutil. Dec. in l. mora num. 31. ff. Iurisd. omn. Iudic. Bero. cons. 7. num. 37. lib. 3. Menoch. cons. 75. num. 32. Rot. Rota in Romana scutor. 4. mil. 26. Nouemb.* 1618 *coram clar. mem. Coccino, decis. 604. num. 1. par. 4. recen.* & in puncto Statuti confirmati à Sede Apostolica *decis. 58. num. 29. & 30. par. 6. recent. in Spoletana Bonorum* 13. *Aprilis* 1646. *§. cum in ea coram Eminentiss. D. Card. Corrado, in d. Rauennaten. hæreditatis §. neque suffragatur*, ibi, *nec in statutis facta esset expressa mentio Clericorum coram Eminentiss. D. Card. Otthobono, & in d. Tudertina Successionis coram R. P. D. meo Meltio*, quæ loquitur in terminis confirmationis ex certa scientia amplissimis clausulis cõceptæ.

Eo faciliùs attentis præcisis verbis confir-
11 mationis † Iulij II. ibi, *dummodò contra libertatem Ecclesiasticam non sint*, quibus ille Pontifex satis declarauit non intellexisse aliquid disponere contra Clericos, & libertatem Ecclesiasticam, quæ etiam in exemptione bonorum Clericorum à Iurisdictione Laicali consistit, vnde vrget quoque defectus voluntatis confirmantis, & esto quod confir-

matio

12 matio † vim habeat nouæ legis operari non potest contra voluntatem legislatoris, vt per *Bart. in l. Iulianus verum debitorem nu. 15. ff. cond. indeb. Dec. conf. 42. num. 4. Buratt. dec. 52. numer. 5.*
13 aut egredi terminos † confirmati cui famulatur *Cassad. dec. 1. num. 2. de confirm. vtil. vel inutil. quem cum alijs allegatis* refert, & sequitur *Rot. dec. 176. n. 36. par. 5. recent.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

MAIORICEN. CELEBRATIONIS MISSARVM.

Veneris 28. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Manutentio datur Ecclesiæ in possessione recipiendi à Canonicis seruitium canendi per se ipsos Euangelium in quibusdam festiuitatibus, præsertim quando ex pluribus simul iunctis constat de obligatione Canonicorũ, ex qua excluditur actus antea gestos fuisse voluntarios, & facultatiuos.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio competit Ecclesiæ existenti in possessione recipiendi seruitium à Canonicis canendi Euangelium in quibusdam festiuitatibus eiusdem Ecclesiæ.*
2 *Quasi possessio recipiendi seruitium dicitur quæsita Ecclesiæ si constat aliquando ita fuisse seruatum.*
3 *Quasi possessio non acquiritur exactibus facultatiuis.*
4 *Facultatiui actus spontanei dici nequeunt quando concurrit titulus, seu obligatio, quæ est contraria materiæ facultatiuæ.*
5 *Ad obtinendam manutentionem sufficit, quod dubium sit an actus sint facultatiui, nisi præsumptio valde vehemens aduersetur.*
6 *Obligatio Canonicorum canendi Euangelium, ex quibus iustificetur?*
Verbum fiat *est preceptiuum ibid.*
7 *Verbum* dicat, *importat præcisam obligationem, & spontaneam excludit.*
8 *Verbum* seruetur *indiffinitè prolatum in re de sui natura tractum successiuum habente iniungit onus perpetuò faciendi.*
9 *Turnus ex instituto Ecclesiæ in materia canendi non cadit nisi inter Canonicos.*
10 *Canonicus legitimo impedimento detentus potest nõ celebrare, vel canere si vult.*
Decretũ capitulare in quo datur Canonico in turno existenti facultas non celebrandi, aut canendi si nolit intelligendum esse, si iusto impedimento detineatur, ibid.
11 *Facultas non celebrandi concessa Canonico Turnario, non infert quod omnes Canonici possint recusare.*
12 *Ratio est, quia stat simul, quod actus respectu Canonici Turnarij sit voluntarius, necessarius verò respectu totius Capituli, in quo residet formale onus canendi; Turnus diuidit solùm in singulos Canonicos exercitium.*
13 *Facultas non celebrandi concessa Canonico Turnario, quod non extendatur ad alios Canonicos desumitur, si explicitè in decreto Capitulari mandatur, quod Turnus in casu recusationis Canonici Turnarij transeat ad alios.*
14 *Verbum* Mancamento *supponit præexistentiam debiti, cum deficere in adimplendo non dicatur qui non debet.*
15 *Acceptans aliquod onus non potest amplius illud recusare.*
16 *Negatiua coarctata dicitur sufficienter probata à Teste informato quamuis non subdat aliter fieri non potuisse quin sciuerit.*
17 *Obseruantia longi temporis in re diuinum cultum respiciente obligationem nedum probat, sed fauore Ecclesiæ, quatenus opus sit ex integro illam inducit.*
18 *Et sufficit ad hunc effectum obseruantia decem annorum, etiam si dentur aliqui actus contrarij, qui non sunt attendendi, si dederunt causam liti, & num. 20.*
19 *Facultatiui non præsumuntur actus, stante illorum multiplicitate per longum temporis interuallum.*
20 *Actus qui dederunt causam liti non attenduntur.*
21. *Canonicus legitimè impeditus si canere nequit Euangelium potest alius non Canonicus canere iuxta declarationes Sacræ Rituum Congregationis.*
22 *Possessorium summarijssimũ admittit leuiores probationes.*

DECISIO DXXII.

CELEBRAT Cathedralis Ecclesia Maioricẽ duplicis generis festiuitates dictas de Aloy, aliàs nuncupatas capitulares, aliàs fidelium deuotione fundatas, ac dotatas. De primis non est quæstio, sed in secundis recusantibus Canonicis canere per se ipsos Euangelium Missæ solemnis, Reuerendiss. Episcopus decreuit Ecclesiæ manutentionem in quasi possessione recipiendi ab illis seruitium cantus Missæ, & Euangelij. Deuolutoque per appellationem Canonicorum negotio ad hoc Sacrum Tribunal, & mihi commisso, decidendum hodie proposui, An Promotori Ecclesiæ sit danda manutentio in quasi possessione cani faciendi Euangelium à Canonicis in solemnitatibus prædictis, & affirmatiua sententia placuit, nàm quasi possessio recipiendi seruitium huiusmodi, cùm sit penes Ecclesiam
1 ipsi † siue eius nomine Promotori competit manutentio, vt ferè in his terminis respondit *Rota in Salamantina Stipendiorum 16. Ianuarij 1606. & 3. Decembris 1607. coram Card. Lancellotto Inn. impress. apud Moder. Perus. de manut. dec. 96. n. 2. & 3. & decis. 97.*

Neque Canonici negant idem seruitium in præteritum præstitisse pluries, quod etiã affirmant testes deponentes de visu per longissimum tempus dati in Summario Promotoris num. 4. & 5. & satis esset aliquandò
2 ita fuisse seruatum, † vt quasi possessio diceretur Ecclesiæ quæsita, iuxtà *theor. Ripæ in c. cum Ecclesia Sutrina num. 91. de caus. poss. & propriet. Roman. consil. 311. num. 7. Oldrad. consil. 312. num. 2.*

num.2.Dec.conf.117.sub num.2. vers. quod autem Garz.de benef.par.5.cap.5.num.59.Rot.decis.337. par.2. apud Caputaquen. & aliàs sepissimè. Sed asserentes id spontè fecisse, ac perinde actus fuisse voluntarios eos prætendunt adduci nō posse ad probandam assertam quasi posses-
3 sionem quippe quæ † ex actibus facultatiuis non acquiritur *l. Proculus ff. de damn. infect. Decian.cons.144.num.133.lib.4.Rot.Dec.473.n.1 par.3.recent.cum reliq.allegat.à Modern. Perus. de manut.obser.53.nu.2.& seqq.*

Verùm Promotoris replicationes infrà ad-
4 ducendæ visæ fuit obligationem † canendi spontaneo, & facultatiuo cantui contrariam *Rip.in cap. cum Ecclesia Sutrina num.55. de caus. poss.& propr. Menoch.præsumpt.67.num.1.& seqq. lib.6.add.ad sa.me. Greg.XV. decis.162.sub litt.E vers.primo sciendum Rot.apud Pen. dec.135.nu.9. & in Pampilonen. Iuris nominandi Vicarium 15. Maij 1644. §.quia hoc coram R.P.D. meo Peutin-*
5 *gerio*, suadere posse, vt saltèm dubium † sit, an actus canendi fuerint facultatiui; quod sufficit ad obtinendam desuper manutentionem, nisi præsumptio valdè vehemens aduersetur *Add.ad san.mem.Greg.XV.d.decis.162. num.15.in fin.relatus à Modern. Auenionen. quæst. & resolut.lib.1.cap.15.num.17.& à Moder.Perus. de manut.d.obseru.53.num.16. Rota Bonon. diuers. decis.138.num.58.& 59.Seraph.decis.323.num.3.*

Adest siquidem capitulare decretum editum die 5.Septembris anno 1603.disponens quod festa de quibus agitur fiant à Canoni-
6 cis † per turnum, verbum enim *fiant* cum sit præceptiuum *Clem. exiui de Paradiso vers. item ordo de verb.sign. Paris.cons.19.numer.132.lib.2.*
7 prout & subsequens verbum *dicat* † ibi *dicat Euangelium* importare videtur præcisam obligationem, & spontaneum excludere, vt in puncto celebrationis Missæ aduertit *Modern. Carpensis controu.forens.cap.38.numer.22.& seqq.* Consonat aliud decretum capitulare sub die 17. Septembris eiusdem anni mandās, quod in hisce festis seruetur Turnus ponderando
8 verbum *seruetur*, † quod indefinitè prolatum in re de sui natura tractum successiuum habente iniungit onus sic perpetuò faciēdi *Felin.in cap.2.nu.5.Fallent.2.& 5.de tregua,& pace Cyn.in l.si quis hæredem vers.nam quidam nu.2.C. inst.& subst. Ias.in l.si ab arbitrio sub num.13.vers secundò, & fortius ff.qui satis de cog. Ang.cons.34. num.9.Rot.decis.677.num.2.par.1.diuers.* Turnus
9 enim † ex Ecclesiæ instituto non cadit, nisi inter Canonicos, qui proinde per se ipsos canere debent *Garz.de benef.par.3.cap.2.n.495* Nec obstat, quod in vtroque decreto detur Canonico existenti in Turno potestas non celebrandi, aut canendi si nolit. Nam præter quod vnus ex Dominis animaduertit intelligendum hoc esse de voluntate legali iuxtà boni viri arbitrium hoc est si legitimo
10 impedimento † detineatur, vt in fortioribus terminis *Guttier.cons.1.num.11.vers.& prædicta Barbat.cons.33.num.8. vers.quia ad hoc respondeo lib.2.Garz.de benef.par.3.cap.2.numer.504. & alij quos ad rem nostram allegat Modern. Carpens.dicto cap.38.sub num.27.vers.verum, & num.28.* non rectè à libertate concessa Turnario infertur,
11 quod † omnes Canonici possint recusare, dum vltro disponitur, quod eo recusante
12 Turnus ad alios transeat, quia † stant simul, quod actus respectu Canonici Turnarij sit voluntarius, necessarius verò respectu totius Capituli in quo residet formale onus canendi, solumque Turnus diuidit in singulos Canonicos eiusdem oneris exercitium, vt ex doctr. *Bart.in l.inter tutores num.6.ff.admin.tutor.* tradit in term. Turni inter Canonicos *Lotther.de re benef.lib.2.quæst.21.n.29.* & dixit *Rot. penes Seraph.dec.980.num.10.& 11.& in Montis Alti beneficij 15. Decembris 1645. §. & additur coram me.*

Eo magis quia decreta arbitrium nolendi
13 tribuunt quidem existenti in Turno †, sed in hac parte non loquuntur de alijs Canonicis immediatè sequentibus imò explicitè mandant, quod ad illos turnus transeat, ibi, *Canonicum ad quem spectat Turnus, & eo non acceptante transeat Turnus ad alium immediatè sequentem* Summ. Promot. nu.6. nec non quia emanarunt non ad minuendā Capituli obligationem, sed augendam diffundendumque illius emolumenta, ac exercitium in omnes Canonicos, cùm priùs illi solùm participarent, quos fundatores festorum inuitassent, vt deponit quartus testis d. Summ.num.4. Quam obligationem Capitulum agnouit etiam in alio decreto anni 1650.vbi inherendo decretis anni 1603. vt faciliùs obseruentur, neque ex parte Capitularium deficiat seruitium, ibi, *per facilitare che non ci sia mancamento de Signori Capitolari, che officiano in detti giorni*, constituit vt vltra ordinariam distributionem alia extraordinaria celebrāti Missam, & canenti Euangelium soluatur à mensa Capitulari Summ.num.7. Neque enim Capitulum propriam mensam extraordinaria distributione grauasset pro adimplemento huius seruitij, nisi ad illud teneretur, &
14 verbum illud *mancamento* † supponit præexistentiam debiti, cum deficere in adimplendo non dicatur, qui non debet *l. non intelligitur 3.§.multa ff.Iure fisci l.amissione 5.§.1.ff.capit. dimin.l. Caius 11.in fin.ff.vsur.l.si extraneus 34.in princ.ff.Iure dot.l.non videntur 84.l.non potest videri 100. l.non potest videri 209.ff.reg.iur.*

Quod etiam demonstrant, tùm fundationes harum festiuitatum, in quarum aliquibus assignatur certum emolumentum Canonico canenti Euangelium Summ.Promotoris num.22. aliæ fuerunt à Capitulo ac-
15 ceptatæ cum onere † solitæ solemnitatis, quod per necesse intelligitur cum cantu Canonici, vt explicant testes Summ.ibid.nu.4. in fin. vt propterea Capitulum ab onere acceptato recedere non valeat, vt in proximis terminis ratiocinatur *Rot.apud dec.146.n.1.& 2*

Tùm subsequens obseruantia probata ex pluribus testibus, quorum signantèr quintus examinatus ad instantiam Promotoris Summ.num.4. est ætatis 80.annorum, & deponit, quod spacio 66. annorum, in quibus beneficiatus est Ecclesiæ huius Catthedralis

sem-

semper vidit Euangelium in his festiuitati-
bus cani à Canonico, nec vnquam vidit,
quod alius nõ Canonicus cecinerit, id quod
16 in teste verisimiliter informato, † quia bene-
ficiatus est includit negatiuam coarctatam,
licet non subdat aliter fieri nõ potuisse quin
sciuerit *Aretin. in cap. cum causam nu. 37. de testib.*
Paris. cons. 16. num. 14. lib. 4. Farin. cons. 151. n. 18
add. ad sa. me. Greg. XV. dec. 325. num. 27. Cumq;
omnes testes Promotoris deponant d. obser-
17 uantia longi temporis † hæc ipsa in re diui-
num cultum respiciente obligationem Ca-
pituli nedum probat, sed quatenus opus sit
ex integro parit fauore Ecclesiæ *Felin. in cap.*
ad Apostolicam num. 3. de Simon. post Abb. in cap.
suam num. 9. eod. tit. Gutier. Canon. quæst. lib. 2. q. 21
num. 144. Cassad. decis. vnica num. 2. & 5. de con-
suet. Rot. dec. 360. sub num. 7. vers. vltra quod par. 1
recent. decis. 143. num. 5. dec. 1135. num. 2. & 3. co-
ram Penia, vbi subditur omnes affirmare,
18 quod sufficit † continua prestatio decem an-
norum, eo faciliùs ad obseruandam qualita-
tem voluntarij, seù facultatiui, quæ ob actu-
19 um multiplicitatem † non præsumitur *add.*
ad Greg. XV. dec. 162. num. 15. ante fin. vers. secun-
do excluditur, & vers. tertio vbi agitur Cæs. de
Grass. dec. 1. num. 3. de caus. poss. & propr. Seraphin.
decis. 212. num. 2. decis. 221. num. 4. cum alijs relatis
à Modern. Perus. de manuten. obseru. 53. num. 20. &
seqq. vbi infert, quod exinde acquiritur pos-
sessio manutenibilis.

Hanc ipsam obseruantiam probant testes
Capituli non attento, quod deponant de
20 duobus actibus contrarijs, † qui cum dede-
rint causam liti non merentur attendi *Gio-*
nagn. cons. 28. num. 18. lib. 2. Lancell. de attent. par. 2
cap. 4. lim. 1. num. 111. & seqq. Rot. coram san. mem.
Greg. XV. dec. 4. num. 2. prout attendi non me-
retur, quod semel, aut bis canente Missam
Canonico cecinerit Euangelium non Cano-
21 nicus, † quia resistunt declarationes *Sacræ*
Congregationis Rituum relatæ à Barbos. de Canon.
& dignit. cap. 34. sub num. 7. idque factum cre-
dere pium est ob legitimum impedimẽtum,
vt in proximis terminis ponderat *Modern.*
Carpen. controu. cap. 38. n. 47.

Quæ omnia, vt supra dicebatur Domini
non attulerunt ad effectum aliquod decer-
nendi in petitorio, sed solius summarijssimi
22 possessorij, † quod leuiores probationes ad-
mittit ex alleg. *in decis. 396. numer. 1. decis. 547.*
num. 2. decis. 626. num. 2. inter impress. post tractat.
Modern. Perus. de manut.

Et ita decisum vtraque parte informante.

INTERAMNEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 28. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Remissoria nũquam denegatur quoties mate-
ria quoquomodo confert ad victoriã causę.
Remissoria in Summarijssimo possessorio,
etiam data releuantia non conceditur absq;
retardatione Iudicij.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in prophanis datur in quacunq; instan-*
tia ob irreleuantiam materiæ articulatæ.
2 *Precipuè quando fumus concurrit.*
3 *Articuli tendũt ad victoriam causæ in iudicio ma-*
nutentionis quoties probatio resultat fauore ante-
rioris possessoris.
4 *Releuantia materiæ articulatæ sufficit, quod quo-*
quomodo conferat ad victoriam causæ.
5 *Releuantia ad effectum remissoriæ sufficit, quod sit*
dubia.
6 *Remissoria deneganda non est sub prætextu, quod*
articuli tendant ad euertenda fundamenta decisio-
nis, nisi aliunde suspicio calumniæ resultet.
7 *Actus apprehensionis possessionis est reiterabilis.*
8 *Possessio possessioni cumulari potest capiendo secun-*
dam in confirmationem primæ.
9 *Remissoria in summarijssimo possessorio concedi non*
solet etiam data releuantia, nisi absque Iudicij
possessorij retardatione.

DECISIO DXXIII.

IMPVGNATVRI RR. PP. Carmelitæ
Discalceati Monasterij S. Valentini deci-
sionem emissam sub die 28. Iunij 1651. Io-
sephum Rolatum manutenendum esse de-
clarantem, aduersus quam audiri obtinue-
runt, exhibuerunt super articulos super qui-
bus remissoriam exaduerso contradictam
esse dandam hodie resolutum fuit ob illorũ
1 releuantiam, † quæ præsertim in profanis
efficit, vt in quacunque instantia detur re-
missoria *Caputaq. dec. 68. n. 1. par. 3. Cocc. dec. 149*
num. 1. Rot. coram san. mem. Greg. XV. dec. 403. n. 3.
& inter recent. dec. 547. num. 1. par. 1. Eo magis
2 quando, † vt in casu nostro articulatorum
adest fumus, vt fuit dictum *in Romana, seu Ve-*
literna Affictus 4. Iulij 1646. coram me, & in Ro-
mana Societatis de Rotignis 5. Nouembris eiusdem
anni coram Reuerendiss. Terracinensi, & in ter-
minis Summarijssimi possessorij *Seraphin. de-*
cis. 298. sub num. 3. vers. nisi ratione.

Continent siquidem articuli, quod PP.
Carmelitæ paulò post mortem Andriæ, &
de mense Iunij 1648. tanquam illius hære-
des cæperunt possessionem extraiudicialiter
bonorum, de quibus agitur mandando si-
mul Colonis, vt illa colerent; quodque post
hæc Rolatus Aduersarius eorumdem bono-
rum possessionem cæpit; vnde quatenùs pro-
3 betur † cum resultet victoria in hoc articu-
lo manutẽtionis ad fauorem anterioris pos-
sessoris decidendo *Felin. in cap. licet causam n. 8*
& 9. de probat. cum alijs alleg. in principio præce-
dentis decisionis, apertissima redditur materiæ
articulatæ releuantia, ad quem effectum suf-
4 ficeret, † quod quoquomodo conferret ad
victoriam *Caualer. dec. 232. num. 2. Rot. dec. 720.*
num. 3. par. 2. rec. & in Marsicen. Iurisdictionis 17.
Febr. 1642. §. siquidem coram me, quin, & re-
5 leuantiam esse dubiam, † vt fuit dictum in
Pisauren. Donationis 26. Iunij 1647. coram Emi-
nentissimo Domino Cardinali Otthobono, & in To-
letana Decimarum 16. Martij 1648. §. Rota enim

coram Reuerendissimo Patri Domino meo Celso.

Non obstat quod articuli tendant ad euertenda fundamenta primæ decisionis, † quia
6 ex hoc solo motiuo, nisi aliundè suspicio calumniæ resultet non denegari remissoriam respondit *Rot.penès Coccin.dec.338.num.2.& 3. & in Valentina Iuris sedendi 15.Martij 1638. coram bon.mem.Card.Panzirolo in Romana Societatis de Rotignis 5.Nouembris 1645.coram Reuerendiss. Terracinensi.*

Minùs obstat, quod articulatis repugnet publicum Instrumentum possessionis per Carmelitas captæ sub die 29.Iulij, quia hoc non excludit, quin etiam ante absque rogitu Notarij Carmelitæ possessionem appræ-
7 henderent, cum actus † appræhensionis sit reiterabilis, & cumulari possit possessio pos-
8 sessioni capiendo secundam in confirmationem, & continuationem primę *Mant.dec.20. num.4.& 5. Rot.inter recent.decis.283. nu.6.& 7. decis.305.num.3.par.4.to.2.decis.129.nu.1.par.5. & in Regien. Parochialis 5.Martij 1649. §.Neque dici potest coram Eminentiss.D.Card.Otthobono, in Lucana Cappellania 4. Aprilis 1650. §.penult.in fin.coram me.*

Quoniam autem versamur in summarijs-
9 simo possessorio † in quo etiam data releuātia articulorum concedi non solet remissoria, nisi sine iudicij possessorij retardatione, *Seraph.decis.294.numer.1.& seqq.Rot.decis.585.num.13.par.5. decis.242.numer.10.par.7. recentiorum.*

Itá dandam esse decisum fuit vtraque parte Informante.

ASTORICEN. ATTENTATORVM.

Veneris 28. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Post præsentatam inhibitionem omnia gesta redduntur attentata, nec inhibitioni dicitur renunciatum per comparitionem coram Iudice inhibito, quia adhuc attentata saltim officio Iudicis reuocantur. De viribus inhibitionis Rotalis non potest cognoscere Iudex inferior, sed illius cognitio spectat ad Papam, siue illius Signaturam gratiæ, vel iustitiæ, siue ad ipsam Rotam.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio Rotalis reddit omnia post illius præsentationem gesta attentata.*
2 *Notario attestanti de re ad eius officium spectante creditur.*
3 *Inhibitionem Rotalem fuisse præsentatam ex quibus probetur?*
4 *Inhibitionis Rotalis cognitio non spectat ad inferiores, sed ad Papam siue eius Signaturam, vel ad ipsam Rotam.*
5 *Inhibitio iusta, vel iniusta seruanda est.*
6 *Inhibitionis renunciatio vt inducatur per comparitionem coram Iudice inhibito requiritur, quod comparitio sit posterior præsentatione Inhibitionis.*
7 *Consensus in Iurisdictionem excluditur per comparitionem si appellando, & prouocando, quis comparuit.*
8 *Attentata officio Iudicis reuocari possunt, quamuis appellans expressè, vel tacitè illis renunciasset.*

DECISIO DXXIV.

REVERENTER in primis accepit D. Mancinus Iudex delegatus in tertia instantia causæ inter Franciscum Romerum de Prada, & Michaelem Delgadum pendentis inhibitionem Rotalem sibi præsentatam, & petitionem Romeri, vt abstineret ab vlteriori cognitione causamque ad Sacram Romanam Rotam iuxtà formam litterarū inhibitorialium remitteret, remisit ad Reuerendissimum Dominum Nuntium Apostolicum in Regnis Hispaniarum, qui illi rescripsit, vt procederet ad vlteriora non obstantibus dictis litteris; *vt in Summar. Romeri num.2.*

Prout successiue processit, ac sub die 19. Aprilis 1651. protulit contra Romerum sententiam diffinitiuam latæ á secundo Iudice confirmatoriam; Quam cum omnibus indè secutis attentatam esse declarauit hodie Ro-
1 ta, quia præcesserat inhibitio Rotalis, † quæ præsentata ipsi Iudici, vt sufficit ad reddendum attentatum, quicquid postea gestum fuit *Cas.de Grass.decis.6. num.5.de caus.possess.& propr.Rot.decis.311. num.2.par.4. tom.2.recent.& in Lucana Canonicatus 30. Aprilis 1646. coram R.P.D. meo Peutingerio, in Taurinen.Parochialis 13.Nouembris 1647.coram R.P.D.meo Celso.*

Probatur ex comparitione Procuratori Romeri coram Mancino sub die 23.Februarij 1651. data in *Summ.nu.1.* vbi legitur quod ille litteras Inhibitoriales Sacræ Rotæ præsentat, & petit per Mancinum abstineri à cognitione causæ illam remittendo ad Sacram Rotam, vbi pendet. Accedente præsertim decreto eiusdem Mancini, qui hunc articulum inhibitionis decidendum remisit dicto Nuncio, ac subsequenti declaratione Nuncij remissiua, iterum causæ ad Mancinum non obstantibus dictis litteris inhibitorialibus. De quibus omnibus fidem facit
2 Notarius actuarius causæ † cui tamquam de re ad eius officium spectante creditur *Bart.in auth.si quis in aliquo sub num.2.vers.secundo oppono, & num.3. Cod.edendo, Aegid.decis.58.num.4. & seqq.Caputaq.decis.170.numer.1.par.1.Coccin. decis.93.num.4.* cum alijs quas in his terminis secuta est *Rota in Cracouien. Attentatorum 17. mensis currentis §.1.coram me,* quodque ex præ-
3 dictis actibus † probetur Inhibitionis præsentatio, & scientia fuit decisum *in Leodien. Successionis, seu Attentatorum 19. Ianuarij proximè præteriti, §.animaduertendum coram me.*

Nec ab attentatis excusat præmemorata declaratio, seu decretum D.Nuncij, quia
4 Inhibitionum Rotalium cognitio † cum præseferant nomen, & potestatem Summi Pontificis, ac Sedis Apostolicæ non spectat

ad

ad alium, quam ad eumdem Pontificem, siue eius Signaturam Gratiæ, vel Iustitiæ, vel ipsam Rotam inhibentem, cœteri vero om-
5 nes Iudices seruare debent sint iustæ † necne donec vt supra reuocentur *Lancell. de attentat. par. 2. cap. 20. ampliat. 11. num. 1. & num. 3. & seqq. Acchill. decis. 29. num. 6. de appellat. Rot. decis. 785. num. 2. par. 1. diuers. decis. 71. num. 2. decis. 72. n. 10. apud Pacif. de Salu. & in alijs relatis in dicta Taurinen. Parochialis, §. & ideo prius coram R. P. D. meo Celso, in Lucerinen. Attentatorum 16. Iunij 1643. coram R. P. D meo Cerro, in Anglonen. Territorij 13. Iunij 1650. coram R. P. D. meo Melsio.*

Minùs releuat assertus consensus Romeri in Iurisdictionem Mancini, quia vt inducce-
6 ret renunciationem Inhibitioni, † probandus esset posterior Inhibitionis præsentatione, *Rot. decis. 312. num. 3. apud Duranum*, nec tamen probatur, quia ex datis *in Summ. Romeri n. 5.* apparet Romerum quando comparuit
7 appellasse à decreto D. Nuncij † remissiuo causæ ad Mancinum, id quod consensum in iurisdictionem Mancini excludit, vt in terminis respondit *Rot. in Romana Saluiani Interdicti 14. Decembris 1598. coram clar. mem. Cardinali Pamphilio, Patruo Sanctiss. D. N. Innocent. X. impress. apud Marches. de commiss. par. 2. fol. 35. sub num. 7.* semperque gesta post inhibitionem
8 reuocari † vt attentata possunt à Iudice appellationis saltem ex officio quamuis appellans expressè, vel tacitè renunciasset deinde appellationi *Rot. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 243. num. 4. & ibi add. Litt. A. decis. 406. num. 1. coram Buratto, & in Romana fideicommissi, seu Attentatorum 17. May 1647. coram bon. mem. Arguellies in Leodien. Successionis, seu Attentatorum 19. Ianuarij 1652. coram me.*

Et ità decisum informante solum Romero pluries tamen citato aduersario per contradictas.

ACERNEN. VICARIJ.

Lunæ 1. Iulij 1652.

ARGVMENTVM.

Electio Vicarij Capitularis Sede Episcopali vacante spectat ad Capitulum Ecclesiæ Cathedralis ex dispositione Iuris communis, ac Sacri Concilij Tridentini priuatiuè quoad Clerum, & Capitulum Collegiatæ. Ius eligendi Vicarium contra Capitulum Ecclesiæ Cathedralis non dicitur Capitulo Collegiatæ quæsitum, nisi concurrat præscriptio, ac scientia, & patientia eiusdem Capituli. Quasi possessio eligendi Vicarium nō dicitur quæsita Capitulo Collegiatæ ex electione æquiuoca, & inefficaci. Transactio facta inter Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, & Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ super Iure eligendi Vicarium Capitularem absque beneplacito Apostolico non substinetur.

SVMMARIVM.

1 *Rota semper solet reuerenter amplecti Decreta sacrarum Congregationum.*
2 *Capitulum Ecclesiæ Cathedralis ex dispositione Iuris communis, ac Sacri Concilij Tridentini, Sede Episcopali vacante iurisdictionem habet in specie deputandi Vicarium Capitularem priuatiuè quoad Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ, & num. 26.*
3 *Locus quod sit nullius Diœcesis, & Territorium separatum constituat probari debet per immemorabilem, vel priuilegium Apostolicum, cum id ad solum Papam spectet.*
4 *Vnio supponit præcedentem separationem, quæ nonnisi speciali priuilegio, vel præscriptione immemorabili probanda.*
5 *Vnio cum sit quid facti non præsumitur, sed in specie probanda est.*
6 *Vnio accessoria operatur, vt res vnita efficitur membrum, & prædium eius, cui est facta vnio.*
7 *Fides extraiudicialis confecta lite pendente nullam fidem meretur.*
8 *Enunciatiua vnica non attenditur præsertim quando dempto tempore litis mota est recens, & number. 9.*
10 *Deputationes Vicariorum morte Episcopi expirant.*
11 *Capitulum Ecclesiæ Cathedralis solum in iurisdictione Episcopi succedit.*
12 *Immemorabilis non extenditur de casu ad casum.*
13 *Ius eligendi Vicarium Capitularem competens Capitulo Ecclesiæ Cathedralis, vt præscribatur in illius præiudicium à Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ requiritur tempus sufficiens ad præscribendum.*
14 *Item constare debet de scientia, & patientia Capituli Ecclesiæ Cathedralis ad hunc effectum necessaria.*
15 *Electio Vicarij Capitularis facta per Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ, quando est æquiuoca redditur inefficax ad præscribendum Ius eligendi, vel ad acquirendam quasi possessionem eligendi.*
16 *Electio quæ dedit causam liti, nec probatur effectuata nullius momenti est.*
17 *Transactio inita inter duas Ecclesias valet absque beneplacito Apostolico, quod necessarium non est quando agitur de re modici præiudicij, ac continet licita, & honesta.*
18 *Item necessarium non est, quando transactio non continet alienationem, sed dimissionem eius quod altera pars antea habebat.*
19 *Item si transactio est restricta tantum ad fructus.*
20 *Transactio super Iure eligendi Vicarium Capitularem, quod liberè, & absque nominatione alterius competit capitulo Ecclesiæ Cathedralis, cum sapiat alienationem iuris iurisdictionalis absque beneplacito Sedis Apostolicæ non tenet.*
21 *Præsumptio beneplaciti Apostolici cessat ex defectu obseruantiæ.*
22 *Beneplacitum Apostolicum ante transactionem non fuisse obtentum probatur ex illius reseruatione in instrumento eiusdem transactionis.*

23 Alias

23 *Aliàs enim si fuisset obtentum frustrà fuisset à partibus reseruatum.*
24 *Subreptionem opponens tenetur illam probare.*
25 *Verbum* nullum *quid denotet?*

DECISIO DXXV.

CLERO, seu assertis Canonici Montis Coruini, nullum ius competere eligendi proprium Vicarium tempore Sedis Episcopalis vacantis, sed eosdem subesse debere Ordinariæ Iurisdictioni Capituli Acernensis ipsiusque Vicario Capitulari ad præscriptũ Sacrorum Canonum, & Sacri Concilij Tridentini decreuit Sacra Congregatio super negocijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium sub die 13. Septembris 1647. & inhęrendo huiusmodi decreto ea reuerentia, qua decreta Sacrarum Congregatio-
1 num † Rota semper amplecti solet, & debet, *idem decisum fuit primum coram Eminentiss. D. Card. Otthobono sub die 30. May 1650.* & hodie coram me in causa subrogato.

Eo libentius quia laudabili obsequio, vt supra consueto iungitur iustitia decreti apparens ex apertissima dispositione Iuris communis, & Concilij Tridentini tribuentis Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Iurisdictionẽ
2 Sede Episcopali vacante † in specie quo ad deputationem Vicarij Capitularis priuatiuè ad Clerum, & Capitulum Collegiatæ, vt comprobat *prima decisio in §. primo, cui non obstant exaduerso deducta.*

Quod enim Terra Montis Coruini antiquitus fuerit nullius Diœcesis nullibi proba-
3 tur, † & ad hunc effectum necessaria esset, vel immemorabilis, vel priuilegium Apostolicum cum ad solum Pontificem id spectet, vt notant DD. *in cap. cum contingat de for. compet. Cochier de iurisd. in exempt. part. 2. qu. 53. num. 2. in fin. & dixit Rot. inter recent. decis. 324. num. 2. par. 1. penès Buratt. decis. 578. num. 2. & in Salisburgen. Iurisdictionis 1. July 1643. §. nec contrarium coram R. P. D. meo Roias, in Beneuentana Iurisdictionis 13. May proximè præteriti, §. Maximè coram R. P. D. meo Zarate.*

Atque hinc gratis etiam allegatur vnio Ecclesiæ Montis Coruini Cathedrali Acer-
4 ni, quia illa † supponit præcedentem separationem, nonnisi speciali priuilegio, vel immemorabili præscriptione probandam; ipsaque vnio specialem probationem requi-
5 rit, † quia cum sit facti non præsumitur, *Buratt. decis. 303. nu. 11. Rot. inter recen. decis. 233. num. 5. par. 1.* Præsertim in casu nostro, quo in ipsis actibus Iurisdictionalibus datis in *Summ. Cleri Montis Coruini num. 4. & seqq.* Eadem Terra denominatur Acernẽ Diœcesis, quod vel excludit penitus vnionem, vel prę-
6 sumi facit eam fuisse accessoriam, † itaut Ecclesia Montis Coruini euenerit membrum, & prædium Cathedralis Acerni, *Oldrad. consil. 257. num. 15. ad fin. & num. 16. & 17. Ferrett. cons. 242. sub num. 5. Mant. decis. 224. num. 3. Caualer. decis. 330. numer. 5. Rot. inter recent. decis. 140. num. 15. & seqq. par. 7.* Nihil suffragante supererrima fide Episcopi data in *Summ. Montis Coruini num. 1.* quia circà vnionem loquitur de auditu ab alijs, & tanquam extraiudicialis
7 ac edita lite pendente nullam fidem meretur *Menoch. cons. 322. sub num. 45. & 46.* vbi loquitur de fide Cardinalis, *Rot. decis. 33. de probat. in antiq. decis. 479. num. 12. coram bo. mem. Buratto, cum alijs alleg. ab add. ad Buratt. decis. 113. num. 37.*

Prout nec meretur attendi enunciatiua emissa in Constitutione Synodali anni 1587. quod Episcopus Acernen. ab immemorabili tempore consueuerit duos Vicarios Generales constituere alterum in Ciuitate Acerni, alterum in Terra Montis Coruini *dicto*
8 *Summ. num. 2.* tum quia est vnica † *Rot. dec. 25. num. 2. decis. 160. num. 6. decis. 169. sub num. 2. decis. 295. num. 6. par. 1. recent.* Tum quia est re-
9 cens † dempto tempore litis motæ de anno 1611. vt debet *Put. decis. 430. circa fin. lib. 2. in corr. Seraph. decis. 76. num. 2. Rot. diuers. decis. 185. in princ. vers. secundo dempto par. 1.* & in alijs relatis *ab add. ad Buratt. decis. 667. num. 12.* & in omnem euentum ex quo Episcopus viuens Vicarium Generalem in hac Terra deputasset, non posset inferri ad Iurisdictionem Se-
10 de Vacante, † quia deputationes morte Episcopi expirassent, *l. more ff. iurisd. omn. iud. cap. 2. de offic. Vicar. in 6. Sbrozz. eod. tract. lib. 2. quæst. 55. num. 5. Barbos. in declarat. Conc. Trident. sess. 24. de reform. cap. 16. in fin.* & in Iurisdictio-
11 ne solum † Capitulum Cathedralis successisset, neque immemorabilis † extenditur de
12 casu ad casum, *Bart. in l. 2. num. 41. Cod. quæ sit long. consuet. Bald. in l. fin. col. 3. vers. Cod. commun. vtriusque Iudic. Felin. in cap. auditis nu. 10. de præscript. Osasch. decis. 29. n. 15. & 16.*

Ad electiones Vicarij Capitularis factas, vt asseritur à Clero Montis Coruini de anno 1566. & 1570. *dicto Summ. num. 3. & seqq.* Satis est respondere, quod cum sint modici temporis non sufficiunt ad præscribendum † ius
13 eligendi in prętudicium Capituli Cathedralis *cap. 1. de præscript. in 6. cap. Apostolicæ, cap. cum contingat de decimis, Gratian. discept. 620. num. 8. Rot. decis. 76. num. 1. & 2. par. 1. recent.* Eo minus
14 quia † de eius scientia, & patientia non constat, vt requiritur *Gratian. discept. 681. numer. 30. & 31. Seraph. decis. 1463. num. 5. Mantic. decis. 40. nu. 9. decis. 207. sub nu. 6. Buratt. decis. 912. num. 7. Rot. diuers. decis. 165. num. 5. & 6. par. 4. & fuit dictũ in Toletana Decimarum 15. Iunij 1648. §. vlterius coram R. P. D. meo Celso.*

Idem respondetur ad electionem factam de anno 1604. *Summ. num. 6. & seqq.* quia nec in illa probatur scientia, & patientia Capituli Cathedralis, quinimò ex Testibus datis in Summario dicti Capituli coram D. Cardinali Otthobono nu. 1. & 2. constat ipsum Io: Baptistam de Sparamo, quem à se electũ probat per publicum Instrumentum Clerus Montis Coruini fuisse electum à Capitulo Cathedralis, neque in hoc Testes dicto Instrumento contrariantur, cum stent simul

quod

quod & Clerus ad aucupandam Iurisdictio-
nem, & Capitulum ad conseruandam sibi
de iure competentem eamdem personam
elegerint; vndè ista electio remanet saltem
15 æquiuoca, † & per consequens inefficax ad
præscribendum, vel acquirendam quasi pos-
sessionem eligendi *Rot. decis. 205. num. 1. & 2.
decis. 229. num. 7. decis. 333. num. 6. par. 1. recent. &
in Vladislauien. iurispatronatus 1. Iulij 1648. §. fin.
coram me.* Pariterque successiua electio facta
anno 1610. *Summ. Montis Coruini num. 9.* quia
16 non probatur effectum sortita, † & dedit
causam liti anno sequenti motę nullius mo-
menti est ex allegatis *in decis. 4. n. 2. ibique add.
Litt. A. & in decis. 569. numer. 4. coram san. memor.
Gregor. XV.*
Transactio tandem inita de anno 1611. in-
ter Capitulum Cathedralis, & prætensum
Capitulum Montis Coruini nulla est ex de-
17 fectu beneplaciti Apostolici, † quod etsi ne-
cessarium non esse, quando agitur de re mo-
dici præiudicij, ac licita, & honesta *iuxt. text.
in cap. fin. de pact. in 6. dixerit Rot. penes Seraph. de-
cis. 36. num. 1. & 2.* vel quando transactio alie-
18 nationem † non continet, sed dimittitur id
quod antea altera pars habebat, quod intel-
ligendum est iuxtà ea, quæ tradit *Gratian. di-
scept. 476. num. 16. & seqq. Surd. cons. 451. nu 7. &
num. 25. & seqq. add. ad same. Greg. XV. decis. 418.
num. 7. Coccin. decis. 301. num. 1.* vel tantum
19 transigitur † super fructibus, fuerit decisum
*in Elnen. Portionum 27. Aprilis 1648. §. penult. co-
ram R. P. D. meo Roias*, vbi allegantur concor-
dantes; Requirebatur omninò in hac tran-
sactione super Iure eligendi Vicarium Capi-
20 tularem † liberè & absque aliqua nomina-
tione alterius competenti Capitulo Cathe-
dralis ex dispositione Iuris communis, &
Concilij Tridentini cum sapiat alienationē
Iuris Iurisdictionalis, quæ nec licita, nec ho-
nesta est absque Sedis Apostolicæ beneplaci-
to etiam inter Ecclesiasticas personas, vt in
puncto similis transactionis respondit *Rot. in
Marsicen. Iurisdictionis 18. Februarij 1647. §. nam
periurij coram me, & comprobat prima decisio hu-
ius causæ in §. quia.*
21 Præsumptio vero beneplaciti † cessat ex
defectu obseruantiæ, vt habetur in eadem
decisione §. fin. ponderando præsertim quod
in electione Vicarij ad nominationem Ca-
pituli Montis Coruini secuta de anno 1637.
ex aduerso producta reseruatū explicitè fuit
beneplacitum Apostolicum ex inde enim
22 colligitur illud antea non fuisse † obtentum
super ipsa transactione, vt ad propositum
ponderauit *Rot. decis. 286. sub nu. 3. vers. & Pom-
ponius par. 1. recent.* Quia alioquin in actibus
successiuis ab ea dependentibus, & eius vi-
23 gore gestis frustrà à partibus † reseruatum
fuisset *Feder. de Sen. cons. 100. num. 3. & seqq. Ti-
raquell. de leg. coniug. gloss. 5. nu. 56. Carpan. ad stat.
med. cap. 128. numer. 94. Pic. ad Statut. Vrb. 151.
gloss. 7. n. 133. Duran. decis. 156. n. 15. & 16.*
Quapropter merito Sacra Congregatio in
decreto relato ab initio nullam habuit ra-
tionem transactionis, quam non fuisse tunc
allegatam pars, quæ ex hoc capite dat de
24 subreptione dicti decreti † probare deberet
*Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 54. num. 77. Rot. de-
cis. 108. num. 1. & 2. coram san. mem. Greg. XV. de-
cis. 8. num. 4. decis. 86. num. 1. par. 2. recent.* Maxi-
mè quia verisimile admodum est, quod il-
lam allegare non omiserit cum sit capitale
suæ intentionis fundamentum, & de cætero
omnem conatum pro habenda resolutione
fauorabili adhibuerit, & decretum vtraque
parte informante emanauerit. Idemque de-
cretum excludere Clerum, seu assertos Ca-
nonicos Montis Coruini etiam à Iure no-
minandi Vicarium Capitularem in transa-
ctione concesso demonstrant illius verba, ibi
nullum ius competere ponderando verbum *nul-*
25 *lum* † quod excludit à quocumque consor-
tio, & participatione in electione Vicarij,
itaut penès Capitulum Cathedralis resideat
26 eligendi potestas † omnimoda hoc est sine
alterius participatione *iuxtà gloss. in clement. 1.
verb. omnimoda de for. compet.* & magis in ter-
minis quod excludatur alterius nominatio,
vel electio *Gerzoon de Indult. Card. §. ac benefi-
cia nu. 37. Caputaq. decis. 297. nu. 5. & seqq. part. 1.
Socc. cons. 43. num. 12. lib. 4.* quem in proximis
terminis secuta est *Rot. decis. 296. num. 1. par. 1.
diuers. & in Montis Alti Beneficij 15. Decembris
1645. §. sed verè circa med. coram me*, vt etiam
suadet explicita relatio decreti ad Concilium
Tridentinum, ibi, *ad præscriptum Sacri Conci-
lij Tridentini*, quod omnimodam hanc pote-
statem absque nominatione alterius Capi-
tuli tribuit Capitulo Cathedralis *sess. 24. de re-
format. cap. 16.*
Et ità decisum vtraque parte Informante.

MELEVITANA AFFICTVS.

Lunæ 1. Iulij 1652.

ARGVMENTVM.

Conductori, vt debita sit remissio affictus ratio-
ne damni passi in re locata, requiritur, quod
damnum probetur tale, vt deductis expensis
circa recollectionem fructuum resultet læsio
vltra dimidiam pensionis soluen̄ locatori. |
Via executiua an competat locatori contra
conductorem pro exactione pensionum, an
verò ei competat actio ex locato? Mate-
ria plenè in decisione discutitur, & pro vtra-
que parte variæ adducuntur opiniones.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum facit probationem pro-
batam, ac rem claram, & manifestam.*
*Locator potest agere contra conductorem vigore ob-
ligationis de soluendo pensionem ibid.*
2 *Conductori alleganti solutionem incumbit onus pro-
bandi.*
3 *Conductori fit pensionis remissio ad damnum pas-
sum in re conducta.*
4 *Conductor ad effectum vt ei fiat remissio ob damnū
passum*

passum tenetur probare damnum esse tale, vt deductis expensis circa recollectionem fructuum reresultet lesio vltra dimidiam pensionis soluen. locatori.

5 *Executiuè an contra conductorem procedi possit per viam relaxationis mandati? pro affirmatiua facit text.* in l.præses ff.locat. *Pro negatiua affertur decisio Rotæ firmans, quod solum competit actio ex locato, & num.6.*

Locatori de iure communi pro pensione non competit nisi actio ex locato, vel ex stipulato dicto numero 6.

7 *Actiones ex locato, vel ex stipulato ordinariæ sunt, non autem executiuæ.*

8 *Amplia quamuis obligatio fuerit contracta per publicum Instrumentum, quia nisi adsit obligatio Cameralis, vel quarentigia viam executiuam non habet.*

Instrumentum publicū iuxta opinionem, quam Rota seruat viam executiuam non tribuit, nisi adsit obligatio Cameralis, vel quarentigia ibid.

9 *Amplia quamuis contineat clausulam*, omni exceptione remota, *vel adsit iuramentum, quia nec illud, nisi sit litis decisiuum habet priuilegium viæ executiuæ.*

Via executiua non competit vigore iuramenti, nisi sit litis decisiuum, ibid.

10 *Verba* Text. in l. Præses C. locat. *ibi*, sine mora, *importans solùm quod censeatur sublata appellatio.*

11 *Et secundum Bald. dicta verba esse intelligenda à die sententiæ, vel intra quattuor menses, vel infra decem dies, vel infra duos menses ex* text. in cap. potuit de locat. *vel arbitrio Iudicis.*

12 Text. in l. Præses *non excluditur quin vsque ad sententiam procedi debeat via ordinaria. Diuersum enim est, quod non possit appellari, & quod executiuè debitor conueniri debeat.*

13 *Debitor in executiuis habetur pro condemnato, & in ordinarijs quamuis appellatio sit prohibita præcedit cognitio, & condemnatio.*

14 *Clausula*, appellatione remota, *solita apponi in commissionibus causarum, quamuis tollat appellationem, non tamen tollit cognitionem, & processum ordinarium vsque ad sententiam diffinitiuam.*

15 *Clausula*, appellatione remota, *non tollit appellationem si sententia est iniusta.*

16 *Conductor si promisit soluere sine aliqua exceptione stante dicta promissione non potest appellare.*

17 *Clausula*, sine aliqua contradictione præuia renunciatione cuicumque exceptioni *operatur vt non possit à sententia appellari.*

18 *Conductor potest executiuè cōueniri à locatore quando agitur super rebus inuectis, & illatis in re conducta, in quibus terminis loquuntur* Rebuff. Coler. Afin. & alij allegati num.5.

19 *Conductor si vi armata se opponat, tutius erit non authoritate priuata, sed ministerio officialium à Iudice petitorum contra eum procedi.*

20 *Locator debet hoc casu adire rem locatam ducendo secum Tabellionem, qui describat res conductoris ibi repertas, cuius si facta descriptione pensio non soluatur possint eædem res capi tanquam post descriptionem possessæ.*

21 *Conductor pensionem soluere recusans potest propria authoritate à locatore expelli.*

22 *Amplia quamuis in instrumento conuentum esset, quod conductor intra tempus locationis non possit expelli.*

23 Text. in l. Præses C. locat. tollit appellationem.

24 *Verbum*, sine mora, *contentum in* d. l. Præses *indicat, quod cognitio sit breuis, & summaria, non autem executiua.*

25 *Iudicium summarium differt ab executiuo.*

26 *Verbum*, sine mora, *verificatur respectu prohibitionis appellationis.*

27 *Contra conductorem procedi non potest executiuè, sed via ordinaria agendum est præuia sententia, appellatione tamen sublata.*

28 *Conductor si se obligauit iuxta Ritum magnæ Curiæ Vicariæ potest contra eum executiuè procedi.*

Ritus magnæ Curiæ Vicariæ tribuit contra conductorem viam executiuam ibid.

29 *Ritus magnæ Curiæ Vicariæ tāquam laicalis locum non habet contra personam Ecclesiasticam.*

30 *Et cum priuilegium sit concessum toti ordini Ecclesiastico, non potest conductor si est persona Ecclesiastica illi se submittendo renunciare.*

31 *Cōductor si consensit non solum Ritui magnæ Curiæ Vicariæ, sed vlterius executioni in personam, cum dicta obligatio sit consecutiua, & independens laborat eodem defectu potestatis in Ecclesiasticos vt ipsemet ritus.*

32 *Declara conclusionem non procedere quando consensus executioni in personam stat independenter, & non consecutiuè ad ritum, tunc enim prohibitū non est Clericis pacisci, vt executiuè possint conueniri, & num.33.*

34 *Statutum Melitæ* del Consiglio, e de' Giudicij tit.7. *præscribit formam procedendi in causis ciuilibus inter Fratres Religionis.*

35 *Repetitioni vt locus sit, quæ sint probanda?*

36 *Statutum Melitæ de communi ærario, quid in specie disponat?*

37 *Mandatum pro certa summa relaxatum defectu liquidationis corruit.*

DECISIO DXXVI.

FELIX Pontremolus Fr. Cappellanus sacræ Hierosolymitanæ Religionis, qui vsque de anno 1641. bona Commendæ nuncupatæ de Ratisbona Altmunster locauerat ad quinquennium Fratri Francisco Sonnebergh Equiti eiusdem Religionis pro annuo affictu scutorum 100. franco ab omni onere impositionum, ac responsionum, vt in instrumento dato in *Summ.num.*1.

Obtinuit de anno 1646. contra præfatum Sonnebergh mādatum executiuum à D. Magno Magistro, & Consilio pro scut.767. nempè scut.500. pro affictibus quinque annorum decursorum, & scut.267. pro responsionibus debitis communi Erario Religionis; A quo mandato appellante debitore, & causa appellationis mihi per Signaturam commissa cum clausula, *si quid exequendum*, proposui hodie dubium, An illud sit exequendum.

Et quod attinet ad affictus visa est clara iustitia mandati, quia obligatio Sonnebergh ad fauorem Pontremoli litteralis apparet in publico

blico

1 blico instrumẽto locationis,† quod facit probationem probatam,ac rem claram,& manifestam *Bart.in l.1.num.8.& ibi Ias.nu.10. ff.nou oper.nunc. Bald.in l.interest in vlt.not.Cod. solut. cũ alijs alleg.in Cremen. seù Ianuen. pecuniaria 1. Iulij 1648.coram R.P.D.meo Rojas*,& conductori al-
2 leganti † solutionem incumbit onus probãdi *Salyc.in l.2.num.15.Cod.iur.emphyt. Rip.in l.in illa num.15. ff.verb.obl.Natt.cons.406.numer.12.Becc. cons.105.num.12.Rot.dec.725.num.8.par.4.tom.3. recen. & in his terminis Rot.Bonon.apud Scain. decis.103.num.13.*

Nec suffragatur asserta exceptio impedimenti, & damni ex causa belli, ob quod re-
3 gulariter fit † remissio pœnæ *Bursatt. Vassembec.& alij relati à Capic.Latr.dec.162.nu.13.* quia & si conductor ad illud probandum expediuerit litteras remissoriales vsq; de anno 1643. non tamen probauit, vt debet nè dum dam-
4 nũ,† sed tale,vt exinde deductis expensis circa recollectionem fructuum resultet læsio vltra dimidiam pensionis soluendæ locatori, *vt in l.licet Cod.locat.not.Bart.num.1.Bald.num.15.ac de com. testatur Aret.cons.52.num.2.Alex.cons.3.nu.6. vers. idem si attento, lib.1.Rimin.iun.cons.40. n.26. Surd.cons.34.num.7.Capic.Latro dec.171. num.40. Coccin.dec.422.nu.5.Rot.inter impress.apud Zacch. de oblig.Cam.dec.151.n.3.& seqq.vsque ad 11.* vbi subditur,quod nec attenditur damnum vnius anni, sed totius temporis locationis.

Difficultas versatur circa viã executiuam, an scilicet potuerit procedi executiuè per viã relaxationis mandati, & pro affirmatiua alle-
5 gatus † fuit textus *in l.Præses 17. ibi exolui sine mora curabit ff. locat.* ex quo ponderatis dictis verbis ita videtur sensisse *Rebuff. in Const.Regni tit.de litter.oblig.art.4.gloss.2.num.10.art.6. glos.3. num.39.Viuian.commun.opin.opin.678.n.26.*quem sequitur *Asin.de execut.c.21.Coler.de process.execut.par.1.cap.2.num.204.Gratian.disc.117.num.1. Modern.Tudertin.de locat.& conduct.par.6.titul. de appell.vers.prout in pension.domor. & in addit. fol. 280.à tergo secundum impressionem Venet. Moder. Bersighellien.ad Statut.Vrb.lib. . cap.121. num.9. & seqq.Modern.Aquilan.de causis execut.lib.1. ampliat.5.num.26. & 31.* vbi quod hoc procedit tam in prædio rustico, quam in Vrbano *Viuius dec.308.num.22.*

6 Contrariam sentẽtiam † amplexa fuit Rota respondendo omnibus contrarijs *in Bonon. affictus 10.Nouembris 1629.coram bon.mem. Card. Virili impress.apud Zacch.de oblig.Cam.decis.175. num.1.& seqq.per tot.* ea ratione, quia de iure communi locatori pro pensione non cõpetit nisi actio ex locato, vel ex stipulatu *l.legem Cod.locat. l.impleto §.item quæritur ff.eod.Speculat. eod.tit.§.nunc aliqua n.197.ibique Io.Andr.in addit. Rota Lucensis apud Cornazzan.dec.211.n.3.* Quæ
7 actiones † ordinariæ sunt *Ias.in §.actionum autem num.159.& seq.inst.de act.*

Neque fiunt executiuæ, eo quod obligatio contracta fuerit per publicum instrumẽtum,
8 quia secundum † opinionẽ quam seruat Rota instrumẽtum nisi adsit obligatio Cameralis,vel quarantigia viam executiuam non habet, *vt ex l. si pacto Cod.de pact.l.1.Cod.execut.rei iud. fuit dictum coram san.mem.Greg.XV. dec.362. num.5.coram clar.mem.Card.Hieron. Pamfilio dec. 33.num.6.int.impress.apud Zacch. d.tract. dec.875. num.4.coram bon.mem. Merlino, & in Lucana dotis 19.Ianuarij 1629. coram eodem D.Card.Virili vbi in §.1. id comprobatur,* quamuis adsit clausula,
9 *omni exceptione remota*, † imò etiam si adsit iuramentum, quia nec illud nisi sit litis decisi-
10 uum habet priuilegium viæ executiuæ *Zacch. de oblig.Cam.q.2.num.18.& 19.Rot.dec.75.num.2. & 3.post dictum tract.661.n.8.apud Peniam.*

Ad tex.verò in exaduerso alleg.*l.Præses C.locat. resp.* verba illa *sine mora*, importare solum quod censeatur sublata appellatio *l.1. ibique gloss.verb.*mora,*Cod. sent.ex breuil.recit.vnde Bal.*
11 *in d.l.Præses in fine* declarat dicta verba† intelligi à die sententiæ,vel intra quatuor menses, vel infra 10.dies iuxta *text.in l. si debitori ff. Iudic.* vel infra 2. menses attento text. *in cap. potuit de locat. vel arbitrio Iudicis*. Non itaq; tex.
12 *in l.Præses*† excludit quinusque ad sententiam procedi debeat via ordinaria, diuersum enim est, quod non possit appellari,& quod executiuè debitor condemnari debeat cum in exe-
13 cutiuis † debitor habeatur pro condẽnato,at in Ordinariis quamuis appellatio sit prohibibita præcedit cognitio, & condemnatio,& sequitur executio *Castr.cons.319.col.2. post princ. vers. Et hoc ideo lib.1.Rot.dec.446.num.2.parte 2. recen.& in d.Lucana dotis §.quia fuit responsum coram Card.Virili vbi in §.antecedenti,& subsequenti ponderatur* in simili, quod clausula, *appella-*
14 *tione remota* † solita apponi in commissionibus causarum quamuis tollat appellationẽ non tamen tollit cognitionem, & processum ordinarium vsque ad sententia diffinitiuam
15 imò nec tollit † appellationem iuridicam si sentẽtia sit iniusta. Quapropter nil facit,quod conductor in casu nostro promiserit soluere
16 sine aliqua exceptione, † quia hoc excludit tantum appellationem, vt habetur in eadem *Lucana dotis §.1.*& in fortioribus termin. clau-
17 sulæ, *sine aliqua contradictione* † præuia renunciatione cuicumque exceptioni, & iuris,& legum auxilio, *Rot.d.dec.175.num.7.apud Zacch. de oblig.Cam.*

Doctorum autem allegatorum in obiecto aliqui loquuntur quando agitur super bonis
18 inuectis, & illatis † in domum conductam, sic *Rebuff.qui vltro loquitur de consuet.Parisien. sic Coler.Asin.Gratian.Modern.Aquilan.*& diuersa in his militat ratio, quia ea etiã propria authoritate locator expulso conductore detinere potest donec ipsi satisfiat *Ias.in §.item Seruiana num.80.inst.act.Mant.de tac.lib.11.tit.15. num.40. Coler.dicto cap.2.num.204.& 205.* vbi post *Alex. cons.134.num.3.lib.4.*ad euitandum periculum quod posset contingere si conductor se op-
19 poneret vi armata † tutius ait non authoritate priuata, sed ministerio officialium à Iudice peritorum, conductorem expellere, & *Bald.in l.cum Domini n. ff.locat.* consulit, vt lo-
20 cator adeat domum locatam,† & ducat secũ tabellionem, qui describat res conductoris ibi

ibi repertas, itaut si facta descriptione pensio
non soluatur possint eedē res capi tamquam
post descriptionem possessæ *l.inquilino 33. ff.
damn.infect.l.cum domini horreorum ff. locat. Ias.in
l.item quia num.2.vers.Item aduerte, quod ista tacita
ff.pact.Gratian.dicta discept.117.num.2.Coler. ibid.
numer. 206.*

Aliqui non agunt de mandato personali,
aut reali pro pensionibus, sed de expulsione
21 coloni † non soluentis pensionem sic *Viuius
dec.308.num.11.Modern.Aquilan.d.ampl.5.nu.26.*
firmantes, quod conductor non soluens pen-
sionem expelli à locatore potest propria au-
thoritate iuxta text. *in l.ede Cod.locat.Alex.cons.
76.num.7.* vbi id ampliat quamuis in instru-
22 mento † conuentū esset, quod conductor in-
tra tempora locationis non possit expelli *lib.5
cum alijs alleg.in examin.28.num.2.& seqq. post de-
cis.Senen.45.apud Modern.Florent.*

Viuius tandem *com.opin.678 qui sequitur Mo-
dern.Tudertin. firmat solum quod text.in leg.Præses*
23 tollit † appellationem, vt aduertit *Rot.d.decis.
175.num.11.apud Zacch.de oblig.Cam.* Idemque
firmat *Modern.Berseghellien ad Stat.Vrb.cap.121.
num.11.& seqq.& licet prius num.10.*dixerit ver-
24 bum illud *sine mora,* † indicare quod causa sit
breuis, & summaria non ideo sequitur, quod
25 sit executiua cum summarium † differat ab
executiuo *Curt.iun. in l.tale pactum §.qui prouo-
cauit sub num.28.vers. et si etiam ff.pact. Coler. de
process.execut.par.3.cap.1.sub num.20.vers.respon-
dit Curtius Scacc.de Iudic.lib.1. c.63. sub n.10.* &
26 verificetur † breuitas causæ in prohibitione
appellationis; Adeoque iuxta veriorem opi-
nionem quod secuta est *Rot.d.dec.175.* Nulli-
ter fuerit relaxatum mandatum pro pensio-
nibus contra omnia bona, & personam con-
27 ductoris, † sed debuerit via ordinaria ferri sē-
tentia appellatione tamen sublata.

Rursus ad substinendam viam executiuam
28 allegatus † fuit ritus magnæ Curiæ Vicariæ
id præstans, & iuxta quem conductor se obli-
gauit. Sed fuit responsum, quod ille tamquā
29 merè laicalis † non habet locum contra per-
sonam Ecclesiasticam qualis est noster cōdu-
ctor, cumq; priuilegium huiusmodi conces-
30 sum sit † toti ordini Ecclesiastico ei condu-
ctor submittendo se dicto ritui renunciare
non potuit, *cap.si diligenti cap. contingit de sent.
excomm.& in punct. fuit articulo maturè discusso re-
solutum,& doctè comprobatum in Baren. seu nullius
pecuniaria 26.Iunij 1645.coram R.P.D. meo Cerro
§.quod autem & seqq.*

Replicabatur quod conductor ne dum cō-
consensit, vt fiat ritus ibi, *Et fiat ritus,* sed sub-
31 didit, *& executio in persona, & bonis,* † quæ po-
sterior pars si stat consecutiuè, ac dependenter
à forma ritus laborat eodem defectu potesta-
tis quo ipse ritus, vt in specie declarauit *Rot.in
d. Baren. seu Nullius §. nec iuuat;* si indepen-
32 denter † præstat sanè viam executiuam, quia
prohibitum nō est clericis pacisci, quod exe-
cutiuè conueniri possint, & stante pacto exe-
cutiuè proceditur *Zacch.de oblig.Cam.q.2.n.16
Rot.in Baren. seu Neapolit.pecuniaria 4.Iul.1640.
§.Tertio quia coram R.P.D.meo Rojas, & in dicta
Baren. seu Nullius coram R P.D.meo Cerro §.Nec
iuuat, & §.seqq.* vbi bene explicatur ratio di-
33 uersitatis † inter consensum in formam ritus,
& independens pactum executiuum; quale
an sit nostrum Domini hactenus non de-
clararunt, & quatenus opus sit iterum consu-
lendi erunt, prout etiam super Statuto Meli-
34 tæ † del *Conseglio, e de' Giudicij tit. 7.* quod
præscribit formam procedendi in causis ciui-
libus inter fratres Religionis Hierosolymita-
næ, & hactenus allegatum non fuit.

Quod attinet ad scuta 267. pro responsio-
nibus debitis communi ærario religionis; di-
ctum fuit mandatum non esse exequendum,
quia nullibi in instrumento legitur, quod cō-
ductor eas soluere ærario, vel ipsi locatori
promiserit, neque hodie Pontremolus proba-
uit se de proprio soluisse debitori, vt pro re-
35 petitione opus erat † etiam si conductor pro-
misisset, *l. si pro ea Cod.mand. cap.peruenit ibi pe-
cuniam, quod pro eis soluit de fideiuss. Hering. de fi-
deiuss.cap.25.n.10.Rot. in Maceraten.census 5.Iunij
1638.coram bon.mem. Card. Hieronymo Verospio,*
aut est in causa ipsa Religio cui responsiones
36 solui † mādat, Statutū de cōmuni ærario rela-
tum in *Summ.nu.3. & 4.* cumque idem Statu-
tum *d.Summ.numer.4.* non diffiniat certam re-
sponsionis quotam pro qualibet Commen-
da iustificari vltro debuisset quæ rata in casu
nostro esset soluenda, alias ex defectu liquida-
37 tionis † corruit mandatum pro certa summa
relaxatum *Ias.in l.1. sub num.31.vers. ego etiam
ff.eden.Cuman.in l.1.num.6. ff.leg.2.Dec. cons.322.
sub num.3.Soc.cons.89. sub num.1. vers. prima per
ea lib.3.Roman.cons.21. sub num.5.Rot. coram san.
mem.Greg.XV.dec.224.num.2. & in Viterbien. re-
stitutionis dotis 23.Iun.1623.§.altera, quod in fin.co-
ram Patriarcha Manzanedo.*

Et ita decisum informante tantum Pon-
tremulo locatore citatis septies Sonnebergh
conductoris procuratoribus.

BONONIEN. VSVSFRVCTVS.

Lunæ 1. Iulij 1652.

Argumentum patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas apparet ex reuolutione pro-
cessus.*
2 *Iustitia sententiæ probatur ex decisionibus Rota-
libus.*
3 *Sententia ob non interpositam appellationem intra
decem dies transit in iudicatum.*
4 *Restitutio in integrum denegatur stante validitate,
& iustitia sententiæ, quæ læsionem excludunt.*

DECISIO DXXVII.

APPOLLONIA Giouagnona instante,
ad cuius fauorem emanauit sententia
Rotalis coram R.P.D. meo Rojas declarans
ci de-

ei deberi integrum vsumfructum domus positę Bononiæ in loco nuncupato Cartularia vecchia cum omnibus mobilibus in ea existentibus ac prædij seu loci, & domus positæ in Territorio dictæ Ciuitatis in communi Sancti Raphaelis Camalduli similiter cum omnibus mobilibus ibi existentibus, nec non vnius crediti librarum 10. m. debitarum à Ludouico Giouagnono, eidem Apolloniæ à Iosepho Muratorio viro relictum, subscripsi dubium an constet de re Iudicata, seu potius de causis restitutionis in integrum?

1 Et stante sententiæ validitate † apparente ex reuolutione processus iuxta *decis. Caputaqu.* 260. *par.* 2. ac Iustitia satis comprobata † in
2 duabus decisionibus coram R.P.D. meo Rojas emanatis Domini affirmatiue quo ad primam partem, negatiue quo ad secundam respondendum censuerunt.

3 Transijt enim sententia in iudicatum † ob non interpositam appellationem infrà decem dies vt debuit *cap. concertationi de appellat. in 6. Auth. hodie Cod. eod. Aym. cons.* 103. *num* 1. *Gaill. obser.* 139. *num.* 2. *lib.* 1. *Rot. decis.* 81. *num.* 1. *par.* 1. *recent. & alias sepissime.*

Eiusdemque sententiæ validitas, & Iustitia,
4 quia lesionem omnem excludit, † excludit pariter causas restitutionis in integrum *cap.* 1. *& ibi Abb. num.* 2. *de restit. in integr. Salyc. in l.* 1. *num.* 8. *Cod. si aduers. rem Iudic. Rot. decis.* 516. *nu.* 1. *coram Cardinali Caualerio decis.* 132. *num.* 1. *par.* 1. *recent. dec.* 66. *num.* 1. *par.* 6. *& in alijs relatis ab add. ad Buratt. decis.* 130. *num.* 14.

Et ità decisum informante solum Apollonia Angelo tamē aduersario pluries citato.

ASTORICEN. DECIMARVM.

Lun. 1. Iulij 1652.

ARGVMENTVM.

Priuilegia Apostolica Religioni Hierosolimitanæ concessa exemptiua à decimis tanquam personalia Equitum ad Colonos nō se extendunt Item præfata priuilegia non continent expressam derogationem *cap. nuper de Decim.* ac proinde nō suffragantur pro decimis Spiritualibus. Immemorabilis non probatur per Testes non deponentes cum requisitis *gloss. in cap.* 1. *de præscript. in* 6. nec sufficit quod vnus deponat de vno, & alter de alio.

SVMMARIVM.

1 *Parochus habet intentionem fundatam percipiendi decimas prædiales ex bonis sitis intra limites suæ parochiæ.*

2 *Bona existere intra fines, & limites parochiæ probatur ex testibus.*

3 *Priuilegia Religioni Hierosolimitanæ cōcessa exemptiua à decimis cum sint personalia Equitum ad Colonos non se extendunt, prout non se extendunt similia priuilegia alijs Religiosis concessa, & nu.* 4.

5 *Priuilegia exemptiua à decimis quando non continent expressam derogationem* cap. Nuper de Decim. *intelligenda sunt tantum de decimis impositis ab homine, non autem spiritualibus iure diuino debitis.*

6 *Immemorabilis insimul cum priuilegio allegari nequit, quia allegatio priuilegij nouum Ius inducentis repugnat immemorabili, secus verò si priuilegium nouum Ius non induceret.*

7 Decis. in Toletana Decimarum 16. Martij 1648. coram R.P.D. Celso, *in quibus terminis loquatur?*

8 *Reus non potest vno, & eodem tempore exceptiones contrarias coniunctim proponere.*

9 *Priuilegium vltra expressa non se extendit.*

10 *Immemorabilis non probatur à testibus non deponentibus cum requisitis.* gloss. in cap. 1. de præscript. in 6. *nec sufficit quod vnus deponat de vno, & alter de alio.*

11 *Item debent coarctare negatiuam allegando quod esse non possit quin ipsi scirent ac de publica voce, & fama.*

12 *Item concludere debent de visu per* 40. *annos antè motam litem.*

13 *Testes subditi, & Vassalli non sunt integræ fidei.*

14 *Præscriptio non extenditur de prædio ad prædium.*

15 *Parochialis Ecclesia vnita alteri parochiali, tunc Rector Ecclesiæ cui est facta vnio dicitur parochus vtriusque.*

16 *Per vnionem Ecclesiæ parochialis dicitur translata cura, ac Ius percipiendi Decimas Ecclesiæ cui est facta vnio.*

17 *Immemorabilis excluditur quando datur initium.*

18 *Scripturis in concursu potius standum est, quam testibus.*

19 *Actio, & passio non datur in eodem subiecto.*

20 *Immemorabilis per actus contrarios destruitur.*

21 *Decimæ perceptæ ab habente iurisdictionem in loco præsumuntur ex vsurpatione.*

22 *Quasi possessio negatiua non soluendi decimas non acquiritur nisi concurrat pro parte soluere debentis denegatio, & acquiescientia pro parte Parochi.*

DECISIO DXXVIII.

PETITIO Decimarum ab Ares de Lossada Abbate nuncupato Parrochialis Ecclesiæ Sancti Michaelis Oppidi de Montefurado contra possidentes prædia intra fines dictæ Ecclesiæ, & Commendatarium Commendę de Quiroga ordinis Hierosolimitani illis adherentem in indicium deducta, duas in partibus sententias fauorabiles reportauit, reuocatas deinde in tertia instantia per sententiam Prouisoris . . . . à qua commissa mihi causa appellationis proposui hodie discutiendum cui decimæ debeantur? & Rota censuit deberi dictę Ecclesię Sancti Michaelis eiusque Rectori.

Habet ille, siquidem fundatam intentio-
1 nem † de iure super omnibus decimis prædialibus bonorum existentium intrà fines dictæ Ecclesiæ *cap. fin. & ibi gloss. verb. prædiorum de Paroch. cap. cum contingat cap. cum in tua decim. cap. fin. de restit. spoliat. in 6. Abb. cons.* 58. *per tot. lib.* 1. *Put. decis.* 169. *num.* 1. *lib.* 3. *Rot. decis.* 652. *n.* 1. *par.* 4. *recent. decis.* 591. *num.* 1. *par.* 5. & bona de
2 quibus agitur † existere intra dd. fines deponunt plures testes dati in Summario Rectoris

num. 1. & per quos id benè probatur *Gratian. discept. 95. num. 4. & seq. Caualer. decis. 93. num. 11. Cocc. decis. 460. num. 2. Buratt. decis. 578. num. 6. vbi alleg. concord.*

Sed quoniam iidem testes subdunt, quod possessores bonorũ huiusmodi se subtrahaunt à solutione Decimarum eo quod illa habent in feudum à Commenda, & Commendatoribus de Quiroga, eique decimas prædiales soluunt, ac ab immemorabili tempore soluerunt. Domini respondendo tùm ad priuilegia Apostolica Religioni Hierosolimitanæ † ac Vassallis, & Colonis Commendarum illius nominatim concessa à felic. record. Pio IV. *constitutione 9. §. 63. inter eius impress. Bullar. nouo tomo* ibi, *nec omnino aliquis ex prædictis Hospitalis fratribus Vassallis, & Colonis in Prioratibus Commendis &c.* vt propterea dici nõ possit dictum priuilegium tanquam personale Equitum Commendatorum ad Colonos, & Vassallos non extendi, vt de priuilegijs concessis alijs Religiosis dixit *Rota apud Seraph. decis. 827. num. 1. & seq. penès Buratt. decis. 691. num. 3. & in Toletana Decimarum 17. Iunij 1611. coram clar. mem. Coccino.* Tùm ad assertam immemorabilem.

3

Animaduerterunt quod Rota de viribus dictorum priuilegiorum, eo quod non contineant † derogationem specificam Concilij Lateranensis relati in *cap. nuper de decim.* sepè dubitauit, & signanter in *Hispalen. Decimarum 27. Iunij 1644. coram Eminentissimo Domino Cardinali Corrado, & in Hispalen. Decimarum de Baraona 12. Ianuarij 1646. coram R. P. D. meo Cerro.* Et supposita etiam illorum validitate ea intelligenda esse tantum de decimis impositis ab homine, † non autem de spiritualibus iure diuino debitis Ecclesiæ Parrochiali, decisum fuit *in Toletana Decimarum 21. Iunij 1649. §. penult. vers. pro vt eodem modo coram Eminentissimo D. Cardinali Otthobono, & in Cesaraugustana Decimarum 12. Decembris 1650. §. at supposito coram R. P. D. meo Meltio, & in proximis terminis Seraph. decis. 1293. sub num. 6. Rot. decis. 182. nu. 9. & seqq. par. 7. recent.* idemque Commẽdatarius de Quiroga dùm simul nititur præscriptioni immemorabili, cui † allegatio priuilegij Piani vtpotè nouum ius inducentis repugnat iuxtà theoricam quam amplexa est *Rota in Pampilonen. beneficiorum de Tafalla 29. Nouemb. 1623. coram bon. mem. Remboldo*, licet secus esset nisi priuilegium nouum ius induceret in quibus terminis *loquitur decisio † in Toletana Decimarum 16. Martij 1648. coram R. P. D. meo Celso aliisque ibi allegati*, fatetur implicite priuilegium sibi non suffragari, nam reus non potest † vno, & eodem tempore exceptiones contrarias coniunctim proponere *Felin. in cap. pastoralis col. 7. sub num. 14. vers. dic. contra glossam hic, & vers. & intellige de except. Io: Andreas in reg. nullus 20. sub num. 3. vers. aut exceptiones de reg. Iur. in 6. Gabr. de ast. conclus. 1. num. 19. & 20.*

4

5

6

7

8

Et accedit quod nos versamur extra casum Priuilegij, quia illud tribuit dumtaxat Commendatarijs Vassallis, & Colonis exemptionẽ à solutione decimarum, at Commendatarius de Quiroga prætendit decimas sibi esse soluendas quod in priuilegio non disponitur, † nec admittenda est illius extensio vltra expressa *cap. per exemptionem de priuileg. in 6. Rot. decis. 30. num. 4. par. 6. recent. & in puncto huius priuilegij in dicta Cesaraugustana Decimarum §. minus in fin. coram R. P. D. meo Meltio.*

9

Testium verò ad probandam immemorabilem examinatorum aliqui non deponunt cum omnibus *requisitis gloss. in cap. 1. de prescr. in 6.* cum quibus omnes testes deponere debent, † nec sufficit quod vnus deponat de vno, & alter de alio *Maresc. var. resol. lib. 2. cap. 100. num. 10. vers. & quolibet Mant. decis. 289. nu. 4. add. ad san. mem. Gregor. XV. decis. 252. numer. 15. Rot. diuers. decis. 557. ante fin. par. 4. & in Ieracen. Iurispat. 17. Ianuarij 1617. coram clar. mem. Cardinali Fabritio Verospio*, non inquam coartant negatiuam † dicendo non potuisse aliter esse quin ipsi sciuissent nec deponunt de publica fama per verbum fuit, & est vt requiritur *iuxtà præcitatam gloss. communiter receptam in cap. primo de præscript. in 6. quam in his terminis secuta est Rota apud Pen. decis. 508. num. 3. & 9. & nu. 15. & in Toletana Decimarum 21. Iunij 1649. coram D. Cardinali Otthobono.*

10

11

Alii deponunt de visu per 46. annos; Cumque examinati fuerint de anno 1642. & hæc lis mota fuerit de anno 1635. nõ concludunt de visu † per 40. annos completos ante motam litem vt oportet *Ancbar. in cap. licet causam num. 14. de probat. Put. decis. 148. num. 1. lib. 2. Pen. d. decis. 508. num. 8. Merlin. decis. 532. num. 18.* Non nulli de immemorabili nil deponunt.

12

Aliorum tandem præter quod omnes subditi sunt † Commendatario, & proinde minoris fidei *Farinac. de test. quæst. 55. num. 212.* dicta non releuant tùm quia non specificant bona è quibus Commendatarij decimas perceperint, & quod plus est nec in articulis specificata leguntur processu *origin. fol. 163.* prout specificari debuerunt, quia præscriptio † non extenditur de prædio ad prædium *Buratt. decis. 402. num. 4. & in Hispalen. Decimarum 15. Febr. 1647. §. inde coram R. P. D. meo Meltio*, tùm quia fundantur in eo quod Ecclesia Parrochialis Sanctæ Mariæ de Enceira cum omnibus decimis prædialibus fuerit propria Commendæ de Quiroga, quæ ratio non releuat stante vt testes deponunt vnione dictæ Ecclesiæ alteri Ecclesiæ Parrochiali Sãcti Michaelis de Monte Furado, † quodque huius Rector vtriusque Ecclesiæ est Parochus, & animarum curam habet ac exercet; esto namque quod alias ad Commendam de Quiroga spectasset Ecclesia Parrochialis de Enceira eiusque Cura animarum, eadem Cura † deinde traslata in Rectorem de Monte Furado ius quoque percipiendi decimas in ipsum traslatum fuisset vt alijs allegatis *respondit Rot. in Treueren. Decimarum 4. Aprilis 1629. coram bo. me. Merlino inter eius impress. decis. 402. num. 1.* vel in omnem euentum quia dicta ratio non militaret nisi in bonis intra limites Parrochialis Ecclesiæ de Enceira, probandum exaduerso esset quænam sint bona huiusmodi; cum de

13

14

15

16

cetero

cetero testes affirment bona de quibus agitur sita esse intra limites Parrochiæ de Monte Furado vt in Summario Rectoris num. 2.

Tùm quia ex scripturis datis in Summario num. 8. & pro parte Commendatarij productis constat de initio infeudationum aduersarijs
17 factarum † quod immemorabilem excludit *Couarr. in reg. possessor par. 2. §. 3. numer. 7. Put. decis. 426. num. 3. lib. 2. Seraph. decis. 454. numer. 4. Buratt. decis. 551. num. 1. & fuit dictum in Ceruien. Decimarum 22. Aprilis 1602. corã Penia inter eius impress. decis. 965. nu. 4.* Attento præsertim quod plereque infeudationes dempto tẽpore motæ litis non attingunt metam centum annorum, cum emanauerint de anno 1551. vel 1561. nulla ideò adhibenda est fides testibus deponentibus feudatarios ab immemorabili tempore decimas soluisse Commendatario, dùm probatur initium infeudationum ex scriptu-
18 ris † quibus potius standum est *l. Census ff. probat. gloss. in cap. tertio loco verb. testium eod. tit. Roman. consil. 319. num. 1. Rot. in terminis decimarum decis. 64. nu. 17. par. 5. recent.* nec dici potest quod Commendatarius etiam ante infeudationem decimas perciperet, quia hoc testes non deponunt; Cumque de dicto tempore bona possiderentur ab ipsa Commenda impossibile est quod ex illis decimam spiritualem Com-
19 mendatarius perciperet † ne daretur in eodẽ subiecto actio, & passio vt in terminis *decimarum tradit Vitalin. in clem. 1. num. 83. de Decim. & ponderauit Rot. decis. 23. num. 2. par. 2. diuers.*

Tùm quarto quia per alios testes decem, & octo examinatos ad instantiam Rectoris *process. origin. fol. 914. & seq.* & datos in Sum. n. 10. apparet Parochum de Monte Furado exegisse integraliter decimas à Parrochianis qui sunt feudatarij Commendæ de Quiroga, imò nedùm modernum Parochum sed etiam eius antecessores exegisse à dictis feudatarijs in Parrochia Sanctę Mariæ de Villaster affirmãt, *super 8. articulo testis 7. 16. & 24. process. fol. 985. fol. 1075. & fol. 1123.* & sic asserta immemo-
20 rabilis † per actus contrarios destruitur, ad quem effectũ aliqui actus sufficerent *Serader. de feud. par. 10. sect. 20. num. 157. Bero. consil. 5. nu. 25. lib. 1. add. ad san. mem. Gregor. XV. decis. 162. nu. 15. Rot. in Marsicen. Iurisd. 18. Febr. 1647. §. tandem in fin. coram me*: præsertim, quia cùm Commendatarius Iurisdictionem temporalem in his locis habeat, vt apparet ex confessione, & comparitione eius nomine facta processũ ori-
21 ginali *fol. 782.* intrat præsumptio † quod decimas vsurpauerit vt in terminis ponderauit *Rot. in Leodien. decimarum 26. Nouembris 1635. coram bon. mem. Merlino inter eius impress. dec. 694. num. 26.* Nec non quia nemo ex testibus exaduerso examinatis deponit quod feudatarij pulsati à Parocho pro solutione decimæ, eam soluere negauerint, & Parochus acquieue-
22 rit † vt necesse est ad probandam consuetudinem negatiuam, & exemptiuam à decimis spiritualibus Parocho debitis vt pluribus allegatis dictum fuit in *Vercellen. Decimarum 1. Februarij 1649. coram R. P. D. meo Rojas in Beneuentana Decimarum 8. Martij eiusdem anni coram eo-*

dem in Leodien. Decimarum 27. Ianuarij 1651. coram R. P. D. meo Meltio.

Et ita decisum informante solùm Ates de Lossada Rectore Parrochialis Ecclesiæ Santi Michaelis de Monte Furado, aduersarijs tamen per contradictas citatis.

CAMERINEN. BONORVM.

Lun. 1. Iulij 1652.

ARGVMENTVM.

Iura realiter non producta non sunt transportanda, prout nec minus irreleuantia in causis prophanis, & quando constare dicatur ad effectum transportationis de reali productione, ac releuantia?

SVMMARIVM.

1 *Appellans tenetur acta primæ instantiæ integrè transportare.*
2 *Amplia præsertim quando ex rescripto Signaturæ fuit præfixus terminus ad transportandum integra acta.*
3 *Acta realiter non producta transportanda non sunt.*
4 *Nec minus acta facta coram diuerso Iudice, & in causis diuersis.*
5 *Item nec irreleuantia in causa prophana.*
6 *Iura Criminalia non probant in causa Ciuili, & sine citatione ad dicen. contra non sunt in forma probanti.*
7 *Iura producta præuia citatione ad dicen. contra dicuntur realiter producta, licet productio careat clausula* tenoris &c. *si tamen apparet adnotata à tergo folij, seu Instrumentorum productorum.*
8 *Item dicuntur realiter producta si producens petijt Iura originalia mandari restitui dimissa in actis copia collationata.*
9 *Item probantur realiter producta si constat Notarium causæ Iura accomodasse, alioquin accomodare non potuisset.*
10 *Acta præcedentia censentur circumscripta per deputationem alterius Iudicis factam ex integro.*
11 *Iudex præsumitur deputatus in statu, & terminis in quibus causa reperitur, præsertim quando mansit idem causæ Notarius, idemque Tribunal, & numer. 12.*
13 *Iura coram Iudice deputato non sunt de nouo producenda.*
14 *Repetitio Iurium productorum existentium in actis eiusdem Notarij vim habet realis productionis.*
15 *Causarum diuersitas ex quibus excludatur ad effectum transportationis actorum?*
16 *De diuersitate causæ apparere non potest nisi mediante transportatione actorum.*
17 *Iura producta in Iudicio Criminali, si fuerunt repetita in Iudicio Ciuili sunt transportanda quia repetitio efficit, vt dicantur de actis causæ Ciuilis, & num. 18.*
19 *Confessio erronea non nocet confitenti, nec ei præiudicat quin possit contrarium asserere.*
20 *Acta an sint transportanda nõ attenditur an fuerint exaduerso impugnata, sed an fuerint realiter producta, & ad Iudicem appellationis spectat cognoscere de illorum releuantia.*

21 *Productio vt dicatur realis, citatione ad dicen. contra opus non est.*

22 *De non integra actorum transportatione quando apparet, tunc nō statur Notario contrarium asserenti.*

DECISIO DXXIX.

CAROLVS Gibertus qui à deputatione Acconomi decreta per R.P.D. Roccium Iudicem ab A.C. dessignatum causam appellationis committi obtinuit in Rota cum facultate manuteneñ quā de Iure, & propterea
1 ex dispositione iuris comunis tenetur† ad integram trasportationem actorum primæ instantiæ *cap. cordi de appell. in 6. Gratian. disc.* 121. *num.* 9. *Rot. decis.* 485. *numer.* 11. *coram san. memor. Gregor. XV. & in Ariminen. fideicommissi* 28. *Iun.* 1641. *coram R. P. D. meo Cerro*, præsertim ac-
2 cedente † successiuo rescripto Signaturæ Iustitiæ, quod ei terminus præfigeretur ad trasportañ integra acta provt fuit præfixus.

De non integra trasportatione à Theofilio Giberto appellato redargutus negauit se teneri trasportare iura producta sine *clausula tenoris &c.* siue quæ producta fuerunt non coram D. Roccio sed prius coram A.C. met coram quo Iudicium cæperat, aut non in causa manutentionis super qua emanauit decretum deputationis Acconomi, sed in alijs fideicommissi successionibus scilicet ex testamēto Genesij, & repetitionis dotis Laudemiæ, Item nec iura existentia in quodam processu Criminali inter easdem partes emanato ad quærelam Caroli super prætensa turbatione possessionis in bonis fideicommissarijs Niccolai aui. Huiusmodi autem exceptiones iustificatas asseruit ex receptissimis cōclusioni-
3 bus quod trasportanda non sunt † acta non producta realiter *add. ad san. mem. Gregor. XV. decis.* 59. *num.* 20. *Rot. in Toletanā Canonicatus Penitentiarij* 15. *May* 1645. *coram Eminentissimo D.*
4 *Cardinali Otthobono*, vel † coram diuerso Iudice *Gratian. discept.* 968. *num.* 7. vel in causis diuersis *Maresc. var. resol. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 25. *Rot. in Romana societatis affictus* 27. *Martij* 1647. §. *eodem coram bon. mem. Arguelles, & in Romana census* 22. *Iunij* 1648 §. *nec executio coram R.P.D. meo*
5 *Pentingerio* vel quæ† nō releuant in causa propiana *Gratian. dicta discept.* 968. *num.* 11. *& seqq. Rot. decis.* 501. *num.* 12. *par.* 1. *recent. decis.* 564. *nu.* 5. *par.* 2. *& in Verulana fideicommissi* 27. *Apr.* 1635. §. *fin. coram bon. mem. Cardinali Panzirolo in Rom. subhastationis* 7. *Iunij* 1651. §. *acta coram me*, qua-
6 lia sunt acta processus Criminalis † cum non probent in Ciuili *Rot. decis.* 58. *nu.* 2. *in fin. par.* 3. *recent.* vt agnouit, & confessus fuit ipse met Theofilus in quadam protestatione data in Summario Caroli num. 4. ibi, *Item iura criminalia &c. non probare in causa Ciuili, nec esse integra nec in forma probanti absque vlla citatione ad dicen. contra.*

Ceterum disputato hodie dubio an constet de integra trasportatione actorum censuerūt Domini non aplicari defectum realis productionis ei quæ præuia citatione ad diceñ contra facta fuit sub die 24. Aprilis 1651. Summ.
7 Theoph. nu. 4. & licet careat *clausula tenoris* † est tamen adnotata à tergo folij seu istrumentorum productorum Summario ibid. num. 5. cum & hoc indicet iura fuisse realiter producta *Duran. decis.* 9. *num.* 17. præsertim quia sub dicta citatione ad diceñ contra producens pe-
8 tijt iura originalia mandari restitui dimissa in actis copia collationata vt seruatur in productione reali *add. ad san. mem. Gregor. XV. decis.* 59. *num.* 11. *& num.* 15. *vers. vel animo Rot. decis.* 123. *sub num.* 3. *vers. & ideò par.* 1. *recent. dec.* 139. *nu.* 4.
9 *par.* 4. *tom.* 2. nec non quia † iura producta vere, & realiter apud notarium remanserunt *Buratt. decis.* 217. *num.* 7. *Rot. in Romana societatis lignorum* 22. *Iun.* 1650. §. 1. *in fin. coram me*, vt constat quia successiue notarius eadem iura accomodauit Theofilo Summario ibid. nu. 6. alioquin enim accommodare non potuisset vt fuit ponderatum *in dicta Romana societatis lignorum* §. 1. & 2.

Et quamuis de tempore dictæ productionis causæ penderent coram A. C. met postmodum verò die 16. Maij subsequentis fuerit in illis ab eodē A.C. deputatus Iudex R.P.D.
10 Roccius † quia tamen deputatio hæc non legitur facta ex integro quo casu circumscripta viderentur præcedentia acta ac si non emanassent *Gratian. discept.* 734. *num.* 1. & 2. &
11 præsumitur † in statu, & terminis quibus causæ reperiebantur *Rot. decis.* 20. *de rescr. in nou. decis.* 381. *nu.* 3. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* maximè quia mansit idem causarum notarius idemq; Tribunal. vt propterea iudex deputatus non dicatur diuersus à primò sed in eius locū sub-
12 rogatus hinc sequitur vt nō fuerit opus† noua productione corā Iudice deputato *Coccin. dicta dec.* 150. *nu.* 2. *in fin. & nu.* 3. *Buratt. dec.* 409. *sub nu.* 11. *vers. & cum acta, & in terminis Seraph. decis.* 1327. *num.* 5. *Rot. in Meleuitana hæreditatis* 26. *Ianuarij* 1637. *coram bon. mem. Cardinali Panzirolo.*

Cessatque omnis amaritudo quia sub die 20. Maij coram Iudice deputato repetita fuerunt
13 citato aduersario omnia iura † alias producta vt in Summario dato in calce responsionis facti pro Theofilo repetitio enim hæc iurium
14 alias productorum, † & existentium in actis eiusdem Notarij vim habet quatenus opus sit nouę realis productionis *Rot. decis.* 123. *nu.* 4. *par.* 1. *recent. decis.* 637. *num.* 5. & 16. *int. impress. post tract. Moderni Perus. de manutenendo*, quo magis accedente fide actuarij quod eadem iura producta, & repetita delata deinde fuerunt ad Iudicem deputatum, & post aliquos dies ad officium reportata Summario Theof. num. 7.

Adeò quod nec aplicatur secūda exceptio quod acta emanauerint coram diuerso Iudice, sed nec tertia quod scilicet emanauerint in causis diuersis quia omnia repetita fuerunt simul, & semel coram D. Roccio, cumque omnes causæ cepte fuissent vnico Monitorio, & in omnibus vnica deputatione D. Roccius
15 deputatus, censeri non debent diuersæ † vt in puncto ad effectum trasportationis actorum respondit *Rot. dicta decis.* 637. *sub num.* 10. *vers.*

vers. similiter, & num. 11. apud Modern. de manut.
16 nec potest de diuersitate † apparere nisi mediante trasportatione actorum *Rot. decis. 184. num. 5. & 6. par. 7. recent.*

Quarta pariter exceptio irreleuantiæ actorum Iudicij Criminalis cessat quia non petitur trasportatio ipsius processus Criminalis
17 sed istrumentorum ibi insertorum, quæ † in vim repetitionis factæ in Iudicio Ciuili releuantissima sunt ideòque trasportanda vt in *punct. Rot. decis. 320. nu. 3. coram san. mem. Greg. XV.*
18 nam repetitio efficit † vt dicantur de actis causæ Ciuilis *Rot. dicta decis. 637. numer. 5. apud Modern. de manut. cum præsertim* in Iudicio Ciuili acta Criminalia fuerint à Notario accomodata partibus, & delata ad Prelatum qui in Signatura Iustitię causam Ciuilem proposuit Summario Theof. num. 7.

Nec obstat quod Theofilus in ipso Iudicio Ciuili negauerit acta Criminalia esse repetita, & probationem facere Summario Caroli n. 4. Quia cum constet de repetitione, & sic de
19 errore † negationis non prohibetur hodie Theofilus contrarium asserere *Rot. decis. 188. num. 2. & 3. decis. 283. num. 18. par. 6. recent.* vtque
20 acta debeant trasportari † non attenditur an fuerint exaduerso impugnata, sed an fuerint realiter producta, & ad Iudicem appellationis spectat cognoscere de eorum releuantia, quæ in pendentibus à dispositione iuris non minuitur ex confessione partis *Rot. decis. 358. nu. 2. par. 1. recent. & in Romana Casalis 24. Nouembris 1581. coram fel. record. Clem. VIII. tunc nostri Ordinis Aud. impress. apud Marches. de Commis. tom. 2. fol. 61. num. 4. in Aunionen. Saluiani* 10. *Febr.* 1651. *coram me.*

Nisi igitur trasportentur omnia istrumenta inserta in proc. Criminali vt supra repetita, nec non alia iura realiter producta cum citatione partis ad diceñ contra vel sine ea sed in termino interpellationis per viam exceptionis, quo casu citatione ad diceñ contra opus
21 non est † vt productio dicatur realis *Asin. in praxi §. 22. cap. 8. lim. 2. sub nu. 3. Rot. in dicta Romana societatis lignorum* 22. *Iunij* 1650. *§. non obstat coram me*, acta dici non possunt integrè trasportata quicquid asseruerit actuarius qui locutus fuit de iuribus productis cum *clausula tenoris &c.* non aduertens etiam aliunde resul-
22 tare productionem realem, † & fidem non meretur dum de non integra trasportatione apparet vt fuit dictum *in Melevitana Territorij* 3. *Decembris* 1638. *coram bon. mem. Card. Pamphilio, & in Eugubina hereditatis* 2. *Iunij* 1651. *coram me.*

Et ità decisum vtraque parte informante.

LAVDEN. IVRISPATRONATVS.

Lun. 1. *Iulij* 1652.

ARGVMENTVM.

Appellans intra terminum Iuris si non redijt pro Apostolis, sed commissionem impetrauit sufficit, quando non fuit appellatum ab interlocutoria sed à diffinitiua, ratio diuersitatis est quia à diffinitiua lex ipsa appellationi defert, ab interlocutoria verò cum lex appellationi non deferat expectanda est Iudicis responsio, An autem in commissione teneatur appellans exprimere quod pro Apostolis redire non cogatur? resoluitur talem expressionem non esse necessariam.

SVMMARIVM.

1 *Intra terminum Iuris appellans pro Apostolis redire tenetur.*
2 *Appellans intra terminum Iuris pro Apostolis redire non tenetur si commissionem impetrauit, quæ sufficit quando fuit appellatum non ab interlocutoria sed à diffinitiua.*
3 *Ratio diuersitatis est nam à diffinitiua in causa appellabili lex ipsa appellationi defert, ab interlocutoria verò, quia lex appellationi non defert expectanda est Iudicis responsio.*
4 *Appellans si infra terminum Iuris commissionem impetrauit, an necesse sit exprimere quod pro Apostolis amplius redire non teneatur?*
5 *Expressionem hanc necessariam esse firmat* Vestr. *admonens à cautis procuratoribus non esse omittendam, alias sententia transit in Iudicatum.*
6 *Cautelam Vestrij non esse necessariam tradit* Lancellott. de attentat. *vbi testatur de veriori opinione subdens quod si appellans obtineat commissionem executorialem rei iudicatæ, executio illius vigore facta erit attentata.*
7 *Declara principalem conclusionem esse intelligendã, videlicet vt Iudicis responsio nõ sit necessaria, quãdo ab initio fuit legittimè appellatum, ac petiti Apostoli.*
8 Decis. 199. par. 4. tom. 2. recent. *declaratur.*
9 *Resindicata inducta dicitur, si in termino præfixo ad docen. de causis restitutionis in integrum appellans non docuit.*
10 *Conclusio eo magis procedit post lapsum biennij à die appellationis interposita.*
11 *Res indicata constito de validitate, & Iustitia sententiæ venit exequenda.*

DECISIO DXXX.

PArrochialem Ecclesiam loci Sancti Columbani quoties vacauerit cõferendam esse absque aliquo concursu ad præsentationem Reuerendi Prioris, & Monacorum Cartusiæ Papiensis ac Communitatis, & hominum eiusdem loci Sancti Columbani; pronunciatum diffinitiue fuit per sententiam Rotalē die 23. Februarij anni 1650. à R. P. D. Dimeo Meltio latam.

A qua appellante promotore Fiscali Ecclesiæ Laudensis, idem Iudex dedit terminum iuris, hoc est triginta dierum ad recipiendũ Apostolos, quibus vlterius non petitis Promotor causam suæ appellationis mihi simpliciter committi obtinuit, & aduersarios ad dicendum contra Commissionem citari curauit. Victores è conuerso obtinuerunt nuper aliam Commissionem mihi directam executorialē rei iudicatę cum rescripto quod præfixo appellanti breui, & competenti ter-

mino ad docendum de legittima profecutio-
ne appellationis, & prætenfis caufis reftitu-
tionis in integrum, eoque elapfo, & nihil
quod releuet docto expenfas taxem ac mo-
derer, & tam pro illis quam alijs in dicta fen-
tentia, & re iudicata contentis mandata quæ-
cumque decernam, & relaxem. In cuius re-
fcripti executionem terminum huiufmodi
præfixi.

Poft quem lapfum inftantibus victoribus
ac refpectiue appellatis vt ad executionem
rei iudicatę procederem propofui hodie du-
bium an conftet de re iudicata, quæ veniat
exequenda, & duo fuerunt ab inftantibus ad-
ducta fundamenta. Primò quod intra termi-
1 num iuris † appellans non redijt pro Apofto-
lis vt debuit *cap. ab eo de appellat. in 6. Clemen.
quamuis §. verum, & §. similiter eod. tit. Bart. in
l. 1. num. 3. verf. quæro quid fi Iudex ff. libell. dimiff.
alijque relati ab add. ad Buratt. decif. 556. litt. A, qui-
bus additur Rota in Romana fideicommiffi de Incoro-
natis 16. Ianuarij 1643. §. nam quo ad rem Iudica-
tam coram Reuerendiffimo D. meo Decano, & in
Bononien. fideicommiffi feu Domus 30. Aprilis 1646.
§. nam certi iuris coram me.*

Hæc tamen ratio dubitabilis redditur, quia
appellans infra terminum Iuris impetrauit
2 commiffionem, † quod fufficere in Curia
quando fuit appellatum non ab interloquuto-
ria fed à diffinitiua tradunt infra allegandi af-
3 fignantes rationem diuerfitatis † quia vbi à
diffinitiua de fui natura appellabili, lex ipfa
defert appellationi; vbi verò ab interloquuto-
ria quia lex appellationi non defert, expectan-
da eft refponfio Iudicis, & Apoftoli funt pars
appellationis, *ità Scacc. de appellat. qu. 13. nu. 53.
& qu. 14. n. 26. poft Lancell. de attent. par. 2. cap. 12.
in præfat. num. 59. & cap. 13. num. 29.* aliofque
multos ibi allegatos *Caputaq. dec. 38. par. 1. Rot.
decif. 54. de appellat. in antiq.* Et ob id in his præ-
cifis terminis *Rota in Rom. Pratij æquorum 5. Iu-
lij 1649. §. quibus coram bon. mem. Arguelles*, nol-
uit aliquid firmare fuper re Iudicata fed tran-
fijt ad confirmationem fententiæ ex capite
Iuftitiæ, quamuis fuperius *in §. & licet* attu-
liffet authoritates ad probandū quod penden-
te termino iuris nō poteft appellans Iudicem
aut commiffionē impetrare quodque fi im-
petret non valet.

An autem in commiffione infra terminū
iuris obtenta neceffe fit exprimere pendentiā
termini iuris ad redeundum pro Apoftolis
4 dati, † & quod pro illis amplius appellans re-
dire non cogatur attento quod à diffinitiua,
non explicat fupracitata *decif. 54. de appellat. in
antiq. dec. 38. Caputaq. nec alia cor. bo. me. Arguelles*
5 & à cautis procuratoribus † hanc expreffio-
nem fieri admonet *Veftr. in prax. lib. 7. cap. 3.
num. 37. in fin.* quem fequendo *Rot. decif. 399.
num. 2. par. 4. tom. 2. recent.* dixit in terminis ap-
pellationis à diffinitiua, quod nifi in com-
miffione facta fuerit dicta expreffio, fenten-
tia ob non reditum pro Apoftolis tranfit in
iudicatum. Verùm præfatam cautelam Ve-
6 ftrij non effe neceffariam † in appellatione
à diffinitiua, tradit teftando de veriori opi-
nione *Lancell. de attent. d. par. 2. cap. 13. numer. 28.
& feqq.* vbi quod etiam fine dicta expreffione
commiffio tenet, *& num. 3.* fubdit quod fi
(vt in cafu noftro) appellatus obtineat de-
inde commiffionem executorialem rei iudi-
catæ, executio eius vigore conceffa erit at-
tentata fic etiam *Scac. d. quæft. 14. fub num. 26.
verf. tamen ifta*, femper enim militat ratio,
7 quod refponfione Iudicis † opus non eft, cum
lex ipfa deferat appellationi dummodò ta-
men ab initio fuerit legitimè appellatum,
& petiti Apoftoli, vt benè declarat *Comitul.
dec. 48. num. 7. num. 8. & 9.* quem fequitur *add.
ad fa. me. Greg. XV. dec. 573. num. 14. & ad decifio-
8 nem 399.* mox allegatam † refponderi poteft,
quod in eo cafu commiffio obtenta infra
terminū iuris non habuerat effectum, ideoq;
alia longè poft terminum fuerat impetrata,
vt legitur *fub num. 1.* & res iudicata non ex
hoc folùm, fed etiam ex lapfu fatalium abfq;
nulla prorogatione ad profequendam appel-
lationem deducebatur, & ex facto ceffat om-
nis difficultas, quia in commiffione origina-
li appellationis à Promotore obtenta, quam
mihi dum hanc decifionem extenderem vo-
lui à Notario caufæ ocularitèr exhiberi fer-
uata legitur cautela Veftrij exprimēdo, quod
Oratores minimè teneantur coram Iudice,
à quo pro Apoftolis redire in termino iuris
dato attento quod à diffinitiua.

Solidiùs ideò, ac tutiùs eft fecundum fun-
damentum, quod videlicèt appellans in ter-
9 mino fibi præfixo † ad docendum de legiti-
ma appellationis profecutione, de ea non
docuit; refultat enim res iudicata fiue non
fuerit infrà legitima tempora appellatum,
fiue appellans profecutus non fuerit appel-
lationem, vt in fpecie refpondit *Rot. decif. 81.
10 num. 3. par. 1. recent.* præfertim † poft lapfum
biennij à die appellationis interpofitæ *ad tex.
in cap. perfonas, & cap. cum fit Romana de appellat.
clemen. ficut eod. tit. Caffad. dec. 6. nu. 3. eod. tit. Rota
in Anconitana Dotis 15. Martij 1641. coram Re-
uerendiffimo Salamantino, & in Afculana heredi-
tatis 7. Iunij 1649. coram R.P.D. meo Rojas.*

Cumque de cętero appareat fententiæ va-
liditas ex reuolutione proceffus, & Iuftitia
ex decifione in priori inftantia edita coram
11 R.P.D. meo Meltio, eft per confequens † res
iudicata exequenda *l. fi fe non obtulit §. fi ex con-
uentione ff. re iudic. l. 2. C. execut. rei iudic. Rota de-
cif. 476. num. 2. par. 4. tom. 2. recent. decif. 69. num. 3.
par. 6. dec. 168. n. 9. par. 7.*

Vnde conftare de re iudicata, quæ veniat
exequenda refponfum fuit informantibus
tantùm Priore, & Monacis Cartufiæ Papien.
& Communitate, & hominibus loci S. Co-
lumbani, citato tamen Promotore fifcali
Ecclefiæ Cathedralis Laudenfis.

AVENIONEN. SALVIANI.

Mercurij 31. Iulij 1652.

ARGVMENTVM.

Emptori pro liberatione à molestijs competit Saluianum aduersus possessores bonorum venditoris, præsertim post latam contra ipsum sententiam ad fauorem creditoris venditoris, & potest emptor agere vnico contextu, vt ad sui fauorem feratur quoque sententia. Ordo procedendi priùs ad reuocationem attentatorum, quam super negocio principali non semper seruatur, quando constat de bono Iure attentantis.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum intentatum si sit contra emptorem potest ipse emptor simili Saluiano agere contra possessorem bonorum venditoris pro liberatione à molestijs.*

2 *Actio pro liberatione à molestijs competit statim ac sunt illatæ, vt res libera tradatur.*

3 *Et potest Emptor statim lata contra eum sententia aliam obtinere contra possessores bonorum venditoris absque nouo libello, vel instantia parte non opponente.*

4 *Rota de stylo Tribunalis non potest ferre sententiam, nisi præuia decisione.*

5 *Nec minus si præcessit decisio contraria, nec ab ea fuit recessum cum matura causæ cognitione, & particulari dubio desuper proposito.*

6 *Stylus respiciens ordinatoria Iudicij seruandus est tanquam lex, licet scriptus non sit.*

7 *Notorium inducitur ex actis iudiciarijs.*

8 *Notorium sufficit, quod allegetur absque alia speciali cognitione, aut declaratione.*

9 *Stylus cessat, vbi non concurrunt per ipsum stylum requisita.*

10 *Statutum Auenionen. mandat eodem tempore, quo fertur sententia contra reum principalitèr conuentum habentem Ius consequendi releuationem ab alijs etiam pronunciari ad eius fauorem contra tertios possessores.*

11 *Et tale Statutum seruatur etiam in secunda instantia in gradu appellationis.*

12 *Præiudicio litigantium quantocitius occurri debet.*

13 *Rota in resecandis litigantium expensis, & inutilibus disputationibus dubiorum æquitatem seruare solet.*

14 *Bonum Ius resultat ex decisionibus in causa editis.*

15 *Aequitas vt seruetur quandoque à stylo, & ordine procedendi receditur.*

16 *Attentata ante discussionem negocij principalis non reuocantur, quando constat de bono Iure attentantis.*

17 *Rota in vltimis audientijs quandoque ordinem seruari solitum non seruat, quando concurrit præiudicium partis.*

18 *Præsertim, quando altera pars non instat pro causa repropositione super iam decisis.*

DECISIO DXXXI.

HAC die in relationibus causarum post decretam immissionem ad fauorem Domini Francisci de Tertullis in possessionem Castri de Rojas possessi à D. Hectore de Bellis iuxtà plures decisiones in causa emanatas, idem Hector cuius pater initio litis contra se in partibus motæ simile iudi-
1 cium Saluiani† pro liberatione ab hisce molestijs, & sui indemnitate instituit contra Dominos Thomam Tulliam, Spiritum Armillon, ac Thomam Cheylus tertios possessores bonorū olim possessorum ab Alemanno de Sceslas, prosequendo d. Iudicium petijt etiam ad sui fauorem ferri sententiam immissionis contra dictos tertios possessores; nam extrema ad hunc effectum necessaria probata esse admittit decisio inter has partes emanata *sub die 10. Martij proximè præteriti coram me.*

Et quamuis *in §. fin. eiusdē decisionis* intempestiua dicatur petitio huiusmodi, eo quod nondum contra instantem lata fuerat sententia, satis exinde decisum resultat, quod matura sit hodie post latam sentētiam, cumque negari nō possit quin instanti à die mo-
2 lestiarum sibi, vt supra illatarum†competeret actio pro obtinenda liberatione ab illis, & rei liberæ traditione *Surd. cons. 36. n. 23. Rot. diuers. decis. 586. num. 6. par. 1. decis. 337. n. 5. par. 5 recent.* sequitur, quod superueniente d. sententia possit obtinere absq; noua dubij propositione, non secus ac absque nouo libello
3 vel † instantia parte non opponente, vt post *Caghol. Ber. Molin. & alios ibi alleg.* tradit *Giurb. decis. 17. num. 20.*

Hinc Rota mandauit mihi, vt etiam petitam ab Hectore sententiam feram nihil ob-
4 stante stylo † non sententiandi, nisi præuia decisione fauorabili actori; eoque minus si
5 præcesserit decisio contraria, † nec ab ea recessum fuerit, cùm matura causæ cognitione, & particulari dubio desuper proposito,
6 qui stylus † prout alij omnes hujus Sacri Tribunalis respicientes ordinatoria Iudicij seruandus fidelitèr est tanquam lex, licèt scriptus non sit, vt notant omnes *in l. obseruandum ff. Iudic. in cap. ex litteris de const.* & plenè tradit *Christophanus de Paz. in Schol. ad leg. Reg. stili in rubr. num. 88. et seqq. Buratt. decis. 882. num. 11.*

Quia primæ parti satisfacit præsens decisio, quin & alia præcedens creditum, ac hypothecam actoris, & extrema possessionis comprobans. Alteri verò parti locus non est, vel quia primò dicta decisio non negat ferri pro Hectore sententiam, post quam contra ipsum in alio iudicio sententiatum fuerit, qui casus euenit, & stante notorietate facti, quod videlicèt sententiatum fuerit
7 probari ex actis Iudiciarijs, † quæ notorium inducunt *cap. cum olim vbi Abb. nu. 3. & per tot. de verb. signific. Innoc. in cap. ex insinuatione nu. 1. in fin. de appellat. alijque alleg. in Marsicen. Iurisdictionis 17. Iunij 1647. §. quo magis coram me,* as-

sumi

8 sumi desuper specialis cognitio, † aut fieri declaratio non debuit *gloss. in clem. appellanti verb. aliàs de appellat. Dec. cons. 356. num. 4. vers. secundo respondetur Afflict. decis. 50. num. 5. Surd. decis. 259. num. 14.*

Vel quia multa simul iuncta concurrunt,
9 quæ casum nostrum diuersum † reddunt, & propterea extrà stylum ponunt *Bertrand. cons. 143. num. 3. vol. 2. par. 1. Crescen. decis. 4. in fin. de procurat. Seraph. decis. 688. n. 2. Buratt. dec. 217. num. 4.* Adest nimirum Statutum Aueniolo
10 nense † mandans eodem tempore quo pronunciatur contra reum principaliter conuictum habentem ius consequendi releuationē ab aliis pronunciari ad eius fauorem, si releuationem petierit contra alios tertios possessores;
11 quod Statutum † etiam hic seruandum esse firmat prima decisio in principio; at seruari non posset, si noua disputatio super iam decisis esset assumenda, quæ præterea cum stantibus feriis currentibus sequi non potest, nisi in futuro mense Nouembris, cogeretur interim Hector in executionem sententiæ contra se latæ, pati eiectionem à detentione Castri à se possessi, expectaturus post quatuor menses suam releuationem ab aduersariis tertiis possessoribus cum maxi-
12 mo eius præiudicio, † cui occurri quantum de iure potest non secus, ac postquam fuerit secutum prouideri suggerit æquitas, benè *Sanch. in fortioribus terminis respons. moral. lib. 4. cap. 2. dub. 9. numer. 2.* in hoc Sacro Tribunali
13 seruari † solita *Rota decis. 60. num. 2. par. 2. recent decis. 194. num. 47. par. 7.* præsertim in rescecandis litigantium expensis, & inutilibus disputationibus dubiorum.

14 Dum de cętero clarum est bonum ius † instantis, quod ex prima decisione ostenditur, vt respondit *Rot. decis. 524. num. 4. coram san. me. Greg. XV.* & in puncto euictionis *dec. 34. nu. 2. & 3. par. 7. recent.* efficitque vt nedum ab or-
15 dine procedendi † inducta per stylum, sed etiam per legem scriptam, quandoque recedatur vnde in simili videmus, quod ordo ad instantiam partis procedendi prius ad reuo-
16 cationem attentatorum, † quam super negocio principali, non semper seruatur quando constat de bono iure attentantis *Cassad. decis. 3. num. 4. de restit. spoliat. Rot. coram san. mem. Greg. XV. decis. 465. sub num. 8. vers. & non obstat decis. 235. num. 6. par. 1. recent. decis. 236. n. 1. par. 4 tom. 2. dec. 392. num. 3. apud Card. Mellinum.*

Tantò magis quia versamur in vltimis au-
17 dientiis † in quibus ne propter ferias actori præiudicetur ordo est ordinem non seruare, vt in fortioribus terminis respondit *Rota in Cremen. seu Ianuen. Pecuniaria 1. Iulij 1648. coram R. P. D. meo Rojas impress. post tractat. Moder. Aueniouen. de præuent. tom. 2. decis. 4. numer. 7.* nec non quia Aduersarij non petunt causam su-
18 per iam decisis † reproponi, vt ponderauit *Rota d. dec. 4. sub num. 1. vers. nam receptissima, & decis. 305. numer. 4. ibi parte non opponente par. 6. recent.*

Et ita resolutum vtraque parte citata, sed vna tantùm informante.

LVCANA CENSVS.

Mercurij 31. Iulij 1652.

ARGVMENTVM.

Per emptionem fundi censiti factā à Censuario Census licèt extinguatur, nihilominus fundo euicto iterùm reuiuiscit. Retentio quando detur pro fructibus decurrendis?

SVMMARIVM.

1 *Census per emptionem fundi censiti facti à censuario extinguitur.*
2 *Census extinctus mediante emptione fundi censiti facta à Censuario, eo euicto iterùm reuiuiscit.*
3 *Solutio habens causam expressam ad aliam referri non debet.*
4 *Creditor posterior, si bona fide fructus ex bonis debitoris percipit illosque consumpsit non potest à creditore anteriori molestari.*
5 *Creditor posterior immissus in Saluiano possidens fundum censitum potest offerre creditori census soluere fructus decurrendos, quando dies solutionis venerit, & bona possederit quod sufficit pro securitate creditoris census.*
6 *Solutio censetur facta in causam fructuum iam decursorum.*
7 *Retentio pro fructibus census decurrendis, quando detur? & num. 8.*

DECISIO DXXXII.

MONIALES Sanctæ Theresiæ de Camaior, quibus contradicentibus immissionem prædij olim spectantis ad Ioannem Baptistam, & Alphonsum de Antognolis, & per illas nunc possessi dandam esse Vincentio, & Ioanni de Bottinis eorumdem de Antognolis creditoribus ex causa fructuum census immissionem ex vtili Saluiano interdicto resolutum fuit sub die 22. Aprilis proximè præteriti ad retardandam expeditionem causæ ab instantibus petitam in relationibus causarum subsecutis die 3. currētis, nonum excitarūt obiectum, nempè quod anterioritas census ab Antognolis impositi, ac venditi Bottinis de anno 1615. sumenda non est à die impositionis, sed reconualidationis Apostolicæ, ex quo fuerat ille census creatus non præsente pecunia sed ex credito obtentæ de anno 1633. vnde resultaret Monialibus retentio prædij pro credito prouenientе ex causa euictionis, quod ortum ducere ab anno 1629. admittit decisio contraria.

Cuius obiecti instantibus hactenùs non cogniti, vt congruum fieret examen Rota mandauit communicari Memorialia, & in hodiernis causarum relationibus vtraque parte audita præcepit mihi, vt præuia huius decisionis extensione ad causæ expeditionē procederem, reiecta etiam nuperrima alia exceptione Monialium negantium se ex fructibus bonorum communis debitoris, ad quæ fuerunt immissæ de anno 1637. fuisse inte-

integrè satisfactas de fructibus censuum anteriorum eis debitis, alterius nimirum creati de anno 1604., alterius de anno 1607. qui
1 licèt fuisset extinctus de anno 1629. † quo Moniales fundum censualem emerunt iuxtà tradita *à Cinc. de censib. par. 3. cap. 1. qu. 5. n. 12 & seqq. secundum antiq. impress. Rot. decis. 176. n. 6. par. 6. recent. dec. 213. num. 5. apud Zacch. de oblig.*
2 *Camer.* Eodem fundo deinde euicto † de anno 1640. reuiuixit, vt fuit decisum *in Veliterna Census 20. Iunij 1616. coram clar. mem. Coccino, & in dec. 300. nu. 2. & 3. dec. 530. nu. 12. apud Cinc. de censib. secundum vltimam impress. & in Romana Domus 24. Ianuarij 1650. §. augeri coram me*, & pereonsequens à dicto anno 1640. debentur Monialibus eiusdem census fructus.

Primùm namq; obiectum tollitur ex facto, quia Bottini non agunt pro fructibus Census impositi de anno 1615. sed vlteriùs validè creati de anno 1626. in cuius fructuum solutionem referendi non sunt fructus cuiusdam petiæ Terræ communis debitoris à Bottinis percepti; tùm quia non sunt pares fructibus census; tùm quia dictæ petiæ Terræ possessio capta fuit expressè pro censu anni 1615. solutio enim † habens causam
3 expressam ad aliam referri non debet *l. 1. vbi notant omnes ff. solut. Roman. cons. 94. sub n. 2. Aym. cons. 158. num. 13. Decian. cons. 00. numer. 24. lib. 2. Muta decis. 42. num. 6.* Cumque fructus fuerint
4 bona fide percepti, & consumpti † nulla desuper Monialibus cōpetit exceptio vel actio, esto sine veri præiudicio, quod eorum creditum prouenięns ab anno 1629. esset anterius *Din. Bart. Ang. Alex. Socc.* & alij quos de cōmuni testando refert, & sequitur *Surd. cons. 4. num. 43. & dec. 60. num. 9.* & bene ad propositum *Grat. discept. 224. sub num. 12. vers. nec facit, & num. 13.*

Nouissimum paritèr facto euitatur, quia præmemorati Census creati de anno 1607. extincti de anno 1629. & sine veri præiudicio reintegrati de anno 1640. fructus in futurum
5 decurrendos † Bottini præstita etiam cautione soluere promittunt, quando eorum solutionis dies venerit, donec bona de quibus agitur possederint, quod sufficere dixit *Rota decis. 267. sub num. 3. decis. 269. sub num. 1. vers. & præstatur inter impress. apud Cenc. de censibus idem Cinc. d. tract. quæst. 98. sub num. 65. vers. sed etiam.* Decursos autem ab anno 1640. vsq; ad præsens, qui iuxtà calculum datum à Monialibus acceptatum pro nunc ab actoribus sine præiudicio illum quatenùs opus sit impugnandi, ascendunt in vndecim annis decursis vsque ad annum 1651. inclusiuè ad scuta 334. Moniales intùs habent, quia vt apparet ex calculo in prima decisione deducto & ex aduerso non impugnato illæ perceperunt ab anno 1617. è fructibus bonorum communis debitoris scuta 393. vltra summas eis debitas pro alio cēsu anni 1604. quæ scuta 393. licèt prima decisio imputet proportionabilitèr in extinctionem sortis principalis primò dicti Census, acceptando insuper oblationem factam à Bottinis de soluendo scutis 307. pro totali extinctione quatenus Moniales censum retrouendere, ac cedere translatiuè velint, quia retrouenditioni, ac cessioni Moniales non consentiunt, imputanda veniunt in causam dictorum fru-
6 ctuum † secundi census ab anno 1640. citrà decursorum *l. in his in princ. l. si ex pluribus §. vlt. ff. solut. Menoch. cons. 121. num. 48. Grat. discep. 224. num. 26. Surd. decis. 186. nu. 7. Rot. in Romana seu Veliterna Restitut. in integrum 25. Iunij 1646 §. primo autem vers. quod facilius coram me.*

Vt propterea nullum supersit Monialibus creditum anterius adhuc maturatum, sine
7 quo retentio pro securitate fructuum maturandorum non competit *Barbos. in l. diuortio §. interdum sub num. 4. vers. item ex prædictis ff. sol. matrim. cum alijs alleg. à Moder. Forolinien. de pign. lib. 4. tit. 5. qu. 188. num. 18.* & in puncto Census *Rot. dec. 267. num. 3. apud Cinc. de censib.* licèt secus sit quando adhuc remanet soluenda pars aliqua fructuum decursorum, quo
8 casu † dari retentionem etiam pro decurrendis, dixit *Rot. decis. 151. sub num. 3. apud Moder. Forolinien. de pignor.* & vtrumque casum distinguendo tradit *Cinc. de censib. qu. 96. n. 16. & seqq. Surd. dec. 120. num. 14. & seqq. vbi allegat concord.*

Et ita vtraque &c.

INTERAMNEN. FIDEICOMMISSI.

Mercurij 27. Nouembris 1652.

ARGVMENTVM.

Expulsio Colonorum non requiritur, quando capitur possessio authoritate Iudicis. Possessio hæreditaria, vt per Colonos quæsita dicatur quæ nam sunt necessaria? Constitutum appositum in testamento fauore hæredis non transfert possessionem ante acceptationem testamenti, & aditionem hæreditatis. Statutum continuans possessionem defuncti in hæredem, an operetur in ipso instanti mortis defuncti?

SVMMARIVM.

1 *Testes ad perpetuam rei memoriam examinati lite pendente, & sine partis citatione nihil probant.*
2 *Scripturis publicis potius standum est in concursu, quàm Testibus.*
3 *Possessio retenta per Colonos non dicitur vacans, nisi in actu apprehensionis fuerint expulsi.*
4 *Possessio apud hæredem vltimi possessoris dicitur existere ministerio Colonorum.*
5 *Constitutum appositum in testamento cum clausula* ex nunc prout ex tunc, *transfert in hæredem veram possessionem.*
6 *Statutum Interamnæ continuat possessionem defuncti in hæredem.*
Statutum continuans possessionem defuncti in hæredem operatur in instanti mortis defuncti, itaut non detur momentum temporis, in quo possessio sit vacas, ibid.
7 *Colonorum expulsio non requiritur, quando capitur possessio authoritate Iudicis.*

8 Qui-

8 *Quinimò sufficit Colonorum recognitio, quando possessio est vacans.*

9 *Possessio hæreditaria, vt per Colonos quæsita dicatur, qua requirantur?*

10 *Constitutum appositum in testamento fauore hæredis absentis, ante acceptationem testamenti, & hæreditatis aditionem, possessionem in eo nō transfert, & num. 12. ubi quod aditio post captam possessionem non retrotrahitur in præiudicium eam apprehendentis.*

11 *Possessio non acquiritur absque animo acquirentis.*

13 *Medium impertinens impedit retrotractionem.*

14 *Constitutum appositum in testamento, si dubitatur de subsistentia testamenti, sicuti suspenditur illius effectus, ita suspendi debet tanquam accessorium.*

15 *Possessio capta de tempore, quo effectus constituti appositi in testamento reperitur suspensus dicitur vacans, & quæ erat apud defunctum eius morte exspirauit.*

16 *Statutum continuatiuum possessionis in hæredem non operatur in instanti mortis defuncti, quia non prodest nisi vero hæredi, & sic antequam cognoscatur de viribus testamenti, ei non suffragatur.*

17 *Et interim danda est manutentio hæredi ab intestato possidenti aliàs enim si contra testamentum nulla affertur exceptio, danda est manutentio hæredi scripto, & nu. 18.*

19 *Testamentum primum per secundum dicitur reuocatum.*

20 *Et quid si hæres scriptus in secundo testamento incapax prætendatur, an primum testamentum censeatur per secundum reuocatum etiam quoad hæredis institutionem?*

21 *Exceptio Iuris tertij exclusiua iuris agentis allegari potest à possessore, cum dicta exceptio Ius proprium includat, & tendat ad suam possessionem tuendam.*

22 *Iudex nullitèr, & iniustè procedens non priuat possessorem sua possessione, nisi habuerit se pro spoliato.*

23 *Et iniustè Iudicē processisse probatur eo ipso quod Signatura Iustitiæ ab illius decreto causam commisit cum clausula,* cum facultate manutenendi quem de iure.

DECISIO DXXXIII.

IOSEPHI Rosati possessionem vti anteriorem manutenibilem esse in concursu posterioris possessionis Patrum Carmelitarū Sancti Valentini decisum fuit sub die 28. Iunij 1651. coram me, eamdemq; decisionem hodie reuocatam ad trutinam, Domini confirmarunt.

Ocularitèr enim apparet ex processu originali, quod Rosatus possessionem cæpit de mense Iunij, Patres verò Carmelitæ de mense Iulij subsequentis, quicquid dicant testes dati in Summ. Carmel. num. 4. qui fidem

1 non mererentur, † tùm quia examinati ad perpetuam rei memoriam, lite pendente, & sine partis citatione *cap. 2. de testib. l. si quando §. sed cum oportet C. eod. tit.* Tùm quia contrarium demonstrant publica instrumenta captę possessionis, † quibus potius adhibenda fides *l. Census ff. probat. gloss. in c. tertio loco verb. testium eod. tit. Roman. cons. 319. num. 1. Cassan. cons. 16. n. 1 Rot. dec. 64. num. 17. par. 1. recent.* 2

Nec obstat, quod Rosatus cęperit possessionem vigore mandati de immittēdo à Iudice relaxati cum clausula *dummodò possessio sit vacans*; vacans autem non erat siuè quia reti-

3 nebatur per Colonos † quos Rosatus non expulit, vt opus erat *Alexan. l. peregrè. §. quibus in princ. ff. acq. poss. Natt. cons. 538. nu. 10. Surd. consil. 160. num. 27. Put. decis. 2. de caus. poss. & propr.* Siue quia erat apud Carmelitas vltimi pos-

4 sessoris hæredes † tàm ministerio Colonorum iuxtà notata per *Ang. in l. qui vniuersas §. quod per Colonum ff. acq. poss. Natt. d. cons. 538. n. 7. & seqq. Afflict. dec. 167. num. 4. Barz. decis. 46. n. 12 Put. dec. 453. nu. 3. lib. 2.* tàm ex constituto ap-

5 posito in testamento † cum clausula *ex nunc prout ex tunc*, per quod transferri in hæredem veram possessionem, tradit in his terminis *Tiraquell. de Iur. const. ampl. 23. num. 1. & 2. Mar. de claus. par. 1. claus. 20. sub num. 8. vers. & hæc opinio Rot. dec. 459. num. 1. & seqq. par. 1. diuers.* tàm ex Statuto Interamne continuatiuo posses-

6 sionis in hæredem, † quod operari in instanti mortis defuncti, itaut non detur momentum in quo possessio sit vacans, & per consequens nec præualere possit possessio ab alio apprehensa antequam hæres adiret, dixit *Rot. dec. 150. n. 6. & 7. par. 7. rec.*

7 Nam expulsio Colonorum † non requiritur, quando capitur possessio authoritate Iudicis *Hond. cons. 20. num. 18. & 26. lib. 1. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 1. n. 58. & 59. Ciriac. contr. 10. num. 11. & 26. Thomat. decis. 39. num. 3. Mart. Andr. dec. 1. num. 5. add. ad se me. Greg. XV. dec. 203. num. 5. aliq; que relati à Moder. Perusino de manuten. obser. 59. num. 40.* & ex abbundanti in casu nostro, quo exaduerso supponitur Rosatum percepisse bonorū fructus adest Colo-

8 norum recognitio, † quæ sufficit quando possessio est vacans *Rot. inter impress. post dictum tract. de manuten. dec. 74. num. 4. dec. 76. num. 1. & in Fesulana bonorum 15. Ianuarij 1629. coram bo. me. Card. Vbaldo.*

Vt verò per Colonos diceretur quæsita

9 possessio hæredi tria † probanda exaduerso essent, nempè quod Coloni declarauerint se continuare possessionem nomine hæredis, quod hæres id sciuerit, & voluerit, & quod Coloni erga illum aliquem actum recognitionis fecerint *Seraph. decis. 466. nu. 2. post Bald. cons. 330. num. 6. lib. 1. Rolan. cons. 46. sub num. 37. lib. 1. Put. dec. 453. num. 6. lib. 2. in corr. aliq; que plures relati ab add. ad Buratt. dec. 732. nu. 9.*

Constitutum quia appositum in testamen-

10 to fuit fauore hæredis absentis, † non transtulit possessionem in hæredem antequam ille testamentum acceptaret, ac hæreditatem

11 adiret; nam possessio † non acquiritur absq; animo acquirentis *Tiraquell. de iur. const. lim. 30 num. 1. & seqq.* in puncto *Rot. in exaduerso alleg. decis. 459. num. 9. in fin. par. 1. diuers. & in Meleuitana Hæreditatis 17. Decembris 1646. §. quo verò coram R. P. D. meo Rojas.* Cumque aditio subsecu-

12 secuta † fuerit post captam à Rosato actua-
lem possessionem retrotrahi non potest, in
13 eius præiudicium; medium † enim imper-
tinens impedit retrotractionem, vt in specie
*Tiraquell. d. tract. limit. 30. num. 3. & 8. Castill. con-
trou. Iur. lib. 4. cap. 37. sub num. 39. vers. vsque adeo
Moder. Panorm. resol. 26. num. 6. Rot. decis. 683. n. 4.
par. 1. diuers. & in d. Meleuitana Hæreditatis §. fin.*
Et præterea virtus constituti pendet à subsi-
14 stentia testamenti, † cuius intra allegandæ
exceptiones sicut suspendunt effectum, ita
& effectum constituti illi accessorij, vt alijs
allegatis fuit dictum *in Romana, seu Esina Do-
nationis 13. Maij 1640. coram Reuerendiss. Domi-
no Terracinensi, & in Cotronen. Cappellæ 7. Iu-
nij 164. coram R.P.D. meo Meltio*: adeo quod
verum est dicere, quod possessio quo tem-
15 pore capta fuit à Rosato erat vacans; † quæ
enim fuerat apud defunctum eius morte ex-
pirauerat *l. si de eo fundo 40. §. si forte ibique Ang.
num. 1. ff. acq. poss.*

Statutum tandem continuatiuum posses-
16 sionis in hæredem; † quicquid sit an opere-
tur in instanti mortis defuncti, in quo arti-
culo negatiuam sententiam amplexa fuit
*Rot. in pluribus decisionibus allegatis in decisione,
quæ reuidetur §. neque*; Sanè quia non prodest
nisi vero hæredi, allegari non potest à Car-
melitis donec se hæredes pronunciari obti-
neant, hoc est de viribus testamenti, in quo
sunt scripti hæredes cognoscatur *Rot. dec. 513
num. 11. par. 1. recent. ex Bald. cons. 141. num. 3. &
seq. cons. 181. ad fin. lib. 1. Menoch. de adipisc. rem. 4.
num. 459. & seqq. alijque ibi allegatis*, & interim
17 danda est manutentio † Rosato possidenti
tanquam hæredi ab intestato *Seraph. dec. 810.
num. 4. Buratt. dec. 186. nu. 6. Rot. in Bononien. Ma-
nutentionis 19. Iunij 1647. §. secluso in fin. coram
me*, vbi conciliando opiniones contrarias fuit
dictum, quod datur manutentio hæredi
18 scripto † si nulla contra testamentum affer-
tur exceptio, secus si de eius viribus dubitari
contingit.

Qui est casus noster nam testatrix aliud
deinde condidit testamentum amplissimis
clausulis derogatorijs munitum, per quod
19 priùs † reuocatum censetur *§. posteriore instit.
quib. mod. testam. infirm. Bart. in l. si iure num. 3. ff.
leg. 3. Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 48. in princip.* &
quamuis hæres in secundo testamẽto scrip-
tus ob assertum homicidium viuente testa-
trice patratum incapax de tempore mortis
20 testatricis prætendatur, † adhuc remanet dis-
cutiendum, an homicidium probetur, &
an tale sit, quod homicidam incapacem red-
dat ad succedendum, ac tandem an primum
testamentum reuocetur etiam quoad hære-
dis institutionem per secundum, si hæres
in secundo scriptus ob eius incapacitatem
adire non possit, & pro affirmatiua videtur
textus expressus *in l. cum quidam ff. his quæ, vt in-
dig. & ex eo text. tradit Ceph. cons. 73. nu. 15. & 16
add. ad Clar. in §. testamentum quæst. 96.* de qui-
bus tamen opportunius erit cognoscendum
cum ad effectum manutentionis sufficiat, vt
dicebam sola dubietas.

Non obstat, quod hæc sit exceptio de iure
21 tertij, † nempè eius qui in secundo testamen-
to fuit hæres institutus, quia cum sit ipso iu-
re exclusiua intentionis Carmelitarum, in-
cludatque ius proprium Rosati; quippe qui
semoto obstaculo Statuti de continuanda
possessione antiquior possessor est, vtique
ab eo allegari potest *Surd. cons. 557. num. 9. Rot.
decis. 277. num. 3. decis. 458. num. 3. par. 1. recentior.*
quo magis ad suam possessionem tuendam
*Greg. XV. d. decis. 415. num. 4. ibique add. num. 6.
Rota in Anconitana Bonorum 4. Iulij 1644. coram
bo. mem. Manzanedo Patriarcha Hierosolymitano*;
Minus obstat, quod Rosatus capere debeat
possessionem de manu hæredis, & sint fa-
ciendæ detractiones, bonaque controuersa
exiuerint de fideicommisso per assignationẽ
ex causa dotis factam Andriæ testatrici. Quia
Rosatus nõ agit vt fideicommissarius maio-
rum, sed vt hæres ab intestato ipsius Andriæ
cuius proximior est.

Gratis tandem obijcitur, quod Rosatus
fuerit sua possessione priuatus per manuten-
tionem successiuè concessam Carmelitis ab
A. C. Nàm in eo iudicio non fuit citatus,
neque ad hunc effectum satis est reprodu-
xisse monitorium, nisi simul probetur, quod
contra Rosatum fuerit legitimè executum;
& in omnem euentum quia stante anteriori
possessione Rosati decretũ A. C. apparet no-
22 toriè iniustũ, † non priuauit Rosatum qui de
cetero se pro spoliato non habuit *Castr. con-
sil. 10. sub nu. 9. vers. quia ex quo lib. 1. Rot. dec. 139
num. 2. par. 1. recent. dec. 549. num. 3. coram fel. mem.
Greg. XV. & in Volaterana Beneficij 16. Martij
1646. §. neque coram me*; prout etiam agno-
23 uisse † videtur Signatura Iustitiæ dum ab eo
decreto causam appellationis comisit cum
clausula *cum facultate manutenendi quem de iure,
Rot. in Monopolitana Attentatorum 13. Febr. 1651
coram Eminentissimo D. Card. Corrado.*

Quæ informantes pro Carmelitis repetunt
circa attentata non percutiunt possessionem
à Rosato captam ante prætensam monitorij
executionem, nec pertinent ad præsens du-
bium conceptum super manutentione tan-
tùm.

Et ita decisum vtraque parte informante.

CRACOVIEN. ATTENTATORVM.

Veneris 29. Nouembris 1652.

A R G V M E N T V M.

Attentans tenetur pro integra purgatione at-
tentatorum reficere expensas, ac damna, &
interesse attentatum passo, quamuis non ad-
sit explicita condemnatio in decreto reuo-
cationis attentatorum, cum veniat ex natu-
ta Iudicij, & contraria quo casu procedant?
Attentans nequit in negocio principali pro-
cedere non refectis omnibus expensis, ac
damnis, & traditur hic distinctio de expen-
sis extraiudicialibus, & de iudicialibus, & in-
ter expensas iudiciales ad effectum purgatio-
nis attentatorum quęnam connumerentur?

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Attentata sufficienter purgata dicuntur ex sola cessione, & renunciatione quando aliqua positiua restitutio non requiritur.*

2 *Et talis cessio sufficit quod fiat in loco Iudicij, quãuis alibi Attentata fuerint commissa.*

3 *Attentata vt purgata dicantur tenetur attentans ad refectionem expensarum, ac damnorum, & interesse.*

4 *Ratio est quia passus attentata reponi debet in statu, quo erat ante attentata.*

5 *Amplia conclusionem quamuis explicita condemnatio ad expensas, & damna non adsit, quia refectio huiusmodi est pars integralis reuocationis attentatorum, & implicitè inest condemnatio decreto reuocationis attentatorum, & Contraria quo casu procedant? declara n.8.& 9.*

Recurrens ad Iudices laicos tenetur ad refectionem damnorum, & expensarum ex natura iudicij quãuis explicita non adsit condemnatio, ibid.

6 *Possessor in iudicio manutentionis manuteneri debet in statu, quo erat tempore mota litis.*

7 *Fructus cum sint pars integralis possessionis reus in iudicio manutentionis tenetur illos restituere, quamuis in mandato de manutenendo de illis mentio facta non sit.*

8 Put. decis.61. num.2. lib.3. *quo casu loquatur?*

9 *Condemnatio ad damna, & expensas necessaria est in sententia lata in iudicio spolij.*

10 *Iudicium reuocationis attentatorum est magis priuilegiatum, quàm iudicium spolij.*

11 *Condemnatio ad expensas, si in sententia fuit ommissa habetur pro denegata, nec potest suppleri, aut dici quod sit executio sententia lata, & traditur distinctio inter condemnationem, & taxationem expensarum.*

12 Text.in l.terminato Cod. de fruct.& lit.expens.& in l.Paulus 43.ff.de iudic. *in quibus casibus locum habeant?*

13 *Verba* sententiæ, siuè decreti *interpretationem etiam extensiuam recipiunt à Iuris dispositione.*

14 *Attentans nequit ad vlteriora in negotio principali procedere non purgatis sufficientèr attentatis mediante refectione expensarum damnorum, & interesse.*

15 *Cum hac distinctione, quod aut agitur de damnis, & expensis extraiudicialibus, & tunc si de illis saltim extraiudicialitèr constet, quia attentans est certus, si vult ad vlteriora procedere tenetur liquidare, vel obtinere commissionem præfixionis termini aduersario ad liquidandum.*

Et nisi constet in genere facto deposito vnius Iulij, cum oblatione soluendi residuum facta liquidatione non retardatur processus ad vlteriora.

16 *Aut agitur de expensis iudicialibus factis in loco purgationis attentatorum, & quia statim per attentantem certificari possunt ex reuolutione actorum necessaria est integralis refectio, nec suffragatur depositum vnius Iulij cum oblatione soluendi residuum.*

17 *Et in hac materia Rota seruat doctrinam* Bald.in cap. conquerente de restit.spoliat. *requirens omnimodam restitutionem vsque ad vltimum quadrantem, non autem* decis.Mohedani 311. *firmantem posse attentantem procedere in negocio principali facto deposito.*

18 *Inter expensas iudiciales ad effectum purgationis attentatorum numerantur nedum quæ viuæ, & processales vocantur, sed etiam facta pro salario Procuratorum, Aduocatorum, Copistarum, & similium.*

19 *Expensæ iudiciales facilè liquidari possunt, nec attenditur liquidatio rigorosa, sed stante illarum verisimilitudine quauis possibilis probatio admittitur.*

20 *Expensæ superfluæ refici non debent.*

DECISIO DXXXIV.

LICET in omnibus decreto Rotali reuocatorio attentatorum contra se lato Matthias Alexander Rector Ecclesiæ Sanctę Catherinæ consenserit amplissimè, & pro reuocatis haberi voluerit quæcumq; ibi re-
1 uocantur,† quod vbi positiua aliqua restitutio non requiritur satis esse solet pro purgatione attentatorum *Rot.apud Coccin.decis.*171. *nu.*2.*dec.*371. *in princ.& inter recent.dec.*264.*n.*1.
2 *&* 2. vbi quod sufficit id fieri † in loco iudicij quamuis alibi fuerint attentata commissa *par.*1.*recent.*

Informantes pro Abbate, & Monacis Andreouiensibus attentata passis exceperunt de non refectione expensarum, ac damnorũ,
3 & interesse † ad hunc effectum necessaria *cap.accedens il* 2.*ibique Abb.num.*5.*vt lit.non contest.Cas.de Grass.dec.*5.*n.*8.*de rest.spoliat.Caputaq. decis.*150.*num.*5.*& seqq.par.*1. *Buratt.decis.*356. *num.*4.*&* 5.*Rot.inter recent.dec.*269.*num.*1.*par.*1.
4 quia reponi debet † passus in statu, quo erat ante attentata *Dec.cons.*103.*numer.*1.*Caputaqu. decis.*33*lib.*1.*in manuscrip. Rota decis.*5. *de restit. spoliat.in nou. & in Romana Attentatorum* 14. *Ianuarij* 1650. *coram me.*

Non obstante, quod in præfato decreto ex-
5 plicita condemnatio† ad expensas ac damna non adsit cum enim ex mox allegatis refectio huiusmodi, & repositio in pristinum statum sit pars integralis reuocationis attentatorum inest ea condemnatio ipsi decreto attentata reuocari mandanti, vt in proximis terminis contra eum, qui habuit recursus ad Iudices laicos fuit dictum *in Calagurit. quarti beneficij S. Ioannis de Molinar.* 3. *Martij* 1651. §. *nec refert coram R.P.D. meo Cerro*, & in simili
6 quod in iudicio manutentionis†quia possessor debet manuteneri in statu quo erat tem-
7 pore motæ litis, & fructus sunt † pars integralis eius status ad illos restituendos censeatur reus condemnatus, quamuis in mandato de manutenendo de illis facta mentio non fuerit. respondit *Rot. in Calaguritana de Nauarette* 16. *Iunij* 1586. *coram bon. mem. Cardinali Blanchetto impress. apud Modern.de manut.dec.*17 *num.*2. *&* 3. *& in alijs relatis ab eodem Moderno obseru.*74.*num.*14.

Quæque in contrarium allegari possent
8 procedunt † quando damna, & interesse non sunt pars iudicij moti, sed via ordinaria petenda sunt, in quibus terminis loquitur *Put. decis.*61.

decis.61.num.2.lib.3.vt aduertit dicta decis.17.n.6. apud Modern.de manut. nullatenus autem quando ad reuocationem attentatorum † processum fuit officio Iudicis per viam priuilegiatam decreti quicquid dicendum esset si per viam sententiæ, quo casu necessariam esse cōdemnationem expressam etiam, in Iudicio spolij videtur sensisse *Cæs. de Graff.decis.5.nu.8. vers. non obstat & num.9.de rest.spoliat.* multumque interesse an vno vel altero modo pronūciatum fuerit apparet ex traditis per *Lancellot. de attent.par.3.cap.28.nu.66.& seqq.* Præter quod Iudiciū attentatorum magis esse priuilegia-
9

10 tū† quā spolij remedium voluit *Franc.Dec.& alij quos refert, & sequitur Penia dicta decis. 196. num.15.*

Atque hinc non aplicantur *text. in l. terminato C.fruct.& lit.expens. in l.Paulus 41.ff.re Iud.*
11 ex quibus habemus † quod condemnatio ad expensas si in sententia fuerit omissa habetur pro denegata, nec potest supleri aut dici quod sit executio sententiæ latę, vt distinguēdo inter condemnationē ad expensas, & earū taxationem monuit *add.ad decisionem primam vt lit.pendente in nou.nu.4.Rot. in Romana expensarum 26.Maij 1614.coram Patriarcha Manzanedo.* Quia
12 locum habent † in alijs Iudicijs quæ expeditam condemnationem requirunt, & in quibus illam decretum implicite non continet ex natura Iudicij moti, & iuris dispositio-
13 ne † à qua semper verba decreti interpetrationem etiam extensiuam recipiunt *l. herennius ff. euict.l.miles §.decem ff.re Iud.Aym.cons.74. num.9.Rot.decis.176.num.3.& 4. coram san. mem. Gregor.XV.decis.319.num.10.par.1. recent.*

Nisi igitur Matthias refecerit expēsas damna, & interesse non dicitur purgasse satis at-
14 tentata, † & per consequens ad vlteriora in negocio principali procedere non potest *cap. non solum infrà de appell. in 6. Caputaqu. decis.33. in manuscr.Put.decis.51.lib.3.Rot.decis.15.de appellat. in nou. & in Panormitana Archidiaconatus 16. Octobris 1559. coram Penia inter eius impressas dec. 196.num.2. & seqq.*

15 Cum hac tamen distinctione quod † aut agitur de damnis, & expensis extraiudicialibus, & tunc si de illis saltem in genere constet, quia attentans aliquo modo est certus si vult ad vlteriora procedere tenetur liquidare siue saltem obtinere commissionem in qua præfigatur terminus aduersario ad liquidandum nisi autem saltem in genere constet facto ab attentante deposito vnius Iulij cum oblatione soluendi residuum secuta liquidatione, non retardatur processus ad vlteriora, vt benè explicat *add.ad san.memor. Gregor.XV. decis.506.sub num.6.& secuta est Rot. in Ciuitatis Castellanæ attentatorū 5.Maij 1649.corā Reuerēdiss. D. meo Dunozet Decano, & in Verulana bonorum 5. Iulii eiusd. anni coram eodem §. fin.* Idemque procedit de expensis iudicialibus in patribus factis de quibus adhuc non constat. Aut ve-
16 rò agitur de expensis iudicialibus † factis in loco purgationis attentatorum, & quia statim per attentantem certificari possunt ex reuolutione actorum ideòque pro certis habentur

necessaria prorsus est integralis eorum refectio nihil suffragante deposito vnius Iulij cū oblatione mox dicta, sic *add.ad Gregor.XV. dicta decis.503.num.6.in fin.vers.quæ opinio Caputaq. decis.150.num.7.par.1.Rot.dicta decis.503.sub n.1. vers.vel expensarum iudicialium, & in Auenionen. attent.14. Febr.1650.§.defecit coram R.P.D.meo Celso*, vbi quod Rota semper secuta est doctrinam *Baldi in cap.conquerente num.6. de restit.*
17 *spoliat.* † qui requirit omnimodam restitutionem vsque ad vltimum quadrantem; Et iuxtà hanc distinctionē *intelligenda est dec. Coccini 371.num.4.* & supra allegata *decis.146. Pen. num.16.vbi dicitur*, quod in Rota non seruatur *decis.Mohedani 311.* firmans posse attentantem procedere in negocio principali facto deposito.

18 Inter expensas autem Iudiciales† numerantur adhunc effectum ne dum quæ viuæ seu processales vocantur sed etiam factæ pro salario Procuratorum, Aduocatorum, Copistarum tàm in Rota quàm in Signatura Iustitiæ; & pro honorario Iudicis quippe quæ
19 Iudicium respiciunt, † & facile liquidari possunt ex receptis prædictarum personarum, cum in hac liquidatione non rigorosa sed stāte earum verisimilitudine quæuis possibilis probatio admittatur vt per *Feder.cons.119.n.4. Rot.decis.744.nu.14.par.4.tom.3.recent. & in aliis quas in punct.refert, & sequitur decisio, & Romana vineæ 9.Decembris 1648.§.pen.& 8.Iulii 1649. §. iustificatum coram R.P.D.meo Rojas, & in dicta Auenionen. attentatorum coram R.P.D. meo Celso.*

Animaduertendo simul an expensæ huiusmodi fuerint meræ voluntariæ puta quia so-
20 litum excedant nec ne nam superfluæ † reffici non debent *Immol.in cap.finem litibus n.13. de dol. & contum Asin.in praxi §.32.cap.3.num.6. & cap.4.num.4.Carauit.super ritu 118.magnæ Curiæ Vicariæ num.3.& in punct.Rot. in Bonon. fideic. de Vizanis 4.Maii 1643.§.fin.coram me, & in dicta Auenionen.attentatorum §. fin. coram R. P. D. meo Celso.*

Et ità decisum vtraque parte informante.

CALAGVRITANA BENEFICII.

Lunæ 2. Decembris 1652.

ARGVMENTVM.

Qualitates inter oppositores, quandò sūnt pares, tunc prælatio debita est ei, qui pauper est, & nullum possidet beneficium. Valor beneficii ad effectum videndi, an quis congruè sustentare se valeat probatur ex Testibus, ac alijs adminiculis, nec est probandum decennium, sed sufficit probatio per duos annos ante, & duos post; Onera voluntaria valorem non minuunt.

SVMMARIVM.

1 *Prælatio in concursu pro assecutione beneficij debita est ei, qui bonis moribus pollet, & est sacerdos à multo tempore, ac curam animarum exercuit in Ecclesia, vbi situm est beneficium.*

2 *Paupertas plurimum attenditur pro obtinẽda prælatione, licet inter oppositores reliquæ qualitates sint pares.*

Prælatio debita est non possidenti beneficium illud possidenti quod est sufficiens ad congruam substentationem, ibid.

3 *Valor beneficij probatur ex Testibus alijsque adminiculis.*

4 *Valor probatur ex Testibus rationem reddentibus sui dicti, quod sunt vicini.*

5 *Valor ad effectum videndi, an quis ex illo congruè substentari se valeat, non requiritur decennium, sed sufficit probatio valoris per duos annos ante, & duos post.*

6 *Testes examinati lite pendente, & absque citatione partis fidem non faciunt.*

7 *Valor verus ex locationibus non desumitur, cum experientia doceat locationes fieri pro mercede verum redditum non attingente vt sit locus conductoris lucro.*

8 *Testes de certa scientia deponentes ac melius informati præferuntur alijs de auditu deponentibus.*

9 *Testes si sunt contestes ac deponentes assertiuè de maiori summa præferuntur testibus deponentibus de minori.*

10 *Valor non minuitur ex oneribus voluntarijs secus verò necessarijs, & num. 11.*

12 *Dispensatio obtenta quando erronea detegitur, & continet conditionem dummodo preces veritati nitantur nihil operatur.*

13 *In adiudicatione Beneficij præferri debet is qui nulla dispensatione indiget.*

14 *Dispensationis indigentia seu possessio alterius beneficij non nocet nisi quando qualitates aduersarij aut præcellunt, aut sunt pares Intellige vt num. 15.*

16 *Dignior reputatur in adiudicatione beneficij inter oppositores qui vltra qualitates pares pauper est, & in curia præsens.*

17 *Baccalaureatus gradus non probatur ex testibus de auditu deponentibus dicta qualitate Aduersarium visum fuisse in subscriptionibus, vnde non resultat probatio ad effectum prælationis pro assecutione beneficij in præiudicium tertij.*

18 *Priuilegium Baccalaureatus quando agitur de præiudicio tertij debet exhiberi, vel producendi sunt Testes qui actui interfuerunt.*

19 *Baccalaureatus probatio desumpta ex enunciatiuis offuscatur, & turbida redditur ex depositione vnius testis in contrarium.*

DECISIO DXXXV.

ELiminatis oppositionibus Antonij Gualitæ, & Michaelis Gurreæ renouata hodie fuit quæstio prælationis inter Ioannem Gonzales, & Stephanum Palatio dumtaxat vtroque decisionem sibi fauorabilem allegante, sed posterior pro Stephano confirmanda visa est, quia ille doctrina ac bonis mori-
1 bus pollet, † est à multo tempore sacerdos, & curam animarum in Ecclesia beneficio controuerso vnita exercuit vt latius dicta vltima decisio probat.

Et licet eædem ferme qualitates fulgeant in Ioanne, qui vltro ætate; Sacerdotio, & in exercitio curæ animarum antiquior est, Stephanum tamen præferri suadet summa eius
2 paupertas † in concursu Ioannis possidentis aliud beneficium quod testes, deponunt esse idoneum congruæ substentationi *gloss. in cap. dudum verb. intitulatum in fin. de elect. & in cap. super inordinata verb. beneficiati de præben. Morot. cons. 33. num. 17. Rot. in Calaguritana Beneficij de Ziego 6. Febr. 1651. §. maiorum autem vers. tùm denique coram R.P.D. meo Verospio, & in Calaguritana Beneficij de Murillo 28. Iunij proximè preteriti §. fin. coram R.P.D. meo Rojas.*

Vt constat ex ipsiusmet Ioannis confessione data in Summario Stephani num 1. iuncta tùm fide Secretarij Capituli Ecclesiæ de Autol,
3 tùm testibus formiter examinatis† deponentibus beneficium quod in dicta Ecclesia de Autol Ioannes possidet esse annui valoris scu. 300. dicto Summario num. 3. & 4. quorum testium signanter duo, nempè quartus, & quintus super secundo pro ratione sui dicti
4 afferunt † se esse vicinos quam rationem validam esse tradit *Bart. in l. 1. num. 15. & seqq. ff. si cert. pet. Felin. in cap. cum causam 37. num. 5. vers. 3. declara de testibus Menoch. præsumpt. 24. numer. 11. & 13. lib. 6. Farin. de testibus. quæst. 70. numer. 164. & seqq.* cumque agatur de probatione valo-
5 ris † ad effectum videndi an ex illo Ioannes substentari valeat nõ requiritur decennium sed sufficit probasse valorem per duos annos ante, & annum post ex allegatis per *add. ad Buratt. decis. 538. num. 22. circa fin.*

Neque vrgent testes pro Ioanne deducti
6 tùm quia examinati fuerunt pendente lite, † & sine partis citatione atque ideò fidem non faciunt, *cap. 2. de testibus l. si quando Cod. eod. tit. Rot. decis. 578. nu. 6. par. 4. tom. 3. recent.* tùm quia
7 valorem desumunt ex assertis locationibus † quæ cum plures sunt probant quidem affirmatiuè valoris ascensum ad quantitatẽ pro qua bona locata pluries fuerunt, sed non excludunt maiorẽ redditum à testibus Stephani vt supra probatum, cum praxis quotidie doceat locationes fieri pro mercede verum redditum non attingente vt sit locus conductoris lucro, sine quo qui conduceret non reperiretur. Tùm tertio quia melioris fidei sunt
8 testes Stephani† melius informati ac de certa scientia deponentes quam Ioannis de auditu *Rot. decis. 182. num. 10. decis. 277. num. 2. decis. 305. num. 8. decis. 459. num. 4. par. 1. recent.* quodque
9 testes contestes deponentes † assertiuè de maiori summa præferantur testibus deponentibus de minori dixit *Rot. penès Ces. de Graff dec. 10. num. 7. de testib. & inter recent. decis. 315. nu. 7. par. 1.*

Tùm tandẽ quia ipsi testes Ioannis admittunt redditum in maiori summa sed illum ad regalia 1700. restringunt demptis oneribus, inter quæ referuntur annua scuta centum pro salario cappellani quod cum sit mere volun-
10 tarium † quippe Ioannes potest per se ipsum inseruire, recenseri non debet inter onera valorem minuentia *Garz. in addit. ad tract. de benefic. par. 5. capit. 3. numer. 169. add. ad san. mem. Gregor. XV. decis. 245. sub numer. 12. vers. hinc est Rot. decis. 158. sub num. 19. vers. non obstant onera*

par.

par. 1. recent. decis. 418. num. 6. coram bon. mem. Buratt. decis. 808. num. 8. coram bon mem. Merlino, & in Casertana Pensionis 31. Martij 1645. §. tertio non releuant coram me, licet secus esset si serui-
11 tium Cappellani esset necessarium † *Cassad. decis. 19. de præben. Penia decis. 136. num. 7.* Atque hinc nullius momenti est assertio modicitatis redditnum primò dicti beneficij, ob quam Episcopus dispensauit Ioannem ad hoc secundum assequendum, quia erronea ex prædictis
12 conuincitur, & dispensatio † habet implicitam conditionem dummodo præces veritati nitantur *cap. 2. de rescrip. ibique Rip num. 29. Gonz. super reg. 8. Cancell. gloss. 9. in annot. numer. 228. & seqq. alijque relati ab add. Buratt. decis. 345. num. 4.*

Quin ex hoc ipso quod Ioannes eguit dis-
13 pensatione † est ei præferendus Stephanus dispensatione non egens, vt fuit *decisum in supra citata Calaguritana Beneficij de Murillo §. fin. coram R.P.D. meo Rojas* Nec obstat quod iuxta opinionem, quam perpetuo amplexa est *Rot. in pluribus decisionibus allegatis in Calaguritana Beneficij de Auxejo 1. Iulij 1652. coram R.P.D. meo*
14 *Verospio*, indigentia dispensationis † seu possessio alterius beneficij non noceat, nisi quando qualitates aduersarij aut præcellunt, aut sunt pares.

Quia cum ex supra allegatis ipsa paupertas qualitatem præcellentem præbeat opinio Ro-
15 tæ in obiecto allata, † intelligenda est in casu quo non beneficiatus pauper alias non est, & beneficiatus longè dignior probatur. Nec verò talis probatur Ioannes cum sola maior ætas, & antiquius Sacerdotium in concursu Stephani grauis ætate diuturni Sacerdotii, exercitio curę animarum assueti nomine proprio, & absque vlla limitatione, non autem nomine coadiutoris, & limitate prout exer-
16 cuit Ioannes simulque pauperrimi † ac præsentis in Curia dignioritatem non præstet *Innoc. in cap. 1. in princ. vers. nam digniores de maior. & obed. Tiraquell. de Iureprimag. in præfat. num. 186. Rot. in Calaguritana Beneficij de Nieua 28. Aprilis 1651. coram Eminentissimo D. Cardinali Ottbobono.*

Ad assertum Baccalaureatū Ioannis; quicquid sit an probatus releuaret, placuit responsio præcedentis decisionis quod scilicet non
17 probatur † ex iuribus tunc adductis. Nec releuant testes nuper in idem examinati, quia plerisque deponunt de auditu quodque Ioannes hac qualitate vtebatur in subscriptionibus vnde non resultat dictæ qualitatis probatio ad effectum prælationis in præiudicium Stephani esto quod resultaret nisi ageretur de præiudicio alterius vt benè distinguit *Castr. in l. si solemnibus num. 3. Cod. fid. Instr.* quem conciliando contrarias opiniones refert, & sequitur *Mascard. de probat. concl. 527. num. 8. & 9. ex tex. in cap. cum personæ de priuileg. in 6. facit decis. 697. num. 16. & 17. par. 4. tom. 3. recent. & alia in Bononien. Beneficiorum 24. Maii 1647. §. penult. in fin. coram me*, ità vt in præiudicium tertij ne-
18 cessaria sit exhibitio priuilegij † quod desuper expediri solet, aut testes qui actui interfuerint; eo magis quia datur in contrarium
19 depositio vnius testis † quæ probationem Ioannis offuscat ac irreleuantem reddit ad coadiuuandas enunciatiuas alias ponderatas, vt per *Buratt. dec. 156. num. 9. Rot. in Parmen. Pensionis 23. Martii 1640. §. fin. coram me, & in Augustana Decimarum 19. Nouembris 1635. coram Eminentissimo D. Cardinali Macchiauello.*

Et ità decisum vtraque parte informante.

MELEVITANA BONORVM, seu Pecuniaria.

Mercurij 9. Decembris 1652.

ARGVMENTVM.

Fructus bonorum fideicommissi liberè spectat ad hæredem grauatum donec ipse viuit, ac proinde cadunt sub hypotheca creditorum ipsius grauati, ac pro illorum consecutione possunt creditores agere vtili actione nedum contra ipsum grauatum, sed etiam contra debitorem ipsius grauati occasione dd. fructuum.

SVMMARIVM.

1 *Admissio ad causam vt locum habeat sufficit, quod de interesse tertij aliqualiter appareat.*
2 *Fructus bonorum fideicommissi non cadunt sub fideicommisso, sed liberè ad hæredem grauatum spectant donec ipse viuit.*
3 *Et tales fructus sunt hypothecati ad fauorem creditorum eiusdem hæredis grauati habentium hypothecam expressam omnium iurium, & bonorum debitoris, & pro illorum consequutione agere possunt creditores, vt num. 7.*
4 *Sub hypotheca omnium iurium, & bonorum debitoris veniunt iura, & bona futura.*
5 *Item veniunt fructus fideicommissi, seu feudi ad hæredem grauatum spectantes.*
6 *Creditor liquidationi fructuum ad debitorem spectantium interuenire potest pro eius interesse.*
7 *Creditor hypothecarius rectà via agere potest vtili actione contra debitorem fructuum spectantium ad suum debitorem.*
8 *Census cessus, & promissus à cedente sub hypotheca bonorum pro bono vero, & exigibili, si deinde declaratur nullus, & simulatus per consequens ad fauorem cessionarij dicitur commissa stipulatio, & actio contra cedentem.*
9 *Prima commissio sufficit in Rota ex dispositione motus proprij Pij IV. vt procedi posset super appendicijs causæ.*
10 *Commissio admissionis ad causam munita clausulis*, quam, & quas, *cum incidentibus, & emergentibus porrigitur etiam ad liquidationem fructuum vti de appendicijs causæ.*
11 *Præsertim quando fructus, quorum liquidatio petitur sunt pars integralis litis principaliter motæ.*

DECISIO DXXXVI.

COEPIT originaliter iudiciū adhuc pendens inter Angelum Hieronymū Man-

ducam, & Mariam, & Barbaricam Habelam à molestijs, quibus dictæ mulieres turbari se in pacifica possessione fundi Ta Venetia asserentes recursum habuerunt ad R.P.D. Inquisitorem Apostolicum in Insula Melitæ, & ab eo reportarunt fauorabile decretum, quo per commissionem appellationis per Angelum Hironymum obtentum cum solitis amplissimis clausulis, *quam, & quas*, cū incidentibus, & toto negocio principali deuoluto ad Rotā, primo coram R.P.D. meo Peutingero deinde coram me, fuit in vtraque instantia ipsi Angelo Hieronymo concessum in possessionem dicti fundi mādatum de manutenendo, quod cum contineat etiam condemnationem fructuum à die motæ litis exaduerso perceptorum, ventum est ad eorumdem fructuum liquidationem.

Hac nondum facta, & in hoc rerum statu RR.PP. & Collegiū Iesuitarum Insulæ Melitæ impetrarunt à Signatura Iustitiæ commissionem admissionis ad causam cum clausula, *constito de interesse*, de quo an constet hodie dubitatum fuit, & affirmatiuè respon-
1 sum, quia ad hunc effectum † sufficit, quod de interesse aliqualiter appareat, *Innoc. in cap. veniens il secondo verb. incontinenti de testib. Felin. in cap. cum super num. 16. de senten. & re iud. Bisign. dec. 1. de rescrip. Cocc. dec. 47. nu. 19. cum alijs alleg. in Romana cambij 23. Martij 1650. coram R.P.D. meo Rojas.*

Apparet autem, & quidem euidenter de interesse Collegij, non respectu fundi subiecti fideicommisso Io: Pauli Manduce cum se ad illud vocatum Collegium non prætendat neque illud neget, sed respectu fructuum ex eo fundo perceptorum, & Angelo Hieronymo hæredi grauato restituendorum, qui cum non
2 cadant sub fideicommisso, † sed ad hæredem grauatum liberè spectent donec ipse viuit *Peregr. de fideic. art. 49. num. 20. Fusar. de substit. quæst. 1626. num. 16. Vinc. de Franch. dec. 11. num. 7. Surd. decis. 25. num. 1. & seqq. Rot. in Romana, seu Maceraten. dotis 27. Martij 1620. §. responsum coram bon. mem. Pirouano.*

Sunt hypothecati ad fauorem creditorum
3 eiusdem † hæredis grauati habentium hypothecam expressam omnium iurium, & bo-
4 norum debitoris, sub qua veniunt † etiam iura, & bona futura *l. fin. Cod. quæ res pignor. oblig. poss. poss. Bald. in l. vbi adhuc in fin. Cod. iur. dot. & in l. hac æditali §. his illud n. 15. Cod. secund. nupt. Neguz. de communi tract. de pignor. 4. memb. 2. par. princ. num. 165. Surd. cons. 4. num. 22. Rot. dec. 294. num. 2. par. 1. rec.* & magis in terminis, quod veniant
5 fructus fideicommissi, † seu feudi ad hæredem grauatum spectantes *Grat. cons. 54. nu. 14. lib. 1. Coccin. dec. 56. num. 8.*

Vt propterea valdè intersit creditorum as-
6 sistere † liquidationi dictorum fructuum nè per collusionem, aut negligentiam debitoris in probanda eorum quantitate fiat iusto minor, aut ijdem fructus perueniant ad manus debitoris in præiudicium creditorum, qui vl-
7 terius vigore præfatæ hypothecæ † possunt recta via agere vtili actione contra supra memoratas mulieres sui debitoris debitricis fructuum prædictorum *l. nomen, & ibi gloss. verb. vtilibus Bart. num. 4. Salyc. num. 3. Cod. quæ res pign. obligar. poss. Bald. cons. 25. numer. 4. & 5. lib. 1. Surd. cons. 4. num. 23. Rot. dec. 681. num. 9. vers. quare comprobat par. 1. recen. dec. 913. num. 2. coram bon. mem. Buratto, & in Panormit. pensionis 24. Martij 1642. §. nam quod coram Reuerendiss. Domino meo Dunozetto Decano.*

Esse autem PP. Iesuitas creditores Angeli Hieronymi hæredis grauati probatur ex quo ipsis ille cessit cēsum annuum vnciarum decem alias ad fauorē Io: Pauli sui authoris per Ferdinandum, & Pernam de Gueuara impositum, & promisit sub hypotheca omnium
8 bonorum præsentium, & futurorum † censum facere verum, bonum, & exigibilem, nec verò fecit, quin per duas sentētias census fuit declaratus nullus, & simulatus, vt in Summario Collegij *num. 3.* & per consequens ad fauorem cessionarij commissa fuit stipulatio, & orta actio contra cedentem, *l. euicta l. si cum venditor §. si is qui ff. euict. Grat. decis. Mar. 13. numer. 37. & 38. Magon dec. Florent. 39. nu. 3. Merlin. decis. 639. num. 5. & seq. & fuit dictum in Bononien. census 10. Ianuarij 1639. §. quamuis coram recol. memoria Coccino tunc Sacræ Rotæ Decano.*

Non obstat, quod commissio admissionis ad causam, cuius vigore agitur non loquatur de liquidatione fructuum, sed de causa fideicommissi, quia liquidatio fructuum est de appendicijs causæ fideicommissi, & manutentionis originaliter in partibus, vt suprà intentatæ, & in Rota decretæ, neque constituit iudiciū separatum, aut ad eam separatā com-
9 missione proceditur, sed vigore primæ, † quæ ex dispositione motus proprij Pij IV. sufficit Rotæ ad effectum prosequendi fructuum liquidationem, & mandati de manutenendo executionem; cumque munita sit clausulis,
10 *quam, & quas*, † & cum incidentibus, ac emergentibus, dubitari non potest quin porrigatur etiam ad liquidationem fructuum incidentem, & emergentem pro executione decreti manutentionis ad tradita per *Egyd. decis. 618. Cassad. dec. 9. num. 13. de caus. poss. & prop. Rot. dec. 342. num. 2. par. 1. recen. & in Calaritana Attentatorum 28. Aprilis 1651. coram me*; tanto magis,
11 quia fructus huiusmodi † sunt pars integralis litis originaliter motæ super manutentione *Rot. dec. 17. num. 2. & 3. inter impress. apud Modern. Perusinum de manuten. & in Cracouien. Attentatorum 29. Nouembris prox. præt. §. non obstante vers. Et in simili coram me.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

MELEVITANA AFFICTVS.

Lunæ 9. Decembris 1652.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac decisione, an pactum appositum in instrumento, quod fiat executio in persona, & bonis stet independenter à forma ritus

ante

ante expressa, & an vigore Statuti Melitæ sub Rubric. *del Conseglio de' Giudici tit.* 7. procedi possit executiuè, & quoad primam partem refertur suffragiorum discrepantia, quo verò ad secundam resoluitur affirmatiuè.

SVMMARIVM.

1 *Executiuè procedi potest stante obligatione in forma ritus, quæ in ventre executionem præsefert.*

2 *Pactum in Instrumento appositum, quod fiat executio in persona, & bonis adiectum immediatè post formam ritus non stat independenter, quamuis adsit copula, et, quæ non stat ampliatiuè, sed expositiuè, nec nouam dispositionem inducit Contra numer.* 6. *& 7. & seqq. vbi ponderatur discrepantia inter ritum, & pactum.*

Dictio, et, inter duo eundem effectum importantia non stat ampliatiuè, sed expositiuè, nec inducit nouam dispositionem, ibidem.

3 *Nec etiam capitulum separatum constituit.*

4 *Dictio, et, repetit ad præcedentia quæ in proximis sequentibus adijciuntur.*

5 *Oratio vnica, & continuata dicitur quando ab vnico verbo omnia verba reguntur.*

6 *Dictio, et, est ampliatiua.*

7 *Et ponitur inter diuersa.*

8 *Pactum in instrumento appositum, quod fiat executio in persona, & bonis continet prohibitionem nè debitor possit opponere exceptiones infra quindenam.*

9 *Obligatus in forma ritus potest infra quindenã suas exceptiones opponere.*

10 *Pactum quod fiat executio in persona, & bonis adiectum post formam ritus censetur stare independenter, & de per se si continet nouam dispositionem diuersam à ritu.*

Dispositio dicitur noua quoties aliquid additur, quod non continetur in antiqua ibidem.

11 *Statutum Melitæ sub rubric.* del Conseglio de' Giudici tit.7. *cum sit confirmatum à Sede Apostolica viam executiuam instrumentis tribui posse ambigendum non est.*

12 *Viam executiuam esse à statuto tributam ex quibus verbis eiusdem statuti resultet? & n.*16.

13 *Via executiua tributa dicitur à statuto quoties remittitur illius vigore ordo iudiciarius à iure ciuili inductus, amplia n.*15.

14 *Princeps potestatem habet procedendi executiuè non seruato ordine iudiciario.*

17 *Statutum Melitæ sub rubric.* del Conseglio de Giudici tit.7. *loquens de causis inter Fratres Religionis Hierosolymitanæ nõ suffragatur alijs personis.*

18 *Comprehendit tamen Fratres Cappellanos, qui veniunt appellatione Fratrum ex dispositione stabilimentorum Religionis.*

19 *Repetitio soluti non datur non constito de solutione.*

20 *Responsiones affictus debita ærario Religionis Hierosolymitanæ ei solui debent.*

DECISIO DXXXVII.

CONSVLVI hodie Dominos, vt pollicetur alia decisio edita in hac causa sub die prima Iulij prox. præt. an pactum appositum in instrumẽto, cuius vigore Eques Pontremolus agit contra Equitẽ Sonnembergh, quod fiat executio in persona, & bonis stet independenter, nec ne à forma ritus immediatè ante expressa, & an executiuè potuerit procedi in vim statuti Melitæ sub rubr. *del Conseglio de Giudici tit.7.*

Quo ad primum non conuenere suffragia negantibus aliquibus independentiam attentis verbis instrumenti ibi, *& fiat ritus, & executio in persona, & bonis*, quæ demonstrare videntur consensum in executionem contra personam, & bona stare consecutiuè, & de-

1 pendenter à forma ritus, † quæ cum in ventre eamdem executionem præseferat, vt legitur *in ritu* 166. *relato à Crauit. super ritib. magnæ Curiæ fol.*82. *Sanfelic.dec.*365.*num.*1. Specifica illius expressio per intermediam copulam, *et*,

2 non constituit† nouam conuentionem à ritu separatam, quia copula inter duo eumdem effectum importantia non stat ampliatiuè, sed expositiuè, nec inducit nouam dispositionem *Calder.cons.*2.*de verb. signif. Rip. in cap.*2.*num.*52. *de rescript.Surd.cons.*315.*num.*18.*Buratt.dec.*389.

3 *num.*5. aut capitulum † separatum *Bart. in l.*1. *num.*2. *ff.iustit.& iur. Buratt.dec.*161.*num.*11. vbi

4 quod repetit ad præcedentia † quæ in proximis sequentibus adijciuntur *dec.*297. *num.*11. *&* 12. *ibique add.num.*16. præsertim quia consensus in ritum, & in executionem pendet ab eodem verbo *fiat*, vnde dependentiam, & con-

5 tinuationem eiusdem† orationis resultare docet *Bart.in l.item quod §.vnde idem n.*1. *ff. hæred. institut. Bald. cons.*362. *paulo post med.vers. et duo verba lib.*1.*Curt.iun.cons.*259.*num.*4. *aliique relati à Moder. Lucano cons.*54. *num.*59.

Affirmantibus alijs, quia nedum inter cõsensum in ritum, ac pactum executiuum in

6 persona, & bonis adest copula, *et*, quæ † regulariter ampliatiua est *Bart. in l.ea tamen adiectio in princ. ff.leg.*3.*Ayn.cons.*9.*nu.*25.*Ruin.cons.*133. *num.*3.*lib.*1.*Paris.cons.*7.*num.*31.*lib.*3. *Cæph.cons.*245.*num.*64.*Surd.cons.*200.*num.*16. *& decis.*319.

7 *num.*7. ac inter diuersa ponitur *Surd. cons.*475. *num.*28.*Peregr.cons.*36.*nu.*8.*lib.*1. *Rot.apud Paris. de Saluian.dec.*97.*num.*3.

Sed vltrò pactum executiuum plus conti-

8 net, quam ritus; † continet nimirum prohibitionem nè debitor possit se opponere, excipere, defendere, quin prius soluat, & adimpleat, quæ prohibitio efficit nè debitor possit infra quindenam opponere suas exceptio-

9 nes, quamuis id ritus † permitteret, vt benè declarat *Ioseph. Cumia super ritib. magnæ Curiæ Reg.Sicil.cap.*17.*num.*27.*&* 2. *seqq. fol.*89. *Carauit. super ritib.magnæ Curiæ Vicariæ Regni Neapolitani rit.*166.*num.*25.*Muta super consuetud.Panor. cap.*67.*num.*15.*vers.quia alias num.*16. *&* 2. *seqq. Anton.de Amat.var. resol.tom.*1. *resol.*46. *sub n.*9. *circa fin.vers. sed propter pactum*, saltem ergo ratione huius prohibitionis, ac nouæ qualitatis

10 non contentæ in ritu † ab eo pactum executiuum independens, ac noua dispositio censeri debet iuxta theoricam, quam ex text. in

Pars Secunda. Aa 3 *l.ius*

l. ius ciuile ff. inst. & iur. l. si vnus §. pactus versic. quod si non in totum ff. pact. tradit Socc. cons. 87. sub num. 9. lib. 4. Paris. cons. 43. sub nu. 11. lib. 1. & amplexa est Rota dec. 30. num. 2. coram san. mem. Gregor. XV. dec. 435. num. 10. vers. quia per interuentum par. 1. recent. & in proximis terminis Bart. in l. scio, §. Caio num. 2. ff. fund. instr. Quo magis, quia alioquin illud esset superfluum, vt ad propositum ponderat *Fusar. cons. 93. sub n. 27.*

Conuenientia tamen fuerũt suffragia quo ad Statutum Melitæ, à quo cum sit confir-
11 matum à Sede Apostolica † viam executiuã instrumentis tribui posse dubitandum non est, *Abb. in cap. 1. num. 16. de libelli oblat. cum alijs alleg. à Colerio de process. execut. par. 1. cap. 3. n. 49. Grat. discept. 444. n. 32. & seqq.* & esse tributam
12 apertissimè † demonstrant illius verba ibi, *Nelle cause che nascono tra nostri fratelli si proceda sommariamente, e senza alcuna figura di giuditio à parola solamente*, importantibus remissionem
13 ordinis iudiciarij † à iure ciuili inducti, & po-
14 testatem procedendi, † vt ipse Princeps procederet, *Abb. in cap. 1. sub num. 15. de libell. oblat. Barbos. claus. 176. num. 12.* relatus à *Moderno Neapolitano in praxi iudiciaria sect. 1. num. 5. Muta de consuet. Panor. cap. 67. num. 13. & seqq. vbi signanter*
15 *nu. 15. in fin.* hoc ampliat † quando vt in casu nostro adest in instrumento pactum de non opponendo *Rot. dec. 446. sub num. 1. par. 2. recen. decis. 170. num. 4. & 5. inter impress. apud Zacch. de*
16 *obligat. Camer.* Fortius iunctis † subsequentibus verbis ibi, *Non si scriuino atti alcuni delle cause, ma le parti stesse con propria voce dichino, & alleghino le loro raggioni sopra le nude parole à detto, e non à scrittura*, vt in prox. terminis ponderat *Grat. dec. March. 68. n. 21.*

Nec obstat, quod statutum cum loquatur
17 de causis inter † Fratres Religionis Hierosolymitanę non suffragetur alijs personis, vt per *Mut. super consuetud. Panormi in Commento noua declarationis post cap. 28. sub num. 56. vers. quo verò* quia hic agitur inter Fratres imò, & Commendatarios eiusdẽ Religionis, & licèt actor
18 sit Frater Cappellanus † dubium nõ est quin ad effectum de quo agitur veniat appellatione Fratris, vt litteraliter disponunt *stabilimenta Religionis sub rubr. de diuisione Graduum, & sub rubr. de recept. Fratrum, & in alia rubric. de verb. signif. cap. 1.*

Censuerunt itaque Domini exequendum esse mandatum ad instantiam Equitis Pontremoli relaxatum cõtra Equitẽ Somnembergh pro scutis 500. ex causa affictuum decursorũ confirmantes de cętero secũdam partem primæ decisionis quæ eidem mandato executionem denegat quo ad alia sc. 267. pro responsionibus debitis communi ærario Religionis, quia Religio non est in causa neque Somnembergh promisit soluere Pontremulo responsiones ærarij, sed affictus Francos à responsionibus; nihilque refert, quod in libris ærarij Pontremulus legatur creatus debitor dictorum responsionum, quia dum eas cum
19 effectu non soluit repetere † non potest à Somnembergh, vt posset si soluisset ex *alleg. à Burgio inter tract. diuers. de Laudem. insp. 26. num. fol. 209.* qui Somnembergh ex promissione
20 affictus Franchi à responsionibus illas † non Pontremulo, sed ærario debet, vt per *Velasc. consult. 70. n. 12. vbi allegat concord.*

Et ita decisum vna tantũ parte informante quinquies tamen interpellato aduersario.

MELEVITANA FEVDI.

Merc. 11. Decembris 1652.

ARGVMENTVM.

Concessionem fuisse feudalem probatur pluribus coniecturis in decisione ponderatis, non obstantibus verbis eiusdem concessionis, quæ contrarium suadere videntur.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum sine læsione non datur.*
Læsio excluditur stante validitate, & iustitia sententia ibid.
2 *Validitas sententiæ resultat ex resolutione processus.*
3 *Concessionem fuisse feudalem plenè iustificatur ex pluribus coniecturis adductis in decisionibus causa, & num. 4.*
Quæ quidem coniecturæ approbantur à DD. in dd. decisionibus allegatis num. 5.
6 *Coniecturæ non sunt accipiendæ diuisim, sed coaceruatim, itaut vna alteram coadiuuet.*
7 *Amplia præsertim quando versamur in antiquis.*
8 *Clausula in concessione adiecta, ibi,* quocumque Iure titulo, siue causa nobis pertineat, & cum omnibus suis Iuribus rationibus, & proprietatibus *non operantur quin concessio non sit feudalis.*
9 *Clausula* quocumque Iure titulo &c. *refertur ad concedentem ne concessio ad aliquem expluribus titulis ei competentibus restricta ob insubsistentiam tituli expressi posset impugnari.*
10 *Item verbum* proprietatibus *non importat translationem directi dominii, quando constat ex coniecturis de illius retentione penès concedentem.*
11 *Significat tamen res ipsas in concessione comprehensas, & quicquid illarum proprium est, quod formaliter differt ab ipso dominio.*
12 *Item dictum verbum* proprietatibus *declarationem recipit secundum subiectam materiam.*
13 *Item si post dictũ verbum* proprietatibus *adsunt in concessione alia verba* redditibus prouentibus ædificijs aquæductis, & molendinis *ex quibus, iunctis aliis coniecturis concessio feudalis dignoscitur.*
14 *Verba enim* redditibus prouentibus &c. *singulas res non earum directum dominium significant, Itâ verbum* proprietatibus *in eodem casu contextualiter in ablatiuo adiectum in eodem sensu accipiendum est.*
15 *Clausula*, gratiose concedimus, & donamus *important concessionem feudalem, quia etiam feudum, dicitur donatio non quidem vberrima, nisi per viam allodii transferatur vtile, & directum dominium.*
16 Oldrad. cons. 159. declaratur.

Ramon.

17 Ramon. conf.38. nu.85. pariter declaratur.
18 *Dictio* tamen *est modificatiua pracedentium verborum ad terminos subsequentes.*
19 *Verbum* dictum feudum *quamuis regulariter liberam facultatem disponendi importet, restringitur tamen ex verbis subsequentibus.*
20 *Concessio quod sit transitoria ad extraneos &c. si in initio disponitur in fine verò limitatur, si in vltima clausula sit mentio feudalitatis ad eam restringitur.*
21 *Coniectura vrgentiores feudalitatis in cõcursu semper praualent.*

DECISIO DXXXVIII.

SINE præiudicio trium conformium commissa mihi causa restitutionis in integrum prout de iure, dubitatum hodie fuit an constet de causis restitutionis in integrum, & negatiue responsum, quia sententiarum validitas, & iustitia excludit læsionem omnino
1 necessariam † vt restitutioni sit locus *cap. 1. & ibi Abb. num. 2. de rest. in integ. Rot. decis. 1. eod. tit. in nou. decis. 37. num. 1. par. 6. recent. & in Romana deuolut. Domus 17. Iunij 1615. coram clar. mem. Cardinali Fabritio Verospio.*
2 Validitas apparet † ex reuolutione processus continentis omnia ad hunc effectum requisita enumerata in passim *alleg. decis. 260. Caputaqu. par. 3.*

Iustitia quia concessionem Territorij de Budac de anno 1397. per tunc Regem Siciliæ factam ad fauorem Ioannis de Olena fuisse, &
3 esse feudalem † pro vt sententiæ declarant, conuincitur ex multis coniecturis adductis in decisione huius causæ *sub die 26. Maij 1651.* edita *coram R. P. D. meo Rojas* in secunda instantia, nec non in alia *sub die 21. Iunij 1652. coram R. P. D. meo Verospio*, Iudice tertiæ instantiæ,
4 nempè ex quo concessio facta fuit † tamquã de deuoluto ob rebellionem prioris feudatarij; cantat in feudum, & tale pluries in inue-
5 stitura denominatur; concepta est † pro Ioanne primò acquirente, & eius hæredibus de suo corpore legittimè descendentibus; imponit onus annuæ præstationis soluendæ Regiæ Cameræ vna cum seruitio personali; ac iuramento fidelitatis; reseruat Regiæ Cameræ minerias, Salinas, aliaque huiusmodi; ac tandem ex quo semper à successoribus territoriũ hoc tanquam feudale fuit recognitum.

Quæ coniecturę approbantur à Doctoribus
6 in dd. decisionibus allegatis, † quibus addi potest Ioseph *Ramon. plerasque enumerans cõs. 38. num. 82. & seqq. Ronit. decis. 72. num. 6. & seqq.* nec sunt diuisim accipiendæ, sed coaceruatim, vtà vt vna alteram coadiuuet, & vicissim fulciantur iuxtà *gloss. in l. 3. §. eiusdem ff. de test. lib. Roman. Krauett. Scrader. de feud. & alios quos in puncto refert, & sequitur Rot. decis. 310. numer. 48. & seqq.*
7 vbi hoc ampliatur † quando vt in casu nostro versamur in antiquis, *par. 6. recent. Ronit. dicta decis. 72. sub num. 8.*
8 Non obstat quod in concessione † adsint clausulę *quocumque iure, titulo, siue causa nobis pertineat, & cum omnibus suis iuribus ratio ibus. proprietatibus, &c.* quia prima refertur ad con-
9 cedentem † ne concessio ad aliquem ex pluribus titulis ei competentibus restricta ob insubsistentiam tituli expressi posset impugnari vel euerti vt alioquin licuisset *Isern. in cap. moribus num. 2. si de feud. defunct. milit. Camerar. in l. Imperialem fol. 56. col. 3. versic. vndecima conclusio lit. O. & fol. 90. col. 2. vers. nam videmus Io. Franc. à Ponte cons. 16. nu. 11. & seqq. cons. 131. sub n. 119. lib. 2. Camill. de Laratha cons. 5. numer. 134. aliique plures allegat. à Moderno Neapolitano controu. Iur. lib. 2. controu. 23. nu. 33. & 34. & controu. 29. nu. 45. & 46.*
10 In secunda verbum *proprietatibus* † non importat traslationem directi dominij per alia verba, & coniecturas supra ponderatas reten-
11 ti à concedente, sed significat † res ipsas cõcessione comprehensas, & quicquid illarum proprium est quod formaliter differt ab ipso dominio, vt probat *tex. in l. proprietatis C. probat. aliique allegati in prima decisione §. penult. & in secunda §. hanc quoque* addique potest id fuse explicans *Castill. de vsufr. cap. 75. num. 37. & seqq.* vbi signanter numer. 42. ponderat verbum
12 hoc † declarandum esse secundum subiectam materiam, quæ in casu nostro ex aliis pluribus feudalis dignoscitur. Eo facilius quia
13 post verbum *proprietatibus* † subditur *redditibus, prouentibus, edifitijs, acqueductibus, Molendinis, &c.*
14 hæc enim verba † quæ singulas res non carũ dominium directum pernecesse significant satis aperiunt in eodem sensu accipiendum esse verbum *proprietatibus* contextualiter, & in eodem casu ablatiuo adiectum *Ronit. d. dec. 72. sub numer. 10. vers. tanto magis Sanfelic. decis. 189. num. 24. Capic. Latro decis. 70. num. 16. & 17.* Et sanè si partes intellexissent de proprietate expressiua dominij prout est ius libere de rebus disponendi non apposuissent alia verba in casu ablatiuo sed in genitiuo, dicendo videlicet de proprietatibus reddituum edificiorũ, molendinorum &c. vt sensui patet.

Minus obstat alia subsequens clausula *gratio-*
15 *se concedimus, & donamus*, † quia benè respondet prima decisio *in §. nec afficit, & secunda in §. hinc ad excludendam* quod etiam feudum dicitur donatio, non quidem vberrima qualis esset si concedens per viam allodij trastulisset tàm vtile quàm directum dominium, sed temperantior, dùm solum vtile trasfertur vt per hæc verba respondit *in puncto Rot. dec. 310. num. 56. vers. demum, & numer. 57. ac duobus seqq.*
16 vbi ponderatur quod *Oldrad. cons. 159.* † qui contrarium consuluisse videtur non in hoc solum figit pedes neque ibi vrgebant verba, & coniecturę pro feudalitate *decis. 344. num. 10. & seqq. par. 6. recent.* sic etiam Ioseph *Raman.*
17 *cons. 38. num. 85.* † prætertim, quia statim subsequitur reseruatio fidelitatis, & seruitij personalis, ibi *tamen quod dictus Ioannes, &c. dictum feudum, &c. ab eadem nostra causa recognoscat, & ex inde seruire eidem nostræ Curiæ militari seruitio teneatur, &c.* ponderando tùm dictionem ta-
18 men † modificatiuam antecedentium verborum ad terminos subsequentes *l. itè tamen ff. ad Treb. l. vbi adhuc §. itè tamen Cod. Iure dot. Barbos. dict.*

dist.400. num.1. Boer. decis.161.num.3. tùm verbum illud *dictum feudum* † quod pariter amplitudinem clausulę precedentis, & si regulariter liberam disponendi potestatem faceret, restringit vt probat *tex. in cap. vnico de feud. non*
20 *haben. prop. feud. natur.* vbi initio disponitur† esse transitoriam ad extraneos concessionem conceptam vt ipse, & sui hæredes, & cui ipsi dederint habeant in fine verò id limitatur si in vltima clausula sit facta mentio feudi *Io: Franc. à Ponte cons.2. num.5. cons.81. num.57. lib.1. cons.42. num.5. lib.2. Bellon. Iun. cons.30. numer.70. vers. secundus casus* semperque præualent co-
21 niecturę vrgentiores † feudalitatis. *Rot. dicta decis.310. num.53. par.6. recent.*

Et ità decisum informante tantum Eminentissimo D. Magno Magistro sed aduersario citato pluries.

FVLGINATEN. ATTENTATORVM.

Merc. 11. Decembris 1652.

ARGVMENTVM.

Attentata commissa pendente recursu ad Signaturam veniunt reuocanda nō obstante quod Signatura rescripsit, quod Iudex à quo iterum audiat, & appellans coram eo comparuit, quia per huiusmodi cōparitionem censetur quidem appellantem renunciasse appellationi non autem attentatis ab altera parte commissis in spretum recursus ad Signaturam. Attentata an & quando reuocari possint etiam post lapsum bienij à die interpositæ appellationis,

SVMMARIVM.

1 *Attentata dicuntur omnia gesta pendente recursu ad Signaturam Iustitia ab Eminentissimo Cardinali Præfecto admisso.*

2 *Appellationi renunciasse censetur, si post rescriptum Signaturæ vt A.C. iterum audiat appellans coram eo comparuit, Declara num.4.*

3 *Appellatio dicitur circumducta per rescriptum Signaturæ vt A.C. iterum audiat.*

4 *Appellationi quamuis appellans renunciauerit redeundo ad Iudicem à quo vigore rescripti Signaturæ vt iterum audiat, non tamen censetur renunciasse attentatis ab altera parte commissis pendente recursu ad Signaturam, potest tamen suffragari rescriptum quoad subsecuta num.6.*

5 *Attentata reuocari possunt officio Iudicis ad quem appellatio fuit interiecta, vel saltim per viam nullitatis.*

7 *Notario actuario fides præstanda est.*

8 *Signatura simpliciter rescribens pro appellatione omnia medio tempore gesta reddit attentata.*

9 *Ampliα quamuis appellatio fuerit interposita à decreto interloqutorio, quia dum rescripsit praua discussione grauaminis implicite declarasse censetur decretum ab initio fuisse appellabile, & num. 11.*

10 *Appellatio à decretis interlocutorijs non admittitur absque discussione grauaminis ac meritorum.*

12 *Attentata commissa in partibus in spretum recursus ad Signaturam reuocantur non obstante ignorantia dicti recursus per principalem, cum adhunc effectum sufficiat procuratorem in Curia dicti recursus habuisse scientiam.*

13 *A biennio à die interposita appellationis subduci debet tempus pendentia causæ in Signatura.*

14 *Attentata reuocari possunt etiam post lapsum biennij quando antecedenter aliquid actum fuit super attentatis, & principaliter super illis causa fuit commissa, nec ex actis notorie constat de desertione appellationis.*

15 *Ratio est quia pendente iudicio super attentatis suspensa censentur fatalia causæ principalis.*

16 *Attentata etiam appellatione deserta reuocari possunt saltim per viam nullitatis.*

DECISIO DXXXIX.

DIscrepantiam inter matricem instrumenti super dote recepta cōtinentem quod pro dote soluta fuerunt scu. 1500. & instrumentum existens in protocollo Notarij rogati vbi dicta solutio describitur in summam scu. 2300. vt euitaret A. C. coram quo Felicianus pro residuo dotis conuenerat Ramundinam Vallatam Socrum ac hæredes Hieronymi Promissoris, decreuit corrigi dictum instrumentum ad terminos matricis, & adhunc effectum subdelegauit Iudicem in partibus, qui corrigi fecit ac tandem sub die 17. Augusti 1650. processum ad Curiam trasmisit productum deinde sub die 5. Settembris subsequentis coram eodem A.C.

Quem processum seu instrumenti correctionem cum omnibus inde secutis attentatam esse prætendente Ramundina ob appellationem prius interpositam à præfato decreto A.C. & in plena Signatura simpliciter mihi commissam; dubitaui hodie an constet de attentatis quæ veniant reuocanda, & affirmatiue fuit responsum. Quicquid enim gestum fuit de mense Iulii post subscriptam à Signatura primam commissionem, & rescriptum Eminentissimi Signaturę Iustitiæ Præfecti quo instante Felitiano pro dictæ Commissionis laceratione mandatur illam retineri, & pro eius relaxatione partes remittuntur ad plenam Si-
1 gnaturam attentatum reddit† ipse recursus Felitiani aduersarij ad Signaturam à D. Cardinali Præfecto admissus, eiusq; pendentia *Nenizz. cons.44. num.10. propè fin. vers. & sic* per talem *recursum Magon. dec. Lucen. 23. num.3. & seqq. Rot. in Iannen. Pecuniaria seu Attentatorum 24. Ianuarij 1642. §. tùm quia coram Reuerendissimo D. meo Decano in Romana Vinea 30. Maij 1644. in princ. coram R.P.D. meo Rojas, & in Romana locorum Montium 14. Maij 1649. §. tandem coram me.*

Nec releuat quod postea Signatura sub die
2 28. Iulij rescripserit A.C. qui iterum audiat,† & appellans in vim huius rescripti comparuerit coram A. C. vnde resultare præcedentis appellationis renunciationem fuit in his terminis *decisum in nullius seu Sublacen. Attentatorum 1. Iulij 1647. §. penult. coram me*, vbi vlte-
3 rius habetur † quod per tale rescriptum circumducitur appellatio. Quia non ideò cen-
4 setur remissus appellato spretus † præcedens

Signa-

Signaturæ, & appellationis interpositæ *Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. ampliat. 2. nu. 1. & seqq. Buratt. dec. 406. num. 4. Rot. in Meleuitana Dignitatis 10. Iannarij 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano, in Romana fideicommissi, seu Attentatorũ 17. Maij 1647. coram bo. me. Arguelles, in Romana Attentatorum 14. Ianuarij 1650. coram me*, & in his terminis *in d. Nullius, seu Sublacen. Attentatorum §. fin.* itaut adhuc attentata reuocari possint † officio Iudicis ad quem appellatio fuerat interiecta, & saltem per viam nullitatis, vt in proximis terminis *add. ad sa. mem. Greg. XV. decis. 339. num. 6. Millin. decis. 392. sub num. 2. vers. non obstat Rot. inter recent. dec. 618. n. 2 par. 1. & in alijs relatis ab add. ad Bur. dec. 63. nu. 4.*

6 Suffragatur quidem rescriptum † quoad subsecuta, vt respondit *Rot. in Cesaraugustana Decimarum 10. Iunii 1643. coram R. P. D. meo Meltio, & in d. Romana locorum Montium coram me*, nisi ob denegatam ab A. C. repositionem à primo decreto Ramundina recurrisset iterum ad Signaturam instando pro relaxatione supra memoratæ commissionis aliàs signatæ, & Eminentissimus Præfectus causam rursus remisisset ad plenam Signaturam, eaque sub die 18. Augusti distulisset resolutionem, ac tandem sub die 1. Septembris respondisset pro appellatione Summ. Ramundinæ num. 5. & seqq. Ista enim reassumptio primi recursus, seù veriùs nouus recursus ceptus die 8. Augusti, qua Felitianum citatum fuisse ad comparendum coram Domino Cardinali Præfecto, & videndum mandari relaxari commissionem, siuè supersederi constat ex relatione Cursoris facta Notario actuario, vt in eius fide d. Summ. numer. 5.

7 data, cui † in hoc creditur *Cyn. in l. si quis decurio num. 9. C. de fals. Rot. dec. 55. nu. 1. par. 1. diuers. dec. 535. num. 2. par. 1. recent. cum aliis alleg. à Moderno Cesenatensi de citat. tom. 1. cap. 7. num. 84.*

Effecit ne imposterum Iudex à quo, siue eius subdelegatus posset aliquid innouare citrà vitium attentatorum iuncta remissione, quam sub dicta citatione Dominus Cardinalis Præfectus fecit ad plenam Signaturam, eoque magis superueniente rescripto plenæ Signaturæ pro appellatione simpliciter, per

8 quod † cum retrotrahatur ad diem habiti recursus, omnia medio tempore gesta attentata redduntur *Rot. dec. 134. num. 7. par. 6. recent. in in Comen. Iurispatr. 25. Iunii 1646. coram Eminentissimo Domino Cardinali Corrado, in Meleuitana Commendæ de Vouurs 13. Maii 1650. coram R. P. D. meo Cerro, in Anglonen. Territorii 13. Iunii eiusdem anni coram R. P. D. meo Meltio*, quamuis appellatum fuisset à decreto interloqu-

9 torio, † quia commissio Signaturæ præuia

10 discussione grauaminis, † & meritorum appellationis in decretis interloqutorijs necessaria *gloss. in cap. non solum verb. ante diffinitiuam vers. est igitur de appellat. in 6. Scacc. de appellat. quæst. 17. memb. 1. sub num. 28. Rot. decis. 44. num. 1. eod. tit. in nou.* habet implicitam declaratio-

11 nem, † quod decretum ab initio appellabile esset etiam ad effectum suspensiuum, vt in terminis ponderauit *Rota in Calaguritana Beneficii de Entrena 3. Martii 1651. §. Et sanè coram me.*

Quæ dicuntur de ignorantia recursuum

12 ad Signaturam † inuerisimilia penitùs sunt, cum diù recursus durauerint, & ad Ciuitatem Fulginei vbi attentata commissa fuerunt bis in qualibet hebdomada litteræ ab Vrbe Roma transmittãtur, & præterea sufficeret scientia Procuratoris Romæ existentis ad effectũ reuocationis attentatorum, vt pluries respondit *Rota in decisionibus allegatis in Perusina bonorum 4. Iulii 1642. coram R. P. D. meo Cerro, & in Aquilana Beneficii 28. Aprilis 1651. coram R. P. D. meo Celso.*

Tandem reuocari attentata non prohibet lapsus biennij à die interpositæ appellatio-

13 nis, † tùm quia biennium lapsum non est subducto tempore pendentiæ causæ in Signatura, vt debet *Rot. decis. 416. num. 4. par. 4. recent.* tùm etiam quia vbi antecedenter ali-

14 quid actum fuit † super attentatis, & super illis principaliter fuit commissa causa, nec ex actis notoriè constat de desertione appellationis lapsus biennij non nocet, & ratio est

15 quia † pendente iudicio super attentatis suspensa censentur fatalia causæ principalis *Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. in præfat. numer. 38. & seqq. & par. 3. cap. 30. num. 88. & seqq. Scacc. de appellat. quæst. 15. num. 70. & 71. Rot. decis. 15. num. 1. de appellat. in nou.* Et in omnem euentum

16 etiam appellatione deserta † reuocari possent attentata saltem per viam nullitatis *Lancell. & alii allegati supra §. nec releuat in fin.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

BONONIEN. ACCOLLATIONIS DEBITORVM.

Lunæ 16. Decembris 1652.

ARGVMENTVM.

Pactum præcarij in publico Instrumento appositum ex Statuto Bononiæ personas hæredum quoque includit. Actus non dicitur correspectiuus, si alia causa adduci potest.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio defuncti afficit etiam hæredem.*

2 *Pactum præcarij vigore Statuti Bononiæ personas hæredum quoque includit.*

3 *Actus correspectiuus dici nequit, quando aliqua adducitur causæ diuersitas.*

Promissio deliberando aliquem fundum ab hypothecis facta contemplatione alicuius, qui pro dicta promissione promissori cessit nonnulla bona non potest dici correspectiua ad cessionem, si ex alia causa emanauit.

4 *Promissio non potest sub prætextu insufficientiæ bonorum cessorum impugnari, quando non probatur facta correspectiuè ad bona cessa.*

5 *Insufficientia bonorum cessorum plenè, & concludenter probanda est, cum negatiua etiam coarctata num. 6. & 7.*

8 *Alias*

8 *Alias enim sola possibilitas sufficit ad excludendā insufficientiam bonorum cessorum.*

DECISIO DXL.

ANTONIO Fornasario non informante sub die 19. Ianuarij proximè præteriti prodijt prima decisio aduersus quā ille obtinuit audiri, sed expectatus diù cum nusquam comparuerit, tandem hodie instātibus Arsenatis actoribus emanauit decisio confirmatoria ex rationibus in prima deductis.

Clara siquidem est obligatio Hieronymi, cuius Antonius est filius liberandi prædium dotale Angelicæ Nurus ab ære alieno in summa librarum 3355. & 13. quæ afficit
1 etiam † hæredem tàm ex interpetratione iuris communis *l. cum hæredes ff. acq. hæred. cum aliis allegatis in prima decisione §. in genere*, quàm
2 vigore pacti præcarij † in Instrumento obligatorio appositi, quod in Ciuitate Bononiæ hæredum quoq; personas includit iuxtà extensionem impressam post Statuta Criminalia Bononiæ fol.23. & 28. cuius meminit *Barz. decis.70.num.2.in fin.*

Gratisque allegatur insufficientia mobiliū & fructuum ab Angelica cessorum, quorum contemplatione Hieronymus præfatā summam soluere promisit. Nàm præter quod secundus Testis exaduerso inductus, ac datus in Summ. Arsenat. nu.1. aliam adducit cau-
3 sam promissionis, † quæ proinde censeri nō potest correspectiua ad cessionē *Put.dec.479. num.2.lib.2.in corr. Rot.coram san.mem. Greg.XV. dec.492.num.13.& in Romana, seù Veliterna Restitutionis in integrum 17. Decembris 1646. coram*
4 *me*, & per consequens integra manet, † licet fructus, & mobilia cessa non essent equiualentia *Dec.in l.in bonæ fidei num.11.C.pact.& in l.petens in fin.C.eod.tit.Rot.dec.115.num.2. par.1. diuers.*

5 Assumptum insufficientiæ exaduerso probandum esset tanquam suæ intentionis fundamentum, vt in proximis terminis *Rot. penes Seraph.dec.322.num.3.& in Bononien.de Poetis coram bo.mem. Vbaldo Seniori relat. per adden. ad san.me.Greg.XV.decis.268.num.10.in Romana fideicommissi de Victoriis* 10. *Martii, & 25. Iunii* 1627. *coram bo.mem. Merlino inter eius impressas decis.265.& dec.297.in Maceraten. Legittima 27. Martii* 1628. *coram eodem Vbaldo, & in aliis allegatis à Moderno Bononiensi de legitimo contrad. quæst.13.num.64.& de acq.possess.qu.8.n.103.*

6 Et quidem plenè, † & concludentèr *Gozzad.cons [illegible].num.21.& 22. Rot.decis.86. num.4. in fin.apud Farinac.post cons.dec.264.numer.8.coram*
7 *bo.me. Buratt.* docendo † nedum de valore fructuum prædij, & mobilium in vno loco existentium, sed etiam quod alia mobilia in alijs locis non existerent, alioquin non dicitur coarctata negatiua, vt debet *Paris.consil.152.num.12.lib.4.Rot.decis.325.num.5. coram san.mem.Greg.XV.decis.399.num.6.decis.419.n.8 par.1.recent. & in simili decis.82.num.4.post consil.Farin.lib.1.& in Romana, seù Ianuen. Quarti Dotalis . . . . , coram Reuerendissimo Terracinensi*. Tantùm autem abest huiusmodi probatio, quod imò Testes exaduerso examinati deponūt mobilia fuisse Hieronymo consignata, & extitisse in diuersis locis, & solùm eorum partem fuisse venditam cui-
8 dam Presbytero, sufficitque super hoc † sola possibilitas ad excludendam probationem non existentiæ, vel insufficientiæ mobilium *ad text.in c.in præsentia cum ibi notatis de probat. Buratt.decis.948.num.3.* & in proximis terminis *Rota in d. Romana, seu Iannen. Quarti Dotalis 2. Iunii 1642. §.fin.coram Reuerendiss. Terracinensi*,

Et ita decisum Arsenatis tantùm informantibus citato tamen multoties Aduersario.

ROMANA, SEV VELITERNA AFFICTVS.

Lunæ 13. Ianuarii 1653.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac decisione de defectu implementi Capitulorum transactionis inter locatorē, & conductorem, & ex quibus constare dicitur de non adimplemento? Procurator cum libera licet possit transigere, non tamen valet à transactione deinde facta absque nouo mandato in præiudicium principalis recedere. Mandatum cum libera non resultat ex mandato ad lites ad suscipiēdum terminum, & fatendum debitum, Iuramentum præstandi &c. Procurator cum libera licet possit paciscendo præiudicare principali, non tamen potest præiudicare cum tanto damno.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum tribuit Creditori securitatē rei sequestratæ, non autem dominium.*
2 *Descriptio pecuniarum in libro Banchi ad creditū alicuius denotat dominium pecuniarum ad ipsum spectare.*
3 *Capituli consensus vbi requiritur non sic de facili potest obtineri, cum possent Canonici differre tempora ad se congregandum.*
4 *Dictio* ad *aliquando æquipollet dictioni* pro.
5 *Regulatur tamen secundum subiectam materiam, & ex quibus factis circumstantiis constet dictionem* ad *non æquipollere dictioni* Pro? *& nu.6.*
7 *Verbum* tamen *iuncta clausula*, non aliàs alitèr, nec alio modo, *demonstrat voluntatem actum exequendi, & aduersatur actui contrario.*
8 *Transactionem adimplere non dicitur, qui actum transactioni contrarium facit.*
9 *Promissio de tradendo intelligitur de traditione libera, & interpetranda est iuxtà finem, ad quem illa dirigitur.*
10 *Traditio non dicitur libera, si continet in ventre clausulam* sine præiudicio Iurium, *quæ modificationem, & conditionem importat.*
11 *Item si continet facultatem addendi, & minuendi,*

qua

qua licet præsumptionem doli excludat efficit ne dicatur adimpleta traditio promissa, & n. 12.

13 *Pro repetitione indebiti soluti via ordinaria agendum est, quamuis soluens executiuè vigore obligationis Cameralis fuerit exactus.*

14 *Producens scripturam eam approbat eo modo, quo concepta est, nec productio diuersimodè ab illa operatur.*

15 *Oppositio, siue protestatio generalia contra contradictionem importat, & acceptationem excludit.*

16 *Dominium, & possessio rei emptæ mediante retrouenditione reuolat ab Emptore.*

17 *Promittens tradere tenetur liberè rem tradere, alias potest recipiens agere ad rem traditam liberandam, vel ad interesse.*

18 *Promissor de tradendo rem liberam donec liberet, non dicitur per traditionem rei non liberæ suam obligationem adimpleuisse.*

19 *Procurator dicitur, qui actum non proprio, sed alieno nomine gerit.*

20 *Nomen attendi debet, quo actus gestus fuit.*

21 *Immissio quandoque datur possidenti pro confirmatione possessionis Iura iuribus addendo.*

22 *Procurator cum libera licet possit transigere non tamen potest post transactionem à conuentis sine nouo mandato recedere in præiudicium principalis.*

23 *Procurator cum libera non potest Ius principali, ex concordia quæsitum perdere, & extinguere.*

24 *A' transactione siue concordia ex defectu non implementi quamuis recedi non valeat, sed agendum est contra deficientem vt, adimpleat.*

Quod amplia etiamsi aliquid fuerit impletū recedi tamen potest, quando constat de impossibilitate implementi.

25 *Mandatum cum libera, & potestas transigendi non resultat ex mandato ad lites cum facultate fatendi debitum iuramentum præstan. & cum promissione non contrauenien. &c.*

26 *Et hæc est verior, & magis recepta sententia.*

27 *Clausulæ generales in fine positæ restringuntur ad supra expressa.*

Procurator licet mandatum habeat cum libera aptum ad transigendum, attamen si seriatim omnes actus à Procuratore explendi enumerantur censetur eius facultas per clausulas generales in fine positas restricta ad supra expressa ibid.

28 *Distinctio Cumani refertur quādo Procurator fuit constitutus generalis ad negocia, an verò certæ species fuerint enumeratæ, & in fine adiicitur clausula generalis &c.*

29 *Procurator non valet renunciare appellationi interpositæ, nec præiudicium principali inferre, & num. 30.*

31 *Clausulæ generales in mandatis procuræ potius ex stylo Notariorum, quàm ex consensu constituentium adijciuntur.*

32 *Minister pro Domino possidere dicitur.*

33 *Damna passa occasione spolij, non veniunt sub generali promissione damnorum, si contrahentes de illis in specie non cogitarunt.*

34 *Procurator cum libera potest quidem paciscendo præiudicare principali, sed non cum tanto damno.*

35 *Ratificatio non dicitur inducta, nisi actus sit vniuocus, & necessarius ad illam inducendam.*

36 *Conductor, siue Affictuarius potest frumentum vti ad se spectans vigore locationis hypothecare.*

37 *Ratificatio, & approbatio non inducitur ex sola scientia, si actus fiiri potuit citra approbationem contractus, & num. 38.*

39 *Tituli duo successiui vbi concurrunt actus tribuendus non est titulo proximiori, si deficiunt duo ad hunc effectum requisita nempe quod titulus proximior sit validus, quodque sit adimpletus, & num. 40.*

41 *Actus in dubio tribuendus est titulo pinguiori, & magis proficuo.*

DECISIO DXLI.

NON obstantibus adductis ab informātibus pro Dominis Canonicis, & Capitulo S. Petri contra decisionem editam sub die 15. Martij proximè præteriti, eius fundamenta subsistere censuit hodie Rota, nempè defectum implementi ex parte Capituli, & potestatis ex parte Martelli, cùm quo inita transactio asseritur procuratorio nomine Affictuariorū Casalis Campimortui.

Tenebatur enim Capitulum ex forma Capitulorum concordiæ tria inter cætera adimplere, videlicèt consentire reuocationi sequestrorum, & inhibitionum cum sola conditione, quod debitores Affictuariorum soluerent pecunias in Bancho S. Spiritus exindè non amouendas, nisi integrè satisfacto Capitulo de suo credito; Tradere Affictuarijs notulam effectuum Casalis post eos ab illo expulsos distractorum; Dare Affictuarijs frumentum existens in Area, horreis Casalis Campimortui.

Sed reuocationi sequestrorum, quando consensit, adiecit conditionem a Conuentis prorsus extraneam, & valdè Affictuarijs præiudicialem; quod nimirum debitores soluerent in dicto Bancho ad creditum Capituli, & non aliàs, alitèr, nec alio modo, quod longè differt à solutione cum pacto non amouendi pecunias, nisi Capitulo satisfacto quia hæc solutio non priuasset Affictuarios dominio pecuniarum, ac facultate, quatenùs aliundè Capitulo satisfecissent easdem pecunias breui manu, & absque alio consensu Capituli amouendi à Bancho S. Spiritus, ac vno verbo pactum non egrediebatur limites sequestri, quod creditor securitatem
1 dumtaxat, † non autem rei sequestratæ dominium, possessionem, aut dispositionem præbet *gloss. in cap. 1. verbo sequestrari de sequestr. possess. & fruct. Anchar. in cap. examinata num. 6. de Iudic. Gammа. decis. 331. num. 3. cum alijs allegatis à Moder. Hispan. in Labyrinth. credit. par. 3. cap. 13 §. 1. num. 3.* præbuisset autem Capitulo dominium pecuniarum solutio, ac descriptio
2 in libris † Banchi ad creditum Capituli, vt in terminis dixit *Rota dec. 377. sub num. 5. par. 1 recent. decis. 581. num. 5. coram Penia, & in Cameracen. Apocarum 4. Martij 1622. coram Remboldo,* & sic Affictuarios magis grauat cōsensus Capituli super reuocatione sequestrorum, quā ipsa sequestra, cùm iuxtà illum priuentur in-

uiti

uiti suarum pecuniarum dominio, & arbi-
trio satisfaciendi Capitulo cum alijs pecu-
nijs per concordiam non sublato, semperq;
opus habeant pro recuperādis à Bancho pe-
cunijs nouo Capituli aliundè satisfacti con-
sensu, quem etsi obtentu facilem Capituli
3 pietas polliceatur, † quia differre possent tē-
pora congregandi Capituli, & alia in id im-
pedimenta grauosum esse Affictuarijs fateri
necesse est, vt ad propositum ponderauit
*Rota in Barchinonen. Exemptionis 13. Iunij 1646
§. quia fraudibus, coram Eminentiss. D. Cardinali
Corrado*.

Gratisque verba illa *ad creditum* exponun-
tur, idest *pro credito*, nam licèt dictio *ad* ali-
4 quando † æquipolleat dictioni *pro*, vt in §.
*sanè in proem. decret. l. 3. ff. vacat. ex caus. muner.
gloss. in l. 2. ff. muner. & honor. Barbos. dict. 6. per tot.*
5 tamen in subiecta materia † hanc interpreta-
tionem non recepit iuxtà *puntuales decisiones
supra allegatas*; Et ex abundanti ipsa series fa-
6 cti in casu nostro id conuincit, † nàm cum
Procurator Capituli reuocationi sequestro-
rum consensum præstitisset, cum hoc, quod
pecuniæ deponerentur in Bancho, nec amo-
ueri possent, nisi satisfacto Capitulo, noluit
Capitulum consensum huiusmodi ratificare,
prout iacet, sed cum limitatione, & adiecta
noua conditione sub dictione aduersatiua
tamen; ibi, *sub ista tamen conditione &c. quod se-
questratarij soluant in Bancho ad creditum Capitu-
li* Summ. Capituli num. 17. & Affictuariorū
num. 2. ex indè nimirum euidens fit, quod
Capitulum verba *ad creditum* non apposuit
loco verborū *pro credito*, quia tunc satisfuis-
set ratificare simpliciter consensum à pro-
curatore præstitum, nec adhibuisset verbum
7 *tamen*, † quod iuncta præsertim clausula, *&
non alias, aliter, nec alio modo*, demonstrat vo-
luntatem Capituli circà modum concipien-
di partitas solutionum in Bancho facienda-
rum aduersantem verbis Procuratoris solam
securitatem importantibus, vt per *Paris. con-
sil. 78. num. 2. & i. l. 1. Bald. consil. 195. num. 11. vers.
secundo lib. 2. Ruin. cons. 41. numer. 8. lib. 2. Barbos.
dict. 400. num. 2. Rot. dec. 75. num. 4. par. 2. recent.*

Quod verò casus solutionis pecuniarum
in Bancho non venerit, nil releuat, quia im-
plementum ex forma concordiæ à Capitulo
in hac parte præstandum, non versatur circa
actualem solutionem, quæ immò ab alijs fa-
cienda est, sed circà consensum reuocationi
sequestrorum, quem propterea interponen-
do cum clausulis contrarijs transactioni, &
8 non† pertinētibus transactionem non adim-
pleuit *Rot. dec. 162. sub num. 3. par. 1. recent.* facit
*Modern. Hispan. in Labyrinth. credit. par. 1. cap. 30.
num. 32.* Præter quod casus dictæ solutionis
nō venit culpa ipsius Capituli; quippe quod
etiam ob eius defectum in adimplendo, tran-
sactio in alijs quoque non habuit effectum.

Alter quoque defectus circà traditionem
notulæ effectuum distractorum, ineuitabilis
est, quia promissio Capituli de tradendo no-
tulam huiusmodi, † præsefert obligationem
9 tradendi liberam, & absque vlla limitatione,
vel conditione attentis tùm verbis indefini-
tè probalis, ibi, *il Reuerendissimo Capitolo dia à
detti Signori Venturini il Conto de gl'effetti &c.*
tùm fine, ad quem illa dirigitur, vt scilicèt
conductores certò scirent, an, & quid sol-
uendum remaneret iuxtà quem finem pro-
missio venit interpretanda *l. 2. §. quod diximus
ff. si quis caution. l. in conuentionalibus 52. ff. verb.
oblig. Signorol. cons. 149. num. 6. aliqque relati à Mo-
der. Hispano in Labyrinth. creditor. par. 3. cap. 12.
num. 12.*

10 Talis autem non est, † immò est condi-
tionalis, incerta, & imperfecta notula tradita
à quodam Ministro Francisci Antonij de
Comitibus successoris in affictu, cum habeat
in ventre clausulam *sine præiudicio iurium dicti
Francisci Antonij, eiusque voluntatis*, quæ clau-
sula modificationem, & conditionem im-
portat *Peregr. de fideicomm. art. 47. sub num. 29.
vers. & ideò Maresc. var. resol. lib. 2. cap. 138. nu. 2.
Grat. discept. 980. num. 8. Pen. decis. 496. num. 7.* &
vlteriùs præseruet ipsi Francisco Antonio fa-
cultatem addendi, minuendi, & variandi
11 partitas, † quæ licet excluderet præsumptio-
nem doli *Bald. in Auth. sed cum Testator num. 18.
C. ad l. falcid. & in l. fin. §. cum igitur num. 8. C. Iur.
delib. Surd. inter tract. diuers. de inuent. quæst. 274.
num. 21. Duran. decis. 387. num. 7.* efficit, ne di-
12 catur † adimpleta specificatio promissa, vt
in simili *Scacc. de indic. cap. 11. num. 491. nu. 493.
& 498.* & in puncto adimplementi *Rota de-
cis. 162. sub num. 3. vers. sine præiudicio par. 1. rec.*
præsertim quia nedum relinquit incertum,
ac variabile residuum effectuum Affictuarijs
à Capitulo restituendorum, sed etiam debiti
ab Affictuarijs soluendi, in quorum graue
præiudicium euenire posset, quod recupera-
re interim non valerent effectus adnotatos
pro distractis, quos postmodum Franciscus
Antonius variando non distractos declararet
quodque è conuerso si inter distractos adde-
ret postquam ad formam notulæ traditæ Af-
fictuarij soluissent Capitulo, plus debito sol-
uissent, nec illud repetendi ius haberent, nisi
iudicio ordinario, quod solùm competit,
13 quamuis † soluens executiuè vigore obliga-
tionis Cameralis fuerit exactus *Conz. super re-
gul. 8. Cancell. gloss. 6. num. 208. Grat. in addit. ad de-
cis. March. 220. num. 3. & seqq. impress. post tom. 1.
eius discept. Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 9. sub
num. 58. add. ad san. mem. Greg. XV. decis. 581. sub
num. 10. vers. in Curia.*

Nec releuat, quod Procurator Capituli d.
notulam produxerit non contradicente Pro-
curatore Affictuariorum, quin potiùs ea
deinde vtēte, quia productio approbat scrip-
14 turam productam † eo modo, quo concep-
ta est, nec diuersimodè ab illa operatur *Bart.
in l. post legatum num. 2. vers. responde ff. his quibus,
vt indig. Imol. in cap. cum venerabilis num. 25. vbi
Felin. num. 25. in fin. & num. 26. de except. Alexan.
cons. 124. num. 5. lib. 7. add. ad san. mem. Greg. XV.
decis. 238. sub num. 15. limit. 1. in fin. Rot. dec. 159.
num. 1. par. 2. diuers. dec. 432. num. 4. coram sa. mem.
Greg. XV.* & de contradictione Procuratoris
Affictuariorum sub ipsa die 19. Septembris,
qua

qua cadebat citatio apparet ex Summ. Affictuariorum numer.2. vbi habetur oppositio
15 generalia contra, † quæ contradictionem importat, & acceptationem excludit *Grat.in add.ad decis.March.89.num.5.cum alijs allegatis à Moder.Perus.de manuten. obser.47.nu.22. & seqq.* eademq; oppositio reperta fuit quando Procurator notulam recepit, vt in Summ. Capituli num.19. ibi, *Io Bernardino Martelli hò riceuuto la sopradetta notula de conti co la protesta fatta &c. e non altrimente, ne in altro modo.*

Patens denique est defectus implementi circa frumentum existens in area, & horreis Campimortui, quod post commissum spolium fuisse à Capitulo venditum, ac traditũ Francisco Antonio de Comitibus, cum non dubitetur probandum exaduerso esset, quod fuerit retrotraditum Affictuarijs, & quidem cum consensu ipsius Francisci Antonij necessariò penitùs, vt ex eius persona dominiũ,
16 & possessio frumenti † per antecedentem venditionẽ ei quæsita reuolaret ad Affictuarios *l.id quod nostrum ff reg.iur. cum aliis allegatis in vltima decisione §. defecit.* Atque hinc nec satis erat, quod Affictuarijs consignarentur à Capitulo claues horreorum, nisi Capitulum desuper obtinuerit Francisci Antonij consensum, sine quo frumentum Affictuarijs non acquirebatur saltèm liberè, vt necesse est ad effectum à contrahentibus contemplatum, videlicèt vt idem frumentum Affictuarij vendere possent alijs personis, & ex præcio satisfacere Capitulo; oportet enim
17 promittentem tradere, † liberè, & alioquin licet recipiens agere valeat ad rem traditam liberandam *l. ex his prædiis iuncta gl. C.euict.Rot.dec.101.num.8.& 9.apud Zacch. de oblig.Camer.vel ad interesse Salas. de contract. tit. de empt.& vend.dub.46.nu.7.* promissor donec
18 liberet† non dicitur per traditionem rei non liberæ suam obligationẽ adimpleuisse *Bero. cons.158.num.31.lib.1.Dec.cons.433.nu.18.Surd. cons.36.sub num.9.vers.nec liberatur ex text.in l.si in emptione §. vacuam, & §. fin. cum l.seqq. ff.act. empt.l.si pater C.eod.tit. Rota decis.162.sub num.3.* ibi, quia non fuit datum Cannetum liberum *par.1.recent.*

Tantùm autem abest, quod hæc probauerit Capitulum, quod immò testes examinati super consignatione frumenti, seù clauium horreorum discordes sunt in substantialibus idest circà personas, quibus, & à quibus consignatæ asseruntur, nec verbum faciunt de consensu Francisci Antonij respectu Affictuariorum, quem non supplet consensus Benedicti de Benedictis à quo Claues consignatæ fuerunt Notario, vt consignarentur Horatio Ministro Capituli, quique in hoc affictu erat Socius Francisci Antonij, nam quidquid sit, an de eo tempore talis esset: certum est, quod non consignauit tamquam
19 socius, aut nomine proprio,† sed tamquam Procurator Franc. Antonij, vt verba Sum. Capituli nu.21. ibi, *à Benedicto de Benedictis nomine, & vice Illustris D. Francisci Antonij de Comitibus*, & infrà ibi, *idem Dominus Benedictus nomine, quo supra consignauit mihi Notario &c.* significant *Dec.cons.510.num.4.Bero consil.199. num.3.& 7.lib.1. ac alij relati à Moder.Neapolit. controuers.forens.lib.1.cap.39.num.42.* debetque
20 attendi nomen, † quo actus fuit gestus *Rota dec.425.num.1.par.1.recent.dec.202.num.5. apud Merlin.* prout nec constat præfatum Benedictum dictas claues consignasse, vt traderentur Affictuarijs, omnisque cessat difficultas, quia successiuè Franciscus Antonius habita notitia de huiusmodi consignatione statim reclamauit, & sub die 25. & 28. Septembris protestatus fuit, tàm contra Capitulum, quã contra Affictuarios, nedum de damnis, & interesse, sed etiam quod remouerentur impedimenta, vt quietè, & pacificè frumento, & alijs effectibus sibi concessis, vti posset, ibi, *requirit, & interpellat ad remouendum &c. faciendumque ità, & taliter, vt iuxtà promissiones ibi factas pacificè, & quietè ad libitum vti possit rebus, & effectibus sibi concessis*, Summ. præteritæ positionis pro Affictuariis num.11. *Litt. D.*

Quapropter neque ex successiua reconsignatione Clauium facta sub die 4. Octobris eidem Benedicto procuratorio nomine, eiusque immissione in possessionem Casalis resultat, quod Franciscus Antonius aliquandò cõsensum præstiterit fauore Affictuariorum, seù ipsius Capituli, cùm hæc gesta fuerint cùm Benedicto Procuratore speciale mandatum ad id requisitum non habente, & in omnem euentum Franciscus Antonius, esto sine veri præiudicio, quod de his notitiam habuerit, credere potuit ea fieri in executionem supradictæ protestationis, & pro sui nusquam dimissi dominij, ac possessionis
21 confirmatione,† pro qua etiam datur quandoque immissio possidenti iura iuribus addendo *Ias.in l.fin.num.10. C.edict. Diu. Adrian. tollen. Tiraquell.in tract. de mort. Saisit.par.2. declin.2.num.1.& seqq. Menoch. de adipisc.remed.4. num.337.Rot.inter impress.post Modern.Perusin.de manuten.decis.565.num.3.& penes Merlin.dec.327 num.1.*

Non obstat, quod Martellius Affictuariorum Procurator claues, & frumentum acceptauerit eo modo, quo sibi à Ministro Capituli traditum fuit, quia acceptauit cum protestatione, & tempore acceptationis ignorauit abesse consensum Francisci Antonii, & esto tamquam procurator cum libera potuisset cum Capitulo transigere (quod infrà negabitur) non tamen potuit postquam
22 transactionem fecit† à conuentis sine nouo speciali mandato recedere acceptando in præiudicium suorum principalium adimplementum Capituli diuersum à forma promissionis, hoc enim esset dimittere, perdere, & extinguere ius Domino ex ipsamet con-
23 cordia acquisitum, † quod Procuratori etiã cum libera non licet *Ias.in l.præses num.12. C. transact. Bertazzol.claus.5.gloss.2.sub num.6.Thes Iun.quæst.1.sub num.10.lib.4. Alexan.cons.22.sub num.9.lib.1.Io.Petrus Ferrar.in pract. Papien. tit. posit.actor.§.Simoninus ante num.2. vers. aut positiones fol.mihi 60.Monter.decis.Aragon.38.nu.24. & seqq.*

& seqq. Merlin. decis.414. numer.12.

Obesse igitur Affictuarijs, aut suffragari Capitulo non debet concordia ab eo non adimpleta, cumq; ex facto Capituli ob translationem frumenti in Franciscum Antonium factam ante concordiam, & postea confirmatam, eiusdemque frumenti, ac aliorum effectuum secutam distractionē adimpleri ampliùs non possit, licitum est Affictuarijs à concordia recedere quamuis regu-
24 laritèr † ex defectu implementi recedi non liceat, sed agendum sit contra deficientem, vt adimpleat *Larr.allegat.fiscal.26. per tot. vbi signantèr nu.32.& seqq.* id ampliat, etsi aliquid fuerit impletum *Rot.decis.676.num.7.par.2.rec alysque relati in vltima decisione §.sed quidquid.*

Eo magis, quia Martellius, qui pro Affictuarijs transegit, potestatem ad id non habebat; nam ab Aloisio Venturino altero ex illis mandatum ei datum erat ad lites, ad suscipiendos terminos, seù dilationes soluendi ad fatendum debitum, & quodcumque iuramentum præstandum, cum promissione non contraueniendi, & habendi ratum, & gratum omne id, quod Procurator fecerit,
25 vnde † non resultat mandatum cum libera, & potestas transigendi, vt reiecta contraria sententia *Bartoli in l.procurator 58.num.4.ff.procurat.tradit ibidem add.Litt.F. Ias.in l.transactionis sub nu.8.vers.sed falsum est C.transact.Couarr.var.resol.lib.1.cap.6.sub num.4. vbi circa fin.* ait
26 hanc esse veriorem, † & magis receptam sententiam *Alex.cons.41.num.4. vers.nec habet obstare, & nu.5.vbi de magis communi lib.3. Dec.cons.500.num.12.Surd.cons.160.nu.35. Hieronymus Laurentius dec.Auenion.129.sub num.17.vers hinc si quis Giurb.obser.69.sub nu.9.in fin.*

Nec idem Alouisio, qui particulare mandatum Martellio dedit nocere potest aliud mandatum à ceteris Affictuarijs nō eius nomine datum. Quod prætera etsi in fine contineat clausulas importantes mandatum cū libera idoneum ad transigendum; quia nihilominus superius enumerat seriatim omnes actus à Procuratore expediendos, qui excepta facultate suscipiendi terminum ad soluēdum, non respiciunt gerenda inter Capitulum, & Affictuarios, sed inter has, & alias personas non tribuit potestatem transigendi cum Capitulo super ipso principali negocio Affictus, quod Affictuarij per se ipsos; non autem mediante Procuratore stipulati fuerant, nàm clausulæ illæ generales in fine po-
27 sitæ † restringuntur ad supra expressa *Paris. in add.ad Bart.in d.l.Procurator Litt.A ff.procurat. Thes.Iun.quæst.4.num.12.lib.4.Bertazzol.claus.5. glos.2.num.6.Fachin.controu.lib.2.cap.57. vers.sed contrariam Giurb.obser.69.num.7. Alex.consil.22. sub nu.10.vers.primo quia lib.1. Cuman.cons.148.*
28 *sub num.1.* vbi distnguit, † an fuerit constitutus Procurator ad negocia generalis; an verò certæ species fuerint enumeratæ, & in fine adijciatur clausula generalis *Alciat. consil.67. num.10.& seqq.lib.8.Surd. d. consil.160.num.36. Monter.decis.Aragon.39. num.53.* fortiùs ne ta-
29 lis Procurator valeat † renunciare appellationi interpositæ *Ias. in l.Præses num.13. Cod. transact. Alex.d.cons.22.num.10.cum alijs allegatis à Moderno in obseruat.ad decis.Capic.Latro dec.59*
30 *num.9.*& graue præiudicium † principalibus inferre *Mant. de tacit.lib.7.tit.16. num.41.* vbi dicit rationem, quia hic est abusus Tabellio-
31 num, qui passim ex stylo magis, † quam ex consensu constituentium in mandatis huiusmodi clausulas adijciunt *Escobar. de ratiocin. cap.19.n.37.Thesaur.d.qu.4.n.9.*

Infert autem graue præiudicium allegata transactio, vt ponderat *vltima decisio §.vtilitas & §.seqq.* signantèr circa restitutionem frumenti sub nouo, duroque vinculo prælationis Capituli cuicunque emere volenti circà animalia, quæ non fuit conuentum restitui Affictuarijs, sed dimitti in manibus eorum penes quos reperiebantur, quosque esse Ministros non Affictuariorum, sed Francisci Antonij de Comitibus negari non potest cū ante concordiam Capitulum animalia, omnesque alios effectus tradidissent Francisco Antonio, eiusque nomine à Ministris detinerentur, qui propterea etsi originalitèr fuis-
32 sent Ministri Affictuariorum † possidebant ipsi Francisco Antonio *Bald.cons.330. num.6. lib.1.Rolan.cons.46.sub num.37.lib.1.Put.dec.453 num.6.lib.2.in corr.Seraph.dec.466.num.2.* Item circa expensas, & damna ab Affictuarijs pas-
33 sa occasione spolij, † quæ non præseruat capitulum concordiæ disponens, quod pro prætensionibus Affictuariorū obseruari debeant pacta, & conuentiones appositæ in Instrumento Affictus, ad quas relatio habeatur, quia Instrumentum Affictus non loquitur de damnis passis occasione spolij, tunc prorsus alieni à cogitatu contrahentium, tàm tristem euentum non meditantium, vt in sim. *Rimin.Iun.cons.569.nu.114.& 115.Rota in Rauennaten.Salutati 10. Iunii 1639. §.eo magis coram me.* Accedit bonum ius, quod Affictuarij fouebant in iudicio spolij canonizatum per duas decisiones nixas tùm nullitati, tùm iniustitiæ possessionis captæ à Capitulo in quarum posteriori ædita *sub die 17. Decembris 1646. §.secundo quia* ostenditur in specie, quod *doctrina Zasij in l.2.ff.si cert.petat.* iterùm hodie allegata pro tuenda iustitia dictæ possessionis non applicatur casui nostro. Adeo quod omnibus simul iunctis verùm est dicere, quod Procurator excedendo fines trāsactionis, in qua aliquid remitti hinc indè necesse est, omnia ferè remisit, nihilque aut modicum de bonis Capituli recepit, quippè frumentum restitui promissum non erat Capituli, sed Francisci Antonij, qui illius restitutioni se opposuit, Animalia paritèr non erant Capituli, sed eiusdem Francisci Antonij, in quem Capitulum illa antecedentèr transtulerat, & dimittenda erant in manibus Ministrorum Francisci Antonij, & sic Procurator excessit fines mandati cum libera,
34 cuius † vigore Procurator potest quidem paciscendo præiudicare principali *Calder.consil.3.sub num.1.de procurat. & cons.4. num.1. post med.vers.item in procuratore de appell.* sed non

cum

cum tanto damno *Natt.cons.25.num.4. Aliat. cons.67.n.6.& seqq.lib.8.Giurb.obser.69.n.9.circa fin.vers.non tamen Caualer.decis.30. nu.27.par.2. Ioseph Ludou.decis.Perus.37.n.6.*

Ad prætensam ratificationem Affictuariorum eductam, vel ex Instrumento mutui ab Excellentiss. D. Principe Burghesio recepti cum hypotheca frumenti existentis in horreis Casalis Campi Mortui, & enunciatiua, quod illorum ipsi alteram Clauem, Capitulum alteram retinebat, vel ex memoriali porrecto Sanctissimo bene respondit *ultima decisio in §.penultimo, & fin.* quod neutrum
35 ratificationem redolet † vniuocè, & necessariò, vt requiritur, nam hypothecari potuit
36 frumentum, † vti ad se spectans vigore locationis, & illa enunciatiua respectu clauis à Capitulo retentæ, probat quidem Affictua-
37 rios id sciuisse, † sed non quod approbauerint, vt in proximis terminis *Rot.penès Merlin. decis.343.n.4.& seq.* & in alijs relatis *in d.§.fin.* Clauem autem propriam Affictuarij recipere potuerunt tamquam sibi debitam vigore locationis, & pro purgatione spolij à Capitulo commissi citrà approbationem transa-
38 ctionis, † cuius nusquam ibi mentio habetur, *vt post Innoc. & alios dixit Rota decis.311. num.17.coram san.mem. Greg.XV.* & tradit *Lanar.cons.33. num.11. Galeott.contr.Iur. lib.2.controu.47.num.52.& 53.Vinc.de Franch.decis.100. num.21.& 22.*

Præsertim quia non receperunt Claues immediatè à Capitulo, sed à Martellio coram Procuratore, qui potuit eas tradere ipsis non certioratis de transactione, ac illius omnibus circumstantijs, & quia vbi concurrunt
39 prout hic duo tituli successiui, † nempe locatio, & transactio, receptio clauium non est tribuenda titulo proximiori transactionis, cũ desint duo ad hunc effectum requisita, videlicet, quod titulus proximior sit validus *Menoch.cons.381.nu.40. Surd.decis.51.nu.19.Rot.decis.205.n.2.par.1.diuers.decis.97. n.6.par.1.rec.& in Bonon.fideicommissi de Leonorys 22.Iuny 1646.*
40 *§.requiritur coram me*, quodque fuerit adimpletus *Becc.cons.13.n.9. Alex.cons.33.nu.6.vers. quia dicit cons.86.nu.4. lib.6.post Angel.in l.super longi n.5.circa fin.vers.si impleri C.præscript.long.*
41 *temp.*† & in dubio, quia titulus locationis est pinguior, & magis proficuus ex eo potiùs censentur claues receptæ, ac retentæ, quam ex posteriori transactione, *Cresc.decis.5.de restit.spoliat.add.ad fa.me.Greg.XV.decis.546.n.15. Duran.decis.269.nu.11.& 12. Rot.in d.Bononien. fideicommissi de Leonorys, §.nam licitum coram me.*

Memoriale nescitur à quo fuerit porrectũ & in conclusione repugnat ratificationi concordiæ, qua petit mandari, vt negocium terminetur per aliam concordiam, vel per Iudicem delegandum, vltrà quod inuerisimile omninò est, quod ibi oratores voluerint ratificare concordiam, quam ex parte Capituli inobseruatam narrauerunt, & hæc sola inobseruantia sufficit, vt concordia ipsis obstare non debeat ex supra allegatis.

Et ita vtraque, &c.

MAIORICEN. CELEBRATIONIS MISSARVM.

Veneris 24. Ianuarij 1653.

ARGVMENTVM.

Rota solet vnico contextu disputare possessorium, & petitorium, vt quantocitiùs ad sententiam in petitorio minori partium dispendio procedatur.

SVMMARIVM.

1 *Possessorium cum petitorio inuita parte cumulari nequit.*

2 *Rota solet vnico contextu disputare duo dubia alterum in possessorio, alterum in petitorio vt post decretum mandatum de manutenendo ad sententiam citiùs, & minori partium dispendio procedatur.*

3 *Canonici si per annos 40. consueuerunt canere Euangelium in Missis solemnibus dicitur Ecclesiæ quæsita quasi possessio recipiendi hoc seruitium.*

4 *Quasi possessio seruitutis acquiritur per vsum rei, & per actum, in quo ipsa seruitus repræsentatur.*

5 *Manutentio datur in quasi possessione seruitutis personalis.*

6 *Facultatiui actus ad acquirendam quasi possessionem, & manutentionem obtinendam non releuant.*

7 *Secus quando constat dictos actus fuisse coactiuos, quinimò ad obtinendam manutentionem sufficit posse dubitari vt interim manutentio concedatur, nisi vehemens præsumptio resistat.*

DECISIO DXLII.

PARENDO vt decet mandatis Dominorum, duo hodie proposui dubia distincta tamen, alterum in summarissimo possessorio super decisis die 28. Iunij proximè præteriti, alterum in petitorio, non vt
1 cumuletur † vtrumque iudicium cum inuita parte hoc non liceat, *l. ordinary C. rei vindic.l.incerti C.Interdict.Menoch.de retin.remed.vlt. num.30.Caputaq.decis.143. num.2.par.3. Rot.inter recent.decis.365.num.9.par.1.* sed vt post decretum de manutenendo, ad sententiam in pe-
2 titorio citiùs, & minori partium dispendio procedatur, quod permissum est *Christoph. Paz de tenut.cap.9.num.17.Natt.cons.121.num.9. Seraph.decis.1433. in princ. Buratt.decis.337.numer.15.& seqq.* Præsertim Promotore Fiscali mensæ Episcopalis à quo possessorium fuit introductum consentiente, *Penia decis.150. num.20.*

Reportauit Promotor in vtroque dubio victoriam, quoad petitorium ex rationibus adductis in decisione desuper extensa hac ipsa die, quoad possessorium verò ex fundamentis primæ decisionis, quam confirmandam esse Rota censuit; nam Testes de visu, & certa scientia deponunt Canonicos in solemnitatibus nuncupatis de Aloi, pluries; imò semper per quadraginta, & ampliùs an-

nos cecinisse Euangelium! Missæ solemnis; vndè Ecclesiæ Cathedrali huiusmodi seruitium recipiendi à Canonicis quæsita fuit,
4 quasi possessio,† quæ semper in seruitutibus acquiritur per illum actum in quo ipsa seruitus repræsentatur *Bald. in l. 2. n. 14. C. de seruit. & aqua*, cum alijs allegatis *à Modern. Perhsin. de manut. obseru. 34. num. 8.* & in terminis serui-
5 tutis personalis, † quod exinde competat manutentio tradit *Guttier. Canon. quæst. lib. 2. cap. 21. sub num. 147. circa fin. vers. & quod Osasc. decis. 99. numer. 49. & 50. vltrà allegatos in prima decisione in princ.*

Nec obstat quod actus à Testibus recensi-
6 ti, fuerint facultatiui, ac proindè ad acquirendam quasi possessionem, ac manutentionem obtinendam non releuent, quia imò emanasse ex causa coactiua, & obligatorios
7 esse in futurum demonstrant adducta in hodierna decisione super petitorio, quæ hic repetere superuacaneum est, & sufficit de hoc posse dubitari, vt interim manutentio concedatur, nisi præsumptio valdè vehemens resistat, *Seraph. decis. 325. nu. 3. add. ad Greg. XV. decis. 162. num. 15. in fine*, alijque allegati *in prima decisione, §. verum.*

Et ità decisum vtraque parte informante.

MAIORICEN. CELEBRATIONIS MISSARVM.

Veneris 24. Ianuarij 1653.

ARGVMEMTVM.

Canonici si sunt in vsu, & consuetudine canendi Euangelium in quibusdam festiuitatibus per plures annos, inducta censetur obligatio, & titulus canendi in futurum, & talis consuetudo eo magis videtur admittenda ex quo respicit piam causam, & non est contra Ius, quo casu sufficit consuetudo decennalis. Actuum difformitas ad elidendam consuetudinem, ex quibus in hoc casu non suffragetur? Ex consuetudine, & vsu canendi Euangelium inducta dicitur obligatio ipsius Capituli ex longæua patientia, ex qua resultat ipsius ratificatio, & ex quibus deducatur huiusmodi ratificatio Capituli?

SVMMARIVM.

1 *Canonici si sunt in vsu, & consuetudine per 40. & amplius annos canendi Euangelium in aliquibus festis, ex hoc longissimi temporis cursu inducta dicitur obligatio, & titulus etiam in futurum.*
2 *Quæ quidem obligatio faciliùs procedit in respicientibus diuinum cultum, & causam piam.*
3 *Consuetudines laudabiles sunt seruandæ.*
4 *Consuetudo quando respicit diuinum cultum, tamquam laudabilis est obligatoria etiam in futurum, quamuis causam habuerit voluntariã ex mera liberalitate prouenientem.*
5 *Et ita fuisse iudicatum in specie de consuetudine cantus Missæ refert Guttierez allegat.*
6 *Ratio est, quia Canonici tenentur canere Euangelium illis diebus, quibus legitimè consuetudine introductum est.*
7 *Consuetudo decennalis sufficit, quando non est contra Ius, sed præter Ius.*
8 *Ex facultatiuis actibus nulla inducitur obligatio in futurum.*
9 *Declara non procedere quando concurrit fauor Ecclesiæ, & pia causa.*
10 *Facultatiui actus non præsumuntur, attenta multiplicitate actuum, & continuata possessione per longum tempus, maximè quando magnum incommodum afferunt agenti.*
11 *Consuetudo ex actuum difformitate elisa remanet.*
12 *Consuetudo obligatoria Capituli non resultat ex actibus gestis à Canonicis.*
13 *Consuetudo postquam est completa non dicitur elisa per vnicum actum difformem postea subsecutum.*
14 *Euangelium in Missis solemnibus cani debet à Canonico stantibus declarationibus S. Rituum Congregationis, nè scilicet graduum, & ordinum prærogatiua confundantur.*
15 *Euangelium canere in diebus solemnibus spectat ad Canonicos vti Canonicos, non autem vti priuatas personas.*
16 *Ex Canonicorum diuturna obseruantia canendi Euangelium inducitur cõsuetudo obligatoria Capituli, præsertim stante longæua patientia Capituli, ex qua resultat eiusdem ratificatio.*
17 *Capituli obligatio canendi Euangelium per Canonicos eo magis inducta dicitur, si concurrunt decreta Capitularia, ità fieri præcipientia, ac certam distributionem Canonico canenti assignantia.*
18 *Decreta Capitularia etiam cessante consuetudine sunt obligatoria Capituli.*
19 *Decreta Capitularia quamuis dent optionem Canonico Turnario canendi, necne exindè censetur solum remissa necessitas Turnario, sed non obligatio Capituli.*
20 *Decreta Capitularia dum mandant seruari Turnum, qui propriè inter Canonicos verificatur ex hoc solum resultat, quod inter singulos oneris exercitium diuidatur residente obligatione apud ipsum Capitulum.*
21 *Canonico Turnario facultas non canendi censetur concessa, dummodò iusta, & rationabilis causa concurrat.*
22 *Canonicus Turnarius de iure communi recusare non potest Euangelium canere, nisi legitimo impedimento sit detentus.*
23 *Capituli obligatio ex quibus potissimè resultat?*
24 *Ad coniecturas, & verisimilia recurrendum est quando dubitatur, an aliquid gestũ fuerit ex obligatione ex quibus Iudex vnum, vel alterum arbitrari possit.*

DECISIO DXLIII.

ETIAM petitorij cognitione assumpta Domini censuerunt Canonicos Ecclesiæ Cathedralis Maioricensis teneri canere
1 Euangelium † in festis nuncupatis de Aloij fidelium deuotione fundatis, ac dotatis cum ita fuisse obseruatum deponant plures testes de visu, & certa scientia per quadraginta, &

am-

amplius annos, quo longissimi temporis decursu inducta dicitur obligatio, & titulus etiam ratione futuri temporis, *Bart. in l. solent §. 1. in fin. ff. off. proconsul. & leg. Bald. in l. malè agitur num. 7. Cod. præscrip. 30. vel 40. annor. Menoch. præsumpt. 131. num. 51. lib. 3. Rot. decis. 311. nu. 4. inter impress. apud Modern. Perusin. de manut. reuocatoria exaduersò allegatæ decisionis 127. numer. 6. par. 5. recen. & in Dertusen. Subsidij 2. May 1636. coram bon. me. Card. Hieronymo Verospio.*

Faciliùs in respicientibus diuinum cul-
2 tum, † & causam piam, cuius fauore lauda-
3 biles consuetudines † obseruari præcipit *text. in cap. ad Apostolicam 42. de simon.* vbi Celestinus III. loquitur de consuetudine inducta non ex aliqua præexistenti obligatione, sed
4 spontè, & ex deuotione, † vndè communiter Doctores notant, quod consuetudo huiusmodi obligatoria est in futurum, quamuis habuerit causam voluntariam ex mæra liberalitate prouenientem, sic *Felin. Abbas,* & alij relati *in decisione huius causæ super summarissimo possessorio edita 28. Iunij proximè præteriti, §. quod etiam inter quos Guttier. can. quæst. lib. 2 cap. 21. numer. 151.* Loquitur in specie de consuetudi-
5 ne, † cantus in Missa, ac testatur, sic fuisse pronunciatum per Ordinarium Ciuitatensem, & additum *Genuen. practicab. Ecclesiast. quæst. 478. num. 1. Rot. d. decis. 311. nu. 5. decis. 365.*
6 *num. 6.* vbi dicit rationem, † quia Canonici, ità faciendo per tot tempora, visi fuerunt velle inducere talem consuetudinem, & obligationem in futurum *par. 2. recent.* & magis in puncto quod Canonici teneantur Euangelium canere per se ipsos illis diebus, quibus legitima consuetudine introductum est declarauit Sacra Congregatio Concilij, vt refert *Garz. de benef. par. 3. cap. 2. num. 495. Barbos. de Canon. & dignit. cap. 31. num. 5. & Apostol. decis. coll. 92. num. 7.*

Satisque esse ad hunc effectum consuetu-
7 dinem decennalem † eo quod non est contra ius, sed præter ius tradit *Felin. in d. cap. ad Apostolicam num. 3. Abb. in cap. suam n. 8. de simon. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 17. num. 3. vers. quod si Clerici Guttier. d. cap. 21. num. 144. Rot. d. dec. 311. num. 5. & d. decis. 365. num. 4. §. vbi vlterius nu. 5.*
8 ad obiectum quod ex actibus † facultatiuis non producitur obligatio, respondetur non
9 procedere † quando concurrit fauor Ecclesiæ, & piæ causæ, & præterea ex actuum
10 multiplicitate, † & continuata possessione per longum tempus excluditur præsumptio quod fuerint facultatiui; Maximè quando vt hic magnum incommodũ afferunt agenti, *Grat. discept. 681. num. 6. Rot. inter impress. apud Modern. de manut. decis. 32. num. 9. decis. 41. num. 8. decis. 397. nu. 3. par. 2. recent. vltrà allegatos in dicta decisione edita super possessorio.*

11 Neque vrget, vel asserta actuum difformitas, † quæ consuetudinem excludit, vt in his terminis tradit *Iannen. pract. Eccl. d. q. 478. num. 2. in fin. Rot. in dicta Dertusen. Subsidij §. præterea coram Card. Verospio Iuniori,* vel quod ex actibus gestis à Canonicis, vti singulis † non
12 resultet consuetudo obligatoria Capituli ex allegatis per *Honded. cons. 79. numer. 27. & seqq. lib. 1. Mant. decis. 259. num. 6. Rot. inter recent. decis. 458. num. 2. par. 1.* Nam testes dati in Summario Promotoris Fiscalis *num. 1.* deponunt de vniformi obseruantia quadraginta, & amplius annorum, quique afferuntur in Summario Canonicorum *num. 5.* aut loquuntur de duobus actibus, qui dederunt causam liti, & licet secundus Testis iuxtà secundum deponat idem fuisse seruatum in vna Missa Conueutuali Sancti Bernardi anteacti biennij, vnicus est, nec prius completa longissimi temporis consuetudo per vnum actum
13 contrarium † postea subsecutũ fuisset elisa, *Abb. in cap. auditis num. 10. in vlt. notab. per illum text. de præscript. Felin. in cap. illud num. 13. eod. tit. Rot. dec. 345. num. 9. par. 1. recent. & in Cracouien. Iuris respondendi 28. Iunij 1651. coram me.*

Aut loquuntur de cantu Euangelij in die Dominico, & in Missis solemnibus celebratis à Canonico in quibus & si Euangelium cecinerit non Canonicus id attendi non de-
14 bet † cum resistant declarationes Sacræ Cõgregationis Rituum relati *à Barbos. de Canon. & Dignit. cap. 34. sub num. 3. & Apostolicar. decis. collect. 92. num. 4. & à Modern. Carpen. controu. forens. cap. 38. num. 30.* Ne scilicet graduum, & ordinum prerogatiuæ confundantur *Garz. de benef. par. 3. cap. 2. sub num. 496.* Aut non excludunt, quod Euangelium cecinerit Canonicus, sed solum affirmant, quod Canonicus nuncupatus Surreda nũquam cecinit, quodque aliquoties Canonici Turnarij se excusarunt, & prohibuerunt Præfecto ceremoniarum nè illos inuitarent ad canendum, non autem ideò Euangelium cecinit alter non Canonicus, imò ijdem Testes subdunt, quod Turnariis se excusantibus Præfectus ceremoniarum inuitabat alios Canonicos, donec reperiretur aliquis ex Capitularibus, qui Euangelium caneret Summ. Canonicorum *num. 2.*

Quod autem diuturna obseruantia Canonicorum induxerit consuetudinem obligatoriam Capituli dubitari non potest, cum
15 actus canendi Euangelium † in diebus solemnibus ad illos spectet, non vti priuatas personas, sed vti Canonicos *Barbos. de Iur. Eccles. lib. 1. cap. 25. num. 10. & 11.* & ex longæua
16 patientia Capituli † resultet eiusdem ratificatio *Rot. decis. 41. num. 2. inter impress. apud Modern. Perusin. de manut. cum alijs allegatis ab eodem Modern. obseru. 36. num. 7. & 8. Buratt. decis. 312. num. 10.* iunctis præsertim decretis Capitula-
17 ribus † de quibus infra ità fieri precipientibus, ac certam distributionem Canonico canenti assignantibus *Mant. decis. 259. num. 6. alijque relati ab add. ad Buratt. decis. 285. Litt. A. & in dicta obser. 36. nu. 20.*

Adsunt inquam decreta Capitularia emissa de anno 1603. & 1650. quod in cantu Euãgelij seruetur turnus per verba præceptiua ponderata *in prima decisione §. adest,* quæ decre-
18 ta † etiam cessante consuetudine sunt obligatoria Capituli, & Canonicorum *Barbos. Apostol. decis. coll. 92. num. 7. vers. quibus ex instituto*

to Garz. de benef. par. 3. cap. 2. sub nu. 495. vers. quibus ex institutis, quamuis Canonico turnario 19 dent optionem canendi necne, † quia exindè censetur solum remissa necessitas turnario, sed non obligatio Capituli, dum simul 20 decreta † mandant seruari turnum, qui verè, & propriè inter Canonicos tantum verificatur, ac diuidit in singulos exercitium oneris, & obligationis apud ipsum Capitulum residentis, vt ex *Bart.* & alijs ibi allegatis ponderat *prima decisio §. Nec obstat*, & placuit Dominis alia responsio eiusdem decisionis, quod scilicet optio, & libertas non 21 canendi† censeatur concessa, dummodò iusta, & rationabilis causa concurrat, vt per *Bart. in l. alio herede num. 3. ff. alimen. & cibar. legat. Roman. cons. 476. num. 4. vers. cæterum, Paris. cons. 95. nu. 74. lib. 2. Rot. in Burgen. Residentiæ coram Platto impress. apud Marchesan. de commiss. par. 1. fol. 132. num. 2. in fin.* ea ratione. quia decreta recipere debent interpretationem pas-22 siuam à Iure communi, quo turnarius† recusare non potest, nisi legitimo impedimento sit detentus, vt in puncto declarauit Sacra Rituum Congregatio relata per *Garz. de benef. cap. 2. num. 495. vers. quod si quando Barbos. de canon. & dignit. cap. 31. sub num. 4. vers. quod necessario, & sub num. 6. Moder. Carpen. controu. for. cap. 38. num. 29.*

His accedunt fundationes harum festiuitatum, quarum aliqua habent expressam assignationem certi emolumenti pro Canonico canente Euangelium, aliæ fuerunt acceptatæ à Capitulo cum onere solitæ solemnitatis, quod intelligitur cum cantu Canonici, quem esse solitum probauit obseruantia superiùs deducta; item attestationes Custodis ipsius Ecclesiæ Cathedralis, & Secretarij Confraternitatum Sancti Petri, & Bernardi Summario Promotoris *num. 9. & 10.* necnon assignatio specialis distributionis à Capitulo de proprijs bonis facta canenti Euangelium ad obuiãdum ne Canonici huic muneri deficiant dicto Summar. *num. 8.* Nec enim verisimile est, quod mensam propriã Capitularem Capitulum grauasset, nisi ad hoc seruitium cantus teneretur. Quæ omnes circumstantiæ præsertim simul iunctæ, 23 valdè † conducunt ad probandam obligationem Capituli, & Canonicorum, nam etiam vbi dubitatur an aliquid gestum fuerit ex voluntate, vel ex obligatione † recur-24 rendum est ad coniecturas, & verisimilia ex quibus Iudex vnum, vel alterum arbitrari possit *Innoc. in c. bonæ memoriæ il secondo gloss. 2. & 3. de postulat. Prælat.* quem sequitur *Bart. in l. 1. §. hoc interdicto num. 9. ff. de itinere actuque priuat. Rebuff. de mater. possess. in præfat. nu. 194. Natt. cons. 522. num. 9. in fin. Panzirol. cons. 74. nu. 4. & 5. Casanatt. cons. 39. num. 48. & 49. Grat. discep. 681. num. 6. & 7.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

CARPENTORACTEN. TRANSACTIONIS.

Lunæ 27. Ianuarij 1653.

ARGVMENTVM.

Sententia lata contra mortuum substinetur, si in actis, & in processu causæ de morte non constat, & in omnem euentum substinetur sententia contra alios litis consortes. Ius exequendi rem iudicatam spatio 30. annorum non præscribitur, quando executio est iam cœpta, & agitur de materia habente tractum successiuum, & ex quibus constet executionem fuisse cœptam?

SVMMARIVM.

1 *Sententia ob nõ interpositam appellationem transit in iudicatum.*

2 *Præsertim quando illius iustitia resultat ex decisionibus in causa editis.*

3 *Sententia lata contra mortuum non substinetur.*

4 *Declara conclusionem procedere, quando in actis, & processu causæ constat de morte, & n. 5.*

6 *Sententia lata contra mortuum substinetur contra alios litis consortes viuentes.*

7 *Res iudicata est executioni demandanda.*

8 *Ius exequendi rem iudicatam spatio 30. annorum præscribitur.*

9 *Post 30. annos nec sententia, nec executoriales mittendæ sunt executioni eo quod hoc temporis spacio actio in factum, & officium Iudicis præscriptum est.*

10 *Præsertim attento stylo Rotæ, & quando fuit à re iudicata recessum praua acceptatione recessus ab vtraque parte, & n. 11.*

12 *Ius exequendi rem iudicatam nõ præscribitur, quando executio est iam cœpta, & agitur de materia tractum successiuum habente.*

13 *Ratio est, quia cœpta executione actio in factum, seu Iudicis officium pro executione sententiæ effectum fuit litigiosum, & lite pendente non currit præscriptio.*

Præscriptio non currit lite pendente, ibid.

14 *Instantia in Curia est perpetua.*

15 *Executio rei iudicatæ potest in materia habẽte tractum successiuum quandocunque retineri, si inferatur noua turbatio.*

16 *Ius exequendi vt præscribatur in materia habente tractum successiuum requiritur, quod constet euenisse casum contrauentionis, & victor tanto tẽpore acquieuerit vt potuerit induci præscriptio.*

17 *Executio dicitur cœpta per relaxationem, & intimationem executorialium.*

18 *Item per successiuam taxationem expensarum, quæ pars executionis sunt, quando in sententia victus fuit condemnatus.*

19 *Executio contra vnum ex pluribus condemnatis vnica verborum structura, omniumq; est eadem causa defensionis, tunc vim habet contra omnes.*

20 *Effectuatio quoad vnam ex pluribus rebus in sententia, vel instrumento contentis suffragatur etiam quoad alia eiusdem speciei, & ex eodem iure prouenientia.*

21 *Executio, vt facta dicatur, sufficit aliqua executionis pars, ea ratione, quia executio non habet certam, & limitatam formam.*

22. Exe-

22 *Executio rei iudicatæ probatur ex actu habente in ventre expressam relationem ad rem indicatã, ad quam tanquam suum titulum in dubio actus referendus est.*
23 *Et importat illius vsum, & executionem.*
24 *Renunciatio rei indicatæ non præsumitur, & pro illius exclusione omnis possibilis intellectus capi debet.*
25 *Possessio non dicitur acquisita ex actibus facultatiuis.*
26 *Possessio vt in facultatiuis acquiratur, requiritur contradictio cum acquiescentia subsecuta.*
27 *Manutentio non datur aduersus rem iudicatam.*

DECISIO DXLIV.

TRES habet partes dubium, quod hodie proposui ad instantiam Communitatis Mazani contra D. Io: Baptistam de Sado, & litis consortes, nempe an sententia Rotalis lata de anno 1614. à bon. mem. Cardinali Sacrato fauore Communitatis transierit in iudicatum; secundo an eius vigore sint remouenda animalia lanuta ex Territorio Mazani; tertio an Dominis de Sado dandum sit mandatum de manutenendo in possessione dicta animalia retinendi. Postrema hæc negatiuè, duo priores affirmatiuè decisæ fuerunt.

Transiit enim in iudicatum dicta sententia
1 ob non † interpositam appellationem iuxta text. in cap. cum sit Romana de appell. Authen. ei qui Cod. tempon. appell. Cassad. dec. 7. num. 5. de appellat. Rot. dec. 81. num. 3. par. 1. recent. & alias sæpissimè;
2 præsertim, † quia eius iustitia nititur tum dispositioni iuris communis, tum transactioni alias initæ inter Guglielmum tũc Dominum Mazzani, & Communitatem, vt apparet ex deductis in decisione coram Cardinali Sacrato ante sententiam edita, quæ est inter *recent. dec. 433. par. 3.*

Et obiecta nullitas ex quo sententia lata
3 fuerit † etiam contra Alexandrum alterum ex reis conuentis tunc mortuum ad textum *in l. 2. ff. quæ sent. sine appell. rescind. Caputaq. decis. 140. par. 3. Rot. dec. 742. num. 2. par. 2. recen. dec. 858*
4 *num. 4. penes Buratt.* cessat, † quia non probatur in processu causæ allegata mors, vt debuit *Ias. in l. non exigimus §. si quis in iudicio n. 5. in fin. ff. si quis caut. Rimin. iun. cons. 179. n. 30. Becc. consil. 110. per tot. Grat. discept. 18. num. 32. Guidopap. decis. 80. sub nu. 2. vers. si vero non constat Buratt. decis. 241. num. 8. dec. 841. num. 5.* vbi quod oportet
5 in actis † de morte constet Iudici, vt Iudici, *Rot. in Nucerina Affictus 4. May 1643. coram R. P. D. meo Verospio*; præter quod adhuc substine-
6 retur sententia † contra alios litis consortes, qui viuebant *Gabr. cons. 56. num. 15. & seqq. lib. 1. Becc. d. cons. 110. in fin. Grat. d. discept. 18. num. 26. & fuit dictum in Lauretana Domus 14. Decembris 1643. coram me.*

Posita verò iustitia, & validitate sententiæ eiusque lapsu in iudicatum, sequitur quod vt in ea præcipitur sint remouenda animalia lanuta ex Territorio Mazzani, cum reiiudi-
7 catæ † obtemperandum sit, *Clemen. vt calumnijs de re iudic. l. post rem indic. ff. re iud. l. minor ff. minore l. 2. Cod. execut. rei iud. Mant. dec. 187. num. 4. dec. 289. num. 6.*

8 Non obstat, quod ius exequendi † rem iudicatam præscriptũ fuerit per lapsum 30. annorum *Bald. in cap. vlt. in fin. de except. Acchill. decis. 5. in princ. de præscr. Mart. Andr. dec. 32. num. 7. Rot. inter recent. dec. 1. num. 3. 4. & seqq.* vbi quod post 30. annos nec sententia, nec executoriales
9 eius vigore † relaxatæ mittendæ sunt executioni, eo quod hoc temporis spacio ius exequendi hoc est actio in factum, & officium Iudicis quæ pro illis præstantur præscriptum
10 est; attento præsertim stylo Rotæ *par. 7.* Vel à re iudicata fuerit recessum per consensum
11 à Communitate † præuio Consilio de anno 1631. præstitum retentioni animalium post quadriennium, & decretum desuper emissum à D. Rectore Carpentoratensi, ac ab vtraque parte acceptatum, vt per *Dec. in l. res iudicata num. 4. ff. reg. iur. Gonz. super reg. Cancell. gloss. 66. num. 39. Mohed. dec. 4. num. 3. de sent. & re iud. Rot. dec. 317. n. 3. coram san. mem. Greg. XV.*

Nam præscriptio vrgeret nisi executio cœ-
12 pta esset, † & ageretur de materia habente tractum successiuũ, in quibus terminis loquuntur *ex aduerso allegati*; vbi verò executio semel est cœpta, ac tractum successiuum habet non subiacet præscriptioni, quia cœpta executio
13 ne † actio in factum, seu Iudicis officium pro executione sentẽtiæ impensum effectum fuit litigiosum, & lite pendente non currit præ-
14 scriptio, maximè in Curia † vbi instantia est perpetua, vt in puncto benè distinguit *Rota penes Acchill. dec. 5. num. 2. & per tot. de præscr. decis. 115. num. 6. & 2. seqq. apud Peniam*; cumque
15 versetur circa materiam tractus † successiui perfici, & reiterari potest quandocumque victori inferatur noua turbatio, *Nunez de Auendan. de exequ. mand. cap. 4. sub nu. 49. vers. quod maximè Put. decis. 326. in fin. lib. 1. in corr. Rot. inter recent. dec. 1. num. 22. & seqq. dec. 21. num. 8. & 9. & num. 11. & seqq.* vbi quod isto casu doceri de-
16 beret ad effectum præscriptionis, † quod venerit casus contrauentionis, & victor acquieuerit tanto tempore, vt potuerit præscriptio induci *par. 7. & in Nazarena, seu Montis Viridis Beneficij 14. Martij 1646. §. dum enim coram R. P. D. meo Verospio.*

17 Fuisse autem cœptam executionem † apparet iungẽdo simul tum relaxationem executorialium earumque intimationem, quam ad hunc effectum ponderauit *Rota decis. 138. num. 2. par. 2. recent. dec. 2. num. 5. decis. 236. num. 10. dec. 464. num. 8. apud Moder. Perus. de manut.* tum
18 successiuam taxationem, † & solutionem litis expensarum, quæ sunt pars executionis quando ad illas in sententia victus, vt in casu nostro condemnatus fuit *Ferrett. cons. 41. nu. 7. vers. et soluat expensas,* quem refert, & sequitur *Odd. de rest. in integr. par. 2. q. 71. art. 6. nu. 63. versic. soluere expensas, Mart. Aud. dec. 43. num. 8.* Nihilq; refert an omnes litis cõsortes, vel alter ex illis expensas soluerit, cum vbi plures vnica verborum structura sententia condemnat om-
19 niumque † eadem est causa defensionis, executio

cutio contra vnum vim habeat executionis contra omnes ad text. *in l.1. & 2. Cod. si vnus ex pluribus cap. penult. de appellat. Lancell. de attentat. par. 2. cap. 12. ampliat. 1. num. 11. & seqq. Put. decis. 459. lib. 2. in corr. Buratt. dec. 315. nu. 7. ibique Add. litt. A. alleg. concordan.* sicut in simili dicimus,
20 quoad † vnam ex pluribus rebus in sententia, vel instrumento contentis suffragatur etiam quo ad alias eiusdem speciei, & ex eodem iure prouenientes, *Paris. cons. 90. numer. 4. & 5. lib. 1. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. numer. 240. Caualer. dec. 408. num. 6. Buratt. dec. 80. n. 40. Rot. in Barchinonen. iurisdict. 8. Aprilis 1647. §. nec refert in fin. coram me.* Sufficitque aliqua pars execu-
21 tionis, † vt executio facta dicatur *Bart. cons. 36. sub num. 2.* vbi dicit rationem, quia executio non habet certam, & limitatã formam *lib. 1. & in l. is qui ex nu. 3. ff. ex quib. caus. maior.* quem refert, & sequitur *Moder. Hispan. de Iudic. to. 2. lib. 1. tit. 3. disp. 16. num. 32. in fin.*

Tum tertio ipsum consilium Communitatis anni 1631. exaduerso productum continens præceptum de expellendo animalia lanuta si quæ in Territorio adessent, quod in
22 ventre habet expressam relationem † ad rem iudicatam ibi, *iuxta decreta SS. D. N. Papa,* ad quam tanquam suum titulum etiam in dubio referendum esset *Socc. sen. cons. 15. n. 7. lib. 4. Nenizz. cons. 37. num. 18. Surd. cons. 221. num. 47. & 48. Rot. dec. 97. num. 2. dec. 277. num. 1. par. 1. rec.*
23 & importent illius † vsum, & executionem, *vt per Bald. in l. 2. num. 14. & 20. Cod. seruitut. & aqua aliosque relatos à Modern. Perusin. de manuten. obseru. 34. num. 8. Rot. in Maioricen. celebrat. Missar. 24. Ianuarij currentis coram me.*

Atque hinc tollitur etiam assertus recessus à re iudicata, quia imo illi inhærendo Communitas præcipit animalia lanuta expelli de anno 1631. prout etiam de anno 1647. & quãuis præceptum conceperit ad quadriennium proximè decurrendum, hoc quoq; congruit rei iudicatæ, & transactioni, cui vt supra dicebam innititur concedenti Communitati arbitrium retinendi, vel expellendi per tempus ei bene visum. Idemque respondetur ad decretum Rectoris Carpentorate dicti Consilij confirmatorium, quod & si Communitas acceptauerit etiam in ea parte qua mandat animalia restitui post quadriennium quatenus tunc vtilia esse cognoscantur, videtur vsa dicto arbitrio, ac beneplacito expellendi, vel retinendi per tempus sibi bene visum; satisque est, quod ex inde non resultet per necesse re-
24 nunciatio rei iudicatæ † alioquin non præsumenda, ac per omnem possibilem intellectum excludenda, *Dec. cons. 308. num. 8. Tiraqu. de retr. lignag. §. 36. gloss. 2. num. 50. Rot. dec. 132. numer. 12. par. prima recent. dec. 15. num. 4. coram san. mem. Greg. XV.* ac omnem tollit amaritudinem obseruantia subsecuta; nam lapso ne dum vno, sed pluribus quadriennijs iterum Communitas de anno 1647. mandauit expelli animalia.

Et ex his iustificatur quoq; denegatio mandati de manutenendo exaduerso petiti; quia esto quod condomini Mazani aliquãdo animalia lanuta in hoc territorio retinuerint, id euenit ex facultate concessa à Communitate cõtra quam propterea ex actibus retentionis
25 tãquam facultatiuis † nulla condominis fuit acquisita possessio *l. proculus ff. damn. infect. Decian. cons. 144. num. 133. lib. 4. Rot. dec. 473. num. 1. par. 3. recent. decis. 286. num. 1. coram Cardinali Caualerio dec. 106. num. 8. coram Merlino,* sed ad hũc
26 effectum probandum esset, † quod condomini animalia retinuerint Cõmunitate contradicente, & tandem acquiescente *Calder. cons. 19. num. 2. de preben. Surd. cons. 127. numer. 81. Seraph. dec. 716. num. 10. Cocc. dec. 462. num. 10. cum alijs alleg. in Hispalen. decimarum 27. Iunij 1644. coram Eminentiss. D. Cardinali Corrado.* Eoque
27 minus concedi potest manutentio † obstante reiudicata, *Cas. de Graff. dec. 7. num. 9. de re iudic. Rot. dec. 72. num. 5. par. 4. diuers. dec. 508. n. 9. par. 5. recent.*

Et ità decisum vtraque parte informante.

GERVNDEN. VICARIAE.

Lunæ 27. Ianuarij 1653.

ARGVMENTVM.

Pendente lite in Rota subrogatus nequit possessionem capere propria authoritate absque vitio attentatorum etiamsi litis pendẽtia fuerit narrata Papæ, quia illa excusat à subreptione non autem ab attentatis. Litis per obitum collitigantis, quando extinguatur? Subrogatio quando dicatur rigorosa non gratiosa, & quãdo subrogatus rigorosè teneatur nouũ examen subire, non obstante quod fuerit idoneus repertus ab examinationibus synodalibus in prouisione gratiæ principalis? Subrogatus lite pendente quando non valeat possessionem propria authoritate capere?

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta à subrogato lite pendente est nulla, & attentata.*

2 *Amplia quãuis pendentia litis fuerit narrata Papæ, quia illa excludit quidem subreptionem qua aliàs resultaret ob illius taciturnitatem, sed non operatur, quod subrogatus in spretũ pendentiæ litis possit capere possessionem.*

3 Decisio Cardinal. Caualerij 186. numero 3. declaratur.

4 *Litteræ Apostolicæ mentionem litis facientes de subreptione argui nequeunt.*

5 *Papa lites prouidendo lite pendente non attentet attentat nihilominus qui vigore prouisionis Apostolica possessionem capit.*

6 *Subrogatus tenetur gratiã subrogationis lite in Rota pendente obtentam in actis Notarij causa exhibere non obstante quod in litteris sit datus certus executor, quia Rota Auditor in causis pendentibus succedit loco Ordinarij.*

7 *Subrogatus in ius defuncti tenetur in Rota petere relaxationem sequestri appositi pendente lite, & nu. 8. traditur distinctio an Actor tempore decreti sequestri possidebat necnè ad effectum, an sit locus rela-*

relaxationi sequestri, vel an actor capiendo possessionem sequestrum violet, & attentet.

9 *Possessio attenta habetur pro non possessione.*

10 *Lis per obitum collitigantis extinguitur, quando est est actor.*

11 *Sequestrum in causis beneficialibus durat vsque ad finem litis.*

12 *Lis per obitum collitigantis non dicitur extincta donec per subrogatum iustificetur subrogatio.*

13 *Lis per mortem rei non extinguitur.*

14 *Lis per mortem actoris non extinguitur saltim donec reus superstes se nolle eam prosequi declaret.*

15 *Subrogatus gratiosè possessionem capere potest absq; vitio attentati. Declara n.32.& seqq.*

16 *Subrogatio dicitur rigorosa non gratiosa quando in gratia est adiecta clausula,* & committatur in forma dignum, *& in litteris Apostolicis Papa non subrogat, sed executori subrogari mandat.*

17 *Subrogatio rigorosa non præbet facultatem capiendi possessionem nisi præuiò mandato executoris, qui debet prius cognoscere, de idoneitate sibi commissa, & de iuribus defuncti.*

18 *Subrogatus rigorosè cum clausula,* & committatur in forma dignum, *examinandus non est si prius tempore prouisionis principalis iam fuerat ab examinatoribus synodalibus approbatus. Declara num.27.*

19 *Clausula,* si per diligentem examinationẽ &c. *intelligi debet de examine facto, vel faciendo quaquatenus antea factum non sit.*

20 *Semel approbatus ad certum beneficium præsumitur etiam in futurũ ad idem idoneus, nec nouum examen subire tenetur.*

21 *Secus verò si fuit approbatus ad beneficia etiam curata in genere, & declarantur Garz. & Gonzalez asserentes pro iustificatione prouisionis in forma dignum requiri nouum examen, & ratio diuersitatis affertur, num.22.*

23 Decis.71.Merlini, *quo casu loquatur? & n.26.*

24 *In executione mandati de subrogando requiritur discussio iurium defuncti in cuius locum quis vult subrogari.*

25 *Examen factum post appellationem interpositam à præfixione Edictorum concursus est attentatum.*

28 *Adimplementũ conditionis casualis, vel mixtæ præcedens ipsam dispositionem conditionalem suffragatur si illud disponens ignorauit, non autem si sciuit, & de sui natura reiterabile est.*

29 *Subrogatus rigorosè si fuit in possessionem immissus, tunc præsumitur eius examen, ac discussionẽ iurium defuncti extraiudicialiter præcessisse.*

30 *Subrogatus lite pendente in Rota tenetur ab ea immissionem petere.*

31 *Rota succedit loco Ordinarij.*

32 *Subrogatus gratiosè capiendo possessionem propria authoritate attentat si defunctus vel nusquam possedit, vel tempore mortis desierat possidere.*

33 *Et hoc casu subrogatus allegare nequit continuationem possessionis defuncti, quæ à vitio attentati excusat.*

34 *Et quemadmodum si defunctus superuiueret opus erat expectare immissionem à Iudice mediante iustificatione suæ gratiæ, ita & subrogato.*

Subrogatus in ius defuncti non possidentis tenetur suam gratiam iustificare, ibidem.

35 *Ratio diuersitatis est inter subrogationem in ius authoris non possidentis, vel possidentis, nam secundo casu per assecutionem beneficij nemini fit iniuria, at primo casu quando defunctus non possidet præiudicium fit collitiganti superstiti si possessio capi posset propria authoritate, sed hæc conclusio duas recipit limitationes, de quibus num. seqq.*

36 *Subrogatus gratiam iustificare tenetur, quando subrogatio fuit concessa etiam in ius, & prosecutionem causæ à defuncto motæ.*

37 *Et quando defunctus mouerat iudicium executiuum vigore Breuis, de capienda possessione nomine Cameræ tunc subrogatus potest illud prosequi iustificatis solum contentis in Breue absque alia iustificatione gratiæ principalis, & quando ad iustificationem teneatur? & n.38.*

Decis. Buratt.590.num.6. & 7. *in quibus terminis loquatur? ibidem n.37.*

39 *Subrogatus non tenetur suam gratiam iustificare quando superstes collitigans non possidet, quia tunc ei non videtur inferri iniuria.*

40 *Possessio capta à subrogato propria authoritate saltim officio Iudicis venit reuocanda esto, quod subrogatio nullum præiudicium inferat collitiganti.*

DECISIO DXLV.

INTER Bartolomæum Subira de Beneficio controuerso prouisum ab Ordinario præuio concursu, & Antonium Puig nominatum ab Abbate Monasterij Sancti Saluatoris de Breda, ipsumq; Abbatem lite introducta in Rota per commissionem ab eodem Subira obtentam, vt in Summario Abbatis *num.3.* ac de mandato Rotæ posita sub sequestro dicti beneficij possessione, vel quia vacans erat, vel quia si plena attentatè capta fuisset, vt in decisione desuper edita 3. Iulij 1645. coram me; obijt Puig de mense Ianuarij 1652.

Et Subira narratis Papæ dictis obitu, lite, sequestro, prouisione, & nominatione, obtinuit in ius defuncti subrogationem, cuius vigore cœpit possessionem, quam esse attentatam prætendentibus præfato Abbate, ac Petro Massoan nuper ab eo nominato, suscepta desuper hodie fuit cognitio, & affirmatiuè responsum cum hic sit præcipuus effectus

1 pendentiæ † litis *cap. non solum de appellat. in 6. cap.1. & tot.tit. vt lit. pend. nihil innou. Rot. decis.4. num.1. eod. tit. in nou.*

Quamuis illa necnon sequestrum Rotale narratum fuerit Papæ in supplicatione, ac litteris subrogationis; nam præter quod narrata solum fuit lis pendẽs cum Puig prædefuncto, non autem cum Abbate, expressio litis, ac sequestri excludit quidem subreptionem,

2 qui alias† resultasset ab illius taciturnitate, sed non operatur, quod in spretum huius sacri Tribunalis, & præiudicium collitigantis, subrogatus propria authoritate possessionem apprehendere potuerit, vt in puncto respondit *Rot. dec.135. num.3. & 4. par.4. tom.2. recent. & in Bracaren. parrochialis de Padronello 11. Maij 1601. coram Card. Sacrato in Maioricen. Attentatorum 4. Maij 1645. coram Reuerendissimo Terracinensi,* aliaque refert *add. ad Buratt. decis.794. num.10. & 11.*

3 & 11. Nec vrget† dec.186.Card.Caualer. nu.3.
quæ contrarium firmare videtur, quia in eo
casu lis nõ pendebat in Rota, nec appositum
fuerat sequestrum Rotale,ac narrata erat Pa-
pæ nedum lis, sed etiã possessio vitiosa prius
capta ab impetrante, estque ea decisio intelli-
genda iuxta ibi *allegat. decis. in Treuisina Par-
rocchialis* 16.*Iuny* 1600.*coram san.mem.Greg.XV.*
inter eius impress.decis.2.num.6. vbi solum dici-
4 tur, quod ipsæ litteræ Apostolicæ † cũ men-
tione litis non sunt subreptitiæ, & *addens nu-
mer.*15. benè explicat, quod licet tales non
5 sint, & Papa prouidendo † non attentet, at-
tentat nihilominus, qui earum vigore capit
possessionem.

Debuit itaque Subira producere in actis
6 Notarij causæ † suam subrogationem non
obstãte quod in litteris esset datus certus exe-
cutor, quia Auditor Rotæ in causis penden-
tibus succedit loco Ordinarij *Clem. Auditor de
rescr.& in his terminis Rot.dec.*398. *sub numero* 1.
*par.*3. *recent. & in Toletana Canonicatus Pœniten-
tiarij* 4.*May* 1644. §. *Et propterea coram R.P.D.*
7 *meo Cerro*, ac petere † relaxationem sequestri,
vt in specie *Rot.dec.2.num.54.de rescript.in nouis*,
vbi distinguendo an actor tẽpore decreti se-
8 questri † possideret nec ne, dicitur quod pri-
mo casu nõ est necessaria relaxatio sequestri
post quam actor fuit declaratus Dominus,
quia sequester possidebat Domino; secundo
vero casu nisi petatur relaxatio sequestri,actor
capiendo possessionem propria authoritate
sequestrum violat,& attentat. At in casu no-
stro neque adhuc Subira fuit declaratus Do-
minus beneficij, neque possidebat de tempo-
re sequestri, & quatenus possedisset, quia ex
deductis in supra memorata decisione anni
1645. eius possessio esset attentata † haberetur
9 pro† non possessore, *Maresc.var.resol.lib.2.c.1.
num.53.vers. secus si intrusus, Rot.dec.315.num.5.
int.impress.apud Modern. Perus. de manuten.* & in
pũcto possessionis captæ à subrogato fuit de-
cisum *in Valentina Rectoriæ* 24.*May* 1647.§. *sed
pro responsione coram me*.

Gratisque dicitur sequestrum, ac litem
fuisse extinctam morte Puig collitigãtis cum
10 supposito,†quod ipse esset actor iuxta tradita
*per Io: Andr.in cap.2.num.1.vt lit.penden.in 6. Ge-
min.ibid.num.8. Aegid.decis.156.Cassad.dec.1.n.1.
de sent. & re iudic.* Nam in causis beneficiali-
11 bus † sequestrum durat vsque ad finem litis
*Clem.1.de sequestr.poss.& fruct.Put.297. numer.1.
& 2.lib.1.in corr.Rot.dec.136. sub numero 1.par.2.*
12 *recen.* Lis autem non dicitur extincta†donec
nõ appareat iustificata subrogatio, vt in pun-
cto respondit *Rot.d.dec.398.num.2.vers.quia fuit
par.3.recent.* & suppositum quod Puig defun-
ctus esset actor nõ subsistit in facto; imò enim
causam in Rota cõmitti fecerat Subira Sum-
mario Abbatis *nu.*3. & deinde pro parte Ab-
batis inhærendo dictæ commissioni eadem
fuit effecta communis Summario ibidem
*numer.*5. Cumque proinde Puig originaliter
13 esset reus, eius morte † lis extincta non fuit,
*vt post Io: Andr.Gemin.& alios supra allegat.tradit
Lancell.de attent.par.2.cap.4.in præfat.numer.271.
& seqq. & dixit Rot.dec.8.num.1.& per tot. vt lit.
penden.in nouis,& in Valentina Rectoria 3.Nouem-
bris 1646. §. ex eisdem coram me.* Vltra quod
14 etiam per mortem actoris†lis non extingui-
tur ad omnes effectus saltem quãdo reus su-
perstes se nolle eam prosequi non declarauit,
*Clem.1. §. si vero vt lit.pend.Cassad.dec.1. num.2.
de sent.& re iudic.Mohed.dec.8.num.7. de appellat.
Acchill.dec.8.num.1.& 2.vt lit.pend. Rot.dec.109.
num.2.par.1.rec.& in d. Valentina Rectoria §. fue-
rat infra med.*

Pariterque gratis allegatur, quod subroga-
15 tus gratiosè † possessionem propria authori-
tate capere potest absque labe atttentati *Mant.
dec.71.num.3.Coccin.dec.72.num.1.cum alijs alleg.
in Valentina Rectoriæ 3.Decembris 1646.§.nisi co-
ram me.* Nam & si in supplicatione porrecta
à Subira fiat mentio subrogationis gratiosæ,
16 quia tamen in fine † addita est clausula, *&
committatur in forma dignum*, ac in litteris Apo-
stolicis desuper expeditis Papa non subroga-
uit, prout facit in subrogatione gratiosa, sed
mãdauit executori, quod subroget quatenus
per diligentem examinationẽ ab examinato-
ribus synodalibus faciẽdam Subiram idoneũ
reppererit, propterea subrogatio hæc non est
gratiosa,sed rigorosa, seu mandatum de sub-
rogando *Mandos.in regul.de subrogan.q.1.num.4.
Garz.de benef par.6.cap.4.n.1.Lotther.de re benef.
lib.2.q.20.nu.16.& lib.3.q.13.* quod non præ-
17 bet facultatem † capiendi possessionem nisi
præuio mandato executoris, qui debet prius
cognoscere de idoneitate sibi commissa, &
de iuribus defuncti in cuius locũ petitur sub-
rogatio,vt benè distinguit,ac declarat *Lotther.
d.quæst.13.num.34.Put.dec.208.dec.423. in princ.
lib.1.in corr.Mohed.dec.11.vt lit.penden.Rot. inter
recen.dec.378.num.1. par.1. decis.135.numer.7. &
seqq.dec.449.num.4.& seqq.par.4.tom.2. & in Va-
lentina Rectoriæ 24. May 1647. in princip. coram
me.*

Et licet *Lancell.de attent.par.2.cap.4.in præfat.
num.360.* quem sequitur *Argel.de acq.poss.q.18.
num.45.* hoc limitet quãdo subrogandus fue-
18 rat † prius de tempore prouisionis principa-
lis ab examinatoribus synodalibus approba-
tus in specie ad beneficium de quo agitur, ea
19 forsan ratione, quia † clausula illa, *si per dili-
gentem examinationem*, intelligi debet de exa-
mine facto,vel faciendo quatenus antea factũ
non fuisset, & semel approbatus ad certum
20 beneficium† præsumitur etiam in futurum
ad idem idoneus, nec nouum examen subire
tenetur *cap.accepimus, & ibi gloss.verb. reputare
de ætat.& qualit.& ordin. præficiend.* quamuis se-
21 cus sit † vbi fuit approbatus ad beneficia etiã
curata in genere, vt in terminis prouisionis
in forma dignum distinguit, & latè compro-
bat *Merlin.dec.71.num.4.& seqq.* vbi signanter
num.9. dicitur quod *Garz. de benef. par.6.cap.2.
num.266.& Gonz. super reg.8.gloss.4.num.89.* asse-
rentes pro iustificatione prouisionis in for-
ma dignum requiri nouum examen, intelli-
gendi sunt de eo qui fuerat præuio examine
approbatus ad beneficia in genere, & affertur
22 ratio diuersitatis, † quia nempè per examen
huius-

huiusmodi non est plenè consultum discipli-
næ Ecclesiasticæ, & curæ animarum alicuius
certi beneficii, quod fortè requirit in suo Re-
ctore præcipuas qualitates, quæ ratio cessat,
quando approbatio est specialis ad illud idem
beneficium.

Hæc tamē limitatio vltra quod habet qui-
dem fomentum dictæ rationis respectu clau-
sulæ, *in forma dignum, seu si per diligentem exa-*
23 *minationem &c.* de qua solum † loquitur *Mer-*
lin.d.dec.71. Sed dubitabilis redditur, quia vl-
terius in executione mandati de subrogando
24 requiritur discussio † iurium defuncti, in cu-
ius locum quis vult subrogari, vt præter su-
pra *allegat. tradit idem Lancell. d.cap.4.in præfat.*
num.357.& 359.) non applicatur casui nostro
25 quo præcedens † examen Subiræ vti factum
post appellationem à præfixione edictorum
concursus interpositam erat attentatum, &
Papa nō obstante quod idem examen ei fuis-
set in supplicatione narratum mandauit sub-
rogari quatenus per diligentem examinatio-
nem in futurum faciendam executor subro-
gandum idoneum repererit; exinde enim ap-
paret, quod Papa non confidit de examine
iam facto, quod attentatum fuisse forsan scie-
26 bat, & cessat † præsumptio ponderata *in deci-*
sione Merlin.nu.6. & 7. quod videlicet si Papa
sciuisset examen præcessisse aliud fieri nō de-
27 mandasset cum imò sciens præteritum † aliud
in futurum commiserit, sicut in simili dici-
mus, quod adimplementum conditionis ca-
28 sualis, † vel mixtæ præcedens ipsam dispoſi-
tionem cōditionalem suffragatur ob dictam
rationem si illud disponēs ignorauit non au-
tem si sciuit, & de sui natura reiterabile est
l.hæc conditio §. fin. l. si iam facta vbi Bart.ita di-
stinguit ff.condit.& demonstr. l. si ita scriptum §.fin.
ff.leg.2.Socc.in d.l.hæc conditio §. fin. num.3.Ruin.
cons.89.num.1.& 2.lib.4.Surd.cons.60.nu.22.Cæs.
Manent.cons.146.num.23.Casanatt.cons.35.nu.11.
Duran.dec.40.n.54.

Quatenus verò replicatur præsumi nouū
examen Subiræ, & discussionem iurium de-
29 functi † factam extraiudicialiter ex quo Or-
dinarius subrogatum in possessionem imisit,
respondetur neque constare de immissione
ab Ordinario concessa, neque potuisse con-
30 cedi, sed peti debuisse † in Rota vbi lis pen-
debat emanauerat sequestrum, & quæ succe-
31 dit † loco Ordinarij iuxta *decis.398.n.1.par.3.*
recent. supra allegatam.& decis.631.num 11.in fin.
par.2.recent. & in Melenitana Dignitatis 4.Aprilis
1642.§.primo in fin. coram Reuerendissimo D.meo
Decano.

Addebat vnus ex Dominis, quod etiam
32 subrogatus gratiose † capiendo possessionem
propria authoritate attentat si defunctus, vel
nusquam possedit, vel tempore mortis desi-
derat possidere; hoc enim casu applicabilis
33 non est continuatio possessionis defuncti † in
subrogatum illum excusans à vitio attentati,
34 & sicuti defuncto † si superuixisset opus erat
expectare immissionem à Iudice mediante
suæ gratiæ iustificatione, ita & subrogato *Vi-*
talin.in Clem.1.num.64.& seqq.vt lit.pend.Lancell.
de attent.d.cap.4.in præfat. sub num.361.vers.limi-
tatio tamen, & num.362.& seq.Garz.de benef. p.6.
cap.4.num.16.Maresc.var.resol. lib.2.cap.1.nu.52.
vers.aut subrogatus Argel.de acq.poss.quæst.18.n.27.
Rot.coram Buratt.dec.590. num. .. & plenius in
Cartaginen.Portionis 21.Octobris 1588.corā Gypsio
impress. apud Marches. de commiss.tom.1. fol.412.
35 *vbi sub num.1.* pro ratione diuersitatis † inter
subrogationem in ius authoris nō possiden-
tis, vel possidentis ponderatur, quod secundo
casu per assecutionē beneficij nemini fit iniu-
ria; siquidem nihil interest actori de iuribus
suis experiri cum vno, vel altero possessore;
at primo casu quando defunctus non possi-
debat (qui est casus noster) non modicum
fieret præiudiciū collitiganti superstiti si sub-
rogatus possessionem adipisci posset propria
authoritate, & sequeretur absurdum, quod
plus quam defunctus haberet, subrogato cō-
cederetur, idemque fuit decisum *in Toletana*
beneficij de Mansamares 14. Nouemb. 1605. coram
Iusto impress.apud Marches. ibid. fol.385. num.10.
in Bracharen.Parrochialis 11.Maij 1601. corā Car-
dinali Sacrato in Bonon.beneficij 8. Nouemb. 1619.
coram eod.impress. par.4.tom.2.recen. dec.135. sub
num.11.vers. et ex his, & n.12. & in supracitata
Maioricen. Attentatorum 4. Iunij 1646. §. Nec ad
euitandum infra med.vers.multo minus coram Reue-
rendiss.Terracinensi.

Verum ista conclusio duas recipere vide-
tur limitationes, alteram quando subrogatio
36 fuit concessa † etiam in ius, & prosecutionē
causæ à defuncto motæ, vt declarat *Buratt.*
d.dec.590.num.6.& 7. & hæc limitatio intelli-
genda est ad effectum, vt ita subrogatus si de-
37 functus mouerat iudicium executiuum † vi-
gore Breuis de capienda possessione nomine
Cameræ possit illud prosequi, & obtinere
iustificatis solum contentis in eo breui absq;
alia iustificatione gratię principalis sicuti po-
tuisset defunctus, in quibus terminis loquitur
Buratt. & quot quot in id allegari possunt, nō
autem ad effectum, vt propria authoritate
ingredi possit possessionem, & euitare iustifi-
38 cationem gratiæ principalis † sui authoris,
qui eius vigore, vt in casu nostro iudicium
mouerat, vt tradunt *Lancell. Garz. & alij supra*
allegati.

Alteram quando (vt in casu nostro) super-
39 stes collitigans † non possidet, quia tunc
ei non videtur inferri iniuria *Maresc.var.resol.*
d.lib.2.cap.1.num.52.vers.quod est verum,& n.53.
Rot.dec.2. sub n.54.in fin. ibi, *prout non committi-*
tur si possessio vacua reperiatur de rescrip.in non.&
in d.Toletana beneficij n.10.in fin.vers. sed ita ratio.
Ideo cęteri Domini omissa pro nūc huius li-
mitationis discussione, ex primo fundamen-
to, quia scilicet versamur in terminis mādati
de subrogando possessionem Subirę attentatā
40 esse dixerunt, † & per consequens reuocan-
dam saltem officio Iudicis, esto sine veri præ-
iudicio, quod subrogatio nullum præiudiciū
intulisset Abbati S.Saluatoris alteri ex colliti-
gantibus *Cass.dec.3.n.6.de restit. spoliat.Cocc. dec.*
413.n.3.Rot.dec.670.n.2.p.4.rec.& alias sæpissimè.
Et ita decisum vtraque parte &c.

ROMA-

ROMANA FIDEICOMMISSI DE CARPIANIS.

Ven. 31. Ianuarij 1653.

ARGVMENTVM.

Fœminæ veniunt appellatione proximiorum, in fideicommissis quando non fuit habita ratio conseruandi bona in agnatione, & ex quibus Testamenti verbis deducatur non fuisse habitam rationē conseruandi bona in agnatione?

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas ex quibus resultet?*
2 *Fideicommissum institutum pro masculis, & in illorum defectum pro proximioribus de domo, appellatione proximiorum veniunt fœminæ si non fuit habita ratio conseruandi bona in agnatione.*
Fœminæ veniunt appellatione proximiorum de domo, quando non fuit à Testatore habita ratio conseruandi bona in agnatione ibid.
3 *Ratio conseruandi bona in agnatione non resultat si Testator post substitutionem proximiorum de domo prohibuit alienationem Bonorum adhoc vt conseruentur pro hæredibus institutis, & substitutis, nam dicta verba militant etiam pro fœminis quæ veniunt appellatione proximiorum.*
4 *Verbum* detti *demonstrat ad oculum, ac repetit personas superius substitutas.*
5 *Dictio* vt supra *est relatiua ad supra nominatos.*
6 *Fideicommissum nouum non dicitur inductum ex prohibitione alienationis si prohibitio est consecutiua ad terminos præcedentium sustitutionum, & num. 7.*
8 *Fœminæ veniunt sub nomine familiæ.*
9 *Præsertim masculis non extantibus.*

DECISIO DXLVI.

SOLO Bindo contra quem, & Scarlattum emanauit prima sententia Rotalis coram R.P.D. meo Verospio ab ea pro suo iure, & interesse appellante, & appellationem prosequente in secunda instantia corā R. P. D. meo Albergato lata fuit sententia primæ confirmatoria, quæ hodie in tertia instantia in gradu appellationis ab eodem Bindo interpositæ, confirmanda visa est, quia est valida, & iusta.

Rite enim processum fuit ad sententiam
1 seruatis omnibus terminis† de iure aut stylo seruandis *iuxta vulgarem decis.* 260. *par.*2. *Caputaqu.*

Et rectè concessa fuit immissio monasterio, & Monialibus Sancti Bernardini de Vrbe ex persona sororis Catherinæ de Carpianis ibi professæ in possessionem bonorum subiectorum fideicommisso Iacobi Carpiani quod per obitum Oliuerij Carpiani vltimi masculi, & dictæ Catherinæ sororis purificatum fuit cum in euentum mortis mascu-
2 lorum † superius nominatim vocatorum sine filijs testator substituerit proximiores de domo Carpiana, quorum appellatione comprehenduntur etiam fœminæ quando non fuit habita ratio conseruandi agnationem vt pluribus comprobant *decisiones huius causæ editæ in prima instantia coram R.P.D. meo Verospio*, idque ex proprietate sermonis vt notat *Soccin. Sen. cons.* 227. *sub numer.* 5. *in fin. vers. sed multipliciter lib.* 2.

Ratio verò conseruandi bona in agnatio-
3 ne † nullibi in testamento legitur, nec elici potest ex quo post substitutionem proximiorum de domo Carpiana testator prohibuerit ne domus existentes in Vrbe ac vinea possint alienari, *mà si conseruino per li detti heredi instituiti è sostituiti come sopra*, quia cum supra in substitutione proximiorū de domo Carpiana etiam fœminæ vocatę essent, ad illarū quoque fauorem militant prædicta verba conseruationis bonorum in hæredibus su-
4 pra substitutis; ponderando præsertim verbum *detti* † quod demostrat ad oculum ac repetit personas superius substitutas *l.* 1. *§. cum qui ff. postulan. Barbos. dict.* 87. *num.* 1. *& seqq. Buratt. decis.* 272. *num.* 6. prout etiam repetit di-
5 ctio † relatiua *vt supra l. item queritur §. item Iulianus ff. locat. Barbos. dict.* 441. *num.* 1. *Buratt. d. decis.* 272. *num.* 6. adeò quod nulla ex inde re-
6 sultet fideicommissi ampliatio † vel restrictio, sed illud reguletur iuxta terminos præcedentium substitutionum *Gabr. consil.* 124. *num.* 12. *cons.* 138. *num.* 25. *vers. id quod clare lib.* 2. *Giouag. cons.* 39. *numer.* 16. *lib.* 1. *Coccin. decis.* 294. *num.* 7. *cum alijs allegatis in Bononien. Bonorum seu fideicommissi de Sanctis* 17. *Maij* 1647. *§. prohibitio, & §. seq. &* 16. *Martij* 1648. *§. nec pariter coram me.*

7 Eumdemque sensum† habent subsequentia verba, *& in modo nessuno si possino vendere ne in altro modo alienare mà si debbano conseruare nella famiglia de Carpiani*. Quia nil aliud continent quam geminationem prohibitionis paulò ante eisdem ferme verbis expressę cūque propterea tendant ad eumdem finem prohibendi alienationem, eamdem pariter recipiunt interpetrationem vt benè ad propositum ponderat *Bellon. Iun. cons.* 12. *numer.* 7. *vers. quia præter quod*; ità vt testator censeatur intellexisse de familia Carpiana; hoc est de illis de familia quos instituerat, & substituerat, & inter quos vt dicebam comprehenduntur etiam fœminæ, quarum vocatio-
8 nem† includit quoquè nomen familiæ Carpianæ, dum sunt progenitæ ex masculis, & ratio agnationis habita non fuit *Soccin. cōs.* 63. *num.* 16. *lib.* 3. *& priùs cons.* 227. *num.* 5. *vers. sed contra lib.* 2. *Ruin. cons.* 120. *num.* 10. *lib.* 1. *Peregr. de fideicom. art.* 14. *num.* 39. *Buratt. decis.* 272. *n.* 17.
9 præsertim masculis † non extantibus vt per *Bald. cons.* 396. *col.* 2. *vers. nec est verisimile*, vbi loquitur in terminis Religiosi, qualis est Soror Catherina *lib.* 3. *Rot. in Bononien. fideicommissi de Leonorijs* 2. *Martij* 1640. *coram Reuerendissimo Salamantino*.

Et ità decisum vna tantum parte informante altera tamen citata sępius, & expectata diù.

SENO-

SENOGALLIEN. SALVIANI.

Ven. 7. Februarij 1653.

ARGVMENTVM.

Creditor si egit contra debitorem pro certa summa, & pendente Iudicio debitor partem debiti persoluit sententia deinde illum condemnans ad totam summam ab initio petitam est euidenter iniusta ratione excessus maximè quando fuit executioni demandata, & excessus non est modicus, & an creditori saltim competat retentio pro summa debita?

SVMMARIVM.

1 *Confessio procuratoris facta in iudicio si est adminiculata nocet principali.*

2 *Solutio rata debiti facta pendente iudicio extinguit pro concurrenti quantitate creditum petitum.*

3 *Sententia lata pro tota summa ab initio petita, licet pendente iudicio rata pars fuerit soluta, ratione excessus est euidenter iniusta maximè quando fuit executioni demandata.*

4 *Secus verò si non fuit executioni demandata, & excessus est modicus.*

5 *Creditor pendente iudicio si partem crediti exegit, & deinde sententiam pro tota summa obtinuit, licet excusetur à dolo ad effectum euitandi penas legales contra plus debito petentes non tamen euitare potest iniustitiam sententia resultan. ex carentia actionis, & num. 6.*

7 *Creditor præsumitur scire quantitatem sibi debitam.*

8 *Clausula* saluo Iure *apposita in libello non excludit excessum sententia condemnantis ad certā summam quia adhuc effectum debet attendi sententia licet libellus aliter conceptus sit.*

9 Cornazzan. decis. Lucen. 2. sub numer. 23. *declaratur quo casu loquatur?*

10 *Sententia quando est relatiua ad libellum, tunc saluatur ab excessu.*

11 *Clausula* saluo Iure *apposita in libello non suffragatur creditori exigenti ratam crediti pendente iudicio ad effectum saluandi sententiam ab excessu, sed tenebatur in prosecutione causæ petere residuum, non secus si fuisset detecta aliqua solutio ante libellum.*

12 *Item sententia non saluatur ab excessu etiam si creditor cum protestatione exegit partem crediti quod non intendebat sibi praiudicare in Iuribus suis, quia referri debet ad Iura competentia pro residuo crediti.*

13 *Protestatio contraria facto, ac Iuri repugnans non releuat.*

14 *Solutio extinguit ipso Iure obligationē, & actionē.*

15 *Solutionis exceptio ante sententiam licet non fuerit opposita non releuat si solutio fuit nota actori, & sufficit adhuc effectum quod sit nota Iudici.*

16 *Retentio pro verò credito debita est creditori, quando res debitoris facto Iudicis nulliter, & iniuste procedentis peruenit ad eius manus ex causa eiusdem crediti.*

17 *Reintegratio retardari nequit spoliato sub prætextu crediti illiquidi.*

18 *Notula fructuum à creditore perceptorum standū est donec à debitore contrarium probetur.*

19 *Creditum remanet illiquidum donec valor fructuum à creditore in specie perceptorum liquidetur.*

20 *Debet tamen ad effectum impediendi reintegrationē constare de credito vel per rem iudicatam, vel per confessionem partis.*

21 *In spolio Iudiciali nunquam datur retentio spoliatori aduersus spoliatum reintegrari petentem.*

22 *Et hac est communis opinio.*

DECISIO DXLVII.

GRATIS informantes pro Thomano quibus noua audientia aduersus decisionem 29. Maij proximè preteriti coram me æditam concessa fuit recantarunt hodie quæcunque respiciunt veram quantitatem crediti de tempore Iudicij à Thomano moti, quia omnia euacuauit decisio huius causæ emissa in priori instantia *sub die 19. Iunij 1651. coram Eminentissimo Domino Cardinali Corrado*, firmans residuale creditum Thomani occasione fructuum census decursorum nō excessisse de dicto tempore summam scu. 1400. iuxtà confessionem Iudicialem à pro-
1 curatore in libello emissam, quæ † probat contra principalem tùm ob amplitudinem mandati quod procurator habebat, tùm ob similem confessionem factam de anno 1628 in alio Iudicio instituto nomine eiusdem Thomani contra quosdam de Riccis; tùm tertiò quia vtraque confessio ab eodē principali ratificata fuit per vsum sententiarum in vtroque iudicio reportatarum.

Vnde cum solutio scutor. 550. subsecuta pendente secundò iudicio cedat pernecesse
2 in extinctionem † pro concurrenti quantitate dicti crediti scu. 1400. quod solum superat *Aym. conf. 158. nu. 13. Rimin. Sen. cons. 297. num. 1. Rot. decis. 301. numer. 3. par. 1. recent. vltra alios allegatos in decis. Domini Cardinalis Corradi*
3 *§. quoniam*, palpabilis est excessus sententiæ † postea latæ ad integram summam scu. 1400. condemnantis, eamdē sententiam, maximè quia fuit executioni demandata reddens in totum irritam *Comitul. decis. 87. num. 1. Pen. dec. 384. num. 7. Merlin. decis. 291. num. 5. licet secus es-*
4 *set* † nisi executioni demandata fuisset, & excessus esset modicus vt fuit *decisum in Perusina executionis 18. Decembris 1595. coram Penia impress. apud Marches. de commiss. par. 3. fol. 114.*

Nihil suffragante quod Thomanus non fuerit in dolo, vel clausula *saluo iure melioris Calculi* apposita in libello, aut etiam protestatione facta in actu exactionis dictorum scutorum 550. quod recipiens non intendebat præiudicare suis iuribus. Nam quicquid
5 sit de carentia doli † illa quidem, à pænis legalibus contra plus debito petentes inflictis in quibus terminis loquitur *Rolan. cōs. 71. num. 39. lib. 1. Burz. decis. 76. n. 14. & seqq. Monter. decis. Aragon. 14. nu. 42. & 43.* sed non ab iniu-
6 stitia totius sententiæ, † & executionis resultante ex carentia actionis, & earum indiui-

duitate *Dec.cons.403.num.20.& seq.Ancbar.Regien.quæst.14.nu 3.& seq.lib.2.Caualcan.de vsufr.sub nu.208.col.3.Afflict.decis.218.nu.4. Cornazz.decis.Lucen.2.num.22.* maximè quia regulari-
7 ter creditor † præsumitur scire quantitatem sibi debitam *Caualcan. de vsufr. sub num. 208. col.3.circa med.vers.quia regulariter*.

Clausula *vero saluo iure* cum fuerit appo-
8 sita solum in libello † non excludit excessū sententiæ condemnantis vt in casu nostro absque aliqua præseruatiua ad certam summam, quia adhunc effectum attendi debet sententia licet libellus aliter cōceptus fuisset vt in puncto *Caualc. de vsufr.sub nu.208.col.4. in princ.Boer.decis.59.num.3.*cum aliis allegatis *in decis. D.Cardinalis Corradi §. penult. circa fin.* vbi in specie *ad decis.2. Lucensem Cornazz. sub*
9 *num.* 23. exaduerso allegatam † respondetur quod illa loquitur ad effectum iustificandi ipsum libellum non autem sententiam; & vlterius animaduertendum est quod in casu *dictæ decisionis* Cornazzani sententia non exprimebat certam summam, sed erat relatiua
10 ad libellum † quo casu sententiam saluari ab excessu dixit etiam *Rota penes Merlin. decis. 611.num.7.* Omnisque cessat amaritudo quia excessus non educitur ex solutionibus factis
11 ante libellum † ad quas clausula *illa saluo iure* ibi apposita referri posset, sed postea pendente iudicio ipsimet principali, qui proinde debuit in prosecutione causæ moderari petitionem, & pro residuo dùmtaxat petere, & obtinere sententiam non secus ac debuisset si fuisset detecta aliqua solutio libellum præcedens vt per *Rolan.int.tract.diuers. de Inuent.quæst.129. num.1. vers. & ideò Duran. decis.386.sub num.21.& num.25.& seqq.Rot.dec. 169.num.5.coram san.mem.Gregor.XV.decis.747. la prima numer.4. in fin. par.2. recent. Bertazzol. claus.38.gloss.2. sub num.1.vers. licet possit.*

12 Protestatio tandem † emissa in actu exactionis scu.550. referri debet ad iura competentia pro residuo crediti non autem ad eius partem mediante solutione extinctam, cuius
13 respectu tanquam contraria facto † ac iurisdispositioni repugnans non releuat ex allegatis per *Grat.discep.33.num.16.discept.455.sub num.27.& seq.Buratt.decis.46.num.18. & in dec. Domini Cardinalis Corradi §.1.in fin.*

Minùs releuat quod de dicta solutione pendente iudicio facta non fuerit ante sen-
14 tentiam oppositum quia cum solutio † extinguat ipso iure obligationem, & actionem *Gloss.in cap.1.verb.defensionis de lit. Contest. in 6. Castr.in l.2.num.2.ff.except.Specul.eod.tit.§.1.n.4.*
15 satis est † quod fuerit nota actori qui eam optimè sciebat cum ipsemet pecunias recepisset vt in fortioribus terminis satis esset fuisse notam Iudici quamuis de ea à reo nō exciperetur *Bart.in l. si vnus §. pactus ne peteret num.20. ff. pact.Castr. in l.2. vers.sed illa quæ non est ff. except.Cuman.ibid.num.3.Imol. in l.3.§. hoc autem iudicium sub num.21.vers.sed certe loquitur ff.dam.infect.Paeian.de probat.lib.1.cap.68.nu.70. & 76.Carol.de Graff.de except.excep.25.sub nu.9. vers. & si ex actis; & num 10.*

16 Denique nec allegari potest retentio † pro verò credito solita concedi quando res debitoris facto Iudicis licèt nulliter vel iniustè procedentis peruenit ad manus creditoris ex causa eiusdem crediti pro quo illa petitur *Surd.decis.46.num.7. & per tot.Grat.discep.706. num.11.& seqq.Ciriac.contr.180.num.29.& seqq. Caualer. decis.543.num.1.*

Tùm quia ob fructus vigore immissionis excessiuę, & spoliatiuę ab anno 1646. à Thomano creditore perceptos in eius creditum imputandos, idem creditum remanet illiquidum, & per consequens inefficax ad re-
17 tentionem ac retardandam † reintegrationē spoliati *Rot. penès Caualer.decis.539. sub num.5. & 7. penès Merlin.decis.117.num.3.in fin. & n.4. & inter recent. decis.411.numer.26. & 27.par.5. decis.109.num.8.& 9.inter impress. apud Modern. Perusin. de subhast.* quamuis Thomanus exhibuerit notulam fructuum à se perceptorum
18 cui standum esse † donec per debitorem contrarium probetur dixit *Rot.decis.161.n.29. par.6. recent.* nàm ibi non agebatur de retardanda reintegratione spoliati; cumque dicta notula cōtineat solum quantitatem fructuū
19 in specie donec illorum valor liquidetur, † non excluditur illiquiditas crediti *Rot.in pun-*
20 *cto decis.433.num.4.& 5.par.2. recent.* de quo † constet oportet per confessionem partis vel per rem Iudicatam *Caualer. dicta dec.539.n.6. & 7. vbi all. concod.*

Tùm etiam quia in spolio Iudiciali commisso nō in contumaciam spoliatorum qui semper comparuerunt, & solutionem pendente iudicio factam actori optimè notam allegare non tenebantur sed ad instantiam partis, quæ petijt immissionem pro plus de-
21 bito nunquam datur retentio † spoliatori aduersus spoliatum reintegrari petentem *Rot.coram Cardinali Caualer.dicta decis.539.n.9.*
22 *& 10.decis.543.nu.4.*vbi quod hæc est † communis opinio *decis.117.num.9.par.4.tom.2.rec. repetita inter impress. apud Moder.Pisaurien. de subhast.decis.54. num.6. & in Perusina Spolij 29. Ianuarij 1643. coram Reuerendissimo Archiepiscopo Tarraconensi impress.apud Moder.Perusin. eod. tract.decis.109.num.1.& 3.seqq.*

Quare corruentibus omnibus obiectis excitatis contra decisionem hodie reuisam, eam confirmandam esse Domini censuerunt vtraque parte informante.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE BARGELLINIS.

Lunæ 10. Februarij 1653.

ARGVMENTVM.

Substitutus per vulgarem subintrat in locum gradus caducati cum tali casu substitutus censeatur siue primus nolit, siue non possit adire; Substitutio compendiosa quando est concepta per verba communia, continet etiam vulgarem tacitam, vel vt alij aiunt expressam verbis generalibus. Substitutio fideicommissaria quando est facta per verbum

com-

commune includit vulgarem, quæ vocatur anomola, cuius vigore secundus substitutus subintrat in locum primi nolentis, vel non valentis adire, & contraria quo casu procedant? Nepotes veniunt appellatione filiorum etiam in fideicommisso transuersali cōcurrentibus coniecturis, & ponderantur in decisione coniecturæ ad hunc effectum adductæ.

SVMMARIVM.

1 *Caducato gradu medio non nocet vocatis in gradu sequenti, quando vocatio includit quoque vulgarem substitutionem, quæ cum purificetur, siue primus substitutus nolit, siue non possit adire, eo prædecedente ante grauatum secundus substitutus subintrat per vulgarem locum gradus caducati.*

2 *Substitutio compendiosa censetur, quando indefinitè concepta est per obitum alicuius sine filijs, quamuis vltro additum non sit verbum* quandocumque, *quia sufficit adesse verba de sui natura tractum temporis significantia.*

3 *Verba* si decesserit sine filijs *de sui natura tractum temporis significant.*

4 *Substitutio compendiosa inter alias substitutionum species, quando concepta est per verba communia continet etiam vulgarem vel tacitam, vel vt alij dicunt expressam verbis generalibus, & nu. 6.*

5 *Verbum* substituo est commune.

7 *Substitutio fideicommissaria quando est facta per verbum commune includit vulgarem, quæ vocatur anomola, cuius vigore secundus substitutus subintrat in locum primi nolentis, vel non valentis adire.*

8 *Et contraria procedunt, quando compendiosa, seu simplex fideicommissaria inducta est per verba, omninò & semper obliqua.*

9 *Substitutio vulgaris non continetur in compendiosa quando est collata post aditam, seu delatam hæreditatem antea substitutis, tunc enim resistit voluntas Testatoris, & natura substitutionis vulgaris.*

10 *Nec minus continetur in meræ fideicommissaria, quia tunc habetur, ac si facta esset per verba obliqua.*

11 *Et requiritur ad hunc effectum, quod adsint verba supponentia pernecesse aditionem hæreditatis in primis substitutis, vel illis nominatim substitutionem factam esse denotantia.*

12 *Nec sufficit verba relatiua eisdem, vel vltimo morienti, quia exponi possunt, idest in eorumdem, vel vltimi morientis locum.*

13 *Substitutio præcedens si sit concepta sub conditione prædecessus omnium in ea compræhensorum, & in subsequenti substitutione adsit clausula*, & casu quo compræhensi in prima substitutione decederent in casu prædicto, &c. *quid talia verba operentur?*

14 *Verbum* hęres *appositum in conditione primæ substitutionis significare potest hæredem non actu, sed potentia, quia scilicet in Testamento sit scriptus.*

15 *Et tale verbum non censetur repetitum in alia substitutione absque aliqua mentione, quod substituti sint hæredes.*

16 *Repetitionis præsumptio non intrat quoties in eadem oratione continentur diuersæ substitutiones, quæ simul verificari non possunt, & diuersi etiam gradus personarum.*

17 *Clausulæ* casu quo, & in casu prædicto *apposita in subsequenti substitutione repetunt casus supra expressos.*

18 *Et adiuncta substitutioni compendiosæ comprehendunt omne tempus tàm ante, quam post aditam hæreditatem non secus, ac comprahendit ipsa substitutio compendiosa, quia non alterant naturam substitutionis cui adyciuntur, sed iuxtà illam debent intelligi.*

19 *Et quidem demonstratiuè ad casus expressos, & declaratiuè non autem taxatiuè, dum alia dictio taxatiua non adest.*

20 *Amplia quamuis dictæ clausulæ sint geminatæ.*

21 *Non attento an sint adiectæ substitutioni, vel conditioni, quia semper adhærere debemus naturæ substitutionis, & ab ea non recedere, nisi verba cogant, num. 22.*

23 *Clausulæ* casu quo, & in casu prædicto, *quando sunt geminatæ declarantur, hic quem effectum operentur.*

24 *Prædecessus substitutorum ante hæredem non respicit conditionis euentum, sed speciem substitutionis, quia scilicet tertia substitutio, quæ in ordine ad secundam fuisset merè fideicommissaria si substituti post hæredem grauatum decessisset purificatur per tacitam, seu anomolam vulgarem.*

25 *Et multum differt, an deficiat casus substitutionis an vero species, seu illius effectus.*

26 *Nepotes veniunt etiam appellatione filiorum in fideicommisso Transuersali concurrentibus coniecturis, & quæ nam coniectura inter alias ad hunc effectum præcipua reputetur?*

27 *Agens ætatem vltrà 60. annos impotens reputatur ad generandum.*

28 *Nepotes veniunt appellatione filiorum si Testator tempore testamenti vnicum habens filium, vocauit filios in numero plurali, ac nascituros, quod per necesse intelligi debet de nepotibus ex proprio filio nascituris.*

Non autem de filijs à se suscipiendis dum degebat in ætate vltrà sexagenaria minusque ex peccato, aut cogitare de tristo euentu mortis vxoris, numer. 30.

29 *Aetas vltrà sexaginta annos attentis his, quæ regulariter accidunt impotens est ad generandum.*

31 *Coniecturæ simul iunctæ accipiendæ sunt.*

32 *Exceptio fideicommissi anterioris tamquam Iuris dubij, & intricati non retardat immissionem ex fideicommisso posteriori, secus quando pro claro fuit à Rota habitum.*

33 *Et turbiditas, quæ prouenit ex replicatione actoris non reddit adeò turbidum Ius excipientis, vt non sufficiat ad impediendam immissionem.*

DECISIO DXLVIII.

OBTENTA noua audientia aduersus decisionem æditam die 24. Nouembris 1651. informantes pro DD. Com. Alberto, & alijs de Bargellinis, acquieuerunt primæ illius parti Aegidianam excludenti, impugnantes alteram, quæ D. Co. Odoardo immissio-

missionem in bonis subiectis etiam fideicõmisso Pirri concedit ex duplici fundamento, nempè quia idem fideicommissum per prædecessum Bartholomæi, & Lactantij Testatoris Patruorum in vita hæredum primi gradus caducatum fuerit, nedum quoad ipsos Patruos, sed simul quoad filios Vincentij Mariæ, illis sine filijs decedentibus substitutos. Secundò quia appellatione filiorum Vincentij Mariæ non comprehenduntur nepotes quales sunt Comes Albertus, & litis Consortes.

Vtrumque fundamentum corruere hodie visum est Dominis. Primum, quia præde-
1 cessus vocatorum in gradu † medio non nocet vocatis in gradu sequenti, quando vocatio includit quoque vulgarem substitutionem, quippè, quæ cum purificetur siue primus substitutus nolit, siue non possit hæreditatem adire, qui casus impotentiæ contingit, eo præcedente, ante hæredem grauatum. Secũndus substitutus subintrat per vulgarem locum gradus caducati, itaut illi eueniente conditione, sub qua fideicommissum heredibus grauatis est iniunctum bona fideicommissi restituenda sint, ac si immediatè dd. hæredibus substitutus fuisset, iuxtà sententiam *Bart. in l. quamdiù ff. de acquir. hæredit.* quem communem esse tradunt allegati in *prima decis. §. non obstat in fin.*

Filios verò Vincentij Mariæ Patrui Testatoris substitutos esse etiam per vulgarem, euidens est, siue eorum substitutio sit com-
2 pendiosa. † vt veriùs videtur, cum indefinitè concepta sit per obitum Patruorum sine filijs, quamuis additum non fuerit verbum quandocumque, quia sufficit adesse alia verba de sui natura, temporis tractum significãtia, qualia sunt † verba si decesserint sine filijs
3 vt notat *Bart in l. Centurio sub num. 32. circa fin. vers. idem si non est apposita ff. de vulg. & pupillar. Alex. ibid. n. 7. Grat. disc. 405. n. 1. Fusar. de substit. q. 233. n. 6. & 29. & seqq Surd decis. 37. n. 8. Rot. decis. 579. n. 7. par. 4. to. 3. rec.* Compendiosa enim
4 inter aliàs substitutionum species, † quando vt in casu nostro concepta fuit per verba
5 communia, prout est verbum, † substitutio *Albert. in l. precibus num. 27. C. impub. & alijs substitutionib. Surd. cons. 232. n. 15. Rot. rec. dec. 45. n. 2. par. 4. to. 2.* Continet etiam vulgarem, † vel
6 tacitam, vel vt alij dicunt expressam verbis generalibus *Bart. in d. l. Centurio nu. 32. Castr. in l. quandiù la tertia n. 7. ff. de acquir. hæred. Socc. Sen. cons. 140. sub nu. 5. lib. 1. Dec. cons. 416. nu. 6. Surd. cons. 347. n. 16. Rot. decis. 157. n. 2. par. 4. to. 2. rec.*
7 Siue sit fideicommissaria nam, & illa, vbi est facta per verbum commune, includit vulgarem, quam anomalam vocant, cuius vigore secundus substitutus subintrat in locum primi nolentis, vel non valentis adire, *ex singulari theorica Bart. tradit Castr. cons. 152. sub n. 1. in fine, vers. vel non aliter,* & meliùs, *& n. 2. lib. 1. Menoch. cons. 1103. sub n. 14. & 15. Giouagn. cons. 76. n. 7. & seqq. cons. 77. n. 11. & seq. lib. 1. Molin. de Primog. lib. 2. c. 11. nu. 39. sess. decis. Arag. 50. n. 8. & seqq. Fontanell. decis. 149. n. 2. 3. & 4. Rot. decis. 374. n. 1. par. 1. diuers. decis. 403. n. 13. par. 2. rec. 246. n. 51. & 52. par. 4. to. 2. & in Rauennaten. Bonorum 1. Februarij 1647. §. quare & §. & hinc sequitur coram Eminentiss. D. Card. Corrado.* Con-
8 traria autem procedunt, † quando compendiosa, seù simplex fideicommissaria inducta est per verba omninò, & semper obliqua *Bart. in l. Centurio n. 3. Peregr. de fideic. ar. 15. n. 19. Ioseph de Sesse dec. 50. n. 4. & seqq. Rot. d. decis. 157. n. 4. & 5. decis. 246. n. 53. par. 4. to. 2. rec.*

Gratisque dicitur substitutionem filiorum Vincentij Mariæ collatam, post aditam, seu
9 delatam hæreditatem † Patruis antea substitutis, quo casu resistente voluntate Testatoris, & natura substitutionis vulgaris, eam nec contineri in compendiosa tradunt vltra allegatos *in prima decisione, Buratt. cons. 97. n. 8. Casanat. cons. 55. n. 2. & 14. Giouagn. respons. 78. n. 17. lib. 1. Ciriac. controu. 281. n. 95. Rot. decis. 323. nu. 7. par. 1. rec.* nec in merè fideicommissaria, quia
10 tunc habetur, † ac si facta esset per verba obliqua *Cassan. cons. 55. num. 22. & 23. post Corn. consil. 199. n. 3. vers. his tamen non obstan. lib. 2. Hond. cons. 49. num. 37. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 15. sub num. 19. & nu. 40.*

Nam in casu nostro non adsunt verba
11 supponentia pernecessè † aditionem hæreditatis in primis substitutis, vel illis nominatim substitutionem factam esse denotando, vt oportet *Mart. de success. legal. par. 1. qu. 5. art. 5. num. 16.* itaut nec sufficiat verba relatiua eis-
12 dem, vel vltimo morienti, quia commodè exponi possunt, idest in eorumdem, vel vltimi morientis locum, *Peregr. d. art. 15. sub n. 26. vers. notabilis est, Anton. de Amat. var. resol. to. 1. resol. 40. n. 13. Rot. decis. 403. n. 7. & seqq. par. 2. rec. & in Sabinen. seu Farfen. fideicommissi 2. Martij 1640. §. neque applicatur coram me.* Neque pariter releuat, quod præcedens substitutio Pa-
13 truorum concepta sit † sub condirione facien. mentionem hæredum, nempè si omnes Testatoris fratres, & hæredes decederent vel quod in subsequenti substitutione filiorum Vincentij Mariæ, adiecta sit clausula, & casu quo Patrui in casu prædicto decederent &c. in qua fundatur *prima decisio, §. nam vulgarem.*
14 Siquidem verbum hæres † appositum in conditione primæ substitutionis vltrà quod significare forsan potest hæredem, non actu, sed potentia, quia scilicet hęres in Testamẽto scriptus fuit *Bald. cons. 170. sub n. 10. vers. sed his non obstan. lib. 5. Curt. Iun. cons. 83. n. 2. vers. nec obstant illa verba Laderch cons. 3. sub nu. 12. circa fin. vers. secundo facit Vasq. de success. part. 2. lib. 2. §. 12. nu. 9. Sim. de Pret. de interpr. vlt. volunt. lib. 3. interpret. 1. dub. 4. col. 5. n. 33. fol. 199. Boer. dec. 38. n. 32. Cresc. decis. 1. n. 5. & 6. de testam. Rot. inter recent. decis. 656. sub n. 7. par. 4. cum alijs alleg. à Moder. Neapol. in addit. ad Surd. decis. 37. n. 13. & seq.*
15 Non censetur repetitum † in tertia substitutione facta Patruis, absque aliqua mentione, quod sint hæredes, vt in terminis *Laderch. d. cons. 3. sub nu. 12. circa med. vers. nec dicat quis,* non enim intrat præsumptio repetitio-
16 nis, † quando in eadem oratione continen-

tur

tur diuersæ substitutiones, quæ simul veri-
ficari non possunt, & diuersi etiam gradus
personarum, *Molin.de Primogen.lib.3. cap.5.sub
n.54.vers.quamuis Surd.cons.21.n.9. Menoch.con-
sil.98.n.83.Dec.cons.386.sub nu.7.vers.tertio non
obstat, Rot.in Bononien. fideicommissi de Turri 9.
Iunij 1635. coram Reuerendiss. Episcopo Tarraco-
nensi cum alijs allegat.ab add.ad Buratt.decis.272.
sub n.19.vers.item Rota.*
17 Clausulæ verò, † casu quo,& in casu præ-
dicto repetunt quidem casus supra expressos
ex alleg. in prima decis. sed adiunctæ substitu-
18 tioni compendiosæ † compræhendunt om-
ne tempus,tam ante, quam post aditam hæ-
reditatem,non secus ac compræhendit ipsa
substitutio compendiosa, quia non alterant
naturam substitutionis, cui adijciuntur,imò
iuxtà illam debent intelligi demonstratiuè
19 ad † casus expressos, & declaratiuè, non au-
tem taxatiuè, dum alia dictio taxatiua non
adest *Boer.dec.38.sub n.32.vers.quia dictio Mart.
cons.20.n.19. Rot.dec.149.n.11.& seqq.par.7.rec.
& in Rauennat.Bonorum 1.Februarij 1647.§.nec
aduersantur coram Eminentiss.D.Cardin.Corrado*;
20 Etiamsi † geminatæ sint *Soccin.Iun.cons.114.
n.29.vers.præterea,* vbi ponderat, quod respi-
ciunt dumtaxat casum, quo priùs vocati de-
cesserint sine liberis,non autem an fuerit de-
lata successio necnè *lib.1.Laderch.cons.31.n.14*
vbi quod est hæc communis opinio *Surd.cō-
sil.347.sub n.19.Marzar.cons.1. n.4.Barz.de suc-
cess.ab intest.lib.3. tit.de vulg.substit.quæ sub com-
pend.continet n.3.Boer.d.decis.38.num.34.Vinc.de
Franc.dec.229.n.5.Rot.dec.656.n.8.in fine part.4.
to.1.rec.dec.579.n.10.& 11.par.4.tom.3.cum alijs
allegat.per add.ad Surd.dec.37.num.50.52.& 56.*
non attento an sint adiectę substitutioni,vel
21 conditioni *Mart.d.cons.20.n.18.* semper enim
adhærere debemus naturæ substitutionis,† &
22 ab ea non recedere, nisi verba cogant, *Curt.
Iun.cons.103.n.2.Vasq.de successi.par.2.lib.2.§.12.
nu.9.Sim.de Pret.de interpr. vlt.vol.lib.3.fol.199.
n.33.Cresc dec.1.n.5.& 6.de testam.*
Tantò magis in casu nostro,quo gemina-
23 tio non est superflua. † Cum enim præces-
sisset substitutio Patruorum facta fratribus
Testatoris hæredibus institutis, & subsequa-
tur altera filiorum Vincentij Mariæ facta Pa-
truis, & vtraque sub conditione si sine filijs,
prima clausula, *& casu quo* dicti eius Patrui
apponit subsequenti substitutioni conditio-
nem obitus Patruorum sine filijs, alia verò
subsequens *in casu prædicto* repetit conditionē
obitus fratrum Testatoris sine filijs, sine qua
substitutio Patruorum non potuisset verifi-
cari,voluit nimirum Testator apertiùs decla-
rare,quod filios Vincentij Mariæ non intel-
lexit substituere,nisi sine filijs decesserint, &
Patrui quibus immediatè substituuntur, &
fratres hæredes instituti, quibus Patrui sub-
stituti erant. Vndè sufficit vtrumque casum
euenire,prout euenit,nihil vrgente, † quod
24 Patrui hæredibus grauatis prędecesserint,nā
hoc non respicit conditionis euentum, cum
adhuc dici possit euenire casum obitus Pa-
truorum sine filijs,sed speciem substitutionis
quia scilicet tertia substitutio,quæ etiam in
ordine ad secundam fuisset merè fideicom-
missaria. Si Patrui post hæredes grauatos, &
aditam hæreditatem decessissent purificatur
per tacitam, seu anamelam vulgarē Patruis
ante hæredes grauatos prædecedentibus, vt
per *Bart.* & alios supra allegatos,multumque
25 differt † an deficiat casus substitutionis, an
verò species,seu illius effectus *Bellon.Iun.con-
sil.4.sub n.1.vers.nam casus,& n.2.vers.cæterum.*
Secundum item primæ decisionis funda-
mentum corruit,quia etiam in fideicōmisso
26 transuersalium, † appellatione filiorum ve-
niunt nepotes concurren.coniecturis, *Peregr.
cons.40.n.41.& seqq.lib.6. Rot.dec.2.n.16.dec.40.
n.9.par.5.recent.* Septem autem coniecturæ in
casu nostro afferuntur inter quas magni pō-
deris visa est educta,ex quo Testator vocauit
filios natos,& nascituros in numero plurali,
cum enim vnicum tunc filium natum habe-
ret,nec nascituros sperare posset cum ageret
62.annum,& eius vxor 61. adeoque impo-
27 tens † esset ad generandum, *l.si Pater §.vult,
& ibi gloss.verb.sexaginta ff.de adopt.l.si maior C.le-
git.hæred.Trentacinq.var.resol. l.1.tit.de v.signif.
resol.4.n.1.in fin.& n.3.Duran.dec.131.n.11.cum
alijs alleg.à Moder.Toletano de ætat. ann.70.qu.9.
nu.8.* vocando filios in numero plurali, † ac
28 nascituros intellexit pernecessè de nepoti-
bus ex proprio filio nascituris *Ceph.cons.262.
n.11.Menoch.cons.528.nu.39.Fusar.cons.168.n.3.
& in tract.de subst.qu.320.nu.62. Mant.de coniect.
lib.8.tit.8.n.22.*
Nec iuuat replicare, quod Testator cogi-
tare potuit se in futurum suscepturum libe-
ros,vel naturales ex alia fœmina, vel legiti-
mos ex alia vxore deducenda, si prædecessis-
set ea,quam tunc habebat, quia stante ætatē
vltra sexagenaria,† attentis his,quæ regulari-
29 ter accidunt,vt debet *Socc.Iun.cons.61.num.2.
lib.3.* impotente ad generandum *Pet.Greg.Se-
tagen.Iur.lib.9.c.6.n.3. Trentacinq.loc.sup.alleg.
in 1.& 2.Moder.Toletan.de ætat.60.annorum q.4.
n.2.& 3.* In ætate huiusmodi cogitasse non
præsumitur de filijs suscipiendis, eoque mi-
30 nùs ex peccato, aut de tristo euentu mortis
vxoris, *l.in emptione §.liberum ff.contrahen.empt.
§.quæ vero auth.de nupt.Mant.de coniectur.lib.10.
tit.19.n.19.Ciriac.controu.138.n.10.& seq.Rimin.
Iun.cons.569.nu.114.& seqq. Rot.in Rauennaten.
Saluiani 10.Iunij 1639.§.eo magis coram me.*
Huic coniecturæ accedunt sex aliæ ab In-
formantibus relatæ,quas, etsi prima decisio
reijciat vti singulas, simul iunctas † reci-
31 piendas esse dixit *Rot.dec.6. nu.32.dec.40.nu.8.
par. 5. recent.* & in puncto fideicommissum
Pirri purificatum esse ad fauorem filiorum
Vincentij Mariæ respondit *Rot.dec.249.nu.
par.6.rec.dec.96.sub n.3.par.7.* non quidem in-
cidenter,vt alias suppositum fuit,sed hoc ar-
ticulo maturè discusso, vt constat ex infor-
mationionibus tunc datis.
Hinc neque obstat, quod exceptio fidei-
commissi Pirri tanquam Iuris dubij, & in-
32 tricati † retardare non possit immissionem
ex fideicommisso posteriori Horatij, quia

imò illud proclaro habebat Rota in decisionibus mox allegatis, ac etiam hodie, quæq; 33 turbiditas prouenit ex replicatione Actoris Mariæ reorum conuentorum non reddit adeo turbidum ius excipientium, vt non sufficiat ad impedien. petitam immissionem ex deductis in puncto *in Romana fideicommissi de Nicolinis 28. Aprilis 1651. §. fin. coram R.P.D. meo Cerro.*

Et ita decisum, causa bis proposita vtraque parte informante &c.

ROMANA TRANSACTIONIS.

Veneris 14. Februarij 1653.

ARGVMENTVM.

Transactio facta occasione recedendi à litibus vertentibus inter transigentes generaliter cōprehendit omnes lites attentis clausulis generalibus in fine positis generalibus, & prægnantibus, ac etiam verbis prohemialibus, ex quibus mens transigentium declaratur omnes lites extinguendi maximè quando mentio litium fit in plurali, qui numerus omnes lites comprehendit.

SVMMARIVM.

1 Text. in l. fœminæ C. de secund. nupt. *reseruat proprietatem omnium bonorum prouenientium ex hæreditate patris filijs primi matrimonij per transitum matris ad secundas nuptias.*

2 *Decisiones iuxta laudabilem stylum non debent incidenter in dubium reuocari.*

3 *Prohemium transactionis declarat ipsam transactionem, ac transigentium mentem.*

4 *In transactione si plures fuerunt narratæ lites, & transigentes declararūt se velle à litibus prædictis eximere loquendo in numero plurali censentur sensisse de omnibus non de vna tantum.*

5 *Attentis dictionibus,* prædictis, *& vt* supra, *per quas redditur clara transigentium voluntas transigendi super omnibus litibus superius narratis, ac si singulariter essent nominatæ.*

6 *Clausula,* modis, & formis infra dicendis, *in transactione quid operetur?*

7 *Ratio recti sermonis semper est attendenda in expositione verborum.*

8 *Additio in aliqua scriptura inserta in instrumento non præsumitur dolo Notarij, sed partis, quæ eam inserendam tradidit, & penes se retinuit, n. 10.*

9 *Approbans pro legali aliquam scripturam, & cuius vigore transegit, non potest amplius eam redarguere.*

11 *Additio in aliqua scriptura præsumitur facta in principio de consensu partium, & non ex interuallo.*

12 *Verba in dubio præsumuntur stare demonstratiuè non taxatiuè.*

13 *Lis mota super aliquo iure quod pluribus est commune censetur etiam nomine omnium introducta.*

14 *Transactio reputari debet generalis attentis clausulis,* prægnantissimis in fine positis de habēdo semper rata contenta in transactione &c. *& alio quouis prætextu, & causa cogitata, & incogitata nō contrafacere per quæ implicitè veniūt etiam omnia in lite comprehensa, & de quibus in prohemio transactionis fuit facta mentio.*

15 *Clausulæ generales restringendæ sunt ad causas supra expressas, declara n. 17.*

16 *Magis attendi debet prosecutio litis, quam petitio.*

18 *In transactione si generaliter fit mentio litium in plurali, omnes lites vertentes inter transigentes comprehensæ censentur.*

DECISIO DXLIX.

BALTHASSARIS iunioris de Comitibus sine filijs ab intestato mors plures excitauit lites coram A.C. alias nempe inter Comitissam Corneliam Theodulam de Marcianis auiam paternam defuncti ex vna, & ex altera Monasterium, & Moniales Sanctæ Catherinæ de Senis in Vrbe ex persona Cleriæ sororis germanæ, & Angelæ, & Hipolitæ amitarum defuncti ibi professarum de legitima illius successione contendentes; alias cōtra omnes prædictos ad instātiam Ducis Camilli de Comitibus bona ex fideicommisso, seu donatione fel. recor. Leonis X. sibi deberi prætendentis.

In omnibus his causis Monasterium narrando Papæ ad sui fauorem ex persona Cleriæ germanæ sororis Balthassaris factū fuisse locum successioni ab intestato, & tam contra Comitissam Theodulam, quam contra Ducem Camillum de Comitibus introductas fuisse lites coram A. C. vt procedat de voto Rotæ, & deputato Reuerendissimo Domino meo Decano, emanarunt coram eo binę decisiones super iuribus Comitissæ Corneliæ, quibus ob eius transitum ad secunda vota obijciebatur dispositio textus *in l. fœminæ Cod. secund. nupt.* & super validitate, & effectu renunciationis factę à Cleria ante emissam professionem.

Post quæ de anno 1644. inter Monasteriū & Comitem Marcum Antonium de Marcianis Comitissæ Corneliæ cessionarium deuentum fuit ad transactionē per publicum instrumentum, quod præuia omnium prædictorum narratiua, Castri Gurgæ, & Palatij existentis in Vrbe medietatem cuilibet, aliorum verò bonorum, duas tertias partes Comiti, alteram Monasterio assignauit. Secuto tamen de anno 1650. dictæ Comitissæ Corneliæ obitus per quem ex dispositione supracitatæ *l. fœminæ*, proprietatem omnium bo-
1 norum † prouenientium ex hæreditate Balthassaris senioris spectare ad Angelam, & Hipolitam illius, & Comitissæ Corneliæ filias Monasterium existimauit ex earum persona immissionem desuper petijt iudicialiter coram A. C. citato Comite Marco Antonio possessore, ac defunctæ cessionario, & hærede, iterumque obtinuit à Signatura Sanctissimi committi A.C. vt procedat de voto Rotæ omni appellatione remota, in cuius rescripti executionem me deputato, allegata in primis fuit à Comite dicta transactio, quæ an obstet hodie discutiendum proposui.

Cum-

Cumque informãtes pro Monasterio sua-
dere conati fuerint illius iura ex persona Cle-
riæ tantum, non autem ex persona Angelæ,
& Hipolitæ competentia comprehendi in
transactione, eamdemque transactionem læ-
siuam esse attenta vltima decisione fauora-
bili super dispositione *l. fœminæ*, reportata
prius, vt supra in alio iudicio coram Reue-
rendissimo Domino meo Decano. Exaduer-
so autem pro Comite eadem decisio acerri-
mè impugnaretur: Domini reseruato quod
particulariter videatur de læsione, & reuidea-
2 tur dicta decisio, quippe quæ † iuxta antiquũ
& laudabilem stylum Rotæ non debet inci-
denter in dubium reuocari, responderunt etiã
iura sororis Hipolitæ, & Angelæ esse com-
prehensã in transactione.

Id enim demonstrant verba transactio-
3 nis emissa, tùm in proemio † transactionis,
quod illam ac transigentium mentem decla-
rat iuxta theoricam *Bart. in l. fin. n. 3. ff. hæred.
instit. quam sequitur Decian. cons. 72. num. 49. lib. 2.
Rot. dec. 466. num. 1. par. 1. recent. dec. 543. num. 11.
apud Buratt. & in terminis transactionis in Roma-
na pecuniaria 24. Ianuarij 1648. coram me*. Ibi si-
quidem pro causa transigendi narrantur no-
minatim lites introductæ coram A.C. etiam
ex personis Angelæ, & Hipolitæ, & enuncia-
ta simul speciali commissione directa A. C.
vt procederet de voto Rotæ, deputatione Re-
uerendissimi Domini mei Decani, ac deci-
sionibus coram eo emanatis inter Monaste-
rium ex persona Cleriæ, & Comitissam Cor-
neliam subditur velle partes transigendo exi-
4 mere se † *à litibus prædictis adhuc vt supra inde-
terminatis pendentibus*, & sic etiam à litibus co-
ram A.C. introductis; ponderando primo,
quod locuti fuerũt de litibus in plurali, ideoq;
non senserunt de sola lite ex persona Cleriæ,
vt in puncto aduertit *Rot. decis. 629. sub num. 2.
vers. et primo par. 4. recen. & in Romana successionis
de Comitibus 26. Iunij 1648. §. hoc idem coram Re-
uerendiss. Terracinensi*.

Secundo dictiones illas relatiuas *prædictis*,
5 & *vt supra*, † per quas redditur clara transi-
gentium voluntas concordandi super omni-
bus litibus superius narratis, ac si etiam in
hac parte nominatæ singulariter fuissent lites
ex persona Angelæ, & Hipolitæ, cum hæc sit
virtus dictionum huiusmodi, vt de prima est
*textus in l. 1. §. cum qui ff. postulan. Barbos. dict. 87.
num. 1. & seqq. Buratt. dec. 272. num. 6. & de altera
text. in l. item quæritur §. item Iulianus ff. locat. Bar-
bos. dict. 441. num. 1. aliique relati in Romana fidei-
commissi de Carpianis 31. Ianuarij prox. præt. §. ra-
tio coram me*. Neque vrget subsequens clau-
6 sula ibi, *modis, & formis infra dicendis*, † quia
modi infra expressi non excludunt, vt dicetur
iura Angelæ, & Hipolitæ aut limitant volun-
tatem relecãdi in vniuersum omnes lites su-
perius recensitas, sed respiciunt partitionem
bonorum, & æris alieni hæreditarij consecu-
tiuã à generali voluntate, ac potestate transi-
gendi, vt per *Noguerol. alleg. 2. sub num. 58. infra
med. post Dec. cons. 20. num. 4. & cons. 60. num. 1. vers.
Et dicitur speciale mandatum*, aliosque allegatos à
*Moder. Hispano in labyrinth. credit. par. 2. cap. 8. n. 7.
& seq.*

Tum in precibus S. Congregationi Emi-
nentissimorum Concilij Tridentini Interpre-
tum à Monasterio pro obtinenda facultate
transigendi porrectis, & in instrumento tran-
sactionis insertis ibi, *Hauendo le Monache di San-
ta Catherina di Siena di Roma per le ragioni di Sor
Cleria Conti, & altre Monache in detto Monastero
litigato &c.* ex quibus euidens est voluisse trã-
sigere super omnibus iuribus ne dum ex per-
sona Cleriæ; sed etiam aliarum Monialium
hoc est Angelæ, & Hipolitæ. Gratisque di-
citur verba illa, *& altre Monache*; stare repræ-
sentatiuè ad totum Monasterium, cuius no-
mine preces porrectæ fuerunt, vel fuisse su-
peraddita postea. Nam primum tollitur ex
quo de Monialibus representatiuè ad totum
Monasterium iam fuerat facta mentio initio
precum ibi, *Hauendo le Monache di Santa Cathe-
rina &c.* nec non quia cum stent in casu ge-
nitiuo ibi, *per le ragioni di Suor Cleria, & altre
Monache*, repugnat intellectui contrario ratio
7 recti sermonis † semper attendenda in expo-
sitione verborum *l. si pluribus ff. solut. & in ter-
minis transactionis Alex. cons. 46. sub num. 1. versic.
præsertim lib. 1. Natta cons. 546. num. 13. Surd. decis.
217. n. 13. in fin. & num. seq.*

Alterum pariter corruit, quia preces inser-
tæ in instrumento transactionis vna cum re-
scripto permissiuo Sac. Congregationis tra-
ditæ Notario ad effectum inserẽdi fuerunt ab
ipsis Monialibus, vt legitur ibi, *vtendo licentia
habita à Sacra Congregatione &c. quæ &c. mihi
Notario tradita fuit à dictis Monialibus ad effectum
inserendi in præsenti instrumento tenoris &c.* vnde
8 superadditio † tribui non potest dolo alterius
partis, *Felin. in cap. ex litteris num. 8. de fid. instrum.
Paris. cons. 28. num. 42. lib. 2. Rot. dec. 367. sub nu. 3.
inter impress. post cons. Farinac.* eamque Monia-
9 les cum semel pro legali agnouerint † illius
vigore transigendo redarguere amplius non
valent *Felin. in cap. cum inter num. 11. vers. vnde
generaliter de except. Bart. in l. cum mulier numer. 5.
ff. sol. matr. Menoch. de adipisc. remed. 4. numer. 555.
Buratt. dec. 785. num. 3.* Eo minus, quia si dolo-
10 sa esset † ab ipsis quæ preces penes se retinue-
runt, ac tradiderunt Notario facta præsume-
retur, *l. maiorem vbi Cyn. Bald. & alij Cod. fals.
Ias. in l. si vnus num. 9. Cod. testam. Mascard. de pro-
bat. concl. 257. nu. 8. & 9.* sed verius præsumitur
11 facta † à principio de consensu Monialium,
& non ex interuallo iuxta ea quæ tradit *Bald.
in l. nostram n. 1. Cod. testam. Farinacc. cons. 12. n. 18.
lib. primo*.

Non obstat, quod in dictis precibus expri-
matur lis pendens in Rota ibi, *hauendo &c. li-
tigato in Rota*, quia si negetur etiam iura Hi-
politæ, & Angelæ esse deducta in Rota ne
contraria in eadem oratione cõtineantur, di-
cere necesse est verba illa *in Rota*, stare demõ-
12 stratiuè † non autem taxatiuè ad litem dicta-
rum Monialium nomine pendentem coram
A.C. vt etiã in dubio præsumitur *l. fin. §. Ti-
tia ff. lib. et. at. legat. Aym. cons. 301. num. 5. Rot. decis.
662. num. 3. par. 1. diuers. dec. 352. num. 5. par. 1. rec.*

Et

Et verè cum articulus pœnarum binubatus ex persona Cleriæ decisus respiciat etiam Angelam, & Hipolitam quippe quæ ex eo capite tantum poterant excludere Comitissã Corneliam communem aduersariam; vtiq;
13 verificatur, quod earum quoque † nomine litigatum fuerit in Rota, *vt per Aretin. in l. 1. §. item acquirimus num. 59. in fin. ff. acq. poss. Angel. in l. naturaliter num. 4. ff. vsucap. Bellamer. in cap. vigilanti num. 35. vers. non obstant iura de præscrip. Hond. cons. 30. num. 70. lib. 1. Buratt. dec. 456. nu. 3. Rota in Bononien. fideicommissi 24. Martij 1645. coram Reuerendiss. Terracinen.* Nec mirum si nomine Cleriæ principaliter lis in Rota agebatur, quia ipsa tanquam proximior Balthassari iuniori vltimo defuncto primum gradum successionis tenebat, & amitę solum in euentum in quem illa excluderetur per renunciationem factam in ingressu in Religionem poterant subingredi ex eodem tamen fundamento binubatus Comitissæ Corneliæ.

His accedit magna nimis inuerisimilitudo, quod transigẽtes, qui benè sciebant, lites omnes motas coram A.C. siue in Rota, & bona partitæ sunt, vt perpetuò penès quẽlibet portio ei obuenta maneret liberè, & pleno iure ibi, *ad ipsos liberè, & pleno iure spectet, & pertineat,* noluerint transigere etiam super iuribus Angelæ, & Hippolitæ per quæ statim eadem bona potuissent è manibus possidentis auocari. Attentis præsertim clausulis, *pragnan-*
14 *tissimis in fine adiectis* † & promissione de rato sẽper habendo contenta in transactione contraq; non facere, dicere, vel venire sub enormissimę, & totalis læsionis, iurium de nouo repertorum, & quæ in futurum apparere possent, & alio quouis prætextu, & causa cogitata, & incogitata: si enim voluerunt comprehẽdi etiam causas incogitatas, quo magis illas de quibus mentio facta fuit in proemio, & in precibus, & quæ saltem implicitè in lite Rotali comprehendebantur *Salyc. in l. age cum Geminiano nu. 4. in fin. Cod. transact. Natt. cons. 546. num. 13. Surd. cons. 418. sub num. 15. Grat. disc. 568. num. 45. & 46. Ciriac. controu. 128. nu. 47. & seqq. & num. 123. Fontanell. dec. 398. num. 13. Rot. in Romana Pecuniaria 24. Ianuarij 1648. §. atque hinc, & in Romana rescissionis concordiæ 26. Februar. 1652. §. tum tertio, & 21. Iunij eiusdem anni §. penult. coram me.*

Vt propterea non vrgeat quod clausulæ
15 generales † restringendæ sint ad causas supra
16 expressas, quodq; magis attendi† debeat prosecutio litis, quam petitio, *vt ex text. in d. l. age cum Geminiano tradit Valas. consult. 39. numer. 11. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 15. n. 274. Rot. dec. 428. num. 6. in fin. par. 5. recent.* Quia vt respondent supracitati Doctores, & decisiones hoc non
17 procedit† quando de voluntate omnia comprehendendi constat ex alijs coniecturis, vt in casu nostro quo vlterius etiam iura amitarũ fuerunt supra expressa, & ne dum in proemio contrahentes explicitam mentionem fecerũt de lite pendente coram A.C. ad instantiam illarum, sed etiam in parte dispositiua recesserunt à supramentionatis litibus in numero plurali ibi, *à prænarrata &c. litibus, & causis, vt præfertur &c. motis, intentatis, & indecisis pendentibus cum omnibus, & singulis &c. annexis, & connexis &c. recesserunt, & recedunt*: numerus enim
18 pluralis † litium prænarratarum, non verificaretur nisi comprehenderetur lis amitarum *l. vbi numerus ff. de testib. Menoch. cons. 50. num. 19. Surd. dec. 202. num. 14.* Et iura amitarum, vt dicebam sunt connexa iuribus Cleriæ in Rota pendentibus, quod sufficere tradunt allegati à *Valasc. d. consult. 39. n. 5.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

ROMANA DOTIS.

Lunæ 17. Februarij 1653.

ARGVMENTVM.

Sententia lata super vergentia viri ad inopiam non afficit creditores non citatos. Sententia lata super statu personæ cum legitimo contradictore, licèt faciat ius quoad omnes etiam non citatos, conclusio non procedit quando non citatus habet coęquale interesse cum citatis; Item nec locum habet quoties contradictores citati non comparuerunt, & legitimas defensiones adducere neglexerunt.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, & acta non afficiunt non citatos.*
2 *Probatio vergentiæ viri ad inopiam plenior requiritur ex parte mulieris respectu creditorum viri, quam vbi agitur contra virum.*
3 *Sententia lata super statu personæ facit ius quoad omnes, quamuis non citatos.*
4 *Limita primo non procedere quando non citati habent interesse coequale cum citatis, cum de natura partium sit, quod alteri per alterũ incommodũ inferri non valeat, & quando creditor non citatus habere dicatur interesse coequale cum citatis, numero 7.*
5 *Item limita non procedere quando contradictores citati non comparuerunt, ac legitimas probationes adducere neglexerunt.*
6 *Sententia lata in causa status vt faciat ius quoad omnes oportet sit lata in contradictorio iudicio cum legitimo defensore, qui suas defensiones faciat.*
8 *Creditor viri in iudicio moto ab vxore super illius vergentia, vt citandus veniat sufficit, quod illius creditum sit iustificatum, ac vxori innotescat.*
9 *Sententia lata super vergentia viri ad inopiam eo minus afficit creditores non citatos, si alij citati non comparuerunt nec exceptiones contra creditũ dotale vxoris, nec aliquid ad excludendam vergentiam viri opposuerunt n. 10.*
11 *Limita non procedere quando nulla competebat defensio, tunc enim excusantur creditores citati si nihil apposuerunt.*
12 *Declara hoc procedere quando notorium est nullam competere defensionem, alias secus.*
13 *Mulier impedire nequit ne super bonis viri fiat executio ad instantiam creditoris ex causa dotis promissæ etiam ab ipsa muliere.*
14 *Mater tenetur in subsidiũ dotare filiam stante inopia patris.*

Mater

15 *Mater tenetur soluere filiæ dotem, quam vna cum viro validè promisit.*

DECISIO DL.

CLARA de Zarottis septennio post quã vna cum Alexandro viro nuptui tradiderat Paulinam filiam Ludouico Sabbatino cum dote scutorum 5. mill. egit coram A.C. pro assecuratione propriæ dotis scut. 16. mill. ex capite vergentiæ viri ad inopiam ipso, nec non aliquibus eius creditoribus citatis, non tamen dicto Ludouico genero, ac sententiam immissionis in certis bonis ad virum spectãtibus obtinuit. Quæ sententia, & iudicium an obstent dicto Sabbatino dubitatum hodie fuit, & negatiuè responsum.

Ex receptissima conclusione, quod senten-
1 tia, & acta † non afficiunt non citatos *Bald. in l. ab eo num. 17. Cod. quomod. & quan. Iud. Accbill. dec. 3. de re iudic. Seraph. dec. 1241. num. 1.* quam in puncto sequuntur infra allegandi addentes aliam rationem, quia scilicet plenior probatio
2 requiritur † ex parte mulieris respectu creditorum viri, quam vbi agitur contra virum sic post *Bart. & alios ibi allegat. Grat. discept. 789. num. 10. discept. 872. num. 20. & 21. Cappell. Tolos. decis. 339. ibique Aufred. in princ. Ossasch. dec. 135. numero 6.*

Nec releuat, quod fuerint citati ne dum vir, sed etiam aliqui creditores, ac proinde sen-
3 tentia tanquam lata † super statu personæ faciat ius quo ad omnes quamuis non citatos, *l. ingenuum ff. stat. hom. cum alijs alleg. in Fanen. fideicomm. 19. Febr. 1645. coram R.P.D. meo Cerro;* nam esto sine veri præiudicio, quod sententię huiusmodi dici possint latę in causa status, adhuc casui nostro applicantur duæ limitatio-
4 nes; quarum altera est † quando non citati habent interesse coęquale cum citatis, cum de natura parium sit, quod alteri per alterum incommodum inferri non valeat, *vt in l. 2. Cod. quib. res. Iudic. non noc. tradit Cyn. col. 1. in fin. Bald. sub num. 5. vers. secus autem inter compares Salyc. sub num. 2. vers. et hoc Zas. in l. sæpè num. 60. n. 09. ff. re iudic. Peregr. de fideic. art. vlt. num. 44. Vinc. de Franch. dec. 523. num. 17. & 18. dec. 524. nu. 1. Rot. in Britinorien. fideicommissi 24. Martij 1642. coram me.*

5 Altera quando contradictores † citati non comparuerunt, ac legitimas defensiones adducere neglexerunt; vt enim sententia lata
6 in causa status † faciat ius quo ad omnes oportet lata sit in contradictorio iudicio cum legitimo defensore qui suas defensiones exhibeat, & opponenda opponat *Bart. in d. l. ingenuum num. 1. Couar. pract. quæst. cap. 13. num. 5. vers. hac sanè ratio Socc. sen. cons. 18. num. 24. in fin. lib. 1. Ceph. cons. 442. num. 52. Surd. decis. 256. nu. 13. Cas. Manen. dec. 15. nu. 22. Rot. in Melcuitana Commende de Vaours 14. Februarij 1650. coram R.P.D. meo Cerro.*

Habet siquidem Sabbatinus interesse coe-
7 quale † tum Claræ tunc actrici, cum vtriusq; creditum sit ex causa dotis, tum alijs creditoribus citatis, quia suum creditum non ab illis deriuat, sed à particulari instrumento, & obligatione ipsius Claræ, & Alexandri, vt per *Surd. cons. 389. num. 44. post Cyn. & alios ibi alleg. Rot. in Bonon. fideicommissi de Amorinis 4. Aprilis 1650. coram R.P.D. meo Meltio;* illudque benè cognitum erat Claræ, quæ non solum ibi se obligarunt vna cum viro, sed etiam idẽ creditum ad probandam viri vergentiam produxit in dicto processu coram A.C. vnde &
8 crediti iustificatio, † & eius scientia in aduersaria conuincitur *Felin. in cap. vigilanti num. 4. de præscr. Aym. cons. 123. nu. 6. Seraph. dec. 1016. n. 10. vbi allegat concord.*

Nemo pariter ex creditoribus citatis com-
9 paruit, † aut aliquam exceptionem opposuit; imo nec dederunt interrogatoria, aut interpetrem induxerũt super examine testium ad probandam vergentiam viri à Clara inductorum vt solet. Fitque grauior hæc negligentia, quia plures allegari poterant exceptiones, siue contra validitatem crediti dotalis Lauræ saltem in summa damnata à Statuto Venetiarũ vbi contractus celebratus fuit de quo *Decian. cons. 17. num. 39. lib. 2. cons. 71. num. 61. vers. et hodie videmus lib. 4. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2 claus. 5. gloss. 1. par. 1. num. 18.* & contra eiusdem crediti hoc est solutionis factę Alexandro viro probationem eductam ex cõfessionibus de recepto quas informãtes pro Sabbatino multis impugnant siue ad excludendam dicti A-
10 lexandri vergentiã † cum testes desuper examinati erronei detegantur ex quo cuncta bona Alexandri ad duas vineas existentes in agro Romano coarctant, & tamen constat, quod in bonis Alexandri aderat etiam creditum scut. 8900. quod deinde Clara post obtentam ab A.C. sententiam occupauit, vt in eius *Summ. num. 6.* Quæ exceptiones an in eo iudicio inter Lauram, & creditores citatos releuarent ad victoriam Domini pro nunc non firmarunt, sed ponderarunt solum ad eliciendam negligentiam dd. creditorum in defen-
11 sione causæ, nihil suffragante, † quod potuerint agnoscere bonum ius Claræ, quia hoc
12 procedit quando ius est clarum, † ac notoriũ est nullam competere defensionem *Rot. coram san. mem. Greg. XV. dec. 485. num. 7. add. ad eumdem dec. 43. sub nu. 16. vers. debet de hoc, & fuit dictum in Romana dotis de Olphis 25. Octobris 1613. coram clar. mem. Cocc.*

Et in omnem euentum esto, quod sententia esset iusta non obesset Sabbatino cui
13 dos † promissa fuit ab ipsa Clara, quæ propterea impedire non potest quo minus ille super bonis mariti executionem faciat *l. vindicantem ff. rei vindic.* fortius quia supponit virum non esse soluendo, nam exinde transfertur in ipsã
14 onus † dotandi communem filiam *Ias. in l. 1. num. 28. ff. sol. matrim. Barbos. ibid. par. 4. num. 82, Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. gloss. 2. num. 1. & seqq. Rot. penes Duran. dec. 26. num. 3. & in Anconitana bonorum 15. Febr. 1647. § non tamen coram me,* eoque magis soluendi dotem, quam vna
15 cum viro † communi filiæ validè promisit, *l. promittendo ff. iur. dot. l. fin. Cod. ad Senat. Consult. Velleia. Gabr. cons. 20. num. 40. & 41. lib. 1. Cardinalis*

nalis Millin.dec.332.num.5.Rot. inter recent. decis. 177. sub num.11. par.1.

Et ita decisum informante solum Sabbatino citato tamen septem, & decies Procuratore Claræ.

ROMANA CENSVS.

Lun. 17. Martij 1653.

ARGVMENTVM.

Census extinctus per confusionem mediante acquisitione fundi censiti reuiuiscit si dominium fundi non fuit acquisitum irreuocabiliter sed illud in alium translatum mediante retractu, secus verò si interuenit actus retrosimilis ab initio, nam cum dominium pecuniarum nunquam auocetur à Censuario, nil refert si fundus auocetur Bulla Gregoriana non annullat simpliciter venditionem factam, sed illam infectam reddit fauore vicini, seu inquilini retrahere volentis, item quod retractus fiat cum omnibus pactis, & conditionibus contentis in prima venditione.

SVMMARIVM.

1 *Possessio anterior probatur ex confessione aduersarij petentis immissionem.*

2 *Possessio tradita de mandato Iudicis in cōcursu præferenda, nisi nulliter vel iniustè processerit.*

3 *Mandatum de associando prosfructibus census extincti relaxatum est notorie iniustum.*

Fructus post extinctum censum amplius non debentur ibid.

4 *Census per compensationem extinguitur quia compensatio vim habet actus retrosimilis restitutionis sortis principalis.*

5 *Census extinctus per acquisitionem fundi censiti mediante retractu reuiuiscit, quia dominium fundi non fuit acquisitum irreuocabiliter, declara vt num. 8. 9. & seqq.*

6 *Bulla Gregoriana super retractu annullat venditionem factam non seruata illius forma, declara vt num. 15. & 16.*

7 *Venditio seu datio insolutum quando est nulla habetur pro non facta, itaut primæua Iura, & contractus habentur pro non extinctis.*

8 Decis. Seraphin. 872. num. 2. declaratur.

9 *Census extinctio per confusionem videlicet per acquisitionem fundi censiti differt ab extinctione per actum retrosimilem.*

10 *Ratio diuersitatis est, quia extinctio per confusionem prouenit ex incompatibilitate, cum res sua nemini possit seruire, extinctio verò per actum retrosimilem parit diuersum effectum, quia partes ab initio censum extinguere voluerunt.*

11 *Fundus censitus si fuit emptus à censuario, & in computum pretij fuit sibi excomputatus census licet postea mediante retractu auocetur fundus non tamen census reuiuiscit quia fuit ab initio extinctus per actum retrosimilem, & num. 13. & 14. vbi quod hi actus sunt ad inuicem distincti, & independentes.*

12 *Decisiones in contrarium allegata conciliantur.*

15 *Bulla Gregoriana non annullat venditionem factā simpliciter, sed illam infectam reddit fauore dumtaxat vicini, seu Inquilini retrahere volentis.*

16 *Bulla Gregoriana fauet primo venditori, dum mandat retractum fieri cum omnibus pactis, & conditionibus in prima venditione contentis.*

17 *Vigore retractus si quis retrouendidit, nec curauit seruari formam Bullæ Gregorianæ sibi imputet.*

18 *Census dicitur extinctus, si censuarius sortem principalem à retrahente fundum censitum depositam exigere non curauit.*

19 *Retrahens vigore Bullæ Gregorianæ tenetur depositare summam, quam primus emptor soluit.*

20 *Census semel extinctus non potest amplius reuiuiscere absque ministerio legis vel consensu eius qui eum imposuit, alias enim inter diuersas personas in Instrumento census non nominatas nec causam habentes à primo impositore applicabiles non sunt termini reuiuiscentiæ.*

21 *Sed opus est noua creatione census ex integro seruata forma Bullæ pianæ.*

22 *Census si fuit extinctus per solutionem fructuum deinde factam non reuiuiscit cum non sit in potestate partium facere licitam fructuū solutionem.*

23 *Fructus Census extincti si fuerunt soluti repeti possunt condictione indebiti.*

24 *Vel ipso Iure cedunt in causam sortis principalis.*

DECISIO DLI.

MAttheus Pepius hæres Alexandræ Iannotiæ quæ super medietate eius domus, & Apothecæ positę in Platea Pontis Sancti Angeli tres Census scu. 100. pro quolibet imposuerat ac vendiderat Petrouenturæ de Peruenturis, eamdem domum de anno 1627. vendidit ipsi Petrouenturæ pro prætio scu. 1130. quod emptor promisit soluere venditori siue in se onus soluendi accollare vsque ad summam scu. 1090. debitā creditoribus hæreditatis dictę Alexandrę descriptis in quodam folio inter partes concordato in quo inter cetera excomputantur Petrouenturæ Emptori singulariter prænominati tres census scu. 100. pro quolibet.

De qua venditione certioratus Bartholomeus Vestrinus tunc inquilinus domus, & Apothecæ præfatæ super illius retractu vigore *Bullæ Gregorianæ impress. tom. 2. Bullar. nouum. 22. §. 11.* iudicium mouit, & facto iuxta illius formam deposito scu. 645. sententiam fauorabilem reportauit ac successiue ei Petrus Ventura domum retrouendidit sub certis pactis, & conditionibus expressis in Instrumento dato in Summario Peruenturæ num. 3.

Hinc Io: Franciscus, & alij hæredes dicti Peruenturæ prætendentes Census vt supra debitos, & excomputatos reuiuixisse, pro illorum fructibus postea decursis ad dictam medietatem domus, & Apothecæ Censualis associati fuerunt per decretum A.C. executioni demandatum contra Franciscum, & alios hæredes Bartholomei Vestrini, nec non Michaelem Floranum, & Dorotheam Coniugem ad quorum instantiam commis-

sa

sa mihi causa appellationis cum clausula, *sine praiudicio legitima executionis* emersit in primis quæstio super manutentione vtrinque eam petentibus; siue dictis coniugibus nem-
1 pè Vestrinis ex anteriori possessione † satis probata ex quo contra ipsos fuit exaduerso petita immissio *Buratt. dec.160. n.4. Greg.XV. decis.458. num.1. & seqq. decis.561. nu.2. par.1. recent.* & Peruenturis ex posteriori possione
2 habita à Iudice præferenda † priori nisi Iudex notorie nulliter, & iniuste processerit *l. iuste possidet l. qui vniuersas §. item cum Prator ff. acquir. poss. Ang. in l. clam possidere §. quia ad nundinas num.2. in fin. ff. eod. Rot. decis.173. nu.1. par.1. recent.*

Ideò Domini proposito à me dubio an & cui sit danda manutentio, responderunt sub die 3. Martij proximè preteriti quod videatur de bono Iure etiam ad effectum manutentionis; eoque hodie particulariter discusso, censuerunt constare de bono iure Michaelis Florani ac Dorotheæ Coniugum;
3 siquidem absque notoria iniustitia † non potuit contra ipsos relaxari mandatum de associando pro fructibus decursis post Censuum extinctionem *Cinc. de cens. quæst.119. num.1. & seqq. Rot. decis.651. num.4. coram Cardinali Caual. decis.270. num.4. decis.540. num.1. apud Cinc. de*
4 *cens.* resultantem ex compensatione † seu excomputatione illorum cum parte prætij domus venditæ Censuario, quæ compensatio habet vim actus retrosimilis restitutionis sortis principalis vt in terminis dixit *Rot. decis.354. num.1. cum seqq. par.5. decis.148. nu.1. & seq. part.6. recent. & in Signina Saluiani 27. Aprilis 1640. §. sed solum in fin. coram Reuerendissimo Salamantino.*

Nec subsecutus retractus ac retrouenditio fundi Censualis effecit vt census reuiuiscerit;
5 † siue quia censuario non fuerit dominium fundi acquisitum irreuocabiliter, vt in puncto retractus vigore Bullæ Gregorianæ respondit Rot. penès *Seraph. decis.872. num.3.* siue quia id præstet nullitas primæ venditio-
6 nis † resultans ex verbis expressis Bullæ Gregorianæ *in* §.9. ibi, *venditio &c. nullum ius emptori tribuat, & quo ad illum pro infecta sit*; nam quando venditio seu datio in solutũ est nul-
7 la, † cum habeatur ac si non emanasset primæua pariter iura, & cõtractus habentur pro non extinctis *l. si quis antea §. si quis conduxerit ff. acq. poss. Gabr. cons.36. numer.66. lib.1. Pacif. de Salu. inspect.3. cap.2. num.564. Surd. decis.51. n.19. & 29. Rot. decis.370. numer.3. part.1. recent. & in puncto Census decis.278. num.22. par.5. & dec.172. num.47. par.6. recent.*

Vt enim declarando supracitatam *deci-*
8 *sionem Seraph. 872.* † aduertit *Rot. in Romana Census 20. Februarij 1612. coram Sanctissimo Domino Nostro impress. apud Cinc. de Censib. dec.411. numer.7.* loquitur Seraphinus de extinctione Census per confusionem, nempè per simpli-
9 cem acquisitionem fundi Censualis, † qui casus maximè differt ab extinctione per actũ retrosimilem solutionis, & ratio diuersitatis
10 est † quia vbi extinctio fit per confusionem, dominus Census non intendit illum particulariter extinguere, sed extinctio prouenit ex incompatibilitate cũ res sua nemini possit seruire, qua incompatibilitate cessante per subsecutum retractum nõ mirum si Census reuiuiscat: vbi autem interuenit actus retrosimilis partes Censum omnino extingue-
11 re voluerunt, † & extinctio licet occasionaliter proueniat à cõtractu venditionis ab eo tamen formalem dependentiam non habet, sed ab ipsa reali solutione pecuniarum facta Censuario, quarum dominium cum à Censuario nusquam auocatum fuerit, nihil refert, quod fuerit auocatus fundus. Hinc ipsam distinctionem amplexa *fuit Rot. in Romana Domus 17. Martij 1649. §. fin. & 24. Ianuarij 1650. §. non ità cum tribus seqq. coram me,*
12 in quibus ità conciliantur † decisiones in contrarium allegatæ, *& conferunt tradita per Cinc. de Censib. quæst.114. num.14. Modern. Manicalciatensem eod. tract. §.5. quæst.33. sub numer.20. vers. benè verum est Gratian. discept.3. num.14. & seqq. aliosque allegatos à Moder. Neapolit. in addit. ad Surd. decis.266. num.9. & seqq.*

Nos autem versamur in secundo casu cũ fundus Censualis fuerit à debitore venditus
13 Censuario † pro certo prætio scut. 1130. & Emptor promiserit illa soluere creditoribus venditoris descriptis in folio, in quo nominatim pro rata scut. 300. fit excomputatio trium Censuum Emptori debitorum; vnde est ac si Emptor eadem scut. 300. soluisset in Causam emptionis venditori, & deinde venditor totidem in causam extinctionis Census numerasset Censuario vt ad literam probat *tex. in l. singularia,* ibi, *vt cum ex causa mandati pecuniam mihi debeas, & conuenerit vt crediti nomine eam retineas, videatur mihi data pecunia, & à me ad te profecta ff. si cert. pot. l.3. §. sed si debitorem ff. donat. inter vir. & vxor. l. illud ff. acq. hæredit. Castr. in l. eleganter num.6. post med. vers. per inde enim est ff. pignorat. act. & cons.165. nu.4. vers. quod patet lib.2. Costa de retrotract. Cas.27.*
14 *cap.8. num.2.* Suntque hi actus distincti, † & inuicem independentes cum quilibet habeat suam specialem causam vt in his terminis ponderauit *Rot. in dicta Romana Domus 24. Ianuarij 1650. §. in casu, & §. seq. coram me.*

Ad nullitatem venditionis respondetur
15 quod Bulla Gregoriana † illam non annullat simpliciter, sed reddit infectam fauore dumtaxat vicini seu inquilini retrhaere volentis quatenus retractui sit impedimento. Imò de cætero ipsa Bulla fauet primo vendi-
16 tori debitori Census, † quia vult quod retractus fiat cum omnibus pactis, & conditionibus in prima venditione contentis, & sic ne dum non annullat, sed seruari mandat pactum soluendi prætium, & excomputandi pro cõcurrenti quantitate cum sorte principali Censuum quod in Instrumento primæ venditionis continetur. Vt propterea intret dilegma, quod aut pactum hoc fuit seruatũ inter retrhaentem, & Peruenturam primum Emptorem ac respectiuè Censuariũ, & Census fuit extinctus, nec auocato fundo per retractum

tráctum reuiuiscit iuxta superius allegata, aut non fuit seruatum, & sibi imputet Peruentura, qui vt etiam apparet ex pluribus pactis de nouo additis sponte retrouendidit, &
17 formam Bullæ Gregorianæ adimpleri à retraente non curauit *Tiraquell. de retract. lignag. §. 8. gloss. 7. num. 1. Paris. cons. 152. num. 5. lib. 4. Rot. decis. 402. nu. 4. in fin. par. 2. recent. & in Ampurien. seu Ciuitaten. Archipresbiteratus 26. Nouemb. 1649. §. 1. circa fin. Coram me.*

Quo magis quia per ipsum Peruenturam
18 stetit quo minus à retrhaente† sortem Censuũ reciperet quod in terminis extinctionis Census ponderauit *Rot. decis. 182. num. 4. & 5. decis. 290. num. 2. & seqq. apud Cinc. de cens.* re-
19 trhaens enim iuxta formam Bullæ † deposuerat in Monte Pietatis scut. 645. cum hoc quod tercentum ex illis soluerentur Peruenturæ, ibi, *scudi &c. per pagargli al Sig. Pieruentura per il prezzo che si dice scomputato con quello che esso Sig. Pieruentura è creditore di detto Pepe, e della q. Alessandra Iannozza*; at Peruentura consensit quod pecuniæ ad dictum effectum depositatæ restituerentur Vestrino retrhaenti, atque ita si Peruentura non fuit reimbursatus de sorte Censuum excomputata, id nõ euenit ex quo prima venditio per retractum fuerit coacte resoluta, sed quia cum nouis pactis contra formam Bullæ voluntarie retrouendidit, & voluit respectu quantitatis Pepio primo venditori excumputati cũ sorte censuum habere Vestrino fidem de prætio; firma tamen manente extinctione ac censuũ facta mediante dicta excomputatione quam ipse retrhaens ac Pieruentura approbauit eo ipso quod ille deposuit summam cum sorte Censuum tempore primæ venditionis excõputatam, & hic consensit quod retrhaenti restituerentur; nam alioquin hoc deposito opus non fuisset, quia deponi tantum debet ad creditum primi Emptoris summa quam ille vel soluit vel excomputauit; vt legitur in verbis *Bullæ Gregorianæ §. post hæc vers. pretiumque, & vers. & pretium tom. 2. Bullar. fol. 189.* Cumque ex pacto cum debitore Census inito, & actuali excomputatione Census iam essent extincti, fundusque censualis liberatus, & ad creditum Peruenturæ totidem pecuniæ depositatæ; sicuti si eas pecunias Peruentura recepisset non posset amplius allegare Censuum reuiuiscentiam; ità si illas restitui retrhaenti consensit non solum quia vt dicebam eius culpa, & facto secuta non fuit reimbursatio quantitatis excomputatę, & retrouenditio nõ seruata forma Bullę fuit prorsus voluntaria sed etiam quia semel liberato fundo censuali, non potuit ex nouo pacto absque primi impositoris cõsensu inter primum Emptorem, & retrhaentem celebrato
20 Census reuiuiscere; vt enim reuiuiscentiæ sit locus requiritur vel ministerium legis vel factum seu consensus eius qui Censum imposuit, & cum quo fuit extinctus alias inter diuersas personas in istrumento census non nominatas nec habẽtes causam à primo impositore aplicabiles non sunt termini reuiuiscentię *Rot. decis. 157. num. 22. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 149. numer. 7. par. 1. recent. & in montis Alti beneficij 28. Iunij 1645. §. non obstat*
21 *coram me*, sed opus est † noua creatione Census ex integro seruata forma Bullæ Pianæ *ad text. in l. qui res §. arcã ff. solut. Negus. de pignor. 1. memb. 6. part. sub num. 44. vers. præterea, & in terminis Census Rota in Tusculana Siluarum 5. Iunij 1620. §. responsum coram Cardinali Canal.*

Atquè hinc nil releuat quod successiue retrhaens soluerit Peruenturæ fructus Cen-
22 suum† quia non erat in eorum potestate facere licitam solutionem fructuum iam extinctorum cum impositore, nec de nouo inter ipsos creatorum *Cinc. de Cens. quæst. 49.*
23 *num. 15. & 16.* & fructus soluti † vel possunt repeti condictione indebiti *Cinc. de Censib. qu. 83. num. 1. & seqq. Rot. decis. 540. num. 2. inter im-*
24 *press. post dictum tractatum*, vel ipso iure † cesserunt in causam debiti principalis cuius Peruentura habuit fidem de præcio *Roman. cons. 238. num. 1. Io: Franc. à Ponte cons. 70. num. 25. & seqq. Franc. Antonius Costa cons. 73. num. 58. Castillo decis. 99. num. 1. Rot. in Romana Cambij 16. Febr. 1642. §. nos verò coram me.*

Et ità decisum vtraquè parte informante.

BAREN. SALVIANI.

Lun. 24. Martij 1653.

ARGVMENTVM.

Dominium rei venditæ ante solutum prætium dicitur translatum in emptorem quando fuit habita fides de prætio, & quando habita dicatur fides de prætio? taxatio fructuum recompensatiuorum ad rationẽ septem, quando excessiua dici nequeat? Excessus sententiæ quando est modicus non debet ipsa sententia reuocari, sed reformari, & confirmari in summa verè debita.

SVMMARIVM.

1 *Filij viuente patre fictione Iuris quasi domini dici possunt.*

2 *Fructus recompensatiui debentur cessionario venditoris non obstante retrouenditione facta, quæ in præiudicium cessionarij fieri non potest præsertim quando constat ante retrouenditionem fructus ab emptore fuisse cessionario solutos.*

3 *Confessio probat contra confitentem, & habentes ab eo causam.*

4 *Dominium rei venditæ translatum dicitur in emptorem etiam ante solutum prætium, quando fuit habita fides de prætio.*

5 *Fides de prætio dicitur habita si emptori fuit data dilatio ad soluendum prætium, & interim fructus recompensatiuos, & sufficit adhunc effectum, quod venditor sciat sibi statim solui non posse.*

6 *Dominium translatum dicitur in emptorem nõ obstante pacto, quod soluto prætio statim res vendita sit in pleno dominio emptoris, quia dicta verba intelliguntur de dominio pleno respectu liberæ perceptionis fructuum absque onere soluendi fructus recompensatiuos, & num. 7.*

8 Ven-

8 *Venditor potest reiuendicatione rem venditam recuperare, non soluto per emptorem pretio.*

9 *Fructus recompensatiui taxari possunt à contrahentibus ad illam quantitatem quæ verisimiliter commensuratur ad fructus rei venditæ tunc enim inter contrahentes censetur facta quædam transactio inspecto futuro euentu.*

10 *Commensuratio verisimilis educitur ex simili taxatione facta in Instrumento retrouenditionis cõcurrentibus alijs adminiculis, & num. 11.*

12 *Solutiones in materia suspecta de vsuris licet de per se non probent iunctis adminiculis plenè probant in præiudicium soluentis, & num. 14.*

13 *Nemo præsumitur velle iactare suum.*

15 *Excessus est concludenter probandus.*

16 *Sententia non dicitur excessiua si non loquitur de certa quantitate, sed simpliciter de credito, quæ tamen intelligi debet de credito, & in summa, & quantitate verè debita sortis vel fructuum.*

17 *Creditor non dicitur de fructibus integraliter satisfactus, licet illos petierit respectu certi temporis si petitio dictiones illatiuas omnium terminorum præteritorum non continet.*

18 *Sententia etiam non conformis libello sustinetur in Iudicio Saluiani, in quo non attenditur quid petitum sed quid in prosecutione Iudicij probatum.*

19 *Excessus sententiæ quando est modicus non est attendendus nec sententia ex hoc capite est reuocanda, sed debet reformari, & confirmari in summa verè debita, & num. 20.*

21 Decis. 221. num. 3. par. 2. diuers. & decis. 333. num. 3. part. 2. recent. Buratt. decis. 268. n. 5. *in quibus terminis loquantur? & num. 22.*

23 *Sententia ante executionem potest confirmari, & reformari in summa verè debita, præsertim quãdo excessus est modicus.*

DECISIO DLII.

EXCESSVM sententiæ exaduerso adductum nihil obesse iterum Domini censuerunt. Quod enim bona in quorum possessionem sententia immissionem concedit spectarent in totum ad Io: Vincentium debitorem eiusque filij illorum venditioni adhibiti fuerint ad maiorem cautelam emptoris demostrat *prima huius causæ decisio edita 10. Iunij 1652. in §. euitentur*, & comprobat depositio testis data in Summario Russi rei conuenti num. 6. affirmantis dicta bona peruenisse titulo permutationis ad præfatum Io: Vincentium, quo propterea viuente filij, etsi
1 quasi domini † fictione iuris dici possent hoc tamen integrum ac reale patris dominium non minuebat *l. prima §. si impubere ff. collat. bonor. Auth. si qua mulier Cod. Sacr. San. Eccles. Rot. decis. 355. num. 3. & 4. par. 6. recent.*

Quod fructus recompensatiui à Io: Vincentio non debeantur post quam de anno 1628. domum à se prius emptam retrouendidit Bernardino, & Petro Paulo Regnæ pri-
2 mis venditoribus† admitti non debet in præiudicium creditorum, quibus dicti de Regnis creditum huiusmodi fructuũ cesserant, quosque omnes fuisse à Io: Vincentio agnitos in creditores mediante effectiua fructuũ solutione apparet ex illius confessione in ipso instrumento retrouenditionis emissa, ibi *& vigore cessionum fuerunt per dictum Io: Vincentium soluti, & satisfacti dicti creditores Cessionarij dd. de Regnis* Summario Russi num. 4. quæ
3 confessio † probat contra aduersarios ab eodem Russo postmodum causam habentes *Aret. cons. 112. num. 2. Rot. decis. 119. num. 1. par. 2. recent. cũ alijs allegatis ab add. ad Buratt. dec. 788. litt. A.*

Et gratis dicitur retrouenditionem fuisse coactam in vim dominij quod primi venditores sibi reseruauerant donec prætium emptor solueret, quia imò verba retrouenditionis eam voluntariam prorsus fuisse euidẽter probant, & dominium fuerat ex prima
4 venditione traslatum in Io. Vincentium † etiam ante quam prætium solueret cũ venditores habuerint fidem de prætio *l. quod vendidi ff. contrh. empt. §. vendita Instit. de rer. diuis. Barbos. in l. si cum dotem §. fin. numer. 35. & 36. ff. sol. matrim. Ant. Faber in Cod. lib. 4. tit. 33. definit. prima num. 1. Velasq. cons. 56. num. 32. & 33.* vt
5 colligitur † quia dederunt ei dilationem ad soluendum per totum mensem Augusti anni subsequentis, & deinde fecerunt potestatem illud imposterum quoque retinendi cum hoc tamen quod soluat septem pro centenario quatenus non haberet commoditatem soluendi prætium; satisque est quod venditores sciuerint sibi statim solui non posse vt fides de prætio habita censeatur *l. si quasi 3. ff. pignorat. act. gloss in l. quod vendidi vers. sed non ne ff. contrh. empt. & in l. procuratoris §. penult. verb. vindicare ff. tribut. act. cum alijs in puncto allegatis à Moder. Neapolit. in addit. ad Surd. decis. 157. sub num. 16.* Nec vrget pactum infra appositum quod facta integra solutione prætij domus
6 venditæ, † tunc domus fit, in pleno dominio emptoris, quia hæc verba non excludunt do-
7 minij traslationem† ab ipso instanti traditionis rei venditæ, sed intelligi possunt de plenitudine dominij respectu liberę perceptionis fructus absque aliquo onere soluẽdi fructus recompensatiuos *vt post Ruin. Menoch. & alios ibi allegatos respondit Rot. decis. 129. num. 18. par. 6. recent. & in Romana Subbastationis de Alexijs 15. Maij 1648. §. quia præter coram R. P. D. meo Cerro*, vt melius declarauit obseruantia subsecuta quia videlicet primus emptor retrouendidit tanquã dominus nam alioquin venditores non eguissent retrouenditione,
8 sed potuissent rei vindicatione † domum recuperare, vt notat *gloss. in d. l. quod vendidi in princ. ff. contrh. empt. & in d. l. procuratoris §. penult. verb. viudicare ff. tribut. act. Gratian. discept. 523. num. 14. & 15. Rot. decis. 728. sub nu. 4. infra med. vers. qua res par. 4. diuers. aliijque relati ab add. ad Surd. d. dec. 157. num. 6. & seqq.*

Tertium obiectum excessiuæ taxationis fructuum recompensatiuorum ad rationem septem pro quolibet cẽtenario, tollitur dupplici responsione. Primò nempè quia taxa-
9 tio huiusmodi † permissa est contrahentibus quando ad fructus rei venditæ verisimiliter commensuratur, & videtur facta inter ipsos quæ-

quædam transactio inspecto futuro euentu vt tollatur difficultas probationis *Grat. discep. 387. num. 14. & discept. 365. nu. 19. Surd. dec. 259. num. 16. Ces. de Graff. decis. 1. nu. 3. & seqq. de vsur. Rot. decis. 491. numer. 4. par. 1. recent.* Verisimilis
10 autem commensuratio †, adducitur, tùm ex simili taxatione facta in instrumento retrouenditionis vt ponderat *Grat. dict. discept. 365. sub num. 19. vers. cum etiam, & facit Rot. decis. 444. num. 6. par. 2. recent. decis. 159. num. 7. penès Merlin.* Tùm ex fidibus plurium officialium loci te-
11 stantium † medio iuramento quod hæc domus ab anno 1614. quo fuit vendita Io: Vincentio reddidis, fructum annuũ ad rationem scutorum septem, & amplius pro centenario; tùm ex solutionibus ad dictam rationem
12 factis, quæ licet de se non sufficerent † in materia suspecta de vsuris; quia tamen nemo
13 præsumitur † iactare suum *l. cum de indebito*
14 *ff. probat.* iunctis alijs adminiculis † magni momenti sunt in præiudicium soluentis, vt in terminis vsurarum *dixit Rot. in Bononien. nullitatis concordia 27. Ianuarij 1648. §. verum contamen*, saltim ad effectum vt exaduerso alle-
15 gatus excessus non dicatur probatus plenè, † & concludenter vt debet ab allegante ex adductis *per add. ad Buratt. decis. 368. num. 10.*

Secundò, quia sententia cum non loquatur de certa quantitate sed generice de cre-
16 dito actricum, † intelligenda est de credito vel sortis vel fructuum in ea quantitate qua licite percipi potuerunt vt comprobat prima *decisio in §. penult.* nihil obstante quod Isabella altera ex actricibus fructus tantum petierit, & sors petita à Laura diminuta fuerit ex fructibus indebite solutis. Nam respectu Isabellæ, nullibi constat per antecedentes solutiones fructuum in quantitate excedenti, fuisse totaliter consumptum creditum fructuum petitorum, cum petitio licet restricta
17 ad fructus certi temporis † non contineat dictiones illatiuas solutionis omnium terminorum præteritorum iuxtà theoricam *Aret. in §. si minus num. 2. Inst. de Act.* & quamuis exprimat certam summam congruentem taxationi ad rationem septem, non illa sed sententia intelligenda vt supra de summa verè debita debet attendi: maximè in hoc iudicio
18 Saluiani in quo sustinetur sententia, † etiam non conformis libello, nec attenditur quid petitũ sed quid in prosecutione Iudicij probatum *Felin. in cap. licet num. 28. de Simon. Paris. cons. 113. num. 3. lib. 1. Rot. decis. 176. num. 2. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 123. numer. 1. par. 2. rec. decis. 30. num. 3. & 4. inter impress. apud Moder. Foroliuien. de Pignoribus, & in Spoletana fideicommissi 27. Martij 1643. §. 1. coram me.*

Eadem responsio suffragatur Lauræ eo facilius, quia illa petiit sortem, & fructus non expressa certa quantitate seu tẽpore, & quietantia exaduerso producta Summario nu. 7. continet dumtaxat solutionem sortis pro rata scu. 200. eiusdemque ratæ fructuum decursorum à die cessionis, quæ cum præcesserit quietantiam per quatuor circiter menses si qui adesset excessus in fructibus solutis vix excedere iulios tresdecim, & propterea tàm
19 quàm valde modicus † non infringeret sententiam executioni non demandatam vt fuit decisum *in Perusina executionis 18. Decembris 1595. coram Penia impress. apud Marches. de commiss. tom. 3. fol. 114. num. 3.* vbi quod hoc procedit præsertim ad effectum ne multiplicentur sententiæ quod longè abest à celsitudine, & maiestate huius Tribunalis, in quo potissimum attenditur veritas ne litigantes immodicis grauentur impensis, itàut in om-
20 nem euentum † sententia non debeat reuocari sed reformari, & confirmari in summa verè debita, *vt sequendo dict. decis. Peniæ fuit resolutum in Mediolanen. Pecuniaria 18. Maij 1633. coram Durano inter eius impress. decis. 388. num. 4. vbi alleg. concord.* Decisiones autem in contra-
21 rium adductæ, † vel loquuntur de sententia executioni demandata, vt legitur *in decis. 221. num. 3.* vbi excomunicatus ob non solutionem obtinuit absolutionem, & soluerat *par. 2. diuers. decis. 333. sub num. 3.* ibi executio pro dimidia hæreditatis fuit excessiua *part. 2. recent. Buratt. decis. 169. num. 7. & 8.* ibi, & consequenter etiam executio confirmata *in dec. 216. numer. 10.* vel ad effectum vt ratione ex-
22 cessus † sententia sit appellabilis *sic Buratt. decis. 280. num. 5. iuncto num. 1.* & quot quot in id allegari possent, non prohibent quin ante
23 executionem † sententia possit reformari, & confirmari in summa verè debita, præsertim quando excessus est adeò modicus.

Quapropter Rota censuit standum esse in decisis vtraque parte informante.

RHEGIEN. BENEFICII.

Lun. 24. Martij 1653.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus reseruatum pro descendentibus, & linea fundatoris ob defectum lineæ ex gentilitio euadit hæreditarium si in eo dictiones taxatiuæ non fuerunt appositæ, & ex quibus probetur lineæ defectus? Iuspatronatus si sit reseruatum pro familia effectiuæ, tunc non sufficit quod aliquis probet se esse de familia cum referri possit ad familiam contentiuam.

SVMMARIVM.

1 *Deuolutio excluditur, si constat de præsentatione patronorum.*

Obreptio executionem gratiæ impedit ibidem.

2 *Filiatio probatur ex fide baptismatis iunctis alijs adminiculis.*

3 *Præsentandi quasi possessio acquiritur ex vnica præsentatione effectuata.*

4 *Descendens ab existente in quasi possessione præsentandi non est necesse quod probet vlteriorem descendentiam à fundatore quia præsumitur in eo qui descendit ab existente in quasi possessione præsentandi.*

5 *Iuspatronatus reseruatum pro descendentibus, & linea fundatoris ob defectum lineæ ex gentilitio euadit*

euadit hæreditarium, dum in reseruatione non adsunt dictiones taxatiuæ.

6 Lineæ defectus ex quibus probetur?

7 Testes domestici, & melius informati si sunt etiam adminiculati in concursu præualent.

8 Iuspatronatus si non fuit simpliciter reseruatum ad fauorem familiæ sed tantum effectiuæ non sufficit quod quis probet se esse de familia, cum id referri possit ad familiam contentiuam.

9 Onus præsentandi Sacerdotem si extat, sin minus Clericum de descendētia impositum patronis supra nominatis à Testatore non egreditur illorum personas.

10 Et tunc non sufficit quod quis alleget se simplicem Clericum, sed oportet probare se esse descendentia.

11 Testator si indefectum Sacerdotis, vel Clerici de descendentibus mandauit præsentari actu Sacerdotem de alia familia intelligitur de familia tempore fundationis tanquam prædilecta.

12 Item quod præsentetur actu Sacerdos, debeat esse talis tempore præsentationis, itaut non sufficiat Sacerdotium superueniens.

13 Sacerdos extraneus præsentari potest, quando in ipsa fundatione non est expresse prohibitum.

14 Institutio quibus concurrentibus non sit deneganda?

DECISIO DLIII.

EXequendas non esse litteras prouisionis Apostolicæ ad fauorem Francisci de Bracchijs de beneficio sub inuocatione Sanctæ Catherinæ in Ecclesia Sancti Petri tamquam deuoluto ob non præsentationem Patronorum intra legittima tempora, & instituendum esse Petrum Ioannem Pedianū præsentatum ad idem Beneficium à Laura, & Ioanne Domini dixerunt.

Sunt etenim dictæ litteræ Apostolicæ euidenter obreptitiæ cum narratiua deuolutionis ob non præsentationem patronorum in
1 tempore detegatur falsa † ex præsentatione die sequenti post Camilli vltimi possessoris obitum per quem Beneficium vacauit facta ad fauorem Pediani à Laura, & Ioanne præfatis, quæ narratam deuolutionem excludit, *vt in his terminis responsum fuit in Meleuitana Beneficij 25. Iunij 1649. coram me*, & obreptio efficit ne executionem mereantur *cap. super litteris de rescrip. Gemin. cons. 120. nu. 1. Abb. cons. 70. num. 2. lib. 2. Zabbarell. cons. 30. sub num. 9.*

Quod verò Laura, & Ioannes qui præsentarunt Pedianum sint legittimi patroni, apparet quia ipsi sunt hæredes testamentarij Camilli, quem fuisse filium Gabriellis de Bracchijs fides baptismatis data in Summa-
2 rio num. 4. iunctis adminiculis † resultantibus ab instrumentis donationis Iurispatronatus, ac testamenti in quibus Camillus se Gabriellis filiū asserit satis probat *Cocc. dec. 219. num. 5. Caualer. dec. 128. num. 2. Rot. inter impress. post cons. Farinac. decis. 285. num. 2. in fin. & in rec. decis. 132. num. 2. par. 2.* Cumque idem Gabriel
3 mediante præsentatione effectuata † quam fecerat de anno 1576. ad fauorem Io: Andreę vt in Summario num. 6. licèt vnica constitutus fuisset in quasi possessione præsentandi Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina numer. 91. & seqq. de Caus. poss. & propr. Roman. cons. 311. nu. 7. Dec. cons. 117. num. 2. Cresc. decis. 2. de Iurepatr. neces-
4 se non est probare † vlteriorem descendentiā à fundatore, quia ea præsumitur in eo qui descendit ab existente in quasi possessione præsentandi *Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 11. num. 118. & seqq. Rot. decis. 349. num. 1. & ibi add. num. 6. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 100. n. 4. coram Vrgellen. decis. 274. num. 8. par. 2. recent. & in Gerunden. Beneficij 11. Martij 1648. coram R. P. D. meo Celso in Piscien. Beneficij 20. Nouembris 1651. coram R. P. D. meo Zarate.*

Non obstat quod Iuspatronatus tanquam reseruatum pro descendentibus, & linea fun-
5 datoris sit gentilitium † ac proinde transire non potuerit ad Lauram, & Ioannem hæredes extraneos; nam ob defectum lineæ ac descendentiæ à fundatore vocatæ Iuspatronatus euenit merè hæreditarium, dum eius reseruatio dictiones taxatiuas non habet *iuxta celebre cons. Anchar. 81. num. 1. quod perpetuo amplexa est Rot. in decis. 385. num. 1. & per tot. par. 1. diuers. decis. 450. num. 14. decis. 798. num. 25. apud Merlin. & in Sulmonen. Beneficij 23. Martij 1650. coram R. P. D. meo Celso in Bononien. Beneficij 26. Februarij 1652. coram R. P. D. meo Albergato*,
6 ac defectus huiusmodi probatur, † tùm ex confessione Camilli vltimi patroni emissa in supra memorato instrumento donationis, tùm ex testibus datis in Summario num. 8. tùm ex quo nemo comparet de dicta linea, & descendentia, vt in his terminis respondit *Rot. apud Cardinalem Millinum dec. 330. sub n. 1. & num 7.*

Nihil obstantibus testibus exaduerso inductis deponentibus Franciscū de Bracchijs ac Iacobum eius fratrem superuiuentes de domo ac familia de Bracchijs, & consanguineos supradicti Camilli vltimi patroni quia deponunt solum de auditu, & de auditu ab ipso Camillo, qui contrarium fassus fuit in præfato instrumento donationis, quemquè semper negasse dd. fratres sibi esse consanguineos affirmant alij testes pro Pediano examinati Summario numer. 8. & tanquam
7 domestici ac melius informati † roboratique confessione ipsius Camilli per publicum instrumentum probata, præualent testibus aduersarij de simplici auditu testātibus *Gabr. de testib. conclus. 4. num. 28. & 64. Mascard. de probat. conclus. 40. num. 34. & seqq. Rot. dec. 459. n. 4. par. 1. recent. decis. 266. sub num. 9. par. 2. & magis in puncto in Caurien. Iurispatronatus 13. Martij 1645. §. minus obstat coram Reuerendissimo Archiepiscopo Terraconensi.* Et in omnem euentum, cum Iuspatronatus non fuerit reseruatum simpliciter ad fauorem familiæ, sed fa-
8 miliæ effectiuæ † hoc est pro descendentibus à Gabrielle, & Nicolao de Bracchijs, vt in Summario num. 3. non sufficeret Francisco probare se esse de familia, cum id referri possit ad familiam contentiuam vt in puncto respondit *Rot. in Mediolanen. Iurispatronatus 8. Iunij 1618. & 5. Iulij 1619. coram bon. mem. Pirouano impress. apud Moder. Pisanum de Iurepatr.* decis.

decis.74.sub num.9. decis.75.nu.5.decis.362. n.13. & 14.par.5.recent. & in simili fuit decisum in Britinorien. fideicommissi 29. Maij 1645. coram Reuerendissimo Episcopo Terracinensi.

Minus obstat quod ex lege fundationis præsentari debeat Sacerdos si extet sin minus Clericus de descendentia dictorum Gabriellis, & Nicolai de Bracchijs; nam duo ex Do-
9 minis animaduertebant, † quod dictum onus tanquam impositum Patronis supranominatis, vt denotat verbum *huiusmodi*, ibi, *debeant huiusmodi patroni eligere &c.* non egreditur personas descendentium superius vocatorum, *Fusar.cons.17.num.55.* & in his terminis *Rot. in Fesulana Beneficij, seu Oratorij 31. Ianuarij 1648. §.quia Domini, & 25.Iunij eiusdem anni §. fin. coram me*. Et cessat omnis difficultas, quia cum aduersarius nō probauerit se esse de dicta de-
10 scendentia, † allegare non potest se quamuis simplicem Clericum debuisse præsentari *Buratt. dec.737. sub num.5.* quatenusque vti velit posteriori parte fundationis in qua fundator
11 mandauit, † quod non existente aliquo Presbytero, vel Clerico de descendentibus præsentari debeat Sacerdos, & actu Presbyter de familia aliorum de Bracchijs ipsi incumberet probandi duo, nempe quod illi à quibus originem trahit essent de familia fundatoris de tempore fundationis, cum eam tantum fundator prædilexisse cēseatur, vt in his terminis *Buratt.d.dec.737. sub nu.5.* Item quod de tempore præsentationis esset actu Presbyter, & Sacerdos; nam extra descendentes fundator non disposuit ad fauorem simplicis Clerici, sed voluit præsentandum esse actu Presbyte-
12 rum, & Sacerdotem, † quod intelligitur de tempore presentationis, itaut non sufficiat Sacerdotium superueniens *Barbos.de potest.Episc. alleg.72.num.104. Maceraten.var. resol. lib.1.resol. 19.num.1. Rota in Aquilana iurispatronatus 24. Ianuarij 1645.coram Eminentiss.Cardinali Corrado, & in puncto Sanch.responsor.moral. lib.7.cap.primo dub.43.num.15.in fin.Rot.in Gerunden.Beneficij 26 Iunij 1647.coram me.*

Potuit itaque presentari Pedianus licet ex-
13 traneus, cum in ipsa fundatione, † nisi adsit actu Sacerdos de transuersalibus, aut Clericus de descendentibus, id fuerit expresse dispositum ibi, *vnum Sacerdotem, & actu Presbyterum extraneum*, & sufficiat non esse prohibitum, *Barbos.de pot.Episc.d.alleg.72.n.72.* vt propterea, quia de cætero actu Presbyterū se probat ex litteris patentibus Ordinarij *Summ. numer.10.* & vacatio beneficii, nec non existentia iuris-
14 patronatus est in confesso inter partes † veniat omnino instituendus *c.ad Monasterium 17. q.7. cap. cum Bertoldus vbi Abb.num.12.de re Iud.Rot. penes Duran.dec.100.num.1.& alias sæpissimè.*

Et ita decisum informante tātum Pediano decies tamen citato aduersario.

BONONIEN. SVCCESSIONIS.

Veneris 2. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Statutum Bononiæ *tit.de dot.restituend. §.item dicimus il secondo*, cū expresse nihil quoad bona extradotalia mulieris binubæ disponat, quoad hæc bona non censetur derogare dispositioni *l.hac edictali C.de secund. nupt.* & ad hunc effectum perpenduntur verba Statuti. Legitima in casu dicti Statuti quomodo sit detrahenda à filijs prioris matrimonii, an scilicet habito respectu ad totam hæreditatem binubæ, vel potius detracto lucro secundi viri?

SVMMARIVM.

1 *Mulier binuba potest vniuersam eius hæreditatem pro medietate relinquere filijs, seu nepotibus ex primo matrimonio, & pro alia medietate secundo viro, cuius voluntas attendi debet.*

2 *Facultas testandi mulieri binubæ à statuto Bononiæ concessa cum habeat dictiones relatiuas ad dotem eiusque augumentum, non trahitur ad bona extradotalia quia differunt à dotalibus ibidem.*

3 *Statutum iuris cōmunis derogatorium restringi debet ad id de quo specialiter loquitur.*

4 *Bona extradotalia mulieris binubæ tanquam à statuto Bononiæ omissa remanent sub dispositione iuris communis.*

5 *Statutum Bononiæ concedit mulieri binubæ facultatem testandi dummodo reseruetur filijs legitima totius dotis, & eius augumenti, & aliorum bonorum per quæ verba videtur concessa facultas testandi de bonis extradotalibus.*

6 *Declara verba dicti statuti,* aliorum bonorum, *esse apposita fauore filiorum, vt pinguiorem habeāt legitimam, quæ tamen non debent intelligi in corū præiudicium prout contingerent si importarent facultatem testandi de extradotalibus nō seruata forma* l.hac edictali.

7 *Item statutum præfatum disponens, quod in testamento binubæ reseruetur secundo viro pars, quam secundum formam statuti lucrari debet censetur exinde quoad extradotalia noluisse aliquid disponere, siue statuere fauore viri, & n.9.*

8 *Verba* secundum formam iuris, *stant limitatiuè.*

10 *Facultas testandi à statuto Bononiæ concessa mulieri binubæ intelligitur secundum iuris dispositionem quamuis simpliciter, ac libera esset concessa.*

11 *Statutum Bononiæ concedens binubæ facultatem testandi, dummodo reseruetur filijs legitima etiam in bonis extradotalibus talis reseruatio quomodo verificetur?*

12 *Facultas testādi quoad bona extradotalia non est litteralis in statuto Bononiæ, sed subaudita, & interpretatiua resultan. ex verbis* aliorum bonorū, *reseruationem legitimæ respicientibus, vnde satis est, quod in hoc casu facultas verificetur citra derogationem* l.hac edictali, *prout in dubio talis interpretatio sumenda est n.13.*

14 *Derogatio legis debet à statuto esse expressa, vel necessario à repugnantia, & incompatibilitate resultans.*

Bona

15 *Bona extradotalia à muliere binuba secundo viro relicta ab illo auferuntur, ac applicantur filijs primi matrimonij, quibus mater minus reliquit.*

16 *Derogatio* legis hac edictali *à statuto Bononiæ in dotalibus elicita inter cætera à facultate testandi, & reseruatione legitimæ filiorum, & lucri dotalis viri declaratur qua ratione sit inducta, quæ nõ militat in extradotalibus, num. 17. & 18. Quod vbi militat diuersitas naturæ vtriusque speciei bonorum, propterea non eodẽ iure censenda sunt quamuis aliqua intercederet connexio.*

19 *Filij primi matrimonij possunt impugnare testamentum matris binubæ disponentis contra formam* legis hac edictali C. de secund. nupt. *quamuis sint hæredes matris, quia lex ipsa testamentum irritat in excessu.*

20 *Hæres non tenetur habere ratum factum defuncti à lege irritum.*

21 *Legitima filiorum primi matrimonii in terminis statuti Bononiæ calculanda est non vt sit triens totius hæreditatis, sed eius quæ supererit detracto lucro viri.*

Contrarium desumitur ex verbis statuti disponentis, quod reseruetur legitima totius dotis, & eius augumenti verbum enim illud totius, *demonstrat legitimam esse calculan. habita ratione ad totam dotem, num. 23. & ratio adducitur num. 24.*

22 *Lucrum dotale secundi viri vbi statutum derogat,* l. hac edictali, *detrahitur, vt æs alienum.*

25 Decis. 66. num. 11. par. 4. tom. 2. recent. *declaratur.*

DECISIO DLIV.

SVBSCRIPTVM à me dubiũ, & ab vtraque parte acceptatum, An & quomodo detracto lucro, & legitima sit partiendum reliquũ hęreditatis supponit dispositionem tex. *in l. hac edictali C. de secund. nupt.* non esse quoad bona extradotalia mulieris binubæ secundo, vel vlteriori viro prædecedentis abrogatam *per stat. Bononien. lib. 4. tit. de dot. restituen. §. Item dicimus il secondo*, prout in hac causa decisum fuit *sub die* 15. *Martij* 1647. §. *non autem corã me*. Alioquin cum Camilla Bonsiola de cuius hæreditate agitur reliquerit D. Aurelio Malvetio tertio viro dimidiam omnium suorum bonorum dotalium, & extradotalium, comprehẽso lucro dotali ei vigore statuti debito, & alteram dimidiam comprehensa legitima DD. de Albergatis genitis ab Hippolita filia suscepta ex priori matrimonio, nec fieri deberet mentio de lucri, aut legitimæ deductione, quia vtrumque compræhenditur sub medietate cuilibet relicta, vt ponderat altera decisio huius causæ edita 15. *Iunij* 1648. §. *ponderato, &* §. *quis coram me*, nec dubitari potest de modo partiendi hæreditatem, quia circumscripta *l. hac edictali,* cui in bonis dotalibus derogatum esse bis decisum fuit, potuisset Camilla hæreditatem † vniuersam relinquere pro medietate tertio viro, & pro alia medietate nepotibus eiusque voluntas attendenda esset §. *disponat Auth. de nupt. Modern. Neapolitan. pract. quæst. super dicta l. hac edictali q.* 18. *n.* 40.

Nihilominus informantes pro D. Aurelio in disputatione præfati dubij habita die 5. Martij prox. præteriti impugnãdo suppositũ, ac supra citatam decisionem anni 1647. suadere curarunt à statuto sublatam esse constitutionem Imperialem etiam in bonis extradotalibus; Vnde Domini mandarunt, quod reuideatur eadem decisio in ea parte, in qua contrarium affirmat, & hodie illam confirmarunt; siquidem facultas testandi binubæ à

2 statuto concessa, † è qua vnicum derogationis argumẽtum exaduerso educitur cum habeat dictiones relatiuas ad dotem, & eius augumentum, de quibus paulò antè statuentes locuti fuerant non trahitur ad bona extradotalia, quia differunt à dotalibus. *Alex. cons.* 42. *num.* 1. *&* 2. *seqq. lib.* 1. *Io. Baptist. cons.* 20. *num.* 53. *& seq. Menoch. præs.* 9. *per tot. lib.* 3. & statutum

3 iuris† communis derogatorium restringi debet ad id, de quo specialiter loquitur *l. præcipimus in fin. C. appellat. Alex. cons.* 131. *num.* 3. *lib.* 1. *Mastrill. dec.* 175. *num.* 31. Proindeque extrado-

4 talia † tanquam à statuto ommissa remanent sub dispositione *l. hac edictali*, hoc est iuris communis *l. si cum dotem in princip. ff. solut. matrim. l. commodissime ff. liber. & Posth. Alex. cons.* 130. *num.* 1. *lib.* 2. & per has rationes tradit in terminis huiusmodi statuti *Tort. ad stat. Papiæ nu.* 79. *&* 140. *& seqq. cum alijs alleg. in prima decis. quibus additur Soccin. iun. cons.* 93. *nu.* 6. *lib.* 1. *Dec. consil.* 19. *num.* 6. *Phanucc. de luc. dot. glos.* 10. *verb. dotis num.* 1. *vers. ac de alijs mulieris bonis Thes. dec.* 195. *num.* 7. & magis in puncto nostri statuti *Monteren. in d. §. Itẽ dicimus il secondo verb. totius col.* 3. *in princ. vers. sed marito fol.* 250. *& prius in §. si verò verb. cuilibet scripti in fin. fol.* 236. idemq; videtur sensisse *Maluas. cons.* 10. *numero* 47. *Rot. decis.* 432. *sub num.* 13. *circa fin. vers. cum his*, vbi loquendo in casu testati dicitur, quod maritus nihil consequi potest in bonis vxoris non dotalibus *par.* 1. *diuers.*

5 Neque vrget, quod infra idem † statutum facultatem testandi cõcedat binubæ dummodo filijs reseruetur legitima totius dotis, & eius augumenti, & aliorum bonorum ponderando verba *aliorum bonorum*, per quæ sicuti reseruatur filii legitima in bonis extradotalibus, ita etiam de illis videtur concessa facultas testandi. Quia cum verba exaduerso pon-

6 derata † sint apposita fauore filiorum vt videlicet pinguiorem habeant legitimam, non debent intelligi in eorum pręiudicium, prout contingeret si importarent facultatẽ testandi de extradotalibus non seruata forma Constitutionis Imperialis *ad text. in l. quod fauore ff. de leg. Gabr. cons.* 142. *nu.* 21. *lib.* 2. & ad propositum in puncto huius statuti ratiocinatur, *Rot. decis.* 66. *sub num.* 6. *& seqq. par.* 4. *tom.* 2. *recent.* eo minus quia cõtextualiter statutum disponit,

7 quod in † Testamento binubæ reseruetur secundo viro pars; quam secundum formam statuti lucrari debet, hoc est dimidia dotis, exinde enim euidens apparet noluisse statuentes in extradotalibus aliquid statuere fauore viri, quinimò expresserunt velle quoad filios seruari formam iuris ibi, *secundum formam iu-*

8 *ris,* † quæ verba stant limitatiuè *Menoch. consil.* 391.

391.num.5.& 6.Surd.conf.460.num.7. & sic non
secus, ac limitant ad terminos iuris commu-
nis in extradotalibus reseruationem legitimæ
9 limitant quoque † ad iuris communis termi-
nos facultatem testandi ex eadem reseruatio-
ne exaduerso eductam, vt per Dec.cons.72.n.5.
& in cap.cum accessisset sub num.2.vers.aduerten.de
constit. Anton.de Butr.in cap.accedens sub n.8.de pri-
uil.quæ etiam regulariter intelligitur secundũ
10 iuris dispositionem † quamuis simpliciter,
& libera concessa fuisset l. si quando 35.in prin.
C.in offic.Testam.Surd.cons.123.num.24. Rot.decis.
47.n.6.par.1.diuers.

Quapropter reseruatio legitimæ filiorum
11 etiam in bonis extradotalibus † verificatur
quando mulier instituerit extraneum, in qua
non cadit præsumptio deductionis à secundo
viro prouenietis, vel si instituerit virum,non
plus illi reliquerit, quã cuilibet ex filijs iuxta
præscriptum l.hac edictali. Et hoc sufficit ne in-
ferri valeat ad eiusdem legis derogationem,
quia cum circa extradotalia facultas testandi
12 non sit literalis, prout est in dotalibus, sed
subaudita, & interpretatiua ex supracitatis
verbis aliorum bonorum, non facultatis conces-
sionem,sed reseruationem legitimæ respiciẽ-
tibus, satis est assignare casum in quo dicta
facultas verificari possit citra legis derogatio-
nem Corn.cons.35.numer.4.lib.1.Ioseph.Ludouic.
decis.Perusin.38.num.6.Osasch.dec.21.nu.12.Surd.
dec.36.num.19.Rot.Bonon.diuers. in terminis hu-
ius statuti decis.112.num.39. & 40. vbi subdit,
13 quod etiam in dubio † ista interpretatio su-
menda est, Rota in puncto huius statuti decis.412.
num.10.par.1.diuers. quia nimium oportet de-
14 rogationem esse expressam, † vel necessariò
à repugnantia, & in compatibilitate resultan-
tem Surd.cons.401.per tot.Grat.discept.463.nu.3.
& seqq.cum alijs alleg.per Add.ad Buratt. dec.396.
num.7. Rota in Romana successionis 14. Iunij 1647.
coram Eminentissimi D.Cardinali Corrado, & ideò
benè in puncto Monterent.loc. sup.alleg. firmat,
quod bona extradotalia secundo viro à mu-
15 liere relicta † ab illo auferuntur,& applican-
tur filijs primi matrimonij, quibus minus
mater reliquit, & in proximis terminis Ful-
gos.cons.63. sub num.3.vers.ad id,& vers.cæterum,
ait, quod verbis statuti cessantibus locus est
iuri communi,quodque illi non censetur de-
gatum data fuerit facultas disponendi.

Non obstant aliæ decisiones huius causæ,
quæ derogationem legis in dotalibus eliciunt
16 inter cętera, † à facultate testandi, & à reser-
uatione legitimæ filiorũ, & lucri dotalis viri.
Quia in dotalibus facultas testãdi,vt dicebam
est literalis, & in illis reseruatio lucri dotis
excludit pernecessè incompatibilitatem cum
lege prohibente dimidiã assignari viro, dum
plures adsunt filij prioris matrimonij, quod
non applicatur extradotalibus, quia illorum
portionem aliquã statutum viro non tribuit
insuper in dotalibus facultas testandi nisi de-
17 rogaret esset otiosa,† at circa extradotalia re-
seruatio legitimæ talis non est, vt supra de-
monstrabam tandem in dotalibus statutum
voluit fauere secundo viro, at per verba, alio-
rum bonorum, apposita in reseruatione legitimę
voluit fauere filijs, semperque militat diuer-
18 sitas † naturæ vtriusq; speciei bonorum,pro-
pterea non eodem iure censendorum, quam-
uis in aliqua intercederet connexio Bald. in
l.pateus num.39,vers. et ideo disparitatis C.pact.&
in auth.quod locum nu.11.vers.8.quæritur & n. seq.
C.collat.cum alijs alleg.à Modern.Cyraeo de prepa-
rat.Iudic.prøper.4.n.27.

Non est igitur extradotaliũ partitio facien-
da iuxta testamentum mulieris resistente lege
19 Imperiali, † cuius beneficio vti possunt Do-
mini de Albergatis, quamuis essent hæredes
matris, quia lex ipsa in excessu testamentum
irritat, nec hæres tenetur habere ratum factũ
20 Testatoris † à lege irritum,vt in his terminis
Bald.cons.161.num.1.post medium vers.propterea li-
cet lib.5.Aym.cons.200.num.5.Becc.cons.141.n.13.
& seq.Surd.de comm.cons.237.nu.19.post med.vers.
primo respondetur, & num.20.& seq.Honded. cons.
14.num.36.lib.1.Menent.cons.15. numer.7. Ciriac.
contr.5.num.214 Cancer. variar.resolut.lib.3.cap.2.
num.176. & seqq.Buratt.dec.396.num.6. Præser-
timquia Testamentum acceptarunt cum prę-
seruatiua dicti beneficij.

Sed his etiam suppositis excitata fuit ab in-
formãtibus pro viro alia difficultas circa cal-
culum legitimę allegando illam esse calculã-
21 dam † vt non sit triens totius hæreditatis,sed
eius quæ supererit detracto lucro viri iuxta
cons. Ancharan.101. sub num.5.quod sequitur Gabr.
cons.101.num.9.& 10.lib.1.Bursatt. cons.212.n.5.
& 6.Surd.cons.401.nu.34.vers.et pro confirmatione
num.35.& seqq. Maluas. in terminis statuti Bonon.
cons.19. sub num.11.& 13.Grat. discept.300.nu.39
& seqq. ea ratione,quia vbi statutum derogat
22 l.hac edictali,† lucrum detrahit,vt æs alienum,
Rot.Bonon.diuers.dec.53.nu.2.Merlin. dec.853. sub
n.7.vers. et ideo.

Tollitur tamen difficultas in casu nostro ex
23 verbis expressis statuti cum disponat, † quod
reseruetur legitima totius dotis,& eius augu-
menti, verbum enim illud totius, demonstrat
legitimam esse calculan. habita ratione ad to-
24 tam dotem,ita tamen,† vt non ideo viro mi-
nuatur dimidia dotis, & eius augumenti,quã
statutum eidem defert pro lucro; Vnde statu-
tum operatur quidem, vt legitima filiorum
non detrahatur in primis ad diminutionem
lucri dotalis, vt fit quando l.hac edictali dero-
gatum non fuit, & hoc ait Merlin. d.decis.851.
sed salua integra medietate pro viro videlicet
de cœtero legitimam calculari super tota do-
te, vt in puncto tuetur Bero.cons.26. num.2. &
per tot.vbi pluribus rationibus id comprobat,
& respõdit contrarijs lib.2. quem refert Mo-
der.Vrbinaten.de fratrib.par.1.cap.13. sub nu.110.
& sequuta est Rota in in dec. huius causæ supraci-
tati anni 1647. & in Bononien. tertiæ 27. Ianuarij
1651. §. idque facilius coram R.P.D. meo Meltio;
neque contrarium dixit in decis.66.n.11.par.4.
25 tom.2.recen. † vbi habetur quod statutum in
ea parte,qua concedit binubæ facultatem te-
standi limitauit portionem filiorum, quibus
ex alia parte debebatur medietas dotis, quia
hoc dicitur ad effectum ne secunda pars sta-

statuti

ſtatuti loquens ex teſtamento cenſeatur minuiſſe lucrum viri ab inteſtato ſupra delatũ, & ſtant ſimul, quod filij matre decedente teſtata non conſequantur dimidiam partem, quam ab inteſtato vigore ſtatuti conſecuti fuiſſent, ſed tantum legitimam ea tamen ſit tertia totius dotis, vt in verbis ſtatutum diſponit.

Iuxta quem calculſi cum hæreditas comprehenſis dotalibus, ac extradotalibus, & detracto ære alieno librarum 15170. aſcendat ad libras 144016. Tertia pars debita Dominis de Albergatis pro legitima erit librar. 48333. circitèr &c.

LEODIEN. BONORVM.

Veneris 2. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Donatio contemplatione certi matrimonij eſt irreuocabilis nec per prædeceſſum donatarij ante donantem expirat, ſed bona donata iure tranſmiſſionis tranſeunt ad filios donatarij maximè quãdo in donatione fuerunt in conditione poſiti, & contraria quo caſu procetur? in deciſione declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio ob cauſam facta à patre filio valet maximè quando continet cauſam onerosam.*

2 *Donatio contemplatione matrimonij cum certa perſona dicitur ex cauſa oneroſa, ſecus verò vbi matrimonium in genere contemplatum fuit.*

3 *Donatio contemplatione certi matrimonij irreuocabilis eſt nõ ſecus ac ipſe contractus matrimonialis, cuius pars cenſetur.*

4 *Itaut per prædeceſſum donatarij ante donantem non expiret, neque bona donata ad eumdem donantem reuertantur.*

5 *De natura donationis inter viuos eſt, vt res donata perpetuo abdicetur à donante, & applicetur donatarios eiuſque hæredibus.*

6 *Et contraria procedunt quando donatio facta fuit filijs ex matrimonio procreandis, & incertis ſecus quando facta eſt filio nato, & acceptanti, & n. 7. quod contraria opinio Decij locum nõ habet in donatione facta à patre, quæ ab initio valida fuit, non autem è conuerſo.*

8 *Filij quoties ſunt in conditione poſiti in donatione inter viuos contemplatione matrimonij tunc per obitum donatarij bona donata ad eos tranſeunt ſaltim iure tranſmiſſionis.*

9 *Mater ſuccedit filia ab inteſtato decedenti excluſa auia.*

10 *Matri ab inteſtato decedenti ſuccedunt filij quoad proprietatem, pater verò quoad vſumfructum.*

11 *Donatio facta ſub conditione ſi donatarius ſine filijs deceſſerit, eo cum filijs moriente tunc ſubſtitutio in eo caſu concepta expirat.*

DECISIO DLV.

COLONIAM ſitam in loco de Velleu cum omnibus ſuis appendicibus, & dependentibus, ac medietate omnium terrarum tricenſalium cuiuſcumq; ſortis donauit Gaſpar Corrado filio contemplatione matrimonij cum Aleide Herrici filia, fuitque valida
1 donatio, † quia patria poteſtas non reſiſtit donationibus ob cauſam, & maximè oneroſam
2 quales ſunt quæ fiunt † contemplatione matrimonij cum certa perſona, licèt ſecus ſit vbi matrimonium in genere cõtemplatum fuiſſet, vt poſt alios tradit *Matthien. in lib. 5. recollect. leg. Hiſpan. tit. 6. l. 1. gloſſ. 8. nu. 5. & 6. Arias de Meſa variar. reſol. lib. 3. cap. 17. num. 2. & ſeqq.* vbi reſpondet omnibus contrarijs, & adducit cõcordantes *Moder. Siculus de donat. contemp. matr. tract. 1. diſc. 2. par. 15. num. 5. & ſeqq. Rot. deciſ. 493. num. 9. & ſeqq. par. 4. tom. 2. recen.*
3 Eſtque eadem donatio irreuocabilis † non ſecus ac ipſe contractus matrimonialis, cuius pars cenſetur *Matthien. d. gloſſ. 8. num. 3. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 6. num. 25. & ſeqq.* vbi allegat innumeros concordantes, quos etiam latius refert *Moder. Siculus de donat. contempl. matrim. to. 2. tract. 2. diſcur. 1. Special. 9. num. 9. & ſeqq. Modern. Neapol. contr. forenſ. tom. 2. cap. 34. num. 4. & ſeqq. add. ad Buratt. dec. 861. ſub litt. A. & dixit Rot. deciſ. 44. num. 1. & ſeqq. par. 6. rec. & in Romana diuiſionis 10. Iun. 1641. §. imo coram R. P. D. meo Cerro in Auenionen. fideicommiſſi 26. Iunij 1647. §. horum coram R. P. D. meo Veroſpio*; etiam ſi Corradus donatarius patri donanti prædeceſſerit; nam quicquid ſit in alijs donationibus patris erga filium hæc cum à principio fuerit valida, & & perfecta, & à donatario acceptata per illius
4 præmorientiam † non expirauit, nec ad patrẽ donantem bona reuerſa fuerunt, quia de na-
5 tura donationis inter viuos eſt, † vt res perpetuo addicetur à donante, & applicetur donatario eiuſq; hæredibus *l. ſi quis argentũ §. fin. in fin. Cod. donat. l. 1. ff. eod. & in his terminis Fontanell. dec. 54. num. 4. & ſeqq.* vbi ſignanter *n. 13.* ait contrarium tenentes intelligendos eſſe
6 quando donatio † facta fuit filijs ex matrimonio procreandis, & incertis, ſecus verò quando vt in caſu noſtro facta eſt filio nato, & acceptanti *Viu. dec. 421. num. 11. & ſeqq.* vbi quod
7 contraria opinio † *Decij conſ. 240.* locum habet in donatione facta à patre quæ ab initio valida non fuit, non autem è conuerſo *Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 21. ſub num. 105. verſ. et ſi talis donatio Guidop. q. 247. num. Vinc. de Franch. dec. 59. num. 3.* vbi quod ſacrum Concilium reiecit opinionem Decij alijque relati *à Moder. Siculo de donat. contempl. matrim. tract. 1. diſc. 2. par. 8. numer. 28. à Modern. Neapol. controu. tom. 2. cap. 34. num. 29. & ſeqq.* idemque fuit deciſum in hoc ſacro Tribunali *coram Duran. deciſ. 84. num. 21. inter recent. dec. 9. n. 7. par. 7. relatis in Ariminen. Saluiani 19. Iunij 1643. §. alterum coram me.*

Facilius quia in donatione facta eſt mentio de filijs ponendo eos in conditione ſubſequẽtis ſubſtitutionis conceptæ ſi coniuges decederent ſine legitima prole. Vnde ſequitur, quod

8 quod per mortem Corradi † bona donata ad Aleidem iuniorem, quam fuisse eius filiam constat ex datis in *Summ. num.* 1. delata fuerint saltem iure transmissionis tanquam ad hęredem *Guidopap. & alij mox allegati quibus additur Grat. discept. 486. num. 14. & seqq. Thes. iun. q. for. lib. 4. q. 2. num. 1. & seqq. à Ponte cons. 25. n. 6. lib. 1. Rot. in Auenionen. fideicomm. 4. Febr. 1647. §. non obstat coram R.P.D. meo Verospio, & in Pisauren. donationis 8. Febr. dicti anni §. sed etiam corā Eminentiss. D. Card. Ottbobono.*

Cumque dictæ Aleidæ iuniori superuixerit Aleides senior mater, quæ propterea † ei
9 hæres extitit exclusa Catherina auia §. *si igitur il primo, & ibi gloss. verb. proximi Auth. de hæred. ab intest. venien. Authen. defuncto, & ibi gloss. verb. gradus Cod. ad Tertull. Pen. dec. 162. num. 1. & 16.* ac demum vltimo loco obierit Aleides mater relicto Guglelmo filio suscepto ex secundo matrimonio cum Gherardo, ipsi Guglel-
10 mo quo ad proprietatem, † & Gherardo patri quo ad vsumfructum eadem bona quęsita fuerunt iuxta textum *in l. 1. Cod. bon. matern. Rot. dec. 527. num. 10. par. 4. tom. 3. rec.*

Ad quos propterea Guglelmum, & Gherardum Coloniam, & alia bona, vt supra donata spectare meritò decisum hodie fuit prosequendo dubiū alias sub die 31. Martij proximè præt. per me propositum in summarijssimo possessorio, super quo Domini mandarunt, quod videretur de bono iure etiam ad effectum manutentionis, nihil obstante substitutione in eodem instrumento donationis
11 facta † Corrado si sine legitima prole decesserit, quia solum transuersales qualis non est Catherina substituti fuerunt, & per obitum Corradi cum filijs substitutio expirauit iuxta celebre *cons. Oldr. 21. quod passim secuta est Rot. coram Card. Caualer. dec. 481. num. 2. dec. 647. num. 2. & in Romana de Rodianis 31. Martij 1638. §. secundus verò casus coram Reuerendiss. Domino meo Decano.*

Et ita decisum vna tātum parte informante altera tamen citata per contradictas.

SENOGALLIEN. PENSIONIS.

Lunæ 5. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Pensio reseruata super Ecclesia Parochiali, cū clausula *dummodò centum remaneant pro Rectore*, & cum decreto, quod *nisi titularis quamdiù viueret, & beneficium possederit pensionem verè, & realitèr persoluit reseruatio sit nulla &c.* vt substineatur quænam sunt iustificanda, & ex quibus probatus remaneat valor narratus nec non pensionis solutio iustificetur?

SVMMARIVM.

1 *Reseruatio pensionis iustificatur ex litteris Apostolicis, quæ loco tituli habentur.*
2 *Littera Apostolica paratam habent executionem.*
3 *Valor narratus in reseruatione pensionis, ex quibus iustificatus remaneat? & nu. 4. 5. & seqq.*
Scripturam producens fatetur omnia in ea contenta esse vera, num. 4.
Iactare suum nemò præsumitur num. 5.
6 *Valor non præsumitur diminutus de tempore reseruationis nouæ pensionis, dum constat de præcedenti solutione antiquæ pensionis spatio plurium annorum.*
Fructus beneficij potius aucti, quam diminuti præsumuntur, ibid.
7 *Probationes imperfecta iungi debent.*
8 *Probatio plena resultat ex pluribus simul iunctis.*
9 *Narratiua valoris, quando plura concurrunt arguitur vera, & ad ita credendum Iudicis animum mouent, à cuius arbitrio id plurimum pendet.*
10 *Verisimilitudo plurimum operatur in materia probationis, & operatur; vt leniores probationes admittantur.*
11 *Confessiones Resignantis ante resignationem emissa nocent resignatario.*
12 *Solutio pensionis iustificatur ex publico Instrumēto quietantiæ cum clausula* actualitèr, & incontanti.
13 *Solutionis simulatio non probatur per apocam priuatam, quando in contrarium concurrit publicū instrumentum effectiuæ solutionis.*
14 *Resignans, an teneatur ad solutionem pensionis pesticipatæ?*
15 *Resignans non tenetur ad solutionem terminorum pensionis decursorum post dimissum beneficium.*
16 *In mora soluendi, ne quis dicatur sufficit posse dubitari, an soluere teneatur.*
17 *Sine mora non incurritur pœna nullitatis, & resolutionis pensionis.*
18 *In mora soluendi pensionem tempore resignationis, quo casu resignans non dicatur?*
19 *Resignans ante captam possessionem per Resignatarium adhuc beneficium resignatum detinet, quamuis litteræ resignationis sint expeditæ.*
Resignatio ad fauorem certæ personæ non abdicat Ius à Resignante, donec illud perfectè acquiratur resignatario, ibid.

DECISIO DLVI.

Expiratis duabus pensionibus, altera ducatorum 40. ad fauorem Hilarij frumenti, altera ducatorum 100. ad fauorem Pamphilij Leonij, quibus grauatam de anno 1625. Marcellus Lazzarus Parochialem Ecclesiam Sanctæ Luciæ Montis Bodij à d. Pamphilio resignatam acceptauerat, consensit idem Marcellus de mense Februarij anni 1645. reseruationi alterius pensionis ducatorum 40. ad fauorem Alexandri Magini eius Nepotis, quam Papa reseruauit sub narratiua valoris Parochialis ducatorum 20. cum clausula *dummodò remaneant centum pro Rectore, & cum solito decreto, quod nisi Marcellus quādiù viueret, & beneficium retineret pensionem verè, & realitèr persoluerit reseruatio nulla sit*, subsequentis verò mensis Decembris d. anni 1645. die 1. eamdem Parochialem cum reseruatione ad sui commodum similis pensionis ducatorum 63. resignauit ad fauorem Io: Pauli Palatij acceptantis, & consentientis.

Quo nuper renuente soluere pensionem reseruatam Magino fuit huic ab A.C. decre-

ta

ta manutentio in quasi possessione exigeñ, & causa ad me in gradu appellationis deuoluta decidendum hodie proposui. An pensio substineatur, respõsumq; est affirmatiuè.

1 Nàm pensionis reseruatio † auctoritate Apostolica patet ex litteris desuper expeditis, quę sunt loco tituli *Compostell. in cap. super litteris num.19.de reseruat. Aegid.dec.110.num.9. Rot.decis.20.sub num.5.de concess.præben.in nou.Lotter.de re benef.lib.3.quæst.2.num.7.* ac habeat † execu-
2 tionem paratam *Gig.de pens.quæst.85. numer.2. Mohedan.decis.13.vt lit.penden. Coccin.decis.144. num.3.*

Allegatus autem defectus probationis valoris Parochialis ibidem narrati, & integræ solutionis pensionis quousq; Marcellus beneficium possedit, tollitur quia respectu va-
3 loris concurrit primo, † quod ipse Palatius Aduersarius post decem menses à die reseruatæ huius pensionis, eiusque bene conscius consensit, vt supra reseruationi alterius pensionis ducatorum 63. fauore Marcelli, nec verè consensisset, nisi verus fuisset valor ducatorum 200. in reseruatione huius pensionis antea expressus, & ipse Papa alioquin non reseruasset secundam pensionem maioris summę, vt in his terminis ponderauit *Rot.penes Merlin.decis.587.num.3.& 4.& in Elboren.Pensionis 19. Nouembris 1614. §. habebant vers.& maiori pensione &c. coram bo.me.Pirouano.*

Secundò, quod eadem narratiua valoris
4 habetur † in Epistola per ipsum Marcellum conscripta, cuius veritatem agnouit Aduersarius eam, vt fecit pro duceñ *Surd. cons.151. num.16.Rot.dec.123.num.5.par.1.rec.& in Bononien.fideicommissi de Bartholomeis 5.Iuly 1651.coram Eminentissimo D. Card. Otthobono, in Pisana damnorum, & interesse 10. Iunij 1652. coram R. P. D. meo Celso.*

Tertiò quia idem valor immò maior per
5 assensum narratus † fuit Papæ de anno 1625. in litteris regnationis Parochialis ad fauorẽ Marcelli, & respectiuæ reseruationis pensionis ducatorum 100. vt supra expiratum per obitum Pamphilij, quodque dictæ litteræ plenarium sortitæ fuerunt effectum, & Marcellus tàm dictam pensionem ducator.100. qàm aliam ducat.40. ad fauorem frumenti continuò soluit, donec illi vixerunt per annos 19.completos ferè de tempore, quo pensio controuersa reseruata fuit. Inuerisimile namque est, quod soluisset nisi valor in maiori summa, tunc narratus verus fuisset cum alias soluere non teneretur, & nemo præsumatur iactare suum *l.cum de indebito ff. probat.* & in puncto *Rota decis.261. nu.6. penes Buratt. dec.867.num.5.penes Merlin. decis.245.num.6.coram san.mem.Greg.XV.dec.213.nu.23. par.6. rec.* & stante solutione huiusmodi semper continuata valor narratus de anno 1625. non
6 præsumitur diminutus † vsque ad annum 1645. quo controuersa pensio reseruata fuit *Adden. ad Greg.XV. dec.15. dec.483. sub num.8. vers. hæc autem diminutio Seraphin. decis.1393. num.3. Rot.in recent.decis.413.num.1.par.5.*

7 Quæ omnia simul iuncta, † prout iungi debent *Gabr.de probat.concl.1. per tot. Dec. consil.163.num.7.Rimin.Iun.consil.52.num.121.Rota dec.519.num.7.par.7.recent.* plenam probatio-
8 nem † constituunt *Bald.consil.3.nu.4.lib.3. Rowan.cons.7.num.3.Soccin.Iun.cons.39.nu.14.lib.2. Ciriac.controu.291.num.21.Coccin.decis.297.nu.2 Rota dec.336. num.4.par.2. recent.* Moueatque
9 ad credeñ veram † narratiuam valoris *Lotter.de re benef.lib.3.quæst.20.num.91.cum alys allegatis per add. ad Buratt.dec.538.sub num.22.& in Casertana Pensionis 31. Martii 1645. coram me, in Placentina Beneficii 27. Maij 1647. coram Reuerendissimo Episcopo Terracinen.* signanter ob verisimilitudinem superius ponderatam, quæ multum inspicitur in materia proba-
10 tionis, † & facit quod admittantur leuiores probationes *Alex.cons.239. num.10.lib.6. Aym. cons.258.num.19.Rot.in puncto d.decis.245.num.7 & 8. coram sa.me.Greg.XV.* quo magis cum
11 agatur contra resignatarium, † cui supramemoratæ agnitiones, & confessiones Marcelli resignantis ante resignationem emissæ nocent *Paris.de resignat.lib.1.quæst.16. num.20. Rota decis.390.num.5.par.par.2. recent. & in alys relatis ab add. ad Buratt. decis.788. sub numer.6. vers.& resignantis.*

Quo verò ad solutionem pensionis donec Marcellus beneficium obtinuit, ea satis ap-
12 paret ex publico Instrumento † quietantiæ cum clausula *actualiter, & incontanti, coram me Notario ex testibus infrascriptis habuit, & recepit &c.* quæ veram numerationem probat *Bart.in l.si ex cautione sub num.3.versic.si verò Notorius Cod. non numer.pecun.& ibid.Salic. num.28.Emanuel. Cost.limit.19.sub num.4.versic. hinc Bartolus Romanus in leg. prædia num.4. infrà med.vers.aut Tabellio ff.acquir.possess.Cagnol.in l.si libentius num.78.ff.reg.iur.Buratt.decis.156.n.14. Rota in Asten. Coadiutoriæ 14. Februarij proximè præteriti coram R.P.D. meo Celso,* vt propterea gratis dicatur simulata solutio maximè quia apoca priuata ad probandam simulationem adducta quomodo fuit extorta declaratur per aliam apocam, eiusque Marcelli in articulo mortis datam in Summario Additio-
13 nali Magini num.1. Cui, † vel inhærendum est tamquam habenti concomitantiam publici Instrumenti, & exaratę contemplatione mortis, vel saltem per eam abrogatur fides apocæ contrariæ, quæ nec alias vrgeret, contra præcedens publicum Instrumentum effectiuæ solutionis *Roland.cons.58.nu.10. lib.2.Rot.dec.157.num.9.& seqq. coram san.mem. Greg.XV. decis.75.nu.5.& seqq.inter impress. post secundum vol.consil. Farin.dec.93.num.16. par.4. tom.2.recent.*

Non obstat, quod dicta solutio respiciat dumtaxat terminum maturatum in Natiuitate D. N. Iesu Christi anni 1645. nec de solutione antecedentis termini S. Io: Baptistę doceatur, & insuper solutio facta fuit sub die 26. Ianuarij 1645. postquam soluens sub die 1. Decembris proximè decursi beneficium resignauerat, nàm etsi pensio reseruata fuit die 6. Februarij anni 1645. Papa tamen forte ne solueretur ante aliquos fructus recolle-

ctos

ctos primum terminum assignauit soluendũ in dicto festo Natiuitatis anni 1645. Cumq; nullam mentionẽ fecerit de antecedenti termino S.Ioannis Baptistæ sumus extrà casum exaduerso allegatum *dec.24.Seraphin.* in qua vtriusq; termini facta fuerat mentio,& prioritas termini Natiuitatis adducebatur solùm ex ordine litteræ; An autem Marcellus in
14 quo pensio sit posticipata † teneretur etiam ad subsequentem terminum S.Ioannis 1646 iuxtà tradita *in decis.129.Caualer.nu.1. & seqq.* est alterius indaginis liquidandæ cum pensionario, ac successore in beneficio, & interim habet pro se regulam,quod non tenetur
15 ad terminos†decursos post dimissum beneficium *Merlin.in puncto decreti, de quo agitur decis.478.num.3.& 4.* Satisque est de hoc potuis-
16 se dubitari, † ne Marcellus dicatur in mora soluendi *l.si seruum §.sequitur ff.verb.oblig. Bald in l.acceptorem in 6.oppos.C.vsum Alex.consil.23.num.11.lib.7. Alba.cons.182.num.12.Surd.cons.39 num.13.cons.97.num.15.& decis.260.num.15. &*
17 *seqq.* sine qua † non incurritur pœna nullitatis,& resolutionis pensionis *Bart.in l.3.n.17 C.pignor.Salic.ibid.num.28.Neguſ.eod.tract.4.part princip.num.15.Surd.conſ.221.nu.8. Rot.dec.577.num.1.in fin.par.2.recent.decis.617.nu.3.penes Buratt. & in Romana, seù Veliterna Restitutionis in integrum 25. Iunij 1646. §.& coram me.*

Ex eadem ratione excusatur Marcellus, si terminum Natiuitatis soluit postquam beneficium resignauerat, quia scilicèt cum resignasset antequam d. termini solutio cederet, non debuit soluere nisi post resigna-
18 tionem, nec tempore resignationis† dicitur fuisse in mora soluendi *l. quod in diem ff. solut. Caualer.decis.486.num.4. Rot.dec.374.nu.38.par.5 recent. & in d.Romana, seù Veliterna restitutionis in integrum 17. Decembris 1646. §. possunt coram me*, propter quod cum resignatio esset ad fauorem, & Resignatarius nondum cœpisset beneficij possessionem illa,aut saltèm detentio quamuis litteræ resignationis expeditæ
19 fuissent, † manebat adhuc pœnes resignantem,vt bene declarat *Flores de Mena var.quæst. lib.1.quæst.4.sub num.3.* & dixit *Rota decis.138.num.6.apud Greg.XV.dec.299.nu.6. & seqq.apud Penia dec.123.sub nu.12.apud Merlin. & in Imolen. Beneficij 23. Iunij 1645. §. nam licet coram Eminentissimo Domino Cardinali Corrado,in Neapolitana Parochialis 15. Martij 1647. §.neque obstare corã Eminentiss.D.Card. Otthob. vbi allegantur concord.*

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

ROMANA, SEV IANVEN. CAMBII.

Veneris 16. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Cambium siue sit nouum, siuè continuatiuum præcedentium est permissum, quando constat de transmissione litterarum ad nundinas illarumque effectuatione, quæ probatur ex litteris redditus. Litteræ responsiuæ resultant ex illis verbis, *In risposta del vostro dispaccio*,quæ non congruunt *litteris d' Auuiso*.Cambij realitas consistit in litteris *dell'andata*, & litteræ redditus solùm respiciunt probationem, quod Capserius in nundinis recepit,& acceptauit litteras *dellandata*.

SVMMARIVM.

1 *Cambium nouum dicitur etiam recambium.*
2 *Cambiorum diuersitas resultat ex diuersitate summarum.*
3 *Cambium præcedentium continuatiuum est permissum iuxtà declarationem Congregationis à san. mem. Vrbano VIII. deputatæ, quia est in potestate debitoris sortem principalem restituere.*
4 *Cambium continuatiuum dicitur reale, quando cõstat de transmissione litterarum Cambij in singulis ferijs, & de illarumque effectuatione.*
5 *Litterarum transmissio in singulis ferijs probatur ex litteris redditus.*
6 *Litteræ originales* dell'andata *remanere solent penes Mercatorem cui diriguntur, & illarum præxistentia resultat in necessarium antecedẽs ex litteris responsiuis.*
7 *Litteræ redditus sunt litteræ responsiuæ Mercatoris,ad quem litteræ* dell'andata *fuerunt directæ.*
8 *Litteræ non dicuntur* de auuiso, *si continent verba* in risposta del vostro spaccio, *sed censeri debent redditus.*
9 *Litterarum forma scribendi,* in risposta del vostro spaccio, *non congruit litteris* de auuiso, *sed litteris redditus, siue responsiuis.*
10 *Litterarum Cambij formulæ referuntur* à Scacc. de Camb.§.1.quæst.5.num.78. & 79.
11 *Litteræ, siuè Epistolæ scriptæ ad extraneam personam in aliquo negocio interesse non habentem, tunc non probant pro tertio contra tertium.*
12 *Litteræ responsiuæ parum refert, quod sint directæ ad Mercatores, qui scripserunt litteras* dell'andata, *vel ad eum cuius nomine cambium fuit cõtractum, nàm persona Mercatorum censentur repræsentata in persona eius, cuius nomine cambiũ contrahitur.*
13 *Litteræ redditus intrinsecè non sunt de substantia cambij.*
14 *Cambii validitas consistit in litteris* dell'andata, *à legitimo Campsore verè, & non fictè transmissis ad locum nundinarum.*
15 *Litteræ reditus respiciunt probationem,quod Campserius in nundinis recepit, acceptauit, ac adimpleuit litteras* dell'andata, *& satis est quod huiusmodi probent contra debitorem, quia probatio non est coarctata ad vnum,vel alterum genus probationis, & num.16.*
17 *Litterarum copiis registratis in libro Mercatoris fides adhibenda est.*
18 *Probationum certum genus, si à lege,vel statuto sit in certis casibus præscriptum, concurrentibus adminiculis, etiam aliud genus admittitur.*
19 *Probationes pro iustificatione, & realitate cambii resultat ex litteris reditus, nechon ex partitis extractis ex scartafaccio singularum feriarum,quod completa feria probat.*
20 *Item ex partitarum multiplicitate, etiamsi non verse-*

versantur in antiquis attenta praesertim punctuali illarum distinctione in singulas ferias cum annotatione temporum, & subordinata adnotatione & num. 21.

22 *Litteræ dell'andata, quando sunt adminiculatæ etiam absque recognitione plenè probant, vel saltim vehementem præsumptionem veritatis faciunt.*

23 *Subscriptio sola attenditur, nō attento quod in corpore scriptura diuersa manu sit exarata.*

24 *In materia etiam de vsuris suspecta statur confessionibus geminatis, & adminiculatis debitoris.*

25 *Inter Mercatores bonæ famæ, & æstimationis non Iuris rigor, sed bona fides spectanda est.*

26 *Recambia passim admittuntur, & illorum interesse vertitur in capitale, & cambium licitum dummodò currant dispaccia.*

DECISIO DLVII.

TRIBVS decisionibus editis *sub die 27. Nouembris* 1651. *die* 18. *Martij*, & 26. *Iunii* 1652. *coram me*, firmantibus exequendū esse mandatum pro scutis 5448. auri Marcarum ad instantiam Balbi contra Sirios relaxatum, quarta hodie dd. confirmatoria accessit ex rationibus ibi deductis.

Semper enim vrget dilegma, quod aut
1 cambium de quo agitur est nouum † quale etiam dicitur recambium *Scacc. de camb. §. 1. quæst. 4. num. 38. Rot. dec. 353. num. 3 par. 4. tom. 2. recent.* & sufficit Balbo, qui litteras cambij sibi à Flisco è Ciuitate Mediolani directas soluit de ordine Sirorum docere, prout docuit de solutione, vt à Sirijs pecuniam solutam possit repetere, reiectis ab hoc iudicio executiuo exaduerso deductis ad excludendum, quod cambium non sit nouum, & independens, cum saltèm altiorem indaginem requirat; ponderando præsertim quod hæc summa scutor. 5448. nullatenus correspondet cambijs in sorte principali scut. 30. mil. de anno 1640. inter has partes contractis à quibus illa exaduerso dicitur deriuare,
2 quod † diuersitatem vtriusque partitæ demonstrat, vt notant *DD. in l. quinquaginta ff. probat. Surd. consil. 80. num. 14. Menoch. de arbitr. cas. 432. n. 38.*

Aut cambium est præcedentiū continua-
3 tiuum, & cum semper fuerit in potestate debitoris illorum sortem principalem restituere, vt necesse esse in cambijs continuatis declarauit *Sacra Congregatio à fel. record. Vrbano VIII.* deputata, & relata *à Moder. Iannen. de Cambiis disput. 3. quæst. 1. prolegomena sub num. 33.* doceaturque à d. anno 1640. vsque ad 1649 quo emanarunt litteræ cambij, de quibus agitur fuisse in singulis ferijs transmissas lit-
4 teras cambii, & effectuatas, † adhuc debetur, & reale est *Cagnol. in l. vnica sub num. 46. versic. tertio quia Cod. senten. quæ pro eo Lup. de vsur. cap. 3. §. 2. num. 23. Bellon. dec. Iannen. 27. num. 11. Rota in Romana, seu Florentina Cambiorum 12. Ianuarii 1615. coram bo. me. Archiepiscopo Seleucien.*

Et quod attinet ad transmissiones prædictarum litterarum in singulis ferijs, satis illa
5 dicitur probata † ex litteris reditus per ipsosmet Siros productis *Duran. dec. 32. num. 21. Buratt. decis. 503. nu. 1. Rot. inter recent. decis. 604. sub num. 2. par. 4. cum alijs alleg. in postrema decisionibus causæ §. penult.* quia nimirum litteræ ori-
6 ginales, † quas vocant *d'andata* remanere solent penes Mercatorem cui diriguntur, & illarum præexistentia in necessarium antecedens resultat ex litteris responsiuis quales dicuntur litteræ redditus *Rota decis. 274. num. 6. par. 5. recent.*

Gratisque dicitur litteras à Balbo missas ad Siros. & exaduerso productas esse *d'auuiso*
7 nec censeri posse reditus † cum non fuerint directæ ad Fliscum Mediolani, & Cilibertum Neapolis commorantes, qui litteras *d'andata* scripserant ad Balbum. Nàm prima pars obiecti tollitur ex lectura dictarum litterarum Balbi, ibi, *in risposta del vostro spac-*
8 *cio &c.* † quæ forma scribendi non congruit litteris *d'auuiso*, sed litteris reditus, siue res-
9 ponsiuis † idem importantibus, vt benè colligitur ex vtriusque speciei litterarum for-
10 mulis † relatis *d Scacc. de camb. §. 1. qu. 5. nu. 78 & 79.*

Secunda pars vrgeret, si litteræ scriptæ fuis-
11 sent ad extraneam personam † in hoc negocio interesse non habentem, quia tunc non probarent pro tertio contra tertium *l. epistola in princ. ff. pact. Bald. in l. non epistolis num. 5. Cod. probat. Rip. in l. admonendi numer. 140. ff. iureiuran. Menoch. de arbitr. cas. 94. num. 22. Rot. dec. 717. n. 6 par. 2. recent.* At in casu nostro, quo litteræ scriptæ sunt ad ipsos Siros contra quos agitur, & ab ipsis productæ, & quod plus est illi præcedentèr scripserant ad Balbum, ac vt constat ex litteris *d'andata*, ibi, *e ponete in conto de Signori Gio: Battista, & Alessandro Siri*, (nec exaduerso controuertitur) negocium horum cambiorum contra illos principalitèr currebat, & de illorum ordine Balbus litteras cambij soluebat nihil interest, an litte-
12 ræ responsiuæ † directæ ad Mercatores, qui scripserunt litteras *d'andata*, vel ad Siros; tùm quia Mercatorum Mediolani, & Neapolis scribentium personæ censentur representatæ in personis Siriorum, quorum nomine, & in quorum debitum cambia contrahebantur *ad text. in l. tres tutores §. non solum l. ita autem §. gessisse ff. administr. tutor. l. solutam ff. solut. Larr. dec. Granaten. 45. sub num. 19. Rot. dec. 355. sub n. 4 par. 1. recent. & in Romana Pecuniaria 15. Iunij 1643. §. 1. coram me.*

Tùm etiam quia, cum litteræ reditus non
13 sint † intrinsecè de substantia cambii, quippè cuius realitas consistit in litteris *d'andata*
14 à legitimo † Campsore verè, & non fictè transmissis ad locum nundinarum, earumq; sincera, ac reali effectuatione *iuxtà superius alleg. decis. in Romana, seu Florentina Cambiorum coram D. Archiepiscopo Seleuciensi*, litteræ verò
15 verò reditus † respiciant potiùs probationem, quod Campserius in nundinis receperit, acceptauerit, & adimpleuerit litteras *d'andata*, satis est quod eiusmodi sint, vt probent contra debitorem reum conuentum, quia p.o-

16 probatio † non est coartata ad vnum, vel alterum genus probationis *l. quoniam in fin. lib. verbis, ibique gloss. verb. angustetur C. haret. l. curent ff. testib. l. ne quid §. de ijs ff. incend. ruin. & naufr. Salon. de Pace cons. 19. nu. 28. Surd. dec. 153. num. 25.* Vnde etiam copijs litterarum regi-
17 stratis in libro † Mercatoris fidem præbuit, *Rota in supracitata Romana, seu Florentina Cambiorum §. non obstat coram bo. me. Seleucien.*

Eo magis concurrentibus adminiculis,
18 quæ † efficiunt, vt etiam in casibus habentibus à lege, vel statuto præscriptum certum genus probationum aliud genus admittatur *Bald. cons. 279. sub num. 1. Ciriac. contr. 252. nu. 11 Rot. in Bononien. Hæreditatis 24. Martij 1651. coram me.* Resultant autem ex productione dictarum litterarum reditus per Siros facta,
19 ex computis † cuiuslibet feriæ per Siros paritèr productis congruentibus adamussim singulis d. litteris ex similibus partitis extractis à scartafascio, & bilancio singularum feriarum, quod completa feria probat firmãt *primæ decisiones huius causæ*; Item ex multipli-
20 citate dictarum partitarum, † etiam si non versemur in antiquis *Socc. sen. consil. 187. nu. 16 vers. confirmatur lib. 2. Rot. decis. 472. num. 7. par. 1. recent.* attenta præsertim punctuali earum
21 distinctione † in singulas ferias cum annotatione temporum, & subordinata continuatione, quia in proximis terminis magni fecit *Rota dec. 280. n. 7. par. 6. rec.*

Fueruntque ex abbundanti nuper produ-
22 ctæ litteræ *de andata*, quæ † etiam absque recognitione, vbi tot adminiculis veritas elucescit, aut plenè probant, aut saltèm vehementem veritatis præsumptionem faciunt, *l. instrumenta domestica C. probat. Bald. consil. 204. num. 7. lib. 1. Rot. dec. 198. num. 6. dec. 310. num. 3. par. 1. recent.* Nihil obstante, quod omnes tàm exaratè Mediolani, quàm Neapolis afferantur scriptæ in corpore eadem manu; nam præter quod id non probatur, satis est diuersa manu, prout diuersi erãt Mercatores Me-
23 diolani, & Neapolis fuisse subscriptas, † quia subscriptio sola suffragatur *Alex. cons. 147. n. 3 vers. ad hoc ostendendum, & num. seqq. lib. 2. Castr. cons. 216. num. 3. lib. 1. Peregr. cons. 108. nu. 1. lib. 5. Seraph. dec. 973. num. 1. & seqq. Mantic. decis. 321. n. 4. Buratt. dec. 419. n. 8.*

Ex supra deductis apparet quoque probata effectuatio litterarum, itaut non versemur in casu simplicis confessionis, quæ in similibus materijs non attenditur, sed probationis per scripturas fidem facientes, ac tot adminiculis suffultas, quibus concurrentibus etiã
24 in materia de vsuris suspecta † stari confessionibus, & maximè geminatis, ac iudicialibus, dixit *Rot. in Baren. Saluiani 24. Martii proximè præteriti coram me*, & inter Mercatores
25 bonæ † famæ, & extimationis non iuris rigor, sed bona fides spectanda est, vt in his terminis decisum fuit *in supracitata Romana, seu Florentina Cambiorum §. fin. coram bon. mem. Seleuciensi.*

Non obstat, quod cambium hoc deriuet ab interesse aliorum cambiorum, quia non probatur, & passim admittuntur recambia,
26 ac interesse † illorum vertitur in capitale, & cambium licitum dummodò, vt in casu nostro currant dispiaccia, & alia de quibus supra *Scacc. de camb. §. 7. gloss. 2. sub num. 50. vbi allegant concord.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

FIRMANA BENEFICII.

Veneris 23. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Lis super hæreditate, cui Iuspatronatus inheret non efficit Iuspatronatus litigiosum, & multo minus quando lis non est super tota hæreditate, sed super aliqua eius parte.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*

2 *Habilitas prouisi probatur ex sententia executoris, cuius conscientiæ illius iustificatio commissa fuit.*

3 *Iurispatronatus existentia probatur ex Instrumento dotationis iunctis præsentationibus, & ex confessione aduersarij in litteris suæ prouisionis quando, non est quæstio super libertate beneficij.*

4 *Pertinentia Iurispatronatus probatur ex præsentationibus habitis ab existente in possessione præsentandi, etiamsi non probetur descendentia à primo fundatore.*

5 *Valor beneficij probatur ex simili expressione facta per aduersarium in litteris suæ prouisionis.*

6 *Valor probatur ex depositione Testium.*

7 *Valor obtentorum vt iustificetur sufficit qualis qualis probatio,*

8 *Vacatio beneficij probatur ex narratiua aduersarij venientis ex eadem vacatione.*

9 *Clausula* siue præmisso siue alio quouis modo seu per liberam resignationem *operatur, vt Papa etiam per resignationem conferre voluerit.*

10 *Vacatio dicitur consumpta per prouisionem, & possessionem habitam ab executore, Declara num. 12.*

11 *Clausula* dummodo non sit alteri Ius quæsitum est *præseruatiua Iuris tertij.*

12 *Vacatio non dicitur consumpta per prouisionem nullam & subreptitiam quamuis prouisus beneficij possessionem cœperit.*

13 *In litteris Apostolicis non est facienda mentio gratiæ alterius nulla & subreptitia, vel saltem censetur de ea facta mentio per clausulas generales in litteris appositas, & num. 14.*

15 *Clausula* Dummodo non sit alteri Ius quæsitum non præseruat, *nisi Ius validum.*

16 *Gratia obreptitia est ipso Iure nulla.*
Obreptio gratiam ipso Iure nullam reddit. ibid.

17 *Lis super Iurepatronatus, & præsentandi narrata in litteris est ab impetrante iustificanda.*

18 *Præsertim quia Papa non existente lite non censetur Iuripatronatui derogare.*

19 *Nec*

19 *Nec sufficit impetrantem iustificare litem super hæreditate, cui Iuspatronatus inhæret, quia Papa sub narratiua litis super Iurepatronatus non censetur intellexisse de lite super hæreditate cui illud est annexum.*

20 *Iuspatronatus quando est litigiosum, Papa illi derogando nemini infert præiudicium.*

21 *Lis super hæreditate cui est annexum Iuspatronatus illud litigiosum non efficit.*

22 *Lite pendente super hæreditate cui Iuspatronatus inhæret potest nihilominus patronus hac lite non obstante præsentare, quamuis per prius in possessione præsentandi non existeret.*

23 *Patronus præsentare nequit quando lis est super Iurepatronatu, vel præsentandi.*

24 *Pro restitutione in integrum obtinenda aduersus lapsum temporis ad adeundam hæreditatem non competit actio, sed solum imploratur officium Iudicis.*

25 *Lis super hæreditate introducta per viam restitutionis in integrum ob lapsum temporis ad adeundum non efficit Iuspatronatus illi inhærens litigiosum.*

26 *Præsertim quando lis non est super tota hæreditate, sed solum super aliqua illius parte, & num. 28.*

27 *Litigiosum solum fit quod actor petendo, aut replicando in litem deduxit, non autem quod in sola exceptione rei Conuenti continetur, nisi actor illud negauerit vel impugnauerit.*

29 *Gratia redditur subreptitia si fuit narrata lis super patronatu, quæ non existit, quia si Papa sciuisset non derogasset Iurispatronatus in totum.*

30 *Papa quando beneficium Iurispatronatus non vacat in Curia, ei derogare non solet nisi ad summum pro duobus tertijs partibus.*

31 *Papa in dubio non censetur velle præiudicare patronis Laicis.*

32 *Derogationes strictè sunt interpetrandæ.*

33 *Prouisus Apostolicus habens parem titulum est legitimus contradictor ad impedien. executionem litterarum Apostolicarum aduersus alium prouisum Apostolicum.*

34 *Limita non procedere quando titulus contradictoris est euidenter nullus.*

DECISIO DLVIII.

DECIO Acciarino præsentato à Bartholomæo iuniore de Guarnerijs ac Thoma Acciarino, ad simplex beneficium sub inuocatione Sanctæ Mariæ Boni Iesus ex persona Francisci Panici vacans, & habenti litteras Apostolicas pro præsentato, idem beneficium adiudicandum esse Rota censuit in gradu appellationis interpositæ à sententia Ordinarij Firmani dictarum litterarum executoris qua pronunciatum fuerat eas esse exequendas, ac Decium in possessionem immittendum amoto Reuerendissimo D. Amico Panico Episcopo Recanatensi dicti beneficij possessore.

Cuncta enim in præfatis litteris narrata Decius iustificauit suum videlicet Clerica-
1 tum † ex litteris patentibus sui Ordinarij, quæ satis probant *Merlin. dec. 473. nu. 5.* suam
2 habilitatem † ex dicta sententia executoris cuius cõscientiæ illius iustificatio commissa fuit, vt in his terminis respondit, *Rot. in Aquilana Iurispatronatus 12. Iunij 1651. §. penult. coram R. P. D. meo Meltio.*

3 Existentiam Iurispatronatus † tum ex instrumento dotationis dato in *Summ. num. 9.* tum ex pluribus præsentationibus; tum ex confessione Domini Episcopi aduersarij in litteris suæ prouisionis, quæ contra ipsum dum non est quæstio super libertate beneficij plenam probationem facit *Garz. de benefic. par. 12. num. 276. Mant. decis. 318. num. 1. & seq. Mart. And. dec. 5. sub num. 3. & 4. add. ad san. mem. Gregor. XV dec. 462. num. 22. Rot. in Aquilana Iurispatronatus 24. Ianuarij 1646. coram Eminentiss. D. Card. Corrado.*

4 Pertinentia Iurispatronatus † ad dictos Bartolomeum, & Thomam, qui Decium præsentarunt probatur quia ambo habent causam à Guarnerio, & Iacobo filijs Bartolomei senioris existentis dum vixit in quasi possessione præsentandi ex datis in Summ. Decij num. 11. quod sufficit etiam etiamsi non probetur descendentia à Fundatore *Lottber. de re benef. lib. 2. quæst. 11. nu. 118. & seqq. Rot. decis. 349. num. 1. & ibi add. num. 6. coram san. mem. Greg. XV. dec. 274. num. 8. par. 2. recent. & in Gerunden. Beneficij 11. Martij 1648. coram R. P. D. meo Celso.*

Valor huius beneficij narratus in ducat. 45 per non excessum remanet sufficientèr pro-
5 batus † ex simili expressione facta per partem aduersam in litteris suæ prouisionis, vt dixit *Rot. in Hidruntina Canonicatus 25. Iunij 1649. coram Eminentissimo Domino Cardinali Ottbobono;*
6 nec non ex testibus † datis in Summ. nu. 16. qui etiam deponunt de valore obtentorum
7 ad quem iustificandum † sufficit qualis qualis probatio *Greg. XV. dec. 78. num. 4. cum alijs allegatis in Placentina Beneficij 11. Decembris 1647 coram bo. me. Arguelles.*

Vacatio beneficij ex persona Francisci Panici vltimi possessoris negari non potest ab
8 Aduersario † ex eadem persona vacationem desumente in litteris suæ prouisionis; & quamuis ibi narrauerit vacationem per liberam resignationem factam à d. Francisco in litteris verò Decij narrata fuerit vacatio per matrimonium à Francisco contractum, Pontifex tamen non se restrinxit ad dictam vacationem per matrimonium, sed nominatim conferre voluit quamuis vacaret per liberam resignationem, vt legitur, ibi, *siue præmisso, siue alio quouis modo, seù per liberam resignationem vacet* Summ. Decij num. 2. in fin.
9 quæ verba † apertissimam Pontificis voluntatem conferendi etiam per resignationem demonstrant, vt notant *Doct. in cap. susceptum. de rescr. in 6. Felin. in cap. in nostra sub nu. 37. vers. fallit 5. eod. tit. Paris. de resign. lib. 8. qu. 7. nu. 143. Lottber. de re benef. lib. 3. qu. 8. num. 61. Rot. in Meleuitana Beneficij 25. Iunij 1649. §. nec obstat coram me.*

Non obstat, quod vacatio per resignationem esset consumpta mediãte anteriori pro-

uisione Apostolica ex hoc capite obtenta à
10 Domino Episcopo Aduersario† iuncta præ-
sertim possessione ei tradita ab executore
Apostolico *Gomes.super reg.de trien.quæst.30.sub num.1.Gonz.ad.reg.8.gloss.11.§.2.num.31.& seq. Rot.dec.51.num.4.par.6.recent.* quodque de ta-
li prouisione Decius mentionem non fecerit
in suis litteris; imò illę habeant in ventre
clausulam *dummodò non sit alteri ius quæsitum*
11 præseruatiuam † iuris, vt supra Episcopo
quæsiti *Rot.dec.110.num.6.& 7.par.5.recent.decis.350.num.2. coram san.mem. Gregor.XV.*

Cum enim vt infra dicetur antecedens
prouisio obtenta à D. Episcopo sit subrepti-
12 tia, & obreptitia † vacationem non com-
sumpsit *Rot.decis.641.num.17.& 18. apud Pen. decis.628. numer.7. part.4.tom.3.recent.decis.569. num.32.par.5.& in dicta melenitana Beneficij 25. Iunij 1642. coram me §. minus obstat,* vbi alijs al-
legatis id ampliatur quamuis prouisus bene-
ficij possessionem accepisset. Atque hinc
nec opus fuit de tali prouisione mentionem
13 facere † in litteris Decij *Buratt.decis.209.nu.7.*
de qua in omnem euentum censeretur facta
14 mentio per clausulas generales† in dictis lit-
teris appositas quas in his terminis ponderat
Lotth.de re benef.lib.3.quæst.8.nu.45.& 50. Gonz. de benef.par.10.cap.1.sub num. 74. aliqque relati à Modern.Carpens.contr.Forens.cap.216. numer. 62.
15 nec clausula *dummodo* † præseruat ius Episco-
pi quod validum non est *Barbos.claus.44.n.10. Rot.in recent.dec.253.num.1.decis.634.nu.1.par.2. cum alijs allegatis à Moderno Carpen. controu. Forens. dicto cap.216.num.12.*

Obreptio verò dictæ prouisionis ad fauo-
16 rem aduersarii gratiam† ipso iure annullans
Rot.decis.24.num.4.par.5.recent.& in Reatina pensionis 13. Febr.1651. coram Eminentissimo D.Cardinali Otthobono, euidens est quia fuit exposi-
tum quod super Iurepatronatus, & præsen-
tandi ad hoc beneficium dum pro tempore
vacat lis & causa coram certo Iudice compe-
tente inter assertos ipsius Beneficij Patronos
17 pendet indecisa,† quod in facto non subsistit,
& exaduerso iustificari deberet *cap.1.vbi not. omn.de lit.contest.in 6. Dec.cons.142.nu.6. Maresc. var.resol.lib.2.cap.1.num.1. Rot.decis.234.num.13. par.1.recent.* præsertim quia Papa prouisionē
concessit cum derogatione Iurispatronatus in
totum attenta lite præfata vetè; & legitimè
18 introducta quæ clausula demostrat † quod
sine huiusmodi lite Papa non derogasset aut
concessisset vt in puncto aduertit *Cassador. dec.3.num.4.vt lit.penden.*

19 Nec sufficit iustificare † quod inter Iaco-
bum Guarnerium ac Thomam Acciarinum
penderet lis super hæreditate Iacobi Guarne-
rij quodque in dicta hæreditate hoc iuspatro-
natus contineretur. Primò quia cum Papæ
non fuerit narratum quod Iuspatronatus es-
set hæreditarium, & ab hæreditate Iacobi pen-
deret eius pertinentia, dici non potest quod
Papa sub narratiua litis super Iurepatronatus,
intellexerit de lite super dicta hæreditate cui
illud est annexum, & eatenus Papa voluit de-
rogare Iuripatronatus, quatenus credidit nul-
20 lum ex inde parari præiudicium † patronis
stante inter ipsos pendentia litis per quam
ipsum Iuspatronatus esset effectum litigiosū:
21 at litigiosum non erat† quamuis lis penderet
super hæreditate cui Iuspatronatus annexum
supponitur vt in puncto *Lancellott. de attent. par. 2.cap.4.in præfat.num.544.& 545,* vbi sub-
22 dit quod hac lite nō obstante † Patronus po-
terat præsentare quamuis per prius in quasi
possessione præsentandi non existeret, & fuit
opinio originalis *Rota decis.1.de Iurepatr.in nou.*
23 vbi hoc limitatur solū quando lis esset † su-
per ipso iure vel possessione præsentādi *Egid. decis. 700. col.1. ante med.vers. licet fateor, & in proximis terminis Rom. consil. 270. sub numer. 2. vers. prima quia Natt.cons.145.num.16. & 17.*

Eoque minus Iuspatronatus erat litigiosū
quia lis super hæreditate Iacobi introducta
fuerat per viam restitutionis in integrum ex
capite minoritatis Bartolomei aduersus lap-
24 sum temporis ad adeundum,† pro qua cum
non competat actio, sed solum imploretur
officium Iudicis *cap.fin. de off. Iudic. Vestr. in prax.lib.8.cap.3.num.3.Odd.de rest.in integ.par.1. quæst.35.sub num.29.vers.sed contra est Communis conclusio, & numer. 35.* ex inde non resultabat
25 lis † quæ Iuspatronatus litigiosum redderet
iuxtà theor.Innoc. in cap. cum M. Ferrarien. nu.9. de Constit. quàm sequitur Lotther.de re benef.lib.2. quæst.20.num.25. in fin. Rot.decis.1134. nu.4. apud Seraph.decis.105.In fin. coram san.mem.Greg.XV. & in alijs relatis ab Addi ad Buratt. decis. 927. num.18.& 19.

Secundò, quia lis super hæreditate Iacobi
afficiebat ad summum quartam partem Iu-
26 rispatronatus; † siquidem ex iuribus datis
in Summario Decij num.9. & seqq. apparet
(& exaduerso non controuertitur) quod
Iuspatronatus diuisum fuerat in duas voces
quarū altera spectabat ad Guarnerium cuius
indubitanter Bartolomeus Iunior fuit filius,
& hæres, altera ad Iacobum Guarnerij fra-
trem, qui in testamento scripserat hæredes
eumdem Bartolomeum ac Thomam Accia-
rinum, & sic Bartolomeus mediante resti-
tutione in integrum obtenta pro adeunda
hæreditate Iacobi solam medietatem vnius
vocis ad Iacobū spectantis petiisse diceretur
manente de cætero extra omnem litem vna
integra voce sibi deuoluta cum hæreditate
patris, & alia medietate vocis Iacobi spectan-
te ad Thomam coheredem ex illius testamē-
to quod exaduerso nusquam fuit impugna-
tum. Gratisque dicitur etiam hæreditatem
Guarnerij fuisse in litem deductam eo quod
Thomas obsistendo restitutioni in integrum
à Bartolomeo petitę super hæreditate Iacobi
subdiderit Bartolomeum nec posse admitti
ad se immittendum in hæreditate Guarnerij
patris vt in Summario Episcopi num.3. quia
27 litigiosa ea solum fiunt † quæ actor petendo
aut replicando in litem deduxit, non autem
quæ in sola exceptione rei conuenti continē-
tur, nisi actor illa negauerit vel impugnauerit *cap. fin. de lit. contest. in 6. l. 1.Cod.lit.contest. Felin. in cap.illud nu.12.de præscr.Roman.cōs.174. num.5.*

num. 5. Rot. decis. 726. in fin. par. 2. recent. & in Illerden. Decimarum 23. Iunij 1631. §. si verò coram bon. mem. Pirouano.

Cum igitur propter litem super hæreditate Iacobi solum quarta pars Iuripatrona-
28 tus† afficeretur inconuincibilis est subreptio,
29 quia si Papa hoc sciuisset † non derogasset Iuripatronatus in totũ vt in fortioribus terminis *Cassad. decis. 3. sub numer. 2. vt lit. pendente*
30 cum patronatibus meræ laicalibus† quale est hoc quando beneficium non vacat in curia derogare non soleat nisi ad summum pro duabus tertijs partibus *Paris. de resign. lib. 2. q. 4. nu. 35. Moder. Pisan. de Iurpatr. lib. 14. cap. 2. nu. 18.* ex causis vrgentissimis enumeratis à *Paris. de resign. quæst. 4. num. 46. & seqq. à Modern. Pisan. dicto cap. 2. num. 8. & seqq.* nec in dubio cense-
31 tur† velle præiudicare patronis laicis *Cassad. decis. 6. num. 3. de Iurepatr. aliique relati à Modern. Carpens. controu. Forens. cap. 216. num. 43. Rot. decis. 427. num. 1. par. 1. recent.* suntque derogatio-
32 nes † strictè interpetrandę *Ceph. cõs. 186. n. 67. Rot. decis. 347. nu. 8. par. 4. tom. 2. recent. & in term. resign. Paris. de resign. lib. 2. quæst. 4. num. 42.*

Non obstat quod Dominus Episcopus vti habens prouisionem Apostolicam, & sic pa-
33 rem titulum † sit legitimus contradictor ad impediendam executionem litterarum Apostolicarum ad fauorem Decij, quia hoc non
34 procedere quando titulus† est nullus fuit decisum in pluribus causis relatis in *Compostellana Parrochialis prima Iulij 1648. coram Eminentissimo D. Cardinali Otthobono.*

Et ità decisum vtraquè parte informante.

VRBINATEN. PRAEDII.

Lun. 26. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario particulari non est deneganda immissio sub prætextu quod res subiecta fideicommisso fuerit alienata pro soluendo ære alieno Testatoris, & pro legitima, & Trebellianica hæredis grauati, si titulus venditionis detegitur ipso Iure nullus, quodque emanauerit, ex falsa causa.

SVMMARIVM.

1 *Immissio deneganda non est fideicommissario particulari ex remedio vtilis Saluiani concurrentibus solitis requisitis.*

2 *Identitas rei fideicommissariæ probatur ex assertione Testatoris in eius Testamento, quæ contra grauatum, & habentem ab eo causam planè probat.*

3 *Item probatur ex confessione emptoris rei fideicommissariæ in Instrumento venditionis ei factæ à Grauato, quæ impugnari nequit.*

4 *Fideicommissum particulare non dicitur expirasse per consensum præstitum à Principe alienationi rei fideicommissariæ, cuius seruitio dicta res à Testatore erat supposita, quia potest Princeps remittere onus seruitij super re imposita, sed non fideicommissum in præiudicium fideicommissarij.*

5 *Emptor rei fideicommissariæ pro soluendo ære alieno Testatoris ac etiam pro legitima, & Trebellianica hæredis grauati est legitimus contradictor ad impedien. immissionem fideicommissario, itàut contra eum ordinariè, non autem Iudicio Summario procedi debet.*

6 *Fallit quando titulus emptoris detegitur incontinenti nullus.*

7 *Titulus venditionis rei fideicommissariæ est nullus quando concurrit expressa prohibitio alienationis.*

8 *Trebellianica prohiberi potest à Testatore.*

9 *Trebellianica potest prohiberi filijs primi gradus.*

10 *Trebellianica non detrahitur ex fideicommisso particulari, sed vniuersali.*

11 *Legittima non detrahitur ex fideicommisso particulari stantibus alijs bonis ad hæredem titulo vniuersali delatis, & num. 13.*

12 *Existentia aliorum Bonorum probatur ex Instrumento diuisionis inter hæredes.*

13 *Legata, & fideicommissa particularia integrè præstanda sunt à grauato non obstante exceptione detractionis legitimæ, quæ ob non confectum inuentarium ex alijs bonis detracta præsumitur.*

14 *Hæres grauatus si non confecit inuentarium non potest sub prætextu æris alieni Testatoris recusare solutionem fideicommissi particularis, sed illud integrè præstare tenetur de proprio, etiamsi vires hæreditariæ non suppetant.*

15 *Æs alienum fideicommittentis non probatur ex assertione contrahentium in præiudicium fideicommissarij.*

16 *Hæres grauatus quamadmodum alienando contra prohibitionem Testatoris præiudicare non potest fideicommissario ità nec cõsitendo id, ex quo alienatio valida reddatur.*

17 *Res fideicommisso particulari subiecta alienari nequit sub prætextu æris alieni Testatoris, nam vel alia bona non existunt ex quo fuerunt distracta, & ex illis solutum præsumitur, vel solui debuit, vel existunt tempore alienationis, & ex illis soluendum est.*

18 *Consensus à minore præstitus alienationi, si emanauit ex falsa causa non tenet etiamsi causa partim esset vera, & partim falsa.*

19 *Amplia etiamsi Decretum Iudicis, ac aliæ solemnitates interuenerint.*

20 *Filius ob reuerentiam erga patrem ei non præsumitur contradicere.*

21 *Insinuatio non præsumitur, nisi ex cursu 30. annorum ex dispositione statuti Vrbini.*

22 *Statutum Vrbini præsumit obligationem minoris dolo extortam.*

23 *Statutum præfatum locum habet etiam in contractu iurato.*

24 *Statutum laicale, quamuis de contractu iurato disponere non valeat directè potest indirectè præsumendo dolum, & adimendo fidem Instrumento, ac si de Iuramento non constaret, nisi aliunde probetur.*

25 *Iuramentum non obstat ad effectum agendi, & excipiendi, si ab eo fuit obtenta absolutio.*

26 *Obligatio mulieris in statu Vrbini sine licentia Ducis non tenet.*

27 *Licentia Principis redditur subreptitia, si non fuerunt expressa, quæ à concessione ipsũ retraxissent.*

28 *Licentia non se extendit vltra exposita.*

391.num.5.& 6.Surd.conf.460.num.7. & sic non
secus, ac limitant ad terminos iuris commu-
nis in extradotalibus reseruationem legitimæ
9 limitant quoque † ad iuris communis termi-
nos facultatem testandi ex eadem reseruatio-
ne exaduerso eductam, vt per *Dec.cons.72.n.5.*
& in cap.cum accessisset sub num.8.vers.aduerten.de
constit. Anton.de Butr.in cap.accedens sub n.8.de pri-
uil. quæ etiam regulariter intelligitur secundũ
10 iuris dispositionem † quamuis simpliciter,
& libera concessa fuisset *l. si quando 35.in prin.*
C.in offic.Testam.Surd.cons.123.num.24. Rot.decis.
47.n.6.par.1.diuers.

Quapropter reseruatio legitimæ filiorum
11 etiam in bonis extradotalibus † verificatur
quando mulier instituerit extraneum, in qua
non cadit præsumptio deductionis à secundo
viro prouenietis, vel si instituerit virum, non
plus illi reliquerit, quã cuilibet ex filijs iuxta
præscriptum *l.hac edictali.* Et hoc sufficit ne in-
ferri valeat ad eiusdem legis derogationem,
quia cum circa extradotalia facultas testandi
12 non sit literalis, prout est in dotalibus, sed
subaudita, & interpretatiua ex supracitatis
verbis *aliorum bonorum*, non facultatis conces-
sionem, sed reseruationem legitimæ respiciẽ-
tibus, satis est assignare casum in quo dicta
facultas verificari possit citra legis derogatio-
nem *Corn.cons.35.numer.4.lib.1.Ioseph.Ludouic.*
decis.Perusin.38.num.6.Osasch.dec.21.nu.12.Surd.
dec.36.num.19.Rot.Bonon.diuers. in terminis hu-
ius statuti *decis.112.num.39.& 40.* vbi subdit,
13 quod etiam in dubio † ista interpretatio su-
menda est, *Rota in puncto huius statuti decis.432.*
num.10.par.1.diuers. quia nimium oportet de-
14 rogationem esse expressam, † vel necessariò
à repugnantia, & incompatibilitate resultan-
tem *Surd.cons.401.per tot.Grat.discept.463.nu.3.*
& seqq.cum alijs alleg.per Add.ad Buratt. dec.396.
num.7. Rota in Romana successionis 14. Iunij 1647.
coram Eminentissimo D.Cardinali Corrado, & ideò
benè in puncto *Monterent.loc. sup.alleg.* firmat,
quod bona extradotalia secundo viro à mu-
15 liere relicta † ab illo auferuntur, & applican-
tur filijs primi matrimonij, quibus minus
mater reliquit, & in proximis terminis *Ful-*
gos.cons.63. sub num.3.vers.ad id.& vers.cæterum,
ait, quod verbis statuti cessantibus locus est
iuri communi, quodque illi non censetur de-
gatum data fuerit facultas disponendi.

Non obstant aliæ decisiones huius causæ,
quæ derogationem legis in dotalibus eliciunt
16 inter cętera, † à facultate testandi, & à reser-
uatione legitimæ filiorũ, & lucri dotalis viri.
Quia in dotalibus facultas testãdi, vt dicebam
est literalis, & in illis reseruatio lucri dotis
excludit pernecessè incompatibilitatem cum
lege prohibente dimidiã assignari viro, dum
plures adsunt filij prioris matrimonij, quod
non applicatur extradotalibus, quia illorum
portionem aliquã statutum viro non tribuit
insuper in dotalibus facultas testandi nisi de-
17 rogaret esset otiosa, † at circa extradotalia re-
seruatio legitimæ talis non est, vt supra de-
monstrabam tandem in dotalibus statutum
voluit fauere secundo viro, at per verba, *alio-*
rum bonorum, apposita in reseruatione legitimę
voluit fauere filijs, semperque militat diuer-
18 sitas † naturæ vtriusq; speciei bonorum, pro-
pterea non eodem iure censendorum, quam-
uis in aliqua intercederet connexio *Bald. in*
l.patens num.39.vers. et ideo disparitatis C.pact.&
in auth.quod locum nu.11.vers.8.quæritur & n. seq.
C.collat.cum alijs alleg.à Modern.Cyriaco de prapa-
rat.Iudic.præpar.4.n.27.

Non est igitur extradotaliũ partitio facien-
da iuxta testamentum mulieris resistente lege
19 Imperiali, † cuius beneficio vti possunt Do-
mini de Albergatis, quamuis essent hæredes
matris, quia lex ipsa in excessu testamentum
irritat, nec hæres tenetur habere ratum factũ
20 Testatoris † à lege irritum, vt in his terminis
Bald.cons.161.num.1.post medium vers.propterea li-
cet lib.5.Aym.cons.200.num.5.Becc.cons.141.n.13.
& seq.Surd.de comm.cons.237.nu.19.post med.vers.
primo respondetur, & num.20.& seq.Honded. cons.
14.num.36.lib.1.Manent.cons.15. numer.7. Ciriac.
contr.5.num.214 Cancer. variar.resolut.lib.3.cap.2.
num.176. & seqq.Buratt.dec.396.num.6. Præser-
timquia Testamentum acceptarunt cum prę-
seruatiua dicti beneficij.

Sed his etiam suppositis excitata fuit ab in-
formãtibus pro viro alia difficultas circa cal-
culum legitimę allegando illam esse calculã-
21 dam † vt non sit triens totius hæreditatis, sed
eius quæ superesset detracto lucro viri iuxta
cons.Ancharan.101. sub num.5.quod sequitur Gabr.
cons.101.num.9.& 10.lib.1.Bursatt. cons.212.n.5.
& 6.Surd.cons.401.nu.34.vers.et pro confirmatione
num.35.& seqq. Maluas. in terminis statuti Bonon.
cons.39. sub num.11.& 13.Grat. discept.300.nu.
& seqq. ea ratione, quia vbi statutum derogat
22 *l.hac edictali,* † lucrum detrahit, vt æs alienum,
Rot.Bonon.diuers.dec.53.nu.2.Merlin. dec.853. sub
n.7.vers. et ideo.

Tollitur tamen difficultas in casu nostro ex
23 verbis expressis statuti cum disponat, † quod
reseruetur legitima totius dotis, & eius augu-
menti, verbum enim illud *totius*, demonstrat
legitimam esse calculan. habita ratione ad to-
24 tam dotem, ita tamen, † vt non ideo viro mi-
nuatur dimidia dotis, & eius augumenti, quã
statutum eidem defert pro lucro; Vnde statu-
tum operatur quidem, vt legitima filiorum
non detrahatur in primis ad diminutionem
lucri dotalis, vt fit quando *l.hac edictali* dero-
gatum non fuit, & hoc ait *Merlin. d.decis.853.*
sed salua integra medietate pro viro videlicet
de cœtero legitimam calculari super tota do-
te, vt in puncto tuetur *Bero.cons.26. num.2. &*
per tot. vbi pluribus rationibus id comprobat,
& respõdit contrarijs *lib.2.* quem refert *Mo-*
der.Vrbinaten.de fratrib.par.3.cap.13.sub nu.110.
& sequuta est *Rota in in dec. huius causa supraci-*
tati anni 1647. & in Bononien. tertia 27. Ianuarij
1651. §. idque facilius coram R.P.D. meo Meltio,
neque contrarium dixit *in decis.66.n.11.par.4.*
25 *tom.2.recen.* † vbi habetur quod statutum in
ea parte, qua concedit binubæ facultatem te-
standi limitauit portionem filiorum, quibus
ex alia parte debebatur medietas dotis, quia
hoc dicitur ad effectum ne secunda pars sta-

statuti

ſtatuti loquens ex teſtamento cenſeatur minuiſſe lucrum viri ab inteſtato ſupra delatũ, & ſtant ſimul, quod filij matre decedente teſtata non conſequantur dimidiam partem, quam ab inteſtato vigore ſtatuti conſecuti fuiſſent, ſed tantum legitimam ea tamen ſit tertia totius dotis, vt in verbis ſtatutum diſponit.

Iuxta quem calculſi cum hæreditas comprehenſis dotalibus, ac extradotalibus, & detracto ære alieno librarum 15170. aſcendat ad libras 144016. Tertia pars debita Dominis de Albergatis pro legitima erit librar. 48333. circitèr &c.

LEODIEN. BONORVM.

Veneris 2. May 1653.

ARGVMENTVM.

Donatio contemplatione certi matrimonij eſt irreuocabilis nec per prædeceſſum donatarij ante donantem expirat, ſed bona donata iure transmiſſionis tranſeunt ad filios donatarij maximè quãdo in donatione fuerunt in conditione poſiti, & contraria quo caſu procetur? in deciſione declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio ob cauſam facta à patre filio valet maximè quando continet cauſam oneroſam.*

2 *Donatio contemplatione matrimonij cum certa perſona dicitur ex cauſa oneroſa, ſecus verò vbi matrimonium in genere contemplatum fuit.*

3 *Donatio contemplatione certi matrimonij irreuocabilis eſt nõ ſecus ac ipſe contractus matrimonialis, cuius pars cenſetur.*

4 *Itaut per prædeceſſum donatarij ante donantem non expiret, neque bona donata ad eumdem donantem reuertantur.*

5 *De natura donationis inter viuos eſt, vt res donata perpetuo abdicetur à donante, & applicetur donatarios eiuſque hæredibus.*

6 *Et contraria procedunt quando donatio facta fuit filijs ex matrimonio procreandis, & incertis ſecus quando facta eſt filio nato, & acceptanti, & n. 7. quod contraria opinio Decij locum nõ habet in donatione facta à patre, quæ ab initio valida fuit, non autem è conuerſo.*

8 *Filij quoties ſunt in conditione poſiti in donatione inter viuos contemplatione matrimonij tunc per obitum donatarij bona donata ad eos tranſeunt ſaltim iure tranſmiſſionis.*

9 *Mater ſuccedit filiæ ab inteſtato decedenti excluſa auia.*

10 *Matri ab inteſtato decedenti ſuccedunt filij quoad proprietatem, pater verò quoad vſumfructum.*

11 *Donatio facta ſub conditione ſi donatarius ſine filijs deceſſerit, eo cum filijs moriente tunc ſubſtitutio in eo caſu concepta expirat.*

DECISIO DLV.

COLONIAM ſitam in loco de Vellem cum omnibus ſuis appendicibus, & dependentibus, ac medietate omnium terrarum tricenſalium cuiuſcumq; ſortis donauit Gaſpar Corrado filio contemplatione matrimonij cum Alcide Herrici filia, fuitque valida
1 donatio,† quia patria poteſtas non reſiſtit donationibus ob cauſam, & maximè oneroſam
2 quales ſunt quæ fiunt † contemplatione matrimonij cum certa perſona, licèt ſecus ſit vbi matrimonium in genere cõtemplatum fuiſſet, vt poſt alios tradit *Matthien. in lib. 5. recollect. leg. Hiſpan. tit. 6. l. 1. gloſſ. 8. nu. 5. & 6. Arias de Meſa variar. reſol. lib. 3. cap. 17 num. 2. & ſeqq.* vbi reſpondet omnibus contrarijs, & adducit cõcordantes *Moder. Siculus de donat. contemp. matr. tract. 1. diſc. 2. par. 15. num. 5. & ſeqq. Rot. deciſ. 493. num. 9. & ſeqq. par. 4. tom. 2. recen.*
3 Eſtque eadem donatio irreuocabilis † non ſecus ac ipſe contractus matrimonialis, cuius pars cenſetur *Matthien. d. gloſſ. 8. num. 3. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 6. num. 25. & ſeqq.* vbi allegat innumeros concordantes, quos etiam latius refert *Moder. Siculus de donat. contempl. matrim. to. 2. tract. 2. diſcur. 1. Special. 9. num. 9. & ſeqq. Modern. Neapol. contr. forenſ. tom. 2. cap. 34. num. 4. & ſeqq. add. ad Buratt. dec. 861. ſub litt. A. & dixit Rot. deciſ. 44. num. 1. & ſeqq. par. 6. rec. & in Romana diuiſionis 10. Iun. 1641. §. imo coram R. P. D. meo Cerro in Auenionen. fideicommiſſi 26. Iunij 1647. §. horum coram R. P. D. meo Veroſpio*; etiam ſi Corradus donatarius patri donanti prædeceſſerit; nam quicquid ſit in alijs donationibus patris erga filium hæc cum à principio fuerit valida, & & perfecta, & à donatario acceptata per illius
4 præmorientiam † non expirauit, nec ad patrẽ donantem bona reuerſa fuerunt, quia de na-
5 tura donationis inter viuos eſt, † vt res perpetuo addicetur à donante, & applicetur donatario eiuſq; hæredibus *l. ſi quis argentũ §. fin. in fin. Cod. donat. l. 1. ff. eod. & in his terminis Fontanell. dec. 54. num. 4. & ſeqq.* vbi ſignanter *n. 13.* ait contrarium tenentes intelligendos eſſe
6 quando donatio† facta fuit filijs ex matrimonio procreandis, & incertis, ſecus verò quando vt in caſu noſtro facta eſt filio nato, & acceptanti *Viu. dec. 421. num. 11. & ſeqq.* vbi quod
7 contraria opinio † *Decij conſ. 240.* locum habet in donatione facta à patre quæ ab initio valida non fuit, non autem è conuerſo *Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 21. ſub num. 105. verſ. et ſi talis donatio Guidop. q. 247. num. Vinc. de Franch. dec. 59. num. 3.* vbi quod ſacrum Concilium reiecit opinionem Decij alijque relati *à Moder. Siculo de donat. contempl. matrim. tract. 1. diſc. 2. par. 8. numer. 28. à Modern. Neapol. controu. tom. 2. cap. 34. num. 29. & ſeqq.* idemque fuit deciſum in hoc ſacro Tribunali *coram Duran. deciſ. 84. num. 21. inter recent. dec. 9. n. 7. par. 7. relatis in Ariminen. Saluiani 19. Iunij 1643. §. alterum coram me.*

Facilius quia in donatione facta eſt mentio de filijs ponendo eos in conditione ſubſequẽtis ſubſtitutionis conceptæ ſi coniuges decederent ſine legitima prole. Vnde ſequitur, quod

8 quod per mortem Corradi † bona donata ad
Aleidem iuniorem, quam fuisse eius filiam
constat ex datis in *Summ.num.* 1. delata fuerint
saltem iure transmissionis tanquam ad hęredem
*Guidopap. & alij mox allegati quibus additur
Grat.discept.486.num.14.& seqq.Thes.iun. q. for.
lib.4.q.2.num.1.& seqq. à Ponte cons.25.n.6.lib.1.
Rot.in Auenionen. fideicomm.4.Febr.1647. §. non
obstat coram R.P.D. meo Verospio, & in Pisauren.
donationis 8.Febr. dicti anni §. sed etiam corã Eminentiss.D.Card.Ottbobono.*

Cumque dictæ Aleidæ iuniori superuixe-
9 rit Aleides senior mater, quæ propterea † ei
hæres extitit exclusa Catherina auia §. *si igitur
il primo, & ibi gloss.verb. proximi Auth. de hæred.
ab intest. venien. Authen.defuncto, & ibi gloss.verb.
gradus Cod. ad Tertull.Pen.dec.162.num.1.& 16.*
ac demum vltimo loco obierit Aleides mater
relicto Guglelmo filio suscepto ex secundo
matrimonio cum Gherardo, ipsi Guglel-
10 mo quo ad proprietatem, † & Gherardo patri
quo ad vsumfructum eadem bona quęsita
fuerunt iuxta textum *in l.1.Cod.bon.matern.
Rot.dec.527.num.10.par.4.tom.3.rec.*

Ad quos propterea Guglelmum, & Gherardum Coloniam, & alia bona, vt supra donata spectare meritò decisum hodie fuit prosequendo dubiũ alias sub die 31. Martij proximè præt. per me propositum in summarijssimo possessorio, super quo Domini mandarunt, quod videretur de bono iure etiam ad
effectum manutentionis, nihil obstante substitutione in eodem instrumento donationis
11 facta † Corrado si sine legitima prole decesserit, quia solum transuersales qualis non est
Catherina substituti fuerunt, & per obitum
Corradi cum filijs substitutio expirauit iuxta celebre *cons.Oldr.21.quod passim secuta est Rot.coram Card.Caualer.dec.481.num.2.dec.647.num.2. & in Romana de Rodianis 31.Martij 1638. §. secundus verò casus coram Reuerendiss. Domino meo Decano.*

Et ita decisum vna tãtum parte informante altera tamen citata per contradictas.

SENOGALLIEN. PENSIONIS.

Lunæ 5. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Pensio reseruata super Ecclesia Parochiali, cũ clausula *dummodò centum remaneant pro Rectore*, & cum decreto, quod *nisi titularis quamdiù viueret, & beneficium possederit pensionem verè, & realitèr persoluit reseruatio sit nulla &c.* vt sustineatur quænam sunt iustificanda, & ex quibus probatus remaneat valor narratus nec non pensionis solutio iustificetur?

SVMMARIVM.

1 *Reseruatio pensionis iustificatur ex litteris Apostolicis, quæ loco tituli habentur.*
2 *Litteræ Apostolicæ paratam habent executionem.*
3 *Valor narratus in reseruatione pensionis, ex quibus iustificatus remaneat? & nu.4. 5. & seqq.*
Scripturam producens fatetur omnia in ea contenta esse vera, num.4.
Iactare suum nemò præsumitur num.5.
6 *Valor non præsumitur diminutus de tempore reseruationis nouæ pensionis, dum constat de præcedenti solutione antiquæ pensionis spatio plurium annorum.*
Fructus beneficij potius aucti, quam diminuti præsumuntur, ibid.
7 *Probationes imperfectæ iungi debent.*
8 *Probatio plena resultat ex pluribus simul iunctis.*
9 *Narratiua valoris, quando plura concurrunt arguitur vera, & ad ita credendum Iudicis animum mouent, à cuius arbitrio id plurimum pendet.*
10 *Verisimilitudo plurimum operatur in materia probationis, & operatur; vt leuiores probationes admittantur.*
11 *Confessiones Resignantis ante resignationem emissæ nocent resignatario.*
12 *Solutio pensionis iustificatur ex publico Instrumẽto quietantiæ cum clausula* actualitèr, & *in* contanti.
13 *Solutionis simulatio non probatur per apocam priuatam, quando in contrarium concurrit publicũ instrumentum effectiuæ solutionis.*
14 *Resignans, an teneatur ad solutionem pensionis pesticipatæ?*
15 *Resignans non tenetur ad solutionem terminorum pensionis decursorum post dimissum beneficium.*
16 *In mora soluendi, ne quis dicatur sufficit posse dubitari, an soluere teneatur.*
17 *Sine mora non incurritur pœna nullitatis, & resolutionis pensionis.*
18 *In mora soluendi pensionem tempore resignationis, quo casu resignans non dicatur?*
19 *Resignans ante captam possessionem per Resignatarium adhuc beneficium resignatum detinet, quamuis litteræ resignationis sint expeditæ.*
Resignatio ad fauorem certæ personæ non abdicat Ius à Resignante, donec illud perfectè acquiratur resignatario, ibid.

DECISIO DLVI.

EXPIRATIS duabus pensionibus, altera ducatorum 40. ad fauorem Hilarij frumenti, altera ducatorum 100. ad fauorem Pamphilij Leonij, quibus grauatam de anno 1625. Marcellus Lazzarus Parochialem Ecclesiam Sanctæ Luciæ Montis Bodij à d. Pamphilio resignatam acceptauerat, consensit idem Marcellus de mense Februarij anni 1645. reseruationi alterius pensionis ducatorum 40. ad fauorem Alexandri Magini eius Nepotis, quam Papa reseruauit sub narratiua valoris Parochialis ducatorum 20. cum clausula *dummodò remaneant centum pro Rectore*, & cum solito decreto, *quod nisi Marcellus quãdiù viueret, & beneficium retineret pensionem verè, & realitèr persoluerit reseruatio nulla sit*, subsequentis verò mensis Decembris d. anni 1645 die 1. eamdem Parochialem cum reseruatione ad sui commodum similis pensionis ducatorum 63. resignauit ad fauorem Io: Pauli Palatij acceptantis, & consentientis.

Quo nuper renuente soluere pdnsionem reseruatam Magino fuit huic ab A.C. decre-

ta

ta manutentio in quasi possessione exigeñ, & causa ad me in gradu appellationis deuoluta decidendum hodie proposui. An pensio substineatur, respōsumq; est affirmatiuè.
1 Nàm pensionis reseruatio † auctoritate Apostolica patet ex litteris desuper expeditis, quę sunt loco tituli *Compostell. in cap. super litteris num. 19. de reseruat. Aegid. dec. 110. num. 9. Rot. decis. 20. sub num. 5. de concess. præben. in nou. Lotter. de*
2 *re benef. lib. 1. quæst. 2. num. 7.* ac habeat † executionem paratam *Gig. de pens. quæst. 85. numer. 2. Mohedan. decis. 13. vt lit. penden. Coccin. decis. 144. num. 3.*

Allegatus autem defectus probationis valoris Parochialis ibidem narrati, & integræ solutionis pensionis quousq; Marcellus beneficium possedit, tollitur quia respectu va-
3 loris concurrit primo, † quod ipse Palatius Aduersarius post decem menses à die reseruatæ huius pensionis, eiusque bene conscius consensit, vt supra reseruationi alterius pensionis ducatorum 63. fauore Marcelli, nec verè consensisset, nisi verus fuisset valor ducatorum 200. in reseruatione huius pensionis antea expressus, & ipse Papa alioquin non reseruasset secundam pensionem maioris summę, vt in his terminis ponderauit *Rot. penes Merlin. decis. 587. num. 3. & 4. & in Elboren. Pensionis 19. Nouembris 1614. §. habebant vers. & maiori pensione &c. coram bo. me. Pirouano.*

Secundò, quod eadem narratiua valoris
4 habetur † in Epistola per ipsum Marcellum conscripta, cuius veritatem agnouit Aduersarius eam, vt fecit pro duceñ *Surd. cons. 151. num. 16. Rot. dec. 123. num. 5. par. 1. rec. & in Bononien. fideicommissi de Bartholomeis 5. Iuly 1651. coram Eminentissimo D. Card. Otthobono, in Pisana damnorum, & interesse 10. Iuny 1652. coram R. P. D. meo Celso.*

Tertiò quia idem valor immò maior per
5 ascensum narratus † fuit Papæ de anno 1625. in litteris regnationis Parochialis ad fauorē Marcelli, & respectiuæ reseruationis pensionis ducatorum 100. vt supra expiratum per obitum Pamphilij, quodque dictæ litteræ plenarium sortitæ fuerunt effectum, & Marcellus tàm dictam pensionem ducator. 100. qàm aliam ducat. 40. ad fauorem frumenti continuò soluit, donec illi vixerunt per annos 19. completos ferè de tempore, quo pensio controuersa reseruata fuit. Inuerisimile namque est, quod soluisset nisi valor in maiori summa, tunc narratus verus fuisset cum alias soluere non teneretur, & nemo præsumatur iactare suum *l. cum de indebito ff. probat.* & in puncto *Rota decis. 261. nu. 6. penes Buratt. dec. 867. num. 5. penes Merlin. decis. 245. num. 6. coram san. mem. Greg. XV. dec. 213. nu. 23. par. 6. rec.* & stante solutione huiusmodi semper continuata valor narratus de anno 1625. non
6 præsumitur diminutus † vsque ad annum 1645. quo controuersa pensio reseruata fuit *Adden. ad Greg. XV. dec. 15. dec. 483. sub num. 8. vers. hac autem diminutio Seraphin. decis. 1393. num. 3. Rot. in recent. decis. 413. num. 1. par. 5.*

Quæ omnia simul iuncta, † prout iungi debent *Gabr. de probat. concl. 1. per tot. Dec. consil. 163. num. 7. Rimin. Iun. consil. 52. num. 121. Rota dec. 519. num. 7. par. 7. recent.* plenam probatio-
8 nem † constituunt *Bald. consil. 3. nu. 4. lib. 3. Rom. cons. 7. num. 3. Soccin. Iun. cons. 39. nu. 14. lib. 2. Ciriac. controu. 291. num. 21. Coccin. decis. 297. nu. 2 Rota dec. 336. num. 4. par. 2. recent.* Moueatque
9 ad credeñ veram † narratiuam valoris *Lotter. de re benef. lib. 3. quæst. 20. num. 91. cum alys allegatis per add. ad Buratt. dec. 538. sub num. 22. & in Casertana Pensionis 31. Martii 1645. coram me, in Placentina Beneficii 27. Maij 1647. coram Reuerendissimo Episcopo Terracinen.* signanter ob verisimilitudinem superius ponderatam, quæ multum inspicitur in materia proba-
10 tionis, † & facit quod admittantur leuiores probationes *Alex. cons. 239. num. 10. lib. 6. Aym. cons. 258. num. 19. Rot. in puncto d. decis. 245. num. 7 & 8. coram sa. me. Greg. XV.* quo magis cum
11 agatur contra resignatarium, † cui supra memoratæ agnitiones, & confessiones Marcelli resignantis ante resignationem emissæ nocent *Paris. de resignat. lib. 1. quæst. 16. num. 20. Rota decis. 390. num. 5. par. par. 2. recent. & in alys relatis ab add. ad Buratt. decis. 788. sub numer. 6. vers. & resignantis.*

Quo verò ad solutionem pensionis donec Marcellus beneficium obtinuit, ea satis ap-
12 paret ex publico Instrumento † quietantiæ cum clausula *actualiter, & incontanti, coram me Notario ex testibus infrascriptis habuit, & recepit* &c. quæ veram numerationem probat *Bart. in l. si ex cautione sub num. 3. versic. si verò Notorius Cod. non numer. pecun. & ibid. Salic. num. 28. Emanuel. Cost. limit. 19. sub num. 4. versic. hinc Bartolus Romanus in leg. prædia num. 4. infrà med. vers. aut Tabellio ff. acquir. possess. Caguol. in l. si libentius num. 78. ff. reg. iur. Buratt. decis. 156. n. 14. Rota in Asten. Coadiutoriæ 14. Februarij proximè præteriti coram R. P. D. meo Celso,* vt propterea gratis dicatur simulata solutio maximè, quia apoca priuata ad probandam simulationem adducta quomodo fuit extorta declaratur per aliam apocam, eiusque Marcelli in articulo mortis datam in Summario Additio-
13 nali Magini num. 1. Cui, † vel inhærendum est tamquam habenti concomitantiam publici Instrumenti, & exaratę contemplatione mortis, vel saltem per eam abrogatur fides apocæ contraria, quæ nec alias vrgeret, contra præcedens publicum Instrumentum effectiuæ solutionis *Roland. cons. 58. nu. 10. lib. 2. Rot. dec. 157. num. 9. & seqq. coram. san. mem. Greg. XV. decis. 75. nu. 5. & seqq. inter impress. post secundum vol. consil. Farin. dec. 93. num. 16. par. 4. tom. 2. recent.*

Non obstat, quod dicta solutio respiciat dumtaxat terminum maturatum in Natiuitate D. N. Iesu Christi anni 1645. nec de solutione antecedentis termini S. Io: Baptistę doceatur, & insuper solutio facta fuit sub die 26. Ianuarii 1645. postquam soluens sub die 1. Decembris proximè decursi beneficium resignauerat, nàm etsi pensio reseruata fuit die 6. Februarii anni 1645. Papa tamen forte ne solueretur ante aliquos fructus recolle-

ctos

ctos primum terminum assignauit soluendũ in dicto festo Natiuitatis anni 1645. Cumq; nullam mentionẽ fecerit de antecedenti termino S. Ioannis Baptistæ sumus extrà casum exaduerso allegatum *dec. 24. Seraphin.* in qua vtriusq; termini facta fuerat mentio, & prioritas termini Natiuitatis adducebatur solùm ex ordine litteræ; An autem Marcellus in
14 quo pensio sit posticipata † teneretur etiam ad subsequentem terminum S. Ioannis 1646 iuxtà tradita *in decis. 129. Caualer. nu. 1. & seqq.* est alterius indaginis liquidandæ cum pensionario, ac successore in beneficio, & interim habet pro se regulam, quod non tenetur
15 ad terminos † decursos post dimissum beneficium *Merlin. in puncto decreti, de quo agitur decis. 478. num. 3. & 4.* Satisque est de hoc potuis-
16 se dubitari, † ne Marcellus dicatur in mora soluendi *l. si seruum §. sequitur ff. verb. oblig. Bald in l. acceptorem in 6. oppos. C. vsum Alex. consil. 23. num. 11. lib. 7. Alba. cons. 132. num. 12. Surd. cons. 39 num. 13. cons. 97. num. 15. & decis. 260. num. 15. &*
17 *seqq.* sine qua † non incurritur pœna nullitatis, & resolutionis pensionis *Bart. in l. 3. n. 17 C. pignor. Salic. ibid. num. 28. Neguf. eod. tract. 4. part princip. num. 15. Surd. cons. 221. nu. 8. Rot. dec. 577. num. 1. in fin. par. 2. recent. decis. 617. nu. 1. penes Buratt. & in Romana, seù Veliterna Restitutionis in integrum 25. Iunij 1645. §. & coram me.*

Ex eadem ratione excusatur Marcellus, si terminum Natiuitatis soluit postquam beneficium resignauerat, quia scilicèt cum resignasset antequam d. termini solutio cederet, non debuit soluere nisi post resigna-
18 tionem, nec tempore resignationis † dicitur fuisse in mora soluendi *l. quod in diem ff. solut. Caualer. decis. 486. num. 4. Rot. dec. 374. nu. 18. par. 5 recent. & in d. Romana, seù Veliterna restitutionis in integrum 17. Decembris 1646. §. possunt coram me*, propter quod cum resignatio esset ad fauorem, & Resignatarius nondum cœpisset beneficij possessionem illa, aut saltèm detentio quamuis litteræ resignationis expeditæ
19 fuissent, † manebat adhuc pœnes resignantem, vt bene declarat *Flores de Mena var. quæst. lib. 1. quæst. 4. sub num. 3.* & dixit *Rota decis. 138. num. 6. apud Greg. XV. dec. 200. nu. 6. & seqq. apud Penia dec. 123. sub nu. 12. apud Merlin. & in Imolen. Beneficij 23. Iunij 1645. §. nam licet coram Eminentissimo Domino Cardinali Corrado, in Neapolitana Parochialis 15. Martij 1647. §. neque obstare corã Eminentiss. D. Card. Otthob. vbi allegantur concord.*

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

ROMANA, SEV IANVEN. CAMBII.

Veneris 16. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Cambium siue sit nouum, siuè continuatiuum præcedentium est permissum, quando constat de transmissione litterarum ad nundinas illarumque effectuatione, quæ probatur ex litteris redditus. Litteræ responsiuæ resultant ex illis verbis, *In risposta del vostro dispaccio*, quæ non congruunt *litteris d'Auuiso*. Cambij realitas consistit in litteris *dell'andata*, & litteræ redditus solùm respiciunt probationem, quod Capserius in nundinis recepit, & acceptauit litteras *dellandata*.

SVMMARIVM.

1 *Cambium nouum dicitur etiam recambium.*
2 *Cambiorum diuersitas resultat ex diuersitate summarum.*
3 *Cambium præcedentium continuatiuum est permissum iuxtà declarationem Congregationis à san. mem. Vrbano VIII. deputatæ, quia est in potestate debitoris sortem principalem restituere.*
4 *Cambium continuatiuum dicitur reale, quando cõstat de transmissione litterarum Cambij in singulis ferijs, & de illarumque effectuatione.*
5 *Litterarum transmissio in singulis ferijs probatur ex litteris redditus.*
6 *Litteræ originales* dell'andata *remanere solent penes Mercatorem cui diriguntur, & illarum præxistentia resultat in necessariùm antecedẽs ex litteris responsiuis.*
7 *Litteræ redditus sunt litteræ responsiuæ Mercatoris, ad quem litteræ* dell'andata *fuerunt directæ.*
8 *Litteræ non dicuntur* de auuiso, *si continent verba* in risposta del vostro spaccio, *sed censeri debent redditus.*
9 *Litterarum forma scribendi,* in risposta del vostro spaccio, *non congruit litteris* de auuiso, *sed litteris redditus, siue responsiuis.*
10 *Litterarum Cambij formulæ referuntur* à Scacc. de Camb. §. 1. quæst. 5. num. 78. & 79.
11 *Litteræ, siuè Epistolæ scripta ad extraneam personam in aliquo negocio interesse non habentem, tunc non probant pro tertio contra tertium.*
12 *Litteræ responsiuæ parum refert, quod sint directæ ad Mercatores, qui scripserunt litteras* dell'andata, *vel ad eum cuius nomine cambium fuit cõtractum, nàm persona Mercatorum censentur repræsentata in persona eius, cuius nomine cambiũ contrahitur.*
13 *Litteræ redditus intrinsecè non sunt de substantia cambij.*
14 *Cambii validitas consistit in litteris* dell'andata, *à legitimo Campsore verè, & non fictè transmissis ad locum nundinarum.*
15 *Litteræ reditus respiciunt probationem, quod Campserius in nundinis recepit, acceptauit, ac adimplenit litteras* dell'andata, *& satis est quod huiusmodi probent contra debitorem, quia probatio non est coarctata ad vnum, vel alterum genus probationis, & nu. 16.*
17 *Litterarum copiis registratis in libro Mercatoris fides adhibenda est.*
18 *Probationum certum genus, si à lege, vel statuto sit in certis casibus præscriptum, concurrentibus adminiculis; etiam aliud genus admittitur.*
19 *Probationes pro iustificatione, & realitate cambij resultat ex litteris reditus, nechon ex partitis extractis ex scartafaccio singularum feriarum, quod completa feria probat.*
20 *Item ex partitarum multiplicitate, etiamsi non verse-*

versantur in antiquis attenta præsertim punctuali illarum distinctione in singulas ferias cum annotatione temporum, & subordinata adnotatione & num. 21.

22 *Litteræ* dell'andata, *quando sunt adminiculatæ etiam absque recognitione plenè probant, vel saltim vehementem præsumptionem veritatis faciunt.*

23 *Subscriptio sola attenditur, nõ attento quod in corpore scriptura diuersa manu sit exarata.*

24 *In materia etiam de vsuris suspecta statur confessionibus geminatis, & adminiculatis debitoris.*

25 *Inter Mercatores bonæ famæ, & æstimationis non Iuris rigor, sed bona fides spectanda est.*

26 *Recambia passim admittuntur, & illorum interesse vertitur in capitale, & cambium licitum dummodò currant dispaccia.*

DECISIO DLVII.

TRIBVS decisionibus editis *sub die 27. Nouembris* 1651. *die* 18. *Martij*, & 26. *Iunij* 1652. *coram me*, firmantibus exequendũ esse mandatum pro scutis 5448. auri Marcarum ad instantiam Balbi contra Sirios relaxatum, quarta hodie dd. confirmatoria accessit ex rationibus ibi deductis.

Semper enim vrget dilegma, quod aut
1 cambium de quo agitur est nouum † quale etiam dicitur recambium *Scacc. de camb. §.1. quæst.4.num.38. Rot.dec.353.nom.3 par.4. tom.2. recent.* & sufficit Balbo, qui litteras cambij sibi à Fisco è Ciuitate Mediolani directas soluit de ordine Sirorum docere, prout docuit de solutione, vt à Sirijs pecuniam solutam possit repetere, reiectis ab hoc iudicio executiuo exaduerso deductis ad excludendum, quod cambium non sit nouum, & independens, cum saltèm altiorem indaginem requirat; ponderando præsertim quod hæc summa scutor. 5448. nullatenus correspondet cambijs in sorte principali scut. 30. mil. de anno 1640. inter has partes contractis à quibus illa exaduerso dicitur deriuare,
2 quod † diuersitatem vtriusque partitæ demonstrat, vt notant *DD. in l. quinquaginta ff. probat. Surd.consil.80.num.14. Menoch. de arbitr. cas.432.n.18.*

Aut cambium est præcedentiũ continua-
3 tiuum, & cum semper fuerit in potestate debitoris illorum sortem principalem restituere, vt necesse esse in cambiis continuatis declarauit *Sacra Congregatio à fel.record. Vrbano VIII.* deputata, & relata *à Moder.Iannen.de Cambiis disput.3.quæst.1.prolegomena sub num.13.* doceaturque à d. anno 1640. vsque ad 1649 quo emanarunt litteræ cambij, de quibus agitur fuisse in singulis ferijs transmissas lit-
4 teras cambii, & effectuatas, † adhuc debetur, & reale est *Cagnol.in l.vnica sub num.46. versic. tertio quia Cod.senten.quæ pro eo Lup.de vsur.cap.3.§.2.num.23. Belion.dec.Iannen.27.num.11. Rota in Romana, seu Florentina Cambiorum 12. Ianuarii 1615. coram bo. me. Archiepiscopo Seleucien.*

Et quod attinet ad transmissiones prædictarum litterarum in singulis ferijs, satis illa
5 dicitur probata † ex litteris reditus per ipsosmet Siros productis *Duran.dec.32.num.21. Buratt.decis.303.nu.1. Rot.inter recent.decis.504.sub num.2.par.4.cum alijs alleg. in postrema decisione huius causæ.§.penult.* quia nimirum litteræ ori-
6 ginales, † quas vocant *d'andata* remanere solent penes Mercatorem cui diriguntur, & illarum præexistentia in necessarium antecedens resultat ex litteris responsiuis quales dicuntur litteræ redditus *Rota decis.274. num.6. par.5. recent.*

Gratisque dicitur litteras à Balbo missas ad Siros. & exaduerso productas esse *d'auuiso*
7 nec censeri posse reditus † cum non fuerint directæ ad Fiscum Mediolani, & Cilbertum Neapolis commorantes, qui litteras *d'andata* scripserant ad Balbum. Nàm prima pars obiecti tollitur ex lectura dictarum litterarum Balbi, ibi, *in risposta del vostro spac-*
8 *cio &c.* † quæ forma scribendi non congruit litteris *d'auuiso*, sed litteris reditus, siue res-
9 ponsiuis † idem importantibus, vt benè colligitur ex vtriusque speciei litterarum for-
10 mulis † relatis *à Scacc.de camb.§.1.qu.5.nu.78 & 79.*

Secunda pars vrgeret, si litteræ scriptæ fuis-
11 sent ad extraneam personam † in hoc negocio interesse non habentem, quia tunc non probarent pro tertio contra tertium *l.epistola in princ.ff.pact. Bald.in l.non epistolis num.5. Cod. probat. Rip.in l.admonendi numer.140.ff.iureiuran. Menoch.de arbitr.cas.94.num.22. Rot.dec.717.n.6 par.2. recent.* At in casu nostro, quo litteræ scriptæ sunt ad ipsos Siros contra quos agitur, & ab ipsis productæ, & quod plus est illi præcedentèr scripserant ad Balbum, ac vt constat ex litteris *d'andata*, ibi, *e ponete in conto de Signori Gio: Battista, & Alessandro Siri*, (nec exaduerso controuertitur) negocium horum cambiorum contra illos principalitèr currebat, & de illorum ordine Balbus litteras cambii soluebat nihil interest, an litte-
12 ræ responsiuæ † directæ ad Mercatores, qui scripserunt litteras *d'andata*, vel ad Siros; tùm quia Mercatorum Mediolani, & Neapolis scribentium personæ censentur representatę in personis Siriorum, quorum nomine, & in quorum debitum cambia contrahebantur *ad text.in l.tres tutores §.non solum l.ita autem §.gessisse ff.administr.tutor.l.solutam ff. solut. Larr. dec.Granaten.45.sub num.19. Rot.dec.355.sub n.4 par.1. recent. & in Romana Pecuniaria 15. Iunij 1643. §.1.coram me.*

Tùm etiam quia, cum litteræ reditus non
13 sint † intrinsecè de substantia cambii, quippè cuius realitas consistit in litteris *d'andata*
14 à legitimo † Campsore verè, & non fictè transmissis ad locum nundinarum, earumq; sincera, ac reali effectuatione *iuxtà superius alleg.decis.in Romana, seu Florentina Cambiorum coram D. Archiepiscopo Seleuciensi*, litteræ verò
15 verò reditus † respiciant potiùs probationem, quod Campsorius in nundinis receperit, acceptauerit, & adimpleuerit litteras *d'andata*, satis est quod eiusmodi sint, vt probent contra debitorem reum conuentum, quia

p.o-

16 probatio † non est coartata ad vnum, vel alterum genus probationis *l. quoniam in fina-lib. verbis, ibique gloss. verb. angustetur C. haeret. l. curent ff. test. lib. l. ne quid §. de ijs ff. incend. ruin. & naufr. Salon. de Pace cons. 19. nu. 28. Surd. dec. 153. num. 25.* Vnde etiam copijs litterarum regi-
17 stratis in libro † Mercatoris fidem præbuit, *Rota in supracitata Romana, seu Florentina Cambiorum §. non obstat coram bo. me. Seleucien.*

Eo magis concurrentibus adminiculis,
18 quæ † efficiunt, vt etiam in casibus habentibus à lege, vel statuto præscriptum certum genus probationum aliud genus admittatur *Bald. cons. 279. sub num. 1. Ciriac. contr. 252. nu. 13 Rot. in Bononien. Hæreditatis 24. Martij 1651. coram me.* Resultant autem ex productione dictarum litterarum reditus per Siros facta,
19 ex computis † cuiuslibet feriæ per Siros paritèr productis congruentibus adamussim singulis d. litteris ex similibus partitis extractis à scartafascio, & bilancio singularum feriarum, quod completa feria probat firmāt *primæ decisiones huius causæ*; Item ex multipli-
20 citate dictarum partitarum, † etiam si non versemur in antiquis *Socc. sen. consil. 187. nu. 16 vers. confirmatur lib. 2. Rot. decis. 472. num. 7. par. 1. recent.* attenta præsertim punctuali earum
21 distinctione † in singulas ferias cum annotatione temporum, & subordinata continuatione, quia in proximis terminis magni fecit *Rota dec. 280. n. 7. par. 6. rec.*

Fueruntque ex abbundanti nuper produ-
22 ctæ litteræ *de andata*, quæ † etiam absque recognitione, vbi tot adminiculis veritas elucescit, aut plenè probant, aut saltèm vehementem veritatis præsumptionem faciunt, *l. instrumenta domestica C. probat. Bald. consil. 204. num. 7. lib. 1. Rot. dec. 198. num. 6. dec. 310. num. 3. par. 1. recent.* Nihil obstante, quod omnes tàm exaratè Mediolani, quàm Neapolis asserantur scriptæ in corpore eadem manu; nam præter quod id non probatur, satis est diuersa manu, prout diuersi erāt Mercatores Me-
23 diolani, & Neapolis fuisse subscriptas, † quia subscriptio sola suffragatur *Alex. cons. 147. n. 3 vers. ad hoc ostendendum, & num. seqq. lib. 2. Castr. cons. 216. num. 3. lib. 1. Peregr. cons. 108. nu. 1. lib. 5. Seraph. dec. 973. num. 1. & seqq. Mantic. decis. 321. n. 4. Buratt. dec. 419. n. 8.*

Ex supra deductis apparet quoque probata effectuatio litterarum, itaut non versemur in casu simplicis confessionis, quæ in similibus materijs non attenditur, sed probationis per scripturas fidem facientes, ac tot adminiculis suffultas, quibus concurrentibus etiā
24 in materia de vsuris suspecta † stari confessionibus, & maximè geminatis, ac iudicialibus, dixit *Rot. in Baren. Saluiani 24. Martii proximè præteriti coram me*, & inter Mercatores
25 bonæ † famæ, & extimationis non iuris rigor, sed bona fides spectanda est, vt in his terminis decisum fuit *in supracitata Romana, seu Florentina Cambiorum §. fin. coram bon. mem. Seleuciensi.*

Non obstat, quod cambium hoc deriuet ab interesse aliorum cambiorum, quia non probatur, & passim admittuntur recambia,
26 ac interesse † illorum vertitur in capitale, & cambium licitum dummodò, vt in casu nostro currant dispiaccia, & alia de quibus supra *Scacc. de camb. §. 7. gloss. 2. sub num. 50. vbi allegant concord.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

FIRMANA BENEFICII.

Veneris 23. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Lis super hæreditate, cui Iuspatronatus inheret non efficit Iuspatronatus litigiosum, & multo minus quando lis non est super tota hæreditate, sed super aliqua eius parte.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*

2 *Habilitas prouisi probatur ex sententia executoris, cuius conscientiæ illius iustificatio commissa fuit.*

3 *Iurispatronatus existentia probatur ex Instrumento dotationis iunctis præsentationibus, & ex confessione aduersarij in litteris suæ prouisionis quandò non est quæstio super libertate beneficij.*

4 *Pertinentia Iurispatronatus probatur ex præsentationibus habitis ab existente in possessione præsentandi, etiamsi non probetur descendentia à primo fundatore.*

5 *Valor beneficij probatur ex simili expressione facta per aduersarium in litteris suæ prouisionis.*

6 *Valor probatur ex depositione Testium.*

7 *Valor obtentorum vt iustificetur sufficit qualis qualis probatio,*

8 *Vacatio beneficij probatur ex narratiua aduersarij venientis ex eadem vacatione.*

9 *Clausula* siue præmisso siue alio quouis modo seu per liberam resignationem *operatur, vt Papa etiam per resignationem conferre voluerit.*

10 *Vacatio dicitur consumpta per prouisionem, & possessionem habitam ab executore, Declara num. 12.*

11 *Clausula* dummodo non sit alteri Ius quæsitum est *præseruatiua Iuris tertij.*

12 *Vacatio non dicitur consumpta per prouisionem nullam & subreptitiam quamuis prouisus beneficij possessionem cœperit.*

13 *In litteris Apostolicis non est facienda mentio gratiæ alterius nullæ & subreptitiæ, vel saltem censetur de ea facta mentio per clausulas generales in litteris appositas, & num. 14.*

15 *Clausula* Dummodo non sit alteri Ius quæsitum non præseruat, *nisi Ius validum.*

16 *Gratia obreptitia est ipso Iure nulla.*
Obreptio gratiam ipso Iure nullam reddit. ibid.

17 *Lis super Iurepatronatus, & præsentandi narrata in litteris est ab impetrante iustificanda.*

18 *Præsertim quia Papa non existente lite non censetur Iuripatronatui derogare.*

19 *Nec*

19 *Nec sufficit impetrantem iustificare litem super hereditate, cui Iuspatronatus inhæret, quia Papa sub narratiua litis super Iurepatronatus non censetur intellexisse de lite super hereditate cui illud est annexum.*

20 *Iuspatronatus quando est litigiosum, Papa illi derogando nemini infert præiudicium.*

21 *Lis super hereditate cui est annexum Iuspatronatus illud litigiosum non efficit.*

22 *Lite pendente super hereditate cui Iuspatronatus inhæret potest nihilominus patronus hac lite non obstante præsentare, quamuis per prius in possessione præsentandi non existeret.*

23 *Patronus præsentare nequit quando lis est super Iurepatronatu, vel præsentandi.*

24 *Pro restitutione in integrum obtinenda aduersus lapsum temporis ad adeundam hereditatem non competit actio, sed solum imploratur officium Iudicis.*

25 *Lis super hereditate introducta per viam restitutionis in integrum ob lapsum temporis ad adeundam non efficit Iuspatronatus illi inhærens litigiosum.*

26 *Præsertim quando lis non est super tota hereditate, sed solum super aliqua illius parte, & num. 28.*

27 *Litigiosum solum fit quod actor petendo, aut replicando in litem deduxit, non autem quod in sola exceptione rei Conuenti continetur, nisi actor illud negauerit vel impugnauerit.*

29 *Gratia redditur subreptitia si fuit narrata lis super patronatu, qua non existit, quia si Papa sciuisset non derogasset Iurispatronatus in totum.*

30 *Papa quando beneficium Iurispatronatus non vacat in Curia, ei derogare non solet nisi ad summum pro duobus tertijs partibus.*

31 *Papa in dubio non censetur velle præiudicare patronis laicis.*

32 *Derogationes strictè sunt interpetrandæ.*

33 *Prouisus Apostolicus habens parem titulum est legitimus contradictor ad impedien. executionem litterarum Apostolicarum aduersus alium prouisum Apostolicum.*

34 *Limita non procedere quando titulus contradictoris est euidenter nullus.*

DECISIO DLVIII.

DECIO Acciarino præsentato à Bartholomæo iuniore de Guarnerijs ac Thoma Acciarino, ad simplex beneficium sub inuocatione Sanctæ Mariæ Boni Iesus ex persona Francisci Panici vacans, & habenti litteras Apostolicas pro præsentato, idem beneficium adiudicandum esse Rota censuit in gradu appellationis interpositæ à sententia Ordinarij Firmani dictarum litterarum executoris qua pronunciatum fuerat eas esse exequendas, ac Decium in possessionem immittendum amoto Reuerendissimo D. Amico Panico Episcopo Recanatensi dicti beneficij possessore.

Cuncta enim in præfatis litteris narrata Decius iustificauit suum videlicet Clerica-
1 tum † ex litteris patentibus sui Ordinarij, quæ satis probant *Merlin. dec. 473. nu. 5.* suam
2 habilitatem † ex dicta sententia executoris cuius cõscientiæ illius iustificatio commissa fuit, vt in his terminis respondit, *Rot. in Aquilana Iurispatronatus 12. Iunij 1651. §. penult. coram R. P. D. meo Meltio.*

3 Existentiam Iurispatronatus † tum ex instrumento dotationis dato in *Summ. num. 9.* tum ex pluribus præsentationibus; tum ex confessione Domini Episcopi aduersarij in litteris suæ prouisionis, quæ contra ipsum dum non est quæstio super libertate beneficij plenam probationem facit *Garz. de benefic. par. 12. num. 276. Mant. decis. 318. num. 1. & seq. Mart. And. dec. 5. sub num. 3. & 4. add. ad san. mem. Gregor. XV dec. 462. num. 22. Rot. in Aquilana Iurispatronatus 24. Ianuarij 1646. coram Eminentiss. D. Card. Corrado.*

4 Pertinentia Iurispatronatus † ad dictos Bartolomeum, & Thomam, qui Decium præsentarunt probatur quia ambo habent causam à Guarnerio, & Iacobo filijs Bartolomei senioris existentis dum vixit in quasi possessione præsentandi ex datis in Summ. Decij num. 11. quod sufficit etiam etiamsi non probetur descendentia à Fundatore *Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 11. nu. 118. & seqq. Rot. decis. 349. num. 1. & ibi add. num. 6. coram san. mem. Greg. XV. dec. 274. num. 8. par. 2. recent. & in Gerunden. Beneficij 11. Martij 1648. coram R. P. D. meo Celso.*

Valor huius beneficij narratus in ducat. 45 per non excessum remanet sufficienter pro-
5 batus † ex simili expressione facta per partem aduersam in litteris suæ prouisionis, vt dixit *Rot. in Hidruntina Canonicatus 25. Iunij 1649. coram Eminentissimo Domino Cardinali Otthobono;*
6 nec non ex testibus † datis in Summ. nu. 16. qui etiam deponunt de valore obtentorum
7 ad quem iustificandum † sufficit qualis qualis probatio *Greg. XV. dec. 78. num. 4. cum alijs allegatis in Placentina Beneficij 11. Decembris 1647 coram bo. me. Arguelles.*

Vacatio beneficij ex persona Francisci Panici vltimi possessoris negari non potest ab
8 Aduersario † ex eadem persona vacationem desumente in litteris suæ prouisionis; & quamuis ibi narrauerit vacationem per liberam ressignationem factam à d. Francisco in litteris verò Decij narrata fuerit vacatio per matrimonium à Francisco contractum, Pontifex tamen non se restrinxit ad dictam vacationem per matrimonium, sed nominatim conferre voluit quamuis vacaret per liberam ressignationem, vt legitur, ibi, *siue præmisso, siue alio quouis modo, seù per liberam ressignationem vacet* Summ. Decij num. 2. in fin.
9 quæ verba † apertissimam Pontificis voluntatem conferendi etiam per ressignationem demonstrant, vt notant *Doct. in cap. susceptum de rescr. in 6. Felin. in cap. in nostra sub nu. 37. vers. fallit 5. eod. tit. Paris. de ressign. lib. 8. qu. 7. nu. 143. Lotther. de re benef. lib. 3. qu. 8. num. 61. Rot. in Meleuitana Beneficij 25. Iunij 1649. §. nec obstat coram me.*

Non obstat, quod vacatio per ressignationem esset consumpta mediãte anteriori pro-

num.5.Rot.decis.726. in fin.par.2.recent. & in Illerden.Decimarum 23.Iunij 1631. §.si verò coram bon.mem. Pirouano.

Cum igitur propter litem super hæreditate Iacobi solum quarta pars Iurispatrona-
28 tus† afficeretur inconuincibilis est subreptio,
29 quia si Papa hoc sciuisset † non derogasset Iuripatronatus in totũ vt in fortioribus terminis *Cassad.decis.3. sub numer.2. vt lit.pendente*
30 cum patronatibus meræ laicalibus† quale est hoc quando beneficium non vacat in curia derogare non soleat nisi ad summum pro duabus tertijs partibus *Paris.de resign.lib.2.q.4. nu.35.Moder.Pisan.de Iurpatr.lib.14.cap.2.nu.18.* ex causis vrgentissimis enumeratis à *Paris. de resign. quæst. 4. num.46. & seqq. à Modern.Pisan. dicto cap.2. num.8. & seqq.* nec in dubio cense-
31 tur† velle præiudicare patronis laicis *Cassad. decis.6.num.3.de Iurepatr.aliique relati à Modern. Carpens.controu.Forens.cap.216.num.48.Rot.decis. 427. num. 1. par. 1. recent.* suntque derogatio-
32 nes † strictè interpetrandę *Ceph.cõs.186.n.67. Rot.decis.347.nu.8.par.4.tom.2. recent. & in term. resign.Paris.de resign.lib.2. quæst.4.num.42.*

Non obstat quod Dominus Episcopus vti habens prouisionem Apostolicam, & sic pa-
33 rem titulum † sit legitimus contradictor ad impediendam executionem litterarum Apostolicarum ad fauorem Decij, quia hoc non
34 procedere quando titulus† est nullus fuit decisum in pluribus causis relatis in *Compostellana Parrochialis prima Iulii 1648. coram. Eminentissimo D. Cardinali Otthobono.*

Et ità decisum vtraquè parte informante.

VRBINATEN. PRAEDII.

Lun.26.Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario particulari non est deneganda immissio sub prætextu quod res subiecta fideicommisso fuerit alienata pro soluendo ære alieno Testatoris, & pro legitima, & Trebellianica hæredis grauati, si titulus venditionis detegitur ipso Iure nullus, quodque emanauerit, ex falsa causa.

SVMMARIVM.

1 *Immissio deneganda non est fideicommissario particulari ex remedio vtilis Saluiani concurrentibus solitis requisitis.*

2 *Identitas rei fideicommissariæ probatur ex assertione Testatoris in eius Testamento, quæ contra grauatum, & habentem ab eo causam plenè probat.*

3 *Item probatur ex confessione emptoris rei fideicommissariæ in Instrumento venditionis ei facta à Grauato, quæ impugnari nequit.*

4 *Fideicommissum particulare non dicitur expirasse per consensum præstitum à Principe alienationi rei fideicommissariæ, cuius seruitio dicta res à Testatore erat supposita, quia potest Princeps remittere onus seruitij super re impositã, sed non fideicommissum in præiudicium fideicommissarij.*

5 *Emptor rei fideicommissariæ pro soluendo ære alieno Testatoris ac etiam pro legitima, & Tribellianica hæredis grauati est legitimus contradictor ad impedien. immissionem fideicommissario, ità ut contra eum ordinarie, non autem Iudicio Summario procedi debet.*

6 *Fallit quando titulus emptoris detegitur incontinenti nullus.*

7 *Titulus venditionis rei fideicommissariæ est nullus quando concurrit expressa prohibitio alienationis.*

8 *Tribellianica prohiberi potest à Testatore.*

9 *Tribellianica potest prohiberi filijs primi gradus.*

10 *Tribellianica non detrahitur ex fideicommisso particulari, sed vniuersali.*

11 *Legittima non detrahitur ex fideicommisso particulari stantibus alijs bonis ad heredem titulo vniuersali delatis, & num.13.*

12 *Existentia aliorum Bonorum probatur ex Instrumento diuisionis inter hæredes.*

13 *Legata, & fideicommissa particularia integre præstanda sunt à grauato non obstante exceptione detractionis legitimæ, quæ ob non confectum inuentarium ex alijs bonis detracta præsumitur.*

14 *Hæres grauatus si non confecit inuentarium non potest sub prætextu æris alieni Testatoris recusare solutionem fideicommissi particularis, sed illud integre præstare tenetur de proprio, etiamsi vires hæreditariæ non suppetant.*

15 *Aes alienum fideicommittentis non probatur ex assertione contrahentium in præiudicium fideicommissarij.*

16 *Hæres grauatus quemadmodum alienando contra probibitionem Testatoris præiudicare non potest fideicommissario ità nec cõfitendo id, ex quo alienatio valida reddatur.*

17 *Res fideicommisso particulari subiecta alienari nequit sub prætextu æris alieni Testatoris, nam vel alia bona non existunt ex quo fuerunt distracta, & ex illis solutum præsumitur, vel solui debuit, vel existunt tempore alienationis, & ex illis soluendum est.*

18 *Consensus à minore præstitus alienationi, si emanauit ex falsa causa non tenet etiamsi causa partim esset vera, & partim falsa.*

19 *Amplia etiamsi Decretum Iudicis ac aliæ solemnitates interuenerint.*

20 *Filius ob reuerentiam erga patrem ei non præsumitur contradicere.*

21 *Insinuatio non præsumitur, nisi ex cursu 30. annorum ex dispositione statuti Vrbini.*

22 *Statutum Vrbini præsumit obligationem minoris dolo extortam.*

23 *Statutum præfatum locum habet etiam in contractu iurato.*

24 *Statutum laicale, quamuis de contractu iurato disponere non valeat directè potest indirectè præsumendo dolum, & adimendo fidem Instrumento, ac si de Iuramento non constaret, nisi aliunde probetur.*

25 *Iuramentum non obstat ad effectum agendi, & excipiendi, si ab eo fuit obtenta absolutio.*

26 *Obligatio mulieris in statu Vrbini sine licentia Ducis non tenet.*

27 *Licentia Principis redditur subreptitia, si non fuerunt expressa, quæ à concessione ipsũ retraxissent.*

28 *Licentia non se extendit vltra exposita.*

DECISIO DLIX.

ALIAS sub die 3. Iunii 1650. Rota cen-
suit super prædio nuncupato della fo-
glia fuisse à Comite Cęsare de Odasijs con-
stitutum fideicommissum particulare, & ad
illud vocatum esse Comitem Iulium Cęsa-
rem filium Petri Antonij alterius ex filijs,&
hæredibus Testatoris ex rationibus adductis
in decisione tunc ædita. Hodie resolutum
vlterius fuit eidem Comiti Iulio Cæsari in
possessionem dicti prædij dandam esse im-
1 missionem † quæ docto de fideicommisso
eiusque purificatione ac bonorum identitate
competit etiam fideicommissario particula-
ri ex remedio saltem vtilis Saluiani interdi-
cti *Gabr.cons.44.num.2.lib.2.Surd.decis.76.n.4.
& seqq. Buratt.decis.275.num.11.Rot.decis.4.n.2.
par.5.recent. decis.44.numer.1.par.7.& in Fanen.
Bonorum 19.Iunij 1648.§. si quidem coram bo.me.
Arguelles.*

Identitas nimirum dicti prædij quod sci-
licet fuerit possessum à Comite Cæsare fi-
2 deicommittente † benè probatur tùm ex as-
sertione fideicommittentis in testamento,&
Codicillis emissa, quæ probat contra hære-
des, & aduersarium habentem ab eis causam
*Peregr.de fideic.art.44.num.20.Caualer.decis.521.
num.2.Rot.inter.recent.decis.312.num.2. par.7. &
in Bononien. fideicommissi de Amorinis 21. Iunij
1649. coram R. P. D. meo Meltio*; tùm ex con-
fessione ipsius Comitis Brancaleonis aduer-
3 sarij in Instrumento venditionis† huius præ-
dij ei factæ à dictis hæredibus, quod impu-
gnare non potest, vt *alijs allegatis fuit in his ter-
minis decisum in Rauennaten. Bonorum 1. Febru-
rij 1647. §. quo verò coram Eminentissimo D.Car-
dinali Corrado.*

Gratisque dicitur fideicommissum parti-
4 culare expirasse † vel per consensum dictæ
venditioni pręstitum tàm à clar.mem.Duce
Vrbini,cuius seruitio testator idem prædium
destinauerat, quàm ab eodem Comite Iulio
Cæsare nunc actore, quia ille remittere qui-
dem potuit onus seruitij super hoc prædio à
Testatore impositi, sed non fideicommissũ
in præiudicium Comitis Iulij Cæsaris ad il-
lud vocati *Dec.cons.390.num.2.vers. & non po-
test Menoch.cons.893.numer. 19. & seq. Bertazzol.
cons.Ciuil.73.numer.16. Ceph.cons.29.numer.47.*
consensus verò ipsius Iulij Cæsaris ob falsi-
tatem Causæ,& defectum insinuationis quia
minor erat requisitæ non nocet vt infra de-
mostrabitur.

Non obstat quod Comes Brancaleo ex ti-
tulo dictæ venditionis factæ pro soluendo
ære alieno fideicommittentis ac legittima,
& Trebellianica debita hæredibus grauatis
simulque venditoribus sit legittimus con-
5 tradictor † ad impediendam immissionem
fideicommissarij itaut iudicio ordinario nõ
autem Summario immissionis procedere
debeat *Menoch.de adipiscenda remed.4.num.610.*
6 quia hoc locum non habet † quando titulus
possessoris detegitur in continenti nullus *Ro-
land.cons.48.num.12.lib.1.Seraph.decis.256.n.1.&
Duran.dec.430.num.11. cum alijs allegatis in Ro-
mana Domus 4.Maij.1648.§. quia obiectum coram
me.* Nullus autem est titulus dictæ venditio-
7 nis † id efficiente expressa prohibitione alie-
nationis in testamento contenta *Seraph. decis.
785.num.6.Caualer.decis.81.num.6.dec.108. n.1,
& 3.Rot.in Bononien.fideicommissi 28.Iuny 1651.
§.fin.coram R.P.D.meo Celso.*

Prætextus verò Trebellianicæ, legitimę,
vel æris alieni non subsistit; nàm Trebellia-
8 nica fuit à Testatore prohibita, † vt potuit
9 etiam † filijs primi gradus *Molin. de primogen.
lib.1.cap.17.num.12.vers. contrarium add. ad san.
mem.Gregor.XV.dec.421.nu.16.Rot. in Bononien.
fideicommissi 28. Iunij 1651. coram R. P. D. meo
Celso, & in Romana fideicommissi 14. Iunij 1652.
10 coram R.P.D. meo Zarate*, nec detrhaitur† ex
fideicommisso particulari sed de vniuersali
*l.mulier §.fin. l.ità tamen §.Trebellianum l.cogi §.
& generaliter ff.ad Trebell.Duran.dec.39. num.4.
Rot.in recent.dec.171.num.12.par.6.*
11 Legitima detrhai non potest † super isto
prædio subiecto particulari fideicommisso
dùm alia bona existebant ad eosdem hęredes
titulo vniuersali delata *Gabr.cons.123. num.6.
lib.2.Bellon.Iun.cons.47 num.55. Hond. cons.66.
num.11.& 12.lib.2.Menoch.cons.401.numer.138.
Rot.dec.47.num.4.& seqq.par.5. recent. & in alys
relatis in Romana fideicommissi de Zucchariis 14.
Nouembris 1639. §.neque pariter coram Reueren-
dissimo D.meo Decano in Bononien.fideicommissi 5.
Decembris 1650. coram R. P. D. meo Celso*, &
12 existentia aliorum bonorum†ex instrumen-
to diuisionis secutæ inter filios hæredes gra-
uatos, iuncta apoca ibi inserta ea bona hæ-
reditaria esse declarante satis probatur *Alex.
cons.152.num.1.lib.7.Fusar.cons.107.num.3. Pe-
regr.de fideicom.art.44. num.5. Seraph. decis.553.
num.1.Rot.decis.417.numer.5. par.4.tom.2.recent.
Rot.in Bononien.fideicommissi de Amorinis 18.Maij
1648. §. bona autem coram R.P.D. meo Meltio.*
Maximè contra aduersarium habentem
causam ab hæredibus grauatis qui nullum
fecerunt inuentarium,& proinde pręsumun-
13 tur legitimam detraxisse † ex alijs bonis ac
præstare integre debent legata, & fideicom-
missa particularia *l.fin. §.si verò post quam Cod.
Iur.deliber.§.si verò non fecerit Aut.de hæred. &
falc.& magis in terminis Bart.in l.pater filium 36.
num.2.ff.leg.3.Natt.cons.199.nu.6. & seqq. Crap.
cons.78.nu.16.Peregr.cons.64.nu.27. lib.3. aliique
plures quos secuta est Rot.in Bononien.fideicommissi
seu Domus 30. Aprilis 1646. §. hoc posito,& 10.
Decembris eiusdem anni §. ex bonis coram me 3 &
in Rauennaten. Bonorum 11. Februarii 1647. §.
quia etiam coram Eminentissimo D. Cardinali Cor-
rado.*
Eadem responsione euacuatur prætextus
solutionis ęris alieni fideicommittentis;nam
14 cessante beneficio Inuentarij † præstandum
est ab hærede grauato integrum fideicom-
missum particulare etiam de proprio licet
vires hęreditariæ nõ suppetant vt distinguen-
do inter fideicommissum vniuersale, &
particulare *tradit Peregr. de fideic.art.40.nu. 29.
in fin. Fusar.de subst.quæst.541.num.22.vers. limi-*
satur

tatur 7. Gabr. consf. 118. num. 7. & 8. lib. 1. Rot. in
dictis Bononien. fideicommissi seu Domus §. penult.
& fin. coram me, & in dicta Rauennaten. Bonorum
§. penult. coram D. Cardinali Corrado vbi alleg.
concord. Et prætereà æs alienum fideicom-
mittentis exceptis tribus censibus scut. 1450.
15 in sorte non probatur † nisi ex asserrione
contrahentium, quæ attendenda non est in
præiudicium Comitis Iulij Cæsaris ad fidei-
commissum ex propria persona vocati; quia
16 sicuti hæredes grauati ei nocere nõ possunt †
alienando contra prohibitionem testatoris;
ità nec confitendo id per quod alienatio va-
lida redderetur. *Bart. in l. si forte num. 4. ff. Castr.*
pecul. Surd. consf. 186. num. 5. & 6. Rot. dec. 52. nu. 5.
par. 1. dec. 541. num. 11. par. 5. dec. 83. numer. 51. &
seq. par. 7. recent. & fuit dictum in dicta Romana fi-
deicommissi §. quo ad creditum coram R. P. D. meo
Zarate.

Cumque vltra dd. tres census hęredes gra-
uati non asseruerint æs alienũ pro quo ven-
debant prouenire immediate à testatore sed
à se fuisse contractum pro soluendo ære alie-
no Testatoris, eo minus vendere potuerunt
hoc prædium particulari fideicommisso su-
17 biectum; † nam aut alia bona Testatoris vt
supra existentia prius distraxerant, & ex eo-
rum prætio æs alienum Testatoris soluisse
præsumuntur vel soluere debuerunt; aut di-
cta bona nõ distraxerant tempore dictæ ven-
ditionis, & illud ex eisdem bonis soluendum
erat absque alienatione fideicommissi par-
ticularis, vt in puncto alijs allegatis benè ra-
tiocinatur *Rot. in Bononien. fideicommissi 16. Iunij*
1651. §. tertia de scut. 20. m. coram R. P. D. meo
Celso.

Non obstat consensus venditioni huius
prædij præstitus ab ipso Comite Iulio Cęsa-
re eiusque promissio de euictione. Quia
cum ille tunc esset minor, & motus fuerit ex
falsa causa ibid. expressa æris alieni fideicom-
mittentis, ac legitimæ, & Trebellianicæ pa-
tri ac patruo venditoribus debitæ dictus cõ-
18 sensus, & promissio non tenet † etiamsi cau-
sa expressa partim esset vera partim falsa.
Hond. consf. 12. n. 111. lib. 1. Ciriac. contr. 257. n. 12.
& 13. Gratian. discept. 691. nu. 31. & 32. vbi hoc
19 ampliat † quamuis interuenisset decretum
Iudicis, & aliæ solemnitates *Rot. dec. 575. n. 10.*
apud Merlin. dec. 98. n. 6. 15. & seqq. dec. 590. n. 11.
dec. 251. nu. 10. par. 6. dec. 229. nu. 8. & 9. par. 9. rec.
& in Romana Domunculorum 10. Februar. 1648.
coram Reuerendissimo D. meo Decano.

Eo minus quia vtrumque emanauit fauo-
20 rę patris qui † Iulius Cæsar præsumitur non
ausus contradicere ob reuerentiam argu-
mento *tex. in l. 1. §. quę honorande vbi gloss. ff.*
quar. rer. act. non detur l. penult. ff. furt. Et quia
21 deest insinuatio quæ præsumi non potest †
ex lapsu temporis, cum ante motam litem
non sint decursi 30. anni, & requirebatur ex
dispositione statuti Vrbini à Sede Apostoli-
22 ca confirmati, quod cum alias præsumat †
obligationem minoris dolo extortam aliqui
ex Dominis censuerunt habere locum etiam
23 in contractu iurato; † nam statutum etiam
laicale quamuis de contractu iurato dispo-
24 nere non possit directè; † potest tamen in-
directè præsumendo dolum; qui cum eua-
cuet omnes instrumenti effectus, & per con-
sequens etiam probationem ab eo resultantẽ
est ac si de iuramento non cõstaret nisi aliũ-
de probetur *Socc. cõs. 67. sub n. 22. lib. 1. Bertazz.*
consf. Ciuil. 88. nu. 61. Gabr. consf. 13. nu. 6. vers. tertio
quia lex, & seqq. lib. 1. Hond. consf. 45. nu. 35. vbi
loquitur in puncto *Decreti Ducis Vrbini lib. 1.*
Morot. consf. 53. nu. 21. Grat. discept. 750. num. 20.
Rot. decis. 580. nu. 4. in fin. par. 1. recent. dec. 293. n. 5.
& 6. par. 4. tom. 2. decis. 612. nu. 7. apud Buratt. Et
ex abbundanti Iulius Cæsar obtinuit absolu-
25 tionem à iuramento quà stante † cum ex
prædictis detecta sit falsitas causarũ expres-
sarum de ea potest excipere, vt *ex text. in cap.*
debitores de iurinr. notat Immol. in l. nemo potest n. 4.
in fin. ff. leg. 1. Gozad. consf. 69. nu. 12. & 17.

Minus obstat quod Iulius Cæsar sit hæres
Aldę matris quæ pariter venditioni consen-
sit, & de euictione promisit, quia licentia
26 ad id obtenta à Duce Vrbini, sine qua † mu-
lieris obligatio non sustineretur, vt in *ter-*
minis obligationis mulieris in statu Vrbini Hond.
consf. 45. numer. 15. & 35. lib. 1. emmanauerit sub
narratiua quod venditio fiebat pro soluendo
ære alieno testatoris, & Petri Antonij Al-
de viri quod falsum conuincitur ex lectura
instrumenti venditionis, vbi legitur prætiũ
prædij venditi fuisse pro maiori parte desti-
natum in solutionem æris alieni contracti
à Ludouico Camillo, & Federico fratribus
viri, & re vera debitum viri non excessisse
scut. 1261. monetę Vrbini constat ex datis in
Summario Brancaleonis nu. 8. Insuper fuit
falsò expositum quod sine venditione huius
prædij domus viri necessitatibus obrueretur,
cum adessent vt supra alia bona; nec Duci
concedenti innotuit illorum existentia, &
qualitas fideicommissi particularis huic prę-
27 dio inhærens, quæ sane si fuissent narrata † li-
centiam consentiendi alienationi huius prę-
dij non concessisset; vnde vrget etiam sub-
reptio, quæ licentiam ipso iure nullam red-
dit *ex allegatis per add. ad Buratt. decis. 74. litt. A*
Rot. decis. 24. nu. 4. par. 5. recent. & in Reatina Pen-
sionis 13. Febr. 1651. coram Eminentissimo D. Car-
28 *dinali Otthobono*, nec eadem licentia † exten-
di potest vltra id quod fuit Duci expositum,
vt in *puncti similis contr. Ciriac. controu. 457. nu. 14.*
& seqq.

Et ità decisum vtraquè parte informante.

ROMANA RESCISSIONIS CONCORDIAE.

Ven. 30. May 1653.

ARGVMENTVM.

Prohibitio alienationis nullo dato coherede
vel substituto in casum contrauentionis re-
soluitur in simplex consilium, quod fidei-
commissum non inducit. Præceptum Testa-
toris quo casu remaneat nudum, & quando
emanauit in odium illegitimorum vestitur

secundum aliquos, nec sufficit hoc casu odiũ erga personam exclusam nisi simul sit datus coheres vel substitutus, non attento quod adsint venientes ab intestato. Transactio comprehendit nedum in litem deducta, sed etiam connexa, quando verbis vniuersalibus est concepta.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non datur sine læsione.*

2 *Fides extraiudicialis plenè probat, quando, qui illam confecit facto aduersarij non valuit formiter examinari.*

3 *Testes singulares, nec non simplices fides admittuntur ad declarandam voluntatem Testatoris, secus verò si tendunt ad illam probandam.*

4 *Prohibitio Testatoris si est personalis non egreditur personam prohibitam.*

5 *Prohibitio, nullo dato coherede vel substituto resoluitur in simplex consilium, quod fideicommissum non inducit.*

6 *Preceptum Testatoris remanet nudum si nulla fuit expressa persona vel causa ob quam Testator sic prohibuit, & cui in casum contrauentionis acquiri voluerit.*

7 *Item dicitur nudum, si Testator non fuit prouisus de persona, quæ in casum contrauentionis possit bona reuocare.*

8 Item *dicitur nudum, si causa prohibendi respicit solum fauorem Testatoris.*

9 *Preceptum Testatoris quando emanauit in odium illegitimorum, tunc vestitur, itàut etsi non sit datus substitutus, tunc hæredibus ab intestato competit actio ad reuocandam alienationem contra voluntatem defuncti ab harede, & num. 10.*

11 *Non sufficit hoc casu secundum sententiam Bartol. & aliorum odium contra personam exclusam, nisi simul sit datus coheres, vel substitutus, non attento quod adsint venientes ab intestato.*

12 *Nec credendũ est Testatorem voluisse prouidere legitimo hæredi, nisi eius expressam mentionem fecerit.*

13 *Transactio comprehendit nedum in litem deducta, sed etiam connexa quando verbis vniuersalibus est concepta, & transigentes de eis habuerunt notitiam.*

14 *Transigens contra propriam transactionem venire nequit.*

15 *Transigens renunciare potest transigendo fideicommisso sibi ex propria persona competenti.*

DECISIO DLX.

CAVTIVS agendo D. Horatius Alberinus ad cuius fauorem sententiam Rotalem latam per Eminentissimũ D. Cardinalem Corradum contra d. Iacobum Alberinum transijsse in Iudicatum neque constare de causis restitutionis in integrum bis decisum *fuit coram me 26. Febr. & 25. Iun. 1652.* curauit à Signatura Iustitiæ signari commissionem mihi directam præfixionis termini ad docendum de causis restitutionis in integrum, quo termino per me præfixo, & elapso, cognitum hodie principaliter fuit an constet de causis restitutionis in integrum, & negatiue responsum stante sententiæ Rotalis
1 validitate, & Iustitia quæ læsionem, † & per consequens restitutionem in integrum excludit *l. nam postea §. si maior ff. Iureiur. cum alijs allegatis in Romana Vineæ de Granuela 26. Iunij 1648. coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado.*

Validitatem pars aduersa non negauit sed iustitiam repetendo alias adducta quod scilicet transactio stipulata de anno 1632. inter Horatium, & Iacobum restringitur ad fideicommissum Cæsaris sub quo non veniunt bona cõtrouersa prouenientia à Rutilio eius patre, quippe quod ille prohibuit Cæsari, ne quatenus vellet condere testamentum instituerct personas procreatas ex patre illegittimo, & naturali aut ex matre illegitima, & naturali qualis Horatius ex parte Cinthiæ matris asseritur, & quem signanter voluisse Rutilium excludere testati fuerunt Franciscus de Alexandris, & Soror Flauia Iustina in fide extraiudiciali à Iacobo producta, cuius robur non eneruat dd. Francisci, & Flauiæ ætatis vltra septuagenariam quia vtriusque vegetem memoriam ac vitæ integritatem vsque ad mortem affirmant tùm plures moniales eiusdem Monasterij, tùm aliæ personæ quarum fides datur Summario Iacobi num. 12. & 15. cumquè vterque exa-
2 minari formiter non poterit † ob contradictionem Horatij, & hodie decesserit, eorum fides etiam extraiudicialis in præiudicium Horatij probat vt fuit *decisum in Gerunden. Beneficij 1. Iulij 1648. coram R. P. D. meo Meltio*; præsertim quia tendit non ad probandam dispositionem Rutilij sed declarationem voluntatis ab illo ante, & post testamentum emissa, quod videlicet sub prohibitione in testamento expressa senserit de Horatio ad
3 quem effectum sufficere † etiam simplices fides ac testes vnicos, & singulares fuit alijs allegatis *decis. in Catthacen. Hæreditatis 24. Martij, & 24. Nouembris 1649. coram R. P. D. meo Cerro.*

At omnibus obiectis satisfaciunt supra memoratæ decisiones coram me, & *melius aliæ duæ in prima instantia editæ coram* Eminentiss. *D. Cardinali Corrado sub die 15. Iunii 1648. & 14. Martii* 1650. attento quod Horatius ortus est ex iustis nuptijs à Marcello legitimè nato, & Cinthia legitimata ante quam nuberet ac prohibitio Rutilij est personalis, ibi,
4 *probibens expresse eumdem D. Cæsarem &c.* quæ † propterea cum Cæsaris personam non egrediatur *Bell. Iun. cons. 35. num. 15. Cer. Spin. cõs. 74. nu. 4. Alex. Trentacinq. cõs. 35. nu. 6. lib. 1. Gionagn. cons. 97. num. 12. lib. 1. Azeued. disquis. legal. disq. 6. n. 12.* Non fuit impedimento quo minus Iacobus ex fratre patruele Cæsaris nepos potuerit vt fecit nouum fideicommissum quatenus opus sit super his bonis cõstituere cuius obseruantiam cum promiserit gratis hodie illud impugnat, vt comprobant præfatæ decisiones.

5 Præsertim quia eadem prohibitio † nullo dato coherede vel substituto in casum contrauen-

trauentionis, nec aliqua adiecta causa pro-
hibendi resoluitur in simplex consiliũ quod
fideicommissum non inducit *l. filius familias*
§. Diui ff. leg. 1. l. pater §. Iulius Agrippa l. Lucius in
prim. ff. leg. 2. Fassius l. quoties nu. 1. Cod. fideicomm.
Fusar. cons. 178. nu. 22. & seqq. Gionag. respon. 31.
nu. 19. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 14. sub nu. 1. vers.
quinimmo vbi ait quod si nulla fuerit expres-
6 sa persona vel causa † ob quam testator sic
prohibuerit, incerta remanet persona cui in
casu contrauentionis rem per fideicommissũ
acquiri voluerit ideoque præceptũ remanet
nudum *Ger. Spin. cons. 37. sub num. 3. vers. quia*
7 *prouisum* vbi quod nisi fuerit prouisum † de
persona quæ in casum contrauentionis pos-
sit bona reuocare dicitur præceptũ nudum
Palaez. de maior. 2. par. quæst. 6. nu. 181. Grat. discep.
280. *num.* 18. & 19. vbi quod si causa prohi-
bendi respicit solum fauorem Testatoris præ-
8 ceptum est nudum † cum non superfit ali-
quis quod in eum casum sit vocatus *Rot. dec.*
234. num. 11. par. 6. recent. & quamuis emana-
9 uerit † in odium illegitimorum à quo vesti-
ti dixerunt multi Doct. *alleg. à Fusar. de subst.*
quæst. 686. num. 1. & seq. ita vt etiam si non sit
10 datus coheres † vel substitutus detur saltem
hæredibus ab intestato actio cõtra hæredem
contrauenientem voluntati defuncti, & ad
reuocandam alienationem *Fusar. ibid. num. 2.*
in fin. & videtur sensisse Rot. coram Cardinali Mel-
lin. decis. 169. num. 4.

Nihilominus vltra quod non sufficere
11 odium erga personam exclusam † nisi simul
sit datus coheres, & substitutus non attento
quod adsint venientes ab intestato annuit
Bart. in l. si quis ità §. idem Iulianus ff. condit. instit.
& clarius ibidem Bald. sub num. 1. vers. venientibus
ab intestato, & vers. sed Bart. dicit Crott. in dicta
l. filius fam. §. diui num. 34. Alciat. ibid. sub. nu. 29.
vers. sed tamen, vbi quod non facile creden-
12 dum est † Testatorem voluisse prouidere le-
gitimo hæredi nisi eius expressam mentionẽ
fecerit *Petra de fideicom. quæst. 1. num. 52. iuncto*
num. 54. Angel. cons. 154. num. 2. Gabr. consil. 117.
num. 48. lib. 1.

Respondetur primò quod negari non po-
test quin ob varias Doctorum sententias iste
articulus sit saltem dubius, & per conse-
quens quia contineretur in lite mota super
fideicommisso Cæsaris quam dedisse causam
transactioni pars aduersa sustinet, quæque
ob vniuersalitatem clausularum positarum
in commissione Rotali cõprehendebat om-
nia eidem fideicommisso annexa, quia nimi-
rum si prohibitio non obstat etiam bona
Rutilij cadebant sub fideicommisso Cæsaris.
Vnde sequitur quod transactio esto, sine ve-
ri præiudicio, quod haberet causam à lite
13 prædicta, † includat etiam bona Rutilij stan-
tibus clausulis vniuersalibus, & prægnantis-
simis, ibi, *appositis* quæ dubio procul exten-
duntur ad omnia connexa liti motę vt in ter-
minis transactionis *Valasc. consul. 19. num. 5. ex*
text. in l. si cum tibi Cod. Iudic. Rot. in Rom. Tran-
sactionis 14. Febr. proximè præteriti §. secundò di-
ctionis in fin. & §. fin. in fin. coram me, & gratis
dicitur transigentes non habuisse notitiam
testamenti ac prohibitionis factæ à Rutilio,
cum contrarium conuincatur *in dec. 14. Mar-*
tij 1650. *§. minus excludi coram Eminentissimo D.*
Cardinali Corrado.

Secundò, respondetur quod etiam admis-
sa subsistentia prohibitionis aut bona Rutilij
remanserunt in hæreditate Cæsaris cumque
super ea Iacobus transegerit venire hodie nõ
14 valet † contra propriam transactionem *l. sub*
prætextu l. transactionem Cod. transact. Cæs. Manent.
cons. 146. num. 16. & 17. Aut acquisita fuerunt
Iacobo vti venienti ab intestato, & cum il-
le bona controuersa voluerit supponere no-
minatim fideicommisso Cæsaris ac desuper
nouum fideicommissum constituerit nõ ha-
bet de quo conqueratur, & semper subsistit
responsio quod ista bona non possunt consi-
derari vti subiecta alicui fideicommisso Ruti-
lij, cui dictus hæres ab intestato quatenus il-
li competijsset actio ad illa vindicanda à per-
sonis Testatori odiosis, censetur transigen-
15 do † renunciasse vt potuit *Megon. in terminis*
similis prohibitionis decis. Lucen. 59. numer. 1. Card.
Millin. in ex aduerso allegata decis. 169. sub num. 4.
vers. & cum tempore Gionagn. resp. 31. numer. 43.
lib. 2. facit text. in l. cum pater 79. §. libertas l. qui
solidum 80. §. si prædium ff. leg. 2. Bellon. iun. cons.
36. num. 52. Rot. decis. 160. num. 2. par. 4. recent.

Ex quibus, & alijs deductis in prioribus
decisionibus ità decisum vtraque parte in-
formante.

CASSANEN. PAROCHIALIS.

Veneris 6. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Concursus habitus non seruata forma Conci-
lij Tridentini ex quo duo tantum exami-
natores adhibiti fuerũt cum interuentu Vi-
carij Episcopi nullus est, & inualidus, & ex
quibus constet Vicarium Episcopi non fuisse
examinatorem synodalem. Episcopus an, &
quando valeat in defectum mortis, absentię,
vel alterius impedimenti vnius ex tribus
examinatoribus synodalibus alium sobro-
gare.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in iudicatum si appellans intra*
terminum iuris non redijt pro apostolis.
2 *Nec citauit infra annum ad dicen. contra commis-*
sionem ad euitandam appellationis interpositæ
desertionem.
3 *Litteræ Apostolicæ quando sint iustificatæ, assertio-*
tionem merentur.
4 *Vacatio Beneficij eiusque valor per non excessum*
verificatur ex simili narratiua ab aduersario fa-
cta in litteris sua prouisionis.
Presbyteratus probatur ex litteris Ordinarij, ibi-
dem.
5 *Doctoratus in litteris narratus probatur ex instru-*
mento publico priuilegij, & quando non agitur
de dignitate non est iustificandus, quamuis fuerit
narratus.

6 Habi-

6 *Habilitas prouisi probatur ex approbatione examinatorum Vrbis.*

7 *In concursu de partibus si quis fuit reprobatus, & in Curia ab examinatoribus Vrbis approbatus, ex hac approbatione concursus deprehenditur nullus, & erroneus.*

8 *Concursus de partibus in quo quis fuit reprobatus, & deinde in Curia approbatus si fuit nullus, stante dicta nullitate in litteris Apostolicis desuper obtentis non est opus, quod fiat mentio dictæ reprobati , sed solum approbationis de Curia.*

In gratia Apostolica non est facienda mentio actus nulli, ibid.

9 *In concursu in partibus habito quod duo tantum examinatores interuenerint sicque forma Sacri Concilij Tridentini seruata non fuerit probatur per exhibitionem Instrumenti eiusdem concursus.*

10 *Examinatorem synodalem quem non fuisse probari debet plenè, & concludenter ab allegante.*

11 *Nec sufficit ad hunc effectum exhibere notam synodi absque descriptione talis examinatoris, quia possibile est, quod quis fuerit deputatus examinator in synodo, & non fuerit descriptus.*

12 *Vicarium non fuisse examinatorem synodalem, ex quibus probetur? & n.13. & 14. & n.15. circa finem.*

15 *Negatiua implicita confessio resultat ex pluribus simul iunctis.*

16 *Episcopus potest in defectu vnius ex tribus examinatoribus synodalibus ex causa mortis, absentiæ, vel alterius impedimenti alium subrogare.*

17 *Intellige hoc sibi permissum quando concursus ad parochialem fit infra annum à die celebratæ synodus, & pariter infra annum contingat impedimentum, seu defectus examinatoris synodalis.*

18 *Episcopus semel tantum in anno synodum celebrare tenetur.*

19 *Examinatoris synodalis impedimentum si contingat vt supra infra annum à die celebratæ synodus, imputari non potest culpæ Episcopi, quod synodum non conuocauerit, secus verò si impedimentum superuenit post annum, & num. 21. Declara, vt num. 22.*

20 *Parochialis infra sex menses est conferenda iuxta Constitutionem Pij V.*

23 Decisio in Volaterana Parochialis coram Giptio *declaratur.*

24 Decis.417.num.4. par.4. tom.2. recent. *declaratur.*

25 Decis. in Placentina parochialis de Malpartida coram Litta, *in quibus casibus procedat?*

26 *Concursus non requiritur in parochiali de iurepatronatus laicorum, sed præsentati possunt examinari ab examinatoribus synodalibus, vel ab aliis in eorum defectũ nec Episcopi negligentia in habendo synodo nocere debet patronis.*

27 *Episcopi negligentia in conuocanda synodo ex quibus deprehendatur?*

28 *Episcopi negligentia in conuocanda synodo ei opitulari non debet.*

29 *Examini si quis se subiecit non potest postea allegare nec obiicere de defectu potestatis Examinatorum.*

30 *Declara conclusionem procedere quando examinatores fuerunt deputati in synodo, & pro talibus habiti, secus verò quando prædictæ qualitates non concurrunt.*

31 *Quinimò constare debet, quod subiiciens se examini certo sciuerit examinatores non fuisse tales, vt ad hunc effectum requiritur.*

32 *Examini se subiiciens si non fuit seruata forma Concilij adhuc dare potest de nullitate, stante decreto irritanti in Concilio Tridentino, quod formam præcisam, & à partibus indispensabilem inducit.*

33 *Decretum irritans contentum in Concilio Tridentino super prouisione parochialium cum sit appositum pro bono Christianæ Reipublicæ, ei renunciari nequit.*

Decreto irritanti renunciari nequit, quando non est appositum fauore renunciantis, ibid.

34 *Clausula*, siue præmisso, siue alio quouis modo, & dispositioni Sedis Apostolicæ specialiter, vel generaliter reseruatum existat? *comprehendit tantum modum dispositiuè narratum.*

Impetrans gratiam Apostolicã sub narratiua, quod fuerit in concursu prælectus seruata forma Concilij Tridentini, si talis narratiua detegitur falsa iuuari nequit clausula, siue præmisso, siue alio quouis modo &c. *ibid.*

35 *Impetrans parochialem ob non seruatam formam Concilij Tridentini per interuentum examinatoris non synodalis, si narratiuam iustificauerit, ei gratia suffragatur.*

36 *Restitutio in integrum non datur sine læsione.*

DECISIO DLXI.

PROVISIONIS Apostolicæ litteras de Ecclesia parocchiali S. Mariæ Castri Villarum tanquam deuoluta, ac reseruata ob non seruatam formam *Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 18.* in concursu ad eandem Ecclesiam prius habito coram Ordinario, in quo Petrus Antonius Battipiede præelectus fuerat, exequendas esse ad fauorem Ioseph Baratto pronunciatum fuit per sententiam A. C. quam in iudicatum transiisse nec constare de causis restitutionis in integrum Rota hodie censuit.

1 Transijt enim in iudicatum † ex quo Petrus Antonius appellans intra terminum iuris 30. dierum sibi à Iudice à quo datum nõ redijt pro Apostolis, vt debuit *cap. ab eo de appell. in 6. Clem. quamuis §. verum §. similiter eodem tit. cum aliis alleg. in Bonon. fideicomm. seu domus 30. April. 1646. §. nam certè coram me, & in Rom. pretii equorum 5. Iulii 1649. §. 1. coram bon. mem.*

2 *Arguelles*; & quod plus est neque † infra annum citauit ad dicendum contra commissionem, & vt necessè erat ad euitandam appellationis interpositę desertionem, ob eam non prosecutã infra biennium *Vestr. in prax. lib. 7. cap. ult. num. 9. vers. nec sufficeret Cassad. decis. 6. n. 8. de appell. Crescen. dec. 8. nu. 8. eod. tit. Rot. dec. 156. n. 1. par. 2. rec.*

Et licet hæc procedant dummodo sententia sit valida, & iusta; vtrumque concurrit in casu

in casu nostro, nam validitas non contro-
uertitur, & iustitia resultat ex quo iustificata
fuerunt à Baratta omnia in litteris suæ pro-
3 uisionis narrata, & proinde illis† dari debuit
executio *cap. Litteris de rescrip. cap. si capitulo, &*
ibi gloss. verb. exequatur de preben. in 6. Baratt. dec.
415. num. 1. aliique relati in Alerien. Canonic. 29.
April. 1650. coram R. P. D. meo Celso.

Narrata inquã vacatio Beneficij per obi-
tum Quintanę in mense Octobris eiusq; va-
lor in ducatis 24. per non excessum iustifi-
4 cantur† per similem narratiuam à Petro An-
tonio aduersario in litteris prouisionis à Pa-
pa obtentæ tamquam de reseruato, *ex reg. 9.*
Cancell. emissam Egid. dec. 268. Baratt. decis. 300.
num. 7. Cocc. dec. 145. n. 1. Rot. in Benon. Parocch. 2.
Maii 1648. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono.
Presbyteratus Barattæ ex litteris patentibus
Ordinarii apparet *cap. post cessionem de probat.*
cap. 1. de Cler. peregr. Duran. dec. 430. n. 2. Docto-
5 ratus † ex publico instrumẽto priuilegii cũ-
que non agatur de dignitate iustificatione
non eget licet fuerit narratus, vt fuit decisũ
in Oscen. Archidiaconatus 17. Martij 1649. coram
R. P. D. meo Verospio.

6 Habilitatem probat† examen coram Ex-
aminatoribus Vrbis factum, & Papæ narra-
tum *Rot. in Hidruntina Canonicatus 25. Iun. 1649.*
coram Eminentissimo D. Cardinali Otthobono, ni-
7 hil obstante quod in concursu de † partibus
Baratta fuerit reprobatus, quia concursus
vt infra dicetur fuit nullus, & erroneus de-
prehenditur ex successiua approbatione exa-
minatorum Vrbis *Merlin. decis. 159. numer. 10.*
vbi allegat concord. quæ sola fuit narrata Pa-
8 pæ, † nec fuit opus narrare etiam antecedẽ-
tem reprobationem in cõcursu de partibus
stante illius nullitate, & errore iuxtà theo-
ricam *Ias. in l. causas num. 8. Cod. transact. quam*
sequitur Sanch. de matrim. lib. 8. disput. 22. num. 21.
Rota in Placentina Canonicatus 3. Maij 1602. co-
ram clar. mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio.

Tandem quod in concursu habito in par-
9 tibus † duo tantum examinatores sinodales
cum interuentu Vicarij Episcopi ipsiusque
Episcopi adhibiti fuerint, sicque forma de-
cretorum Concilij Tridentini seruata non
fuerit vt Baratta Papæ exposuit constat ex
ipso instrumento concursus dato in Sum-
mario Barattę num. 4. cui vltra duos exami-
natores synodales interuenit, & subscripsit
Carolus Patritius Vicarius Generalis Episco-
pi, quem non fuisse examinatorem Synoda-
10 lem† probare quidem debet Baratta tanquã
suæ intentionis fundamentum plenè, & cõ-
cludenter ex allegatis in puncto per *Lotther.*
de re benef. lib. 2. quæst. 31. num. 89. Barbos. in col-
lect. ad Concil. Triden. de reform. cap. 18. num. 109.
& in Nicien. Parrochialis 23. Iunij 1629. coram
bon. mem. Cardinali Virili, vbi subditur non
11 sufficere ad hunc effectum exhiberet notam
Synodi absque descriptione talis examina-
toris quia possibile est quod quis fuerit de-
putatus examinator in Synodo, & non fue-
rit descriptus vt etiam aduertit idem *Barbos.*
de off. Paroch. par. 1. cap. 2. sub num. 72.

Sed probat tùm ex ipsa subscriptione Pa-
12 tritij Vicarij† qui interogauit concurrentes,
& concursui se subscripsit tanquam exami-
nator subrogatus ex defectu Acchillis Cas-
siani examinatoris Synodalis graui morbo
13 detenti; tùm ex alia fide iurata † eiusdem
Patritij Vicarij attestantis vlterius se nunquã
fuisse examinatorem Synodalem neque ab
anno 1649. quo Cassanum venit in famula-
tum D. Episcopi Caraphæ celebratum fuis-
se aliquam Synodum vsque ad annum 1653.
dicto Summario num. 9. quod etiam depo-
nunt duo testes formiter examinati Summ.
ibid. num. 11. tùm ex positionibus ex aduer-
14 so datis,† in prima instantia ad probandam
consuetudinem quod in Diœcesi Cassanensi
in Synodis pro tempore factis fuerunt depu-
tati examinatores Synodales Vicarij Gene-
ralis Episcopi, & idem munus obierunt il-
lorum successores in Vicariatus cum enim
consuetudine hac Aduersarius non eguisset
si Patritius fuisset verò deputatus in Synodo
15 ex inde resultat † implicita negatiuę con-
fessio, quæ satis est *Egid. decis. 683. ante num. 1.*
cum alijs allegatis in Marsicen. Iurisdictionis. 20.
Ianuarij 1644. §. primum adminiculata infin. co-
ram me; tùm ex partitis ab vltima Synodo
extractis, quæ saltem prædictis concurren-
tibus plenè probant hanc negatiuam vt res-
pondit *Rota in Toletana Parrochialis de Alcanda-*
te 10. Maii 1596. coram Cardinali Arigonio rela-
ta per Garz. de Benef. par. 9. cap. 2. sub numer. 141.
infra med. versic. vltra quod, & ex his simul iunctis
probari negatiuam dictum fuit in Seguntina Parro-
chialis 15. Iun. 1628. coram Reuerendissimo Archie-
piscopo Tarraconen. relat. per Barbos. de offic. Paro-
chi par. 1. cap. 2. sub. num. 72.

Non obstat quod Episcopus in defectum
16 ex causa mortis, † absentiæ, vel alterius im-
pedimenti vnius ex tribus examinatoribus
Synodalibus potuerit alium subrogare, quia
17 hoc † permittitur quando cõcursus ad Par-
rochialem fit infra annum à die celebratæ
Synodus; & pariter infra annum cõtigit im-
pedimentum seu defectus examinatoris Sy-
18 nodalis, cum enim semel tantum in † anno
Synodum celebrare Episcopus teneatur *cap.*
quoniam 18. distinct. Vgol. de off. & pot. Epis. par. 2.
cap. 48. num. 4. notab. 2. de accusat. Concil. Trid.
sess. 24. de reform. cap. 2. vers. Synodi quoque, im-
19 putari non potest culpæ Episcopi † quod
Synodum non conuocauerit, & de cętero
debuit infra sex menses à Constitutione
20 Piana præscriptos † Parrochialem conferre
secus verò si post annum superueniat impe-
dimentum seu defectus examinatoris Syno-
dalis, & concursus fiat, quia tunc intrat cul-
pa Episcopi cur succedente vacatione Par-
rochialis illico Synodum non indixerit, &
in prima illius sessione examinatores depu-
tari curauerit, neque huiusmodi culpa ei
suffragari debet vt benè in puncto referen-
do *resolutiones Sacræ Congregationis tradit Garz.*
de benef. d. par. 9. cap. 2. num. 85. & 92. Lotther. de
re benef. lib. 2. quæst. 31. sub num. 71. & seqq. Barbos.
de off. Parochi. par. 1. cap. 2. sub numer. 72. Medina.
Alex.

*Alexandrin.in prax.haben.concurs.requisit.13.dub.
2.numer.3.Rot.coram Buratt.decis.479.sub num.4.
& seqq.*

Nisi forte post annum ex aliqua iusta cau-
21 sa Synodus habere non potuerit † nec adeſ-
ſet tempus oportunum petendi licentiam à
Sanctiſſimo, vel Sacra Congregatione depu-
tandi examinatores extra Synodum in qui-
22 bus terminis procedere contraria † respon-
dit *Rot.penès Buratt.d.decis.479.sub numer.12.&
seqq.vbi prius sub num.7. respondetur decisiones in
Litteren. Archipresbiteratus coram Blanchetto in-
telligendas esse iuxta supra memoratas declara-
tiones S.Congregationis*, cum destinatione vaca-
tionis infra annum vel post. Alia verò *deci-
23 sio † in Volaterrana Parrochialis coram Gipsio re-
lata per Garz.de benef.d.cap.2.num.91.* loquitur
in casu quo Episcopus obtinuerat à tunc
Cardinali Carafa facultatem deputãdi extra
Synodum; ac postrema *decis.417.par.4.tom.2.
24 recent.* † emanauit in casu quo propter su-
peruenientem vacationem Sedis Episcopa-
lis Synodus tàm cito conuocari non pote-
rat, & interim labebatur semestre ad confe-
rendum vt legitur *num.15.& seqq.* imò ibidē
n.11. & 12. Rot. declarauit, quod exaduerso
*allegata dec. in Placentina Parrochialis de Malpar-
25 tida coram Litta relat.per Garz.d.cap.2.nu.90.* †
procedit quando omnes examinatores erant
mortui præter vnum nec Episcopus habue-
rat tempus ad conuocandum Synodum, vel
quando agitur de beneficijs Iurpatronatus
laicorum à quibus præsentati si non adsunt
examinatores Synodales possunt examinari
ab alijs deputatis ab Episcopo, quia in his re-
26 gulariter non requiritur concursus, † & ne-
gligentia Episcopi in habenda Synodo non
debet nocere patronis vt in specie dd. de-
cisionibus in *Litteren. Archipresbyt. & Pampi-
lonen. de Malpartida interpetratur Garz.d. cap.2.
num.94. quem ref. & sequitur Rot.dicta dec. 437.
num.8. & seqq.par.4.tom.2.recent.*

At in casu nostro beneficium esse liberæ
collationis, & nihil aderat quod prohiberet
Episcopo indictionem Synodus ac facılta-
tem petendi licentiam à Sanctiſſimo, vel Sa-
cra Congregatione prius quam fieret con-
cursus, cum ille emanauerit de Mense No-
uembris, & vacatio Parochialis contigisset
de mense Octobris proximè præteriti ante-
cedentis, & sic adhuc superessent saltèm quin-
que menses ad conferendum, & negligentia
27 Episcopi † in conuocanda Synodo depræ-
henditur vltro quia ab anno 1643. quo Epis-
copatus possessionem cepit, vsque ad annum
1651. nusquam Synodum conuocauit, eo
magis necessariam, quia post annū 1638. ali-
qua Synodus ab antecessoribus habita non
fuerat, & Ecclesia de qua agitur vacauerat
de anno 1650. vt deponūt testes dati in Sum.
Barattæ num. 2. vndè eo minus ei propria
28 negligentia † opponi debeo, vt per *Lotther.
& alios supra allig.*

Non obstat, quod Baratta potestatem exa-
29 minatorum impugnare nō valeat, † eo quod
subijciendo se eorum examini, & concursui
eam non deesse agnouisse videatur, vt res-
pondit *Rot.in Pampilonen. Parochialis de Munain
29. Aprilis* 1591. *coram recol. mem. Card. Hie-
nymo Pamphilio relat.per Garz. d.cap.2. num.89.
circa fin.* Quia ibi examinatores fuerant de-
putati in Synodo, & pro Synodalibus publi-
30 cè habebantur, † quæ in casu nostro nō con-
currunt, neque constat, quod Baratta tem-
31 pore concursus certo sciuerit † Vicarium
Episcopi non fuiſſe examinatorem Synoda-
lem, vt ad hunc effectum oporteret *Natt.con-
sil.162.num.33. Decian.cons.5.nu.26.lib.5. Alex.
cons.114.num.4.lib.1.Rot.decis.280.num.9.par.1.
recent.* quæ in omnem euentum cum non
agatur de re pendente à potestate approban-
32 tis † non noceret stante decreto irritanti ap-
33 posito in Concil. Tridentino † quod bono
Christianæ Reipublicæ formam precisam, &
a partibus indispensabilem inducit *Buratt. d.
dec.489.num.4. Rot.in d.Seguntina Parochialis co-
ram Reuerendiſs.Tarraconen.apud Barbos. de offic.
Parochi d.cap.2.sub num.72.col.2. versic. & ratio
fol.25.* quodque renunciari non poſſit de-
creto irritanti non apposito ad fauorem re-
nunciantis tantùm tradit *Felin. in cap. si dili-
genti num.16.vers.quinto fallit de for.compet.Gabr
cons.151.num.16.& 17.lib.2.aliique relati in Ro-
mana Vinea 23. Iunij 1642. §.communis coram
me.*

Suffragari neq; potest Petro Antonio Ad-
uersario, quod in litteris suæ prouisionis ad-
sit clausula, *siuè præmiſſo, siuè quouis alio modo
beneficium vacet, & dispositioni Apostolicæ specia-
34 litèr, vel generalitèr reseruatum existat*, † quia
quicquid sit respectu modi vacationis, de
quo hodie non est quæstio, Papa per hæc po-
strema verba de reseruatione loqentia non
intellexit de resultante ob non seruatam for-
mam Concilij Tridentini in concursu quam
imò seruatam fuiſſe Aduersarius dispositiuè
narrauit, & tanquam in eo prælectus proui-
sionem obtinuit. vt per *Barbos.claus.172.n.13
& 15. Lotther.de re benef.lib.3.qu.3.nu.63.& 64.
Cas.de Graſſ.dec.14.num.7.& 8.de preben.Rot.in
Meleuitana Beneficij 25. Iunij 1649. §. nec obstat
35 coram me.* Et Barattę qui impetrauit † ob non
seruatam formam Concilij per interuentum
examinatoris non Synodalis sufficit id iusti-
ficaſſe, vt fuit dictum *in Toletana Parochialis
de Alcaudete 16. Decembris 1597. coram Cordu-
ba impreſſ.apud Garz.de benefic.d.cap.2.sub n.342
vers.ex quo Hieronymus.*

Ex quibus cum constet de iustitia senten-
tię latę ad fauorem Barattę, excluditur lęsio
36 sine qua † non datur restitutio in integrum
*l.nam postea §.si maior ff.Iureiur.cum alijs allegatis
in Romana Vinea de Granuela 26. Iunij 1648. co-
ram Eminentiſs. Domino Card.Corrado.* Vt prop-
terea merito constare de re iudicata, non au-
tem de causis restitutionis in integrum res-
ponsum fuit vtraque parte informante.

ROMA-

ROMANA FRVCTVVM.

Ven. 6. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Cessio sortis principalis societatis officij non comprehendit fructus ante cessionem decursos cum sint à sorte separati, etiamsi in Instrumento cessionis addita sit clausula generalis, *& omnia Iura, &c. nullo Iure, &c.* quia restringitur ad sortem principalem paulo ante cessam. Ex solutione prætij arguitur quid fuerit in cessione comprehensū. Coniecturæ ad inducendam solutionem, ex quibus non sint attendendæ?

SVMMARIVM.

1 *Cessio sortis principalis societatis officij non comprehendit fructus antea decursos, cum sint à sorte separati, & num.2.*

3 *Amplia quamuis immediatè post mentionem sortis addita sit clausula generalis* omnia iura &c. nullo iure &c. *quia restringitur ad sortem paulo ante cessam.*

4 *In cessione quid fuerit comprehensum arguitur ex prætio soluto cedenti.*

5 *Cessiones fieri vltra summam solutam de iure reprobantur.*

6 *Cessiones fieri nequeunt à mulieribus vltrà summam receptam attenta prohibitione Statuti Vrbis.*

7 *Præscriptio interrumpitur, si constat medio tempore de solutione partis debiti.*

8 *Debitori solent etiam non satisfacto primo debito, alia pecunia credi, vt praxis quotidiana docet.*

9 *Creditor ex pluribus causis est in eius electione exigere in vnam, vel alteram causam.*

10 *Exactio præsumitur in causam duriorem?*

11 *Creditori ad repellendum alios concreditores non suffragatur creditum litigiosum.*

12 *Mulieri iuris, ac Iudiciorum ignaræ negligentia procuratorum nocere non debet.*

13 *Sequestrum factum ad instantiam creditoris pro certa summa cum clausula* saluo iure, & sine præiudicio maioris, & verioris summæ, *non excludit, quin maior summa debeatur.*

14 *Solutionis coniectura non resultat ex tarditate creditoris in petendo suum creditum per decennium.*

15 *Coniecturæ ad inuicem conquassantur.*

16 *Debitor quando agitur de magna summa, non præsumitur eam verisimiliter soluisse non reportatis quietantijs.*

17 *Attento præsertim illius solito reportandi quietantias etiam per publicum instrumentum.*

18 *Item si debitor curauit reportare quietantiam de solutionibus factis, reportata quietantia, quæ fuerat deperdita multo magis eam reportare curasset de solutionibus super quibus nulla emanauit quietantia.*

19 *Exceptio solutionis requirens altiorem indaginem, si non probatur per necessarias probationes allegari nequit contra creditum liquidum ex publico instrumento.*

20 *Hæres, si de bonis inuentariatis rationem non reddidit, potest mandatum contra bona hæreditaria relaxatum exequi contra eius propria bona.*

21 *Hæres quando retardare nequeat executionem contra bona propria etiamsi offerat rationem reddere de bonis hæreditarijs.*

22 *Mandatum excessiuum, si non fuit executioni demandatum substinetur pro summa debita.*

DECISIO DLXII.

CESSIONIS, præscriptionis, & præsūptæ solutionis exceptionem, ac tandem inuentarij beneficium allegarunt informantes pro D.Marchione Alphonso Pallauicino, ne procederetur ad executionē mandati contra bona hæreditaria bo:me: Marchionis Alexandri, & exequatur contra bona propria dicti Marchionis Alphonsi ad instantiam Iuniperæ Zephirę relaxati ab A.C.siue R.P.D. Melchiorio eius Locumtenente pro sc. 610. ex causa fructuum decursorum, ac non solutorum societatis Officij scut. 972. in sorte principali contractæ de anno 1638. cuius Marchio Alexander bonam fidem recognouerat.

Sed sicuti his minimè obstantibus Rota coram Reuerendiss. Archiepiscopo Tarraconensi, cui à dicto mandato & exequatur commissa fuerat causa appellationis cum clausula *si quid exequendum*, illud exequendū esse respondit sub die 11. Decembris 1652. ac successiuè decreuit, ità hodie coram me in gradu appellationis, ab eo decreto commissa cum clausula *alteri qui ad legitimam executionem procedat*, censuit ad legitimam executionem esse procedendum.

1 Cessio namque † non loquitur nisi de sorte principali societatis officij, ibi: *cessit Illustriss. D. Marchioni Alphonso Pallauicino societatem officij scut.* 972. *monetæ &c. Summ. Marchionis num.* 1. idcoque nullatenus comprehendi fructus cum sint à sorte principali separati, *Bologn. cons.7. sub num.25. vers. qui voluit Alex. cons. 30. num.9. lib.2. Rot. in Romana Vineæ* 19. *Februar.* 1644. §. *neque competit coram me*: & in puncto

2 cessionis sortis † quod non comprehendat fructus antea decursos fuit decisum in *Cesenaten. Censuum 9. Iunij 1645. coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado*, quamuis immediatè,

3 post † mentionem sortis in instrumento addita sit clausula generalis, *& omnia iura &c. nullo iure &c.* quia vtraque restringitur ad sortem principalem, paulo ante cessam, *Castr. in l. si de certa num.2. Cod. transact. Aret. cons. 161. n.4. & seqq. Honded. cons.6. num.35. lib.1. Cancer. var. resol. tom.3. cap.15. num.214. Surd. decis.217. n.15. Rot. in Neapolitana Fructuum 6. Febr. 1651. §. quod autem coram R.P.D. meo Meltio.*

Eo magis quia post huiusmodi clausulas statim subditur cessionem fieri, eo quod cedens habuit in contanti scut. 972. & sic generalitas clausularum restringitur etiam à subsequenti ratione expressa, & prętio cedēti

4 soluto † à quo arguitur quid fuerit in cessione comprehensum, *gloss. in l. prima, §. qui*

super-

ſuperficiem ff. ſuperfic. Bald.conſ.245.num.1.in fin.
lib.3.Dec.conſ.500.num.5.Menoch.conſ.34.num.6.
Surd.conſ.13.num.37.conſ.170.num.12.Rot.in Ra-
uennaten.Pradij 14. *Aprilis* 1614. *coram Sanctiſs.*
D. N. Nec alias ceſſio ſubſtineretur reſiſten-
5 te † tum iure communi, quod reprobat ceſ-
ſiones vltra ſummam ſolutam, in *l. per diuer-*
ſas Cod.mand. vt notat Dec.conſ.264. num.4. Ro-
man. conſ.86. ſub num.3. Rot.deciſ.443. numer.6.
6 *part. 1. recent.* † Tum municipali Vrbis quod
prohibet mulieribus gratuitas ceſſiones vltra
ſummam receptam, vt benè ponderat *deciſio*
huius cauſæ coram Domino meo Archiepiſcopo Tar-
raconenſi §.*fin.*& inuerſimile prorſus eſt, quod
pro ſolis ſcut. 972. quod importat ſors prin-
cipalis cedens voluerit cedere etiam fructus
decurſos aſcendentes ad alia ſcuta 610.

Præſcriptioni ſiue legali, ſiue ſtatutariæ,
deeſt tempus oportunum; quippe quod in-
cipere non potuit niſi ab anno 1638. quo ex-
pirauit ſocietas, & fuerunt ſoluti in compu-
tum fructuum ſcuta 50. vt faſſus fuit debitor
in poſitionibus datis *Summar. Zephiræ num.5.*
7 ea namque ſolutio † quatenus opus ſit inter-
rupit præſcriptionem *Grat. diſcept.30. num.39.*
Corn.conſ.142. n.11.verſ. & ſi interim eſt quid ſo-
lutum lib.3. Boer. deciſ.333. nu.3. Rota in Romana
Pecuniaria 5. Maij 1631. *coram bon. memor. Piro-*
uano.

Friuolæ item ſunt ſolutionis coniecturæ.
Nihil enim releuat, quod Zaphira de anno
1640. Marchioni debitori ſocietatis dederit
ad cenſum vitalitium ſcuta 1000. cum praxis
8 quotidiana doceat eidem debitori † etiam
non ſatisfacto primo debito, alias pecunias
credi & hanc coniecturam reprobent, *in l. ſi-*
quidem Cod.tranſact. Bart.num.2. Iaſ.num.3. Caſtr.
num.1. Honded.conſ.39.num.64.lib.2.Bertazz.con-
ſil.ciuil.168.num.17.

Quod de anno 1647. pro fructibus dicti
cenſus Zaphira, acceperit inſolutum loca
quinque montiū cum cautione de reſtituen-
do prioribus & potioribus, eaque de anno
1651. reſtituerit iudicialiter Dominis de
Aſte creditoribus eiuſdem Marchionis Ale-
xandri nuſquam facto verbo crediti fructuū
ſocietatis, in quod potius, cum eſſet antiquius
cenſu ſi viguiſſet loca montium accepiſſet,
vel ſaltem de illo excepiſſet aduerſus Domi-
nos de Aſte concreditores, non facit præ-
ſumptionem ſolutionis fructuum ſocietatis,
9 cum ſit in electione creditoris † ex pluribus
cauſis in vnam, vel alteram exigere *l. Paulus*
101. §.*paulus ff.ſolut.Grat.diſcept.224.ſub num.3.*
& 4.verſ.ſecunda concluſio & num.10.& num.90.
& forſan recipere non potuerit niſi in cauſā
fructuū cenſus, eo quod in eo obligati erant
Marchio pater, & filius, in ſocietate vero ſo-
10 lus pater, & ſic cauſa † cenſus durior vide-
batur, *l.4.l.in ijs in princ.ff ſolut.Bart. in l.cum ex*
pluribus 103.*num.2.verſ.item ſi debeo ff. eod. Me-*
noch.præſump.136.num.7.lib.3.Grat. diſcept.224.
num.70.& ſeqq.Buratt.deciſ.284. numer.1. Nec
mirum ſi de credito fructuum, non excepit
aduerſus Dominos de Aſtis, quia etiam
ſocietate anteriores erant, cumque creditum
fructuum ſocietatis tunc litigioſum extet nō
11 ſuffragabatur † ad repellendos alios concre-
ditores, vt per *Surd.dec.46.in fin.Caual.dec.539.*
num.5.& 6. Rot.apud Zacch.de oblig.Camer. deciſ.
180.*num.35.* ac in omnem euentum, exinde
educi non poſſet coniectura in præiudicium
Zaphiræ pauperis mulieris, iuris ac Iudicio-
12 rum ignaræ † & cui negligentia Procurato-
rum nocere non debet, *Odd. de reſtit. in integr.*
quæſt.13.num.49. Rot.dec.387.num.6.par.4.recent.
maximè quia dici non poteſt Zaphiram ta-
cuiſſe eo quod ſciret fructus fuiſſe ſolutos cū
imo biennio ante pro illis obtinuiſſet man-
tum executiuum, & continuo pro illius exe-
cutione inſtetiſſet.

Gratis dicitur, quod de anno 1638. & 39.
Zaphira potuerit ſatisfieri ex ſcut. 49. mil. à
Sereniſſimo Duce Parmæ ad creditum Mar-
chionis Pallauicini depoſitatis in Sacro Mō-
te Pietatis Vrbis; nam eiuſdem Marchionis
creditores anteriores, dictam ſummam lon-
gè abſorbebant, vt quoquè experientia do-
cuit, quia illorum aliqui non inuenerunt vn-
de ſatisfierent. Aſſertum item ſequeſtrum
13 ex † cauſa fructuum huius ſocietatis ſuper
alijs bonis debitoris factum de anno 1651. ad
inſtantiam Zaphiræ, pro ſcutis tantum 526.
præter quod in dicta ſumma debitum com-
probat, cum habeat in ventre clauſulam *ſal-*
uo iure, & ſine præiudicio maioris, & verioris ſum-
mæ, non excludit quin maior ſumma debe-
retur, vt fuit dictum in *Senogallien. Saluiani*
19. *Iunij* 1651. *coram Eminentiſſimo D.Cardinali*
Corrado, & 7. Februarij proximipræteriti coram
me.

Sola itaque debitori militat coniectura re-
ſultans ex tarditate creditricis in petendo per
14 decemnium, † quæ non conuincit ſolutio-
nem *Facchin.contr.iur.lib.13.cap.87. Rimin. iun.*
conſ.315.num.16.Honded.conſ.39.num.71.& ſeqq.
lib.2.Rot.deciſ.788.num.12. par.1.diuerſ.dec.149.
num.5 par.1.recent. cum alijs allegat.à Moder. Eu-
gubino controu.Foren.135.num.2.& ſeqq. vbi plu-
ribus id comprobat. Eoque minus dicta conie-
ctura, quam aliæ ſupra adductæ, & reiectæ re-
15 leuant, quia conquaſſantur † aut ſaltem de-
bilitantur alijs contrarijs videlicet, quia cum
16 agatur de magna ſumma † eam debitor ve-
riſimiliter non ſoluiſſet non reportatis quie-
tantijs, *Rot.deciſ.435.numer.7.lib.2.par.3.diuerſ.*
deciſ.259.num.7.par.6 .recent. alijque relati à Mo-
derno contr.35. num.6.
17 Attentò præſertim illius ſolito † repor-
tandi quietātias, etiam per publicum inſtru-
mentum, probato tam ex ſupra citato inſtru-
mento ceſſionis ſortis principalis, quàm ex
alio ſub die 31. Maij 1652. in quo Marchio
debitor, ne dum voluit ſibi fieri quietantiā
fructuum cenſus vitalitii, quos tunc ſoluit,
ſed etiam aliarum duarum ſolutionum in
cauſam fructuum ſocietatis factarum de qui-
bus aſſeruit factas fuiſſe quietantias, ſed de-
perditas *Summar.Marchionis num.5.* eſtque ani-
maduerſione dignum, quod ſi Marchio cu-
rauit ſibi fieri quietantiam, de ſolutionibus
18 factis † reportata quietantia, quæ fuerat de-

ſuper

perdita, fortiùs curasset fieri de solutionibus super quibus nulla emanasset quietantia, vt ad propositum ponderant, *allegati à dicto Moder.contr.135.num.7.* Accedit notoria moles æris alieni, quo Marchio defunctus premebatur, & ex indè difficultas in exigendo, vt propterea negari non possit quin exaduerso
19 allegata exceptio solutionis † requirat indaginem, neq; probetur per necessarias probationes, vt oportet contra Zephiram habētem creditum liquidum, ex publico instrumento, *Buratt. decis. 199. numer. 12. vbi allegat concord.*

Tandem beneficio Inuentarij, non gaudet Marchio Alphonsus, quia probat quidem se declarasse adire hæreditatem patris, cum beneficio legis, & inuentarij, & inuentarium incoasse, vt in *Summar. Zephiræ num.3.* sed non
20 perfecisse; † satisque est, quod de eo citatus non docuerit, aut de bonis hæreditatis rationem non reddiderit, vt cōtra ipsius bona propria relaxari potuerit exequatur mandati expediti contra bona hæreditaria patris, ex alleg. *in Bononien. fideicommissi de Rubeis* 11. *Martij* 1648. *coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Auenionen. Saluiani* 8. *Martij* 1652. *coram me, & in decisione huius causæ coram Reuerendiss. Tarracinensi.*

Atque hinc cessat etiam obiectum spretus supersessoriæ Signaturæ Iustitiæ, quia supersessoria erat conditionalis dummodo aduersarius inuentarium exhiberet. Et nimis sero hodie offert illud exhibere, & rationem reddere post quam ad id citatus fuit vsque de anno 1650. & Iudex terminum tunc assignauit quin decim dierum; vnde incongruum
21 esset † hodie lapso ferè triennio retardare vigore huius oblationis executionem contra bona propria ab A. C. decretam, & in secunda instantia prœuia matura discussione, ac decisione confirmatam decreto Rotali, *Grat. discep. 980. num. 26.*

Excessus qui allegatur non apparet; nam fructus omnes societatis ascendunt ad scuta 702. & hodie tantum 610. petuntur, & quatenus exaduerso doceatur de alijs solutionibus cum mandatum non fuerit executioni
22 missum † substinebitur pro summa debita iuxta æquitatem, quam amplexa est, *Rota decis. 288. numer. 4. penes Duran.* & *in alijs relatis in Romana Cambij* 23. *Ianuarij coram Reuerendissimo D. Archiepiscopo Tarraconen. & in Bareń. Saluiani* 24. *Martij proximèpræteriti coram me.*

Et ità decisum vtraque parte informante.

PAMPILONEN. DECIMARVM.

Lunæ 9. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Conuentio de soluenda loco decimæ certa pecuniarum quantitate non nocet Ecclesiæ, & successoribus absque beneplacito Apostolico. Quasi possessio soluendi decimas in pecunia, quo casu non suffragetur?

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio quadragenaria quando non agitur de Iure decimandi actiuo, sed tantum de quota, seu modo soluendi sufficit.*

2 *Possessio negatiua non soluendi decimam in specie, sed in pecunia probatur ex Testibus, licet non deponant decimam fuisse petitam, & denegatam, quia hoc requiritur, quando allegatur factum positiuum ex quo negatiuum resultat, & nu.3.*

Tunc enim Testes nihil aliud probare tenentur, quam euenisse casum solutionis eamque factam fuisse in pecunia, non autem in specie, ibid.

4 *Transactio super commutatione decimæ, vel quotæ sine authoritate Apostolica, non nocet successoribus.*

5 *Beneplaciti Apostolici præsumptio ex lapsu temporis cum obseruantia à Constitutione fel. record. Vrbani Octaui reijcitur.*

6 *Parochus liberè vti potest Iure suo in percipiendo decimas, si præcedens conuentio de illas soluendo in pecunia expirauit.*

7 *Possessio vbi pendet à causa non obligatoria in futurum expirat cum ipsa causa, & vltro non suffragatur.*

8 *Præscriptio sine possessione non datur.*

9 *Tempus litis à præscriptione demendum est.*

10 *In præscribendis decimis anni 40. sunt necessarij.*

11 *Quasi possessio non soluendi decimas non dicitur quæsita, nisi constet illas fuisse petitas, & exaduerso denegatas.*

12 Rot. decis. 88. num. 4. & seqq. *quo casu loquatur?*

13 *Patientia, & acquiescentia excluditur ex protestationibus, & declarationibus in contrarium.*

Præscriptio interrumpitur ex protestationibus, & reclamationibus, ibid.

14 *Ad præscribendum possessio debet esse vniformis, non autem difformis.*

15 *Immemorabilis vel quadragenaria cum titulo requiritur, quando agitur de præscribenda tota decima.*

16 *Præscriptio differt à consuetudine.*

17 *Consuetudo allegari nequit à priuata persona.*

18 Decisio in Leodień Decimarum 18. Iunij 1646. coram R. P. D. Verospio, *declaratur.*

19 *In præscribenda exemptione passiua à solutione decimarum in totum requiritur titulus verus, vel tanti temporis cursus, de cuius initio memoria nō extat.*

DECISIO DLXIII.

ADMISSA assistentia Iuris super Iure decimandi in Territorio de Redondo vulgò nuncupato Liquedana alijsque conclusionibus ad fauorem Prioris de Velate deductis in decisione huius causæ coram me edita die 26. Aprilis 1652. ab ea nihilominus recedendum esse satagebant informantes pro Michaele de Villauitiosa, & litis consortibus allegando exemptionem passiuam à solutione decimarum acquisitam mediante promissione annuæ præstationis florenorum 14. conuenta inter Martinum & Ioan-

& Ioannem de Liquedana ex vna, ac Monacos, & Monasterium de Roncesualles ex alia in concessionibus huius Territorij factis dictis de Liquedana de anno 1558. & anno 1607. *Summ. Michaelis num. 1. & 2.* necnon mediante præscriptione, quam dum non
1 agitur de iure decimandi actiuo, † sed potiùs de quota, seu modo soluendi decimam sufficere quadragenariam dixit *Rot. penès Seraph. decis. 1102. num. 7. & in Leodien. Decimarum 18. Iunij 1646. coram R.P.D. meo Verospio.*

Et possessionem negatiuam non soluendi decimam in speciebus, sed solum dd. florenos 14. educebant ex Testibus deponentibus
2 nusquam eam fuisse solutam, † licet solueretur de fructibus recollectis in alijs Territorijs, quod satis esse videbatur, etiamsi testes non deponant decimam fuisse petitam, & denegatam, quia hoc requiritur † quidē
3 quando allegatur simpliciter factum negatiuum, quando tamen allegatur factum positiuum ex quo resultat negatiuum, nil aliud probandum est, quàm venisse casum solutionis, eamque factam fuisse in pecunia, non autem in specie nisi in aliis territorijs, *iuxt. theor. quam tradit Natt. conf. 46. sub num. 15. Casanatt. cons. 39. sub num. 51. vers. & facit Cancer. var. resol. par. 3. c. 4. num. 147. & seqq. Flores de Mena var. quæst. lib. 3. q. 21. n. 266. vers. vera resolutio.*

His tamen non obstantibus resolutum hodie fuit deberi Priori de Velate decimas fructuum in Territorio controuerso, vt in prima decisione firmatur; allegata enim exemptio non resultat in præiudicium Ecclesiæ Parochialis de Eluetia vnitæ Prioratui de Velate ex asserta promissione soluendi annuos florenos 14. & præfatis concessionibus emanatis cum Monacis de Roncisualle; Tum quia Monacis nullum ius competit super Ecclesia de Eluetia, cui decimæ debentur, & in omnem euentum eorum con-
4 uentio super commutatione decimæ, † vel quota sine authoritate Apostolica non noceret successoribus *cap. de cætero, cap. veniens de transact.* & in puncto *Castropal. oper. moral. to. 2. tit. de decim. disp. vnica punct. 5. sub num. 4. Rot. decis. 30. num. 8. par. 6. recent. & in Beneuentana Decimarum 8. Martij 1649. §. fin coram Reuerendiss. Archiepiscopo Tarraconensi*, & præsumptio be-
5 neplaciti Apostolici † educi solita ex lapsu temporis cum obseruantia, sublata fuit per Constitutionem *fel. record. Vrbani Octaui*, iuxtà quam ità respondit *Rot. in Leodien. Dominiorum 25. Iunij 1649. coram Eminentiss. D. Cardinali Corrado, in Romana Deuolutionis Domus 4. Decembris 1651. coram me*, & alias sæpè.

Tum etiam quia extincta prima concessione expirauit pariter omne ius, seù diminutio decimę ibidem conuenta; itaut Paro-
6 chus † vti possit liberè iure suo, vt in his terminis *Rot. decis. 64. num. 16. par. 5. recen. decis. 23. nu. 6. par. 6.* & consequenter nec ad effectum præscriptionis allegari possit quasi possessio exemptionis, seù soluendi decimam in florenis vigore eiusdem concessionis quæsita,
7 quia vbi possessio † pendet à causa non obligatoria in futurum expirat cum ipsa causa, & vltrò non suffragatur *Grat. discep. 113. n. 60. alijque relati à Moder. Perusino de manut. obser. 64. num. 13. Rot. in Romana Cappellaniæ S. Saluatoris ad Scalas Sanctas 8. Nouembris 1624. coram bon. mem. Remboldo decis. 428. num. 2. par. 1. recent. decis. 255. num. 1. vers. sicque cum cessauerit par. 2. decis. 605. num. 5. par. 5. & in Romana Subcollectoriæ 17. Martij 1645. §. non obstat coram me.*
8 Hinc gratis affertur præscriptio † quæ sine possessione non datur, *cap. sine possessione de reg. iur. in 6. Balb. de præscript. par. 3. in fin. vers. tertiū, & quartum*, & in puncto *Rot. d. decis. 23. num. 6. & 8. par. 7. recent.* Et quatenus insistitur possessioni quæsitæ à tempore secundæ possessionis obtentæ de anno 1607. Respondetur primo, quod à dicto die semoto tempore
9 huius litis † ante annum 1647. cœptæ vt debet *gloss. in cap. illud verb. interruptio de præscript. Rot. decis. 208. numer. 4. par. 1. recent. & decis. 294.*
10 *sub num. 30. par. 7.* lapsi non sunt 40. anni † ad id necessarij *cap. auditis de præscript. capit. 3. de consuetud. in 6. Guttier. can. quæst. lib. 2. cap. 21. numer. 65. Castropal. d. disput. vnica punct. 5. numer. 2. Rebuff. de decim. quæst. 13. num. 80. Rot. in Carpentoraten. Decimarum 4. Iulij 1647. §. fin. coram me.*

Secundò quod Testes non deponunt decimas, siue ante annum 1607. siue postea fuisse à Priore petitas, & exaduerso denega-
11 tas, vt requiritur † ad acquirendam quasi possessionem exemptiuam à solutione decimarum, vel quotæ iuxtà opinionem quā perpetuò amplexa est, *Rot. penès Seraph. decis. 1102. num. 8. vers. maximè decis. 23. num. 5. par. 6. recent. dec. 667. nu. 9. par. 4. & in Beneuentana Decimarum 8. Martij 1649. §. tum etiam coram Reuerendissimo Archiepiscopo Tarraconensi in Leodien. Decimarum 27. Ianuarij 1651. §. penult. & 16. Iunij eiusdem anni, §. primo coram R.P.D. meo Meltio*, vbi allegātur concordantes; Quicquid sit in alijs casibus de quibus loquuntur allegatis in obiecto, vel vbi probatur immemorabilis in quibus terminis loquitur † exad-
12 uerso allegata *decis. Penia 88. n. 4. & seqq.*

Quo magis quia ijdem Testes deponunt de conquestionibus Prioris de Velate, ac declarationibus agendi iudicialiter contra de-
13 bitores decimarum, † quæ illius acquiesciētiam excludunt, & quatenus opus sit præscriptionem interrumpunt, vt in his terminis tradit *Monet. de decim. cap. 5. qu. 5. sub nu. 112. circa fin. vers. item interrumpitur*, & quia quasi possessio ante annum 1607. & postea non
14 est vniformis, † vt ad præscribendum necessè est, *Rimin. Iun. cons. 265. n. 16. Franc. Marcb. decis. 205. per tot. par. 1. Rot. in dicta Leodien. Decimarum 22. Aprilis 1652. §. accedunt coram R.P.D. meo Meltio*, quodque plus est verè nō agitur de præscriptione quotæ, sed de tota-
15 li exemptione à decimis † in hoc Territorio de Redondo, quæ præscriptionem immemorabilem, vel quadragenariam cum titulo requirit, vt allegando concordantes bene distinguit, & declarat, *Rot. dicta decis. 23. num. 1. & 2. par. 6. recent. Monet. de decim. d. cap. 5. quæst. 4.*

quest.4.num.104. vbi quod in hoc differt præ-
16 scriptio † à consuetudine *Castropal.d.disp.vnica punct.5.sub num.2.vers.tempus ergo iuncto n.1.*
17 *in fin.* vbi addit consuetudinem † non posse allegari à priuata persona. Nec obstat ex-
18 aduerso allegata † *decisio in Leodien. Decimarum coram R.P.D.meo Verospio*, quia ibi perfunctoriè dicitur sufficere quadragenariam sine titulo ad præscribendam exemptionem passiuam, & in eo casu agebatur principaliter de præscriptione exemptionis actiuè decimarum venitque intelligenda iuxtà doctrinam, quam allegat *Abbatis in cap.de quarta de præscript.qui sub num.3.* ait quod in præscribē-
19 da † exemptione passiua in totum requiritur titulus verus, aut putatiuus, vel tanti temporis cursus, de cuius initio non sit memoria.

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

ROMANA MELIORAMENTORVM.

Lunæ 16. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

A sententia lata in vim relationis peritorum, quando detur appellatio? Relationi peritorum iudicialiter electorum standum est, præsertim quando ab ea non fuit appellatum. Melioramenta voluptaria, quando sumus in iudicio hypotecario auocationis reficienda non sunt, sed tantum ea ex quibus res est effecta pratiosior. In concursu relationum peritorũ super melioramentis illæ præualent, quæ habent pro se concomitantiam Instrumentorum locationum rei melioratæ.

SVMMARIVM.

1 *Reformatio san.mem.Pauli V. tit.de Audit.Rotæ, sub §.7. prohibet ne Auditor Rotæ causam aliquam in Rota non propositam, & Coadiutorum votis non habitis definiat, quod etiam in causis Auditori, vti Prælato commissis seruari solet.*

2 *Sententiæ duæ vigore statuti Vrbis faciunt rem iudicatam. Statutum Vrbis de duabus conformibus* lib.1.cap.180. *seruatur inter Ciues, & Incolas, etiamsi agatur cum Ecclesiasticis personis, ibid.*

3 *Sententiæ duæ conformes constituunt rem iudicatam, attentis priuilegiis Archypresbytero Sancti Petri concessis, quod locum habet, siue sententia lata fuerit pro Ecclesia, siue contra.*

4 *Appellatio datur à sententia lata in vim relationis Peritorum.*

5 *Intellige conclusionem procedere, quando Periti fuerunt electi à Iudice, secus vero si à partibus.*

6 *Iurisdictionis defectus opponi nequit ab eo, qui coram eodem Iudice comparuit.*

7 *Peritorum Relationi iudicialiter electorum standum est.*

8 *Maximè quando ab ea non fuit appellatum, & consonat alia relatio, necnon plures locationes super statu rei, nu.9.*

10 *Pretium, siue valor in domibus Vrbis ... ad rationem sunt quinque pro quolibet centenario calculari solet, & an valor situs demendus sit: numer.11.*

12 *Melioramenta in iudicio auocationis rei hypotecatæ ab illius emptore reficienda non sunt, nisi ea tantum, ex quibus res est effecta pratiosior.*

13 Text.in l.Paulus, §.Domus, & l.cum postulassem, §.damni infecti ff.de damn. infect. conciliantur à Moder.Hispan. in laberint. creditor.par.1.cap.11. nu.22.

14 *Melioramenta necessaria an reficienda veniant?*

15 *Relationi Periti standum est, quoad melioramenta inutilia, & voluptaria.*

16 *Melioramenta inutilia, & voluptaria reficienda non sunt.*

17 *Melioramenta quæ fructus non augent voluptaria dicuntur.*

18 *De melioramentis etiam in viridarijs, quæ ad voluptatem parata sunt ratio haberi debet. Declara num.19.*

20 *Relationes Peritorum, quæ locationibus corroborantur eo magis attendendæ sunt.*

21 *Peritus eligi potest ex officio à Iudice in contumaciam partis non eligentis.*

22 *Melioramenta facta in aliqua domo valutari non debent à Peritis iuxtà pratium cementorum, vt illorum operarijs solui solet, sed valutare debent, quid exindè melioratum.*

23 *Ratio est, quia aliud est soluere æstimationem ædificij, aliud restituere quantum fundus cum fabricis est factus pratiosior.*

24 *De melioramentis excipiens nedum probare debet, quid melioratum, sed etiam quid impensum, vt actor quod minimum est reficiat.*

25 *Ad Peritorum vlteriorem electionem, quando non sit deueniendum ne detur processus in infinitum.*

DECISIO DLXIV.

VNAM, & alteram sententiam immissionem sibi tanquam creditori hypothecario anteriori concedentem in domum controuersam refectis melioramentis à Vestrino possessore factis, reportauit R. P. D. Iulius Cincius à RR.PP.DD.Baranzono, & Riualdo, vti Iudicibus Puellarum S.Euphemiæ, & mota deinde controuersia de pertinentia Iurisdictionis, quæ ad Eminentissimum Archipresbyterum S.Petri in Vaticano ratione directi dominij, quod super situ domus Capitulum eiusdem Ecclesiæ habet spectare asserebatur; Signatura Iustitiæ desuper adita, rescripsit dicto Eminentissimo Archipresbytero, vt in statu, & terminis Iudicem deputaret eumdem Dominum Riualdum, qui successiuè confirmauit hoc nomine sententiam Domini Baranzoni, quam etiam antea, vti Iudex puellarum præuio deposito scutor. 1123. facto à D.Cincio pro prętio melioramentorum sic extimatorum concorditer à Chellio, & Morla peritis iudicialiter electis, & confirmauerat, & executioni demandauerat.

Sed non acquiescente Vestrino, & ęstimationem dd.peritorum erroneam allegante

Dominus Cardinalis Archipresbyter deputauit in Iudicem super liquidatione melioramentorum tantum R.P.D.Ghinum, & ob superuenientem eius absentiam subrogauit de consensu partium Dominum Baranzonum à quo inspectis oculariter melioramẽtis, & extraiudicialiter electo ad maiorem cauthelam Carolo Raynaldo alio perito, qui concordem primam æstimationem Chelli, & Morlæ approbauit, lata fuit sententia confirmatoria liquidationis melioramentorum factæ, vt supra coram Domino Riualdo, reiciendo simul contrariam æstimationem extraiudicialem Marufcelli emanatam ad instantiam Vestrini, & declarando non esse locum vlteriori peritorum electioni, aut melioramentorum reuisioni cum perpetui silentij impositione.

Ab hac sententia appellauit Vestrinus ad Signaturam Sanctissimi, qui nihil voluit rescribere, sed oretenus iniunxit D. Cardinali Archipresbytero, vt cognosceret, an adesset exaduerso magnificatus error, & ad hunc effectum Dominus Cardinalis pro sui extraiudiciali informatione adhibuit Petrum Moraldum peritum cuius successiua relatio, cum negotium melioramentorum inuolueret illud mihi tamquam Prælato demandare placuit Eminentiæ Suæ vtraque parte consentiente, & quoniam pro Domino Cincio allegabatur res iudicata, exaduerso autem ob læsiuam melioramentorum extimationem petebatur restitutio in integrum, & aliorum peritorum electio ego parendo reformationi Pauli V. prohibenti † *sub titul. de*
1 *Audit. Rotæ §.7. ne Auditor Rotæ*, nisi partes in actis expressè consenserint causam aliquam etiamsi clari Iuris esse videatur ea in Rota non proposita, ac DD. Coadiutorum votis non habitis definiat, quod & in causis Auditori, vt Prælato commissis seruari solet, decidendum proposui sub die 29. Ianuarij 1652. an constet de re iudicata, vel potiùs de causis restitutionis in integrum, itaut sint eligendi noui Periti, & Rota distulit resolutionem ad Pisces, voluitque interim ad vberiorem veritatis cognitionem eligi extraiudicialiter in peritum Dominicum Castellium, cuius relatione nuper ędita eodemque dubio per me hodie proposito Domini censuerunt constare de re iudicata, non autem de causis restitutionis in integrum, nec esse locum electioni aliorum peritorum.

Siquidem super liquidatione melioramẽtorum de qua tantum est controuersia adsunt duæ sententiæ Dominorum Riualdi, & Baranzoni ad inuicem confirmato-
2 riæ, † quæ constituunt rem iudicatam, tàm vigore *Statuti Vrbis libr. 1. capit. 180.* Seruandi inter Ciues, & Incolas quales sunt partes litigantes etiamsi agatur cum Ecclesiasticis personis, *Rot. decis. 452. num. 1. part. 1.*
3 *diuers. decis. decis. 380. num. 11. par. 1. recent.* Tum vigore particularis priuilegij † D. Cardinali Archipresbytero concessi, quod locum habere, siue sententia lata fuerit pro Ecclesia, vel habentibus causam ab ea siue contra dixit *Rot. in Romana Societatis 25. Iunij 1610. coram bon. mem. Cardinali Sacrato impress. apud Marchesf. de commiss. par. 2. fol. 229. nu. 3.*

Vndè gratis allegatur, quod à sententia
4 lata in vim relationis peritorum † detur appellatio vt latè *Rimin. Iun. cons. 212. numer. 4. & seqq. & post Ant. de Butr.* aliosque ibi allegatos, *Rot. in Romana fideicommissi de Spiritibus 15. Ianuarij 1646. §. quouerò coram R.P.D. meo Cerro*, nam præter quod vt infra dicam non constat de grauamine, *& Rimin. Iun. loc. allegat. num. 19.*
5 Declarat id procedere † quando periti fuerunt electi à Iudice, secus verò si à partibus, eamdemque distinctionem sequitur *Menoch. cons. 849. num. 1. & 5. Monach. decis. Bononien. 55. num. 15. & 17. Maran. in prax. par. 6. tit. de sentent. numer. 131. ad fin. Rot. in Romana Pretij Fiani 14. Iunij 1610. coram Card. Lancellotto Iuniori sub nu. 3. in fin. ibi nec ab ipsis partibus apud Marchesf. de commiss. tom. 2. fol. 206.* Cessat in casu nostro omnis difficultas stante statuto de duabus conformibus, & particulari priuilegio appellationem prohibente, de nullo præsertim docto grauamine de quo constare supponũt omnes exaduerso allegati.

Quatenùs verò obiicitur sententiarum iniustitia, vel nullitas ex defectu Iurisdictionis ex quo cum agatur de re subiecta dominio directo Capituli S. Petri ad huius Iudices, non autem ad Iudices Puellarum S. Euphemiæ cognitio spectaret respondetur nullitatem tolli ex facto, quia vt dicebam sententiæ DD. Baranzoni, & Riualdi super liquidatione melioramentorum latæ fuerunt tanquam à Iudicibus S. Petri in vim deputationis Eminentissimi Archipresbyteri, & rescripti Signaturæ Iustitiæ, quæ deputationem fieri rescribendo in statu, & terminis declarauit implicitè, nec etiam antea defuisse Iurisdictionem, talemque declarationem impugnare non potest Vestrinus, † quia
6 deputationi in eius executionem factæ consensit coram Iudicibus deputatis vlterius cõparendo, *Felin. in cap. cum M. Ferrariensis nu. 25. de Constitut. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 101. num. 19.* cum alijs allegatis *in Ariminen. Saluiani 19. Iunij 1643. §. quo verò coram me.*

Iustitia autem sententiarum hoc est liquidationis melioramentorum in scut. 1125. conuincitur èx concordi relatione Chellij, & Morlę peritorum iudicialiter primo loco
7 electorum † cui standum est, *Bald. cons. 97. n. 1. lib. 5. Caball. cons. 20. num. 4. lib. 2. Grat. discep. 228. num. 8. & 9. Cocc. decis. 136. nu. 2.* Maximè quia
8 tunc ab ea † non fuit appellatum, quod in terminis ponderauit *Rot. in Tiburtina Administrationis 9. Decembris 1641. & 11. Maij 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & quia con-
9 sonat † altera relatio Rainaldi electi à D. Baranzono, necnon plures locationes controuersæ domus exaduerso factæ pro Pensione ad summum scutorum 60. quas attendi debere tradit in puncto, *Peregr. cons. 76. sub nu. 10. ibique ex locatione lib. 4.* facit *Rot. decis. 186. numer. 12. & seqq. par. 6. recent.* annua enim Pensio

sio scutor.60. calculando prętium ad ratio-
nem scutorum quinque pro quolibet cen-
10 tenario, † vt in domibus vrbanis, & præser-
tim in locis remotis solet *Cavaler. decis.* 358.
num.2. Constituit capitale scutorum 1200. è
quibus dempto valore situs ascendente ad
scuta 420. vt est in confesso apud partes, quę
11 in hac summa † demendum esse tradunt al-
legati per *Modernum Hispanum, in Labyrinth.
creditorum par.1. cap.11. num.74.* & exaduerso
non controuertitur, prætium melioramen-
torum non excedit scuta 800. & sic est lon-
gè minùs quantitate, vt supra diffinita à tri-
bus peritis.

Quibus adhæret etiam quarta relatio Ca-
stelli de ordine Rotæ electi, animaduerten-
do quod licet ipse mensurando quoque me-
lioramenta voluptuaria cannas murorum
in maiori quantitate retulerit, quam primi
periti, qui solum melioramenta reficienda
mensurarunt distinguendo tamen vtilia, &
necessaria ab inutilibus, & voluptuarijs, illa
retulit esse valoris scutor.1496. compræhen-
so situ, quem extimauit in scutis 420. Adeò
quod iuxtà eius relationem valor meliora-
mentorum remanet in scutis 1076. paucio-
ribus summa à primis Peritis æstimata, &
per D.Cincium depositata.

Nec obstat quod idem Castellius addide-
rit alia scuta 615. pro melioramentis inutili-
bus, & voluptuarijs, nam in hoc iudicio hy-
12 pothecario † auocationis rei hypothecatæ
ab illius emptore, melioramenta huiusmo-
di reficienda non sunt, sed ea tantum ex qui-
bus res est effecta prætiosior, vt in his termi-
nis iubet Iurisconsultus *in l.Paulus 29. §.Do-
mus in fin.ff.pignor.* & tradit *Gabr. cons. 168. sub
nu.111. vers.vt probat lib.1. Couarr. var. resolut.
lib.1.cap.8.col.2.vers.tertio ad Garz.de expen.cap.
17.num.67.& seq.inter tract.diuers.to.17.fol.323.
Marescott var.resolut.lib.2.cap 112.num.14.Mo-
rot.de Iur. offer. num.74.* aliique plures relati à
*Modern.Hispan.in Labyrinth.credit.par.1.cap.11.
num.56.& seqq. vbi sub num.77. & seqq.* fœdere
13 distinctionis conciliare nititur † antinomiã,
quæ videtur esse inter *text.in d.l.Paulus, §.Do-
mus, ac alium Textum in leg.cum postulassem 44.
§.damni infecti ff.damn.infect.* quæ antinomia
respicit tantum refectionem melioramento-
14 rum necessariorum † non reficiendorum ex
sententia *Garz.d.cap.17.numer.67. & 68.* Sed
quicquid sit de hoc quoad melioramenta
15 inutilia, & voluptuaria, † quæ qualia sint
standum est relationi periti *Rot.in Romana Fi-
deicommissi de Spiritibus 12. Decembris 1644.
§.sed alijs coram me*, concordant leges omnes
16 & Doctores, quod reficienda † non sunt, vt
etiam firmauit *Rot.decis.650.numer.4.* vbi vo-
17 luptuaria dicuntur, † quæ fructus rei non
augent *par.2.recent.decis.824. num.13.coram bo.
mem. Buratt. & in Romana Domus 25. Februarij
1641.coram R.P.D. meo Cerro.*

Dumque replicatur, quod in viridarijs,
quippè quæ ad voluptatem parata sunt me-
18 lioramentorum huiusmodi haberi rationẽ
dixit *Rot.penès Seraph.decis.936.num.1.* & notat

*Alciat.in l.impensæ num.9. ff.verb.signific. Ciriac.
controu.261. num.33.& 34.* Respondetur quod
situs hic nec originaliter fuit concessus ad
19 vsum viridarij, sed solius fabricæ domus, nec
viridarij delectabilis formam exhibet in sta-
tu præsenti, qui debet attendi *Gabr.cons.168.
sub num.111. vers.quatenus lib.1. Peregr.de fideic.
art.50. num.70.& seqq.* cum alijs quos refert,
& sequitur *Rot.in Romana Fideicommissi de Spi-
ritibus 22.Maij 1643. §.& quamuis coram me.*

Cum igitur pro D. Cincio adsint quatuor
relationes quinque peritorum, eo magis at-
20 tendendæ, † quia Instrumentis locationum
corroborantur *Dec.cons.415. num.3.& 4.* non
merentur exaduerso adduci relationes Ma-
ruscelli, quem suo marte Vestrinus elegit in
prima instantia postquam ob eius contuma-
21 ciam † in eligendo D.Riualdus alium ele-
gerat, vt potuit *Seraph.decis.1051. num.1.* Vel
Monaldi post secundam sententiam D. Ba-
ranzoni assumpti extraiudicialiter ab Emi-
nentissimo Archipresbytero Sancti Pe-
tri: Quia erroneæ conuincuntur ex antece-
dentibus, & subsequentibus relationibus;
quinque peritorum, quorum primi duo iu-
dicialiter, & concorditer retulerunt, nec
non ex Instrumentis locationum, & quod
plus est valutant melioramenta iuxtà præ-
tium cementorum, vt illorum venditoribus
22 aut operarijs solui solet, † cum tamen valu-
tare debuissent, quid exindè melioratum
Peregr. in his terminis *d.cons.76.num 9.* vbi di-
23 cit rationem, quia aliud est † soluere æsti-
mationem ędificij aliud restituere quantum
fundus cum fabricis est factus prætiosior,
*lib.4.Marescot.var.resolut.lib.2.cap.114.num.13.
Ciriac.controu.453.sub num.72. & 80. Rot.in Ro-
mana Domus 4.Nouembris 1642.coram Reueren-
diss.D.meo Decano, & in dicta Romana Fideicom-
missi de Spiritibus 12.Decembris 1644.§.quid enim
coram me, vbi in §.antecedenti* firmatur vlterius
24 quod excipiens de melioramentis † nedùm
probare debet, quid melioratum, sed etiam
quid impensum, vt actor quod minus est re-
ficiat *iuxtà text.in l.domus 62. ff. leg. 1.* & alios
ibi allegatos.

Quorum neutrum continent dd. relatio-
nes Maruscelli, & Moraldi, nec aliter pro-
batum exaduerso est, quamuis longo tem-
pore, & coram diuersis Iudicibus super li-
quidatione melioramentorum disceptatum
principaliter fuerit, vt proindè aduersarius
gratis doleat sibi non fuisse præfixum termi-
num ad liquidandum, sed acquiescere ali-
quãdo debeat deposito facto excedenti sum-
mam in secunda, & tertia relatione arbitra-
tam, & ex pluribus locationibus resultantẽ,
& adulteriorem peritorum electionem de-
25 ueniendum † non sit ne detur processus in
infinitum, *Felin.in cap.proposuisti num.11. circa
fin.vers.quia eius officium de probat. Mandell. con-
sil.157.num.25.& seqq.Rimin.iun. cons.212.n.21.
& cons.335.n.6. Monach.decis.Bononien.55.n.19.*

Et ità decisum vtraque &c.

RAVENNATEN. SEV FAVENTINA CAMBII.

Lunæ 16. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Cambia non debētur non constito de transmissione pecuniarum ad Nundinas saltim per litteras reditus neq; adhunc effectum attenditur solidatio facta inter partes præuia solutione alicuius summæ in causam Cambiorum per debitorem, cum non sit in potestate partium facere licitum quod est illicitū. Iustitia Cambiorum principaliter consistit in transmissione litterarum ad Nundinas verè, & non fictè. Effectuatio litterarum *dell'andata* ex quibus probetur? Cambia vt debeantur quando creditor pecunias ad Cābian sum accepit cum seipso, quæ requirantur? late in decisione declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Cambia ad quam rationem fuisse liquidata pro annis antecedentibus præsumptio resultat ex successiua liquidatione ad eamdem rationem annorum subsequentium.*

2 *Cambia non debentur non docto pecunias fuisse transmissas ad Nundinas saltim per litteras reditus.*

3 *Quamuis ex confessione partium præuia illorum solidatione appareat illa ad certam summam ascendere facta etiam per debitorem solutione certæ summæ in causam Cambiorum quia non est in potestate partium facere licitum quod vsurarium est.*

4 *Cambia aliunde sunt iustificanda, quam ex partium assertione, & solidatione.*

5 *Creditor tenetur ad iustificationem Cambiorum quamuis appareat sibi fuisse soluta, quia non constito de illorum realitate solutio pro Cambijs lex interpetratur in causam sortis.*

6 *Cambia iustificata dicuntur eo ipso quod exhibentur littera* dell'andata *verè, & non fictè transmissæ ad locum nundinarum præuia illorum effectuatione in quibus iustitia Cambiorum cōsistit.*

7 *Littera reditus intrinsece non sunt de substantia Cambij, sed prosunt ad eorum iustificationem ex quo per illas probatur præcessisse, & acceptatas fuisse in Nundinis litteras dell'andata.*

8 *Litteræ* dell'andata *manere solent penes Mercatorem, ad quam in Nundinis diriguntur.*

9 *Litteræ* dell'andata *probantur effectuatæ ex partitis formiter extractis ex libris Nundinalibus continentibus distinctim singularum nundinarum tempora, & distinctas solutiones.*

10 *Et solutiones probantur per modum æquipollentem mediante contrapositione partitarum quando persona recipientis distincta [illegible] non est à persona soluentis, quo casu necesse nō est probatio per aliā numericā solutionis.*

11 *Libri Nundinales post completas Nundinas fidem merentur quando plura concurrunt pro illorum legalitate.*

12 *Quantitas Cambiorum decursorum iustificatur ex fide iurata mercatorum cui standum est.*

13 *Cambia vt debeātur, vbi creditor pecunias ad Cābium accepit à semetipso concurrere debet debitoris voluntas expressa, vel saltim tacita ex verbis æquipollentibus.*

14 *Limita non procedere vbi in mandato ad Cambiandum est expressum pratium, & platea pro quibus Cambium celebrandum est, tunc enim nihil interest debitoris quod creditor Cambiet cum seipso, Declara num. 15. & 16.*

17 *Item limita non procedere quando debitor solidando deinde Cambia cum creditore admisit ab illo facta cum seipso quia videtur declarasse quod ab initio voluit hanc potestatem concedere vel saltim ratificasse quod sufficit. Declara numer. 18. 19. & 20.*

DECISIO DLXV.

ORIGINALE creditum Io: de Lucatellis, & petri Antonij de Via Bancheriorum in Ciuitate Bononiæ creatum de anno 1635. passiuè in personam Marci à Legā erat librorum 8770. in sorte principali vt constat, quia postea de anno 1639. partes illud solidarunt in libris 12593. sold. 8. den. 4. comprehensis Cambijs à dicto anno 1635. decursis, quæ de anno 1639. fuisse liquidata ad rationem librarum 8. pro quolibet centenario præsumitur, † ex quo, ad eandem rationem inter easdem partes liquidata successiuè fuerunt in alijs solidationibus factis de anno 1644. & 1648. ad *text. in l. 4. § si Magistratus ff. Magistr. conu. l. ex persona Cod. probat. l. si qui adulteris Cod. de leg. Iul. de adulter. Alex. in l. qui alienam num. 17. ff. acquir. hæred. Cephal. cons. 90. num. 19. & 20.*

1

Quapropter cum incrementum eiusdem crediti vltra summam dd. librarum 8770. debitum pro sorte proueniat à Cambijs decursis vsquè ad annum 1648. ad dictam rationem librarum 8. liquidatis resolutionē dubij per me hodie propositi inter hæredes, seu Cessionarios Lucatelli, ac de Via, & Petrum, ac aliosde lega visum fuit pendere à Iustitia Cambiorum, quæ Domini dixerunt nullatenus deberi ab anno 1635. vsque ad 1649. quia tunc temporis pecunias fuisse transmissas ad nundinas † non docetur saltim per litteras reditus, vt oportet *Nauarr. in manual. cap. 16. tit. de vsur. circa Cambia vers. quare Moltes. cons. 9. num 34. lib. 1. Bellon. decis. [illegible] 37. num. 12. Rota decis. 52. num. 4. par. 1. [illegible] 32. num. 21. coram bo. mem. Vrgellen. & in Anconitana Cambiorum 8. Februarij 1629. coram bon. mem. Vbaldo, & in Romana, seu Ianuen. Cambiorum [illegible] Iunij 1632. coram me.*

2

Quamuis in solidatione anni 1639. & alijs partes concorditer Cambia [illegible] iustificata essent ad certam summam ascendere confessæ fuerint ac postea debitor summas aliquas in causam Cambiorum soluisset, cum enim non sit in potestate partium licitum facere, quod vsurarium est *Bart. in l. si forte num. 4. & 5. ff. Castr. pecul. Ias. in §. si damnatio num. 4. Cod. collat. Gratian. discep. 837. num. [illegible] num. 22. & 23.* Cambiorum iustificatio probanda

3

4 tenda aliundè est, † quàm à partium assertione, ac solidatione *Bald. in l.rogati 3. si tibi num.4.ff.si cert.pet. Becc.cons.213.sub nu.89.vers. secunda respond.8.num.seq.Rot.decis.776.numer.2. par.4. diuers. decis.51. num.5.decis.559.numer.2. par.1.rec.decis.711.num.6.par.3.decis.287.nu.21. & 2. decis.292.num. 3. & 4. par.7. recent. & in Romana Cambij 17. Februarij 1642. §. non vrget coram me in Licien. pecuniaria 29. Maij 1643. §. quia solutio coram me*, in quibus decisionibus firmatur vlterius Creditorem teneri iusti-
5 ficare Cambia, † & si ea sibi fuerint soluta, quia nisi realia fuerint solutio pro Cambiis lex interpetratur in causam sortis *Roman. cons.238.num.1.Franc.Ant.Cort.consil.73.num.5. Francis. à Ponte cons.70.num.25. & seq.Castrill. decis.99.nu.1.Rota in Romana pecuniaria 31.Iulij 1648. §. præterea coram Eminentissimo D.Cardinali Corrado*.

Post dictum verò annum 1639. vsque ad annum 1648. non ità facilè negari potest iustificatio Cambiorum exhibitæ siquidem
6 fuerunt litteræ, quas vocant *de andata* † verè, & non fictè transmissæ ad locum nundinarum, earumque sincera realis effectuatio, in quibus consistere Cambiorum Iustitiam tradit *Lup.de vsur.cap.3.§.20.nu.23.Bellon. dec. Ianuen. numer. 27. & decisum fuit in Romana, seu Florentina Cambiorum 12. Ianuarij 1615. coram bon. mem. Archiepiscopo Seleucien. & in Romana seù Ianuen.Cambij 16.Ianuarij proximè præteriti §. tùm etiam coram me*, vbi subditur litteras reditus non esse intrinsecè de substan-
7 tia Cambij, † sed prodesse ad eorum iustificationem eo quod per illas probatur præcessisse, & acceptatas fuisse in Nundinis litteras
8 *de andata*, quæ plerumque à Creditore † produci non possunt, quia manere solent penès mercatorem, ad quem in nundinis directæ fuerunt *Capic.latr.decis. 06.num.51.* nec mirũ si in casu nostro potuerunt exhiberi, nàm mercator existens in nundinis erat Minister Creditorum.

Quod autem prætactæ litteræ *de andata* omni suspicione vacent, & plenarium effe-
9 ctum habuerint, † probant partitæ fortiter extractæ ex libris Nundinalibus continentibus distinctim singularum Nundinarum tempora, & cum eadem distinctione referentibus ad debitum illorum de Lega pecunias pro ipsis in vim dd. librarum *de andata* solutas, quarum solutio quia [illegible] Nundinalium sibimet soluere debebat, & sic persona [illegible] cipientis distincta phisicè à perso-
10 na soluentis non erat † non eget probatione per actum numericæ solutionis impossibilis dari à parte, nec in eadem persona, & adimpleta dicitur per modum æquipollentem contrapositionis partitarum factæ in dd. libris *Couar.var.resolut.lib.2.cap.6. nu.10. Bellon. decis.Ianuen.num.8.& 22.Rot.in Romana seù Ianuen.Cambij 20.Iunii 1652. §. 1. in fine*, qui li-
11 bri ob concomitantiam litterarũ † *de andata*, multiplicitatem partitarum ibi tempore cuiusque feriæ descriptarum agnitionẽ debiti resultantem à solutionibus, & solidationibus factis à debitoribus, & legalitatem à solutionibus, & solidationibus factis à debitoribus, & legalitatem Mercatoris fidẽ merentur; maximè post completas Nundinas per ea quę tradit *Modern.Ianuen.de Camb.disput. 2. quæst.1. num.16. & 17.quæst 17.num.54. & dicit Rota in sup.alleg. Romana seù Ianuen. Cambii 27. Nouembris 1651.§.1. 18.Martii 1652.§. penult. 16.Maii 1653. §. eo magis in fine coram me*.

Et ad adminiculandam vlterius quantitatem Cambiorum decursorum pro toto di-
12 cto tempore exhibetur † quoque fides iurata Mercatorum, cui standum esse dicit *Rota in Romana pecuniaria 5. Iunii 1645. §. quia cum Pagninus, & 31. Iulii eiusdem anni §. quia certum est coram Eminentissimo Domino Cardinali Corrado*.

Nihilominus neque pro dicto tempore Cambia deberi responsum fuit, quia Credi-
13 tores pecunias ad Cambium † acceperunt à semetipsis, quod non censetur permissum quod vt in casu nostro non concurrit debitoris voluntas expressa vel saltem tacita ex verbis æquipollentibus resultans *Surd cons.4. num.38.in fine Rota in Romana Cambiorum 19. Iunii 1626. coram Remboldo Impress. apud Modern.Ianuen.de Camb.decis.31.num.1.& seq. & in eadem 18.Ianuarii 1627. coram bon.mem. Pirou. impress.ibid.decis.32.num.1.& seq. & in alia Romana Cambii 11.Maii 1635. coram Pirouano impress. ibid.decis.33.num.6.& seq.quæ decis. respondent omnibus obiectis, & nuper in Romana Cambiorum 28. Aprilis 1651.§. siquidem circa fine coram R. P. D.meo Verospio vbi allegantur contraria.*

Idque licet idem *Modor. in annot. add dict. decis. 31. littera F. vers. sed si in mandato* limi-
14 tat † vbi in instrumento ad Cambiandum esset expressum prætium, & platea pro quibus Cambium celebrandum est, eo quod tunc nihil interest debitoris quod creditor Cambiauerit cum se ipso, limitatio non applicatur quia in casu nostro non fuit expres-
15 sa platea, † & adhùc interest debitoris ne creditor Cambiet cum se ipso, quia contingere poterat, quod non inueniret mercatorem, qui illi credere noluisset, & sic quod super debitore Cambia nõ currerent, insuper intentio mandantis, quæ solum non autem an eius intersit nec ne, attendatur semper quia in instrumento quantumuis generali non venit persona Procuratori nisi exprimatur *l. si mandauero tibi §. si tibi centum ff. mand.Bald.in l.si is cui nu.2.vbi Add. littera A.C. de furt.& in l.omnia num.7.vers.quæro data est potestas C.de execut.rei Iudic.Menoch.cons.296.n.2. Burs.cons.395.num.24.* ob quas rationes appli-
16 cabiles omni mandato habeat, † siuè non expressum prætium, & plateam Cambia cum se ipso à Procuratore contracta non deberi dicit *Rota dicta decis. 31. numer. 4. 8. & 9.decis.32.num.3.& 6.in fine*.

Minus applicatur alia limitatio, quam am-
17 plexa est, *Rota dicta decis. 33. num. 7.* † quod scilicet debitor solidando deindè Cambia cum Creditore admisit ab illo facta cum se ipso, quia videtur declarasse, quod ab initio

tio voluit hanc potestatem concedere, vel saltèm ratificasse quod sufficit *l. ad solutionem C. re Iudic. Bald. cons. 34. nu. 1. lib. 2. Surd. cons. 60. num. 13.* nàm probatum non fuit debitorem
18 in solidationibus de Cambijs † à Creditore factis cum se ipso habuisse certam notitiam, sine qua voluntatis declaratio, aut Cambiorum huiusmodi ratificatio exindè non resultat *Natt. cons. 162. n. 31. Surd. cons. 318. nu. 27. & 28. Dec. cons. 5. num. 26. lib. 5. Alex. cons. 114. num. 4. vers. accedit lib. 1. Rota decis. 280. numer. 9. par. 1. recent. decis. 384. num. 4. & 5.* vbi quod
19 nec sufficit notitia† præsumptiua apud *Merlin. decis. 510. numero primo* potuit nimirum debitor credere Cambia, cum alijs esse con-
20 uenta, & hæc possibilitas † satis est ad excludenđ ratificationem *Aym. cons. 197. num. 12. vers. quia factum tale Penia decis. 67. num. 6.* prout satis est dubium esse posse an mandans voluerit Procuratori concedere facultatem Cambiandi cum se ipso ne Cambia sic conuenta debeantur *Rota supra citata decis. 31. sub num. 10. vers. & in omnem euentum apud Modern. Iannen. de Camb.*

Cum igitur Cambia nullo tempore debeantur, solùm subsistit creditum sortis principalis, ad cuius residuum detractis solutionibus factis Petrum, & alios de Lega teneri decisum fuit vtraquè parte informante, &c.

ALBINGANEN. PRAECEDENTIAE.

Veneris 20. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Præcedentia in processionibus, alijsq; publicis, ac priuatis fũctionibus debita est antiquiori ac digniori tam attẽta dispositione iuris cõmunis, quam Constitutionis Gregorij XIII. & ex quibus quis dicatur antiquior, & dignior?

SVMMARIVM.

1 *Præcedentia inter duas Confraternitates de iure communi debetur antiquiori, & digniori.*
2 *Antiquior in loco probatur ex testibus, & ex instrumento erectionis.*
3 *Dignior in materia præcedentiæ reputatur qui incedit ad dexteram aduersarius verò ad sinistram.*
4 *Item si concurrit communis omnium opinio, quæ in hac materia attenditur.*
5 *Item dignior est qui aduersario præire satagenti præcipit, vt sistat, & ipse paret, & acquiescit, hoc enim superioritatem demonstrat.*
6 *Campana magna dignior est parua.*
7 *Confraternitates si conuocantur ad sonum campanæ illa dignior præ cæteris reputatur, quam campana maior vocat.*
8 *Dignior ille dicitur qui est in possessione præcedendi alios.*
9 *Testes Confratres eiusdem Confraternitatis non probant ad fauorem Confraternitatis in materia præcedentiæ, præsertim in re magni honoris.*
10 *Declara conclusionem tunc procedere, quod honor vti singulis est debitus, secus verò si est debitus vti vniuersis quo casu probant præsertim quãdo supplentur ex numero, & concurrunt alia adminicula.*
11 *Testis inductus contra inducentem plenè probat.*
12 *Constitutio Gregorij mandat inter Confraternitates, illam præcedere quæ est in possessione præcedendi.*
13 *Quasi possessio præcedendi probatur ex incessu in processionibus ad manum dexteram, quæ dignior habetur, quia inde est localis motus principium.*
14 *Ad quasi possessionem præcedendi acquirendã vnicus actus sufficit.*
15 *Præcedentia debita Priori alicuius Confraternitatis, qui licet sit Sacerdos, nihilominus vti Priori, non autem vti Sacerdoti debita censetur.*
16 *Confraternitates existentes in Ecclesia expectantes progressum processionis, illa quæ existit in cornu Epistolæ dignior reputatur reliquis existentibus in cornu Euangelij, quod censetur minus dignum.*
17 *In Altari pars dextera dupliciter consideratur vno modo respectu ipsius Altaris versi ad populum, & sic dexterum, ac dignius est cornu Euangelij, quia illuc dexteram protendit Crux, alio modo respectu Sacerdotis celebrantis versi ad altare, & sic pars dextera est cornu Epistolæ.*
18 *Diaconus assistit Sacerdoti celebranti in cornu Epistolæ.*
19 *Diaconus assistens in cornu Epistolæ dignior est Subdiacono assistenti à parte Euangelij.*
20 *Cornu Epistolæ dicitur dextera habito respectu ad ingressum in Ecclesia, quia illud respicit pars dextera ingredientium.*
21 *Sacrosanctum Euangelium in sacris Concilijs in medio apponebatur, ad quod vultus omnium conuersi essent, quia repræsentabat ipsum Deum sistentem in medio Sinagogæ.*
22 *Dignior pars censebatur, quam dextera ipsius Dei sic repræsentati respiciebat, itaut à dextris essent qui habito respectu ad ingressum sedebant à sinistra, & è conuerso à sinistra qui sedebant ad dexteram.*
23 *Dignior pars est illa in omnibus consessibus, quæ est à latere dextero personæ primariæ in medio, & è conspectu adstantium sedentis.*
24 *Ratio diuersa militat in consessu, & in progressu.*
25 *Confraternitates laicales nullam partem habent in consessu altaris ac presbyterij.*
26 *Confraternitates expectantes progressum ab Ecclesia versa turmatim ad Altare in corpore Ecclesiæ illa sistere dicuntur in parte dextera, quam respicit cornu Epistolæ.*
27 *Confraternitas in digniori loco existere dicitur, quæ stetit in parte collaterali cornu Epistolæ.*
28 *Attento præsertim vsu, & consuetudine loci quæ in hac materia est attendenda.*
29 *Præcedentia ab vsu, & consuetudine metiri debet.*
30 *Confraternitates in associatione cadauerũ si interueniunt illa dignior habetur, quæ Clero proximior est.*
Dignior locus habetur qui digniori vicinior est ibid.

Decian

31 Decian. respons.67. num.7. lib.2. *in quibus terminis loquatur?*
32 *A præcedentia in associatione cadauerum dicitur quæsita quasi possessio præcedendi in omnibus processionibus stante causa vniuersali.*
33 *Constitutio Gregorij XIII. non abrogat possessori suam antiquioritatem.*
34 Decis.Merlin.779.num.6. *quo casu loquatur?*
35 *Dignior in processionibus secundum locorum consuetudinem aut præcedit, aut subsequitur.*
36 *Præcedendi quasi possessio nō acquiritur per actus æquiuocos.*
37 *Confraternitas si in processionibus aliam præire tentantem coercuit, & subsequi coegit ipsaque acquieuit per hanc acquiescentiam fatetur alteram esse digniorem, vel saltim sibi præiudicauit.*

DECISIO DLXVI.

ATTENDATVR dispositio iuris communis, siue constitutio *fel.record.Gregor.XIII.relata per Barbos.de potest.Episc. alleg. 78.num.32.& per Modern. Hispanum de exempt.*
1 *regular.dub.368.nu.1.* Præcedentiam, † ac digniorem locum in processionibus publicis, seu priuatis, ac alijs functionibus deberi in Terra Tabiæ Cōfraternitati Confalonis sub inuocatione SS.Fabiani, & Sebastiani in cōcursu Confraternitatis Sanctissimæ Trinitatis, decisum hodie fuit præuia particularis dubij geminata discussione.

Ius enim commune digniorem locum tribuit antiquiori *can. statuimus, vbi glos.verb. noui distinct.61.l.1.Cod.consul.lib.12.l. fin.Cod. Tyronib.eod.lib.Thob.Nonius cons.71.nu.35.Rot. dec.718.num.1.par.4.diuers.& in Oppiden.processionum 18.Maij 1646. coram R.P.D.meo Verosp.* ac digniori *cap. statuimus de maior.& obed. Mastrill.de Magistr. lib.4.cap.14. nu.29. & seqq.vbi allegat concord.Rot.decis.138. num.2. parte prima recent.*

At Confraternitatem Confalonis esse an-
2 tiquiorem† concedunt Testes aduersariæ,ac probant examinati ad instantiā huius Confraternitatis, nec non publicum instrumentum fundationis, & approbationis obtentæ ab Ordinario de anno 1454. vt in Summario nouo *num.1.* Digniorem verò demon-
3 strant,† tùm incessus,de quo infrà dicā Prioris huius Confraternitatis ad dexterā Prioris aduersariæ *cap. solitæ de maior.& obed. gloss. in l.decernimus verb.residendi Cod. sacrosan. Eccl. Tiraquell.de primogen.in præfat.num.13. & seqq. Gratian.discept.106.num.40.Babedill.politic.p.1. lib.2.cap.13.num.12.* Tum probata per Testes
4 communis hominum opinio, † quæ in hac materia attenditur, vt ex text. *in l.Athletas §.1. ff.his, quis notan. infam. & in l.1. ff.flumin. cap. cum olim de consuetud.tradit Vasq. in præfat. ad quæst.illustr.num.85.Grat.discept.111. num.74. & seqq.Castill.de Tert.Reg.cap.41.nu.38.Buratt. dec.483.num.13.*

Tum vsus iubendi aduersariæ in functio-
5 nibus publicis præire satagenti,† vt sistat cū successiua aduersariæ obedientia, & acquiescentia, de qua deponunt primus, secundus, quartus, & quintus testis dati in primo Sūmario Confalonis *sub num.8.* hoc enim superioritatem demonstrat *gloss.in cap.olim il 3. de restitut. spoliat. Alber.in diction.maioritas verb. attenditur vers. item in obediendo Bald.in l.2. sub n.79.vers. secundo casu Cod. seruit.& aqua. Alex. cons.43.num.3.lib.1.Vrsil.ad Afflict.dec.301.n.4. Merlin.dec.461.num.6.& seqq.* Tum diuersitas in modo conuocandi; nam ad id pro aduer-
6 saria adhibetur campana parua, † pro alia verò magna, quæ sicuti dignior est illa ex *alleg.per Barbos.in cap.patentibus nu.5. circa fin.*
7 *de priuil.* arguit digniorem esse,† quem conuocat, non secus, ac dignior dicitur, quem gnior instituit data in cęteris paritate, *l.2. ff.alb. scriben.gloss.in cap.1.verb.maior. & in cap. per tuas verb.subdiaconus de maiorit.& obed.Dec. resp.19.num.214.lib.3.Menoch. cons.126. nu.33. & seq.cons.902.num.17. Boer.de auth.magn.cons. num.31.cum alijs alleg.à Moder.Hispan.de præced. q.1.num.20.* Tùm tandem infra ponderanda
8 possessio † præcedendi, *Felin.in rubr.de maiorit.& obed.num.10. alijque relati à d.Moder.Hispan.de præceden.q.17.sub num.1.vers. et tales dicuntur, Rot.dec.456.num.12.par.1.rec.*

Non obstat, quod de prædictis deponant testes,qui sunt Confratres ipsius Confraternitatis Confalonis, ac proindè ad eius fauorem non mereantur fidem, præsertim
9 in re † magni honoris *Bald. in c.cum Nuncius num.1.ad fin.de testib.Felin.in cap.insuper num.6. eod.tit.Rot.dec.136.n.1.par.1.rec.*
10 Quia obiectū procederet,†si exindè emolumentum aliquod,vel honorem,vt singuli reportarent; cum autem minimè reportēt, quia vt singulis non debetur honor debitus, vt vniuersis, *Præpos.in cap.concilia §.Episcopum num.3.distinct.17.Grat.discept.298.nu.46.& seqq. aliosque refert Moder.Matritensis in summ. quæst. Regular.vol.1.tom.2.cap.15.num.23.*plenè probant pro Confraternitate *Bald.in d.cap.cum insuper num.3.de testib.Hond.cons.79.nu.39.& 40. lib.1.* & in specie *de Confratribus Rot. dec.290. num.13.par.5. recent. in Anconitana bonorum 13. Ianuarij 1645.§. quia etiam coram R.P.D. meo Meltio, & magis in puncto in Taurinen. delationis Baldachini 4.Iulij 1646.§.et licet coram Eminentiss.D.Card.Corrado:* maximè quia supplentur ex numero,& adminiculantur ab instrumento antiquitatis, ac in aliquibus etiam à
11 testibus exaduerso inductis † plenè probantibus cōtra inducentem *l. si quis testibus,Cod. testib.Surd.cons.390.num.18.Mant.dec.274.nu.1. vers. et quod amplius.*
12 Constitutio Gregoriana † pariter suffragatur Confraternitati Confalonis, quia inter Confraternitates mandat præcedere eā, quæ est in quasi possessione præcedendi, vel hoc cessāte,quæ prius saccis visa fuit. Hanc verò Confraternitatem esse in quasi posses-
13 sione præcedendi † probatur, primo, quia in processione aliàs facta ad Ecclesiam nuncupatā S.Mariæ dell'Alma, in qua mixtim vtriusque Confraternitatis Confratres bini, ac bini incedebant,Prior, & Subprior Confalo-

ſalonis inceſſit ad Prioris,& reſpectiuè Sub-
14 prioris aduerſariæ Confraternitatis dexterā,
quæ dignior habetur, quia indè eſt localis
motus principium, *gloſſ.in l. decernimus verbo
reſidendi Cod. ſacroſan. Eccleſ. Caſſan.in Cathalog.
glor.mund.par.3.conſider.2.Pacian.de probat.lib.2.
cap.26.nu.90. Peria in puncto proceſſionum deciſ.
456.nu.4.& ſeqq.* Sufficitque vnicus actus ad
15 ad acquirendam † quaſi poſſeſſionem præ-
cedendi iuxta *Theoricam Rip.in c. cum Eccleſia
num.91.& ſeqq. de conſtit.* quam alijs allegatis
ſequitur in terminis præcedentiæ *Caſtill. de
de Tert.Reg. cap.41.nu.61. Xamar.de offic.Iud.&
Aduocat.par.1.q.2.num.69.Rot.in d.Taurinen.de-
lationis Baldachini §. quia cæteris coram D.Card.
Corrado.*

Gratiſq; dicitur Priorem præceſſiſſe, quia
Sacerdos erat, cum enim fuiſſet in Priorem
16 electus, non vt Sacerdos, † ſed vt Confrater,
& vt Confrater proceſſioni intereſſet, hoc
tantum nomine non autem illo potuit præ-
cedere, *Abb. in cap.auditis num.4.de elect. Lanar.
conſ.88.num.16.& ſeqq. Anton. de Pret. de iuriſd.
Epiſcop.cap.6.num.55.inter tract.diuerſ. tom.13.
par.2. fol.367.Contilor.de præceden.n.20.& ſeqq.
Grat.diſcept.111.num.14.Cancer.var.reſol.lib.3.
cap.10.num.117.* aliique relati à *Moder. Hiſpano
de præceden.q.27.num.10.& 11.Rot.dec.288.n.2.
par.1.recent. & in d.Taurinen. delationis Balda-
chini, §.quia non agitur*: præter quod in Sub-
priore qui similitèr præceſſit qualitas Sa-
cerdotis non concurrebat.

Secundò quia, vt affirmant concorditèr
teſtes vtriuſque partis, occurrentibus occa-
ſionibus proceſſionum, & vtraque Confra-
ternitate illarum progreſſu expectatura ma-
nente in Eccleſia, Vexillum, & Confratres
Confalonis ſteterunt in ea parte Eccleſiæ,
quam reſpicit cornu Epiſtolæ Confrater-
nitatis verò aduerſariæ, in ea parte, quam
reſpicit cornu Euangelij, quod in his termi-
nis cenſetur minus dignum. Nam vt habe-
tur *in Sacr.Cæremon.Roman.lib.3. ſect.2. cap.1.
col.4.in fin.verſ.hoc enim, Pariſ.de Craſſ.de Cære-
mon.Card.& Epiſcop.cap.31.in princ.* duplicitèr
17 conſideratur† pars dextera in altari, vno vi-
delicet modo reſpectu ipſius Altaris verſi ad
Populum, & ſic dexterum, ac dignius eſt
cornu Euangelij, quia illuc dexteram pro-
tendit cum in medio Altaris poſita, ibique
legitur Euangelium, quod eſt dignius. Alio
modo reſpectu Sacerdotis celebrantis verſi
ad Altare, & ſic pars dextera eſt cornu Epi-
ſtolæ, quia illuc tendit dextera ipſius Sacer-
dotis; atque hinc, ibi aſſiſtit Sacerdoti Dia-
18 conus, † vt tradit *Caſtald.in prax.Cæremon.
lib.1. ſect.7.num.8.& 26.* qui eſt Subdiacono
19 aſſiſtenti † à parte Euangelij dignior *cap.ſta-
tuimus de maior.& obed. Petr.Greg.Syntagm. iur.
lib.16.cap.7.num.4.* Pariterque cornu Epiſto-
20 læ † dicitur dextera habito reſpectu ad in-
greſſum in Eccleſia, quia illud reſpicit pars
dextera ingredientium, vt ſenſui patet.

Primus modus attenditur in iis, quæ ſunt
quodammodò pars Altaris, & Presbyterij,
& ab Altare regulantur, aut vertuntur ad
populum. Eademque ratione in ſac. Con-
cilijs, in quorum medio poni conſueuit ſa-
21 croſanctum Dei Euangeliū, † ad quod vul-
tus omnium conuerſi eſſent, quia illud re-
præſentabat ipſam Deum ſiſtentem in me-
22 dio Sinagogæ, † dignior pars cenſebatur,
quam dextera ipſius Dei ſic repræſentati re-
ſpiciebat; ita vt à dexteris eſſent, qui habito
reſpectu ad ingreſſum ſedebant à ſiniſtra, &
è conuerſo, à ſiniſtra quę ſedebant ad dexte-
ram, vt notant *Cardinalis Baron.Annal.tom.3.
ann.325. pag.273.Litt.C.& tom.6. ann.451. pag.
141.Litt.C.Card.Bellarm.in contro.lib.1. de Con-
cil.c.19.verſ. itaque Seuerin.Binius in not.ad Con-
cil.Nicenum to.1.Concilior.General. pag.314. ſub
verſ. quibus ordinibus.* Vnde etiam in omni-
23 bus conſeſſibus, † pars illa eſt dignior, quæ
eſt à latere dextero perſonæ primariæ in
medio, & è conſpectu aſtantiū ſedentis *An-
ton.de Pret.de iuriſd.Epiſcop.cap.6. ſub 56.verſic.
ideò qui ſedet poſt gloſſam, Alexandrum, & Baldū
ibi allegat.* Hæc autem omnia procedunt in
cōſeſſu, & inter perſonas illum integrantes,
ac per alias ordinibus diſpoſitis ſe inuicem
24 reſpicientes; † diuerſa verò eſt ratio in pro-
greſſu, vt ait *Baron. Annal. tom.6. d.pag.141.
Litt.C.* ibi alia in progreſſu, in conſeſſu ratio
alia attendatur.

Cum igitur Confraternitates laicales nul-
25 lam partem habeant † in conſeſſu Altaris,
ac Presbyterij *cap.1.vbi gloſſ.verb. ſecus Altare,
de vit.& honeſt.Cleric.cap.Sacerdotum de conſecr.
diſtinct.2.Pauin.de viſitat.par.2.q.8.num.26.Gui-
glielm. Durand.de mod.celebrand. Conſil. General.
rubr.55.num.2.Rot.in Romana proceſſionis 6. Fe-
bruarij 1615. coram S. D. N. & in Pampilonen.
Scamni 16.Ianuarij 1640. coram bon.mem. Card.
Panzirolo*; neque in figura conſeſſus, ſed pro-
26 expectantes † ad Altare verſæ turmatim in
corpore Eccleſiæ, cuius dexteram partem
eſſe cornu Epiſtolæ tradit *Gauant.in Theſ. ſac.
ritu par.2.tit 6.num.4.litt.X.pag.101.* maneant
vti pars cœteri populi, cuius dexterum eſſe
latus Epiſtolæ ait idem *Gauan.ibid.par.2.tit.7.
ſub num.10.col.4.Litt.pag.113.* Sequitur, vt illa
Confraternitas fuerit in digniori loco, quæ
27 quæ ſtetit in † parte collaterali cornui Epi-
ſtolæ; præſertim quia in loco Tabiæ com-
28 munis opinio, † & extimatio hominum in
his materijs ex ſupra allegatis attendenda,
hæc eſt, vt deponunt teſtes, & comprobat
vſus eiuſdē loci; nam ibi dignior pars Ma-
giſtratus laicalis ſolemnitèr aſſiſtentis, qui
dubio procùl præcedere debet, ac manere
in loco digniori, quàm Confraternitates, re-
ſidet à cornu Epiſtolæ, quamuis locus à cor-
nu Euangelij ſit vacuus in eodem loco re-
ſpiciente cornu Euangelij, ſedeāt alij minus
digni, & ab vſu, ſeu conſuetudine præceden-
29 tias † metiri debere tradit *Zabarell. conſ.62.
num.1.ac dixit Rot.dec.200. in fin.part.1. recent.
dec.779.num.2. apud Merlin. & in Oppiden. pro-
ceſſionum 18.Maij 1646. coram R.P.D. meo Ve-
roſpio in d. Taurinen. delationis Baldachini coram
D.Card.Corrado.*

Tertiò quia in funeralibus, & aſſociatione
cada-

cadauerum Confratres Confalonis Clero
30 proximiores,† quàm aduersarij incesserunt, qui locus dignior habetur, quia digniori vicinior est *l.1.Cod.praeposit.labor.lib.12.cap.perlectis 22. distinct.Cassan.in Cathal. glor.mund.p.4 consider.75.vers.mihi tamen, Boer.de auth. magn. consil.num.79.vers. quia in processionibus, Pacian. de probat.lib.2.cap.26.num.o.Ciriac.controu.201. nu.154.* in puncto funeralium *Anton. de Pret. de iurisd. Episc. sup.cit.c.6. sub n.56.vers.eo quia,* quamuis Vexillorū ante omnes Regulares preeuntiū illud aduersariæ minus à Clero distaret; nam à Vexillo desumitur dignioritas illud deferentis respectu alterius Collegij sub eodem Vexillo incedentis, in qui-
31 bus terminis† loquitur *Decian.respon.67.n.7. lib.4.* vel quando cœtera correspondent, & paria sunt, vt declarat *Ant.Capic. dec.27.not. 46.in fin. ibi quam cæteris paribus.*

Nec dubitandum, quin à præcedentia in associatione cadauerum quæsita fuerit pos-
32 sessio † præcedendi in omnibus processionibus, stante causa vniuersali supra probatæ dignioritatis, & antiquioritatis *Bald. in repet. l.1.num.24.vers. tu dic Cod.emancipat. liber. Felin.in cap.auditis nu.19.de praescript. Rot.dec.139. num.12.par.2.diuers. & in Romana locorum Montium 4.Iunij* 1640. *coram recol.mem.Coccino Decano*, quam antiquioritatem *Constitutio Gre-*
33 *goriana* † possessori non abrogat *Moder. Hisp. de praeceden.q.45. sub nu.12.vers. circa praedicta*; licèt secus esset si quoad alia esset aduersaria in possessione præcedendi, vel præcedentia in associatione cadauerum emanasset ex aliqua particulari ratione, puta quia cadauer associatum, fuisset alicuius ex Confratribus alicuius Confraternitatis, in quibus termi-
34 nis † loquitur *Merlin.dec.779. num.6. & seqq.* quod non probatur in casu nostro; imò testes deponunt vniuersaliter de associatione cadauerum, & aduersaria in alijs functionibus non docet se esse in quasi possessione præcedendi.

Nihil ad id suffragante, quod Confraternitas aduersaria in alijs processionibus præeunte Confraternitate Confalonis incesserit proximior Clero, quia vt ait *Pacian.de prob. lib.2.cap.26.num.109. in fin.* dignior, aut præ-
35 cedit, aut† subsequitur secundum locorum consuetudinem, sed an locus subsequēs fuerit aduersariæ concessus ex causa præcedentiæ, & an iuxta communem opinionem in Terra Tabiæ præcedentiam fauore aduersariæ importet necne, discordant testes, & fides extraiudiciales hinc indè datæ, vt prop-
36 terea actus huiusmodi, † saltem quia æquiuoci possessionē præcedendi aduersariæ non tribuerint *Rot.dec.229.num.7. dec.333. num.6. par.1.rec.dec.46.num.7.apud Moder.Perus.de manut.* Et minus cum testes affirment, quod Confraternitas Confalonis aduersariam ali-
37 quando tentantē præire coercuit, † & subsequi coegit, quod si locus subsequentis dignior fuisset habitus, non fecisset, nec aduersaria acquieuisset, & per huiusmodi acquiescētiam aduersariæ, vel id implicitè fassa videtur, vel saltem sibi præiudicauit, iux. text. *in cap.ex ore, vers. per hoc de his quæ fiunt à maior.par.cap.gloss. in c.Abbate, verb. Abbatem Monacum de verbor. signific. Felin. in cap. Pastoralis num.5.de offic.Ordin. Aym.de antiq. tempor. par.4. §.materia ista num.81.Dec.cons.206.num.7. vers. vbi exhibens, & in proximis terminis Rot in supra citata Pampilonen. scamni coram Card. Panzirolo §.nec releuat, vers. Imò aliqui.*

Fortiùs quia in dictis met processionibus Confratres, & Vexillum Confalonis, dum in Ecclesia morabantur steterūt, vt dicebam in loco digniori, & in alia processione facta ad Ecclesiam dell'Alma incesserunt ad dexteram aduersariæ, gaudentque prærogatiua, tum antiquioritatis, tùm alijs superius ponderatis. Ex quibus omnibus ita decisum vtraque parte bis informante &c.

SVLMONEN. DISTRIBVTIONVM.

Ven.20.Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Distributiones quotidianæ, vt in firmo, & non interessenti debeantur duo copulatiue requiruntur primò quod infirmitas sit talis quæ interessentiam impediat, alterum quod infirmus fuerit solitus interesse diuinis tempore sanitatis, alias non suffragatur. Indultum de percipiendis distributionibus in absentia restrictum quoad certum tempus eo elapso non operatur. Regula quod quis ratione officij habeatur pro præsente procedit quoad fructus beneficij, nō quoad distributiones quæ vltra præsentiam requirunt etiam interessentiam, & locum habet etiam quoad familiares, & inseruientes Papæ.

SVMMARIVM.

1 *Distributiones quotidianæ non debentur nisi interessentibus.*

2 *Limita non procedere fauore infirmi.*

3 *Declara duo copulatiue requiri vt limitatio locum habeat. Primò quod probetur talis infirmitas, quæ interessentiam prohibeat, & qualitas infirmitatis remittitur arbitrio Prælati seu Iudicis num. 4. quod infirmus solitus fuerit interesse diuinis officijs tempore sanitatis, nàm alias infirmitas non censetur causa absentiæ num.5.*

6 *Et hæc est communis opinio quam sequuta est Rota.*

7 *Indultum de percipiendis distributionibus in absentia restrictum ad certum tempus eo elapso non operatur.*

8 *Pro præsente haberi debet ratione officij quod quis exercet ne suum officium illi sit damnosum.*

9 *Declara regulam procedere respectu præsentiæ non autem interessentiæ, & sic quoad fructus beneficij non quoad distributiones, quæ vltra præsentiā requirunt etiam interessentiam.*

10 *Pro præsentibus licet habeantur familiares, & inseruientes ipsimet Papæ non tamen lucrantur distributiones ob defectum interessentiæ nisi speciale priuilegium concurrat.*

11 Constit.fel.record.Sixti V.de lucran. distribut.

but. in absentia refertur, & vltra personas ibidem *priuilegiatas extendi non debet ad non priuilegiatas num.* 12.

Priuilegium extendi non debet de persona ad personam ibidem.

13 *Priuilegium concessum contemplatione alicuius officij eo finito amplius non suffragatur.*

14 *Distributiones quotidianæ lucrantur ab infirmo si constat à certo tempore dùm erat sanus fuisse solitum interesse diuinis quod sufficit, quamuis prius abfuisset.*

15 *Debet tamen hoc solitum probari.*

16 *Priuilegium percipiendi distributiones durante infirmitate habet annexam qualitatem dummodo infirmus antea esset solitus interesse.*

17 *Et onus probandi hanc qualitatem incumbit allegantì priuilegium.*

18 *Fides extraiudiciales nihil probant.*

19 *Solitum interessendi diuinis an probetur ex libris capitularibus?*

20 *Canonici interessentes licet valeant portionem distributionum absentis quam perceperunt eidem absenti donare, non tamen valent ante perceptionem gratis remittere, & redditur ratio num.* 21.

22 *Solitum in materia lucrandi distributiones breui tempore non inducitur.*

23 *Et nisi probetur continuatum non prodest tempore infirmitatis nisi proportionabiliter ad seruitium præstitum tempore sanitatis.*

DECISIO DLXVII.

IVLIO Mazaneo Archidiacono in Ecclesia Cathedrali Sulmonis non deberi distributiones quotidianas pro tempore, quo ob malam valetudinem Corporis asseruit se impeditum interesse seruitio Chori, pronunciatum fuit per sententiam Reuerendissimi Episcopi Sulmonis, confirmatam in secunda instantia ab A. C. & in tertia mihi commissa in Rota dubitaui in primis, an Archidiacono esset danda manutentio in quasi possessione percipiendi distributiones quotidianas, quo dubio proposito die 10. Iunij 1652. Domini suspensa eius resolutione, mandarunt videri de bono Iure Archidiaconi.

Viget enim controuersa Iuris dispositio
1 quod distributiones quotidianæ † non debentur nisi interessentibus *cap. de Cætero de Cleric. non resid. cap. vn. eodem tit. in 6. cap. licet de præbendis cũ alijs allegatis per Barbos. de Canon. & dignit. cap. 21. num. 3. Rot. decis. 720. par. 3. rec. num. 2.*

2 Limitatio verò † *in dicto cap. vnico vers. exceptis* illis contentis fauore infirmi, quam affert *Nauarr. Guttierez Azor. & alij allegati à Barbos. in Collect. ad Conc. Trident. sess. 24. de reform. cap. 12. num. 105. Penia decis. 1129. numer. 1. & seqq.* vt locum habeat, duo copulatiuè requiruntur. Primò quod probetur talis
3 infirmitas, † quæ interessentiam prohibeat, *vt in dicto cap. vnico notat Io. Andreas num. 3. in fine Archid. num. 2. Gemin. num. 9. Castropal. oper. moral. tom. 2. tract. 7. disput. 3. punct. 9. §. 1. numer. 2.*
4 vbi quod remittitur arbitrio Prælati † seù Iudicis, qualitas infirmitatis aliique relati à *Modern. Mediolanen. de distrib. quot. par. 2. quæst. 6. num. 22.*

Secundò quod infirmus solitus fuerit in-
5 teresse diuinis officijs, † tempore sanitatis, nàm alias infirmitas non censetur causa absentiæ *Felin. in cap. Apostolicæ num. 12. de except. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 13. num. 8. vers. sexto hoc ipsum Barbos. de Can. & dignit. cap. 24. num. 35. & 36. & potest. Episcopi alleg. 53. numer. 167. & in Collect. ad Conc. Trid. dicto cap. 12. num. 113. Gutierez Canon. quæst. cap. 1. num. 138. Castro Palao dicto tractat. 7. disput. 3. punct. 9. §. 1. num. 4. & 5. vers. sed quia*, vbi quod hæc est communis opi-
6 nio † *contra Nauarrum*, quam sequuta est *Rot. coram Coccino decis. 108. num. 8. & in Leodien. fructuum 31. Maij 1604. coram Litta in Visdunen. fructuum 16. Nouembris 1605. coram Card. Lancellotto Iuniori, cum alijs relatis ab Add. ad decis. 576. num. 126. par. 4. tom. 3. rec. & à Moder. Auen. quæst. Canon. & Ciuil. lib. 1. cap. 102. num. 2.*

At in casu nostro quicquid sit de primò requisito desideratur; Secundum est enim in Confessis, quod Iulius ab anno 1635. vsq; ad annum 1648. continuò abfuit, & indultum Apostolicum quod exhibet de perci-
7 piendis distributionibus in absentia, † cum esset restrictum ad annum, ac postea prorogatum ad sex menses post lapsa hæc tempora non suffragatur *l. si vnus §. 1. ff. de pact. l. Pater filium §. fundum ff. de legat. 3. l. in tempus 62. ff. de hæred. Instit. Gerund. in term. priuileg. de priuilegijs Episcopi num. 81. Surd. decis. 57. num. 1. dec. 325. num. 2. in punct. Bonacc. oper. Moral. tom. 1. tit. de ijs, qui ad diuina officia in Choro disput. 2. quæst. 5. punct. 4. num. 10. & 11.*

Pariterque non suffragatur quod Iulius subsequentibus temporibus inseruierit Reuerendissimo Nuntio Apostolico Ciuitatis Neapolis in officio Auditoratus, & deindè Auditori Fiscalis munus ab Eminentissimo Cardinali Can. deputatus exercuerit. Ideòque tunc etiam haberi debuerit pro præsen-
8 te, † ne suum officium illi sit damnosum, *cap. cum non decet de elect. in 6.* nàm vt notat *gloss. in cap. fin. verbo exceptis de rescript. in 6.* licet haberi debeat pro præsente, non tamen
9 pro interessente, & sic regula procedit † quoad fructus beneficij, non quoad distributiones, cum vltrà præsentiam, requirant interessentiam, vt declarando *text. in d. cap. non decent distinxit Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis. 154. num. 3. & 4.* & in fortioribus termi-
10 nis, quod inseruientes ipsimet Papæ † licet habeatur pro præsentibus, non tamen lucrantur distributiones ob defectum interessentiæ, nisi speciali priuilegio fuerit aliter indultum tradit *Abb. in cap. cum dilectus numer. 5. de Cleric. non resid. Io. And. in cap. vn. sub num. 3. vers. existen. tamen eodem tit. in 6. Guttierez Can. quæst. lib. 2. cap. 15. num. 12. Barbos. de Canon. & dignit. cap. 24. num. 1. & 3. Rot. decis. 44. numer 13. & 14.* vbi postquam supra firmatum fuerat familiares Commorantes in seruitio Papæ lucrari fructus beneficij etiam si ab illo absint, aliud statuitur circa distributiones quotidia-

tilismas apud Donan. vltrà alios allegatos à
*Modern. Auenionen. Canon. quæst. tom. 1. cap. 102.
nu. 28. & duobus seqq. ab Add. ad decis. 576. n. 150.
part. 4. tom. 3. recent. à Barbos. in cap. cum dilectus
num. 4. de Cleric. non resid.*
11 ibi Nec releuat *asserta Constitutio fel. recor. Sixti V.
edita sub die 8. Maij 1598. de qua meminit Barbos.
de potest. Episc. alleg. 53. nu. 157. & de Iur. Eccles.
lib. 3. cap. 18. num.* 30. nàm præter quod non
reperitur impressa in Bullario, nec exhibe-
tur per extensum, vt opportere dixit in si-
milibus terminis *Rot. in Vercellen. Præpositura
11. Nouembris* 1647. §. *fin. coram me*, Barbos. in-
ter personas ibi priuilegiatas non enumerat
Auditorem Nuntiaturæ Neapolis, aut Au-
ditorem Fiscalem Neapolis commorantem,
12 nec debet † extendi de persona ad personã
*cap. 1. & 2. de fil. præsbit. in 6. cap. fundamenta §.
fin. de elect. in 6. Ruin. cons. 112. num. 13. lib. 5. Ge-*
13 *rum. de priuil. nu. 53. 55. &* 304. eoque † minus
opitulari potest post finitum officium, cuius
contemplatione emanauit *Bart. in l. Plaut. nu.
11. in fine C. de Sac. S.* Eccles. *Rip. respons. lib. 1. tit.
de elect. respons. 3. nu. 53. & duobus seqq. Guidopap.
decis. 402. num. 6. Girond. dicto tract. num. 126. &
322. Bar. de inop. debit. cap. 19. & 21. in §. item
diuus & §. seq. Instit. de excusat. Tutor.*

Quatenus verò pro Iulio subditur illum
post annum 1648. quo Patriam rediit solitũ
14 fuisse dùm sanus fuit † interesse Diuinis,
quod sufficere, esto prius abfuisset, tradit
*Bonacc. oper. moral. tom. 1. tit. de his, qui ad offic.
diuin. in Chor. disp. 2. quæst. 5. punct. 2. num. 12. quem
refert, & sequitur Castropal. oper. moral. part. 2.
disp. 3. punct. 9. §. 1. sub num. 5. vers. adde*, respon-
15 detur non probari † hoc solitum vt debe-
ret, quia cum priuilegium percipiendi di-
16 stributiones, durante infirmitate, † habeat
ex supra allegatis annexam qualitatem,
dummodo scilicet infirmus anteà esset soli-
17 tus interesse, onus proban. hanc † qualitatẽ
incumbit alleganti priuilegium iuxtà the-
oricam quam tradit *Surd. cons. 440. sub nu. 42.
vers. [illegible] Cephal. cõs. 387. num. 16. & seqq.
Rot. decis. 402. num. 4. ad finem par. 2. recent. in Ro-
mana Census 27. Maij 1652. §. & quamuis co-
ram me, & in puncto decis. 21. nu. 2. in princ. apud
Coccin.*
18 Neque id probant † fides extraiudiciales
Buratt. decis. 2. num. 1. & decis. 444. num. 1. & 2. dec.
19 *719. nu. 4.* aut partitæ librorum † capitulariter
[illegible] solutiones distributionum factas
ab Archidiacono num. 6. solutiones huius-
modi non concludunt [illegible] interessen-
tium [illegible] fieri potuerit de consensu Cano-
nicorum, quo tamen etsi potuissent portio-
nem [illegible] illi postquàm eam percepis-
20 sent, † donare non tamen potuerunt anteà
gratis remittere sic disponente *S. Conc. Trid.
sess. [illegible] cap. 12. vers. distributiones* ob
bonum publicum videlicet Contemplatio-
ne diuini Cultus, quia alioquin fraus fieret,
21 quia Canonici præsentes, † quibus absentis
partes [illegible] illas absentibus remitterent
vt similem remissionem in casum propriæ
absentiæ reportarent *Nauarr. cons. [illegible] num. 1. de*

*Cleric. non resid. Barbos. de potest. Episc. alleg. 53.
nu. 140. in Collect. ad Conc. Trid. d. cap. 12. nu. 125.
& duobus seqq. Bonaccin. vbi supra disput. 2. qu. 5.
punct. 7. §. 1. & 2. Rot. in Hispalen. distributionum 2.
Maij 1603. coram bon. mem. Coccino impress. post
Modern. Mediolan. de distribut. fol. 305.*

Alijs igitur coadiuuanda est probatio so-
22 liti, quod vel breuissimo † tempore non in-
ducitur *Buratt. decis. 468. num. 11. & gloss. in cap.
Statuimus verbo possessionẽ vers. sed circà hæc vers.
sed si nulla, & ibi Hodiern. num. 9. de Maior. &*
23 *obed.* & nisi fuerit continuatum † non pro-
desset tempore infirmitatis, nisi proportio-
nabiliter ad seruitium præstitum tempore
sanitatis *Bonacc. dict. disput. 2. quæst. 5. punct. 1.
num. 12.*

Et ità vtraque, &c.

ROMANA SOCIETATIS OFFICII.

Lun. 23. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Obligatio fil. famil. substinetur, si habitat se-
orsum à patre, & publicè pro patre familias
habetur, præsertim si constat de versione pe-
cuniarum à filio familias receptarum in eius
necessitatibus.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum facit probationem pro-
batam.*
2 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam.*
3 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 152. *siue Senatus con-
sultum Macedonianum irritans cõtractus filiorum
familias habent in ventre limitationes alteram
si à patre seorsim habitent, & publicè pro patri-
bus familias habeantur, alteram si pecunias ac-
ceptas verterint in id quod oneribus patris in-
cumbit.*
4 *Et ex quibus iustificetur, pro patre familias publicè
fuisse filium familias habitum?*
5 *Obligatio filij familias vt sustineatur copulatiuè
requiritur, quod seorsim à patre habitet, ac pu-
blicè pro patre familias habeatur?*
6 *Filius familias in Instrumento obligationis si re-
nunciauit beneficio* l. 1. & 2. ff. & C. quod cũ
eo, ac Statutis Vrbis *ad fauorem filij famil.
disponentibus an dicta renunciatio operetur, quod
pro patre familias non habeatur?*
7 *Conclusio procedit si obligatio filij famil. sustinen-
da esset iuxta terminos Senat. Consul. Maced. ex
sola probabili credulitate Creditoris quod filius
familias sub patria potestate non esset, & reddi-
tur ratio num. 9.*
8 Decis. 183. num. 5. & 6. & 184. num. 5. & 8.
apud Zacch. de obligat. Cameral. *in quibus
terminis loquantur?*
10 *Obligatio filij familias quando educitur ex Statuto
Vrbis tunc sufficit pro illius validitate quod filius
familias publicè pro patre familias habeatur ac
seorsim à patre habitet non attento an credit.
pro maiori cautela renunciationẽ fieri curauerit.*
11 *Conditiones à lege vel ab homine requisitæ sufficit
quod de facto verificentur.*

12 *Quæ ex abundanti, & ad maiorem cautelam fiunt non nocent.*

13 *Ad cautelam appositum dicitur, quod necessarium non erat.*

14 *Obligatio filij familias substinetur si constat pecunias acceptas versas fuisse in emptionem mercium, ad quas pater tenebatur.*

Merces à filio accepta pro indumento sui ipsius vxoris, & familiæ à patre soluendæ sunt ibid.

15 *Versio pecuniarum à filio familias acceptarum in emptione mercium probatur ex partitis extractis ex libro mercatoris quibus plena adhibetur fides concurrentibus verisimilitudine alijsque ponderatis num. 16. & 17.*

18 *Obligatio filij familias pro mercibus non substinetur, nisi ad limites necessitatis, & ex quibus constet limites non fuisse excessos? num. 19.*

20 *Ad versionem pecuniarum probandam vicinitas actuum videlicet temporis summa, & personarum quibus soluta fuerunt plurimum confert, & nu. 21. & 22.*

23 *Versionis probatio concurrentibus vehementibus coniecturis non dicitur præsumptiua sed plena, & concludens.*

Ad versionem probandam non sufficit probatio præsumptiua ibid.

24 *Societas officij contracta dicitur ad fauorem eius ad quem commodum pecuniarum spectat attenta præsertim declaratione illius sub cuius nomine cantat, quod ipse nudum tantum nomen habet, & num. 25.*

26 *Negatiua probatur ex diligentiis factis, & ex inspectione actorum.*

27 *Obligatio filii familias vt sustineatur sufficit quod ipse mortuo patre debita contracta viuente patre sè soluturum serio, & cum deliberatione declarauit.*

28 *Obligatio minoris cessante fraude contracta reualidatur, & executionem meretur in vim declarationis postea facta de soluendo generaliter debita prius contracta.*

29 *Opiniones contrariæ conciliantur cum distinctione præsumptionis fraudis nec ne.*

DECISIO DLXVIII.

PVBLICI Instrumenti Camerali obligatione vallati vigore mandatum ab A. C. siue R. P. D. Baranzono eius locumtenente relaxatum pro scu. 900. ad instantiam Domini Mathei Sacchetti contra hæreditatem iacentem Io: Baptistæ Cathaloni occasione societatis officij in summa scut. 1860. sub die 6. Decembris 1630. contractæ, cuius idem Cathalonus bonam fidem recognouerat, exequendum esse Rota censuit, quia obligatio huiusmodi probatur per publicũ
1 instrumentum † faciens probationem probatam *Bald. in l. interest in ult. notab. Cod. solut. Bart. in l. 1. nu. 8. vers. respondeo 1. ff. nou. oper. nunc. Aym. cons. 317. numer. 1.* & ratione formæ Ca-
2 meræ † habet executionem paratam *Rot. dec. 166. num. 2. dec. 169. num. 1. dec. 241. numer. 1. inter impress. apud Zacch. de oblig. Camer.*

Quamuis Cathalonus de tempore contractæ obligationis esset filius familias, nam *Senat. Consult. Macedonianum, & Statutum Vrbis*
3 *lib. 1. cap. 152.* † irritans contractus à filiis familias celebratos habet in ventre duas limitationes alteram si à patre seorsim habitent, & publicè pro patribus familias habeantur, alteram si pecunias acceptas verterint in id quod oneribus patris incumbit, quarum primam aplicari obligationibus etiam ante hanc contractis à Cathalono quia erat ma-
4 ior 25. annis, † vxoratus, Iurisutriusque Doctor, publica officia administrabat, diuersos contractus, & alias officiorum societates tàm actiuas quam passiuas celebrabat, & quandoque debita ab eo contracta eius pater soluit, fuit contra eamdem hæreditatem iacentem bis decisum in alia *Romana Societatis officii* 27. *Ianuarii, & 12. Maii* 1653. *coràm R. P. D. meo Albergato.* & hæc posterior in *§. nec urget* demostrat Cathalonum seorsum
5 à patre habitasse; † vt copulatiue requiritur ad substinendam obligationem filij familias publicè habiti pro patre familias *Rot. dec. 182. num. 2. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 527. n. 6. & seq. par. 1. recent.*

Neque hæc limitatio euitari potest eo quod Cathalonus in instrumento suę obli-
6 gationis renunciauerit † beneficio *l. 1. & 2. ff. & Cod. quod cum eo ac Statutis Vrbis* ad fauorẽ filiorum familias disponentibus. Quia id es-
7 set momenti si obligatio † substinenda esset iuxtà terminos Senatus Consulti Macedoniani relati *in l. 3. ff. ad Macedon.* videlicet ex sola probabili credulitate creditoris quod filius familias sub patria potestate non esset in qui-
8 bus terminis loquuntur † exaduerso allegatæ *decis. 183. num. 5. & 6. & decis. 184. num. 7. & 8.*
9 *impress. apud Zacch. de oblig. Camer.* ea † ratione quia creditor renunciationes huiusmodi reportare non curasset si promissorem sui iuris credidisset. Verum in casu nostro obli-
10 gationis validitas educitur ex Statuto † Vrbis quod nominatim excipit contractus gestos ab eo qui publicè pro patre familias habetur, & seorsim à patre habitat, sufficitque has duas qualitates verificari nõ attẽto quod creditor ad maiorem cautelam dd. renunciationes fieri curauerit; nàm satis est regu-
11 lariter conditiones † à lege vel homine adiectas verificare de facto *ad text. in l. in cuius ff. cond. & demonstr. & alios allegatos per Ciriac. 478. num. 8. & contr. 511. nu. 15. Seraph. decis. 589. nu. 2.*
12 & ea quæ ex abbundanti, † & ad maiorem cautelam fiunt non nocent *l. cessante ... Cod. testam. Ruin. cons. ... num. 7. Gabr. cons. 71. num. 3.*
13 vbi ait quod dicitur ad cautelam † appositũ id quod necessarium non erat *lib. 2. Cancler. decis. 125. sub num. 1. Rot. inter recent. decis. 819. num. 9. par. 1.*

Altera pariter limitatio aplicatur casui nostro quia vt infra demostrabitur. Cathalonus pecunias acceptas vertit in solutionem mer-
14 cium † pro sui, vxoris, & familiæ indumento habitis à Ghetzis mercatoribus; harum enim parandarum onus spectabat ad patrem vt in puncto est text. in *l. ... §. proinde ibi, si pecuniam sumpsit vt se vestiat secundum*

consue-

*consuetudinem ff. in rem vers. Osuald. ad Donell. com-
ment. lib. 12. cap. 26. circ. fin. Grat. discept. 750. nu. 1.
& 8. Rot. in Romana Soc. officii 25. Febr. 1639. §.
vlterius coram Reuerendissimo Episcopo Terraci-
nensi.*
15 Versio autem probatur † quia de credito
mercatorum de Ghezzis ex dicta causa ve-
stiariorum ascendente vltra scu. 1000. detra-
ctis alijs summis pro Catalono solutis datis
in Summario responsionis pro hæreditate
Iacente numer. 1. apparet ex partitis extra-
16 ctis† ab eorum libris Summario D. Matthei
numer. 7. quibus tanquam verisimilibus eo
quod Catalonus mercibus pro vestiendo se,
17 & familiam opus habebat, & † adminiculatis
à legalitate mercatoris, à multiplicitate par-
titarum cum specifica adnotatione tempo-
ris, specierum ac personarum pro quibus in-
dumenta accipiebantur, à solidatione com-
putorum, & à subsecuta solutione Summa-
rio ibid. num. 8. plena fides tàm de mercibus
præbitis, quam de causa in quam cesserunt
adhibenda est etiam contra tertium *Grat. di-
scept. 750. num. 3. Surd. decis. 199. num. 2. & seqq.*
vbi signanter *num. 5.* loquitur de probatione
mercium traditarum *Rot. in Romana Pecuniaria
15. Iunii 1609. coram bon. mem. Cardinali Lugdu-
nensi impress. apud Marches. de commiss. par. 1. fol.
874. num. 1. & in Romana Mercium 10. Decembris
1642. §. 2. & 3. coram R. P. D. meo Meltio*, & gra-
gis dicitur obligationem pro mercibus non
18 sustineri † nisi ad limites necessitatis, vt in
puncto *Ciriac. contr. 387. sub nu. 48. & 49.* quia
19 hos limites non fuisse excessos† çedem par-
titæ demostrant, attenta familiæ Cataloni
qualitate ac numero vt debet *Roman. cõs. 189.
ante num. 1. Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 18. numer. 9.
quæst. 29. num. 7. & seqq. Merlin decis. 5. num. 3. &
seqq.*

Ghezzijs verò summam pro mercibus vt
supra debitam scu. nempè 940. Catalonum
soluisse cum pecunijs ab eisdem Ghezzijs
sub die 14. Octobris 1628. in summa scut.
1000. (quæ detrahendo scu. 60. pro fructibus
primi Semestris anticipati vt solet cõficiunt
adamussim dicta scu. 940.) datis ad societatẽ
officij cuius Catalonus bonam fidem reco-
gnouit Summario D. Matthei num. 9. con-
uincitur iungendo simul tùm vicinitatem
temporis cum societas contracta fuerit die
14. & solutio merciũ subsecuta die 19. eius-
20 dem mensis, quã temporum † vicinitatem
ad probandam versionem ponderat *Menoch.
de arbitr. cas. 432. num. 38. & præsumpt. 5. num. 8.
lib. 3. Gratian. discept. 897. numer. 11. aliique plures
relati à Modern. Panor. resolut. 3. numer. 59. quibus
additur Rot. decis. 335. nu. 2. par. 4. recent. dec. 114.
num. 6. & 7. par. 5. & in Romana Census 26. Iunii
1647. §. fin. coram me*, tum çqualitatem sum-
21 mæ, † quia vt dicebam pecuniæ ad societa-
tem acceptæ detractis fructibus primi Seme-
stris eamdem summam pro mercibus solu-
tam constituunt, vt ad rem aduertit *Surd.
cons. 80. num. 14. Menoch. de arbitr. d. cas. 432. n. 36.
Rot. decis. 199. num. 24. apud Zacch. de obl. Cam.*
22 tùm identitatem personarum† per quarum
manus numeratę fuerunt Catalono pecuniæ
societatis officij, & Ghezzijs prætium mer-
cium; illæ siquidem fuerunt numeratæ me-
diante ordine directo Scalijs, & Groppaldis,
& hæ solutę fuerunt ab eisdẽ Scalijs, & Grop-
paldis dicto Summario num. 8. quæ conie-
cturę cum sint vehementes, & admodum ef-
23 ficaces, versionem probant non probatione
præsumptiua, quam sufficere negat *Signorol.
cons. 212. num. 2.* sed plena, & concludenti, vt
in puncto declarando idem *cons. Signorol. re-
spondit Rot. in Perusina oblationum 4. Maii 1643.
§. subsistit. §. placuit, & seq. coram R. P. D. meo
Cerro, facit Gratian. d. discept. 897. num. 14. Bald.
cons. 125. sub num. 2. vers. item si esset lib. 5. Castr.
cons. 337. nu. 2. vers. si verò lib. 1. Menoch. cõs. 375.
num. 12. Duran. decis. 256. num. 6.*

Tandem quod dicta scut. 940. seu 1000. à
Ghezzijs ad societatem data sub die 14. Octo-
bris 1628. & per Catalonum debita restituta
fuerint Ghezzijs cum pecunijs retractis ex
societate officij contracta die 6. Decembris
1630. cuius vigore mandatum relaxatum
fuit, legitur oculariter in eiusdem societatis
instrumento, quod licet loquatur de extin-
ctione societatis officij contractæ ad fauorẽ
Capponij intelligendum est ac si nominatim
loqueretur de societate contracta ad fauorẽ
illorum de Ghezzijs versa vt supra in solu-
tionem mercium fundacalium; nàm stante
24 declaratione per Capponium facta † eadem
die 14. Octobris 1628. quod societas specta-
bat ad Ghezzios, ipseque nudum nomen de-
super habebat idem est dicere societatem es-
se contractam ad fauorem Capponii vel il-
lorum de Ghezzijs, vt per *Dec. cons. 543. nu. 15.
& 16. Surd. decis. 325. num. 13. Rot. decis. 262. n. 7.
decis. 425. num. 2. par. 1. recent.* nihil repugnante
quod memoria societatis cantet ad fauorem
Capponii, quia hoc non excludit quin dein-
de Capponius declarare potuerit se habere
25 nudum nomen † esseque Ghezzios societa-
tis creditores, & hæc declaratio attendenda
est *Gratian. discept. 501. num. 10. & seqq.* Præ-
sertim, quia concordat vtriusque societatis
summa ac tempus, & sub ea die 28. Octo-
bris nullam aliam societatem per acta Nu-
cole Notarij rogati celebratam fuisse imme-
diate ad fauorem illorum de Ghezzijs pro-
bant diligentiæ in actis factæ ab eodem No-
26 tario † quibus negatiua probatur, vt post
*Bart. & alios ibi alleg. dixit Rot. decis. 219. nu. 10.
par. 4. tom. 2. recent.*

His accedit quod Catalonus per mortem
patris sui iuris effectus debita à se contracta
viuente patre se soluturum esse non per io-
27 cum aut verba Curialia, † sed serio ac deli-
berate declarauit quod satis esse ad obliga-
tionem substinendam, tradit *Christin. dec. 35.
nu. 11. lib. 3. & dixit in his terminis Rota in suprac.
Romana Societatis Officii coram R. P. D. meo Al-
bergato*, eo magis quia ex circumstantiis fa-
cti, & qualitate personarũ eliminatur pror-
sus ab hoc contractu omnis suspicio frau-
28 dis, † quia cessante in fortioribus terminis
obligationis contracti à minore, eam reua-
lidari,

lidari & executioctiem mereri in vim declarationis postea factæ de soluendo generaliter debita prius contracta dixit *Rot.dec.*119. *num.*6 *& seqq.* vbi hac distinctione præsumptionis fraudis, nec ne conciliantur contra-

29 riç † opiniones *par.*7.*recent.& in Romana fructuum Census* 12.*Decembris* 1650. §.*quare coram R.P.D.meo Meltio*.

Non obstat allegatus excessus mandati relaxati pro summa scut.900. cum societas fuerit superlucrata pro medietate, quia cum societas ad fauorem D. Matthæi esset scut. 1860. vtique amisso etiam lucro medietatis remanet debitum in scut.900. & vltra.

Et ita decisum vtraque parte informante.

MELITEN. seu RHEGHINEN. PAROCCHIALIS.

Lunæ 23. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Possessio capta intra decem dies ad appellandũ attentata non est quando agitur de prouisione Ecclesiarum Parochialium. Papa licet prouidendo non attentet lite pendente, attat nihilominus prouisus dicta prouisione vtendo sine partis citatione.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta sub tali die probatur ex publico instrumento, quod plenam fidem facit.*

2 *Non attento an præcesserit Iudicis mandatum, vel quod capta fuerit intra decem dies ad appellandũ. Declara num.4.*

3 *Appellatio datur ab irrationabili Iudicio Episcopi.*

4 *Possessio ad effectum manutentionis nil refert, An capta sit de mandato Iudicis necne cum attendatur nudum factum apprehensionis, reiecta illius instantia ad aliud iudicium.*

5 *Possessio Ecclesiæ Parochialis capi potest intra decem dies ad appellandum quia hoc casu non datur appellatio suspensiua ne interim cura animarum detrimentum patiatur.*

6 *Possessio posterior præsumitur clandestina.*

7 *Manutentio datur anteriori possessori in concursu cum posteriori quando non habuit se pro spoliato.*

8 *Possessor anterior semper est citandus.*

9 *Amplia etiamsi eius possessio ignoraretur.*

10 *Possessio capta post appellationem est attentata.*

11 *Papa licet prouidendo lite, & appellatione pendente non attentet, attentat nihilominus prouisus dicta prouisione vtendo sine partis citatione.*

12 *Mandatum de manutenendo concessum vigore possessionis attentatæ est notoriè iniustum.*

13 *Possessio attentata manutenibilis non est.*

14 *Manutentio datur possessori posteriori contra quem Iudex primæ instantiæ iniuste pronunciauit.*

DECISIO DLXIX.

IVLIO Iorio, qui præuio concursu ab Ordinario prouisus fuit de Ecclesia Parrochiali sub inuocatione Sancti Michaelis Archangeli loci Piscopij dixerunt Domini dandam esse manutentionem in eiusdem Parrochialis possessione. Eam siquidem illum accepisse sub die 28. Iunij 1649. constat

1 ex † publico instrumento, quod in his terminis plenam fidem facere proba t *text. in l. prædia vbi gloss.& DD. ff. acquir.possess.Put.decis.* 650.*nu.*4.*lib.*1.*Cæsar de Graff. dec.*5.*n.*2.*de caus. poss.& propr.*

Nihil obstante quod non præcesserit mã-

2 datum Iudicis, vel quod † possessionem ceperit intrà decem dies, à die suæ præelectionis, & postea Philippus Aduersarius appel-

3 lauerit ab irrationabili iudicio † Episcopi, vt potuit ex *alleg. per Adden.ad san. mem. Greg. XV. decis.*538.*num.*7.*Rot.dec.*40.*sub nu.*1.*p.ar.*1. *rec. & in Maioricen. Parrochialis* 12. *Iunij* 1646. *coram R.P.D.meo Celso*.

Nam ad effectum manutentionis nihil

4 refert, † an possessio capta fuerit de mandato Iudicis necne, cum attendatur nudum factum apprehensionis, reiecta illius instantia ad aliud Iudicium, vt respondit *Rot. decis.* 107. *num.*1.*coram san.mem. Greg. XV. & in Perusina Parrochialis* 10. *Iunij* 1641. *coram me*, cumque agatur de Ecclesia Parrochiali, ac prouisione facta præuio concursu potuit ca-

5 pi possessio, † etiam intra decemdium, quod regulariter conceditur ad appellãdum, quia isto casu non datur appellatio suspensiua, ne interim cura animarum detrimentum patiatur sic disponente *Sac. Conc.Trident.sess.*24. *de reformat.cap.*18.*Constit.san.memor. Pij V. inter impress.Bullar.tom.*2. *in* 33. §.10. *vt aduertit Rot.decis.*635.*numer.*4. *coram bon.memor. Buratto decis.*369.*numer.*3.*par.*4. *tom.*2. *recent. & in alijs relatis ab Add.ad Greg.XV. decis.*538. *numer.* 6. *&* 7.

Nec in concursu anterioris possessionis à Iulio vt supra captæ suffragatur Philippo Aduersario posterior possessio, quam cępit

6 de anno 1650. quia præsumitur † clandesti-

7 na, dum prior possessor, † se pro spoliato nõ habuit *Felin. in cap.licet causam sub nu.*8.*part.*1. *recent.* præsertim quia prior possessor citatus

8 non † fuit vt debuit, *in cap.licet Episcopus de prabend.in* 6. *Rot.dec.*284. *nu.*17. vbi quod hoc

9 procedit† etiamsi eius possessio ignoraretur *par.*5.*recent.*

Et insuper possessio Philippi apprehensa post appellationem ab eo vt suprà interpo-

10 sitam † infecta est labe attentati, *cap. non solum ad eppellat. in* 6. *Bursat.cons.*23.*nu.*13.*lib.*1. *Lancell. de attentat.par.*2.*cap.*12.*in præfat. n.*100. à quo non excusat prouisio Apostolica quã idem Philippus obtinuerat, & cuius vigore possessionem est ingressus, nam licet Papa

11 prouidendo lite, vel appellatione pendente non attentet, attentat nihilominus pars ipsa, prouisione vtendo sine partis citatione *Add. ad Greg.XV.decis.*2.*num.*6.*&* 15. *Rota decis.*135. *num.*3.

num.3.& 4. par.4. tom.2.rec. & in Maioricen. attentatorum 4. Iulij 1646. coram Reuerendiss. Episcopo Terracinensi, in Bittuntina Iurispatronatus 6. Februarij 1648.coram bon.mem. Arguelles, & in Gerunden.Vicaria 27.Ianuarij 1643. coram me.

Hinc Philippum neque iuuat mandatum
de manutenendo obtentum in prima instā-
12 tia, nam notoriè iniustum † apparet, cum
innitatur dictæ possessioni attētatæ, quæ ma-
13 nutenibilis † non est *Lancell. de attent. par.3.*
cap.31.num.184.& seqq.Coccin. decis.486. nu.3.
Buratt.decis.262. num.4. & passim in secunda
instantia datur manutentio posteriori, con-
14 tra quem primus Iudex † notoriè iniustè
pronunciauit *Rot. decis.336. num.5. & 9. inter impress.apud Modern.de manuten.dec.458. num.8. coram san.mem.Gregor.XV. vbi add. n.10.allegat concordantes.*

Atque ita iuxtà ea, quæ hactenus deducta fuerunt, decisum fuit, informante solum Iulio, citato septies Aduersario &c.

HISPALEN. DECIMARVM.

Lunæ 23. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Priuilegium exemptiuum à decimis concessū à fel.recor.Gregorio XIII. & Vrbano VIII. Monialibus Ordinis S.Claræ, cum sit fundatum in paupertate & restrictum ad non habentes annua scuta 25. auri de Camera pro qualibet non suffragatur, nisi probatā hac qualitate.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Hispalen. ratione perpetuæ administrationis quam pro Archiepiscopo exercet habet assistentiam iuris super exactione Decimarum in tota Diœcesi.*

2 *Priuilegium concessum Ordini S.Claræ à solutione Decimarum cum sit restrictum ad annua scuta 75. pro qualibet Moniali non suffragatur non probata dicta qualitate.*

3 *Priuilegio qualificato qui nititur probare debet se versari in casu priuilegij, & illius qualitatem iustificare.*

4 *Libri Monasterij probant quantitatem redditunm eiusdem.*

5 *Priuilegium exemptiuū à decimis licet restrictum ad scuta 25. pro qualibet Moniali, tunc ex dicta summa non sunt deducendæ expensæ pro salarijs, & victu famulorum earundem Monialium, sed in dicto redditu sunt computandæ.*

DECISIO DLXX.

TENERI Moniales Sanctæ Agnetis Ordinis S.Claræ existentes in Ciuitate Hispalensi soluere decimas Decano, & Capitulo Metropolitanæ Ecclesię Hispalensis decisum hodie fuit, quia eidem Decano & Capitulo ratione generalis, & perpetuæ administrationis reddituum & Decimarum quā
1 vice † Archiepiscopi exercent in ea Diœcesi
ius assistit super vniuersali exactione Decimarum, vt sæpissimè dixit *Rot. dec. 22.num.1. par.7.recent.in Hispalen. Decimarum de Baraona 16. Martij 1646. §.Capitulum coram R.P.D.meo Cerro in Hispalen. Decimarum 15. Febr.1647.§. primo, coram R. P. D. meo Meltio, & in puncto contra Moniales Ordinis Sanctæ Claræ in alia Hispalen. Decimarum 20. Nouembris 1651.in princ. coram R.P.D.mio Cerro.*

Priuilegium vero exemptionis Ordini Monialium Sanctæ Claræ à fel.record.Gregor.XIII. & Vrbano VIII. concessum cum
2 sit † fundatum in earum paupertate, & re-
strictum ad non habentes annua scuta 25. auri de Camera pro qualibet, non suffragatur aduersarijs nisi paupertatem huiusmodi plenè & concludenter probent, vt in his terminis dixit *Rot.dec.240. sub num. 2. vers. nec in contrarium par.4. diuers.951.sub num.8. penes Seraph.decis.704.num.2.vers.ad secundum penes Buratt.& in dicta Hispalen. Decimarum anni 1651. §.quia cum coram R. P. D. meo Cerro* nam qui nititur priuilegio qualificato probare debet
3 se † versari in casu priuilegij, & illius quali-
tatem iustificare, *Ceph.cons.387.num.16.& seq. Surd.cons.45.num.14.cons.449.n.42.Rot.dec.402. num.4.ad fin.par.2.recent. decis.258. num.6. apud mant.*

Nec tamen vllatenus probarunt; quinimò ex computo illarum Aeconomi quod exhibuerunt vigore compulsoriæ ipsis præ-
4 sentatę, vt ederent libros Monasterij † quan-
titatem reddituum contra eas plenè probātes *Anchar.cons.44.num.5.& 6.Fulgos.cons.102. num.2.Aym.cons.805.num.14.* cum alijs allegatis à *Modern.Patauino de script. priuat. lib.5. tit. de lib.Monast.cap.1.nu.29. fol.mihi 266.& in Romana Computorum 4.Aprilis 1636.coram bon. me. Pirouano*, apparet de pingui redditu longè excedente ratam scut. 25. auri de Camera cuilibet Moniali assignandam facta distributione in 72. Moniales professas quot in hoc Monasterio S.Agnetis reperiri fassa fuit Abbatissa, vt in Summ.Capituli *num.8.*

Nil vrgente quod ibidem Abbatissa asseruerit, quod vltro adsunt 24. seruę, seu famulæ necessarię pro seruitio professarum & aliæ septem personæ extra Monasterium, Monasterio inseruientes; nam etiam his additis numero Monialium suppetunt redditus quos computandos esse absque detra-
5 ctione expensarum † pro salarijs & victu fa-
mulorum aliarumque similium concernentes personas ipsarum Monialium dixit in terminis similis Priuilegij *Rota apud Seraph. decis.951.sub num. 8. vers. censuerunt, & clarius dec.977.sub n.2.vers.aut loquimur.*

Et ita decisum informante solum Capitulo, Monialibus tamen per contradictas citatis.

ROMANA CENSVS. SEV SALVIANI.

Veneris 27. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Saluianum non competit super officio Præfecti Cursorum ex defectu hypotecæ cum sit de Regalibus Principis, sine cuius assensu obligari, & hypothecari nequit; Et an saltim hypoteca cadat super fructibus, & commoditate illos percipiendi? latè in decisione articulus discutitur, vbi cum distinctione proceditur, an officium fuerit concessum ex pacto, & prouidentia, an vero titulo oneroso?

SVMMARIVM.

1 *Saluianum non datur super officio Præfecti Cursorum ex defectu hypotecæ resistente natura officij illius creationi sine licentia Regis.*
Hypotecæ defectus impedit immissionem in Saluiano, ibid.

2 *Officia habentia Iurisdictionem sunt de regalibus Principis, reliqua vero respicientia administrationem iustitiæ nequaquam sunt de Iure communi.*

3 *Officia quæ de regalibus Principis non sunt circumscriptis particularibus Constitutionibus, quales adsunt in Regno Neapolitano alienari, & hypothecari possunt absque Principis assensu.*

4 *Officium Præfecti Cursoris maioris est de Regalibus Principis, quia nonnisi ex speciali Regis concessione obtineri potest.*

5 *Officium prædictum de sui natura non est transmissibile ad hæredes, nec versatur circa simplicem locationem æquorum, & perceptionem emolumentorum, sed est maximæ qualitatis, & confidentiæ.*

6 *Nec recipit absque Principis assensu hypotecam, non secus alia regalia.*

7 *Dominium officiorum regalium semper remanet penes Principem, & sola administratio, ac titulus in concessionarium transfertur.*

8 Text. in l. final. C. de pignor. loquitur de offic. *quæ vendi, vel ad hæredes transmitti permissum est.*

9 Text. in §. optimum Auth. de exhibend. *reis Intellectus.*

10 *Ab imputatione officij in legitimam non potest inferri ad facultatem alienandi, & hypotecandi, quod etiam imputatio fit tantum respectu æstimationis, quatenus contingeret officium alienari.*

11 *Hypoteca licet non cadat super officio, cadit saltim super fructibus, vel commoditate illos percipiendi, eo quod considerantur tanquam separati, vel separandi à fundo, vel officio.*

12 *Non procedit post mortem debitoris, per quam omne Ius etiam in fructibus expirauit, & affertur exemplum de vsufructuario, & de emphyteusi, num. 13.*

14 *Declara quando versamur in concessione, & pacto, & prouidentia, secus si concessio est hæreditaria, quia vbi successor officium habere non potest, nisi tanquam hæreditarium, creditoribus defuncti competit actio super fructibus, ac si defunctus viueret.*
Contraria procedunt quando concessio est facta pro vno ex filiis absque expressione hæredis, num. 16.

15 *Defunctus repræsentatiuè viuere censetur in persona hæredis.*
Hæres tenetur ad onera hæreditatis, ibid.

17 *Officium in persona hæredis, licet dicatur nouum, tamen transit cum qualitate hæreditaria.*

18 *Officii concessio obtenta titulo oneroso, tunc primus acquirens potest fructus rei, nedum eius vita durante, sed etiam in perpetuum obligare in præiudicium successorum, & in terminis officii Cursoris, num. 21. Et de concessione facta ob merita concessionarii, num. 22.*

19 *Ius Patris ex pecunia proueniens extinguit omne ius, quod possit competere filiis ex contractu, vel gratia Principis.*

20 *Et hanc opinionem Rota constanter tenet.*

23 *Hypoteca super ipso officio, non potest à primo acquirente ex causa onerosa in præiudicium successorum constitui sine Principis assensu.*

24 *Officium differt à feudo, quia strictiùs in illo, quã in feudo proceditur.*

25 *Titulus onerosus ex quibus excludatur in concessione officii?*

26 *Titulus onerosus non resultat, si pecunia soluta pro officio obtinendo non æquiualet illius valori, & num. 27. Vbi in fortioribus terminis de concessione facta intuitu meritorum.*

28 *Census impositus super efficio cum licentia Principis in casu deuolutionis eiusdem officii si non fuit extinctus, ipsi Principi ob assensum impositioni præstitum incumbit onus soluendi fructus.*

29 *Officii acquisitio, vt facta dicatur titulo oneroso, quæ requirantur?*

30 *Appellatione successorum in officio, de quibus loquitur concessio Principis, non veniunt, nisi descendentes, & hæredes sanguinis.*

31 *Amplia quando fit mentio descendentium, & numer. 32. In fortioribus terminis prorogationis officii in perpetuum pro hæredibus, & successoribus.*

33 *Appellatione successorum in officio non veniunt, nisi hæredes sanguinis, præsertim quando Princeps facultatem concessit primo acquirenti supponendi officium maioratui fauore agnationis, quæ otiosa esset si de hæredibus extraneis sensisset.*

34 *Officii concessio, quando est mixta, tunc obligatio defuncti non nocet successoribus adeuntibus hæreditatem cum benef. leg. & Inuentarii.*

35 *Facultas à Principe concessa vinculandi officium fauore descendentium agnatorum, & cognatorum pro conseruatione officii in familia non se extendit ad extraneos.*

36 *Officium vinculatur pro familia, sicuti alienari nequit extra familiam, ità nec cadere potest sub hypotecis creditorum, quia repugnant conseruationi in familia, & per eas deuenitur ad alienationem, & num. 37.*

38 *Facultas hypotecandi non venit sub facultate alienandi in feudalibus.*

39 *Primus acquirens si ex necessitate tenetur ad Officium nominare descendentes, & transuersales, tunc*

tunc dd. descendentes stante dicta necessitate nominandi dicuntur habere officium à Principe non à primo acquirente, & nu.40.

41 *Distinctio Rouiti* cons.43.num.5.& cons.106. num.19.& 29. *An electio sit facienda de persona incerta ex certis, an vero de incerta ex incertis refertur.*

42 *Successores in officio mediante nominatione facienda à primo acquirente si inuestituram à Principe recipiunt, non tenentur ad debita prædecessoris, quia in eorum personis officium dicitur nouum.*

43 *Limita quando in facultate Principis nominandus memoratur sub qualitate hæredis, & officium non fuit quæsitum titulo oneroso.*

44 *Officium non esse hypothecabile sine assensu Principis probatur ex obseruantia.*

45 *Primus acquirens si per viam contractus instituit super officio primogenituram cum expressa prohibitione alienandi Notario stipulante pro futuris successoribus, non potest; deinde in eorum præiudicium addere onus diuersum in testamento.*

46 *Maioratus quoties ex facultate regia instituitur, is qui illum irreuocabilem facere intendit, promittat maioratum perpetuo firmum habere illumque nunquam reuocare.*

47 *Nec Pater nihil tunc facere potest in præiudicium successorum.*

48 *Officium quando est merè hæreditarium, & agitur de præiudicio creditorum hypotecas creatas ante primogenituram habentium, quibus non potest per debitorem præiudicari præueniendo nominationem per actum inter viuos.*

49 *Saltim quoad fructus viuente debitore percipiendos.*

50 *Facultas primogenituram erigendi non suffragatur litteris nondum expeditis.*

51 *Satis est quod concessio præcedat, quæ solo verbo Principis perficitur etiam ante expeditionem litterarum, & nu.52.*

53 *Concessio Principis, quod præcesserit, probatur ex Confessione primi acquirentis, quæ cum sit verisimilis, & correspondeat litteris postea expeditis, probat etiam in præiudicium tertii, & nu.54.*

55 *Successor in Maioratu tenetur ad debita institutoris contracta ante illius erectionem.*

56 *Conclusio locum habet in bonis, quæ propriè sunt de eius patrimonio, & potuerunt hypotecari, non autem in his, quæ magis Principis censentur sine eius licentia hypotecam non recipiunt.*

57 Decisio in Romana Dotis 22. Iunij 1646. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono, *declaratur.*

DECISIO DLXXI.

FVISSE à q. Marchione Antonio Seniore de Tassis recognitam bonam fidem census scutorum 10. mil. in sorte principali de anno 1590. impositi ab Alexandro Gottifredo, & venditi q. Nicolao Seniori de Gauottis, necnon tunc temporis possessum ab eodem Antonio officium Præfecti Cursorũ pro Rege Catholico in Vrbe Roma, quod hodie possidet D. Marchio Antonius Iunior de Tassis, nemo dubitauit; sed immissionem ex vtili Saluiano interdicto † pro fructi-

1 bus dicti Census in possessionem officij huiusmodi petitam à fratribus de Gauottis Nicolai hæredibus denegandam esse Rota censuit ex defectu hypothecæ ad hunc effectum necessariæ, *l.1.ff de Saluian.interd. §.item seruiana Instit.de act. Duran.decis.327.num.1.* resistente natura officij illius creationi sine licentia Regis.

Quicquid enim sit de distinctione inter officia habentia iurisdictionem † seu respi-
2 cientia administrationem iustitiæ nec ne, quorum primam speciem esse de regalibus Principis, alteram nequaquam de Iure cõmuni, ac propterea circumscriptis particu-
3 laribus Constitutionibus, † quales adsunt in Regno Neapolis, alienari, & hypothecari posse absque Principis assensu tradunt *Doctores allegati à Io.Franc.à Pont.decis.16. numer.26. vers.quæ verò non habent iurisdictionem, & nu.32. decis.37.num.13.& 17. vers.hæc officia,* vbi loquitur in specie *de offic. Magistri Postarum, & Præfecti Cursorum, Rouit.decis.45. num.6. Moder. Neapolit.in tract.de legal. titul.de regalib. offic.sub num.63. Modern.Scalensis tun.resolut.forens.100. num.43.& seqq.alter Moder.Neapolit.contr.forens. lib.1.cap.44.nu.26.*

In puncto similis Officij Cursoris maioris concessi alijs de familia DD. de Tassis tra-
4 dit illud esse de Regalibus † Principis *Larr.alleg.fiscal.50.n.14,* quia nonnisi ex speciali Regis concessione obtineri potest, non est de
5 sui natura transmissibile † ad hæredes, nec versatur circa simplicem locationem equorum, ac perceptionem emolumentorum ex litteris prouenientium, in quibus terminis loquitur *à Ponte in exaduerso alleg.decis.37. sub nu.17.* Sed maximæ est qualitatis, & confidentiæ, (vt in terminis Officij Cursoris maioris ait idem *à Ponte decis.28. numer.45.& 48.*
6 & per consequens non secus, † ac alia regalia, absque Principis assensu hypothecam non recepit, eo quod officiorum Regalium
7 dominium † semper remanet penès Principem, & sola administratio, ac titulus in concessionarium transfertur, *§.optimum auth. de exhiben.reis, Mastrill.de Magistr. lib.1. cap.13. num.21. Grat.discept.50.num.27.& 28. à Ponte d. decis.28.num.56.& sub num.57. vers.sed aduertatur,* vbi quod *text.in l.fin.C.de pignor.* † loqui-
8 tur de officijs, quæ vendi, vel ad hæredes transmitti permissum est *Capic. Latr. decis.6. num.26.& 27.* vbi addit, quod in eisdem terminis in ea parte, qua hypothecam conce-
9 dit, intelligendus est, *text.in d.§.optimum, Seraph.decis.1294.nu.4.ac trib.seqq.* vbi quod non potest inferri ab imputatione in legittimam
10 ad facultatem † hypothecandi, & alienandi & quod etiam imputatio fit tantum respectu æstimationis, quatenus contingeret officium alienari *Mart.vot.40.num.7. Rot.decis.116.n.12. par.4. tom.2. recent. cum alijs allegatis à Modern. Foroliuien.de pignor.lib.2. quæst.14. numer.17. & seqq.*

Quodque dici solet cadere hypothecam
11 saltem super fructibus, † & commoditate illos percipiendi, eo quod considerantur tanquam

quam separati, vel separandi à fundo, vel
officio, *Ant.Capic.decis.51.num.11.vers.tamen in*
cessione,Cap,Latr.decis.26. nu.7.& 8.Rot.dec.336.
num.3.par.4.diuers.decis.116.nu.13.& seqq.par.4.
tom.2.recent. decis.403. num.8.& 9.apud Cinc.de
Censib.& in RomanaSaluiani 27.Iunij 1650.§.fin.
coram R.P.D. meo Meltio. Nullatenus proce-
12 dit † post mortem debitoris, per quam om-
ne ius etiam in fructibus expirauit *ad text. in*
l.lex vectigali ff.de pignor.Duran.decis.445.nu.10.
13 *Merlin.* in terminis † vsufructuarij *decis.748.*
nu.2. in terminis emphyteusis *Buratt.dec.749.*
num.26.& 32.idem Merlin.decis.645.num.1.& 2.
Rot.decis.238. sub num.8. vers.minus obstat apud
Zacch.de oblig.camer. in puncto à Ponte d.dec.28.
sub num.28.vers.ex his.

Et quamuis *in d.decis.238.num.9.& 10.apud*
Zacch.de oblig.camer. declaretur id procedere,
14 quando † versamur in concessione ex pa-
cto, & prouidentia, secus si concessio, vel
est hæreditaria, quia vbi successor officium
habere non potest nisi tanquam hæreditariũ
creditoribus defuncti competit actio super
fructibus, & commoditate illos percipien-
di, ac si defunctus viueret, cum viuere cen-
15 seatur † repræsentatiuè in persona hæredis,
qui tenetur ad onera hæreditatis, vt in ter-
minis officij *Rouit.cons.104. numer.7.& 9.* vbi
16 quod contraria procedunt † quando con-
cessio est facta pro vno ex filijs, seu persona
nominanda absque expressione hæredis, *&*
num.15.in fin.cons.106.sub numer.11. & 12.lib.2.
Noguerol.alleg.19.sub num.52. Rouerter.decis.56.
num.11.& seq.impress.annd Rouit.post d.cons.106.
Capic.Latr.decis.6. num.20.& 24.& decis.26.sub
num.16.& seqq. vbi signanter num.18. ponderat
17 quod licet in persona hæredis † officium
dicatur nouum, tamen transit cum qualita-
te hæreditaria, aliosque refert *Modern.Neapo-*
lit.de regalib.tit.de regal.offic. n.12.& 25.& n.45.
vers.nec huic.

Vel est obtenta titulo oneroso, † nam tũc
18 primus acquirens potest fructus rei, nedum
eius vita durante, sed etiam in perpetuum
obligare in præiudicium successorum *Gut-*
tier.canon.quæst.lib.2.cap.5. num.47.Facchin.con-
tron.iur.lib.7.cap.8. vers.& ideo illud, subdens,
19 quod ius Patris ex pecunia proueniens † ex-
tinguit omne ius, quod posset competere
filijs ex contractu,vel gratia Principis,eum-
que sequitur *Rot. decis.741. num.7.* allegando
plures decisiones concordantes, & asserendo
20 quod Rota hanc opinionem † constanter
amplexa fuit *par.4.tom.3. recent. Noguerol.* in
21 puncto officij Cursoratus *alleg.19. numer.54.*
Capic.Latr.decis.6. num.25. decis.70 sub num.43.
22 vbi loquitur de concessione facta † ob me-
rita concessionarii, & in puncto officij de
quo agitur *Rot.in Romana dotis 22. Iunii 1646.*
§.1.& seqq.coram Eminentiss.D.Card.Otthobono,
quicquid sit respectu hypothecæ super ipso
23 officio, † quam nec à primo acquirente
ex causa onerosa in præiudicium successo-
rum constitui posse sine Principis assensu te-
nent *Isern.Frecc. Clar. Mastrill.& alii plures al-*
legati à Capic.Latr.d.decis.70. nu.42. Reg.Galeot.
de alienat.& success.official.regal. cons.vnico n.13.
num.133.& seqq. & signanter *num.136.* ait in
24 hoc differre † officium à feudo, quia stri-
ctius in illo, quam in feudo proceditur,red-
ditque rationem *nu.137.& 138.*

Neutrum applicatur casui nostro, non
25 inquam titulus onerosus, † quia etsi vltima
concessio perpetuatiua officij in Antonio
Seniore, Simone eius filio, eorumque fa-
milia exprimat militaria seruitia ab eodem
Antonio præstita Regi, ac promissionem
scutorum 50. mil. tamen respectu seruitij
militaris remuneratio Regia iam præcesse-
rat mediante primæ concessionis personalis
in Antonio ad vitam Simonis dictorum ser-
uitiorum intuitu prorogatione, pro qua
obtinenda Antonius vltro impenderat in
itinere sollicitationibus, & alijs similibus
scuta decem millia prouenientia ex Censu
Dominorum de Gauottis, quæ prorogatio
sicuti non profuit alijs descendentibus, quia
morte Simonis expirauit, ità nec in eorum
præiudicium ius aliquod tribuit dictis cen-
suarijs, quamuis ea fuisset causa, vt deindè
vltima concessio pro descendentibus obti-
neretur, vt in puncto *Rouit. cons.43. num.10.*
& 11.lib.2. Gamm.decis.Lusitan.229. sub num.3.
vers.his non obstantibus.

Respectu verò promissionis scut.50.mill.
quæ verè vna cum Regia munificentia fuit
causa finalis perpetuationis officij, non re-
26 sultat titulus onerosus, † tum quia talis
promissio valori officij annui redditus sc.14.
mill. circiter ex datis *in Summ. D. Marchionis*
num.7.& 8. non æquiualet, vt ad hunc effe-
ctum oportet *Bald.in prælud. feudor. numer.11.*
Soccin. Sen.cons.4. numer.6. vers.quinimò, Baldus
lib.3.Rolan.cons.13. num.11.& seqq.lib.3. Boss.in
prax.tit.de Principe num.323.vers.est igitur necesse
Peregr.de iur.fisci lib.1.tit.3.numer.29. Morescott.
var.resol.lib.1.cap.74.num.5.in fin.Merlin.dec.86.
num. 16. & in fortioribus terminis † de con-
27 cessione facta intuitu meritorum *Socc. dicto*
cons.4.num.4.& 5.Rolan.cons.23. num.29. libr.1.
Boss.ibid.num.152. Gamm.decis.29.sub nu.1.col.2.
vers.& habita, Merlin.dec.756.n.6.

Tum etiam quia cum dicta scuta 50.mill.
Antonius Senior soluerit ex pecunijs retra-
ctis ab alio Censu cum licentia Regis impo-
sito super hoc ipso officio: quem nunquam
extinxit, quemque extinguendi, & eius fru-
ctus interim soluendi onus successoribus in
28 officio, † & in casum deuolutionis, quate-
nùs priùs extinctus non fuisset, ipsi Regi ob
assensum impositioni simpliciter præstitum
incumbit *Ciriac.controu.440.num.16.& 17.No-*
guerol.allegat.33.num.8.Rot.decis.86.nu.39.par.5.
decis.127.num.16. par.6.recent. decis.402.num.2.
& 3.post Cinc.de Censib.& in Romana Deuolutio-
nis Domus 3.Iulij 1652.§.eius coram R.P.D. meo
Verospio, nihil dicitur soluisse de proprio,
nullaque adest eius patrimonij, quoad sor-
tem principalem diminutio omninò neces-
29 saria, † vt acquisitio officij censeatur facta
titulo oneroso, *Rouit.d.cons.42.sub numer.8.sub*
numer.11.& 12.lib.2.allegans Isern.in cap.Impe-
rialem,

*rialem, §.præterea Ducatus nu.39.in addit.de pro-
hib.alienat.per Federic.bonus est text.in l.si sponsus
§ si maritus hæres,ibi, neque enim pauperiorem fie-
ri qui non acquirat, sed qui de patrimonio suo dispo-
suerit, & in §.fin.in fin.* ibi, *vbicumque igitur non
diminuit de facultatibus suis qui donauit &c.dona-
tio valet ff.de donat.inter vir.& vxor.*

Pariter non applicatur titulus, seu quali-
tas hæreditaria, quia in vltima concessione
nulla fit mentio hæredum, sed tantum suc-
cessorum, ibi, *vt ipsi* (hoc est Antonius Se-
nior, & Simon filius,) *& reliqui successores sui
habeant &c.* quorum appellatione † cum in-
30 fra concessio loquatur de successoribus in
officio, ac de descendentibus, & consangui-
neis, non denotatur successio hæreditaria;
sed rei, idest, ac sanguinis, *Rouit.consil.106.
nu.4.in fin.lib.2.& decis.27.nu.12.decis.72.nu.43.
Capic.Latr.decis.70.num.37.num.41.& 43.* vbi
31 hoc ampliat † quando,vt in casu nostro, fit
mentio descendentium, alijque relati *a Mo-
dern.Neapolit.de regalib.tit.de regal.offic.num.38.
& 61.ab alio Modern.de success.ab intestat. capit.3.
theor.107.numer.33. Reg.Galeott.* in fortioribus
32 terminis prorogationis officij † in perpetuũ
pro hæredibus, & successoribus *consil. vnico
de alienat.& success. offic regal. num.103.& 104.
& 140. & in simili Rot.decis.112.numer.9.in fin.
par.6. recent.* Præsertim quia infra ad ampliã-
dam concessionem datur primo acquirenti
facultas supponendi officium maioratui fa-
33 uore agnatorum,& cognatorum, quæ otio-
sa esset si successorum nomine Rex de hæ-
redibus extraneis sensisset, *Lanar.in addit. ad
Regent.Lanar.in cap.1. nu.59.& per tot.de success.
feudor.relat.à Modern.Neapolit.contr.forens.lib.1.
cap.44. num.31. Giurb.de success feudor.prælud.5.
nu.42.* Et ad summum concessio esset mixta
34 in † qua obligatio defuncti minimè nocet
successoribus adeuntibus hæreditatem cum
beneficio legis, & Inuentarij, *Afflict.in cap.1.
num.19.de vsib feud. tit.an agnati, vel filiu defun-
cti Clar.in §.feudum quæst. 42.vers.successiuè quæ-
ro, & quæst.47.vers.sed quid si adsit Alex.cons.28.
num.18.lib.5. Rot.decis.72.nu.1.& seqq.decis.402.
nu.1.apud Cinc.de Censib.*

Non obstat quod primo acquirenti Rex
concesserit facultatem vinculandi officium,
35 quia † cum hæc facultas sit restricta ad fa-
uorem descendentium agnatorum, & co-
gnatorum pro conseruatione officij in fa-
milia, non præbet potestatem vinculandi
ad fauorem extraneorum, *l.Paulus, vbi gloss.
verb.remisisse ff.quib. mod. pign. vel hypoth.solut.
Salyc.in l.fin. num.3. Cod.de remiss.pignor.Negus.
de pignor.3.memb.6.part.nu.14. Ciriac.contr.344.
num.5.& 6.Surd.decis.263.num.10.& 11.Maur.
allegat.75.sub numer.3.vers.rursus Rot.in Signina
Saluiani 4.Maii 1643.§.quouerò coram me,* quin
36 sicuti excludit † quod officium possit alie-
nari extra familiam, *Socc.iun.cons.53.numer.4.
lib.2.Surd.cons.11.num.7.& 8.Rot.decis.4.nu.14.
par. 7. recent.* Ità quod cadat sub creditorum
37 hypothecis, quia repugnant conseruationi
in familia, & per eas deuenitur ad aliena-
tionem, vt ex *text.in l.fin. C.de reb.alien.Isern.
in cap.Imperialem num.3. de prohib. alien.per Fe-
der.Tell.Fernand.in l.26.Thaur sub n.21.col.11.
Mastrill.de Magistr.lib.1. cap. 3. num. .. à Ponte
decis.28.num.50.& 51. alijque allegati à Modern.
Forolinien.de pignor. lib.1.tit.1. quæst.14.num.16.*
& in fortioribus terminis, quod etiam con-
38 cessa facultate alienandi † in fæudalibus non
veniat facultas hypothecandi, *Surd.decis.254.
nu.26.in fin.Vinc.de Franch.decis.71.nu.15.& seq.
Pacif.de Salu.inspect.3.nu.56.*

Cumque in ventre dictæ facultatis habea-
tur, quod succedere teneantur filij, ac de-
scendentes agnati, & in eorum defectu co-
gnati,& his deficientibus transuersales agna-
ti, & deindè cognati, id quod ponderato
verbo *teneantur* collato in vocatos non illis,
qui cogi non possunt inuiti successionem
39 acceptare, sed primo acquirenti † imponit
necessitatem dictos descendentes, & trans-
uersales ad officium nominandi, vt benè
*Surd.cons.81.num.17.vers.quarto respondeo, Becc.
cons.76.nu.23.in fin.* exindè assequimur quod
successores ex dicta necessitate nominandi
40 dicuntur † habere officium à Rege, non
autem à primo acquirente institutore maio-
ratus, quia illi censetur demandatum nu-
dum ministeriũ nominationis *Rouit. cons. 43.
num.5.& cons.106.num.19.& 29.* vbi distinguit
41 an electio † sit facienda de persona incerta
ex certis, vt in casu nostro, an verò de in-
certa ex incertis, *lib.2.ex text.in l.vnum ex fa-
milia §.si de falcidia ff.de legat.1. l.Pater ff.de ma-
num.vindi.Valens.cons.155.num.14.& 21.à Ponte
cons.109.num.5.& seq.lib.2.Fusar.de subst.q.511.
num.6. Tell.Fernand.in l.26. Thaur.sub num.11.
col.12.vers.nec hoc, Capic.Latr. decis.26. num.5.
Rot.in Romana Dotis 15. Iunij 1643. §.quia præ-
fatos, & 2.Decembris 1644.§.alterum fundamen-
tum coram R. P. D. meo Cerro,* attentis præser-
tim subsequentibus verbis concessionis, ibi,
*inuestientes præterea prædictum Antonium, eiusque
filios, descendentes, & successores prædictos in per-
petuum de huiusmodi officio,* per quæ euidens fit
42 quod successores mediante † nominatione
facienda è primo acquirente inuestiuntur ab
ipso Rege, vt propterea nullatenus tenean-
tur ad debita prædecessoris, quia in eorum
persona officium dicitur nouum, & à Rege
concessum, *Rouit.citat.cons.104.numer.4.lib.2.à
Ponte cons.209.num.5.& seqq.lib.2. Valenz.dicto
cons.155.num.12.nu.21.& 22.Noguerol.alleg.11.
num.115.allegat.19.sub num.53.vers.secundus ca-
sus alijque allegati à Modern.Hispan.in labyrinth.
credit.par.2. cap.27. num.10.& quatuor seqq. vbi
sub num.14.* Hoc limitat quando in facultate
43 Principis † nominandus memoratur sub
qualitate hæredis, & cum eadem limitatio-
ne, *Modern.Neapolit.de Regalib.tit.de regal.offic.
sub num.26. & 43. vers.nec huic.* Eo maximè
quia non fuit acquisitum titulo oneroso,
*Menoch.cons.161.num.15.Surd.cons.351.num.28.
Peregr.cons.8.numer.37.lib.1. Bellon.Iun.cons.55.
num.30.& 31.à Ponte dicto cons.109. numer. 16.
lib.2.*

Quæ omnia clariora reddit obseruantia
subsequuta, quia successiuè primus acqui-
rens

tens quando voluit officium hypothecare
assensum Regis requisiuit, & obtinuit, hoc
enim demonstrat concessionem non esse
hæreditariam, aut officium hypothecabile
44 sine Regis assensu, vt post *Thes. Iun. qu.* 105.
in fin. lib. 3. tradit in terminis *Rouit. decis.* 72. *sub*
numer. 7. *vers. & denique Larr. allegat. Fiscal.* 50.
num. 91.

Hinc nil refert quod Aotonius in suo te-
stamento mandauerit solui eius debita, quia
non potuit ad id grauare successores in offi-
cio absque Regis assensu: eo minùs quia
priùs super officio primogenituram consti-
45 tuerat † cum expressa conditione, quod il-
lud sit inalienabile, & indiuisibile, ac pro-
missione de primogenituram numquam re-
uocando, mutando, vel alterando, quę cum
emanauerit per viam contractus, ac pro fu-
turis successoribus Notario stipulante acce-
ptata fuerit, ademit potestatem addendi onus
diuersum in testamento postea condito *Mo-*
lin. de primogen. lib. 4. *cap.* 2. *num.* 75. *vers. in secun-*
do casu, & nu. 76. vbi dat pro cautela vt quo-
46 ties ex facultate Regia † maioratus insti-
tuitur is, qui illum irreuocabilem facere
intendit, promittat maioratum perpetuò
firmum habere, & illum numquam reuo-
care *Pelaez de maiorat. par.* 1. *quæst.* 26. *per tot. &*
signanter num. 30. *Ciriac. contrau.* 23. *nu.* 26. *Bellon.*
Iun. cons. 55. *num.* 22. vbi quod tunc Pater ni-
47 hil † posteà facere potest in præiudicium
successorum, *Valenz. cons.* 155. *num.* 18. *Cephal.*
cons. 12. *num.* 33. *Bologuin. cons.* 62. *num.* 14. *& seqq.*
Maur. alleg. 75. *sub num.* 4. *vers. & quia Seraphin.*
decis. 427. *num.* 2. *& decis.* 874. *num.* 1. *Rot. in Bo-*
nonien. fideicommissi 4. *Maij* 1648. *§. reuocatio ve-*
rò coram R.P.D. meo Celso, confirmata 23. *Iunij*
1652. *§. hinc sequitur, & seqq. coram Reuerendissi-*
mo Domino meo Decano, quicquid dicendum
esset si officium esset merè hæreditarium, † &
48 ageretur de præiudicio creditorum hypo-
thecas creatas ante primogenituram haben-
tium, quibus non posse per debitorem præ-
iudicari præueniendo nominationem per
actum inter viuos tradit *Rouit. cons.* 104. *n.* 15.
49 *lib.* 2. saltem quoad fructus † viuente debi-
tore percipiendos, vt per allegatos à *Moder.*
Hispan. in labyrinth. credit. cap. 27. *n.* 21. *&* 22.

Non obstat quod tempore erectionis pri-
mogenituræ, ac promissionis præfatæ non
dum essent expeditæ litteræ Regiæ super
50 perpetuatione concessionis, † & facultate
erigendi primogenituram, nec postea expe-
ditæ suffragentur *Pelaez de maiorat. par.* 1. *q.* 14.
num. 1. *per tot. & par.* 4. *quæst.* 2. *num.* 1. *& seqq. Mo-*
lin. de primog. lib. 2. *cap.* 7. *num.* 1. *& seqq.* Quia
satis est, quod præcessisset ipsa concessio,
51 quæ † solo verbo Principis perficitur etiam
ante expeditionem litterarum *cap. quidam, &*
ibi Butr. num. 10. *Imol. num.* 8. *de renunciat. Cassad.*
decis. 1. *num.* 6. *vers. sed si prius eod. tit. Gabr. con-*
sil. 194. *num.* 1. *lib.* 2. & in puncto facultatis eri-
52 gendi † primogenituram, vel testandi *Rota*
in Romana Legati Pij 2. *Februarij* 1628. *coram re-*
col. mem. Coccino impress. apud Modern. de iur. Ab-
bat. tom. 3. *decis.* 107. *num.* 1. *& seqq. confirmata* 15.
Maii eiusdem anni, §. 1. *coram eodem*: Et præces-
53 sisse constat ex confessione † ipsius Antonij
Senioris, & Simonis filij in contractu pri-
mogenituræ, ibi, *Hauendoci fatto Sua Maestà*
gratia di perpetuare il detto offitio &c. come più la-
tamente si conterrà nel priuilegio che si hà da spedi-
re della gratia, & infra ibi, *La qual gratia Pom-*
peo de Tassis in virtù della procura, che gli hab-
biamo mandato, e' hà ottenuto, quæ confessio cū
54 sit verisimilis, † eiusque tenor correspon-
deat litteris postmodum desuper expeditis,
magni momenti est etiam in præiudicium
tertij *Cyn. in auth. hoc ius porrectum num.* 3. *C. de*
Sacrosanct. Eccles. Tiraquell. in l. si vnquam verb.
donatione largitus num. 10. *& seqq. C. de reuocand.*
donat. Surd. cons. 290. *num.* 46. *& decis.* 325. *sub n.* 6.
Rot. in Mediolanen. Præbendæ 11. *Februarij* 1650.
coram me: contraria autem procedunt quan-
do nullo modo gratia præcesserat.

Minùs obstat quod successor in maioratu
55 teneatur ad debita institutoris contracta
ante illius erectionem *Perals. in l.* 3. *§. qui fidei-*
commissum numer. 128. *ff. de hered. instit. Anton. de*
Padilla in l. vnum ex familia, §. si de falcidia nu. 7.
ff. de leg. 2. *Sanch. consil. moral. lib.* 4. *cap.* 1. *dub.* 31.
num. 3. *Gomes. Leon. decis.* 100. *num.* 6. Id enim
56 locum habet in bonis, † quæ propriè sunt
de eius patrimonio, & potuerunt hypothe-
cari; non autem in his, quæ magis Princi-
pis censentur, sine eius licentia hypothecam
non recipiunt, & concessa fuerunt cum qua-
litatibus supra ponderatis.

Ad decisionem *in Romana Dotis* 22. *Iu-*
nij 1646. *coram Eminentissimo Domino Cardi-*
57 *nali Otthobono* † emanatam fauore filiæ in-
stitutoris creditricis dotis, Domini respon-
derunt, quod decisio in fine se ipsam re-
stringit ad eum casum tantum, ibi, *in hoc*
casu tantum, quodque fundatur præcipuè in
eo, quod officium fuerit pecunia emptum,
& gratia Regis contractum primogenitu-
ræ non præcesserit, quia tunc non fuerant
producta instrumenta superiùs ponderata
conuincentia, quod officium non fuerit ac-
quisitum pecunia Antonij Senioris, quod-
que gratia Regis iā præcesserat verbo, quod
sufficit ex supra allegatis.

Et ità decisum vtraque &c.

CALAGVRITANA BENEFICII DE AVSEIO.

Veneris 27. *Iunij* 1653.

ARGVMENTVM.

Dignior pro obtinenda ad iudicatione Benefi-
cij in concursu cum alijs oppositoribus ex
quibus probetur Patrimonialitas iuxta
Constitutionem Clementis VIII. super pro-
uisione Beneficiorum Diœcesis Calaguri-
tanæ sufficit, quod probetur ex patre, vel
auo. Paupertas non attenditur in concursu
habentis Beneficium, & maioribus qualita-
tibus præditi.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Nobilitas si fuit probata respectu vnius fratris, non requiritur, quod etiam alter sit nobilis.*
2 *Ratio est, quia potuit vnus acquirere de nouo nobilitatem, vel etiam Ciuilitatem in loco, nec Iura huiusmodi transuersalibus communia fiunt.*
Iura nobilitatis, & Ciuilitatis Transuersalibus non communicantur ibid.
3 *Prælatio debita est pauperi nullum habenti beneficium illud possidenti sufficiens pro congrua sustentatione quando agitur de beneficio simplici, quod secus est in Curatis.*
4 *Dignior pro obtinenda prælatione beneficij in concursu cum alijs oppositoribus dicitur, qui est Baccalaureus, & Doctor in Canonico, & licentiam habet exercendi munus aduocati in regia audientia.*
5 *Item si fuit electus promotor Fiscalis, & inter examinatores synodales connumeratus, qui ex magis idoneis Cleri Secularis, & Regularis eligi debent ex dispositione* Sac. Conc. Trid. sess. 24. de refor. cap. 18.
Examinatores synodales eligendi sunt ex dignioribus Cleri Secularis, & Regularis ex dispositione Sac. Conc. Trid. ibid.
6 *Item si est Sacerdos, & approbatus ad audiendas confessiones, & administrationem Sacramentorū.*
7 *Item si in eo concurrit nobilitas.*
8 *Sententia lata in causa status suffragatur omnibus descendentibus ab eo ad cuius fauorem lata est.*
9 *Nobilitas Ascendentium transmittitur cum sanguine ad descendentes.*
10 *Patrimonialitas probatur si constat patrem, vel auum fuisse tales, vt Constitutio Clementis VIII requirit.*
11 *Domicilium originis contractum, non amittitur ex quo quis à loco originis se transfert ad alium locum ibique matrimonium contrahit.*
12 *Domicilia plura quis in diuersis locis habere potest.*
13 *Patrimonialitas probatur ex sententia lata super patrimonialitate præsertim si ab ea non fuit ab alijs oppositoribus appellatum.*
14 *Item si in mandato Episcopi directo Capitulo ad præsentandum vnum ex filijs patrimonialibus, & ab eo acceptato inter alios patrimoniales descriptus reperitur, ita ut amplius non possit vti talis impugnari.*
15 *Appellatio à mala relatione examinatorum non operatur, vt eius effectus retrotrahatur ad sententiā super patrimonialitate, à qua non fuit appellatum.*
16 *Paupertas in concursu habentis beneficium nullius est momenti si maioribus qualitatibus est præditus.*

DECISIO DLXXII.

PRAEVALERE qualitates Michaelis de Espinosa, eique propterea adiudicandā esse quartam partem beneficij in Ecclesia Parochiali Oppidi de Auseio vacantis per obitum Andreæ pronunciauit Rota per diffinitiuam sententiam latam à R.P.D. meo Verospio contra Michaelem Gel. Franciscum la Dagriga, & Celidonium Alcade Coopposirores ad dictum Beneficium, quā sententiam in gradu appellationis ad me interpositæ confirmandam esse hodie DD. cēsuerunt, non obstantibus per dd. Coopporsitores appellantes, ac per Capitulum Ecclesiæ, & Vniuersitatem loci de Auseio ad causam admissos, & vt singulos informantes adductis tria continentibus.

Primo, quod Espinosa non sit dignior; secundo, quod non sit filius patrimonialis loci de Auseio, vt requirit Constitutio Clementina cum testes deponant illum ortum & baptizatum fuisse in Oppido de Autol, vbi Petrus eius Pater Vxorem duxerat, & habitabat; quapropter non iuuari potest sententia in concursu ad aliud beneficium lata super patrimonialitate Francisci eius fratris,
1 sicuti dicimus quod probata nobilitate † vnius fratris non requiritur, quod etiam alter sit nobilis, *Tiraquel. de nobilit. cap. 17. n. 4 post Afflict. super Constit. Regni lib. 1. sub rub. 9. illicitis potestantibus Sermon. num. 30. vers. sed quæro de quasi. Vinc. de Franc. decis. 127. num. 19. Rota dec. 875. num. 5. & 6. par. 2. recent.* quia scilicet
2 † potuit vnus acquirere de nouo nobilitatem, vel etiam Ciuilitatem, seu incolatum in loco nec Iura huiusmodi transuersalibus communia fiunt *Garz. de nobilit. glos. 6. nu. 28. post med. Escobar. de nobilit. & purit. par. 1. qu. 17 §. 1. num. 36. & 37.*

Tertio, quod cum possideat aliud beneficium annui redditus scutorum 300. quo
3 satis † esse congruæ substentationi dixit. *Rota in alia Calaguritana beneficij 2. Decembris 1652. coram me,* & hodie agatur de beneficio simplici præferendi sunt alij coopppositores beneficium non habentes pauperes, & digni, *e. his qui de præben. in 6. Gratian. discept. 215. num. 23.* & in terminis beneficiorum simplicium Diœc. Calaguritanæ *Seraph. decis. 777. sub num. 1.* vbi loquitur ad exclusionem beneficiati habentis maiores qualitates, *& decis. 77. num. 3. Pœn. in eisdem terminis decis. 1386. num. 4. Rota in Calaguritana beneficij de Coralus 10. Iunij 1650. §. fin. corā Eminentissimo D. Card. Otthob. in Calaguritana beneficij de Ocon 13. Ianuarij §. Quibus, & 14. Martij 1652. §. fin. coram Reuerendissimo D. meo Decano, in Calaguritana beneficij de Aio sub d. die 14. Martij §. Non obstat coram eodem, in Calaguritana beneficij de Alesanb 5. Maii proximè præteriti §. Præterea, & 20. Iunii §. Viget etiam coram R. P. D. meo Bellulaqua* licet secus sit in beneficijs curatis *Garz. de benefic. par. 9. cap. 2. num. 25. & Buratt. decis. 635. num. 5. & 6.* cum alijs allegatis moderno *Spoletano de priuileg. paup. par. 2. priuileg. 38. num. 5.*

Sed fuit responsum ad primum obiectum
4 quod Espinosa probatur dignior, † quia est Baccalaureus Licentiatus, & Doctor in Canonico, habet licentiam exercendi munus Aduocationis in regia Audientia solitam concedi personis Doctrina conspicuis, fuit
5 electus Promotor Fiscalis † à tribus Episcopis, & connumeratus inter examinatores synodales, quos ex magis idoneis Cleri Secu-

cularis., vel regularis eligi mandat *Concil.*
Trid. seß. 24. de reformat cap. 18. verf. examinato-
res autem, atque tradit *Vgolin. de offic. Episcop.*
cap. 50. §. 5. num. 1. Barbos eodem tractat. in addit
6 *allegat. 60. num. 49. in fine*; Vlterius est † Sacer-
dos pluries ad audiendas confessiones, &
administrationem Sacramentorum appro-
7 batus, & nobilis, † vt probat sententia desu-
per lata de anno 1537. ad fauorem Martini
de Espinosa, ac testes *dati in Summario Mi-*
chaelis nu. 4. deponentes simul d. Martinum
fuisse auum paternum Michaelis, qui testes
8 ac sententia emanauerit in causa status † suf-
fragatur omnibus descendentibus à d. Mar-
9 tino, quia ad illos † ascendentium nobilitas
cum sanguine transmittitur *L. fin. ff. Senator.*
Gratian. discept. 590. num. 15. & seqq. & quæst. 17
§. 1. num. 38. & seqq. Rota in Romana Bonorum
seu Vsufructus 5. Martii 1653. §. Nihil facit coram
R.P.D. Zarate.

Ex eisdem Testibus, & sententia probatur
quoque præfatum Martinum fuisse patri-
10 monialem loci de Auscio, † euacuant se-
cundum obiectum circà patrimonialitatem
Michaelis, quia iuxtà Constitutionem Cle-
mentinam sufficit probare Patrem vel Auũ
fuisse patrimonialem, vt refert *Gonzal. super*
reg. 8. Cancell glos. 9. §.... num. 20. Quo magis;
qui alij testes *dati in Summario Michaelis nu. 8.*
firmant Patrem Michaelis ab Oppido de
Auscio vbi habitabat se contulisse ad oppi-
dum de Autol, & licet subdant in eodem
11 oppido Autolle, illum Vxorem duxisse, † id
non tollit domicilium originis anteà con-
tractum in oppido de Auscio, cum quis
12 possit † in diuersis locis habere domicilia
l. Assumptio §. Ciuis l. eius qui 27. §. fin. ad mu-
nicip. Ruin. cons. 61. num. 21. lib. Comit. dec. 120. n. 8
Buratt. dec. 804. num. 3. dec. 811. vbi Adden. num. 7
allegat. concordantes.

Accedit sententia, vt supra lata ad fauo-
rem Francisci Germani fratris Michaelis,
nec non alia in hoc ipso iudicio lata in parti-
bus declarans Michaelem esse filium patri-
13 monialem, † quæ cum fuerit tacitè accep-
tata, tùm à Coopposıtoribus non appellan-
do, & petiendo illum in vim sententiæ hu-
iusmodi admitti ad præstationem iuramenti
& ad examen, tùm à Capitulo Ecclesiæ pa-
rendo Episcopi præcepto de præsentando
vnum ex examinatis tamquam filijs patri-
14 monialibus, † inter quos etiam Michael
descriptus erat non potest hodiè impugnari
l. commissaria C. de pact. inter empt. & vend. Ca-
strens. in l. quo enim §. Iulianus sub num. 2. ff. rem
rat. hab. & in fortioribus termin. Rota in Calagu-
ritana Beneficii de Banneros 11. Decembris 1651
§. primo coram Emin. D. Card. Otthob. quamuis
postea appellatũ fuerit à mala relatione exa-
15 minatorum, † quia effectus appellationis
huiusmodi non retrotrahitur ad sententiam
super patrimonialitate priùs approbata, vt
in puncto *Rota decis. 591. num. 4. par. 1. rec. &*
in Calaguritana Beneficii de Encira 13. Martii
1651. §. pen. in fine coram me.

Pro responsione tandem ad tertium obie-
ctum DD. dixerunt distinguendos esse tres
casus, alter est, quando vtriusque concur-
rentis qualitates sunt pares, alter quando
præualent in habente beneficium non sunt
magni ponderis §. *Quandò sunt magni ponderis*
decisiones allegatæ in obiecto loquuntur in
primò, & secundò casu, in tertiò verò (qui
est casus noster) paupertatem non esse vllius
16 momenti † in concursu habentis beneficiũ,
& maioribus qualitatibus prediti perpetuò
senserit *Rota*, *vt habetur in dec. 61. num. 4. par. 4.*
recen. in Calaguritana beneficii della casa della
Reyna 17. Martii 1648. §. Minus facit coram Re-
uerendissimo Episcopo Tarraconen. in Lucana Cap-
pellania 7. Iunii 1651. §. Non obstat coram me
in dicta Calaguritana beneficii de Bonares §. Ne-
que cæteri coram Eminentissimo D. Card. in Cala-
guritana Beneficiorum 15. Iunii 1651. §. fin. in fi-
ne coram me in Calaguritana Beneficii S. Martini
15. Martii 1652. §. penultimo coram R.P.D. Al-
bergato in Calaguritana beneficii 2. Decemb. eius-
dem anni §. Quia cum coram me, & in huius met
causa decisione 1. Iulii d. anni §. Hinc verò verf.
vel quia prælatio coram R.P.D. m. Verospio.

Et ita vtraque &c.

BERGOMEN CANONICATVS.

Veneris 27. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Remissoria in Beneficialibus non datur nisi fa-
cta obligatione de stando vnicæ sententiæ,
& apposito sequestro, ac etiam dato fumo,
quando petitur à possessore. Remissoria si
fuit concessa actori ad suam intentionem
probandam ad seruandam æqualitatem con-
cedenda est reo ad suam exceptionem iu-
stificandam.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in beneficialibus, quando petitur à pos-*
sessore non solet concedi nisi apposito sequestro,
& facta obligatione de stando vnica.
2 *Gratia Coadiutoriæ obreptitia est nulla ipso iure.*
3 *Remissoria, vt sit concedenda satis est articulos*
quoquo modo conferre ad victoriam causæ quini-
mo releuantiam esse dubiam.
4 *Fumus pro obtinenda remissoria in beneficialibus*
requiritur.
5 *Fumus adhuc effectum ex quibus resultet & num. 6.*
7 *Remissoria non est deneganda sub prætextu, quod*
altera pars suam fecit probationem, quia proba-
tionem non excludit.
8 *Testium dicta non dicuntur publicata ex simplici*
traditione summarii, quod ob probitatem Procu-
ratorum in Curia non importat publicationem.
Contraria procedunt, quando dicta Testium origi-
nalium fuerint ab ipso principali scrutata, vel
concurrit præsumptio calumniæ ibid.
9 *Aequalitas in Iudicio seruanda est.*
10 *Remissoria si fuit concessa actori ad probandam*
suam intentionem ita concedenda est reo ad suam
responsionem iustificandam, vt seruetur æqua-
litas.

11 *Reus*

11 *Reus non tenetur ante factas ab actore probationes suas facere ea ratione, quia vincere potest per non Ius actoris, & num. 12.*

Reo, & possessori sufficit vincere per non Ius actoris ibid.

13 *Remissoria non est deneganda reo, praesertim quando ad executionem ab actore petitam procedi non potest, tunc enim concedendo remissoriam nulli infertur praeiudicium.*

14 *Reo, & possessori non est necessaria discussio tituli ad obtinendam absolutoriam ab impetitis ab actore, secus si petat Ius suum canonizari.*

DECISIO DLXXIII.

IO: Albertus Pulsinus Canonicus in Ecclesia Cathedrali Bergomensi obtinuit sub narratiua, quod ob diuersas sui corporis incurabiles infirmitates onera Ecclesiastica sibi ratione Canonicatus, & Prebendae incumbentia suportare nequibat coadiutorem cum futura successione sibi dari Bernalium de Bernalijs, qui desuper expeditis literis earum executionem defuncto coadiuto petijt contra Io. Antonium Suardum de eodem Canonicatu tamquam vacante per obitum dicti Pulsini prouisum à b. me. Cardinali Cornelio, & successiuè possessionem ingressum ac nuper produxit plures testes ad iustificandam dictam narratiuam examinatos vigore remissoriae Rotalis.

E conuerso autem exhibuit Suardus articulos prorsus contrarios petens desuper sibi concedi remissoriam, quam disputato particulari dubio Domini hodie censuerunt cũ retardatione esse concedendam apposito sequestro, & facta obligatione de stando vni-
1 cè vt solet in beneficialibus† quando remissoria petitur in prima instantia à possessore *Add. ad Greg. XV. dec. 144. vers. 2. requiritur & seq. Cocc. dec. 246. num. 3. Merlin. dec. 87. num. 13. Rot. dec. 43. num. 3. & seqq. par. 5. recent.*

Negari siquidem non potest, quod articuli continentes bonam valetudinem coadiuti de tempore concessae Coadiutoriae, & sic contraria ibidem narratis releuantissimi sint, cum ex inde euacuetur penitus executio à coadiuto petita, & gratia coadiutoriae
2 ex capite † obreptionis nulla sit ipso iure ex allegatis *per Add. ad Buratt. decis. 74. litt. A. Rot. decis. 295. num. 12. par. 6. recent. & in Reatina Pensionis 13. Febr. 1651. coram Eminentissimo D. Cardinali Otthobono* satisque est articulos quoquo
3 modo † conferre ad victoriam, vt remissoria concedatur *Cauler. decis. 232. num. 2. Rot. in ter recent. decis. 720. num. 3. par. 2.* quin & releuantiam esse dubiam, *vt fuit dictum in Toletana Decimarum 16. Martii 1648. coram R. P. D. meo Celso, & in Interamnen. fideicommissi 28. Iunii 1652. coram me.*

4 Nec deest fumus, † qui ad obtinendam remissoriam in beneficialibus requiritur *Cocc.*
5 *dec. 165. num. 6.* nam illud resultat † tum ex partitis extractis, e libris Capitularibus in quibus apparet, quod Pulsinus quando non inseruiebat Ecclesiae punctabatur, & multoties inseruiebat tum ex fide extraiudiciali
6 septem † Canonicorum eiusdem Ecclesiae, quae ad hunc effectum sufficit *Buratt. decis. 28 num. 4. Rot. decis. 504. num. 3. par. 2. recent.*

Non obstat, quod Bernalius examinauerit testes super affirmatiua hoc est super nar-
7 rata infirmitate Pulsini, † quia probatio probationem non excludit *Egid. dec. 565. num. 1. Rot. dec. 785. numer. 5. par. 1. diuers. & in terminis remissoria dec. 70. nu. 8. & 9. par. 6. recen.* Et gratis dicitur fuisse publicata dicta testiũ exad-
8 uerso ab actore examinatorum † cum solum fuerit eorum summarium traditum Procuratori in Curia, quod ob praesumptam huiusmodi Procuratorum integritatem non importat publicationem, vt de stylo Curiae testatur *Seraph. decis. 683. numer. 2. Greg. XV. decis. 497. num. 4. Buratt. decis. 228. num. 20. Merlin. decis. 831. num. 0.* vbi subditur decisiones, quae in contrarium allegari possent loqui quando dicta testium originalia fuerunt scrutata ab ipsomet principali, & quando concurrerent praesumptiones calumniae vrgeretque suspicio magna subornationis.

Et in hanc sententiam Domini eo liben-
9 tius venerunt, quia ratio aequalitatis † inter litigantes seruanda *cap. in Iudiciis cap. non debet, de reg. Iur. in 6.* cum alijs allegatis *in Tullen. matrimonii 26. Iunii 1648. coram Reuerendissimo Episcopo Terracinensi,* exposcit vt sicu-
10 ti semel concessa fuit remissoria actori † ad probandam suam intentionem, ita concedatur reo ad eam elidendam, & suam exceptionem iustificandam, vt in terminis aduertit *Rot. decis. 981. num. 1. & seq. coram sa. me. Greg. XV. decis. 881. num. 3. coram bo. me. Merlino & in Romana Societatis de Rotignis 5. Nouembris 1646. coram dicto Episcopo Terracinensi;* nec nõ quia nihil imputari potest Suardo cur prius remissoriam non petierit cum statim reportato ad Curiam processu remissoriali aduersarii suos articulos exhibuerint nec tã-
11 quam reus, & possessor † ante factas ab actore probationes teneatur suas facere, vt ponderauit *Rot. in meten. Monasterij 21. Feb. 1600. coram Litta impress. apud March. de comm. par. 2. fol. 518. num. 5. in fin.* ea ratione quia vincere
12 poterat † ex non iure actoris *Cass. decis. 3. n. 5 de rest. spoliat. decis. 7. num. 9. super reg. Cancell. Lotter. de re benef. lib. 2. quaest. 42. nu. 25.* vltra quod cum imminerent feriae propter quas ad executionem ab actore petitam procedi non po-
13 test † nullum videtur inferri praeiudicium concedendo remissoriam sine retardatione, vt in terminis ponderauit *Rot. in Firmana Nullitatis executionis 28. Iunij 1651. §. vrget corã me.*

Non obstant, quae afferuntur contra collationem, quam Suardus reportauit à Cardinali Cornelio, quia discussio & iustifica-
14 tio tituli † necessaria non est reo, & possessori vt obtineat absolutoriam ab impetitis ab actore, licet secus esset si peteret ius suum canonizari, vt bene distinguit *Lotther. d. q. 42. num. 26. Rot. in Montis alti Beneficij 15. Decembris 1645. §. fin. coram me.*

Et ità decisum vtraque parte Informante.

BENEVENTANA DOTIS.

Veneris 27. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Cessio reportata à Tutore proprio, & principali nomine sibi, & non pupillo acquiritur, & ex quibus appareat proprio nomine cessionem fuisse stipulatam. Creditum dotale spatio 30. annorum præscribitur, nisi mala fides concurrat. Mandatum excessiuum nondum executioni demandatũ sustinetur pro summa debita. Rota stante clausula *si quid exequendum*, potest constito de bono iure ad nouam mandati relaxationem deuenire.

SVMMARIVM.

1 *Dispositiua attendi debet in Instrumento.*

2 *Tutor proprio nomine cessionem sibi stipulasse censetur stantibus illis verbis* proprio priuato, & principali nomine, *quæ nomen officij Tutoris excludunt, & important acquisitionem nomine proprio.*

3 *Tutor acquirens cum bonis pupilli, ipsi acquirit licet proprio nomine contraxerit.*

4 *Dotis promissio facta à pluribus cum dictione,* & cuiuslibet ipsorum nomine, *operatur, vt singuli promissores obligentur insolidum.*

Dictio, Et cuiuslibet ipsorum nomine *est distributiua totius in singulos ibid.*

5 *Dotis debitor potest allegare præscriptionem statutariam Vrbis, & trigenariam de iure communi contrarium quoad statutum Vrbis firmatur numer. 11.*

6 *Maritus potest ad libitum debitorem dotis liberare, etsi id faciat iussu vxoris, vterque tam debitor, quam maritus sunt liberati, si vero iniussa vxore liberatur quidem debitor, sed maritus tenetur.*

7 *Dotis debitor potest liberationem consequi etiam mediante præscriptione completa viuente viro, remanente mulieri actione de dote contra bona viri.*

8 *Fundus dotalis alienari nequit.*

9 *Fundus dotalis est inpræscriptibilis constante matrimonio.*

10 *Secus vero est in debitore dotis, contra quem dos à lege hoc priuilegium non habet.*

11 *Præscriptio statutaria Vrbis excipit in ventre creditum dotis.*

12 *Præscriptio triginta annorum allegari nequit à debitore stante mala fide, quæ afficit etiam hæredes, ne possint præscribere.*

13 *Maritus si promisit vxorem renunsiaturam ad fauorem promissoris dotis hæreditatibus paternis fraternis &c. adimpleuisse dicitur eo ipso, quod mulier ad formam dictæ promissionis matrimonium contraxit, & consumauit.*

14 *Præsertim si nunquam promissionem à marito factam impugnauit, nec aliquid ex dd. hæreditatibus petijt cursu longi temporis.*

15 *Mater vti Tutrix si bona filiorum administrauit nõ præsumitur de eius credito satisfacta, nisi constet ad eius manus tot bona peruenisse, ex quibus se potuit satisfieri.*

16 *Vel præsumptio militare potest pro rata debiti ad filios spectantes vti hæredes debitoris.*

Hæredes plures non tenentur, nisi pro virili ibid.

17 *Aditio hæreditatis, vt inducta dicatur sufficit quælibet voluntatis declaratio etiam verbalis.*

18 *Nepotes succedunt Auo æqualiter.*

19 *Defuncti persona repræsentatur in hærede.*

20 *Mandatum indefinite relaxatum contra vnum ex hæredibus intelligendum est pro virili.*

21 *Verba sententiæ interpretationem recipiunt à iure.*

22 *Mandatum excessiuum nondum executioni demandatum substinetur pro summa debita.*

23 *Mandatum relaxatum contrà hæredem intelligi debet implicitè contra bona hæreditaria, idque declarari potest à Rota, cui à dicto mandato commissa reperitur causa appellationis cum clausula si quid exequendum.*

24 *Rota, cui commissa reperitur causa appellationis cum clausula si quid exequendum potest etiam ex integro relaxare mandatum, quando de illius iustitia constat.*

25 *Clausula* si quid exequendum, *quando constat de bono iure præseruat viam executiuam pro noua relaxatione mandati.*

DECISIO LXXIV.

DOCVIT Domina Vincentia Caracciola coram A.C. de cessione sibi facta a Lauinia Morra crediti dotalis ducatorum bis mille contrà Iuliam Morram, nec dubitari potest quin eadem cessio acquisita fuerit ipsi Vincentiæ quamuis tutrix esset filiorum hæredum pro medietate dictę Iuliæ debitri-
1 cis, cum in parte dispositiua,† quæ debet attendi *Buratt. decis. 206. num. 2.* stipulata legatur
2 Vincentiæ nomine † ibi *proprio priuato, & principali nomine eiusdem Dominæ Vincentiæ, vt in eius Summ. num. 2.* quæ verba excludunt nomen officij tutoris *l. 3. §. tutor, & ibi gloss. verb. rectè Bart. num. 1. ff. quand. ex tut. act. Rot. in Cæsaraugustana Beneficij de Linares 22. Iunij 1643. §. saltem coram me,* ac important acquisitionem nomine proprio: præsertim cum pro habenda dicta cessione Vincentia domum non pupillarem, sed propriam cedenti assignauerit, & sic non aplicatur conclusio, quod tutor
3 acquirens † cum bonis pupillorum ipsis acquirit licet proprio nomine contraxerit *Lucius 47. §. tutorem. ff. admin. tutor. Larr. decis. 92. numer. 9. & seqq. Rot. in Romana prætensæ Societatis 12. Iunij 1645. §. secundo responsum coram Eminentiss. D. Cardinali Ottbobono.*

Docuit pariter de credito Lauiniæ cedentis per publicum instrumentum promissionis dotis insumma ducatorum 1500 à Liuia
4 vna cum filiis factę cum dictione† *cuiuslibet,* ibi *& cuiuslibet ipsorum nomine &c.* quę cum sit distributiua totius in singulos efficit, vt singuli promissores obligentur in solidum *l. si pluribus 52. & ibi gloss. verb. sed omnes ff. leg. 2. Tiraquell. de retract. Lignagier. §. 31. gloss. vnica num. 11. Rot. decis. 22. nu. 2. decis. 23. numer. 3. inter impress. apud Zacch. de oblig. camer.*

Neque contra idẽ creditum obijci potest, vel præscriptio statutaria Vrbis, aut tricen-
5 naria, quam † suffragari debitori dotis dixit,

Rot.

Rot. penes Seraph. decis. 569. num 2. & ratione, 6 quia cum possit † maritus ad libitum debitorem liberare, & si quidem id faciat iussu vxoris vterque tam debitor, quam maritus sint liberati, si verò iniussa vxore liberatur quidem debitor, sed maritus tenetur *l. debitor. l. vir ab eo ff. iur. dot. l. penult. §. si vir socero ff.* 7 *sol. matrim.* potest debitor† liberationem consequi mediante præscriptione completa viuente viro firma manente mulieri actione de dote contra bona viri, & ad contraria respondetur quod procedunt, quando agitur de præscribendo fundo dotali, qui cum 8 sit † inalienabilis *l. si fundum ff. fund. dot.* est per 9 consequens inpræscriptibilis† constante matrimonio ex *dispos. tex. in l. in rebus §. omnis Cod. iure dot.* & in his terminis loquitur *Caualer. decis. 213. num. 7.* & intelligenda est *decis. 197.* 10 *num. 8. impress. apud Zacch.* secus verò † est in debitore dotis, contra quem dos hoc priuilegium a lege non habet eâdemque distinctionem secutus fuit *Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. gloss. 1. par. 2. num. 61. & seqq.*

11 Nam præscriptio statutaria Vrbis† excipit in ventre creditum dotis *Put. decis. 33. libr. 1. in corr. Rot. in Romana Saluiani 21. Martij 1650. coram R. P. D. meo Verospio*. Tricennariam verò 12 iuris communis † excludit mala fides debitoris resistens etiam eius hæredi, ne possit præscribere, *Couarr. in cap. possessor malæ fidei par. 2. relect. §. 8. num. 3. & seqq. Facch n. contr. forens. lib. 3. cap. 27 Surd. cons. 296. nu. 10. Rot. apud Pacif. de Saluian. dec. 85. numer. 19. & in Romana Diuisionis 15. Iunij 1640. in Ciuitatis Plebis Saluiani 1. Iuly 1647. coram me*.

Minus obijci potest defectus implementi eo quod scilicet maritus, cui fuit promissa 13 dos, promiserit † Lauinam vxorem renunciaturam ad fauorem promissorum hæreditatibus paternis, fraternis, & alijs sibi deferendis; id enim adimpletum dicitur, ex quo mulier iuxtà formam dictæ promissionis matrimonium contraxit, & consumauit, vt in simili *Rot. decis. 89. nu. 10. & 11. par. 2. diuers.* & ex quo neque contradixit, neque aliquid 14 ex dd. hæreditatibus petijt cursu longissimi temporis quod promissam à viro renunciationem secutam fuisse præsumi facit *Soccin. sen. cons. 46. num. 3. vers. præterea libr. 2. Gonz. consil. 11. numer. 16. Socc. iun. cons. 48. numer. 9. & 10. lib. 2. Mant. decis. 13. num. 9. Rot. decis. 159. num. 6. vers. et quatenus par. 1. recentior. dec. 64. num. 3. p. 4. & in Romana Diuisionis 20. Iuny 1639. coram me*.

Gratis etiam excipitur, quod Vincentia cessionaria præsumatur de hoc credito satis-15 facta, † quia administrauit tamquam tutrix bona filiorum, qui sunt hæredes Iuliæ debitricis dotis: nam præter quod non probatur ad eius manus peruenisse tot bona, ex quibus potuerit satisfieri, præsumptio huius-16 modi† militare posset pro rata debiti ad dd. filios passiue spectantis, & sic pro medietate, pro qua sunt hæredes Iuliæ iuxtà *tex. in l. pro hæreditarijs C. hæred. act. l. licet pacto C. fam. ercisc. Surd. cons. 415. n. 13. & 14.* pro alia enim medietate hæreditas Iuliæ delata fuit ad D. Marchionem Goffredum iuniorem aduersarium quem adiuisse hæreditatem patris, & Iuliæ 17 auiæ † constat ex actis in id gestis eius nomine de anno 1646. in Curia Beneuentana, & Decreto iudicis desuper emanato Summ. Vincentiæ num. 1. & ad hunc effectum sufficit quælibet voluntatis deliberatæ positiua declaratio etiam verbalis *Bald. cons. 224. vers. nam quatuor lib. 2. Rot. decis. 360. num. 10. & decis. 474. num. 1. decis. 478. num. 4. par. 5. recentior.*

Nihilque vrget quod de anno 1622. & 1623. hæres Iuliæ fuisset à Iudice declaratus per sententiam Vincentius de Marra Iuliæ nepos, ipseque bonorum possessionem accepisset Summ. D. Marchionis numer. 2. & 3. Quia hoc non excludit quin postea adire hæreditatem potuerit, vt fecit etiam D. Marchio, qui pariter Iuliæ auiæ nepos est, & pro-18 pterea illi † non secus, ac dictus Vincentius succedit *Bertrand. in l. edictali vers. quam obseruationem numer. 4. C. secund. nup. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 2. num. 197. Io: Vinc. de Ann. alleg. 117. num. 14. Surd. dec. 73. numer. 17.* cumque hodiè agatur solum contrà bona hæreditaria, non interest, à quo ex cohæredibus possideantur, ac de cætero etiam, siue bonis persona de-19 functi repræsentatur † in hærede *l. item veniunt ff. petit. hæredit. l. hæreditas ff. verb. signif.*

Ex his meritò A.C. relaxauit ad instantiam Vincentiæ cessionariç mandatum executiuũ citato Domino Marchione tanquam Iuliæ hærede, quod & si indefinite conceptum 20 intelligendum † est pro medietate ex bonis hæreditarijs debita ab eodem Marchione, pro qua vt dicebam est hæres Iuliæ debitricis detractis insuper ducatis 268. pro quibus in alio Instrumento cum cessionaria postea celebrato Lauinia cedens declarauit nolle hæreditatem Iuliæ posse molestari Sum. Marchionis num. 6. atque ita mandatum restringendum est ad ducatos 732. siue quia ita sensit A.C. declarando verba eius sententiæ à 21 dispositione† iuris vt debet *Vinc. de Franch. decis. 525. sub numer. 12. Capic. Latr. decis. 25. sub num. 38. Rot. decis. 66. num. 3. par. 2. recentior. & in Baren. Saluiani 10. Iunij 1652. coram me*.

Siue quia cum nondum executioni mis-22 sum fuerit † sustinetur pro summa debita de stylo A.C. de quo *Salust. in prax. lib. 1. cap. 37 num. 4. add. ad Buratt. decis. 91. num. 6. Rot. in Romana Cambij 23. January 1651. coram Reuerendissimo Archiepiscopo Terracinensi*, idque necnon quod 23 mandatum intelligendum sit † contra bona hæreditaria Iuliæ, vt implicitè in Decreto A.C. continetur declarare potest Rota, cui ab eodem mandato commissa fuit causa appellationis cum clausula *si quid exequendum* vt *fuit decisum in dicta Romana Cambij*, quin imò, quod dum de iustitia, vt in casu nostro con-24 stat possit Rota † mandatum etiam ex integro relaxare fuit decisum *in Romana Pecuniaria 27. Martij 1650. coram. R. P. D. meo Celso vbi in §. fin.* redditur ratio, quia clausula *si quid* 25 *exequendum* † quando constat de bono iure præseruat viam executiuam pro noua relaxatione mandati, & allegantur decisiones concordantes.

BENEVENTANA DOTIS.

Veneris 27. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Cessio reportata à Tutore proprio, & principali nomine sibi, & non pupillo acquiritur, & ex quibus appareat proprio nomine cessionem fuisse stipulatam. Creditum dotale spatio 30. annorum præscribitur, nisi mala fides concurrat. Mandatum excessiuum nondum executioni demandatũ sustinetur pro summa debita. Rota stante clausula *si quid exequendum*, potest constito de bono iure ad nouam mandati relaxationem deuenire.

SVMMARIVM.

1 *Dispositiua attendi debet in Instrumento.*

2 *Tutor proprio nomine cessionem sibi stipulasse censetur stantibus illis verbis* proprio priuato, & principali nomine, *quæ nomen officij Tutoris excludunt, & important acquisitionem nomine proprio.*

3 *Tutor acquirens cum bonis pupilli, ipsi acquirit licet proprio nomine contraxerit.*

4 *Dotis promissio facta à pluribus cum dictione,* & cuiuslibet ipsorum nomine, *operatur, vt singuli promissores obligentur insolidum.*

Dictio, Et cuiuslibet ipsorum nomine *est distributiua totius in singulos ibid.*

5 *Dotis debitor potest allegare præscriptionem statutariam Vrbis, & trigenariam de iure communi contrariam quoad statutum Vrbis firmatur numer. 11.*

6 *Maritus potest ad libitum debitorem dotis liberare, etsi id faciat iussu vxoris, vterque tam debitor, quam maritus sunt liberati, si vero iniussa vxore liberatur quidem debitor, sed maritus tenetur.*

7 *Dotis debitor potest liberationem consequi etiam mediante præscriptione completa viuente viro, remanente mulieri actione de dote contra bona viri.*

8 *Fundus dotalis alienari nequit.*

9 *Fundus dotalis est impræscriptibilis constante matrimonio.*

10 *Secus vero est in debitore dotis, contra quem dos à lege hoc priuilegium non habet.*

11 *Præscriptio statutaria Vrbis excipit in ventre creditum dotis.*

12 *Præscriptio triginta annorum allegari nequit à debitore stante mala fide, quæ afficit etiam hæredes, ne possint præscribere.*

13 *Maritus si promisit vxorem renunciaturam ad fauorem promissoris dotis hæreditatibus paternis fraternis &c. adimplenisse dicitur eo ipso, quod mulier ad formam dictæ promissionis matrimonium contraxit, & consumauit.*

14 *Præsertim si nunquam promissionem à marito factam impugnauit, nec aliquid ex dd. hæreditatibus petijt cursu longi temporis.*

15 *Mater vti Tutrix si bona filiorum administrauit nõ præsumitur de eius credito satisfacta, nisi constet ad eius manus tot bona peruenisse, ex quibus se potuit satisfieri.*

16 *Vel præsumptio militare potest pro rata debiti ad filios spectantes vti heredes debitoris.*

Hæredes plures non tenentur, nisi pro virili ibid.

17 *Aditio hæreditatis, vt inducta dicatur sufficit quælibet voluntatis declaratio etiam verbalis.*

18 *Nepotes succedunt Auo æqualiter.*

19 *Defuncti persona repræsentatur in hærede.*

20 *Mandatum indefinite relaxatum contra quem ex hæredibus intelligendum est pro virili.*

21 *Verba sententiæ interpretationem recipiunt à iure.*

22 *Mandatum excessiuum nondum executioni demandatum sublinetur pro summa debita.*

23 *Mandatum relaxatum contrà hæredem intelligi debet implicitè contra bona hæreditaria, idque declarari potest à Rota, cui à dicto mandato commissa reperitur causa appellationis cum clausula si quid exequendum.*

24 *Rota, cui commissa reperitur causa appellationis cum clausula si quid exequendum potest etiam ex integro relaxare mandatum, quando de illius iustitia constat.*

25 *Clausula* si quid exequendum, *quando constat, de bono iure præseruat viam executiuam pro noua relaxatione mandati.*

DECISIO LXXIV.

DOCVIT Domina Vincentia Caracciola coram A.C. de cessione sibi facta a Lauinia Morra crediti dotalis ducatorum bis mille contrà Iuliam Morram, nec dubitari potest quin eadem cessio acquisita fuerit ipsi Vincentiæ quamuis tutrix esset filiorum hæredum pro medietate dictę Iuliæ debitri-
1 cis, cum in parte dispositiua,† quæ debet attendi *Buratt. decis. 206. num. 2.* stipulata legatur
2 Vincentiæ nomine † ibi *proprio priuato, & principali nomine eiusdem Dominæ Vincentiæ, vt in eius Summ. num. 2.* quæ verba excludunt nomen officij tutoris *l. 3. §. tutor,* & ibi *gloss. verb. rectè Bart. num. 1. ff. quand. ex tut. act. Rot. in Cæsaraugustana Beneficij de Linares 22. Iunij 1643. §. saltem coram me,* ac important acquisitionem nomine proprio: prefertim cum pro habenda dicta cessione Vincentia domum non pupillarem, sed propriam cedenti assignauerit, & sic non aplicatur conclusio, quod tutor
3 acquirens † cum bonis pupillorum ipsis acquirit licet proprio nomine contraxerit *Lucius 47. §. tutorem. ff. admin. tutor. Larr. decis. 92. numer. 9. & seqq. Rot. in Romana prætensa Societatis 12. Iunij 1645. §. secundo responsum coram Eminentiss. D. Cardinali Ottbobono.*

Docuit pariter de credito Lauiniæ cedentis per publicum instrumentum promissionis dotis insumma ducatorum 1500 à Liuia
4 vna cum filijs factę cum dictione† *cuiuslibet,* ibi *& cuiuslibet ipsorum nomine &c.* quę cum sit distributiua totius in singulos efficit, vt singuli promissores obligentur in solidum *l. si pluribus 52. & ibi gloss. verb. sed omnes ff. leg. 2. Tiraquell. de retract. Lignagier. §. 31. gloss. vnica num. 11. Rot. decis. 22. nu. 2. decis. 23. numer. 3. inter impress. apud Zacch. de oblig. camer.*

Neque contra idē creditum obijci potest, vel prescriptio statutaria Vrbis, aut tricen-
5 naria, quam † suffragari debitori dotis dixit,

Rot.

Rot. penes Seraph. decis. 569. num. 2. lex ratione,
6 quia cum possit † maritus ad libitum debitorem liberare, & si quidem id faciat iussu vxoris vterque tam debitor, quam maritus sint liberati, si verò iniussa vxore liberatur quidem debitor, sed maritus tenetur *l. debitor. l. vir ab eo ff. iur. dot. l. penult. §. si vir socero ff.*
7 *sol. matrim.* potest debitor† liberationem consequi mediante præscriptione completa viuente viro firma manente mulieri actione de dote contra bona viri, & ad contraria respondetur quod procedunt, quando agitur de præscribendo fundo dotali, qui cum
8 sit † inalienabilis *l. si fundum ff. fund. dot.* est per
9 consequens inpræscriptibilis† constante matrimonio ex *dispos. tex. in l. in rebus §. omnis Cod. iure dot.* & in his terminis loquitur *Cancer. decis. 213. num. 7.* & intelligenda est *decis. 197.*
10 *num. 8. impress. apud Zacch.* secus verò † est in debitore dotis, contra quem dos hoc priuilegium a lege non habet eãdemque distinctionem secutus fuit *Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. gloss. 1. par. 2. num. 61. & & seqq.*

11 Nam præscriptio statutaria Vrbis† excipit in ventre creditum dotis *Put. decis. 88. libr. 1. in corr. Rot. in Romana Saluiani 21. Martij 1650. coram R. P. D. meo Verospio.* Tricennariam verò
12 iuris communis † excludit mala fides debitoris resistens etiam eius hæredi, ne possit præscribere, *Couarr. in cap. possessor malæ fidei par. 2. relect. §. 8. num. 3. & seqq. Facch. n. contr. forens. lib. 3. cap. 27. Surd. cons. 296. nu. 10. Rot. apud Pacif. de Saluian. dec. 85. numer. 19. & in Romana Diuisionis 15. Iunij 1640. in Ciuitatis Plebis Saluiani 1. Iuly 1647. coram me.*

Minus obijci potest defectus implementi eo quod scilicet maritus, cui fuit promissa
13 dos, promiserit † Lauinam vxorem renunciaturam ad fauorem promissorum hæreditatibus paternis, fraternis, & alijs sibi deferendis; id enim adimpletum dicitur, ex quo mulier iuxtà formam dictæ promissionis matrimonium contraxit, & consummauit, vt in simili *Rot. decis. 89. nu. 10. & 11. par. 2. diuers.* & ex quo neque contradixit, neque aliquid
14 ex dd. hæreditatibus petijt cursu longissimi temporis quod promissam à viro renunciationem secutam fuisse præsumi facit *Soccin. sen. cons. 46. num. 3. vers. præterea libr. 1. Gonz. consil. 11. numer. 16. Socc. iun. cons. 48. numer. 9. & 10. lib. 2. Mant. decis. 13. num. 9. Rot. decis. 159. num. 6. vers. et quatenus par. 1. recentior. dec. 64. num. 3. p. 4. & in Romana Diuisionis 20. Iunij 1639. coram me.*

Gratis etiam excipitur, quod Vincentia cessionaria præsumatur de hoc credito satis-
15 facta, † quia administrauit tamquam tutrix bona filiorum, qui sunt hæredes Iuliæ debitricis dotis: nam præter quod non probatur ad eius manus peruenisse tot bona, ex quibus potuerit satisfieri, præsumptio huius-
16 modi† militare posset pro rata debiti ad dd. filios passiue spectantis, & sic pro medietate, pro qua sunt hæredes Iuliæ iuxtà *tex. in l. pro hæreditarijs C. hæred. act. l. licet pacto C. fam. ercisc. Surd. cons. 415. n. 13. & 14.* pro alia enim medietate hæreditas Iuliæ delata fuit ad D. Marchionem Goffredum iuniorem aduersarium quem adiuisse hereditatem patris, & Iuliæ
17 auiæ † constat ex actis in id gestis eius nomine de anno 1645. in Curia Beneuentana, & Decreto iudicis desuper emanato Summ. Vincentiæ num. 3. & ad hunc effectum sufficit quęlibet voluntatis deliberatæ positiua declaratio etiam verbalis *Bald. cons. 224. vers. nam quatuor lib. 2. Rot. decis. 360. num. 10. & decis. 474. num. 1. decis. 478. num. 4. par. 5. recentior.*

Nihilque vrget quod de anno 1622. & 1623. hæres Iuliæ fuisset à Iudice declaratus per sententiam Vincentius de Marra Iuliæ nepos, ipseque bonorum possessionem accepisset Sum. nit. D. Marchionis numer. 2. & 3. Quia hoc non excludit quin postea adire hęreditatem potuerit, vt fecit etiam D. Marchio, qui pariter Iuliæ auiæ nepos est, & pro-
18 pterea illi † non secus, ac dictus Vincentius succedit *Bertrand. in l. adiftali vers. quam obseruationem numer. 4. C. secund. nup. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 2. num. 197. Io: Vinc. de Ann. alleg. 117. num. 14. Surd. dec. 73. numer. 17.* cumque hodiè agatur solum contrà bona hæreditaria, non interest, à quo ex coheredibus possideantur, ac de cætero etiam, sine bonis persona de-
19 functi repræsentatur † in hærede *l. item veniunt ff. petit. hæredit. l. hæreditas ff. verb. signif.*

Ex his meritò A. C. relaxauit ad instantiam Vincentiæ cessionarię mandatum executiuū citato Domino Marchione tanquam Iuliæ hærede, quod & si indefinite conceptum
20 intelligendum † est pro medietate ex bonis hæreditarijs debita ab eodem Marchione, pro qua vt dicebam est heres Iuliæ debitricis detractis insuper ducatis 268. pro quibus in alio Instrumento cum cessionaria postea celebrato Lauinia cedens declarauit nolle hæreditatem Iuliæ posse molestari Sum. Marchionis num. 6. atque ita mandatum restringendum est ad ducatos 732. siue quia ita senserit A. C. declarando verba eius sententiæ à
21 dispositione † iuris vt debet *Vinc. de Franch. decis. 525. sub numer. 12. Capic. Latr. decis. 25. sub num. 38. Rot. decis. 66. num. 3. par. 2. recentior. & in Baren. Saluiani 10. Iunij 1652. coram me.*

Siue quia cum nondum executioni mis-
22 sum fuerit † sustinetur pro summa debita de stylo A. C. de quo *Saluss. in prax. lib. 1. cap. 37 num. 4. add. ad Buratt. decis. 91. num. 6. Rot. in Romana Cambij 23. Ianuarij 1651. coram Reuerendissimo Archiepiscopo Terracinensi,* idque necnon quod
23 mandatum intelligendum sit † contra bona hæreditaria Iuliæ, vt implicitè in Decreto A. C. continetur declarare potest Rota, cui ab eodem mandato commissa fuit causa appellationis cum clausula *si quid exequendum vt fuit decisum in dicta Romana Cambij,* quin imo, quod dum de iustitia, vt in casu nostro con-
24 stat possit Rota † mandatum etiam ex integro relaxare fuit decisum *in Romana Pecuniaria 27. Martij 1650. coram R. P. D. meo Celso vbi in §. fin.* redditur ratio, quia clausula *si quid*
25 *exequendum* † quando constat de bono iure præseruat viam executiuam pro noua relaxatione mandati, & allegantur decisiones concordantes.

Proposito ideo per me hodie dubio an mandatum A. C. sit exequendum Domini censuerunt exequendum, & quatenus opus sit relaxandum esse contra bona hæreditaria Iuliæ pro ducatis 732. vtraque parte informante.

MELEVITANA FRVCTVVM

Ven. 4. Iuly 1653.

ARGVMEMTVM.

Agitur de liquidatione fructuum, quorum valor non probatur ex vnica locatione, præsertim quando non percutit tempus, in quo percepti prætenduntur, & concurrunt contrariæ probationes in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Fructus percepti, non qui percipi potuerunt veniunt sub mandato de manutenendo.*

2 *Locationes, quando sunt plures valdè conducunt ad probationem fructuum perceptorum.*

3 *In liquidatione fructuum solitum, & consuetum attenditur.*

4 *Locatio in iudicio liquidationis fructuum non attenditur, si non percutit tempus, in quo fructus percepti prætenduntur.*

5 *Valor fructuum rei locatæ non probatur ex vnica locatione, cum conductor moueri potuerit ratione particularis affectionis.*

6 *Præsertim quando concurrunt Testium depositiones in contrarium.*

7 *Testes inter se contrarij, & mendaces nihil probant.*

8 *Testes suppleri ad inuicem non possunt si singuli sunt minus idonei.*

9 *Exactio fructuum si fuit attentata, & tanquam talis deinde reuocata habetur, ac si fructus nunquam fuissent exacti, & percepti ab affictuario.*

10 *Fructuum perceptio ex possessione præsumitur, quando agitur de bonis sui natura fructiferis.*

DECISIO DLXXV.

RESPECTV temporis, & quantitatis, ad quam restituendam sub die 26. Maij 1651. Rota censuit teneri sorores de Habela pro fructibus prædij Tauenentia per ipsas perceptis de anno 1643. & 1644. informantes pro eisdem fœminis petierunt hodiè reformari decisionem. Nam fructus anni 1643. de quo tempore tenuta controuersa nuncupata Tauenentia Paulo Borg) non fuisse perceptos à dictis fœminis, sed ab Angelo Hyeronimo Manduca aduersario apparet, ex quo ad eius instantiam ex causa affictus dicti anni, & antecedentium fuit contrà Paulum Borg affictuarium relaxatum mandatum executiuum pro scut. 1355. facta executio, & subhastata, ac deliberata pignora, vt in Summ. fœminarum num. 2. Idque omne vigore instrumenti affictus inter Angelum Manducam, & dictum Paulum Borg stipulati de anno 1638. ad quatriennium complẽdum die 15. Augusti 1643. vnde incongruum est quod Manduca ab his fœminis repetat iterum fructus dicti anni, quos semel ab affictuario exegit.

Nec refert, quod de anno 1639. fęminæ de Habelis fecerint eidem Paulo Borg nouam locationem pro duobus annis incipiendis ab eodem anno 1639. quia hanc non habuisse effectum, sed primam conuincitur ex dictis mandato executiuo, executione & deliberatione in vim primæ locationis emanatis; satisque est exinde apparere fructus anni 1643. non fuisse à fęminis perceptos ne ad illorum restitutionem condemnandæ veniant, cum
1 in summarissimo possessorio, † quod fuit terminatum non veniant fructus, qui percipi potuerunt, sed percepti dumtaxat, *Rota decis. 317. num. 1. par. 1. recentior. decis. 313. num. 9. inter impress. apud Moder. Perusin. de manuten.* & firmat supramemorata decisio huius causæ, quæ hodie ad trutinam euocata fuit.

Quo verò ad quantitatem allati fuerunt Testes remissoriales deponentes de maxima sterilitate huius Tenutæ in annis 1643. & 1644. & signanter primus quintus, & sextus affirmant vix fuisse recollectum semen Sum. fæminarum num. 3. Accedunt dicta instrumenta locationum, & aliud subsequens pro longè inferiori summa scut. 746. ad quam prima decisio cuiuslibet ex dictis annis fructus ascendisse firmat, nec dubium quin lo-
2 cationes† præsertim plures valdè conducant ad probationem fructuum perceptorum *Rota decis. 186. num. 8. & 11. part. 6. recentior. add. ad sa. me. Gregor. XV. decis. 101. num. 5.*

Nihilominus Domini confirmarunt liquidationem annui fructus in scutis 746. cã
3 deducendo † à solito, & consueto, cui non repugnant instrumenta locationum, quia duo antecedentia non sunt de tota tenuta Tauenetia, sed excipiunt nominatim quam plura eius membra, nempè Talbis, & Giebeltus, Chala, & Lander, vt in Summ. responsionis pro Manduca num. 5. subsequens
4 verò locatio non meretur attendi tum quia non respicit annos 1643. & 44. de quibus est quæstio, vt oportet *Seraph. decis. 1073. num. 9. Greg. XV. decis. 570. num. 6. Rot. in recent. dec. 272. num. 22. par. 5.* tum quia est vnica, cumque
5 conductor moueri † potuerit ratione particularis affectionis, & præsumatur voluisse lucrum facere, & sic promisisse affictũ vero redditu minorem nulla exinde resultat probatio valoris, *Rot. decis. 553. num. 6. coram san. memor. Gregor. XV. dec. 702. num. 53. & 54. coram bon. mem. Merlino dec. 342. numer. 10. par. 4. tom. 2.*
6 *recentior.* Eo minus in concursu † Testium pro Manduca examinatorum deponentium de consueto maioris redditus, vt ad rem ponderatum fuit *in Calaguritana Beneficij 2. Decembris 1652. coram me.*

Testes autem exaduersò examinati præter quod sunt personæ viles, & aliqui sunt Birruarij, ac interressati, & per eundem præmeditatum sermonem deponunt, nullius momenti sunt, nam primus friuolam rationem sui dicti adducit, quod videlicet, *Da quello si vedeua mentre i seminati erano in terra mostna;*

mostrauano, che i seminati doueuano fruttar pochissimo. Secundus retorquetur, quia super primo affirmat clausuras Tenutæ Tauenetia nuncupatas il Gionna frumento vberes fuisse. Quintus iuxtà secundum ait se nescire, quos fructus hæc Tenuta produxerit, idemque deponit quartus super primo in fin. quintus, & sextus sunt sibi contrarij, quia ille iuxtà nonum, hic iuxtà secundum ait dictis annis laboratum penuria pluuiarum, & tamen vterque super primo pro ratione sterilitatis affert, quod terræ repletæ erant graminia phazeolis Siluestribus, aliisque id generis herbis, quas nonnisi Madida terra producit, & insuper conuincuntur de mendacio à nono Teste, qui fuit affictuarius huius Tenutæ, & iuxtà decimum secundum testatur eam fertiliorem esse, quando pluuię
7 non abbundant; quarè † tam ratione contrarietatis, mendacii, quam ineptæ rationis nihil probant, *Grat.discep.461. à num.20.& seqq. Pen.decis.36.num.5.Rot.dec.379.num.3. dec.573. num.11.coram san.mem.Greg.XV.decis.429.nu.3. par.1.recent.*

Septimus Testis pariter imaginariam, & genericã rationem sui dicti affert. Octauus non recordatur de secundo anno, & est cõtrarius quinto, & sexto, nam super primo pro ratione sterilitatis affert abbundantiam aquarum. Nonus tandem est valdè suspectus, quia fuit expulsus à detentione partis huius Tenutæ, estquè vt dicebam contrarius quinto, & sexto; Ex quibus cum singuli Testes
8 minus idonei sint, † supleri inuicem non possunt *Alex.cons.93.num.12.lib.5.Aym.cons.99. num.10.& 25.Rot.decis.477.numer.12.part.5. recentior.*

Maior difficultas resedit in primo obiecto, nimirum circà fructus anni 1643. ad quod euitandum informantes pro Manduca tradiderunt mihi instrumentum publicum reuocationis mandati executiui contrà affictuarium relaxati, quod Rota cum omnibus inde secutis reuocauit tanquam attentatum præuia decisione sub die 1. *Iulij* 1647. *coram R.P.D.meo Peutingerio*, tunc Iudice huius causæ, qui vlterius mandauit restitui Paulo affictuario executionem passo sc. 1505. retracta ex deliberatione pignorum, & penès tertiam personam depositata, ac taxauit expensas in eo iudicio factas; adeoquod est, ac si affictuarius nusquam executionem passus
9 fuisset, aut Manducę actori dictos fructus soluisset, vt per *Lancell.de attent.par.3.cap.25. num.77.Buratt.decis.356.num.4. facit tex.in l. qui sic soluit ff. solut.* & per consequens potest Manduca illos repetere ab aduersarijs, quæ cum tunc possiderent, & agatur de bonis sui
10 natura fructiferis † præsumuntur percepisse fructus tum bonorum locatorum, tum aliarum terrarum non comprehensarum in locatione, *iuxt. alleg. In prima decis. §. quod ad secundum*.

Quoniam verò huiusmodi instrumentum exhibitum non fuit Dominis, quorum propterea aliqui dubitarunt de subsistentia primæ decisionis circà condemnationem ad fructus anni 1643. eam confirmantes, quo ad annum 1644. propterea exhibendum illis erit, & ego quid in proxima futura Congregatione demandauerint exequar libentissimè.

Et ità vtraque &c.

MAIORICEN. CELEBRATIONIS MISSARVM.

Veneris 4. Iulij 1653.

ARGVMENTVM.

Obligatio Canonicorum canẽdi Euangelium per seipsos in diebus solemnibus se extendit etiam ad obtinentes in eadem Ecclesia Dignitatem, & Canonicatum, & redditur ratio in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Officia siue Beneficia separata à parte rei non confunduntur, ex quo in vna persona repræsentantur, sed vtriusque iura considerantur de per se, ac si duæ essent personæ.*

2 *In electionibus obtinens Dignitatem, & Canonicatum in eadem Ecclesia, habentes seiunctas singulas voces, duas habet voces.*

3 *Et hæc est receptissima, & verissima DD. sententia.*

4 *Distributionem duplicem lucratur obtinens dignitatem, & canonicatum in eadem Ecclesia, nisi contraria adsit consuetudo.*

5 *Et ex hac ratione præstare debet seruitia inhærentia canonicatui, vel dignitati, vbi simul non ita concurrunt, vt eodem tẽpore ab vna persona præstari nequeunt.*

6 *Declarationes Sacræ Congregationis adducuntur, in quibus dicitur quod incurrit pœnas,* Clem. 1. de ætat. & qualit. & Concil. Trid. *comminatas, qui Missas, Euãgelia, aut Epistolas canere Canonicatui incũbentia iuxta impedimento cessante recusauit.*

7 *Concurrente præsertim particulari statuto Ecclesiæ in quo præcipitur in celebratione Missarum, & cantu Euangelij seruari turnum inter Canonicos, quodque ille incipiat ab Archidiacono &c.*

8 *Obligatio, siue onus canendi Euangelium, in quibusdam festiuitatibus inhærens Capitulo afficit etiam dignitates, Canonicos cum ratione canonicatus dicantur de Capitulo.*

Dignitates ratione Canonicatus dicuntur de Capitulo, ibid.

DECISIO DLXXVI.

CAPITVLVM, & Canonici Cathedralis Ecclesiæ Maioricẽsis, quos teneri ad canendum Euangelium per se ipsos in festiuitatibus nuncupatis de Alos sententia Rotalis declarauit, petierunt similem declarationem fieri contra obtinentes in eadem Ecclesia Dignitates, & Canonicatum, & disputato desuper particulari dubio, affirmatiuè fuit hodie responsum.

1 Officia enim seu beneficia † separata à parte rei non confunduntur, ex quo non in vna perso-

persona repræsententur, sed vtriusque iura considerantur de per se, retinentque pristinã naturã ac si duæ essent personæ *Felin. in cap. cum olim num. 1. & 2. de sent. & re iud. Becc. cons. 203. sub num. 19. & 20. Surd. cons. 183. numer. 42. & dec. 153. num. 16. Rot. in Cæsaraugustana emolumentorum 27. Iunij 1644. §. neque incongruit coram me.*

Et sicuti ob hanc rationem obtinens Dignitatem, & Canonicatum in eadem Ecclesia
2 habẽtes seiunctim singulas voces † in electionibus duas habet voces *Abb. in cap. cum olim nu. 2. & 6. de re iudic. Couarr. de communi opinione var. resol. lib. 3. cap. 13. sub num. 6. circa fin. vers. et ideo, & de magis communi Rot. in Senen. Archipresbyteratus 23. Iunij 1606. coram Cardinali Lancellotto iuniore, & in Oriolen. Canonicatus 11. Ianuarij 1619. §. fin. & 11. Martij eiusd. anni §. 1. coram bon. mem. Remboldo*, vbi quod hæc est
3 receptissima, † & verissima Doctorum sententia. Duplicemque pariter lucratur † di-
4 stributionem † si contraria consuetudo adsit *Io: Andr. in d. cap. cum olim num. 8. Felin. ibid. n. 1. Abb. sub num. 6. vers. quandoque de re iudic. Rot. in d. Oriolen. Canonicatus. 10. Iunij 1619. coram bon. mem. Remboldo.*

5 Ita præstare debet seruitia † inhærẽtia siuè Dignitati, siuè Canonicatui, vbi simul non ita concurrunt, vt eodem tempore ab vna persona præstari nequeant *Garz. de benef. p. 3. cap. 2. num. 502. & nu. 503.* vbi in id recitat per extensum declarationem Sacræ Congregationis Concilij Tridentini Interpretum, & *num. 505.* refert *à Rota idem decisum in Burgen. seruitij 28. Febr. 1594. coram Litta Grat. disceptat. 894. num. 23. & seqq. Barbos. de Canon. & Dignit. cap. 31. num. 7. & 8.* vbi pariter adducit duas
6 declarationes Sac. Congregationis, † quibus adduntur aliæ duæ, nempè in *Gerunden. sub die 16. Maij 1601.* vbi in specie dicitur quod incurrit pœnas *in Clemen. Vt ij, qui de ætat. & qualit. & Concil. Trid. sess. 24. cap. 4.* comminatas quoties Missas, seu Euangelia, aut Epistolas canere, aliaue Canonicatui incumbentia munia iusto impedimento cessante recusauerit, *& in Placentina 21. Augusti 1649.*

Eo magis in casu nostro quo ex particu-
7 lari statuto Ecclesiæ † edito de anno 1603. mandatur in celebratione Missarum, & Cantu Euangelij seruari inter Canonicos Turnum, quodq; ille incipiat ab Archidiacono illumque Dignitates Canonici subintrẽt, & onus canendi Euangelium in his festiuitatibus Capitulo inhærens resultat inter cætera
8 ex acceptatione ipsius Capituli † quæ sanè obligat etiam Dignitates Canonicos, cum ratione Canonicatus dicantur de Capitulo, *Abb. in cap. scriptum 40. numer. 4. de elect. Dec. in cap. Eam te in 2. notab. nu. 22. & seqq. de rescript. Rot. dec. 296. num. 1. & 2. dec. 410. num. 5. p. 1. rec. Barbos. de Canon. & Dignit. cap. 37. n. 14.*

Et ita decisum informante tantum Capitulo, & aduersarijs per contradictas citatis.

LEODIEN. VICARIAE.

Veneris 4. Iulij 1653.

ARGVMENTVM.

Ad euitandam declaratoriam non sufficit sola patientia, sed insuper requiritur paritio verbalis. Mandato de manutenendo paruisse nõ dicitur qui fructus à die motæ litis perceptos non restituit, nam illi tanquam pars possessionis veniunt sub mandato de manutenendo, etiam quod de illis nulla adsit explicita condemnatio, & in hoc differunt fructus ab expensis.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria datur si post intimatas executoriales siue mandatum de manutenendo, ac seruatos quatuor terminos ad docendum de paritione non constat Aduersarium paruisse.*

Contumacia in non parendo satis probata dicitur, si non constat de paritione, ibid.

2 *Intimatio executorialium, siue mandati Rotalis probatur ex relatione Notarij cui tanquam de hoc rogati coram testibus plena fides adhibenda est.*

3 *Pro paritione non sufficit sola patientia, etiamsi mandatum aliquod positiuum ab Aduersario explendum non præcipiat, sed vlterius requiritur saltem paritio verbalis.*

4 *Fructus à die motæ litis veniunt sub mandato de manutenendo, non secus ac ipsa possessio, quamuis ad illos explicita condemnatio in mandato non adsit cum sint pars possessionis rei petitæ.*

5 *Paruisse non dicitur mandato de manutenendo, nisi insimul fructus à die motæ litis perceptos restituat.*

6 *Declaratoria, vt decernenda sit sufficit defectus paritionis in eo, quod explicitè, vel implicitè in mandato continetur.*

7 *Differentia inter fructus, & expensas litis hæc est, nam pro expensis nisi adsit explicita condemnatio non datur declaratoria pro illarum restitutione, quia expensæ non sunt pars possessionis rei petitæ prout sunt fructus, & n. 8.*

9 *Declaratoria non euitatur sub prætextu quod fructus sint illiquidi, quia debet reus facto deposito alicuius quantitatis offerre residuum sequuta liquidatione.*

DECISIO DLXXVII.

PRAXIS receptissima Curiæ est, quod post intimatum personaliter reo conuento mandatum Rotale de manutenendo,
1 vel litteras † executoriales, ac seruatos quatuor terminos ad docendum de paritione procedatur ad declaratoriam, quia nisi infra dictos terminos reus de paritione docuerit satis dicitur probata eius contumacia punienda per declaratoriam, vt resipiscat sic, *Vest. in prax. lib. 8. cap. vlt. num. 19. Buratt. dec. 17. num. 1. & 2. & in terminis mandati de manut. Rot. dec. 364. num. 1. coram Cardinali Caualer. dec. 456 nu. 1. inter impress. apud Moder. Perusinum de manuten.*

nuteu.tit Asten.pensionis 4.Iulij 1646. coram Eminentissime D.Cardinali Otthobono in Ampurien.& Ciuitat.deputat.Vicarij 13.Martij 1651.coram R. P.D.meo Meltio:

Fuisse autem personaliter intimatum Roberto † Masson mandatum de manutenen. in possessione Vicariæ de qua agitur relaxatum ad fauorem Martini Lambichæ apparet ex fide autentica publici Notarij,cui tāquam de hoc rogati corā testibus fides adhibetur, vt in terminis *Put.dec.5.num.1.lib.3. in corr.Rot.dec.824.num.10.par.1.recent.& prius in Colimbricen.Decanatus 27.Ianuarij 1595. coram bon.mem.Litta impress.apud Marches. de commiss. tom.2. fol.*221.ac pariter de seruatione terminorum constat in actis.

Neque Robertus excusari potest ex quo satis videatur paruisse præstando patientiam, quod Martinus Vicariam possideat. Primò quia etiam vbi mandatum non præcipit aliquid positiuum ab aduersario præstandum,

3 non sufficit pro paritione † sola patientia, sed insuper requiritur paritio verbalis legitimè facta hoc est, quod reus verbis exhibeat se paratum huiusmodi patientiam præstare, vt aduertit *Rot.dec.319.num.1.par.2.rec. dec.614.num.2.par.3.dec.272.nu.3.inter impress. apud Moder.Perusin.de manuten.& in Burgen.decimarum* 11.*Febr.1650.§.quia præter coram R.P. D.meo Cerro vbi alleg.concordan.* quia verbalis exhibitio in casu nostro non adest.

Secundo quia cum in mandato de manuten. non secus ac ipsa possessio rei petitæ

4 veniant fructus † à die motæ litis percepti quamuis ad illos explicita condemnatio in mandato non adsit, cum sint pars possessionis rei petitæ,vt declarauit *Rot.dec.17. num.5. apud dictum Moder.de manuten. & in Bonon. bonorum 26.Febr.1649. §.nec obstare coram Eminentiss.D.Cardinali Otthobono in Meleuitana fructuum 26.Maij 1651.in princip. coram me*, intimatio mandati afficit tam respectu possessionis, quam fructuum,nec dicitur paruisse

5 mandato,qui † simul fructus huiusmodi nō restituit *Greg.XV.dec.36. sub num.1. vers. vnde decis.50. sub num.1. Buratt.dec.947.num.2.* & ad

6 effectum declaratoriæ † sufficit defectus paritionis in eo, quod explicitè, vel implicitè in mandato continetur *Rot. in Cæsaraugustana de Caspe 4.Martij 1644.§.fin. coram me in Barchinonen. iurisdictionis 5.Iulij 1649.§.debuerunt coram me*; & in puncto alios allegat *Moder.Perusin.de manut.obser.103.numer.14. ibi aut fructus restituat.*

Et in hoc differunt fructus ab expensis li-

7 tis † ob quarum non restitutionem nisi explicita adsit condemnatio in mandato non ferri declaratoriam dixit *Rota in Ampurien.& Ciuitaten.electionis Vicarij 20.Octob. 1649. §.penult.coram R.P.D.meo Meltio.*; quia † expensæ

8 non sunt pars possessionis rei petitæ, prout

9 sunt fructus, qui licet sint illiquidi † debuit reus contentus ad euitādam contumaciam facto deposito alicuius quantitatis iudicialiter offerre residuum secuta liquidatione, *Acchill.dec.1.nu.1.de sent.excomm. cum alijs alleg. ab add.ad Buratt.decis.17.num.6.& in d. Burgen. decimarum §.quia vltra coram R.P.D. meo Cerro.*

Ex quibus dandam esse declaratoriam contra Robertū Rota hodie respondit particulari dubio desuper proposito informante tantum Martino, & aduersario per contradictas citato.

BONONIEN. LEGATI, SEV VSVSFRVCTVS.

Ven. 4.Iulij 1653.

ARGVMENTVM.

Attentata commissa post commissam causam appellationis in Rota veniunt reuocanda, & magis grauiora redduntur post præsentatam inhibitionem Rotalem. Ad Iudicem de partibus non spectat cognoscere de viribus inhibitionis Rotalis, sed recurri debet ad Rotam, vel Signaturam.

SVMMARIVM.

1 *Lite in Rota pendente non potest absque vitio attentatorum A.C.adiri, vel quiuis alius Iudex.*

2 *Eoque minus post præsentatam aduersario inhibitionem Rotalem cum ad hunc effectum sufficiat præsentatam esse parti licet non Iudici.*

3 *Inhibitionem Rotalem fuisse præsentatam ex quibus probetur?*

4 *Ignorantia inhibitionis Rotalis in Iudice de partibus ex quibus allegari nequeat?*

5 *Inhibitio Rotalis an afficiat necne cognoscere non debet Iudex inferior cum id spectet ad Signaturam, vel ad ipsam Rotam, & donec declaretur nihil est innouandum.*

6 *Sequestrum appositum à Iudice de partibus post præsentatam inhibitionem est attentatum quamuis attentata passus consenserit, quia talis consensus præsumitur meticulosus.*

7 *Potestas reuocandi attentata residet penes Iudicem appellationis saltim ex officio, cuius Maiestas læsa fuit.*

DECISIO DLXXVIII.

Monitorium, quod Commendatarius Petrus Sauignanus contra Equitem Acchillem Palmerium obtinuit ab A.C.pro executione sententiæ latæ Bononiæ,necnon sequestrum successiuè relaxatum, & executum, attentata esse Domini dixerunt.

Cum enim à sententia de partibus causa appellationis commissa fuisset in Rota, ibi-

1 que pēderet,† non potuit adiri A.C.vel quiuis alius Iudex, absque vitio attentatorum *Rotalis cap. cum M.Ferrarien.num.61. de constit. Lancell.de attent.par.2.cap.4.limit.2. num.53.& seqq.Gratian.discept.914.num.29.Put.dec.116. in fin.lib.1. Rota dec.148.num.7.par.5.rec.*

2 Eo minus postquam inhibitio † Rotalis fuerat Aduersario præsentata, cum ad hunc effectum sufficiat præsentatam fuisse Parti, licet

licet non Iudici *Cas. de Graff. decis. 6. num. 5. de caus. poss. & propr. Rot. dec. 111. num. 2. par. 4. to. 2. rec. & in Lucana Canonicatus 10. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Peutingerio, in Tantinen. Parochialis 13. Nouembris 1647. coram R. P. D. meo Celso, in Cracouien. Attentatorum 17. Iun. 1652.*

3 *coram me*, vt præsentatam fuisse † prius sub die 16. Martij 1652. retulisse iudicialiter Mancerios, ad quorum officium id spectat, constat ex fide Notarij Actuarij, cui de hoc creditur *Bart. in authen. si quis in aliquo sub num. 2. vers. secundo oppono. & numer. 1. Cod eden. Egid. dec. 58. num. 4. & seq. Caputaq. dec. 70. num. 1. p. 1. Coccin. dec. 98. n. 4. cum alijs alleg. in d. Cracouien. attentator. §. 1.*

Fitque attentatum turpius, quia in executionem supra memorati monitorij, Iudex

4 de partibus mandauit † apponi sequestrum, non obstantibus inhibitionibus Vrbis, quarum propterea nec ipse, nec pars instans allegare potest ignorantiam, vt ponderatum fuit in eadem *Cracouien. Attentatorum*; Prout neque excusari potest sub prætextu, quod causa sit diuersa ob nouam conuentionem inter partes initam: nam præter quod noua conuentio continet clausulas præseruatiuas, & suis loco, & tempore discutienda erit, satis est respondere non fuisse actum ex integro vigore assertæ nouæ conuentionis, sed pro excussione sententiæ in partibus latæ, & postquam Rotalis inhibitio præsentata fuerat,

5 † quæ afficeret necne cognoscere non debuit Iudex inferior, cum id spectet ad Signaturam, vel ipsam Rotam, & donec per eas declaretur nihil fit innouandum, *Archidi. dec. 29. num. 6. de appellat. Rota dec. 78. n. 2. par. 1. diuers. dec. 71. num. 1. dec. 72. num. 11. inter impress. apud Pacif. de Saluian. interdicto & in alijs relatis in Arglonen. Territorij 1. Iunij 1650. coram R. P. D. meo Melzio, & in dicta Cracouien. attentatorum § penult.*

Nihil pariter releuat consensus sequestro præstitus ab Equite Palmerio attentato

6 passo, † quia præsumitur meticulosus ob præcedens monitorium, & decretum executum contra ipsum, quod vti attentatum talia reddit quæcumq; exinde secuta, ad tex. *in l. qui ob carcerem ff. quod met. caus. Alex. consil. 24. nume. 10. lib. 6. Afflict. dec. 246. num. 1. Rot. dec. 396. num. 4. coram fel. mem. Greg. XV.* Et semper

7 potestas reuocandi attentata † etiam ex officio residet penes Iudicem appellationis, cuius Maiestas læsa fuit *Lancell. de attent. part. 2. cap. 20. ampliat. 2. cum alijs allegat per add. ad Bonrat. decis. 406. num. 2. & 4. & in Melitana Dignitatis 10. Ianuarij 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano in Bononien. fideicommiss. seu attentatorum 17. Maij 1647. coram bo. me. Argelles.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

LEODIEN. BONORVM.

Veneris 10. Octobris 1653.

ARGVMENTVM.

Manutentio danda est possessori quamuis prætendatur resolutio contractus, quia ex resolutione contractus non resultat perneccesse resolutio possessionis, & donec de hoc cognoscatur manutenendus est possessor. Possessio ad effectum manutentionis ex quibus probetur? Possessio continuatiua in hærede vigore Iuris municipalis non procedit in bonis à testatore tempore obitus non possessis.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex confessione aduersarij in responsione ad positiones.*

2 *Confessio quando est qualificata an qualitas possit ab ea separari?*

3 *Resoluto iure possessoris perneccesse non sequitur, quod sit resoluta possessio.*

4 *Possessio an sit resoluta resoluto contractu hoc pendet ab ab articulo Iuris.*

5 *Et interim donec de resolutione cognoscitur manutenendus est possessor.*

6 *Possessio probatur ex instantia aduersarij petentis immitti, ex qua oritur explicita confessio, se non possidere, sed reum conuentum.*

7 *Iudicij prosecutio, & non prima petitio quando attendenda sit?*

8 *Possessio defuncti vigore Iuris municipalis continuatiua in hærede non procedit in bonis quæ tẽpore mortis defunctus non possidebat.*

9 *Et bona non fuisse à testatore possessa tempore obitus probatur ex illius confessione emissa in testamento, quæ contra habentes ab eo causam plenè probat.*

10 *A Possessione facto proprio cecidisse dicitur qui patitur alium possidere.*

11 *Possessio domus probatur ex illius inhabitatione iuncto aliquo titulo.*

12 *Sententia non priuat possessorem sua possessione, nisi probetur executioni demandata.*

13 *Præsertim quando est iniusta & possessor non habuit se pro spoliato.*

DECISIO DLXXIX.

GHERARDO Robins, & Guglielmo eius filio instantibus die 21. Martij proximè præteriti proposui dubium in summarissimo possessorio, & Rota mandauit videri de bono iure etiam ad effectum manutentionis, deinde sub die secunda Maij proximè sequentis assumpta particulari cognitione boni iuris, responsum fuit constare de bono iure instantium, qui propterea petierunt causam expediri tam in petitorio, quã in possessorio manutentionis. Et quoniam super eorum possessione nihil hactenus præcisè resolutum, censui non posse de manutentione pronunciari, nisi iterum consulta

Rota,

Rota, vt in alijs causis passim seruatum memini; Vndè etiàm hodie decidendum posui, an instantibus sit danda manutentio, & affirmatiuè Domini responderunt.

Eorum enim possessio probatur ex pluribus aduersariorum confessionibus, quarum
1 altera † ex responsione ad decimamquartam positionem data in Summ. *num.* 9. resultat, ac plenè probat, *cap. cum in positionibus, vbi Gemin. Franch. & alij de iureiur. in 6. Gabr. de confess. conclus. 4. num. 24. Rota decis. 92. num. 1. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 26. num. 13. inter impress. post Pacif. de Salu.* Nec obstat quod responsio loquitur de possessione durante contractu anni 1638. subdatque per contractus resolutionem fuisse resolutum Ius: Nàm quicquid
2 sit, an hæc qualitas † possit à confessione separari, vt in similibus terminis voluit *Io. de Amic. cons. 99. num. 2. & seqq.* resolutio Iuris
3 non † trahit pernecesse resolutionem possessionis *l. naturaliter §. nihil commune ff. de acqu. possess. Nauar. in repet. cap. accepta de restit. spol. in solutione octaua oppositionis num. 2. fol. 237. Hoied. de incompat. benefic. par. 1. cap. 4. num. 7. & 8. Merlin. decis. 313. num. 1. & 6.* Cumque an per re-
4 solutionem contractus † sit resoluta possessio pendeat ab articulo iuris, attendi in hoc non debet Aduersariorum assertio *Rota dec. 358. num. 2. par. 1. recent. & in Romana Casalis 24. Nouembris 1581. coram san. mem. Clemente VIII. impress. apud Marches. de commiss. tom. 2. fol. 61. num. 4.* & donec de resolutione cognoscitur,
5 Manutenendus † est possessor *Lanar. cons. 14. num. 12. & seqq. Rota decis. 436. sub num. 1. par. 4. diuers. decis. 235. num. 3. apud Cinc. de censib. & in Romana Subcollectoria 17. Martij, & 12. Iunij 1645. coram me.*

Altera confessio elicitur ex quo Aduersarij institerunt confirmari sententiam primi Iudicis concedētem ipsis immissionem, & condemnantē Gherardū, & Guglielmum nunc Actores ad dimittendam possessionem cum enim exinde implicitè saltim petierint
6 se in possessionem immitti † fassi censentur se non possidere, sed reos conuentos *Mant. dec. 20. n. 1. Greg. XV. dec. 46. n. 3. & 4. Duran. decis. 269. num. 17. Buratt. decis. 160. num. 4. & 5. Rota in Auximana pratensi fideicommissi 25. Iunij 1640. & 21. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Cerro, in Senogllien prædij 27. Iunij 1644. & 28. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Meltio,* ità vt nihil releuet, quod in libello porrecto in prima Instantia, narrauerint ad se deuolutam esse possessionem vigore iuris municipalis le mort. Saisit le vif, & in ea exaduerso turbari, petendo aduersarios moneri, vt à turbatione desistant, quià dum posteà reportata à Iudice sententia immissionis non ampliùs coram Iudice secundę, & tertię instantię inhæserunt allegatæ possessioni, sed immissionem, vt suprà petierunt, non prima petitio,
7 sed † Iudicij prosequutio attendenda est *Felin. in cap. licet num. 28. de Simon Paris. cons. 113. num. 3. lib. 1. Alex. cons. 114. num. 6. Rota dec. 123. num. 1. par. 2. recent. dec. 176. num. 2. coram san. me. Gregor. XV. & magis in puncto in Ferrarien. Manutentionis 28. Ianuarij 1641. §. neque, & §. seq. coram bonæ memor. Pirouano.*

Eò magis, quià ass. Ius municipale, seù consuetudo continuatiua possessionis in hęrede, ex qua se possidere aduersarij allegauerunt. Quatenùs probaretur, suffragari illis non poterat; Tum quia non procedit
8 in bonis, † quę tempore mortis defunctus non possidebat *l. Pomponius §. quæsitum, ibique gloss. verb. nunquam Cuman. num. 3. vers. in eadem gloss. cum seqq. ff. acq. possess. Honded. cons. 18. n. 5. lib. 2. Surd. cons. 491. num. 1. Rimin. iun. cons. 44. numer. 68. Gregor. XV. dec. 307. numer. 3. & seq. Merlin. dec. 234. num. 1. & 2. & dec. 300. num. 1.* & bona controuersa non fuisse tempore mortis
9 possessa à Gaspare seniore constat † ex ipsius confessione emissa in Testamēto, ibi Gaspar, & Corradus Testatoris filij habebunt Villas, & Colonias, quas de præsenti in Vellem possident, & habent, vt in Summar. *num.* 2. quæ confessio probat contra aduersarios ab eodem Testatore causam habentes *Aretin. cons. 112. num. 2. Rota decis. 119. num. 1. part. 2. rec. cum alijs allegatis ab Adden. ad Buratt. dec. 788. littera A.*

Tum etiam, quià successiuè post mortem Testatoris in concordia de anno 1638. inita inter has partes, aduersarij consenserunt, quod Gherardus, & Guglielmus habeant, & possideant hęc bona, ibi legitimè tenebit, &
10 possidebit &c. † Summar. *num.* 3. Sic facto proprio omnem possessionem, si quam habuissent, dimiserunt, *ad tradita per Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina nu. 64. de caus. poss. & propr. Azm. cons. 235. sub num. 1. Buratt. decis. 730. nu. 6.* in his terminis ponderatum fuit *in supracitata Leodien. dominij 10. Ianuary 1659. §. penult. coram R. P. D. meo Cerro.* Eamdemque concordiam fuisse in hac parte sortitam effectū, apparet ex Instrumento recessus subsequuti de anno 1650. In quo habetur, quod Gherardus tunc inhabitabat in loco de vellē, ibi, Colonia, eiusque appendicium situatę in loco de Vellem, in qua de pręsenti inhabitabat. Idem Gherardus Summar. *num.* 4. Inhabita-
11 tio enim iuncto † maximè titulo præcedētis concordiæ, ac donationis factæ vsque de anno 1626. Summar. *num.* 1. probat veram possessionem *Dec. cons. 400. numer. 3. Menoch. de retinen. remed. 3. numer. 572. Rota decis. 254. num. 2. par. 4. diuers. decis. 493. num. 2. decis. 515. nu. 7. inter impress. apud Modern. Perus. de manut.*

Nec manutentione instantium obstare potest suprà memorata sententia immissionis lata ad fauorem Aduersariorum, quia
12 nisi probetur † executioni demandata possessores sua possessione non priuauit, *Cassad. decis. 7. in princ. & num. 1. de causis poss. & propr. Rot. decis. 125. num. 2. par. 1. recent. decis. 171. apud Caualer. dec. 185. num. 3. apud Coccin. & in Leodien. perseratus 16. Maij 1650. coram R. P. D. meo Cerro.* Eò minus cum ex deductis in deci-
13 sione † super bono iure, detegatur iniusta, & possessores se pro spoliatis non habuerint ad *text. in l. clam. possidere §. qui ad Nundinas vbi notant omnes, ff. acquir. poss. cum alijs allegatis* in

in decis. 330. num. 7. par. 5. recent. & in Romana Bonorum 14. Martij 1640. cor. Reuerendissimo Episcopo Tarraconen.

Et ità decisum vna tantùm parte Informante, altera citata per contradictas.

ROMANA seù VELITERNA AFFICTVS.

Lun. 24. Nouembris 1653.

ARGVMENTVM.

Spoliator tenetur ad restitutionem fructuum, vel ad illorum æstimationem si non extant, & fuerunt consumpti, & quomodo sit facienda illorum liquidatio?

SVMMARIVM.

1 *Spoliator restituere tenetur quicquid occasione spolij percepit.*
2 *Et quando percepta non extant, & agitur de fructibus ex certo prædio recollectis, cum non recipiant functionem in genere suo probata consumptione intrat condemnatio ad æstimationem.*
3 *In Iudicio spolij fieri non debet condemnatio ad æstimationem rei sed possessionis, hoc est quanti interest possidere si res restituatur.*
4 *Declara hoc respicere modum concipiendi sententiam in Iudicio reintegrandæ, effectus tamen idem est vtroque casu cum interesse possessionis infructibus, & rebus venalibus consumptis sit rerum prætium, ad quod ipsa possessio ordinabatur.*
5 *Spoliator tenetur ad fructuum æstimationem si illi non extant, & fuerunt ab eo consumpti, & redditur ratio.*
6 *Testis deponens de facto proprio si est adminiculatus eo magis fidem meretur.*
7 *In materia liquidationis fructuum cum sit difficilis probationis admitti solent leuiores probationes, immò sufficere præsumptiones, & coniecturas.*
8 *Testis deponens de maiori summa est contestis cum alio Teste.*
9 *Testis deponens de auditu à pluribus personis, quas nominatim non recenset satis recensere dicitur, si illorum nomina ab alijs testibus panduntur.*
10 *Testis de auditu facit adminiculum.*
11 *Testes nulliter examinati faciunt adminiculum.*
12 *Scriptura non recognita parte citata, stante speciali protestatione fidem non meretur.*
13 *Pro liquidatione fructuum ex certo prædio recollectorũ non attenditur Testium depositio super perceptione fructuum ex terris vicinis, præsertim quando adest præcisa probatio fructuum ex prædio controuerso.*
14 *Testes ad perpetuam rei memoriam examinati non attenduntur in concursu Testium formiter examinatorum.*
15 *Confessio non nocet tertio non habenti causam à cõfitente maximè quando tendit ad exonerandum ipsum confitentem, & num. 16.*
17 *Verbum almeno non excludit maiorem summam.*
18 *Confessio emissa in articulis quando est relatiua ad depositiones Testium, tunc Testibus standum est.*
19 *Confessio iurata circa quantitatem intelligitur taxatiue:*
20 *Intellige, quando Iuramentum est essertorium, & cadit super ipsa assertione.*
21 *Iuramentum promissorium differt ab essertorio.*
22 *Confessio ad vnum finem emissa non nocet ad alium ità nec Iuramentum illi accessorium, & num. 23.*
24 *Confessio, vt confitenti noceat debet esse clara, & præcisa præsertim quando contra confessionem adsunt probationes, & adminicula.*
25 *Pro liquidatione fructuum via ordinaria agendum est.*
26 *Liquidatio fructuum in Iudicio spolij, quando de illorum perceptione non dubitatur probationes exactas non requirit.*
27 *Valor frumenti probatur ex libris Annonæ.*
Libri Annonæ plenè probant valorem frumẽti ibid.
28 *Valor fructuum debetur spoliato de tempore quo verisimiliter illos vendidisset nam semper inspicitur, quod creditor verisimiliter erat facturus.*
29 *Nec post fructuum consumptionẽ crescit æstimatio.*
30 *Possessor vt teneatur ad interesse quanti plurimi, non sufficit mala fides contracta per contestationẽ litis, si reus conuentus iustam habuit causam litigandi.*
31 *Interesse quanti plurimi debetur postquam quis fuit per interpellationem constitutus in mala fide.*
32 *Peritorum relationi standum est pro liquidatione valoris fructuum.*
33 *Verisimile quod est attendi debet.*
34 *Frumenti æstimatio quo tempore desumenda est?*
35 *Frumenti prætium quando diuersimode apparet adnotatum in libris Annonæ, tunc prætium supremum aut infirmum attendi non debet, sed medium.*
36 *Expensæ pro cultura fructuum detrahendæ sunt.*
37 *Frumenti rubra quot detrahenda sunt pro centenario, si mensuratio fit cum mensura leui, vel cum Battuta, ò Rubiatella.*
38 *Rota in hac materia mediam viam eligendo alias taxauit ad rationem octo pro centenario sequendo mensuram antiquam.*
39 *Inuentarium contra conficientem plenè probat.*
40 *Aestimatio fructuum annorum subsequentium in materia difficilis probationis regulari debet ab æstimatione præcedentium annorum.*
41 *Prætium iustum ex quo desumatur?*
42 *Valor non probatur ab vnico teste deponente* poteua valere.
43 *Prætium conuentum soluendum est.*
44 *Nomina debitorum, si fuerunt à spoliatore vendita, & prætium receptum, tunc ad illius restitutionem spoliato tenetur.*

DECISIO DLXXX.

CONSTITO per plures desiones de Spolio, asserta Concordia non sublato, Reliquum erat videre, ad quid DD. Canonici pro illius purgatione teneantur, id quod pendet à quantitate rerum, & fructuum, qui ad eorum manus peruenerunt, & ab eorundem fructuum, & rerum valore, cum Spo-
1 liator † teneatur restituere quicquid occasione spolij percepit *Mohed. decis. 8. de rest. spol. Rot. decis. 363. num. 12. par. 4. tom. 2. recent.* vel præti-
2 um, quando percepta non extant, † & agitur signanter de fructibus ex certo prædio recollectis.

factio, qui proinde cum non recipiant fun-
ctionem in genere suo, probata consumptio-
ne, vel præsumptiuè per lapsum triennii, vel
aliàs, intrat condemnatio ad extimationem
iuxta distinctionem, quam tradit *Bart. in l. ex*
diuerso §. 1. in fine ff. rei vindic. Aretin. in §. si quis
à non Domino n. 4. Inst. de rer. diuis. Dec. cons. 464.
sub nu. 2. Soccin. Sen. cons. 82. num. 26. & seq. lib. 4.
Menoch. cons. 743. sub num. 4. Rot. in Auximana
Pradij 23. Martij 1648. §. primo. coram me.
3 Nec obstat quod in Iudicio spolij † fieri
non debeat condemnatio ad æstimationem
rei, sed possessionis illius rei, de qua agitur,
hoc est quanti interest possidere, si res resti-
tuatur, vt tradit *Bald. cons. 321. sub num. 2. infra*
med. vers. sed hic Sententia lib. 3. Contard. de moment.
poss. limit. 19. sub nu. 12. vers. notandum est. Seraph.
decis. 722. per tot. Ciriac. controu. 67. num. 15. Quia
4 hoc respicit modum† concipiendi Sententiã
in Iudicio reintegrandæ, effectus autem idẽ
est vtroque casu, cum interesse possessionis in
fructibus, & rebus venalibus, amplius non
extantibus, sed consumptis, sit rerum prætiũ,
ad quod ipsa possessio ordinabatur; possiden-
tur enim res venales, vt vendantur, & vbi
5 non extant, † quia fuerunt à Spoliatore con-
sumptæ, eatenus Spoliati interest possidere,
quatenus possidendo vendere potuissent, & sic
precium illarum consequi, & propterea ad
fructuum æstimationem, nisi extent, teneri
Spoliatorem dixit *Rota penes Mant. decis. 281.*
num. 1. et seqq. et in d. Auximana Pradij, coram me,
vbi allegantur concord. & in fortioribus *Duran.*
decis. 7. num. 0. decis. 47. num. 1.

Incipiendo igitur à quantitate fructuum,
apparet ex ipso calculo exhibito pro parte
Capituli peruenisse ad manus Francisci An-
tonii de Comitibus noui cõductoris, cui Ca-
pitulum omnes effectus ad Venturinos spe-
ctantes vendiderat, Rubra 421. cum dimidio
frumenti veteris nempè 200. in Horreis Vr-
bis, 158. in Horreis Casalis, & 63. exacta
ab illis, quibus totidem Venturini mutua-
uerant.

Frumentum verò nouum collectum an-
no 1645. quo spolium emanauit, ascendit ad
rubra 2277. Iuxta mensuram Areæ Casalis,
cumquè exceptis rubra 50. Romã transmis-
sis, dd. rubra 2277. mensurata fuerint in Area
cum mensura piguiori, quæ redacta ad men-
suram ordinariam singulis septẽ rubris vnũ
addit, tota recollecta anni 1645. est rubrorũ
2664. circiter, ità (nempè de originali men-
sura rubrorum 2277. eiusque augumento)
deponit secundus Testis ser. ser. à Venturinis
examinatus, qui Areæ, & mensuræ interfuit
tanquàm Minister ipsius Francisci Antonij
de Comitibus, & augumenti prædicti expe-
rimentum fecit, mereturque plenam fidem,
6 cum testetur de facto proprio, † & alijs infra
dicendis adminiculetur *Bart. in l. 1. §. Idem,*
Corn. nu. 3. ff. quæst. Rot. coram fan. mem. Greg. XV.
decis. 351. num. 11. & in terminis liquidationis
fructuum *decisum fuit in Camerinen. Spolij 4. Fe-*
bruarij 1508. coram Iusto, in Elboren. fructuum 23.
Ianuarij 1621. coram clar. me. Card. Fabritio Vero-
spio impress. par. 4. tom. 2. rec. dec. 271. n. 2. & se. 10.
vbi alleg. concord. & subsiditur quod cum mate-
7 ria liquidationis fructuum † sit difficilis pro-
bationis, admitti soleat leuiores probationes,
imò sufficere præsumptiones, & coniecturas,
tradit *Surd. cons. 293. nu. 21. Natt. cons. 510. num. 4.*
& dixit Rot. decis. 343. nu. 5. par. 1. decis. 571. nu. 3.
par. 3. recent. eo magis contra Spoliatorem
Acchil. decis. 22. de rest. Spol. Caputaq. decis. 123.
num. 1. par. 2.

Adminicula autem præbent tùm sextus
Testis à Capitulo examinatus qui fuit vector
frumenti vt supra mensurati, & deponit re-
collectam anni 1645. ascendisse ad rubra
3000. & sic in minori summa rubrorũ 2664.
8 de qua deponit supradictus secundus† Testis
censetur contestis *Gratian. discept. for. 187. nu. 9.*
Seraph. decis. 111. nu. 2. Buratt. decis. 468. num. 14.
decis. 869. nu. 2. Nec obstat quod deponat de
9 auditu à pluribus personis, † quas nominatim
non recenset; Quia satis dicitur recensere di-
cendo, se audiuisse ab Institoribus Francisci
Antonii, quorum nomina pandunt alij Te-
stes Capituli *Cas. de Graff. decis. 8. nu. 10. de caus.*
poss. & propr. cum alijs relatis ab *Adden. ad Bu-*
10 *ratt. decis. 430. num. 4.* & quamuis de auditu† fa-
cit vehemens adminiculum *Mantic. decis. 39.*
num. 8. Buratt. decis. 844. num. 6. Rot. inter recent.
decis. 227. nu. 3. par. 1.

Tùm primus Testis Summario Venturi-
norum num. 6. deponens sata fuisse rubra
270. circiter Terrarum, accodẽtibus alijs duo-
bus Testibus ad perpetuam rei memoriam
examinatis, affirmantibus optimam fuisse
frumenti sati culturam, nec potuisse percipi
minus rubris vndecim, vel duodecim pro
quolibet rubro Summario ibidem num. 7.
11 quorum Testium iudicium, & si † nulliter
examinatorum inseruit saltim pro admini-
culo *Caputaq. decis. 216. n. 8. par. 2. Aym. cõs. 1 . .*
nu. 11. Alex. cons. 147. sub nu. 2. lib. 6. Rot. dec. 342.
nu. 7. dec. 406. nu. 6. par. 1. rec. Maximè quia in-
terfuerunt Culturæ, & Messi.

Tùm computum datum à Ministris Fran-
cisci Antonij cum assertione, quod omnes
Tritæ dictæ recollectæ fuerunt 175. Summa-
rio ibidem nu. 8. Iuncto secundo Teste Sum-
mario num. 9. deponente super 10. quod ex
singulis Tritis eruebantur rubra duodecim
vsque ad 21. & hic Testis deponit de facto
proprio, eratque in recollecta minister Fran-
cisci Antonij, nec obstat quod idem secun-
dus Testis in quodam liberculo adnotauerit
totam recollectam, comprehensis etiam ru-
bris 270. traditis à Patroncellis necnon Ex-
quileis Areæ, ascendisse ad rubra 1657. vt in
Summario Capituli num. 2. Quia nomen
ipsius Testis in fronte liberculi conscriptum
suspicione non caret, aliaque plura contra li-
berculum afferunt informantes pro Ventu-
rinis, & satis est respondere, quod ille non
12 fuit recognitus formiter Parte citata, † vt stã-
te speciali protestatione Venturinorum data
in Summario addit num. 2. necesse erat *Ca-*
putaq. decis. 4. num. 1. & 2. par. 3. Burat. decis. 541.
num. 14. Rot. inter impress. apud Medat. Perus. de me-
nat. decis. 392. nu. 7. & 8.

His

His non aduersantur sex Testes Capituli, Computum, vt dicitur, transmissum à Francisco Antonio de Comitibus; Articuli exhibiti à Venturinis, & eorum confessio emissa in instrumento mutui accepti ab Excell. D. Principe Sulmonis.

Testium enim aliquos deponere de recollecta anni præcedentis 1644. constat ex circumstantiis, & rationibus per eos adductis; Alij nempè 4. & 6. se non informatos fatentur, vt in Summ. Venturinorum n. 14. Quintus non fuit præsens, & fatetur curam recollectæ fuisse penès lo: Mariam Francisci Antonij Ministrum dicto Summario nu. 15. qui est 2. Testis pro Venturinis examinatus, deponens, vt supra, de rubris 2664. Qui verò examinati fuerunt ad perpetuam rei memoriam, fidem non faciunt, & siuè illi, seu alij formiter examinati, affirmantes quid colle-
13 ctum in Terris vicinis, † vel proprijs, nil vrgent, dum habemus præcisas probationes recollectæ in Terris, de quibus agitur, *Buratt. decis. 334. num. 10. Seraph. decis. 1073. num. 8. & 9. Rot. inter recent. decis. 341. sub nu. 5. vers. & respectu, part. prima,* Præter quod deponentes de præiudicio illato à nebulis, conuincuntur de mendacio ab alijs datis Summ. Venturinorum num. 6. Prout etiam conuincuntur attestantes augumentum mensuræ admitti in Area, ratione proiectionis frumenti, quam facere solent Carrarij, vt Saccum melius claudant, prætertim quia in id à Capitulo Sum. n. 13. afferuntur solū Testes examinati ad per-
14 petuam rei memoriam, † & lite pendente, quibus proinde nulla fides adhibenda in concursu Testium formiter examinatorum *Rot. dec. 272. num. 6. par. 1. rec.* Nil pariter vrget primus Testis à Venturinis examinatus datus in Summ. Capituli *num. 7.* qui enumerat frumentum mensuratum in Area. Nam enumerat tantum, quod mensuratum fuit vsque ad diem 13. Septembris, mensuratio verò durauit vsq; & per totam diem Octobris, & idemmet Testis iuxtà 29. respondit se nescire quantitatem frumenti mensurati in Area magna de anno 1645.

Computum à Francisco Antonio trans-
15 missum nullius momenti est † in præiudicium Venturinorum ab eo causam non habentium *l. duobus §. primo ff. de iur. iur. Cephal. cons. 101. num. 5. & 29. Natt. cons. 438. nu. 9. Surd.*
16 *dec. 325. num. 3.* eo minus, † quia tendit ad eum exonerandum *Buratt. dec. 518. n. 13. Rota coram san. mem. Greg. XV. dec. 475. nu. 9. & in alys relatis ab Adden. ad Buratt. dec. 199. n. 15.*

Articuli non explicant, quod recollecta anni 1645. fuerit rubr. 2500. taxatiuè, sed per
17 verbum *saltem*, ibi, *almeno*, † quod verbum non excludit maiorem numerum *Geminian. cons. 37. nu. 5. & 6.* & relatiuè ad id quod Testes deponunt ibi, *conforme diranno li Testimonij*, Summario Capituli *num. 4.* Vndè stan-
18 dum est † Testibus de maiori quantitate, vt supra deponentibus *Buratt. dec. 409. n. 6. Farin. de Test. q. 71. sub n. 20.*

Tandem instrumentū mutui in quo Venturini pro maiori cautela D. Principis Sulmonis sc. 11. millia illis mutuantis, asseruerunt se recollegisse in Territorio Cāpi mortui rubra 1700. frumenti recondita in granarijs d. Tenutæ. Vnde informantes pro Capitulo eliciunt confessionem Venturinorū, quod tota recollecta anni 1645. non excesserit rubra 1700. id importante iuramento
19 confessioni adiecto, † quod efficit, vt ea intelligatur taxatiuè *l. rationes, iuncta auth. seq. Cod. de probat. & ibidem glos. verb. quantitatem, Salycet. num. 2. Castren. nu. 2. vers. vel posse deferri iuramentum Azz. in Summ. Cod. probat. num. 22. Guttier. de iuram. confirmat. par. 2. cap. 6. sub nu. 4. vers. si tamen.*

Nil obstat, Primo quia mox allegati lo-
20 quuntur de iuramento assertorio, † quando scilicet super ipsa assertione cadit iuramentum, in casu verò nostro solum adest in fine instrumenti iuramentum promissorium,
21 quod † differt ab assertorio, vt per *Ladercb. cons. 139. num. 9. Mantic. de tacit. lib. 21. tit. 1. n. 18. Seraph. de priuil. iuram. cap. 71. sub num. 59. Rot. apud Seraph. 1184. num. 6. apud Merlin. decis. 287. num. 10. & 11.* eoque minus habet vim taxationis totius recollectæ, quia ea assertio non emanauit ad effectum liquidandi recollectā, sed ad alium, assicurandi scilicet D. Principem mutuantem de summa mutuata, pro qua longè supererant rubra 2100. Horreorum tenutæ Campi mortui, & Vrbis ibi, vt infra dicetur, enunciata. Sicut enim con-
22 fessio ad vnum effectum † emissa non nocet ad alium *Egid. dec. 690. num. 6. Surd. decis. 250. num. 5. & 6. Rot. inter impress. apud Cinc. de cens. dec. 148. num. 14.* Ita nec iuramentum illi ac-
23 cessorium † *Dec. cons. 351. num. 8. Bursatt. cons. 361. num. 34. Buratt. dec. 915. nu. 4. & fuit dictum in Recanaten. separationis Thori 26. Febr. 1625. coram bon. mem. Pirouano.*

Secundò, quia in d. Instrumento, nedum fit mentio rubrorum 1700. existen. in Horreis Campi Mortui, sed etiam aliorum 400. repositorum in granarijs Vrbis, quæ simul conficiunt summam rubr. 2100. quibus addenda sunt alia rubra 273. asportata ad Ciuitatem Velitris, quæ in d. Instrumento non recensentur, & asportata fuisse, probant Testes Summario Venturinorum *num. 3.* Necnon addenda est alia quantitas in Areis tunc existens, & à Colonis, & Patroncellis non exacta nisi die 29. & 30. Septembris, & die prima Octobris, vt in Summario add. Venturinorum *num. 6.* Et sic ad notitiam contrahentium non dum peruenta in die d. Instrumenti mutui, stipulati in Vrbe sub die 30. Septembris, ac demum addi debent rurubra 400. circiter prouenientia ex augumēto mensuræ in Area, vt superius deductum fuit; Quapropter etiam attenta assertione Instrumenti, frumentum recollectum excederet ferè summam rubrorum 2664. per testes, vt supra probatam, & sufficit assertionē non esse præcisā de minori summa, ac pror-
24 sus claram, † hoc est, an loquatur de mensura Areæ, vel Vrbis, ne noceat Venturinis, & pro-

& probationibus, eorum fauore resultantibus ex supra memorato Teste, & adminiculis *Mobed. decis. 2. de restit. spoliat. Buratt. decis. 183. num. 17. Rot. inter recent. decis. 443. numero 8. parte 1.*

Rursus non obstat quod cum agatur prin-
25 cipaliter ad fructus, eorum liquidatio† requirat plenas, ac concludentes probationes; Quia in Id allagata *decis. 17. apud Moder. Perus. de manut.* hoc non firmat, sed solum quod dicto casu agendum est Iudicio ordinario, & Nos versamur extrà omnem difficultatem, quia fructus petuntur accessoriè ad spolium principaliter intentatum, cum-
26 que de eorum perceptione† non dubitetur, superabundantes sunt probationes adductæ, vt per *Surd. & alios supra allegatos.*

Igitur computatis rubris 421 ÷. frumenti veteris, rubris 2664. frumenti noui mẽsurati, & in Area, & alijs rubris 373. circiter exactis à Patroncellis, quæ Capitulum in eius calculo fatetur in summa rubrorum 343. Omne frumentum quod ad manus Francisci Antonij, cui Capitulum effectus Casalis vendiderat, peruenit, ascendit circiter ad rubra 3478., relicto pro nunc in suspenso frumento corrupto, ac deperdito in Areis, quod Venturini calculant in rubris 200.

27 Frumenti autem valorem †(quod est alterum huius inspectionis caput) vtraque pars consensit esse desumendum ex libris Annonæ Vrbis, qui plenè probant *Seraph. dec. 1245. num. 8. Pen. decis. 1150. numer. 2. Buratt. decis. 921. num. 7. cum alys alleg. in Portuen. Affictus 4. Martij 1652. §. quod verò, coram me,* sed non conuenit circà tempus, prætendentibus informantibus pro Capitulo attendi debere tempus messis ann 1645. quia tunc Venturini ob ingens æs alienum, quo præmebantur ergà Capitulum, vendidissent frumentum, & sem-
28 per † inspicitur, quod Creditor verisimiliter erat facturus *Rip. in l. quod te num. 33.* ibi si Creditor *ff. si cert. pet. Grat. discep. 42. numer. 51.*
29 Nec post consumptionem crescit † æstimatio *Bal. in l. 2. num. 13. C. fru. & lit. expens. & in l. diuortio §. ob donationes num. 5. vers. dicit hic ff. sol. matrim. Monat. dec. Bonon. 11. num. 57. & 58. Mantic. decis. 231. in fin. Rot. inter recent. decis. 338. numer. 9. par. 4. to. 2. & in Auximana Pradij 23. Martij 1648. §. 1. & seq. coram me*, vbi hoc ampliatur etiam post litem contestatam, quia ad effectum, vt possessor teneatur ad interesse
30 quanti plurimi, non † sufficit mala fides contracta per contestationem litis, si reus conuentus habuit iustam causam litigandi.

E conuerso autem informantes pro Venturinis prætium currens de mense Maij 1647 quo DD. Canonicos interpellarunt ad restituendum frumentum protestando, quod illud si haberent, venderent ad rationem scutorum nouem, & vltrà pro quolibet rubro solui debere asserebant, cum per eam interpellationem DD. Canonici constituti fuerint
31 in mala fide, † & mora postquam debetur interesse quanti plurimi, *Alex. in d. l. diuortio §. ob donationes sub num. 6. vers. item prædicta ff. so-*

lut. matrim. Affin. de execut. §. 7. cap. 216. num. 25. et 26. aliique relati à Monach. decis. Bonon. 11. nu. 54. et 55. Card. Mantic. decis. 211. n. 4. Negabantque necessitatem vendendi frumentum tempore messis anni 1645. vt soluerent Canonicis debitum, quo præmebantur, quia adhunc effectum iam mutuo acceperant à D. Principe Sulmonis scuta 11. milia, & supererant nomina debitorum exigenda ac alij effectus, cũ quibus satisfacere poterant Canonicis, ipsaq; susceptio tàm ingentis mutui demonstrat Venturinos maluisse subiacere vsuris Cãbij, quàm tunc vendere frumentum, illud seruaturos vt solent Affictuarij, in tempora, quibus precium creuisset.

In hac partium discordia DD. sumpta ex
32 officio informatione à Peritis (vt† potuerũt pro liquidando valore *Bald. cons. 323. n. 4. lib. 2. Bertrand. cons. 273. n. 10. lib. 4. Surd. cons. 293. n. 31. circa fin.*) quod Affictuarij huiusmodi solent in diuersis eiusdem anni recollectæ temporibus frumenti aliquas ratas vendere, & attento quod inuerisimile prorsus est, Venturinos incertos omnino futuræ caritatis, seruaturos fuisse frumentum per biennium, patiendo interim graue interesse sub Cambijs, & sic pon-
33 derato id quod verisimile est, † vt debet *Achil. decis. 22. de rest. spol. Rot. decis. 572. sub nu. 3. par. 3. recent. & in supracitata Auximana Pradij 23. Martij 1648. §. penult. in fin. coram me*, neque
34 tempus messis, † neque interpellationis sequuti fuerunt, sed medium, iuxta notata à DD. in *l. pretia rerum ff. ad leg. falcid. Escobard. de ratioc. cap. 17. num. 21. & 22. Boer. dec. 08. num. 6. Afflict. decis. 316. num. 5. & seqq. Rot. in Casertana Pensionis 31. Martij 1645. §. dicta siquidem coram me*, repartientes videlicet venditionem totius frumenti in singulos menses à recollecta anni 1645. vsque ad totum mensem Iunij subsequentis anni 1646. Itàut singulorum mensium prætium proportionabiliter atten-
35 di debeat, † in libris Annonæ adnotatum, nõ tamen supremum aut infimum, sed medium vt per *Rot. decis. 479. num. 4. par. 2. decis. 102. nu. 2. par. 4. recent. & in Anconitana Predii 22. Aprilis 1648. §. nec responsio coram bon. mem. Pirouano* eliciendum ex toto frumento vendito in quolibet mense.
36 Detractis vlterius † expensis tùm factis à Canonicis in messe ad *Text. in l. si à Patre vel à Domino §. fructus ff. pet. heredit. l. 1. Cod. fruct. & lit. expens. Tiraquell. de retract. lign. §. 15. glos. prima num. 1. & seqq. Ostasi. decis. 12. numer. 10. infra med.* tùm quæ fieri debuissent pro vehendo frumento à Casali ad Vrbem, cũ præcium Vrbis nõ applicetur nisi frumento in ea existenti, necnon detractis à singulis centenariis rubrorum rubris duobus cum dimidio iux. fidem trium peritissimorum, nempè DD. Augustini Maffej, Petri Vannini, & Alexandri Butij asserentium, quod plerumque frumentum mensuratum cum mensura Campi Floræ, quarta leui nuncupata, qua in Campestrijs Vrbis frumentũ mensurari solet, si mensuretur cum quarta nuncupata *Battuta, à Rub-*
37 *biatella*, † qua vti solent Mercatores, & Pistores

tes Vrbis, & iuxta quā pretium in libris Annonę describitur, decrescere potest in duobus, tribus, vel quatuor rubris circiter pro centenario, sicuti enim Venturini in calculanda quantitate frumenti gaudere volunt augumento prouenięte à mensura pinguiori Areę Casalis, ità in calculando pretio ad rationem currentem cum mensura maiori Vrbis, pati debent decrementum exinde resultans, quod
38 DD. sequendo relationem Peritorum, & mediam viam in d. rata arbitrari sunt, licet illud alias *Rota in Romana redd. rationis 10. Decembris 1640. coram R. P. D. meo Peutingerio*, inhærendo pariter alteri relationi Peritorum, taxauerit ad rationem octo pro centenario, quia in casu d. decisionis agebatur de mensura antiqua, adequata deinde, & iusto ponderi restituta successiuis temporibus fel. rec. Vrbani VIII. vt disserte declarant, & distinguunt supra nominati Periti.

Hæc quoad frumentum. Insuper DD. Canonici restituere tenentur infrascripta siuè eorum pretium, nempę Vaccas, Bestias belluinas, Equos, & Sues descriptos in Inuentario à Francisco Antonio de Comitibus facto
39 de Animalibus sibi à Capitulo† consignatis, quod contra ipsum plenè probat *l. final. Cod. arbitr. tutel. Rot. d. 426. nu. 2. par. 1. recent.* Animalium autem pretium quoad Vaccas, Boues, & Equos desumitur ab æstimatione facta an-
40 nō antecedenti, nam in hac materia difficilis probationis attenditur etiam æstimatio præcedens *Buratt. decis. 921. num. 6. & seq.* Quo autem
41 ad Sues, pretiū apparet ex venditione, † quā ipse Procurator Capituli anno præcedenti fecerat Venturinis vt per *Buratt. dec. 399. n. 10. dec. 538. nu. 2.*

Item Fabarum rubra 19. Ciceris 7. Cicerculæ rubra 4. recollecta anno præcedenti, & à Capitulo consignata Francisco Antonio de Comitibus Summario Venturin. num. 2. & ex recollectis anno 1645. Fabarum rubra 255. Ciceris rubra 10. Ordei rubra 52. compręnsis responsionibus Patroncellorum totidem hancque collecta fuisse, & per Franciscū Antonium nouum conductorem accepta in Casali, affirmat de visu vnus Testis examinatus formiter, & alius ad perpetuam rei memoriam Summario Venturinorum num. 16. Item cados septem Vini veteris, ad rationem vnius scuti pro cado, nec nō Vini noui, quod in totū DD. Canonici in calculo admittunt ascendere ad scuta 48. Item Penum descriptū in computo edito à Benedicto Ministro Capituli, & ab eodem iuratis exhibito, vt in Summario Venturinorum num. 27. cuius ta-
42 men valor† non benè probatur ab vnico Teste deponente per verba *potest valere Rot. decis. 144. nu. 5. par. 4. tom. 2. recent.* Item mobilia descripta in Inuentario facto ab eodem Francisco Antonio dicto Summario num. 10. quorum pariter pretium non probatur. Item pretium rubr. 150. nouālium factorum à Venturinis de ordine Capituli pro recollecta anni 1646. quæ exceptis rubris 20. communem valuturam habuisse, deponunt duo Testes Sum. ibidem num. 33. & quamuis ea valurent ad rationem iuliorum 64. pro rubro, quia tamē ex fide bon. mem. R. P. D. Vaij Sum. num. 34. apparet Capitulum promisisse soluere ad rationem scutorum decem, ideò exceptis dictis
43 rubris 20. hoc precium conuentum† soluendum est *Natt. cons. 650. sub num. 8. vers. præterea pretium Rolan. cons. 92. n. 17. lib. 2. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 20. nu. 21. Surd. decis. 248. nu. 7.*

Item nomina debitorum, quæ si Capitulū à singulis debitoribus exigisset per se vel per alium, condemnandum esset in quātitatibus exactis nō vltra nisi forte ex causa Spolij Debitores non soluendo effecti fuissent, sed quia illa in vniuersum vendidit Francisco Antonio de Comitibus vna cū alijs effectibus Ca-
44 salis, & precium ab illo recepit † ad restitutionem scut. 6828. quo important dd. nomina debitorum, tenetur ad *Tex. in l. qui proprio §. Procurator ff. procur. l. si quis absentis negotia ff. neg. gest. l. cum autem §. cum redhiberetur ff. edilit. edict. Vinc. de Franc. decis. 176. num. 4. & 5. Rot. in Romana seù Ianuen. pecuniaria prima Iunij 1644. §. cum igitur, coram me.*

Superest pretensio hinc indè damnorum, & interesse, sed de his poterit opportunius videri, & interim ad supra firmatas quantitates, demptis tamen scut. 16550. circiter Capitulo debitis à Venturinis ex causa affictuum, & Census promissi extingui in Instrumento affictus, DD. Canonicos condemnandos esse, decisum fuit vtraque parte informante.

REGIEN. BENEFICII.

Mercurij 10. Decembris 1653.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus reseruatū fauore familiæ agnatitij in defectum vocatorum nè fit transitorium ad extraneos, sed Ecclesia libertatem acquirat quæ acquirantur† latè in decisione declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus reseruatū fauore familiæ, & agnationis in defectum vocatorum non transit ad extraneos, quando illius reseruatio habet dictiones taxatiuas, declara num. 4. & seqq.*
2 *Dictio*, tantum, *taxatiua est.*
3 *Prout est etiam taxatiua dictio*, itaquod.
4 *Iuspatronatus in defectum vocatorum ut transeat ad extraneos requiritur, vel expressa extraneorum exclusio, vel quod dictiones taxatiuæ percutiant tempus deficientiæ vocatorum, illisque adiecta sint ad limitandum iuspatronatus.*
5 *Alioquin casus deficientiæ vocatorum tanquam à fundatore omissus remanet sub dispositione iuris communis, iuxta quam etiam extranei hæredes succedunt in iurepatronatu.*
6 *Iuspatronatus transit ad extraneos in defectū masculorum quando dictio taxatiua non fuit limitatè apposita ad iuspatronatus, sed fauore masculorum, vt ipsi donec extant præferantur fœminis.*
7 *Et sic exclusio fœminarum, & extraneorum non est*

per-

perpetua, *sed temporalis existentibus agnatis masculis*.

- *Clausulæ* donec, & quandiù *quid important*? *ibidem*.

8 *Probibitio facta à fundatore quod iuspatronatus exire non possit de familia agnatorum masculorum descendentium non importat limitationem iurispatronatus cum stet demonstratiuè non taxatiuè*.

9 *Clausula*, itaquod, *de sui natura intelligi debet secundum præcedentia*.

10 Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. parte 1. quæst. 2. art. 4. n. 7. declaratur.

DECISIO DLXXXI.

VNICVM obiectum, in decisione huius causæ edita die 24. Martij proximè præteriti, non euacuatum excitarunt informantes pro Francisco Bracchio, in memoriali pro habenda noua audientia, nempè, quod iurispatronatus Beneficij controuersi transire non potuerit ad Lauram, & Ioannem, qui præsentarunt Pedianum, cum non sint de familia agnatitia masculorū descendentium *à Gabriele, & Nicolao de Bracchijs primis Patronis*, nec in defectum vocatorum iu-
1 rispatronatus † transeat ad extraneos, quando illius reseruatio habet dictiones taxatiuas ad personas vocatas, vt admittit prima decisio *in §. non obstat*, qualis adesse in casu nostro deducitur, ponderandó tum dictionem, *tan-*
2 *tum* ibi †: *Successor masculorum tantum quæ taxatiua est Rimin. iun. cons. 262. num. 2. Surd. decis. 29. numer. 19. & in specie Lambert. de iur. patr. lib. 2. par. 1. q. 2. art. 4. num. 7. & art. 6. numer. 4.* Tum clausula subsequentem ibi: *Ita quod egredi nec exire possit, nec debeat quoquo modo de stirpe, progenie, seu familia agnatorum masculorum descendentium ex ipsis Dominis Gabriele, & Nicolao*
3 *antedictis*, quam † clausulam ponderat *Lambert. de iurepatr. lib. 1. par. 2. art. 4. par. 4. numero 5. vers. vel quod non extat parentela, Sanchez resp. moral. lib. 2. cap. dub. 91. sub numero primo versic. vel quod.*

Hoc tamen cęterisque alijs deductis non obstan. primā decisionem hodie reuocatam ad trutinam DD. confirmarunt, quia ne ius-
4 patronatus, † deficien. personis vocatis, transeat ad extraneos, sed beneficium libertatem acquirat, requiritur, vel expressa extraneorū exclusio, vel quod dictiones taxatiuę percutiant tempus deficientiæ vocatorum, ilisq; adiectæ sint ad limitandum iuspatronatus, vt declarauit *Rot. dec. 385. num. 14. par. 1. diuers. & secutus est Loth. de re benef. lib. 2. q. 11. num. 11.*
5 alioquin casus deficientiæ † vocatorum tanquam à fundatore omissus remanet sub dispositione iuris cōmunis, iuxtà quam etiam extranei hæredes succedunt in iurepatronat. *gloss. in cap. considerandum 16. q. 7. Seraph. dec. 364. num. 8. & 12. dec. 378. num. 9. & 10. Rot. int. recen. decis. 697. numer. 3. par. 3. & decis. 288. numero 8. parte 5.*

In casu autem nostro dictionem taxatiuā *tantum*, appositam fuisse non limitatè ad ius-
6 patronatus, † sed fauore masculorū, vt scilicet ipsi, donec extāt præferatur fęminis, patet ex quo cadit superqualitate masculinitatis à fūdatoribus requisita ibi: *masculorum tantū legitimorū, & naturalium semper in infinitum, & in perpetuum*, vt in puncto respondit *Rot. in Rhegien. iurispat. 27. Aprilis 1640. §. penult. coram Reuerendiss. Episcopo Terracinen. quam refert Moder. Carpensis controu. for. cap. 153. num. 21. & 22.* iuncto præsertim, quod fundatores infrà declararunt, præsentationem spectare debere ad seniorem cuiuscumque lineæ eorum, *alijs omnibus exclusis, donec, & quandiu extent agnati masculi*; verba enim illa, *alijs omnibus exclusis*, quę referri non possunt, nisi ad fæminas, vel extraneos, demonstrant apertissimè illarum, seu illorum exclusionem esse temporalem
7 existentibus agnatis masculis, id importante clausula *donec*, & *quamdiu Bartol. in l. fin. §. quando num. 2. vers. in contrarium ff. ad Tertull. Bald. in cap. 1. §. quin autem etiam num. 3. vers. secus si statutum tit. Episcop. vel Abbat. in vsibus feudorum Rot. dec. 367. num. 22. 23. apud Peniam decis. 48. num. 2. & 3. inter impress. apud Modern. ad statut. Perusin.*

8 Prohibitio pariter, † quod iuspatronatus exire non possit de familia agnatorum masculorum descendentium, non importat limitationem iurispatronatus, cum stet demonstratiuè, non autē taxatiuè, & si quam inducit taxatiuam, temporalis est, durantibus agnatis masculis, vt in his terminis decisum fuit *in Bononien. Beneficij 26. Febr. 1652. §. penult. coram R. P. D. meo confirmata 31. Martij proximè præteriti coram R. P. D. meo Beuilaqua*, & facilius animaduertendo, quod huiusmodi prohibitio immediatè post vocationem taxatiuam masculorum subnectitur cum clausula, *ita quod*, ibi: *Ita quod nec egredi, nec exire*, per quam datur intelligi, quod prohibitio recipit eumdem intellectum prælationis masculorum, & temporalis exclusionis fæminarum, quem ipsa proximè procedere taxatiua masculis adiecta, quia de natura di-
9 ctæ clausulæ est, † quod intelligitur secundū præcedentia *Ruin. cons. 332. num. 1. Mart. de iurisd. par. 4. centur. 2. cas. 130. numer. 8. Barbos. dict. 182. num. 7. facit Fusar. cons. 176. n. 8. & 9.*

Hinc non applicatur exaduerso allegata
10 doctrina *Lambertini*, † quā transcribit *Sanch. loco supra allegat.* Quia non loquitur in casu, quo prohibitio declaranda venit, iuxta pręcedentia pręter quod Lambertinus ibi solus firmat conditiones fauorabiles Ecclesiæ apponi posse in fundatione, & inter alias refert prohibitionem huiusmodi minusq; aduersatur extraneis reiectus fuit in similibus terminis *à Seraphino decis. 364. num. 8. & dec. 378. numero 9.*

Et ita vtraque &c.

RHEGINEN. ATTENTATORUM.

Veneris 12. Decembris 1653.

ARGUMENTUM.

Regula qui continuat nō attentat duas recipit limitationes alteram quando possessor non continuauit per viam priuatæ facultatis, sed mediante facto Iudicis, alterā verò quando lis pēdet super ipsa possessione, nè iudicium reddatur elusorium. Gesta post rescriptū Signaturæ, & ante citationē ad dicēdum contra ac vsum cōmissionis, an sint attentata? Contrariæ referūtur opiniones in decisione firmatur tamen in casu decisionis constare de attentatis ex rationibus in ea deductis.

SUMMARIUM.

1 *Clausula* cū facultate manutenēdi quē de iure, *non impedit executionem antea factam, sed attentatum reddit quicquid postea factum est.*

2 *Attentare non dicitur, qui possessionem continuat.*

3 *Limita non procedere quando possessor non continuauit per viam priuatæ facultatis, sed mediante facto Iudicis.*

4 *Item limita quando lis pendet super ipsa possessione, ne alias iudicium reddatur elusorium.*

5 *Citatio ad dicendum contra commissionem ad iurisdictionem firmandam omnino est necessaria alias enim ante citationem, vel vsum commissionis, nec lis nec appellatio pendere dicitur.*

6 *Itaut quicquid medio tempore à die rescripti Signaturæ vsque ad diem citationis, aut vsus commissionis nouatum fuerit, si alias iudicium de sui natura est executiuum, non dicitur attentatum.*

7 *Attentata non committuntur nisi lis pendeat aut tempus ad appellandum, aut appellatio.*

8 *Gesta post rescriptum Signaturæ, & ante citationē ad dicendum cōtra non sunt attentata ea ratione, quia rescriptum habet tacitam conditionem quatenus pars eo vti velit per vsum iudicialem, & num.9. Et in contrarium allegati, in quibus terminis procedant? num.12. & 13.*

10 *Amplia conclusionem procedere, licèt rescriptum Signaturæ obtentum fuerit vtraque parte informante, quia hoc operatur dumtaxat, vt appellatus possit vti rescripto etiam inuito appellante non autem, vt ante vsum huiusmodi intret spretus litis pendentiæ.*

11 Marches. de commiss. tom.1. fol.155. nu.4. & seqq. *à Rota reiectus, in quibus terminis loquatur?*

14 *Signatura rescribens cum clausulis suspensiuis non intelligit reuocare executionem factam, sed impedire faciendam.*

15 *Executio antequam pars vtatur rescripto Signaturæ nullatenus impedita dici potest, nec facta reuocari.*

16 *Commissionis vsus ad effectum attentatorum attendi debet alias imputet sibi appellans si cum statim posset commissione vti negligens fuit, & numero 17.*

18 *Inhibitio respicit facienda non autem irritat facta.*

19 *Post inhibitionem præsentatam quod subsequitur connumeratur inter facienda, quod innouatur medio tempore post decretum inhibitionis non est attentatum quamuis appellatus scientiam decreti habuerit.*

20 *Recurrens post expeditam citationem Rotalem ad Iudices laicos attentare dicitur in spretum litis pendentiæ.*

21 *Attentata vltima veniunt purganda.*

22 *Attentata à Procuratore commissa, vt afficiant principalem requiritur speciale mandatum, cum non sufficiat generale sub quo non venit facultas attentandi, seu attentata commissa ratificandi.*

DECISIO DLXXXII.

VNaquæque ex partibus alteram de attentatis redarguit Mauritius siquidem, & alij de Bemando probant Iosephum Bosurgium sub die 14. & 21. Februarij vigore mandati de manutenendo ab A.C. obtenti actus possessorios in bonis controuersis fecisse postquàm Signatura Iustitiæ sub die 6. dicti mensis causam appellationis ab eodem mandato interpositæ commiserat *cum facul-*
1 *tate manutenendi quem de iure*, quæ † clausula licet non irritaret dicti mandati executionem, si præcessisset, & ritè, & legitimè facta fuisset reddit vtiq; attentatum quicquid postea gestum fuit, vt declarauit *Rota dec.305. num.15. & 16. par. recen. & in Romana Vineæ 30. Maij 1645. §. quia fuit, & §. seq. coram Reuerendissimo Archiepiscopo Tarraconensi in Aueniononensi Attentatorum 10. Iunij 1648. §. pen. coram R.P.D. meo Celso in Interamnen. fideicomm. 1. Iulij 1650. coram me, & in Monopolitana attentatorū 13. Februarij 1651. quæ sanè coram Eminentissimo D. Card. Corrado.*

Duo tamen ad sui executionem attulit Bosurgius, Primo quod continuando suam
2 præcedentem† possessionem non attentauit, sed adiecta fuit hæc excusatio, quia prætex-
3 tus continuationis non releuat † quando vt in casu nostro possessor non continuat per viam priuatæ facultatis, sed mediante facto Iudicis, *vt declarauit Rota dec.342. sub num.5. par.4. rec. & in Bonon. bonorum 17. Martij 1649. §. non obstat coram me*; vel quando lis pendet
4 super ipsa possessione,† nè aliàs iudiciū reddatur elusorium, *Gabr. de acquir. poss. conclus.6. num.17. cum alijs allegatis in d. Bononien. bonorum coram me, & in supracitata Monopolitana Attentatorum §. minus obstat coram Eminentissimo D. Card. Corrado.*

Secundò quod de tempore executionis mandati de manutenendo nondum fuerat præsentata in actis cōmissio Signaturæ continens clausulam, *cum facultate manutenendi quem de iure*, neque emanauerat citatio ad di-
5 cendum contra † commissionem, quæ siue commissionis vsus cum requiratur ad firmandam iurisdictionem Iudicis appellationis idem assequimur, quod antea nec lis, nec appellatio dicatur pendere, itaut quicquid
6 medio tēpore † à die rescripti Signaturæ vsque ad diem d. citationis, aut vsus commissionis

sionis innouatum fuerit, si de cœtero iudicium erat de sui natura executiuum, & executionem suspensiuam non admittens, immune sit à vitio attentatorum quippe, quæ locum non habent, nisi pendeat, aut lis, aut
7 tempus† ad appellandum, aut appellatio neque allegari potest spretus Signaturæ rescri-
8 pto, † quia cum illud habeat in ventre tacitam conditionem quatenus pars, ex vti velit nihil ponit in esse antequã conditio huiusmodi purificetur per vsum iudicialem rescripti, & commissionis, vt per has rationes in puncto gestorum post rescriptum Si-
9 gnaturæ. † & antè citationem ad dicendum contra, decisum fuit articulo plenè discusso, & allegatis concordantibus in *Romana locorum Montium* 14. *Maij* 1649. §. 1. *& seqq. per tot. coram me*, & prius in *Vrbeuetana attentatorum* 16. *Februarij* 1629. *coram bon. mem. Virili impress. apud Modern. Per s. de manut.* 239. *num.* 6. *& seqq. in Romana Legati* 4. *Iulij* 1642. *per totam coram R.P.D. meo Cerro*, quæ loquitur in fortioribus terminis rescripti Signaturæ Gratiæ, & in *Beneuentana attentatorum* 2. *Decemb.* 1648. §. *Attamen verò coram R.P.D. meo Peuti gero* ... *nec non in dicta Romana Legati, & Romana locorum Montium* firmatur vlterius id procedere,
10 licet rescriptum † Signaturæ obtẽtum fuerit vtraque parte informante, quia hoc operatum dumtaxat, vt appellatus vti possit rescripto etiam inuito appellante, non autem, vt antè vsum huiusmodi, intret spretus litis pendentiæ, appellationis, vel rescripti Signaturæ.
11 In contrariũ verò allegati; † omisso *Marches. de commiss. tom.* 3. *fol.* 155. *numer.* 41. *& seqq.* cuius opinionem toties, vt supra Rota reiecit loquitur quandò non confessio capta fuit
12 intrà decendium † competens ad appellandum, in quibus terminis emanauit decisio in *Romana Saluiani* 1. *Iulij* 1648. §. *Minùs obstat coram Eminentissimo D. Card. Ottbob.* aut iudiciũ
13 erat de sui natura appellabile, † aut Signatura appellationem simpliciter admisit, qui est casus decisionis in *Meleuitana Commendæ* 23. *Maij* 1650. in *Aunionen. Attentatorum* 10. *Iunij* 1648. *coram R.P.D. meo Celso*, vbi signantèr in §. *non vrgent. & duob. seqq.* distinguendo inter appellationem admissam simpliciter, & cum clausulis suspensiuis, *puta si quid exequendum facultate manutenendi, quem de iure*, & similibus assignantur pro ratione diuersitatis, quod primo casu Signatura habuit causam pro appellabili; Ideòque in præiudicium appellationis interpositæ non poterat capi possessio, aut quicquam innouari, in secundo verò casu Signatura non facit causam appellabilem ad omnem effectum, sed tantùm suspicatur de validitate executionis.

Vndè cum executioni non resistat natura Iudicij de se appellabilis simplicitèr, aut talis à Signatura declarati, & Signatura rescribendo cum clausulis suspensiuis executio-
14 nis † nõ intellexerit reuocare executionem factam, sed impedire faciendam nullatenus
15 dici potest impedita, † aut reuocata executio facta antequẽ pars rescripto vtatur, quia vt in illo militat ratio executionis non fa-
16 ciendæ, sed factæ, attento tempore † vsus commissionis, quod debet attendi, *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.* 27. *Rota penès Marches. de commiss. tom.* 1. *fol.* 171. *&* 172. *in Burghen. de Arrogij* 24. *Nouembris* 1593. *coram Litta num.* 1. *& seqq. & in Romana pecuniaria de Guicciardinis* 19. *Nouembris* 1610. *coram Pirouano*, &
17 imputet sibi appellans† si cum posset statim commissione vti, vel negligens fuit, sicut in simili in terminis inhibitionis, quæ
18 non irritat facta, † sed respicit facienda, *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 10. *in præfat. num.* 12. alijque relati ab *Adden. ad Buratt. dec.* 902. *n.* 5. Dicimus id solùm inter facienda recenseri,
19 quod † subsequitur postquã inhibitio præsentata fuit quod verò innouatur medio tẽpore post decretum inhibitionis attentatum non esse quamuis appellatus decreti scientiam habuerit *Lancellott. de attent. par.* 2. *cap.* 20. *declarat par.* 3. *num.* 1. *& seqq. Guidopap. consil.* 66. *num.* 10. *Socc. cons.* 45. *nu.* 7. *lib.* 2. *Seraph. dec.* 1046. *numero* 1. *&* 2. *& fuit opinio originalis Io: Andr. in addit. ad Speculat. tit. de appellat.* §. *nouissimè in verbo procedit*.

Cœterum hæc ipsa cõuenerunt attentatos esse actus subsecutos post diẽ 13. Iunij 1653. qua vigore commissionis præsẽtatæ in actis die 12. Maij præcedentis expedita fuerat solita citatio, & proindè Domini censuerunt constare de attentatis ex parte Iosephi Bosurgij.

E conuerso idẽ Bosurgius probauit, Mauritium, & alios de Bernaudo sub die 18. Iulij d'anni 1653. & sic longè post expeditam ci-
20 tationem Rotalem† recurrisse ad Iudices laicos pro obtinenda manutentione in bonis cõtrouersis, vt in Summario additionali n. 1. & sic enormitèr attentasse in spretũ litis pendentiæ in *Rota, Butr. in cap. cum M. n.* 61. *de Constit. Lancellott. de attent. par.* 2. *cap.* 4. *limit.* 2. *nu.* 52. *& seq. Mandos. de inhibit. quæst.* 121. *nu.* 2. *Rota dec.* 148. *nu.* 7. *par.* 5. *decis.* 91. *nu.* 20. *par.* 6. *recent.* quod
21 attentatum vti posteriùs, † & grauiùs venit priùs purgandum *cap. fin. de ord cogn. Menoch. de recuper. remed.* 1. *num.* 382. *Rota in Cortonen. Bonorum* 9. *Martii* 1587. *coram Platto, & in Aglonen. Territorii* 13. *Iunii* 1650. §. *& in euentum coram R.P.D. meo Meltio*.

Sed responsum fuit hæc gesta fuisse à Procuratore absque mandato explicito ad id ne-
22 cessario, † cum in generali mandato, seu ratificatione non veniat facultas attentandi, seu attentata commissa, de quibus ratificans scẽtiam explicitam non habuit *gloss. in cap dilecto verb. generatis, de preben. Iaf. in l. si Procurator n.* 4. *ff. de cond. indeb. Rota decis.* 602. *sub num.* 4. *part.* 1. *recent. & in Cæsaraugustana Beneficii de Linares* 15. *Nouembris* 1644. §. *expressa ratificatio coram me*.

Quapropter fuit resolutum constare de attentatis solùm ex parte Iosephi Busurgij vtraque parte informante, &c.

ROMANA EXPENSARVM.

Lunæ 15. Decembris 1653.

ARGVMENTVM.

Hæres grauatus si litem pro defensione fideicommissi substinuit, ac expensas fecit, potest illas repetere à Successore in fideicommisso, dummodò factæ iustificentur nomine fideicommissario, & pro vtilitate fideicommissi, sed ad propriam vtilitatem ad excludendum competitorem super bonis fideicommissariis, hoc enim casu expensas non consequitur.

SVMMARIVM.

1 *De compensatione excipi potest etiam post factam executionem.*

2 *Hæres grauatus, seu fideicommissarius, qui pro defensione fideicommissi litem substinuit, ac expensas fecit, si magnæ sunt eas repetit à successore in fideicommisso.*

3 *Tenetur tamen probare se expensas fecisse nomine fideicommissario, & pro validitate fideicommissi.*

4 *Secus vero si litem substinuit ad sui propriam vtilitatem pro repellendo competitorem prætendentem ius habere super bonis fideicommissi, esseque creditorem, quo casu expensas illius occasione factas non repetit nu. 5.*

6 *Hæres grauatus non repetit expensas factas in lite si defensio non principaliter, sed incidenter facta fuit, quæ ad sui met commodum extendi non debet.*

7 *Item nec repetit non probato in lite, & defensione plus fuisse impensum, quam exigit vtilitas eiusdem grauati.*

8 *Expensas non repetit grauatus si factæ non probantur, vt supra principaliter pro defensione fideicommissi, quamuis mediante transactione promissa fuerit illarum refectio, quia non tenet in præiudicium vocatorum ad fideicommissum.*

9 *Verba sententiæ iuxta iuris dispositionem intelligenda sunt.*

DECISIO DLXXXIII.

TRIBVS sententiis conformibus Monasterio Monialium Sancti Bernardini de Vrbe ex persona sororis Catherinæ Carpianæ ibi professæ tamquam vocatæ ad fideicommissum Iacobi Carpiani immissionē decernentibus executioni demandatis quoad ipsam immissionem deuentum successiuè fuit ad executionem pro expensis, ad quas Bindus, & Scarlattus victi per easdem sententias condemnati fuerant.

Quæ executio pro expensis ne consumetur imò vt reuocetur petijt Bindus illas proportionabiliter compensari cum fideicommisso maioris quantitatis prouenientæ ad fauorem Iuliæ Nutæ, eius aut suis ab impensis per dictam Iuliam in alio iudicio facto pro defensione dicti fideicommissi contra Nereum Scarlattum, & liquidatis in Instrumento Concordiæ desuper initæ de anno 1648. cum Oliuerio Carpiano tunc fideicōmissario: Ideò dubitatum hodie fuit an intret compensatio, & negatiuè responsum.

1 Admittendo quidem quod de compensatione excipi potest etiam post factam executionem, vt notant *DD. in l. 2. comprobat Felin in cap. sub ortan. 7. de re iudic. Afflict. decis. 121. num. 3. Surd. decis. 191. num. 7. coram san. me. Gregor. decis. XV. decis. 342. nu. 2. & 3.* quodque

2 hæres grauatus, seu fideicommissarius, † qui pro defendendo fideicommisso litem substinuit, & expensas fecit, eas repetere potest si magnę sunt à successore in fideicommisso, quia necessariæ sunt, nec æquitas patitur, vt Successor, cuius beneficio defensio fideicōmissi cedit locupletetur cum iactura prędecessoris, vt aliis allegatis probat *Palacz. de maiorit par. 4. quæst. 26. num. 21. & seqq. Peregr. Fusar.* & alij relati *per Add. ad Molin. de primog. lib. 1 cap. 27. num. fin. Adden. ad san. memor. Gregor. XV. decis. 197. num. 6. ad Buratt. decis. 401. num. 17. & dixit Rot. penes Duran. decis. 53. num. 6. & seqq.*

Sed negando quod Iulia supra memorata iudicio pendente cum Scarlatto expensas fe-

3 cerit † fideicommissario nomine, & pro vtilitate fideicommissi, quod exaduersò probandum esset. *Peralt. in l. 3. Palacz. de maiorit. d. par. 4. quæst. 26. num. 31. in fine, & num. 32.* ibi Siquidem Iulia comparebat tanquam creditrix Olinerij Carpiani, vt ex bonis sibi in solutum ab Oliuerio assignatis consequeretur sui crediti satisfactionem, & exceptionem fideicommissi à Iacobo Carpiano relicti allegabat incidenter non, vt fideicommissum tueretur, sed vt Scarlattum competitorem excluderet à retentione bonorum, quam prætendebat vti creditor Iacobi, & Iosephi heredum grauatorum, asserendo dictos heredes creditores esse fideicommittentis ex ex causa solutionis Legatorum ab illo relictorum; Vndè verum est dicere quod Iulia

4 litem illam mouit, ac substinuit ad sui propriam vtilitatem, ac propterea expensas repetere non posse à Successoribus in fideicōmisso *Bald. in l. fin. §. in computatione num. 3. C. de iure deliberandi Angel. ibi numer.* 1. vbi in specie loquitur de expensis factis contra eum, qui

5 se creditorem † hereditarium contendebat, *Molin. de primogen. lib. 1. quæst. 21. sub nu. 11. vers. aut enim, & vers. si lis Mazzar. de fideic. part. 3. numer. 21. quæst. 67. vers. sed ego Soccin. iun. consil. 150. num. 40. & seq. lib. 1. Pinell. in §. 1. par. 2. numer. 38. vers. aduerto etiam C. bonis mater.*

Quod etiam declarauit obseruantia subsequuta, Nam postea de anno 1648. Iulia transegit, & conuenit quod vna ex domibus fideicommisso subiectis remaneat libera apud Scarlattum pro eius creditis, reliqua verò sibimet crederentur pariter tanquam libera in satisfactionem suarum pensionum

& sic

& sic semper pr(e) oculis habuit propriam vtilitatem assertione fideicommissi, cuius
6 propterea † incidens tunc facta allegatio, & defensio ad sui met commodum extendi non debet, sed quod principaliter factum fuit *Rot.decis.119.num.7.decis.382.num.7.par.1.*
7 *recentior.* eo minus, quia in ea defensione nō probatur expensum plusquam exigeret dict(e) Iuli(e) vtilitas *ad text.in l. ex parte ff. familiæ eriscund.in Florentina expensarū de Cambijs 8.Nouembris 1627.§.primo,*& per totā vbi respondetur omnibus contrarijs, *coram Reuerendissimo D.meo Decano.*

His positis, non obstat, quod Oliuerius Carpianus expensas reficere promiserit, quia
8 promittere non potuit in † pr(e)iudicium vocatorum in fideicommissum *l. Imperator. ff. transact. Peregr.de fideicomm.art.52.num.87. Rot. in Bononien. fideicommissi 28. Iunij 1651. coram R.P.D.meo Celso,* & reuera ipse tenebatur ad expēsas nomine proprio quippe qui domos Iuli(e) in solutum assignauerat, & earum defensionem promiserat.

Minus obstat sententia lata à R.P.D.meo Locumtenente Eminentissimi D.Cardinalis Vicarij, quia solum prohibet ne Moniales sequestrent pensiones domorum, vt suprà in solutum assignatas, donec Bindi Iuli(e) successores fuerint de suis creditis satisfacti, quod, ne alioquin sententia sit notoriè iniusta, vt ex pr(e)fatis esset, intelligenda est de prohibitione incipiendi à sequestris secun-
9 dum iuris dispositionem, iuxtà † quam verba sententiæ debent intelligi *c. dilectu de offic. Ordinarij Bald.in l.1.num.C.de negotigestis Bart.in l.fundus §.in venditione sub numer.4.ff.pignor. Roman.cons.320.num.4. Rot.in Bonon. Dotis 19. Decembris 1649.§.non obstat coram me.*

Et ità vtraque &c.

ASSISIEN. CENSVS.

Veneris 23. Ianuarij 1654.

ARGVMENTVM.

Nullitates obiectæ contrà impositionem census ob defectum numerationis pecuniæ in actu impositionis, & ob incertudinem fundi censiti in decisione refelluntur.

SVMMARIVM.

1 *Numeratio pecuniæ in impositione census probatur ex assertione Notarij emissa in Instrumento impositionis.*

2 *Item probatur ex Testibus deponentibus tempore impositionis census vidisse magnum cumulum pecuniarum, ex veritate preaexistentis monetæ, talis præsumitur subsecutus euentus numerationis à Notario affirmatus.*

3 *Pecuniæ regulariter in actu impositionis census, seu alterius contractus deferuntur in Sacculo indeque extrahuntur, & numerantur.*

4 *Item numeratio probatur ex taciturnitate impositoris census, qui nunquam ex hoc capite censum impugnauit, sed fructus liberè persoluit.*

5 *Census impositor præsumitur magis informatus de numeratione pecuniæ in actu impositionis census, quam qui censum post plures annos accollauit.*

6 *Item numeratio probatur ex tacita confessione accollatoris. qui accollando censum videtur veritatem debiti agnouisse.*

Debitum accollans illius veritatem agnouisse videtur ibid.

7 *Amplia præsertim si fructus post accollationem per longissimum tempus persoluit, ex qua debiti agnatio resultat, ac veræ numerationis, & validitatis census præsumptio inducta dicitur, & numer.8.*

9 Decisiones 120.& 123.apud Cenc. de cens. *in quibus terminis procedant?*

10 *Coniecturæ eliduntur ab alijs coniecturis habentibus pro se Instrumentum publicum, vel saltem ab eis debilitantur.*

11 *Testes super numeratione pecuniæ in actu impositionis census examinati deponentes de praexistentia pecuniæ, & se ad Instrumentum referentes, de qua in Instrumento constat implicitè numerationem affirmare censentur.*

12 *Census impositus ex prætio domus, seu fundi venditi validus est, nec numeratio pecuniæ dici potest simulata. nam isti duo effectus considerantur tanquam distincti, & separati præsertim ad effectum validitatis census, & num.13.*

14 *Tractatus inter contrahentes iniri possunt citra aliquam simulationem, quod vnus vendat domum, & alter censum emat ab emptore domus.*

15 *Numeratio pecuniarum non potest dici simulata, quando constat de illarum existentia tempore contractus, quas satis est contrahentes habuisse pro numeratis.*

16 *Interpretatio qualibet sumenda est ad euitandam simulationem, & publici Instrumenti falsitatem.*

17 *Confessio ne noceat confitenti sufficit, quod non sit omnino clara.*

18 *Debitoris confessio non præiudicat creditori post contractum.*

19 *Census argui non potest de simulatione si censuarius fuit exclusus à pralatione in emptione domus censualis cum excludi potuerit, vel quia præferri petierit post tempus præfixum, vel quia easdem conditiones non obtulerit.*

20 *Rota non attendit sententias aliorum Tribunalium sine actis, etiamsi transitum fecerint in iudicatum.*

21 *Simulationis coniecturæ efficaces & concludentes requiruntur.*

22 *Coniecturæ, quando singulæ sunt in suo genere imperfectæ, nec simul iunctæ releuant.*

23 *Præsertim quando ab alijs contrarijs habentibus concomitantiam Instrumenti publici eliduntur.*

24 *Coniecturæ tendentes ad exclusionem delicti in concursu præferendæ sunt alijs contrarijs.*

25 *Census impositus super duobus fundis, quorum vnus est capax, & certis finibus designatus validus est, nec potest dici nullus ob incertudinem fundi.*

26 *Census impositus super fundo certis finibus designato pro tanta quantitate, quanta suppetat pro censu reddendo impositus dicitur super toto fundo, & sic nullus dici nequit ob incertitudinem fundi censualis.*

DECI-

DECISIO DLXXXIV.

ASSERTIS nullitatibus ob defectum numerationis pecuniæ, & incertitudinem fundi censualis reiectis per duas decisiones alteram sub die 22. Aprilis 1652. coram Reuerendissimo Archiepiscopo Terraconensi alteram sub die 28. Martii proximè præteriti corā R.P.D.meo Beuilaqua emanauit sententia Rotalis super validitate census de anno 1580. impositi à Iacobatiis, & venditi Iulio Cæsari Galeotto, quam sententiam in gradu appellationis ad me interpositæ confirmandam esse DD.censuerunt.

In publico Instrumento super impositione census celebrato Notarius de numeratione pecuniarum testatur † per verba, *quod pretium totum, & integrum dictus venditor, vt supra realiter habuit, & recepit in Testium, & mei Notarij præsentia in tot monetis aureis, & argenteis, & quatrenis &c.* quæ cum sint verba Notarii non partium veram numerationem probant, & prǽter allegatos *in dd. decisionibus* dictum fuit *Parmen.Pensionis 23. Martij 1640. §.ponderando, & §.seqq.& 28.Aprilis 1645. §.maior, & seqq.coram me.*

2 Eademque actualis numerationis veritas comprobatur † tum Testibus exaduerso inductis deponentibus tempore impositionis census vidisse in tabula magnum cumulum pecuniæ argenteæ, & sacculum quatrenorum, ex veritate namque primordij, & præexistentis monetæ talis præsumitur subsecutus euentus numerationis à Notario cōtextualiter affirmatus, & regulare est, quod

3 pecuniæ † deferuntur in sacculo, indeque extrahuntur, & numerantur, vt explicat *Gratian. discept.628.num.12.Rot.decis.430. nu.2. §.non obstat vsque ad fin.inter.impress.post Cinc. de cens. & ponderat secunda decisio coram R. P. D. Beuilaqua §.altera in fine.*

4 Tum longissima taciturnitate impositorū census, qui nusquam ex hoc capite censum impugnarunt † immò fructus census soluerunt, præsumunturque magis informati de veritate, quam Aduersarij Successores eius,

5 qui † post 40.annos censum accollarunt, vt in proximis terminis ponderauit *Rot. apud Millin.decis.27. num. 3. & in puncto census decis. 190.num.3.inter impress.post Farinacc.*

6 Tum tacita confessione præfati accollatoris, qui scilicet accollando † videtur veritatem debiti agnouisse *Surd.cons.15.num. 20.Rot. in Esin.pecuniaria 27.Iunij 1647.& 17.Februarij 1648.coram R. P. D. meo Pentingerio in Leodien. Pecuniaria 28.Iunij 1647. coram me*, & magis

7 iuncta solutione fructuum per longissimum tempus, † quæ iteratam agnitionem debiti importat *l.si cui res ibique Bart.ff. leg. 2. l. siquidem vers.certam C.trans.Dec.cons.618.nu.2. Gratian.discept.524.num.38.& seqq.Duran.decis.324

8 num.4.& 5.* veræque numerationis, † ac validi census præsumptionem inducit, vt in terminis census aduertit, *Rot.penes Buratt. decis.10.num. 14.*

9 Hinc non applicantur † *decis.120.123.apud Cenc.de de cens.* aliæque exaduersò allegatæ, in quibus ex coniecturis ibi concurrentibus dictum fuit non obstante assertione Notarij de vera numeratione pecuniæ numerationem fuisse simulatam, & propterea censum nullum, qia non loquuntur in casu, quò assertio Notarii tot aliis supra deductis fulcitur, & propterea mouentur coniecturis aliis longe vehementioribus, quam exaduersò

10 allatæ, quæ † à concurrentibus pro Instrumento eliduntur, aut saltim debilitantur, vt in proximis terminis respondit, *Rot. in supra citata Parmen.Pensionis 23.Martij 1640. §.final.coram me.*

Et sanè debilis est coniectura exaduerso educta ex Testibus examinatis; siquidem nullus negat numerationem, omnes deponunt de auditu, & instrumentarij cum deponant pe præexistenti pecunia, & interrogati præcisè super negatiua numerationis se re-

11 ferunt ad Instrumentum, quo † vera numeratio probatu idem implicitè affirmare cēsentur, *Rot.decis.237.sub num.4. par.1. recentior.* cum aliis relatis *per Farinacc. de testib. quæst.66. num.39.*

Nil pariter vrget, quod eadem die, & coram eidem Notario, & Testibus stipulata

12 fuerit venditio domus † pro Florenis 1400. facta Iacobitiis à Galeotto, & impositio census Florenorum mille in sorte Galeotto vēditi à Iacobotiis, quia licet exindè resultet, quod census fuerit emptus cum pecuniis, quas ab ipsis Iacobatiis impositoribus Galeottus habuerat ex causa contemporaneæ venditionis domus non ideò inferri potest ad simulationem numerationis pecuniarum, cum verè numerari potuerit pecunia à Iacobatiis Galeotto venditori domus, vt factū legitur in Instrumento venditionis, & incōtinenti eadem pecunia inuestiri per Galeottum in emptione census ab ipsis Iacobatiis impositi, & isti duo actus considerandi sunt vti distincti, & separati, præsertim ad effectum validitatis census, vt in puncto respōdit *Rot.decis.2.numer.2. & 3.apud Cenc. de censib.decis.641.num.4.& 5.& num.10.& seqq. p.4. tom.3.recentior.* cum aliis allegatis *in decis. coram R.P.D.meo Beuilaqua §.huiusmodi autem quibus additur punctualis decisio in Romana Vineæ 9. Aprilis 1612.§.nec obstat coram bon. mem. Vbald. seniori,* & in fortioribus terminis tanquam duos actus distinctos, & separatos accipien-

13 dam esse † numerationem prætij rei rei venditæ, & aliam similem ex eisdem pecuniis, & in eodem Instrumento à venditore factam creditori census decisum fuit *in Romana census 17.Martij 1653.coram me.*

Hac ipsa responsione euacuatur coniectura simulationis elicita ex præcedentibus minutis vtriusque Instrumenti, quæ demonstrat inter partes præcessisse tractatum de vē-

14 dendo domum Iacobatiis, † & ab ipsis emēdi censum, quia sicuti citra aliquam simulationem stipulari potuit vtrumque Instrumentum; Ita & desuper iniri præcedentes tractatus, vt in terminis *Rot.d.decis.641.n.11. & 12.*

& 12. part. 4. tom. 3. recentior. & in dicta Romana Vinea §. quod autem coram Vbaldo. Immò cum in minutis apposita sint verba veram numerationem præseferentia apparet contrahentes in ipso tractatu habuisse animum ab omni simulatione alienum, dum vt Testes deponunt pecuniæ reuera existebant tem-
15 pore contractus, † quas satis est contrahentes habuisse pro numeratis, vt post Bald. consil. 247. circa fin. vers. item quia pecunia libr. 1. dixit in puncto census Rot. decis. 436. numer. 5. & 6. apud Cenc. de cens.

Nullius momenti est epistola post decennium alteri ex impositoribus census scripta à Galeotto, in qua Galeottus impositorem arguit de periuro, quia sentire non potuit de periurio circa assertionem veræ numerationis dum ea non fuerit emissa à partibus, sed à Notario rogato, & omnia in Instrumẽto contenta vera esse asseruerint nedum impositor, sed etiam ipsemet Galeottus, qui proindè eiusdem periurij reus esset, adeò quod circà alia versatur periurium soli impositori ibi obiectum, quod Galeottus scripsit nolle remittere, nisi de Florenis mille reimbursetur, & subsequentia verba epistolæ ibi; ne à voi mette conto pagare di quella cassa 30. scudi l'anno, quot sunt fructus census nõ excludunt realitatẽ census cum verè dici possit solui de domo, quod soluitur occasione census super illa impositi, omnisque in-
16 terpretatio sumẽda est † ad euitandam simulationem, & publici Instrumenti falsitatem, Alexandr. cons. 185. num. 4. & seqq. lib. 7. Rot. decis. 167. n. 52. & 53. par. . . . recent.

Idem respondetur ad liberculum impositoris enunciantem hunc censum impositum fuisse pro suplenda solutione prætij domus emptæ: id enim interpetrari potest de supplemento præuia numeratione ex causa venditionis census, quæ occasionaliter dicitur suppleuisse prætium domus, quia nimirum ex supplemento prætij paulo ante numerati venditori domus fuit emptus census, quod iuxta superius allegata licitè fieri potuit, & sufficit confessionem hanc imposito-
17 ris † census non esse omninò claram, ne noceat Buratt. decis. 183. num. 19. Rot. inter recent. decis. 443. numer. 8. par. 1. & in Valentina Rectoria 31. Iulij 1651. coram me. Eo minus in præiudicium Creditoris census, cui post contractum
18 debitor † non potuit confitendo præiudicare Castr. in l. facta §. si hæres num. 4. ff. ad Trebell. Osac. decis. 45. num. 7. Buratt. decis. 470. num. 5. decis. 476. num. 9. cum alijs allegatis in Romana, seù Iannen. pecuniaria prima Iulij 1644. coram me.

Tandem ex sententijs latis de anno 1600. excludentibus censuarium à prælatione in emptione domus censualis, non resultat quod census fuerit simulatus, cum etiam supposita veritate census excludi potuerit,
19 præferri petierit post † tempus præfixum, vel quia easdem conditiones non obtulerit, vt debebat, Rot. decis. 475. numer. 8. par. 1. diuers. decis. 71. num. 1. & seqq. apud Cenc. de censib. Vndè transportari exaduersò debebant acta illius
20 Iudicij, † sine quibus Rot. non attendit sententias aliorum Iudicum etiamsi in iudicatum transierint Buratt. decis. 636. nu. 6. vbi add. num. 9. & 10. allegat. concord. Cæteræ coniecturæ simulationis visæ sunt læuissimæ cum
21 tamen efficaces, † & concludentes requirãtur Castr. cons. 388. sub nu. 2. lib. 1. Adden. ad Gregor. decis. 195. num. 17. Mart. Andr. decis. 109. nu. 5. Rot. penès Farinacc. post cons. decis. 207. sub num. 1. & in Romana Locorum Montium 25. Februarij 1641. §. de iure in fine coram Reuerendissimo D. meo Decano. Nec simul iunctæ releuant, vel
22 quia † singulæ sunt in suo genere imperfectæ Rot. decis. 519. num. 7. par. 2. recent. vel quia
23 eliduntur † contrarijs, quæ cum habeant concomitantiam publici Instrumenti, ac tẽ-
24 dant ad exclusionem delicti † præferendæ sunt, Natt. cons. 592. numer. 24. Rot. decis. 167. numer. 27. dec. 245. num. 3. decis. 315. numer. 8. part. 1. recentior.

Alterum obiectum ob incertitudinem fundi censualis tollitur ex facto, tum quia census nedum est impositus super prædio, sed etiã super domo certis finibus designato
25 & capaci eiusdem census, † quod sufficit ad substinen. censum, etiamsi alter fundus censualis esset incertus, vel incapax Gratian. discept. forens. 777. num. 7. Mantic. decis. 302. num. 10. Rot. decis. 571. num. 3. par. 1. decis. 620. nu. 3. in fin. par. 2. recenior. decis. 80. num. 4. apud Cenc. cum alijs allegatis per eundem Cenc. quæst. 41. nu. 3. & seqq. Tum etiam, quia etiam prædium fuit certis finibus designatum, dumque non docetur, quod sit maioris valoris, quam census verba illa posita videlicet super tanta quantitate, quanta scilicet suppetat pro dicto censu red-
26 dendo, non excludunt † quin census fuerit impositus super toto prædio certis finibus descripto, & in totum ad impositores spectantem, & per consequens certitudinem fundi censualis, vt per Adden. ad Gregor. decis. 355. num. 6. Rot. decis. 353. nu. 3. par. 1. recent.

Et ità decisum vtraque parte informante.

ASSISIEN. CENSVS.

Veneris 23. Ianuarij 1654.

ARGVMENTVM.

Manutentio in quasi possessione exigendi fructus census datur constito de illorum exactione, non obstante sententia super nullitate census, si illius effectus est per appellationem suspensus.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio exigendi fructus census probatur ex confessione aduersarij emissa in monitorio obtento super illorum restitutione.*

2 *Producens scripturam fatetur omnia in ea contenta esse vera.*

3 *Productio facta cum clausula*, sine præiudicio quorumcumque iurium *quid operetur, & quænam iura præseruet?*

Non

Non tollit confessionem resultan. ex ipsa productione, sed alia iura præseruat ibid. & num. 5.

4 *Præsertim donec contrarium exaduerso probetur.*

6 *Decretum irritans appositum in Constitutione piana super forma creandi census inficit quasi possessionem exigendi fructus census stante illius nullitate.*

7 *Declara procedere, quando certum est locum esse decreto, secus vero si dubitatur an ei locus sit.*

8 *Manutentio in quasi possessione exigendi fructus census denegari non potest possessori non obstante sententia super nullitate census, si ab ea fuit appellatum.*

9 *Appellatio ponit rem in statu, quo erat ante sententiam.*

10 *Possessor donec lis pendet super nullitate census manutenendus est in quasi possessione exigendi fructus.*

DECISIO DLXXXV.

BENEDICTAE Galeottæ Rota censuit dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi fructus census olim impositi à Iosepho Iacobutio, deinde accollati à Iulio Bino aduersus fratres de Binis eiusdem Tulli filios, & hęredes. Quod enim Benedicta sit in quasi possessio-
1 ne exigendi † negare non possunt Bini, qui monitorio super nullitate census reproducto coram A. C. institerunt nedum præfatum Iacobutium, sed ipsam quoque Benedictam æquè principaliter condemnari ad restitutionem fructuum census perceptorum, quandoquidem exinde resultat apertissima confessio perceptionis ad fauorem Benedicti, vt in his terminis dicit *Rot. inter impress. post Cenc. de censib. decis. 209. num. 3. decis. 210. numer. 3. & 4. decis. 212. sub num. 51. vers. sed Sicet. decis. 234. num. 2. & 3. repetita inter recent. dec. 140 nu. 1. par. 2.*

Augeturque exactionis à Benedicta factæ probatio ex calculo exaduerso in actis producto continente quantitatem fructuum ab iisdem Binis solutorum, nam producens
2 scripturam † fatetur omnino in ea contenta esse vera *cap. cum venerabilis de except. Surd. consil. 151. num. 16. Rot. decis. 123. num. 5. par. 1. recent. in Pisana damnorum, & interesse 10. Iunij 1652. coram R. P. D. meo Celso, & in puncto coram Greg. decis. 365. nu. 1. vers. probatur etiam.*

Nihil releuante clausula *sine præiudicio quorumcumque iurium* in productione dicti calcu-
3 li apposita, † quia cum calculus fuerit productus ad effectum consequendi fructuum solutorum restitutionem ea clausula non eneruat, aut suspendit solutionis factæ confessionem, sed alia iura præseruat ex allegatis per *Gratian. discep. 33. num. 16. discept. 455. nu. 27. & seqq. Buratt. decis. 46. num. 18.* præsertim do-
4 nec contrarium † exaduerso probetur *Bertazzol. clausula 38. gloss. 2. sub num. 1. Buratt. decis. 546. num. 6. Rot. in Montis Falisci supplementi legitima 18. Iunij 1642. coram me, & in Senogallien. Saluiani 19. Iunij 1651. §. minus obstat clausula coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado.* Accedente maximè, quod successiuè Aduersarij obtinuerunt sententiam condemnantem Benedictum ad fructuum restitutionem absque
5 alia præseruatiua, quod in proximis terminis ponderauit *Rot. in d. Senogallien. Saluiani §. penultimo circa fin. coram D. Cardinali Corrado, & in eadem 7. Februarij 1653. §. Clausula verò coram me.*

Non obstat allegata nullitas census ex defectu numerationis pecuniæ requisitæ à Cõstitutione Piana, quæ cum habeat Decretũ
6 irritans inficit † omnem quasi possessionem exigendi *Coccin. decis. 51. num. 4. Mantic. dec. 40.*
7 *num. 8.* quia † hoc procedit, quando certum est locum esse decreto irritanti, secus donec desuper dubitatur, vt declarat *Gonzal. super regula 8. Cancell. gloss. 67. num. 32. & 39. Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 8. nu. 77. Caputaquen. decis. 325. num. 8. & seqq. par. 1. Seraphin. decis. 1471. numer. 5. & seqq. Caual. decis. 8. numer. 4.* cum alijs allegatis *in Calaguritana Beneficij 17. Maij 1645 §. cum itaque coram me, & decis. 139. nu. 11. & 12. apud Modern. Perusin. de manut.* In casu autem nostro tantum abest, quod certum sit locum esse Decreto, quod immò per duas decisiones, & per sententiam Rotalem reuocatoriam alterius A. C. constat de contrario.

Tandem non obstat sententia A. C. declarans censum esse nullum, quia cum fuerit
8 suspensa per appellationem † quin & reuocata, vt dicebam, per sententiam Rotalem non impedit possessori manutentionem, *Gratian. discept. 1. num. 35. Rot. decis. 315. num. 1. par. 4. diuers. decis. 113. num. 4. coram san. me. Gregor. XV. decis. 1258. in fin. coram Pen. decis. 209. num. 6. decis. 210. num. 9. apud Cinc. de censib.* Ap-
9 pellatio namque † ponit rem in statu, quo erat ante sententiam *l. 1. §. propter ff. nihil innou. appell. interp. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. in præfatione num. 87. & seqq. Monac. decis. Bonon. 30. nu-*
10 *mer. 29. & 30.* & donec lis pendet † super nullitate census manutenendus est possessor *Gratian. discept. 113. num. 28. Rot. decis. 275. num. 9 & seqq. coram sa. me. Gregor. XV. decis. 142. num. 2. & 3. & decis. 163. num. 2. apud Modern. Perusin. de manut. & in Romana subcollectoria 17. Martij 1645. coram me.*

Et ità decisum vtraque parte informante.

ARIMINEN. SVCCESSIONIS.

Luna 26. Ianuarij 1654.

ARGVMENTVM.

Fratri ab intestato defuncto non succedit soror germana si renunciationem antea fecit fauore fratrum pro se hæredibus, & successoribus quibuscunque, quorum appellatione veniunt hæredes etiam extranei, sed ei succedit auunculus proximioribus non existentibus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Auunculus succedit nepoti ab intestato defuncto proximioribus non existentibus.*

2 *Soror germana non succedit fratri defuncto si amplissimam renunciationem antea fecit, ob quam habetur, ac si in rerum natura non esset.*

3 *Renuncianti ad Iura renunciata non datur amplius regressus.*

4 *Renunciatio facta contemplatione agnationis, tacitam habet in se conditionem, dummodò aliquis de agnatione superuiuat, & sic extendi non potest ad cognatos, & extraneos.*

5 *Nec sub dicta renunciatione censetur comprehensus casus, si vltimus agnatus ab intestato decedat.*

6 *Amplia etiamsi renunciatio stipulata sit pro renunciatario eiusque hæredibus, & successoribus, & renunciatarius ab intestato decedat præsumitur renunciantem iterum velle ad bona renunciata reuocare, dum con superest persona comprahensa in renunciatione; Secus si testatus decedat.*

7 *Renunciatio non dicitur fauore agnationis si est facta fratribus pro se hæredibus, & successoribus quibuscumque, quod verbum quibuscumque comprahendit etiam extraneos.*

8 *Quinimò demonstrat renunciationem non emanasse contemplatione solius agnationis, sed renunciantē fauere voluisse renunciatarij hæredibus, nedum ex testamento, sed etiam ab intestato, & num.9.*

10 *Renunciatarius præsumitur hoc casu pro hæredibus extraneis, quod fuerit stipulatus.*

11 *Dispositiuæ pars semper attendenda.*

12 *Renunciatio non dicitur facta contemplatione familiæ etiamsi ratio bona conseruandi in familia fuerit in prohemio enunciata si tàmen in dispositiua affertur solum ratio dotis, & præstationis à fratribus promissæ, & num. antecedentibus.*

13 *Renunciationis plures causæ si fuerunt expressæ eaque facta fuit ab ingressura Religionem ingressus dicitur causa finalis, agnatio vero impulsiua, & deficiente agnatione adhuc renunciatio durat.*

14 *Renunciatio facta à sorore non dicitur absolutè fauore familiæ si non fuit contemplata conseruatio in familia, sed solum quod fratres possent conseruare familiam, vnde satis est, quod habuerit effectum in persona fratrum.*

15 *Renunciatio facta hæredibus, siue ex testamento, siue ab intestato, tunc vocatio hæredum restringi non potest ad hæredes ex testamento.*

16 Decis. in Romana Renunciationis de Perottis impress. apud Tamburin. de Iur. Abbat. *declaratur.*

17 Decis. in Maceraten. Pecuniaria 20. Iunij 1644. coram Cardinali Otthobono *declaratur.*

18 *Hæredum appellatione non veniunt hæredes sanguinis in materia de sui natura transitoria ad extraneos.*

19 *Item si stipulatio fuit facta pro hæredibus quibuscumque, & cum clausula* ad habendum.

DECISIO DLXXXVI.

IVLIANI Melgij hæreditatem à Monasterio, & Monialibus Sancti Matthæi de Arimino ex persona Mariæ Lucretiæ ibidem Professæ, ac defuncti sororis germanæ possessionem denegauit Iudex primæ instantiæ Hyacintho Martinello, cui in gradu appellationis coram me interpositæ illam deberi decisum hodie fuit, cum Auunculo, † qua-
1 lis ille est hæreditas deferatur non existentibus proximioribus, ex dispositione Iuris in *l. auunculo C. comm. de success.* Et soror germana ob renunciationem amplissimam ob ea factam in ingressu Religionis, † habeatur, ac
2 ac si in rerum natura non esset *Castrens. in leg. plerè, §. si duobus num.9. ff. de leg.1. Neapod. in consuetud. Neapol. cap. si quis vel signa num.95. relat. à Moderno Neapolitano de success. ab intestat. part.2. num.4. & 5. Minad. cons.22. n.3. & in fin. Menoch. cons.401. n.102. & seq.* Nec ad Iura renunciata
3 renuncianti † datur regressus, *Aym. cons.160. num.1. Guttier. in repet. cap. quamuis pactum verb. dum nuptus nu.3. de pact. in 6. Rot. decis.587. n.10. par.1. recent. decis.125. n.16. par.5.*

Neque obstat, quod renunciatio huiusmodi vti facta contemplatione agnationis,
4 ibi, † *vt igitur prædicti sui fratres domum, vel familiam faciliùs substentare, & manutenere valeant. Ideò &c.* tacitam de Iure habeat in se conditionem, dummodò scilicet aliquis de agnatione superuiuat, & extendi non possit ad cognatos, vel extraneos ibidem non nominatos, *Honded. cons.29. num.107. lib.1. Surd. consil.430. num.22. & seqq. Rot. decis.47. num.7. apud Modern. Foroliuien. de legit. decis.543. num.35. & seqq. par.5. recent. decis.894. num.7. & seqq. coram Merlino, & in Romana Successionis de Comitibus 15. Ianuarij 1642. §. his tamen coram Eminentissimo Domino Decano*, eo minùs vltimo agnato
5 decedente ab intestato, quia casus iste † non censetur in renunciatione comprahensus, etiamsi renunciatio stipulata fuisset † pro re-
6 nunciatario, eiusque hæredibus, ac successoribus, & renunciatarius decedens ab intestato præsumitur renunciantem iterum velle ad bona renunciata reuocare, dum non superest persona comprehensa in renunciatione, licet secus esset si testatus obijsset, *Bald. cons.437. num.2. vers. in contrarium videtur, lib.1. Cancer. var. resolut. tom.3. cap.15. num.40. & seqq. Merlin. d. decis.894. numer.6. Rot. d. decis.543. num.41. & 42. par.5. & in Maceraten. Pecuniaria 20. Ianuarij 1644. §. primo, ac tribus seqq. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono.*

Mox enim allegati, quippè ad id allegari possent loquuntur in renunciatione facta fauore familiæ dumtaxat, & simpliciter cum clausula *pro se hæredibus, & successoribus*, vbi nō applicantur, quando vt in casu nostro re-
7 nunciatum fuit fratribus † pro se hæredibus, & successoribus quibuscumque verbū enim *quibuscumque* comprahensiuum ob sui latitudinem, etiam hæredum extraneorum, *Roland. cons.96. nu.28. & 29. lib.1. Dec. cons.294. sub num.2. in fin. poss. Bart. in l. Gallus, §. etiam sub n.5. ff. de*

ff. de lib. & posth. Rot. in Sarsinaten. Feudi 22. Iunij 1645. coram Reuerendiss. D. meo Decano, demon-
8 strat † renunciationem non emanasse contemplatione solius agnationis, *Aym. cons. 288. num. 3. Ludou. Bell. cons. 118. num. 7. Rot. decis. 252. sub num. 4. par. 5. recent. & in Auenionen. fideicommissi 30. Aprilis 1636. §. 1. vers. cum in his coram R. P. D. meo Verospio*. Et renunciantem fauere voluisse renunciatarij hæredibus, nedùm ex testamento, sed etiam ab intestato, † vt
9 puncto ità distinguendo, & respondendo contrarijs declarat *Molin. de tit. nup. qu. 85. n. 60. & seqq. Anton. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 3. dist. 22. post princ. vers. sed si vt plerumque*, vbi ait, quod isto casu nullus præsumptioni locus relinquitur, nec proindè dubitationi, quin etiam pro ex-
10 traneis hæredibus † renunciatarius stipulatus fuerit, *Rouit. cons. 44. nu. 7. lib. 1. Rot. in Romana Successionis de Comitibus 23. Iunij 1642. §. nec refragatur, & duobus §§. seqq. per tot. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, vbi recedendo à præcedenti decisione edita de mense Ianuarij allegat in obiecto, distinctio hæc solidissimè cõfirmatur omnibusque contrarijs singulariter respondetur, & hanc vltimam decisionem recedendum à decisionibus, *Merlin. ex aduerso allegat.* sequuta fuit *Rota in Maceraten. Pecuniaria 20. Iunij 1644. coram Eminentiss. D. Card. Ottbobono, in Romana Fideicommissi de Cosciarijs 16. Martij 1648. §. quia in fine coram Eminentiss. D. Card. Corrado.*

Faciliùs accedente primò, quod etsi in prohemio renunciationis enunciata fuit ratio conseruandi bona in familia infra, tum
11 in parte dispositiua, † quæ potiùs attendenda est, ibi, *& prædicta, & infradicenda, quæcumque, & facere declarauit dicta Soror Maria Lucretia erga dd. eius fratres heredes, &c.* affertur so-
12 lum ratio dotis, † & annuæ præstationis à fratribus promissæ, quod in puncto ponderat *M. Leon. de tit. nupt. quæst. 92. nu. 49. & 50. alijque relat. à Moderno Neapolitan. de renunc. cap. 19. num. 48. Rot. in dicta Romana Successionis de Comitibus, §. coniunctura coram Reuerendiss. D. meo Decano*, quod vti plures causæ renunciatio-
13 nis † fuerunt expressæ, eaque facta fuit ab ingressura Religionem, ingressus fuit causa finalis, agnatio verò impulsiua, defectaque agnatione durat adhuc renunciatio, quod in similibus terminis, rationis conseruandi agnationem emissæ in prohemio decisum fuit etiam *in Romana Census 13. Iunij 1651. §. non obstat donationis prohemium, coram D. Cardinali Otthobono*; ponderando præsertim quod in ipso Prohemio non fuit contemplata absolutè conseruatio in familia, † sed solum
14 quod fratres possent conseruare familiam, & sic satis est id effectum habuisse in persona fratrum, vt in puncto aduertit *Rot. dec. 561. num. 7. par. 4. to. 3. recent.*

Secundò quod fuit renunciatum explicitè hæredibus, & fratrum, ibi, *tàm dicti eius Parentum, & fratrum &c. siue ex Testamento, siue ab intestato &c.* & sic vocatio hæredum re-
15 stringi non potest ad hęredes † ex Testamẽ-
16 to, *iuxtà decis. 543. par. 5. recent.* † *& in Romana Renunciationis de Perottis impress. apud Modern. de Iur. Abb. decis. 6. ex aduerso allegata*, in quibus talis expressio non aderat, nec pariter aderat verbum *quibuscumque* vt aduertit, *Rota in sæpè citata Romana Successionis de Comitibus, §. nec applicantur*. Idemque respondetur † *ad dictam*
17 *decisionem in Maceraten. Pecuniaria*, & in ea parte, qua solis hæredibus ex testamento renunciationem suffragari firmatur, nam ibi renunciatio concepta erat solum pro hæredibus, & successoribus ab intestato, quę mentio fortiùs operatur extraneorum inclusionẽ ab intestato cum directa sit etiam ad successionem fratrum paulò ante nominatorum, de quorum hæreditate hodie agitur.

Quatenùs verò hodie replicetur hęredum
18 appellatione venire † tantum hæredes sanguinis *eadem decis. Maceraten. Pecuniaria, §. neque obstat*, bene respondet ad id non procedere in materia de sui natura ad hæredes transitoria, eoque minùs quando stipulatum fuit pro hæredibus quibuscumque adest clausula
19 *ad habendum*, † ac verba donationem inter viuos importantia renunciatum fuit etiam hæredibus renunciatorum, siue ex testamento, siue ab intestato additis vltrà decisionibus omne tempus successionis deferendæ complectentibus, ibi: *quandocumque*.

Et ità decisum vtraque &c.

CESARAGVSTANA CANONICATVS.

Mercurij 4. Februarij 1654.

ARGVMENTVM.

Ius conferendi Canonicatus vacantes in mensibus Martij, & Septembris competit Capitulo Cæsaraugustano vna cum Archiepiscopo vigore Bullæ secularizationis, & tunc Archiepiscopus consideratur, tanquam vnus de Capitulo, vt desumitur ex verbis eiusdem Bullæ. Capitulum quando est suspensum, & interdictum, licet aliqui Canonici sint exceptuati, ius conferendi Capitulo competens exercere non valent, quia illud non habent tanquam singuli, sed tanquam vniuersi, nisi interdictum, vel suspensio non generaliter, sed specialiter contra singulares personas esset latum, quo casu exceptuati exercere possunt munia Capituli.

SVMMARIVM.

1 *Ius conferendi quando spectat ad Capitulum, & Episcopum, tunc in impetratione est facienda mẽtio talis Iuris conferendi simultanei, quia Papa si vult praeuenire Capitulum, forsan non praeueniet Episcopum.*

2 *Papa disponens de beneficio spectante ad vnius collationem, censetur id facturus si sciuisset eam alteri esse communem.*

3 *Narratiua si sit facta Papa, quod Capitulum est suspensum à diuinis, ex ea intelligere non potest, quod non posset prouidere.*

Sus-

4 *Suspensio à diuinis de Iure non impedit, quod quis non possit conferre.*
5 *Suspensio quandoque fit nominatim à Iure conferendi.*
6 *Narratiua facta Papæ quod Capitulum est suspensum non facta mentione, quod aliqui Canonici sunt exceptuati nihil operatur, quibus si Papa hoc sciuisset verisimile est, quod noluisset præueniendo præiudicare, Declara vt nu. 13.*
7 *Suspensionis pœna Capitulo inflicta non afficit Canonicos innocentes, & qui fuerunt ab ea exceptuati.*
8 *Iura Capituli suspensi conseruantur penès Canonicos innocentes, quamuis cæteri tanquam culpabiles essent suspensi, & interdicti.*
9 Decisiones in Tridentina Canonicatùs 17. Maij 1645. & 26. Februarij 1646. coram R.P.D. Cerro, *in quibus terminis loquantur?*
10 Suarez de censur. disp. 28. sect. 4. num. 2. *quo casu loquatur?*
11 *Capitulum totum quando non est suspensum, sed maior illius pars exceptis aliquibus Canonicis, tunc isti non afficiuntur pœna suspensionis, licet si non essent exceptuati afficerentur pœna interdicti generalis contra Capitulum promulgati.*
12 Decisio in Causa Cæsaraugustana Distributionum 29. Maij 1653. coram R.P.D. Verospio, *quo casu loquatur?*
13 *Ius conferendi Canonicatus in mensibus Martij, & Septembris competit Capitulo Cæsaraugustano vna cum Archiepiscopo ex Bulla secularizationis non simultaneè, sed tanquam vni corpori per Capitulum, & Archiepiscopum repræsentato.*
14 *Idque desumitur ex eadem Bulla sæcularizationis, quæ tribuit ius Archiepiscopo conditionaliter si in actu collationis Capitulo interfuerit, nec interesse deberet si simultaneam, vt Archiepiscopus haberet.*
15 *Item si vnam dumtaxat vocem Archiepiscopus habet, vt quilibet Canonicus, & sic consideratur tanquam vnus de Corpore Capituli, alias enim si simultanea competeret æqualiter, & non in capita competeret.*
16 *Item Archiepiscopus consideratur tanquam vnus de Capitulo si ius conferendi tribuitur Capitulo cum Episcopo.*
17 *Appellatione Capituli venit etiam Archiepiscopus quando tanquam vnus de Capitulo de collatione participat.*
18 *Narratiua iustificanda est eo modo, quo fuit narrata.*
19 Decis. Seraphin. 870. *declaratur*, & nu. 20.
21 *Capitulum quando est suspensum, licet aliqui Canonici sint exceptuati non possunt tamen conferre, si ius conferendi non competit tanquam singulis, sed tanquam vniuersis.*
22 *Suspensio Capituli licet non afficiat innocentes, quoad culpam afficit tamen quoad actiones totius Capituli, quod peccauit, & hoc non est innocentes punire, sed participare pœnam totius, quod peccauit, & nu. 23.*
Nauar. cons. 9. num. 10. de sent. excommun. *quo casu loquatur? ibid. nu. 22.*
24 Decis. in Tridentina Canonicatus 17. Maij 1645. coram R.P.D. Cerro, *declaratur.*
25 *Capitulum suspensum non est repræsentabile per non excommunicatos, aliàs enim vel repræsentaretur corpus suspensum, vel esset dare in eadem Ecclesia duo Capitula vnum suspensum, alterum vero non, & nu. 26.*
27 *Suspensio vel interdictum quando est latum distributiuè contra singulares personas, tunc innocentes exercere possunt munia tàm propria, quàm ipsius Capituli, qui a singulorum pœna illos, aut Capitulum non afficit.*
28 *Suspensionem latam fuisse non distributiuè, sed collectiuè contra Capitulum desumitur ex verbis sententiæ.*

DECISIO DLXXXVII.

DENEGATAM in prima instantia executionem litterarum Apostolicarum petitam à Gregorio de Alayeto prouiso de Canonicatu controuerso Rota concessit in secunda per sententiam à R.P.D. meo Albergato latam, quam reuocari coram me in tertia Informantes pro Didaco Hieronymo Sala collationem eiusdem Canonicatus à Capitulo Cæsaraugustano habente petierunt allegando contra litteras Apostolicas subreptionem ex duplici capite: Primò quia
1 Papæ narratum non fuit, † quod Ius conferendi nedùm spectat ad Capitulum, sed etiam ad D. Archiepiscopum Cæsaraugustanum, vt narrari debuit, quia etsi Papa noluisset præ-
2 uenire Capitulum, † non præuenisset forsan Archiepiscopum, nec disponendo de beneficio, vti spectante ad vnius collationem, censetur id facturus, si sciuisset eam esse alteri communem, vt ad litteram probat *text. in cap. cum illis 16. §. fin. in fin. de praben. in 6.* vbi reprobata contraria sententia *Io. Monac. id notauit Io. Andr. sub num. 3. verb. ad eum quem sequitur Gemin sub num. 5. vers. Sed secundum, & in simili Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 40. num. 120. in fin. Rot. penès Caual. decis. 359. nu. 7. & in Oscen. Archidiaconatus 17. Martij 1649. coram R.P.D. meo Verospio.*

Secundò quia non sufficit narratiua, quod Capitulum, & Canonici Ecclesiæ Cathedralis per sententiam Rotalem declarati essent suspensi à diuinis, & ab Ecclesiæ ingressu interdicti, cum exindè fuit tacitè insinuatum Papę Capitulum conferri non voluisse, † vel saltem ex hac sola narratiua intelligere non
3 potuerit, quod Capitulum non posset prouidere, vt in puncto ponderauit, *Rota penès Seraph. decis. 870. sub num. 1. vers. sed quia, & n. 2.*
4 Vbi dicitur ratio, † quia suspensio à diuinis de Iure non impedit, quod quis non possit conferre, *Sayr. de censur. lib. 4. cap. 3. n. 20. & seq. & cap. 4. num. 6. Castropal. de censur. disp. 4. punct. 4. §. 1. sub num. 12.* Et Papa forsan credidit Capi-
5 tulum esse suspensum nominatim † à Iure conferendi Vt quandoque fieri tradit *Castropal. de censur. disp. 4. punct. 3. num. 7. & text. in cap. vnico, ne Sed. Vacan. in 6. cap. Romana, cap. si sententia de sent. excomm. in 6.*

Debuisset itaque Papæ exponi clariùs, esset,

set, necnè Capitulum suspensum à Iure conferendi, & vlterius quod in sententia Rotali declaratoriæ suspensionis, ac interdicti exceptuantur nominatim sex Canonici, ac to-
6 tidem dignitates, † quibus sanè (si Papa id sciuisset) verisimile est, quod noluisset præ-
7 ueniendo præiudicare, † cum tanquam innocentes, & exceptuati non afficiantur pœna suspensionis inflictæ Capitulo, *Nauarr. cons.9.sub num.10.vers.non potest de sent.excomm. Auil.de censur.par.2.disp.3.dub.2.concl.4.Conich. eod.tract.disput.15.dub.2.num.26.Castropal.par.4. punct.3. num.2.* & in illis Iura Capituli † con-
8 seruentur etiam si cœteri, tanquam culpabiles essent suspensi, & interdicti, *Innoc.in c.illa num.2.in fin.de elect.Summ.Ang. verb.electio n.13. Mirand.in manual.tom.2. quæst.23.art.5.conclus.2. Barbos.de Canon.& dignit. cap.41.sub n.14.& 15.* vbi allegat concordantes.

Vndè nec applicantur *Decisiones in Tridentina Canonicatus 17. Maij 1645. confirmata 26. Februarij 1646. coram R.P.D.meo Cerro*. Quia
9 in eo † casu sententia suspensionis, & interdicti erat lata contra totum Capitulum nullis exceptis; Et in eisdem terminis loquitur
10 *Suarez † de censur.disp.28. sect.4.sub num.2.* At in casu nostro formaliter non est suspensum totum Capitulum, sed distributiuè, nempè maior illius pars, exceptis dignitatibus, &
11 Canonicis, † qui paruerunt, quique non afficiuntur pœna suspensionis, licet nisi exceptuati essent afficiuntur pœna interdicti generalis contra Capitulum promulgati, ex allegatis per *Castropal. de Censur. dicta disput.4. punct.2. §.secundo n.3.* Alia verò decisio *in Cæsaraugustana Dismembrationum 29.Maij 1653. coram R.P.D.meo Verospio*, † non loquitur de
12 Iure conferendi, sed de re cuius vtilitas resultasset etiam in commodum suspensorum & culpabilium.

His tamen non obstantibus secundam sententiam Rotalem cōfirmandam esse Domini censuerunt, & ad primum obiectum responsum fuit illud procedere, quando collatio spectat ad plures vti singulos † ex pro-
13 pria persona, non autem vt repræsentantes corpus: Spectare innotuit Papæ. Qui est casus noster in quo ius conferendi Canonicatus vacantes in mensibus Martij, & Septēbris, non competit Episcopo vna cum Capitulo de Iure communi, sed ex Bulla secularizationis tribuente Ius conferendi Capitulo cum Archiepiscopo non simultaneè, ac distributiuè, sed tanquam vni corpori, per capitulū, & Archiepiscopū repræsentato, vt
14 colligitur, tum quia Bulla † tribuit Ius Archiepiscopo conditionaliter, nempè si Capitulo in actu collationis interfuerit, nec verò interesse deberet, si simultaneam, vt Archiepiscopus haberet *Gonz.super reg.8.glos.45. num.52.& 53.Put.decis.116.lib.3.in Corr.Achill. decis.4.num.10.de præben. Rot.in Montis Alti Beneficij 28. Iunij 1645. §.fuisse circa fin.coram me*. Tum etiam quia vlterius Bulla declarat, quod Archiepiscopus, vnam dumtaxat vocem, prout quilibet Canonicorum habeat,
15 & sic illum considerauit in hac parte tamquam vnum de corpore Capituli alioquin enim cum hoc Ius conferendi proueniat ex Iure speciali, nempè ex Bulla, æqualiter, non in capita, Archiepiscopo simultaneè cum Capitulo competeret *Garz.de benef.par.5. cap.4.num.28.Barbos.de Canon.& Dignit.cap.14. num.7. & 8. cum alijs allegatis in Decisione huius Causæ edita 16.Iunij 1653. §. non obstat coram R. P.D. meo Albergato, & per Add. ad Buratt. decis.809. num.16. & 17.* Ponderandumque pariter in id videtur, quod Bulla non dat collationem Archiepiscopo cum Capitulo. Vt incipiendo à digniori fecisset, si separatim illum contemplasset. Sed Capitulo cum Archiepiscopo, ibi, *ad Capitulum cum Archiepi-*
16 *scopo &c.* † Atque ità accessione ad Capitulum, vt notat *gloss.in cap.à collatione verb.Prælatus, vers.si est primo loco de appellat. in 6.Ant.de Butr.in cap.postulati sub nu.8. vers.quod si de concess.præbend.& ibidem Imol.sub nu.8. vers.& primo loco magis in puncto Rot. in Montis Alti Beneficij 28.Iunij 1645.§.fuisse,vers.& quia coram me,* quodque Bulla inferiùs concedit Archiepiscopo in alijs mensibus Ius conferendi insolidum. Quare satis fuit exponere Papę, quod Ius conferendi spectabat ad Capitulum, cum
17 eius appellatione † veniat etiam Archiepiscopus, dum tanquam vnus de Capitulo de collatione participat ex allegatis *in decis.2. numer.2.& 3.apud Peniam, & in decisione coram R. P.D.meo Albergato, §.non obstat in fin. quibus additur alia decisio in Elboren. Iuris Conferendi 5. Decembris 1640. §.nec facit, & 8. Martij 1641. §c1.in fin. coram bon.mem. Card.Panzirolo, & in Montis Alti Beneficij 15.Decembris 1646. §.nam quicquid in fine coram me.*

Alterum obiectum corruit, quia reuera Capitulum, & Canonicos fuisse declaratos suspensos à diuinis, & ab Ecclesiæ ingressu interdictos (vt fuit Papæ narratum) constat ex sententia declaratoria data *in Summ. Capituli num.1.* nec probandum vlterius est, quod ea suspensio prohiberet Capitulo exercitiū Iuris conferendi, quia sufficit pro executione litterarum Apostolicarum iustificare
18 narratiuam † eo modo quo concepta est, *Sarnen.in reg.de trien.q.11.num.13.in fin.vers.vbi vero Seraph.decis.990. num.7. Rot.inter recent.decis.71.nu.12.par.16.& in Messanen. Archipresbyteratus 5. Maij 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano, in Gerunden.Prioratus 27.Iunij 1644.coram me*, quod neque negat exaduerso allega-
19 ta *decisione 860.Seraphin.* † sed solum firmat, quod narratiua suspensionis à diuinis iustificanda est, pro cuius dicti ratione adducit, quod ex huiusmodi narratiua Papa potuit moueri ad prouidendum, *& sub n.3. vers.sed fuit,* subdit non esse ità absolutè verum quod suspensus à diuinis possit prouidere.

Quod verò aliqui ex Canonicis, & dignitatibus sint ab interdicto, & suspensione exceptuati, non retraxisset Papam à prouiden-
20 do, quia vt ait *Seraph.d.decis.870. sub num.2.*

vers.præ-

vers. præterea. Papa ad id motus fuit in odium Capituli propter eius culpam, cumque proindè illud voluerit præueniendo punire, & prohibere, nè conferat, sequitur pernecessè quod nec innocentes, & exceptuati possent
21 conferre; cum Ius conferendi non habeant tanquam singuli, sed tanquam vniuersi, & repræsentantes ipsum Capitulum ob eius
22 culpam Papæ odiosum, cuius suspensio † licet non afficiat innocentes respectu culpæ, & secundum munus quod singuli, vt personæ particulares exercere possunt, in quibus terminis loquitur *Nauarr. exatu. alleg. cons. 9. num. 10. de sent. excommun.* afficit tamen quoad actiones totius Capituli, † quod deliquit, &
23 cuius ipsi sunt membra, & hoc non est singulares innocentes punire propriè propter peccatum alienum, sed est aliquo modo participare pœnā totius, quod peccauit, quod inconueniens non est, vt in terminis suspensionis tradit, *Suarez de Censuris supra citat disput. 28. sect. 4. num. 2. vers. respondent, & disput. 36. sect. 2. num. 10. Castropal. de Censur. disp. 4. punct. 3. num. 3. Hurtad. de suspens. num. 25. in princ. Rot. in Tridentina Canonicatus 27. Maij 1645. §. prout etiā coram R.P.D. meo Cerro,* † quæ etsi loquatur in
24 terminis interdicti generalis, nullo exceptuato, supponit tamen aliquos esse innocentes, & vti singulos in interdicto non compræhensos, atque affert rationem casui nostro applicabilem; quia scilicet dum totum
25 corpus suspenditur, † non possunt illius mēbra operationes corporis exercere, & Capitulum suspensum non est repræsentabile per non excommunicatos, alioquin vel repræsentaretur corpus suspensum, vt supra odiosum, quod etiam ponderauit *Rot. in Cæsaraugustana Dismembrationis 29. Maij 1653. §. siquidem coram R.P.D. meo Verospio,* vel necessè esset dare in eadem Ecclesia duo † Capitula,
26 alterum videlicet suspensum, & interdictū, aliud neque suspensum, neque interdictum quod impossibile est, vt bene aduertit *decisio coram Reuerendiss. P. D. Albergato, §. Capitulum in fin.*

Nihil itaque refert, an aliqui fuerint exceptuati, quando suspensio, & interdictum est generale latum collectiuè, sed solum aduertendum est, an fuit latum distributiuè,
27 idest contra singulares personas, † quo casu personæ innocentes, & exceptuati exercere possunt munia, tùm propria, tùm ipsius Capituli, quia singularium pœna illos aut Capitulum non afficit, & in his terminis loquitur *Innoc.* & alij allegati in obiecto, vt bene distinguit, ac declarat *Suarez d. disp. 36. sect. 2. num. 10. Castropal. d. disp. 3. punct. 2. sub n. 7. vers. 4. suspendi ex text. in cap. quia sæpè de election. in 6. Rot. in dicta Cæsaraugustana Dismembrationis §. penult. vers. neque coram R.P.D. meo Verospio.*

Gratisque dicitur in casu nostro latum esse
28 distributiuè, † nempè contra maiorem partem, cum imò sententiæ verba dirigantur in ipsum Capitulum, ibi, *Capitulum dictæ Ecclesiæ.* Etsi collectiuè, vt explicant allegati à *Modern. Neapol. de censur. siue de off. & pot. confess. recoll. 6. sub num. 997. vers. dixi.*

Et ita vtraque &c.

AVXIMANA DOTIS.

Ven. 6. Febr. 1654.

ARGVMENTVM.

Filius, cui à Patre adhuc viuente fuit ei restituta primogenitura cum onere dotandi sorores tenetur ad dotationem etiamsi sit minor & seruatæ non fuerint solemnitates Statuti Vrbis, & Constitutionis Marchiæ, quæ in obligatione necessaria, qualis est dotatio sororum non sunt necessariæ. Reliqua desume ex summariis.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio minoris sine solemnitatibus requisitis à Statuto Vrbis, & Constitutione Marchiæ nulla est.*

2 *Insinuatio est omninò necessaria in contractibus minorum ex Constitut. Marchiæ.*

3 *Constitutio Marchiæ locum habet etiam in contractibus celebratis in Vrbe à Minoribus forensibus.*

4 *Pater restituens in vita filio primogenituram non potest in ea imponere onera emolumentum excedentia.*

5 *Et imponere noluisse constat ex declaratione ipsiusmet patris longè post factam restitutionem primogenituræ, quæ est attendenda, præsertim quando verba sunt ambigua.*

6 *Donatarius tenetur adimplere onera donationi adiecta, etiamsi excedant fructus bonorum donatorum, quia dè suo præstare debet, qui aliena tanti æstimauit.*

Requiritur tamen quod donatarius sciat onera adiecta, vt num. 10.

7 *Amplia præsertim quando donatio non consistit in quantitate, seu re particulari, sed quid vniuersale donatum fuit. Huic distinctioni obstare, videtur* text. in l. Imperator 72. §. cum quidē & ibi gloss. in verbo quantitatis ff. de leg. 2. vt num. 9.

8 Antonius Faber in C. lib. 8. litt. 37. diffinit. 4. quo casu loquatur.

11 *Matri ab intestato defunctæ succedunt fœminæ vna cum masculis tam ex dispositione iuris communis quam statuti Auximi.*

12 *Obligatus alternatiuè ad præstandum bona, vel pecunias, non potest condemnari ad solutionem pecuniarum.*

13 *Solemnitates Statuti in contractu minoris fuisse seruatas probatur ex inspectione instrumenti.*

14 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 113. quo casu loquatur?*

15 *Constitutio Marchiæ requirens insinuationem locum habet etiam in causa dotis.*

16 *Insinuatio non est necessaria, quando obligatio non fuit simplex & gratuita, sed ob causam renunciationis bonorum.*

17 *Solemnitates Statuti non sunt necessariæ in obligatione*

gatione minoris ex causa dotis, quæ necessaria est.

18 *Filius, qui à Patre primogenituram recepit cum onere dotandi sorores si dotare recusat tenetur fructus [illegible] patre [illegible].*

19 *Filius recipiendo à patre in vita primogenituram acquirit emolumentum nedum fructuũ primogenituræ, sed etiam proprietatis, quam contingere poterat, quod filius patri præmoriendo nunquam haberet.*

20 *Item emolumentum acquirit cum posse contingere quod sorores dotandæ prædecedant patri antequã nubant & ipse à dotatione sit immunis.*

21 *Declaratio facta à patre qui primogenituram filio restituit cum onere dotandi sorores an eis præiudicet, & ex interuallo fieri possit?*

22 *Ius quæsitum ex stipulatione Notarij pro omnibus quorum interest eo magis procedit in causa dotis ex speciali priuilegio, cuius vigore quæritur ius mulieri absenti ex contractu ab alio celebrato.*

23 *Ius quæsitum sororibus ex primæua obligatione fratris de ipsis dotando non tollitur ex particulari conuentione inter ipsos fratres postea facta.*

24 *Filius qui à patre primogenituram recepit cum onere dotandi sorores tenetur illas de proprio dotare vel ex fructibus primogenituræ, etiamsi sorores habeant bona materna.*

25 *Renunciatio Iuris quæsiti fieri nequit à muliere absque solemnitatibus Statutarijs ac Constitutionibus Marchiæ.*

26 *Cessionarius vtitur iure cedentis.*

27 *Sorores si sint plures & omnes fauore fratrum bonis maternis renunciarunt tunc accrescunt portiones fratrum pro ratis cuiuslibet, ac si fuissent præmortuæ.*

28 *Obligatio indistincta de dotando intelligitur in pecunia numerata.*

29 *Obligatio alternatiue concepta soluendi in bonis vel in fructibus licet sit debitoris, tamen dicitur amissa ob moram in eligendo post litem contestatam, & prosecutam vsque ad sententiam.*

30 *Et si fructus sunt consumpti, tunc intrat obligatio soluendi illorum pretium in pecunia.*

DECISIO DLXXXVIII.

AVGVSTINVS Gallus post duas decisiones Rotales 19. Iunij 1651. & 29. Maij 1652. coram R. P. D. meo Albergato editas, firmantes Equitẽ Bernardinum fratrẽ teneri de proprio dotare duas communes sorores, & alteram sub die 24. Iunij 1653. taxantem dd. Dotes ad scuta 4000. pro qualibet sorore, obtinuit diffinitiuam sententiam, qua dictus Eques Bernardinus condemnatus fuit ad ei soluendum scuta 2668. b. 60.

Contra quam sententiam in gradu appellationis mihi commissæ Eques Bernardinus opposuit primo non fuisse in actis producta instrumenta obligationis Bernardini, de dotando sorores & earundem sororum cessionis ad fauorem Augustini, quibus sententia nititur.

Secundo nullitatem obligationis Bernar-1 dini, ex defectu solemnitatum, tam à Statuto Vrbis, quam à Constitutione Marchiæ requisitarum in contractibus Minorum, qualis tunc erat Bernardinus deest namque

2 inter cætera insinuatio adhibenda, † ex dispositione Constitutionis Marchiæ, quam

3 habere locum † etiam in contractibus celebratis in Vrbe à Minoribus forensibus decisum fuit in *Romana seu Perusina Census 12. Decembris 1644. & 23. Iunij 1645. coram Me.*

Tertio, quod cum obligatio Bernardini sit correspectiua ad præuentiuam primogenituræ institutæ à Cardinali Gallo restitutionem ei ab Alexandro patre dum viueret factam, non arctat, nisi quatenus ipsius primogenituræ, quoad proprietatem in alienabilis suppetant fructus in vita Patris percepti. Siquidem Pater restituendo viuens pri-

4 mogenituram,† quam solum post mortem restituere tenebatur, imponere onera, emolumentum exinde resultans excedentia, nec potuit, vt tradit *Peralt. in repet. l. cum Pater §. à filia num. 42. alleg. 2.* quem refert, & sequitur *Molin. de primog. lib. 2. cap. 11. num. 10. in fin.* ibi, *dummodò, onus emolumentum non excedat Cancer. variar. resol. tom. 3. cap. 15. num. 143. aliisque relat à Modern. Hispan. in labyrint. credit. par. 2. cap. 15. num. 34. & seqq.* nec voluit vt ipsemet decla-

5 rauit, † antequam filiæ dotarent & declaratio hæc licet emissa longe post obligationem Bernardini debet attẽdi, esto quod alias verba essent ambigua, *Bors. dec. 172. num. 21. Fontanell. dec. 172. num. 8. & seqq.* vbi allegat concordantes.

Constat verò ex Testibus & calculo facto in *Summar.* Bernardini *num. 10.* ex præuentiua restitutione resultans, hoc est minus fructus primogenituræ perceptos viuente Patre detractis alijs oneribus, nec esse satis pro dotibus sororum, neque vrget doctrina Antonij Fabri in *Cod. lib. 8. tit. 37. diffin. 4.* asserentis

6 Donatarium teneri adimplere † onus adiectum, etiam excedens fructus bonorum donatorũ, quia de suo præstare debet, qui aliena tanti æstimauit, præsertim quando, vt in casu nostro donatio non consistit in quanti-

7 tate, seu re particulari, † sed quid vniuersale donatum fuit, vt distinguendo declarat *Modern. Neapolit. controu. forens. lib. 1. cap. 15. num. 48. & seqq. vsque ad 55. & ex textu in l. cum Pater 79. §. mense ff. leg. 2.* Nam Antonius Faber, vt cõstat,† ex *vers.* itaque loquitur in casu quo ab

8 initio vt onus non superabat fructus bonorum donatorum, sed illi ex accidenti post donationem superueniẽto diminuti fuerunt. Distinctioni verò Moderni Neapolitani ob-

9 stare † videtur *Text. in l. Imperator 70. §. cum quidam, & ibi gloss. verb. in quantitate ff. leg. 2.* & quicquid sit de hac distinctione cessat in presenti omnis difficultas, quia non apparet

10 Bernardinum sciuisse † onerum excessum, vt ad hunc effectum requiri tradit *Surd. consil. 9. num. 75. & de aliment. tit. quæst. 26. numer. 101.* quem refert, & sequitur *Modern. Neapol. d. cap. 15. num. 25.*

Quar-

Quarto, per aliam Apocam fuisse inter fratres conuentum, quod Bernardinus de dotibus assignatis sororibus in bonis maternis, tenebantur fratres remburſare quatenus declaretur ipsum teneri sorores dotare de fructibus Primogenituræ, & tunc non nisi pro rata iurium fratribus competentium super dictis bonis maternis in dotem assignatis, hactenus autem nec talem quidpiam fuit declaratũ, nec Augustinus docuit de suis iuribus super bonis maternis, quæ in omnem euentum spectare non poterant ad illũ pro tertia parte, cum matri superfuerint decem filij, computatis fœminis, ad matris successionem admittendis vna cum masculis
11 vigore † Statuti Auximi dat. in *Summar.* Bernardini *num.* 7. necnon iuris communis *l. maximum vitium C. lib. præterit.*

Tandem quod cum eadem apoca contineat obligationem remburſandi in tot bonis Bernardini, vel fructibus bonorum Primogenituræ, iniustè Bernardinus condemna-
12 tus fuit ad reimburſandum in † pecunia, *Ruin. conf. 65. num. 3. 8. & 9. lib. 2. Maur. de solut. cap. 7. nu. 6. facit tex. in l. 2. §. mutui datio ff. si certum petatur l. Domini Prædiorum Aquiel. & constitut. lib. 11.*

Quæ tamen non obstare Domini censuerunt. Primum namque obiectum corruit ex facto, cum in actis adsit instrumentum obligationis, & cessionis exaduerso gratis negatæ. Corruit pariter assertus defectus solemnitatum Statuti Vrbis, in obligatione Bernardini, quia ex ipso instrumento patet
13 ocularitér† seruatas fuisse solemnitates statuti Vrbis *lib. 1. cap. 151.* nec intrat statutum 113. quia loquitur de alienatione stabilium.
14 Insinuatio† verò requisita à Constitutione Marchiæ sub qua comprehendi etiam cau-
15 sam dotis dixit *Rota dec. 22. inter impress. apud Modern. ad Stat. Perus.* necessaria non fuit ex
16 quo † obligatio non fuit simplex, & gratuita, sed ob causam renunciationis bonorum Primogenialium à Patre factæ. *Clar. in §. donatio quæst. 16. vers. sed num quod Tiraquell. in l. si vnquam in verb. donatione largitus num. 127 C. reuoc. donat. Gabriel. de donat. conclus. 1. num. 60. 65. & 69. Coccin. decis. 433. num. 5. & seqq. Rot. inter impress. apud Picc. ad Statutum Vrbis dec. 12. num. 8.* Per quam renunciationem cum Pater bonis omnibus fuerit destitutus, Bernardinus filius etiam ex hoc capite euenit dotans necessarius sororum, quo casu solemni-
17 tates non requiri, † & si dotans sit minor, dixit *Amat. dec. Marchiæ 34. n. 11. 14. & 15. Rot. d. dec. 12. num. 10. apud Picum dec. 83. num. 6. penes Martinum Andreanum dec. 511. num. 2. par. 2. rec. & in Romana Census 13. Iunij 1646. §. tollitur, vers. ideoque coram R. P. D. meo Peutingerio in Romana Donorum de Regardis 28. Ianuarij 1650. §. penult. coram Reuerendiss. D. meo Decano,* præter quod Bernardinus semper teneretur restituere accepta, idest fructus Primogenituræ pro
18 toto tempore vitæ Patris *l. si diuersa C. transact. Rot. dec. 177. num. 3. par. 1. recent. dec. 11. nu. 3. apud Pichum ad Stat. Vrbis dec. 354. coram sa. me. Gregor. XV. & 161. Add. num. 19.*

Ad tertium obiectum respondetur quod emolumentum ex renunciatione Patris resultans respicit acquisitionem nedum fructuum primogenituræ, sed etiam proprie-
19 tatis † quam contingere poterat quod alias filius nunquam lucraretur præmoriendo Patri, vt ponderat *Molin. de primog. lib. 2. cap. 11. sub num. 4. vers. & quam poterat,* sicut
20 etiam contingere poterat, † quod sorores prædecederent Patri antequam nuberent, & sic quod Bernardinus ab eorum dotatione esset immunis *Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 22. num. 48. Rot. dec. 450. num. 2. par. 1. recent.* & propterea ipsos fructus medio tẽpore perceptos à Bernardino per tresdecim & amplius annos, quibus pater superuixit, maioris valoris esse, quam dotes sororibus promissæ. Cumque Bernardinus onus dotandi acceptauerit, simpliciter adimplere debet suam obligationem præsertim dum fructus perceptos non restituit. Vndè inutilis est exaduerso adducta prorsus declaratio Patris, quę
21 nec fieri potuit ex interuallo in præiudiciũ filiorum quibus ex die obligationis Bernardini quæsitũ fuerat ius *Fontanell. dec. 172. nu. 13. & 14. cum alijs alleg. in 2. decis. coram R. P. D. meo Albergato §. nec refregatur,* vbi dicitur ius quæsitum filiabus quamuis absentibus, ex stipulatione Notarij, pro omnibus quorum interest, quod etiã operatur priuilegiũ
22 dotis, † cum in ea speciale sit, vt quæratur ius mulieri absenti ex contractu cum alio celebrato, vt probat *tex. in l. prima §. accidit. C. rei vxor. action. l. vltim. in princ. C. iur. dot. Alex. in l. admonendi 41. ff. iur. iur. & conf. 4. nu. 3. lib. 2. Dec. conf. 35. num. 1. Rot. in Romana Palatij 6. Iunij 1639. coram bon. mem. Cardinali Hieronymo Verospio.*

Quartum obiectum facilè tollitur tũ quia apoca inter Bernardinum, & Augustinum
23 conuenta non ledit iura † ex prima obligatione Bernardini sororibus, vt supra quæsita, *l. si vnus §. ante omnia ff. de pact. Cret. conf. 39. n. 9. Surd. d. decis. 266. nu. 11. Falcon. reg. iur. 337. numer. 13.* quibus nec nocet quod postmodum sorores acceptauerint dotem in bonis maternis quia cum Bernardinus iuxta obligationem paternam in se transfusam teneretur
24 sorores, † quamuis habentes bona materna dotare de proprio, vel saltem de fructibus Primogenituræ *Barbos. in l. prima par. 4. numer. 10. ff. solut. matr. Menoch. conf. 8. num. 7. Gamma dec. 316. num. 1. aliisque allegati in prima decisione coram R. P. D. meo Albergato §. 1. & seqq.* consensus sororum assignationi dotium in bonis maternis, vti læsiuus, & redolens renunciationem iuris quæsiti ex obligatione
25 Bernardini nullius momenti est, † absque solemnitatibus statutariis, & Constitutionis Marchiæ *Iason. conf. 69. nu. 7. in fin. lib. 1. Gabr. conf. 20. num. 55. lib. 2. Rot. decis. 153. nu. 13. par. 1. recent.* Quapropter sicuti possunt sorores cogere Bernardinũ, vt dotem de proprio sol-

26 uat, ità potest Augustinus † earum Cessionarius *lib. 2. §. non solum ff. hæred. vel action. vend. Bart. in l. 1. n. 22. ff. action. & obligat. Socin. iun. cons. 27. num. 7. lib. 2. Rimin. iun. cons. 65. num. 21. Rot. dec. 303. num. 7. part. 1. recent.*

Tum quia ipsa apoca continet specialem obligationem Bernardini erga fratres quatenus declaretur ipsum teneri dotare de fructibus Primogenituræ prout iam fuit declaratum. Rata verò Augustino competens in dictis bonis ad decimam partem, ob existentiam septem sororum, & duorum fratrũ masculorum illarum portiones † accreuerint
27 † fratribus pro ratis cuiuslibet renunciatis, ac si sorores fuissent præmortuæ *Gabr. cons. 11. num. 30. lib. 1. Castren. cons. 252. numer. 2. vers. breuiter is & vers. pro cuius & num. 3. vers. respondeò verum esse lib. 1. Alex. cons. 149. num. 5. & seqq. lib. 7. cum alijs allegatis à moderno Foroliuiense de legit. lib. 1. tit. 4. q. 23. n. 33. & 39. quæst. 4. num. 1. & à Moderno Carpen. controu. forens. to. 1. cap. 86. num. 19. & 20.* & gratis dicitur Augustinum de anno 1649. fuisse à Bernardino satisfactum de dote materna, vt in quietantia data in eius *Summar. num. 6.* Quia ea quietantia loquitur de portione sibi competente ex propria persona non autem ex renunciationibus sororum, & cessione ab illis reportata.

Ad vltimũ fuit responsum. Primo quod originalis obligatio Bernardini erga sorores quarum personas Augustinus repræsentat
28 est indefinita de eas dotando † quod intelligitur in pecunia numerata, iuxta morem Regionis *Giurb. ad consuetud. Messanen. par. 1. cap. 3. gloss. 5. num. 30. Maur. de solut. cap. 1. num. 2.* & statim secutis nuptiis prebet actionis exercitium *Molin. de ritu nupt. lib. 3. quæst. 36. num. 1. & 11. & seqq.* Secundo quod alternatiua
29 soluendi in bonis, vel fructibus † apposita in alio Instrumento celebrato inter fratres, licet præberet Bernardino electionem soluendi in bonis eam tamẽ ille amisit ob moram in eligendo post litem contestatam, & prosecutam vsque ad sententiam, vt notant *Doctores l. si quis stipulatus fuerit decem in mille, ff. solut. gloss. in l. non vtique ea, qui in principio, eaque in primo verb. petitionem ff. eo quod certo loco Rip. in cap. inter cæteros num. 27. de rescript. Paris. cons. 23. num. 5. lib. 3. Grat. discept. 239. num. 37. Ciriac. controu. 3. 90. num. 43. Magon. dec. Lucen. 16. num. 7. Bellon. decis. Iannen. 144. num. 10. Bursatt. cons. 84. num. 9. Becc. cons. 96. num. 50.* Et obligatio soluẽdi in fructibus Primogenituræ quia
30 fuerunt consumpti † resoluitur in obligationem soluendi eorum precium in pecunia *Bartol. in l. ex diuerso num. 1. in fin. ff. rei vendic. Aret. in §. si quis à non domino num. 4. institut. de rer. diuis. Natt. cons. 599. sub numer. 4. & seqq. Menoch. cons. 741. sub nu. 4. Negus. quæst. 129. nu. 1. Mantic. dec. 281. num. 1. Rot. in Portuen. Affictus 4. Martij 1652. §. altera coram Me.*

Sublatis itaque omnibus exaduerso informantium obiectis firma manet validitas, & iustitia sententia Rotalis, quam confirmandã esse, decisum hodie fuit. Vtraque parte informante.

VRBEVETANA CENSVS

Luna 23. Februarij 1654.

ARGVMENTVM.

Quasi possessio exigendi fructus acquisita à cedente translata dicitur in cessionarium, quia cessio in incorporalibus vim habet traditionis Bulla Congregationis Baronum facultatem tribuit eidem Congregationi procedendi etiam capta extraiudiciali infirmatione in venditione bonorum debitorum, quibus ex eadem Bulla facultas adimitur impugnandi, vel retardandi bonorum venditionem.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum procuræ præsumitur in tertio soluente summam considerabilem maximè quando præcedens obligatio concurrit.*

2 *Quasi possessio exigendi acquiritur ex vnica exactione.*

3 *Quasi possessio exigendi acquisita à cedente transit in cessionarium.*

Quia cessio in incorporalibus vim habet traditionis.

4 *Consensus cessioni præstitus, operatur ac si ipse cõsentiens cessisset, & num. 5.*

6 *Possessio in incorporalibus semel acquisita censetur semper animo retenta, & nusquam amissa nisi petitio pro parte creditoris, & denegatio ex parte debitoris cum acquiescentia creditoris intercesserint.*

7 *Census si fuit à testatore cessus in vita non amplius cadit sub eius hæreditate.*

8 *Factum Iudicis reputatur factum partis.*

9 *Bulla Clementis VIII. facultatem tribuit Congregationi Baronum procedendi etiam capta extraiudiciali informatione pro satisfactione creditorum pretio ex bonis venditis retracto.*

10 *Citationes in extraiudicialibus non rediguntur in actis.*

11 *Citatio in extraiudicialibus necessaria non est.*

12 *Bulla Clementis VIII. tollit debitoribus omnem defensionem impugnandi, vel retardandi venditionem bonorum & consignationem pretij creditoribus.*

13 *Citandus non est is, cui nulla competere potest defensio.*

14 *Possessio bonorum debitoris super quibus fuit facta executio vigore Bullæ Clementinæ transfertur penes Cameram Apostolicam ad vtilitatem creditorũ penitusque à debitore abdicatur illorũ administratio.*

15 *Itaut Congregatio vel ab ea deputati veram dicuntur habere possessionem & bonorum administrationem priuatiuè ad debitorem.*

16 *Solutio facta ab administratore, vel ab habente potestatem soluendi constituit creditorem in possessione exigendi.*

17 *Exceptio nullitatis census non admittitur in Iudicio manutentionis, sed ad petitorium reijcitur.*

18 *Manu-*

18 *Manutentio datur possessori ex sola insistentia facti donec constet esse locum Decreto irritanti.*

DECISIO DLXXXIX.

ETIAM in gradu appellationis per Comitem Marcianum interpositæ à decreto Rotali manutentionis ad fauorem Camilli Bonauenturæ, Rota hodie censuit eidē Camillo dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione exigēdi fructus census cuius alias Comes Ludouicus de Marsciano Moderni Comitis author fideiussor accessit.

Suffragatur enim Camillo quasi possessio Lauiniæ matris & propterea illius, quia ex datis in *Summ. num.2.* apparet de anno 1599. & 1604. solutas fuisse Iulio vti marito, & Procuratori Lauiniæ fructus census à Io. Francisci Monaldensis de Ceruaria principalis debitoris Procuratore, qui stante præcedente obligatione Monaldensis, & quod quantitas soluta est considerabilis, præsu-
1 mitur † habuisse sufficiens mandatum ad soluendum *Mantica de tacit. lib.7. tit.6. num.3. Grat. discept.296. num.5. coram bo. me. Buratt. dec. 509. num.2. & seqq. inter impress. apud Moder. Perus. de manuten.*

Eademque solutio cum licet vnica con-
2 stituerit Lauiniam † in quasi possessione exigendi *Rip. in cap. cum Eccles. Sutrina num.91. de caus. possess. & propr. Roman. cons.311. num.7. Seraph. dec.436. num.1. dec.1411. num.2. Buratt. dec.542. nu.1.* prodest Camillo in quem trā-
3 lata fuit quasi possessio Lauiniæ † vigore cessionis ab ea reportatę. Quia cessio in incorporalibus vim habet traditionis *ex alleg. in decis. huius causæ edita in prima instantia sub die 16. Ianu. 1657. coram R. P. D. meo Albergato quibus additur Gratian. discept.3.0. num.2. & 3. Merlin. dec.309. num.2. Rot. recent. in terminis manutentionis dec.241. n.2. par.1.*

Probatur enim huiusmodi cessio ex publico instrumento Primogenituræ fauore Camilli constitutæ à Iulio Bonauentura super bonis stabilibus, & censibus annui redditus scutorum mille cum expressione, quod talia bona, & census intelligantur ex tunc dismembrata è corpore hereditatis paternæ, & maternæ, cui instrumento omnibusque in ea contentis, cum Lauinia mater cōsenserit, perinde est ac si ipsamet censum ex propria substantia dismembrasset, & Ca-
4 millo † primogenito cessisset *Menoch consil. 58. num.24. & seqq. consil.1095. num.23. Mantic. de tacit. lib.13. tit.6. num.28. Grat. discept.730. nu.10. Gabr. cons.72. num.1. Decian. cons.105. nu.2. lib.3. Eug. cons.76. num.101. & seqq. lib.2. Rot. dec.465. num.1. par.2. rec.*

Neque obstat quod in dicto instrumento primogenituræ nulla sit facta specificatio censuum illi assignandorum, quia satis est fuisse postea in executione eiusdem instrumenti hunc censum specificè assignatum à Iulio, vt potuit absque alio nouo consensu Lauiniæ. Nàm consensus ab ea vt supra
5 præstitus, † quod census ex propria substantia dismembraretur porrigitur ad dismēbrationem, & assignationem primogenito consecutiuè factam, vt per *Camerar. in repet. cap. Imperiale litt. V. fol.31. de probib. alienat. per Federic. Io. Franc. à Ponte cons.16. num.6. & seqq. cons.77. num.2. lib.1. cons.72. numer.10. cons.157. num.30. lib.2. Duran. decis.156. numer.15. Rot. in Acernen. Vicarij prima Iulij 1652. §. præsumptio vero coram me.* iunctò præsertim quod Lauinia nusquam inposterum fructus census exegit, sed imò vt infrà dicetur fuerunt exacti de anno 1634. ab ipso Camillo.

Rursus non obstat quod possessio Lauinię fuerit amissa per lapsum plurium amorum in quibus fructus nō probantur exacti. Quia in incorporalibus possessio semel quæsita
6 censetur semper animo retenta, & nusquam amissa nisi exaduerso probetur fuisse terminos fructuum successiuè decursos à creditore petitos, & à debitore negatos creditorēque d. negationi acquieuisse vt *not. Innoc. in cap. querelam num.3. de elect. Abb. ibid. numer.22. Grat. discept.113. nu.21. & seqq. Mantic. dec.171. num.5. Rot. dec.86. num.8. impress. apud Moder. Perus. de manut. & in alijs relatis in Sipontina Pensionis 8. Aprilis 1647. §. non obstat coram R. P. D. meo Peutingerio.* Concurrente maximè exactione fructuum à Camillo Lauiniæ Cessionario facta de anno 1634. de qua infra dicetur. Tandem non obstat quod Lauiniæ tres fuerint hæredes, ideoquè Camillus petere non possit manutentione in totum quia Camillus non agit vt hæres, sed vt Cessionarius, & hic census per contractum inter
7 viuos, † ex substantia Lauiniæ extractus sub eius hæreditate nō cadit *l. seruus electiua. §. fin. ff. legat. primo, Ceph. cons.516. n.22. Surd. cons.113. num.14. & dec.11. num.10. Rot. dec.375. sub nu.2. par.1. recent.* Eumdemq; Camillum vti Cessionarium agnouerunt alij fratres curando sibi tanquam illius creditori consignari pecunias ad eum ex causa fructuum huius census spectantes.

Suffragatur pariter vt dicebam Camillo possessio propria quia de anno 1634. de mādato Reuerendiss. D. Bonuisi tunc Cam. A. Clerici & à Cōgregatione Baronum in causa deputati exegit pro fructibus cēsus decursis, & non solutis scuta 1432. prouenientia ex prætio Castrorum Monaldensis principalis debitoris à dicta Congregatione venditorum ad instantiam Montistarum, & aliorum creditorum ipsius Monaldensis, exindè enim Camillus constitutus fuit in quasi possessione exigendi, non secus, ac si ipse debitor soluisset, quia factum Iudi-
8 cis † reputatur factum partis, ea non protestante *Rot. dec.196. num.3. par.1. diuers. dec.241. num.6. par.1. recent. dec.319. sub num.3. coram Canal. in dec. huius causæ coram R. P. D. meo Albergato §.1. in fine.*

Nec obstat nullitas dicti mandati Congregatio-

grationis eo quod non fuit tunc citatus Monaldensis debitor, quia citationis huius defectus stantibus facultatibus in Bulla fel. rec. Clement. VIII. *inter eius impress. 41. §. 3. num. 8. & seq.* dictæ Congregationi concessis ad sa-
9 tisfactionem Creditorum ex prætio à bonis venditis retracto procedendi capta etiam extraiudiciali informatione non probatur, aut probari potest cum in extraiudicialibus ci-
10 tationes in actis nõ redigantur, *Sarnien. select. interpetr. lib. 1. cap. 1. nu. 3. Rot. decis. 280. num. 2. par. 1. recent.* Imò in exraiudicialibus non re-
11 quiritur† citatio *Felin. in cap. cum olim & ibid. Ias. num. 21. vers. contrarium Ferrett. cons. 82. nu. 1. Rot. dicta decis. 210. num. 7. par. 1. rec.*
12 Eò minùs quia eadem Bulla † in §. 9. tollit debitoribus omnem defensionem & potestatem impugnandi vel retardandi venditionem bonorum, & consignationes præcij creditoribus faciendas ibi *Domicellos &c. subhastatione, deliberatione, venditione, & ad iudicatione, & alia prædicta impugnare, impedire, vel retardare non posse, nec aduersus ea aliquo modo se tueri*; tritissima namque est conclusio quod
13 citari non debet † is, cui nulla competere potest defensio *Felin. in d. cap. cum olim num. 10. vers. non est citandus de re iud. Bart. in d. l. si quis arbitratu num. 23. ff. verb. oblig. Aymon. cons. 83. num. 5. Natt. cons. 232. num. 7. Add. ad Capell. Tolos. quæst. 405. sub num. 5. Barz. dec. Bon. 85. nu. 13. Surd. dec. 22. num. 9. Rot. penes Merlin. dec. 682. n. 6.* Satis ergo fuit citasse alios creditores, & Mõtistas maxime quia in §. 3. *Bullæ Clementinæ*
14 realis, actualis, & corporalis possessio bonorum, super quibus fuit facta executio transfertur penes Cameram Apostolicam ad cõmodum, & vtilitatem creditorum penitusq; abdicatur à debitore administratio bonorũ, & Congregationi siuè personis ab ea deputandis tribuitur, & sic ipsi ac Congregatio
15 tanquam habentes veram bonorum possessionem & administrationem priuatiuè ad debitorem consignandique prætium alicui ex creditoribus potestatem, potuerunt soluendo constituere Camillum in quasi pos-
16 sione exigendi, vt in proximis terminis dixit *Rot. dec. 508. num. 3. in fin. par. 2. recent.* quam refert, & sequitur *add. sa. me. Gregor. XV decis. 275. num. 23.*
17 Non obstant assertę nullitates† census eiusque extinctio quia, vt respondet prima *decisio huius causæ in §. fin.* reiicienda sunt ad petitorium super quo iam fuit subscriptum dubium propediẽ disputandũ, & donec constet
18 esse locum decreto irritanti † apposito in *Constitutione Piana* datur manutẽtio possessori ex sola insistentia facti *Caputaq. dec. 325. num. 8. & seqq. par. 1. Seraph. decis. 1471. num. 5. & 7. Caual. dec. 8. num. 4. Melin. dec. 57. num. 9. & in puncto census decisum fuit in Assisien. Census 23. Ianuarij proxime præteriti §. fin. coram me.*

Et ità decisum vtraque &c.

ROMANA LEGATI MOBILIVM.

Ven. 27. Februarij 1654.

ARGVMENTVM.

Legatum relictum quod fuerit à Testatore prœuentiue legatario solutum ex quibus probetur? Voluntas Testatoris potest declarari à Testibus singularibus Constitutum appositum super bonis futuris operatur suum effectum ex die, in qua bona acquiruntur. Legatum in dubio sicuti non censetur inductum ità nec etiam censetur ademptum, & reuocatum.

SVMMARIVM.

1 *Legatario pro consecutione legati contra hæredem competit nedum actio personalis, sed etiam hypotecaria.*

2 *Legatum mobilium quod fuerit præuentiuè à Testatore satisfactum ex quibus probetur? & num. 4. 6. & 7.*

3 *Legatum traditum à Testatore in vita assumit naturam donationis.*

5 *Dominium rei legatæ à die obitus Testatoris transit in legatarium.*

Possessionis dimissio ex animi declaratione resultat num. 6.

Locatoris dominium siue possessio probatur ex confessione conductoris, quæ contra ipsum eiusque hæredem probat fauore locatoris num. 7.

8 *Exceptiones contra dicta, & personas Testium non admittuntur quando sunt plures, & adminiculati.*

9 *Testium defectus si qui adest suppletur ex numero, & plena fides venit adhibenda.*

10 *Testes vnici, & singulares admittuntur ad declarandam voluntatem Testatoris, secus verò quando agitur de probanda dispositione.*

11 *Interpetratio qualibet sumenda est, nè testis sit sibi ipsi contrarius.*

12 *Sub institutione generali hæredis etiam in mobilibus non veniunt mobilia, quæ tempore testamenti idm exierant è dominio testatoris mediante præuentiua satisfactione facta ab ipso Testatore.*

13 *Constitutum super bonis futuris appositum operatur suum effectu ex die, in qua bona acquiruntur.*

14 *Legatum relictum in primò testamento ex quibus non censeatur per secundum Testamentum reuocatum?*

15 *Legatum sicuti in dubio non censetur inductum ità nec ademptum nec reuocatum.*

16 *Legatum speciei non censetur relictum animo compensandi.*

DECISIO DXC.

MOBILIA quoquè omnia, & comestibilia, quæ in eius domo erunt tempore mortis, Antonius Benedellus legauit Marino Nato, cui bona legata reddere recusante Aloysio Testatoris hærede DD. disputato dubio particulari legatum deberi dixerunt, quia seruanda est voluntas Testato-
1 ris, & competit legatario † contra hæredem actio

actio personalis, ac etiam hypothecaria *l. 1. C. comm. de legat. Ruin Socc. Surd. & alij relati in Viterbien. Castrorum 16. Maij 1624. num. 33. & seqq. cor. recol. me. Coccino*.

Non obstante posteriori Testamento, quo
prius hoc legatum continens reuocatum
fuit, quia vt comprobat decisio coram me
edita hac ipsa die super legato pecuniario
Testator in secundo Testamento præseruauit
expressè legata, quibus satisfecerat cuiusmo-
di esse legatum mobilium probant distinctis-
simè tres Testes deponentes de multis Con-
fessionibus, ac declarationibus à Testatore
vsque ad vltimum vitæ spiritum emanatis,
2 præuentiuā legati satisfactionem † importañ,
tùm quia declarauit se Marino mobilia le-
gasse, ac donasse, quorum verborum secun-
dum esset otiosum, nisi referretur ad præ-
3 ueptiuam satisfactionem, per quam † legatū
vim donationis assumit *l. legatū 37. vbi comm. DD. ff. leg. 2. Gomes. var. resol. tom. 1. cap. 12. num. 4. Magon. decis. Lucen. 28. num. 11.* Tùm quia dixit
Marinum esse mobilium legatorum Domi-
4 num † id, quod in necessarium antecedens,
supponit præuentum fuisse in traditione rei
legatæ, nàm alioquin legatarius Dominus nō
fuisset viuente Testatore, sed solum ex die
5 mortis, † quâ dumtaxat Dominium Iure
speciali transit in legatarium *Bart. in l. 1. n. 13. vers. vel possumus dicere ff. leg. 1. Alciat. in l. qui Romæ § Stico fratres num. 27. vers. præterea leges ff. verb. oblig. Ias. ibidem nu. 39. & seq. Rota in d. Viterbien. Castrorum num. 51.*

Tùm tertiò quia addit se habere pro con-
signatis mobilibus Marino, eaque non esse
amplius sua, sed retinere tanquam bona Ma-
6 rini, † vndè colligitur apertissima dimissio
possessionis ex ipsa animi declaratione resul-
tans *l. 3. § in amittenda ff. acq. poss. Cassad. decis. 4. num. 2. de rest. spol. Merlin. decis. 299. num. 9.* acce-
dente præsertim declaratione, quod illa pe-
nès se retinebat titulo locationis in Mari-
7 no, † quę omnem dominij, & possessionis ab-
dicationem à Testatore contra ipsum, eiusq;
hæredem probat ad fauorem Marini locato-
ris *Menoch. de retin. remed. 3. nu. 571. & cons. 701. nu. 4. & 5. Hondedeus cons. 55. n. 7. lib. 1. Buratt. dec. 275. nu. 4. cum alijs alleg. à Moderno Perusin. de manut. obser. 24. num. 1. & 2.*

Neque vrgent exceptiones, contradicta, &
personas Testium, quia cum sint plures opti-
8 mè informati, † reddant optimam Causam
scientiæ, & corroborentur fidibus extraiudi-
cialibus Confessarij Testatoris, alterius Sa-
cerdotis eius familiaris, ac Sebastiani Man-
sueti Procuratoris, qui veritatis adminiculū
præbent *Rot. decis. 315. num. 5. decis. 342. num. 7. decis. 406. num. 6. par. 1. recent.* omnis defectus, si
9 qui adesset suppletur, † & plenam probatio-
nem faciunt *Bursat. cons. 72. num. 48. Farinac. de Test. quæst. 65. nu. 129. Rot. post Pacific. de Salutan. decis. 294. nu. 5. & in recent. decis. 433. nu. 9. & seqq. part. 4. tom. 2.* præsertim quia illorum deposi-
tio non deducitur ad probandam dispositio-
10 nem Testatoris, † sed ad declarañ ipsius vo-
luntatem, ad quem effectum sufficiunt etiam
Testes vnici, & singulares *Gabr. cons. 51. nu. 8. lib. 2. Castr. cons. 195. n. 1. col. 3. in princ. lib. 2. Aym. cons. 73. num. 33. Seraph. decis. 559. num. 13. Buratt. decis. 205. num. 2. Rot. in Bonon. fideicom. 16. Martij 1640. coram me, & in Cathacen. hæreditatis 28. Maij, & 24. Nouembris 1649. coram R. P. D. meo Cerro*, & asserta contrarietas vnius ex dd. Te-
stibus deponentis Testatorem dixisse, quod
satisfecerat legatis, excepto Marino relicto,
tollitur intelligendo dictum Testis de satis-
factione per actualem transportationem mo-
bilium nondum secutam ad manus, & do-
mum Marini, cum ne Testis sit sibi contra-
11 rius † omnis interpretatio sumi debeat
Bart. in l. 1. § si quis negat sub nu. 6. ff. quemadmod. Test. aper. Ias. in l. 1. § iurari nu. 21. ff. Iur. iur. Corn. cons. 202. num. 2. lib. 4. Aldobr. cons. 131. numer. 16. lib. 2. Cyriac. controu. 407. num. 149.

Minus obstat quod in secundo Testamen-
to Testator instituerit hæredem, etiam in
mobilibus, quod non fecerat in primò, quia
hæc Institutio verificatur in alijs mobilibus
extra domum in legato non comprehensis,
& capere non potest, quæ mediante præuen-
12 tiua satisfactione legati, † exierant de domi-
nio Testatoris *Cephal. cons. 316. num. 31. & seqq. Surd. decis. 293. num. 20. Rota decis. 375. num. 7. in fin. & sub num. 1. par. 1. recent.* Impossibilitas ve-
rò exaduerso ponderata, quod Testator an-
te secundas tabulas satisfecerit huic legato,
cum illud comprehendat omnia mobilia,
quæ aderant in domo, tempore mortis, &
sic etiam in futurum mobilia ad domum de-
ferenda, cessat quia potuit Testator vsque
ab initio habere hæc etiam mobilia pro con-
signatis, vt propterea prout pro tempore de-
ferebantur, censerentur acquisita legatario,
sicuti dicimus de Constituto super bonis fu-
13 turis apposito, † quod operatur suum effe-
ctum ex die, in qua bona acquiruntur *Tiraquel. de succes. const. par. 2. ampliat. 32. n. 1. 7. & 10. Ias. consil. 147. num. 41. lib. 2. Rot. decis. 59. num. 6. par. 2. diuers.*

Manet itaque inconcussa præuentiua satis-
factio huius legati, fortiùs quia duo legata,
quibus satisfactum non fuerat Testator in
secundo Testamento renouauit, & sanè hoc
quoque relictum Amico præceteris dilecto,
aliàs renouasset, vel quatenus opus sit ex di-
ctis Testium resultat plena probatio perseue-
rantis voluntatis Testatoris in legato mobi-
lium, etiam post secundum Testamentum.
Imò vsque ad vltimum vitæ momentum, vt
proinde nullatenus reuocatū fuerit per po-
14 sterius Testamentum, † quòd reuocauit le-
gata primi, quibus Testator satisfecerat, ibi,
Item dichiaro hauer fatti molti legati nell' vltimo mio Testamento à diuersi Signori, & Amici perche gli hò sodisfatti non li rinouo, mà li reuoco.
Esto enim quod ex his verbis solis inferri nō
posset ad huius legati, nisi esset satisfactum,
reuocationem ducto argumento à contra-
rio sensu, quod ad inducen̄ legatum non ad-
misit Iuris Consultus in *l. Titio Seruus 59. § fin. ff. manum. Testam. Cyriacus controu. 168. nu. 44.*
vtique inferri potest iunctis cor declarationi-
bus

bus successiuè factis à Testatore per Testes
probatas, & in dubio sicuti legatum nō cen-
15 setur inductum, † ità nec ademptum, nec
reuocatum *l. 3. §. si duobus ff. adim legat. Bald. in l. si pluribus nu. 1. ff. leg. 1. Alex. cons. 169. nu. 4. lib. 5. Cephal. cons. 67. nu. 4. lib. 1. Menoch. cons. 254. nu. 5. & 6. & præsumpt. 167. num. 1. lib. 4.*

Ad obiectum compensationis legati cum scutis ter mille ac tribus locis montium, qui Testator eidem Marino donauit, nec non defectus conditionis legato adiectæ respondit alia hodierna decisio ædita super legato pecuniarum, & additur, quod multò minus præsumi potest animus compensandi, quia tertius Testis iuxta septimum deponit Testatorem donec vixit affirmasse quod donauerat Marino scuta 3. m. mobilia domus, & alia scuta 1500. necnon quia non facile huius-
16 modi animus præsumitur cum † legato speciei *Mant. de coniectur. lib. 10. tit. 2. num. 8. Arias de Mesa var. resol. lib. 2. cap. 9. nu. 4. & 5. vbi allegat. concordan.*

Ex quibus, & alijs deductis in supra citata decisione super legato pecuniarum deberi Marino legatum mobilium fuit decisum, vtraque parte informante.

PLACENTINA BONORVM.

Lun. 2. Martij 1654.

ARGVMENTVM.

Hæres si promisit de porprio soluere legata, an talis obligatio intelligatur simpliciter, vel quatenus bona Testatoris suppetant? plenè in decisione discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium contra conficientem plenè probat.*
2 *Instrumentum publicum testamenti plenam probationem facit.*
3 *Testamentum nullum continens vitium visibile si est solemne executionem meretur.*
4 *Via ordinaria competit legatario pro consecutione legati iuxta opinionem Rotæ.*
5 *Monasterium agere potest pro consecutione legati religioso inibi professo relicti.*
6 *Pro crediti consecutione agi potest, nisi ex aduerso probetur solutio.*
7 *Creditum hæredis mediante aditione hæreditatis censetur per præsumptam solutionem satisfactum.*
8 *Hæres adeundo hæreditatem censetur cum legatarijs quasi contrahere.*
9 *Hæres si promisit de proprio soluere legata tunc sub obligatione bonorum iurium, & actionum, hypotecatum remanet fauore legatarij creditum ipsius hæredis.*
10 *Et competit legatario actio etiam in bonis proprijs ipsius hæredis.*
11 *Hæres si se obligauit de proprio soluere legata, an teneatur de proprio simpliciter; an verò dumtaxat, quatenus in hæreditate Testatoris sit, & non aliter?*
12 *Hæres præsumitur se obligasse de proprio soluere legata, si amplam renunciationem bonorum nedum Testatoris, sed etiam aliunde à legatario reportauit, & sic eius obligatio censetur correspectiua ad renunciationem.*
13 *Hæres non conficiens Inuentarium tenetur de proprio soluere legata etiamsi vires hæreditariæ non suppetant.*
14 *Inuentarium confectum longè post mortem Testatoris tanquam inutile, & inefficax non suffragatur, maximè non obtenta prius restitutione in integrum.*
15 *Hæres promittens de proprio soluere legata dici nequit quod ea soluere promiserit de bonis Testatoris, si nec tempore aditionis, nec infra tempus conficiendi Inuentarium declarauit se velle vti beneficio Inuentarij.*
16 *Obligatio hæredis soluendi legata de proprio nullo tempus, includere potest beneficium Inuentarii.*
17 *Hæres si rationem non reddit de bonis hæreditarijs, tenetur de proprio ad solutionem legatorum.*
18 *Retentio bonorum Testatoris competit legatario pro consecutione legati si illa possidet.*
19 *Clausula constituti est possessionis translatiua.*
20 *Possidenti pro vno credito an competat retentio pro alio?*
21 *Possessio Creditoria non excludit possessionem hæredis, imò cum ea stat nam vtraque possessio est adinuicem compatibilis, Declara, vt nu. 22.*

DECISIO LXCI.

POssessorij summarijssimi . . . . Inuentarium à Marcello de Abbatibus Ioanni
1 filio, & hæredi confectum, † contra ipsum
probat *l. fin. C. arbitr. tutel. Paris. cons. 45. num. 20. lib. 2. Surd. cons. 250. num. 27. Rot. decis. 426. nu. 2. decis. 607. num. 1. par. 2. recent.* implorantibus hinc dict. Marcello de Abbatibus illinc Ven. Monasterio, & Monialibus S. Mariæ de Niue ex persona Abbatis Felicis, & Constantiæ Mariæ eiusdem Marcelli Senioris filiarum ibi professarum. Proposito desuper particulari dubio sub die 4. Iulij proximè præteriti, Rota mandauit videri de bono Iure, cuius hodie . . exposita censuit quod omisso articulo successionis vtrinque . . . fouent Moniales bonum Ius, ratione crediti tùm expensarum apparatus pro ingressu Religionis tùm annuarum lib. 1000. ex die mortis Elisabeth Matris secutæ de anno 1632.

Reliquit enim Marcellus Pater singulis ex dd. filiabus religionem ingredientibus libras 5000. expensas apparatus, quas ascendere ad libras 1200. non controuertitur, & annuas libras 1000. à die mortis Elisabet. ascendentes vsque ad hanc diem ad libras 42. m. vt
2 constat ex publicò Instrumento † Testamenti
quod plenam probationem facit *Bald. in l. Imperator nu. 3. ff. de stat. Homin. & in cap. cum causam num. 3. de prob. Aym. cons. 54. num. 35. Dec. consil. 146. num. 14. Rot. decis. 66. num. 9. par. 1. recent.*
3 Cumque nullo vitio visibili laboret, † & so-
lemne sit executionē meretur *Menoch. de adipiscen. rem. 4. num. 699. & seqq. Cephal. consil. 377. num. 25. Rot. decis. 154. numer. 1. par. 4. tom. 2. recen.*
4 via tamen ordinaria † quando agitur actione
personali à legatarijs, iuxtà opinionem quā alijs allegatis perpetuò amplexa est *Rot. decis. 359. num. 1. & seqq. par. 4. tom. 2. recen. in Romana*

quarti

quarti Dotalis 15. Decembris 1634. coram bon. me. Cardinali Hieronymo Verospio in Vrbeuetana legati 4. Iunij 1646. coram me.

Docto igitur de professione per dictas legatarias in hoc Monasterio S. Mariæ emissa,
5 euidens est creditum Monasterij, † ex illarũ persona *cap. cum ad Monasterium de Stat. Monac. cap. cum olim il 2. de priuileg. l. Deo nobis ex hoc in fin. C. de Episcop. & Cleric. Bald. cons. 352. sub n. 1. lib. 1. Federic. de Senis cons. 4. num. 4. Honded. consil. 94. num. 14. & 15. Buratt. decis. 394. nu. 2. & 3.*
6 nisi exaduerso probetur solutio, † vt debet *Salic. in l. 2. num. 15. C. de Iur. Emphit. Rip. in l. in illa num. 15. ff. de verb. oblig. Dec. cons. 105. nu. 12. Natt. cons. 5 6. num. 4. Surd. decis. 105. num. 9.*

Gratisque excipitur de credito dotali Elisabet vxoris Testatoris vel Ioannæ eius filiæ maioris natu, nàm vtriusque creditum ex quo Testatoris hæreditatem adiuerunt subla-
7 tum fuit † . . . . . . vel præsumpta solutione *l. debitor. C. de pactis Roman. cons. 276. nu. 2. Monticul. de Inuentario quæst. 234. num. 198. inter tract. diuers. de Inuent. Afflict. decis. 237. num. 6.* Et loquitur in specie de credito Dotis *Seraph. decis. 832. num. 2. Rot. in Anconitana Bonorum 25. Februarij 1647. §. non obstat coram me*, & vtraque tenetur legata soluere tùm quia adeun-
8 do hæreditatem † censetur quasi contraxisse cum legatarijs *l. apud Iulianum §. fin. ff. quibus ex caus. in poss. ear. l. hæres quoque Inst. de oblig. quæ ex quasi contr. - - Rot. in Rom. Spolij 21. Februarij 1603. coram Ortembergo.*

Tùm etiam quia ea soluere explicitè promiserunt Monasterio sub amplissima obligatione Camerali, & in forma depositi, † ob-
9 ligando se, & hæredes suos, ac omnia eorum bona, Iura, & actiones vt propterea ad fauorem Monasterij hypotecatum sit etiam creditum dotale promittentium *l. nomen C. quæ res pign. oblig. poss. l. grege §. cũ pignore ff. de pignor. Dec. cons. 349. num. 10. Tiraquell. in l. si vnquam verb. bona n. 8. C. de reuoc. donat. Neguss. de pignor. 2. mem. 2. - - nu 8. & seq. Surd. cons. 4. nu. 20. & 21.*
Et competit actio Monasterio etiam in bo-
10 nis proprijs † illarum *l. fin. §. fin. verò postquam adiuerint C. de Iur. delib. §. hinc nobis vers. si verò non fuerint auth. de hæred. & falcid. Ias. in l. more nu. 14. ff. de acquir. hæred. Roland. inter tract. diuers. de Inuentario quæst. 195. num. 1. et seqq. Vincent. de Franc. dec. 80. num. 7. Rot. decis. 39. numer. 1. et 6. part. 6. recent. et in Camerinen. legati 20. Iunii 1650. coram me.*

Neque hoc dubitari contigit. An dictæ mulieres Marcelli hæredes voluerint teneri
11 de proprio simpliciter, † An verò dùm taxat quatenus in hæreditate Testatoris sit, & non aliter vt in terminis hæreditatis Benetti voluit *Minadoces. decis. 25. nu. 7. vers. non obstat Capic. latr. decis. 143. nu. 19. et 20. lib. 2. Rot. dec. 392. per tot. par. 5. recent.* Nam præter quod cum se obligauerint correspectiuè ad renunciationẽ à Monialibus reportatam, nedum bonorum Testatoris, sed etiam aliorum, quorumcum-
12 que, † sicuti per renunciationẽ huiusmodi acquisiuerint ad sui proprium commodum bona aliunde quam ex hæreditate Testatoris renunciantibus competentia ità præsumuntur fauore renunciantium, & bona propria vltra bona Testatoris obligasse, vt ponderauit *Rot. decis. 257. num. 10. inter impress. apud Zacch. de obligatione Camerali repetita inter impress. apud Modern. Foroliuien. de pignor. dec. 143. sub num. 11. inter recent. decis. 545. num. 2. par. 5.*

Nullibi constat Elisabeth siue Ioannam adiuisse hæreditatẽ cum benefitio Inuentarij, quo sublato indubitatum est teneri ad legata
13 de proprio, † quamuis vires hæreditariæ non suppetant ex obligatione tùm conuentionali, tùm legali *Bart. in l. Pater filium num. 2. ff. leg. 3. Bellon. Iun. cons. 58. nu. 37. & seqq. Peregrin. decis. 213. nu. 15.* Nihil suffragante, quod Marcellus Iunior Aduersarius tanquam hæres Ioannæ confecerit de anno 1650. Inuentarium bonorum hæreditariorum Marcelli Senioris, asserendo Ioannam decessisse infra tempus conficiendi Inuentarium, imò enim Ioanna decessit longè post tempus conficiendi Inuentarium. Cumque Marcellus Senior obijsset de anno 1627. intempestiuum, & inutile prorsus est Inuentariũ post 23. an-
14 nos exaduerso factum, † maximè nõ obtenta priùs restitutione in integrum aduersus lapsum temporis *l. fin. §. fin autem dubius C. de Iur. delib. Gratian. discept. 563. num. 28. Io: Fran. à Ponte cons. 32. num. 8. Magon. decis. Lucen. 40. nu. 3. cum allegatis ab Add. ad Gozadell. decis. 42. num. 1. & seqq.*

Eo minùs ad effectum præsumendi, quod Ioannæ, quando vt supra promisit soluere legata monialibus, noluerit se, & bona propria obligare sed tantum bona Testatoris, tanquam hæres beneficiata, quia tunc talis non erat, neque de beneficio Inuentarij cogitabat, satisque est quod nec de tempore
15 aditionis, † nec infra tempus conficiendi Inuentarium declarauit, se velle vti beneficio Inuentarij *Monticul. inter tract. diu. de Inuent. quæst. 230. n. 8. & quæst. 234. nu. 20. Rot. in Bononien. de Tostinis 30. Decembris 1647. §. 1. coram R. P. D. meo Peutingerio*, adeò quod in omnem euentum, esto sinè veri præiudicio, quod ex imperrimo Inuentario facto à Marcello Iunio-re tolleretur obligatio legalis, qua Ioanna hæres Testatoris tenetur etiam de proprio legata præstare maneret adhuc conuentionalis
16 expressa, † quæ nullatenus includere potest beneficium Inuentarij inter prædictum verbum obligationis, ac mentem promittentis iuxta tempus contractus, vt debet *Soccin. Iun. cons. 6. num. 2. lib. 1. Neguss. quæst. 510. nu. 31.*

Hinc neque refert quod Testator multa alia legata diuersis personis reliquerit, quia
17 ad omnia Aduersarius tenetur † præsertim dum de bonis hæreditarijs rationem nõ reddidit *Rot. decis. 696. sub n. 2. vers. 8. quosque par. 1. recent. cum aliis alleg. in Romana legati 2. Martii 1644. §. demum coram R. P. D. meo Cerro*, & sufficit Monialibus, quod sibi legata, hæres vt
18 suprà soluere de proprio promiserit, † vt bonorum Testatoris, nec non ipsius Ioannæ, à se possessorum habeant retentionem, vt notant *omnes in l. si non sortem §. si centum ff. de cond. indeb.*

iudeb. Surd. decis. 46. num. 7. Rot. decis. 433. sub n. 2. par. 2. recent. decis. 411. num. 24. par. 5. & in Reatina successionis 15. Ianuarii 1644. coram R. P. D. meo Meltioj.

Quod verò moniales dicta bona possiderint dubitari nō potest dum ad earum fauorem, in præmemoratis obligationibus Eli-
19 sabeth, & Ioannæ adest *Clausula* † *constituti*, possessionis translatiua *l. quod meo ff. de aquir. poss. Ias. in §. actionum nu. 139. Inst. de action. Alex. cons. 85. nu. 1. lib. 6. Menach. cons. 606. num. 10. Rot. decis. 520. nu. 2. in fine par. 2. recent.* & vlterius exhibetur publicum Instrumentū actualis apprehensionis possessionis post mortem Ioannæ non restrictum, vt exaduerso supponitur ad titulum successionis sed etiam ex capite constituti, ibi, *tàm vigore testamenti dicti q. Marcelli quam vigore constituti ad earum fauorem facti per d. q. Ioannam, & q. Elisabettam Cicerchiam olim matrem dd. DD. sororum de Cicerchis, & hæredum q. D. Marcelli*, vt in Summario additionali in replicatione facti pro monasterio, vndè ex facto corruit obiectum, quod possiden-
20 ti ex vno capite, † non competat retentio pro alio credito *Gratian discept. 734. nu. 47. & 48. Caual. decis. 539. nu. 10. Rot. inter recent. decis. 177. num. 8. & seqq. par. 4. tom. 2.* Quià Moniales possident, & vigore constituti pro hoc ipso credito legatorum in obligationibus Hæredum apposito.

Quatenus verò exaduerso subditur quod creditum seu possessio creditoris non exclu-
21 dit possessionem Hæredis, † immò eam coadiuuat, & probat, cum creditor possideat, & vtraque possessio sit ad inuicem cōpatibilis *l. sciendum §. creditor. ff. qui satisdar. cog. l. serui nomine ff. de vsucap. Bartol. in l. ab Emptore num. 8. ff. de pactis Surd. cons. . . . num. 14. Rot. in Romana manutentionis 18. Iunii 1640. §. fin. coram me, & in Romana fideicommissi de Carpianis 5. Maii 1651. §. hanc autem coram R. P. D. meo Verospio*; Respondetur nondùm esse iudicatum, quis
22 sit verus hæres, † & interim creditum suffragari monialibus pro retentione bonorū, saltem donec de supradd. suis creditis, saluis earum iuribus cōtra bona propria Elisabeth, & Ioannæ fuerint satisfactæ, ex supra allegatis.

Et ità decisum vtraq; parte informante, &c.

COLONIEN. CAMERARIAE.

Ven. 6. Martii 1654.

ARGVMENTVM.

Gesta in partibus post commissionem auocatoriam tanquam attentata veniunt reuocanda, & grauiora redduntur si commissa probatur etiam post præsentatam inhibitionem Rotalem, nec non etiam inhibitionem Eminentissimi Cardinalis Signaturæ Iustitiæ Præfecti. Attentans tenetur ad omnia damna, & expensas siuè iudiciales, siuè extraiudiciales.

SVMMARIVM.

1 *Intimatio siue notificatio supersessoria probatur ex relatione executoris.*

2 *Supersessoria pendente nihil potest citra vitium attentatorum innouari.*

3 *Gesta post commissionem auocatoriam sunt attentata quia per eam ligantur manus inferiorum etiam absque alia citatione ad dicen. contra nam Princeps auocando causam inhibere dicitur.*

4 *Inhibitio Rotalis siuè iusta, siuè iniusta seruanda. Inhibitionis ignorantia allegari nequit, si constat ex relatione executoris de illius præsentatione. Relationi executoris fides adhibenda est circa præsentationem inhibitionis ibid.*

5 *Commissio subreptitia, vel obreptitia nullius est momenti.*

6 *Inhibitio emanata à Signatura Iustitiæ Præfecto ob egregiam maiestatem Signaturæ eius Præfecti seruari, & coli debet.*

7 *Inhibitio Signaturæ si emanauit procuratore exaduerso præsente non eget vlteriori intimatione.*

8 *Gesta in partibus post emanatam inhibitionem sunt attentata etiam si notitiam inhibitionis attentans non habuerit nam adhunc effectum sufficit, quod emanauerit citato vel præsente procuratore in Curia, secus verò ad effectum incursus pœnæ.*

9 *Attentans tenetur attentata passo reficere omnia damna, & expensas tàm iudiciales, quam extraiudiciales vsque ad obulum.*

10 *Item reficere tenetur fructus, qui percipi potuerunt.*

11 *Manutentio in possessione exercendi officium danda est ei, qui ex propria Aduersarii confessione docet de eius possessione tempore motæ litis.*

12 *Manutentio in possessione officii passim datur, donec plenius discutiatur an illud sit amouibile, vel adsit legitima causa amouendi.*

DECISIO DXCII.

NOTORIA sunt attentata quæ in hac causa in præiudicium Annæ Salomæ à Bergh. Præpositissæ, & Camerariæ in Ecclesia Collegiata S. Mariæ in Capitolio Ciuitatis Coloniæ commissa fuerunt ab Abbatissa, & aliis Canonissis dictæ Ecclesiæ, nec non ab Henrico Bex; attentauit enim in primis dictus Henricus Iudex subdelegatus ab Abbate S. Panthaleonis sententiam manutentionis ad fauorem Annæ, in priori instantia latam reuocando postquam fuerat iudicialiter allegatus suspectus, & Reuerendissimus Nuncius Coloniæ residens mandauerat supersederi per duos menses, vt interim habito recursu ad Vrbem Romam posset commissio ibidem impetrari, pendente enim supersessoria, & recursu huiusmodi, cuius notitiā non potest Henricus stante intimatione illi
1 facta, † de qua creditur executori sic referenti *gloss. in cap. cum parati, verb. secus Nuncius de appellat. & in cap. prudentiam verb. per certū Nuntium ff. de off. delegat. Mandos. consil. 46. nu. 10. Put. decis. 183. lib. 3. in correct.* nil potuit † innouari
2 citra vitium attentatorum *Neniz. cons. 44. n. 10. propè fin. vers. & sic per talem recursum Magon. decis. Lucen. 23. n. 3. & seqq. cum aliis alleg. in Ianuen.* pecu-

pecuniaria seù attentatorum 24. *Ianuarij* 1642. §. *tùm quia coram Reuerendissimo D. meo Decano in Romana Vinea* 30. *Maij* 1644. *in princ. coram Reuerendissimo Archiepiscopo Terracinen. in Fulginaten. attentatorum* 11. *Decembris* 1652. §. 1. *coram me*, prout etiam successiuè declarauit dictus Reuerendissimus Nuncius cassando prædictam sententiam Henrici, eundemque citari faciendo ad allegandum quare declarari nō debeat incidisse in censuras, nec non agnouit ipse Henricus declarando se dictam suam sententiam haberi pro cassata, & annullata, vt in Summario Annæ num. 7. & 8.

Cumque post hęc causa appellationis alias commissa supranominato Abbati S. Panthaleonis, qui Henricum subdelegauit ab illis ex rescripto Signaturæ Iustitiæ, auocata fuisset, & commissa huic Sacro Auditorio Rotæ à quo etiam Inhibitio emanauit de anno 1652. vt in dicto Summario num. 9. omnia deindè gesta, siuè ab Henrico siuè ab Abbatissa, & Socijs attentata sunt id importante

3 tùm commissione auocatoria, † quæ absque alia citatione ad dicendum cōtra ligauit manus inferioris Iudicis, & litigantium, quia ipse Princeps inhibuisse dicitur auocãdo causam *Lancellott. de attent. par.* 4. *cap.* 10. *num.* 4. *& seq. & nu.* 10. *Rot. in Burgen. attentatorum* 18. *Decembris* 1634. *&* 26. *Iunij* 1635. *coram Reuerendissimo D. Episcopo Terracinen. in Romana locorum Montium* 14. *May* 1649. *coram me*.

4 Tùm Inhibitione Rotali † seruanda omninò iustà nec ne *cap. non solū de appellat. in* 6. *Achill. decis.* 29. *num.* 6. *de appellat. Rot. diuers. decis.* 785. *num.* 2. *par.* 1. *decis.* 53. *vers.* 3. *casus apud Seraph. & in alijs relatis in Anconitana pecuniaria* 20. *Iunij* 1652. *coram R. P. D. meo Zarate*. Eiusque ignorantia allegari non potest, cum ex relatione exequutoris fidem, desuper merentis præsentata probetur Abbatissę satisque est, quod pręsentata fuisset, vel parti, vel Iudici, *Cas. de Graff. decis.* 6. *num.* 5. *de causa possessionis, & proprietatis Rot. decis.* 311. *num.* 2. *par.* 4. *tom.* 2. *recent. & in Lucana Canonicatus* 30. *Aprilis* 1646. *coram R. P. D. meo Peutingerio in Taurinen. Parochialis* 13. *Nouembris* 1647. *coram R. P. D. meo Celso. In Cracouien. Attentatorum* 17. *Iunij* 1651. *coram me*.

Nec releuat quod postmodum sub die 29. Aprilis 1653. Abbatissa obtinuerit à Sanctissimo commissionem executorialem directam eidem Henrico Rex, vt proindè eius vigore potuerit Henricus procedere ad decreta executiua contra Annam, aliasque Canonissas decretis non obedientes edita, cum enim commissio huiusmodi obtenta fuerit sub narratiua, quod causa alteri non esset commissa, & sententia aliter ab Henrico lata transijsset in iudicatum, & vtrumque sit falsum; Nam causa vsque de anno 1652. commissa fuerat, vt supra, in Rota, & sententia Henrici, nedum in iudicatum nō transiuit, sed immò cassata fuisset à Nuncio Apostolico. Ipseque Henricus cassationem approbauerit, tanquàm obreptitia, vel sub-

5 reptitia † nullius momenti sunt *cap. cæterum* *apud audientiam il* 2. *cum ibi notatis de rescript. Innoc. in cap. cum M. Ferrarien. sub numer.* 10. *de const. Abb. in d. cap. ad audientiam num.* 5. *&* 8. *Rebuff. in prax. tit. de differ. inter rescripta gratiæ, & Iustitia num.* 1. *Buratt. decis.* 74. *num.* 3. *vbi Adden. num.* 6. *alleg. concord.* Eo præsertim quia si Papæ narratum fuisset sententiā Henrici fuisse attentatam in spretum recursus ad Ecclesiā Romanam nullatenus illius executionem, multoque minùs ipsi Henrico attentanti demandasset.

Hinc meritò post 50. circiter dies à die emanatæ supradictæ commissionis executorialis, nempè sub die 19. Iunij 1652. Eminentissimus D. Cardinalis Signaturæ Pręfectus instante Anna, & citato Prore Abbatissæ, ac sociarum illi, & illis inhibuit, ad statim ne audeant quicquam innouare in partibus coram Henrico, & mandauit procedi ad vlteriora in Rota d. Summario nu. 12. quæ inhi-

6 bitio, † & decretum ob egregiam maiestatē Signaturæ eiusque Præfecti debuit ab Aduersarijs coli, & seruari, nec vlteriori egit intimatione, cū emanauerit Procuratore pręsente,

7 † cui de hoc creditur, *Rota coram fa. me. Gregor. XV. decis.* 567. *num.* 3. *ibique add. num.* 16. *decis.* 414. *numer.* 2. *par.* 1. *recent. & in Cracouien. Præpositura Sancti Floriani* 11. *Decembris* 1650. §. *certo coram me*.

Vndè nimis temerè sub die 30. Iunij subsequentis, prima, & quarta Iulij Henricus tria decreta edidit contra Annam, instantibus Aduersarijs, nihil suffragante asserto prætextu, quod non dùm certiorati fuissent de decreto, & inhibitione Eminentissimi Signaturæ Præfecti. Quia ad effectum reuocandi postea gesta, tanquam attentata, satis

8 est inhibitionem emanasse citato, † vel pręsente Procuratore in Curia, licet secùs sit ad effectum incursus in pœnas Attentantium *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 4. *lib.* 27. *num.* 14. *Rot. in Valent. Præceptoriæ* 10. *May* 1627. §. *non obstat coram bon. mem. Cardinali Virili in Viterbien. fideicommissi seù attentatorum* 13. *Maij* 1644. §. *& in omnem casum coram R. P. D. meo Cerro, in Cesenaten. beneficiorum* 29. *Ianuarii* 1649. §. *quia vltra quod coram bon. mem. Arguelles, in Fulginaten.* 11. *Decembris* 1652. §. *penult. coram me*.

Augeturque temeritas, quia etiam postquam sub die 8. Iulij inhibitio, & decretum D. Cardinalis intimatum fuerat Henrico, & Abbatissæ, vt in Summario num. 13. processumque fuit sub die 24. Iulij iudicialiter coram Henrico, & sub die 29. eiusdem mensis Abbatissa omnibusque Canonissis, & capitularibus, ne Annæ respondeant, & officia Ecclesiæ, vel Chori ceremonias, aut reuerentiæ exhibitiones permittant prohibuit, & ad electionem alterius Camerariæ deuenit spretis protestationibus inhibitionum, & litis pendentiæ in Rota, quæ proindè omni enormis attentati vitio laborant, & reuocan-

9 da sunt, condemnando simul † attentantes, ad reficiendum tùm Annæ, tùm Alijs attentata passis, omnia damna, & expensas fiuè iudiciales, siuè extraiudiciales vsque ad obulum

obulum, *cap. accedens il secundo, ibique Abb. n. 5. vt lit. non contest. Cæs. de Graff. decis. 5. nu. 8. de rest. spoliat. Caputaq. dec. 150. num. 5. & seqq. par. 1. Buratt. dec. 356. num. 4. & 5. Rot. in Auenionen. Attentatorum 14. Februarij 1650. coram R. P. D. meo Celso*, ibique quod reficiendi etiam sunt fru-
10 ctus † qui percipi potuerunt, *vt in Craconien. Attentatorum 29. Nouembris 1652. coram me.*

Quidquid ideò post inhibitionem Rotalē gestum fuit attentatum, & reuocandū, nec non partem aduersam in damnis, & expensis, vt supra condemnandum esse censuit hodie Rota, particulari dubio desuper proposito, & vlterius manutenendam esse Annam
11 in quasi possessione officij Camerariæ † cum omnibus eius prærogatiuis, quia de illius possessione, tempore motæ litis constat ex confessione partis aduersæ, & pluribus actibus priuationis contra Annā emanatis *Buratt. dec. 160. num. 5. dec. 497. num. 2.* cum alijs allegatis *in Pisauren. Manutentionis 4. Iulij 1646. coram bo. mem. Arguelles.* Et passim datur manutentio in possessione officij, donec plenius
12 discutiatur. † An illud amouibile sit, vel adsit legitima causa amouendi, vt in terminis officij Ecclesiæ dictum fuit *in Tullen. Præpositura 25. Iunij 1610. coram bo. me. Pirouano, in Meleuitana Coadiutoria 24. Nouembris 1624. coram bo. mem. Merlino, inter eius impress. dec. 141. sub nu. 1. in Romana Subcollectoriæ 12. Iunij 1645. coram me.*

Et ità decisum informante solum Anna, sexies tamen aduersarijs citatis &c.

BENEVENTANA SVCCESSIONIS.

Veneris 13. Martij 1654.

ARGVMENTVM.

Substitutio reciproca inter hæredes institutos, ex quibus desumatur? & an etiam inter eorum descendentes locum habeat?

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario non est deneganda immissio probatis solitis extremis.*
2 *Fideicommissum resultat ex reciproca substitutione nedum ad fauorem hæredum, sed descendentium ab eis.*
3 *Dictio* cum *habet vim copulæ.*
4 *Substitutio reciproca inter filios, & eorum descendentes ex quibus inducta dicatur? & nu. 5.*
6 *Ad fideicommissum inducendum sufficit quocunque modo eruatur voluntas fideicommittentis.*
7 *Identitas bonorum fideicommissi probatur ex descriptione facta ab vno ex hæredibus institutis in actu capiendæ possessionis, quæ contra habentes ab eo causam plenè probat.*
8 *Filij succedunt Patri etiam in portione Patrui præmortui ei obuenta vigore reciprocæ substitutionis.*

DECISIO DXCIII.

PRODVXIT D. Marchio Goffredus de Morra Goffredi Senioris publicum Instrumentum Testamenti à Iulia auia conditi in quo instituti fuerunt hæredes vniuersales Lucius, & dictus Goffredus Senior Testatricis filij, necnon Vincentius ex Bartholomeo filio prædefuncto Nepos ijdemque reciprocè substituti per hæc verba: *Succedendo li sudetti miei heredi l'vno all'altro, con li mascoli tanto legitimi, e naturali, ex corpore descendenti*, sub quibus se quoque comprehensum asserens petijt defuncto Lucio priùs & deindè Goffredo Patre immissionem in bonis hæreditarijs à dicto Vincentio possessis non denegandā *ex remed. l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* siue ex vtili Saluiano, quoties exhibito primo Instrumento non cancellato, aut vitio-
1 so † docetur de fideicommisso de eius purificatione ad fauorem Actoris, & de bonorū identitate *Peregrin. de fideicomm. art. 48. num. 5. & seqq. Fusar. de substit. quæst. 611. num. 2.* alijque relati *in Fanen. Bonorum 19. Iunij 1648. coram bon. mem. Arguelles, & in Bononien. Fideicommissi 5. Decembris 1650. coram R. P. D. meo Celso.*

Quæ omnia concurrunt in casu præsenti, quia fideicommissum resultat ex dicta reci-
2 proca substitutione facta nedum ad fauorem hæredum institutorum, sed etiam descendentium ab eis vt denotant verba *etiam li mascoli &c. descendenti &c. Gall. aul. in leg. Gallus, §. quidam rectè, nu. 16. vers. limita modo, & nu. 17. ff. lib. & posth. Soccin. Iun. cons. 171. num. 1. & seqq. lib. 2. Menoch. præsumpt 70. num. 9. lib. 4. Fusar. de substit. quæst. 177. num. 11. Peregr. de fideicom. ar. 5. num. 9. Intrigl. de substit. centur. 2. quæst. 27. num. 91.*
3 Nam dictio *cum*, † quia habet vim copulæ, pulæ, *Menoch. de præsumpt. 70.* coniungit descendentes masculos filiis reciprocè substitutis, vt propterea ipsi quoque sub recipro-
4 ca comprehendantur † non secus ac comprehenderentur si Testatrix substituisset reciprocè hæredes institutos, & eorum descēdentes *Menoch. d. lib. 4. præsumpt. 68. nu. 5. & seq. Intrigliol. de substit. cent. 3. d. quæst. 62. num. 75. Fusar. dicta quæst. 277. num. 4. & quæst. 379. num. 5. & seqq. Peregr. cons. 59. n. 59. lib. 1.*

Præsertim quia infra Testatrix filios institutorum posuit in conditione, ibi, *morendo alcuni d'essi senza figlioli mascoli*, & in hūc casum noluit sic decedentem posse bona relinquere, nisi dumtaxat ad fauorem masculorum, à seipsa, & Camillo eius viro descendentiū cum eodem vinculo fideicommissi reciproci, ibi, *possit instituere &c. Con obligo delli istessi vincoli &c. altri miei descendenti, e del q. Camillo de Morra mio marito masculi tantum, adijciendo vlterius in fideicommisso perpetuo, alli mascoli descesi e che descenderanno da me, e dal q. Camillo mio marito.* Cum enim in hac parte filij instituto-
5 rum, ac descendentes, † sint dispositiuè, vocati in proxima præcedenti parte, quā filij fuerunt in conditione positi, *Rot. inter recent. part. 1. recent.* Alioquin non verificaretur perpetuitas fideicommissi in masculis descendentibus-

scendentibus contemplata à Testatrice,& ad
6 inducendum fideicommissum sufficit† quocumque modo eruatur voluntas fideicommittentis, *Ripa in l.Centurio num.159.ff.vulg.& pupill.Soccin.Iun.in l.Gallus §.quidam rectè nu.9. ff.lib.& posthum.Fusar.q.276.n.1.& seqq.*

Descendentia verò D. Marchionis à Testatrice, nempè quod sit eius nepos ex filio, non controuertitur, prout nec mors Lutij & Goffredi Senioris institutorum in primo gradu. Pariterque indubitabilis est identitas bonorum à Testatrice relictorum, † ex
7 descriptione à Vincentio altero hærede instituto in actu capiendæ possessionis facta, quæ probat contra Aduersarios ab eo causam habētes, *Castrens.cons.94.in princ.lib.4.Cranett.cons.29.num.1. Peregrin.de fideicomm.art.44. numer.20.& 22. Rot.in Bononien.fideicommissi de Pancaldis 23.Ianuarij 1653. coram R. P. D. meo Verospio.*

Ideò Rota censuit Marchioni dandam esse immissionem in medietate tamen hæreditatis Iuliæ,quia tres ei fuerunt hæredes,quorum cæteris prædefuncto Lutio Patruo eius portio vigore reciprocæ deuoluit ad Goffredum Seniorem, & Vincentium hæredes,qui proinde singuli habuerunt medietatem hæreditatis, & Marchio Goffredi filius succedit in medietate obuenta Patri,compræhen-
8 sa etiam portione Patrui, † quia illa Patruo præmortuo non consideratur amplius eius portio, sed Patris superuiuentis, cui accrescit *Gabriel cons.115.sub n.13.post med. vers.qua opinio lib.1.Bellon.Iun.cons.43.num.42.Fusar.consil.144.num.21.& seqq.Grat.discept.371.num.12. Rot.decis.145.num.7.decis.266. nu.4.par.1.recent. decis.337.num.3.& seqq.coram Ian.me. Greg.XV. & in Vrbinaten. Pradij 3. Iunij 1650. §.neque coram me.*

Et ità decisum vna tantum parte Informante,& alia pluries citata &c.

MAIORICEN. BENEFICII.

Lunæ 16. Martii 1654.

ARGVMENTVM.

Proximioritas narrata in litteris Apostolicis abundè remanet probata ab impetrante, si constat eum descendere ab existente in quasi possessione proximioritatis fundatoris, licet de ea non constet per gradus distinctos, quia talis iustificatio necessaria non est quoties aduersarius suā proximioritatem non probauit. Valor benefici non remanet probatus à Testibus ignorantibus eiusdem redditus, ac onera. Valor quando deducitur obiectiuè; tunc probandus est per decennium. Legitimus contradictor ad impediēdam executionem litterarum Apostolicarū, non est, qui non possidet, nec litteras suæ gratiæ expediri curauit.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à Iure.*
2 *Arbitrium non intrat pro retardanda executione litterarum Apostolicarum quando sunt iustificatæ.*
3 *Proximioritas non dicitur sufficienter probata in petitorio si quis probet se descendere ab existente in quasi possessione proximioritatis.*
4 *Sufficit tamen pro iustificatione narratæ proximioritatis in litteris, cum ad hunc effectum satis sit probare vltimum statum, ac descendentiam ab existente in quasi possessione proximioritatis,etiam in concursu alterius, nu.5.*
6 *Proximioritas fundatoris non est probanda ab impetrante per gradus distinctos, quando aduersarius suam proximioritatem non probauit, sed sufficit probatio generica, præcipuè dum fundator non requirit certum gradum proximioritatis.*
7 *Sententia lata in causa status probat etiam contra non citatos.*
8 *Descendentia à fundatore per gradus distinctos probata ab vno ex fratribus talis probatio suffragatur alteri fratri.*
9 *Gradus vnius probatio quando est defectuosa, tunc non suffragatur alteri fratri.*
10 *Identitas personæ ex quibus reddatur æquiuoca.*
11 *Descendentia non probatur à Testibus deponentibus de auditu,& propria credulitate.*
12 *Valor non probatur à Testibus de auditu, & ignorantibus redditus beneficij, ac illius onera, cum ad hunc effectum teneantur deponere deductis oneribus.*
13 *Valor probandus est per decennium,quando deducitur obiectiuè.*
14 *Valor probandus est de tempore gratiæ, quod debet attendi.*
15 *Contradictor legitimus non est ad impediendam executionem litterarum Apostolicarum, qui non possidet, nec litteras suæ gratiæ expediuit.*
16 *Gratia posterior in data in concursu titulum parem non tribuit.*
17 *Arbitrio pro retardatione vt locus sit sufficit,quod detur fumus, hoc tamen non procedit, quando lis longo tempore durauit.*

DECISIO DXCIV.

BARTHOLOMAEVS Ferrer appellationem interpositam à sententia Rotali exequente litteras Apostolicas prouisionis de beneficio S.Catherinæ ad fauorem Petri Serræ, quam proximioris de parentela fundatoris emanatas, commisit mihi Signatura Iustitiæ cum clausula *parito arbitrio Rotæ*, & disputato hodie dubio an intret arbitrium pro retardanda paritione sententiæ fuit negatiuè responsum, quia arbitrium regulatur
1 à Iure; † & de Iure litteræ Apostolicæ iustifi-
2 catæ † habent executionem paratam, *cap. si Capitulo, vbi gloss. verb.exequatur de concess.prebend.Merlin.decis.279.num.1.cum alijs allegatis in Hydruntina Canonicatus 25. Iunii 1649. coram Eminentiss.D.Card.Ottboano.*

Esse autem litteras Petri iustificatas, de-

monstrant *tres decisiones in priori instantia editæ coram R.P.D.meo Albergato*; Gratisque exaduerso negatur iustificatio tam proximioritatis Petri fundatoris huius beneficij narratæ Papæ, quam valoris per non excessum ducatorum 24. Nam primum satis probatur ex quo vt Testes deponunt, est frater sobrinus Michaelis vltimi possessoris, cui de anno 1627. tamquam propinquiori beneficiũ adiudicatum fuerat, estque pariter vt exaduerso non negatur nepos Petri fratris Michaelis, & abnepos Ioannis, quorum alter de anno 1502. alter de anno 1523. reportauit sententias declaratorias proximioritatis huiusmodi, & hoc nomine ipsis beneficium adiudicantes, adeò quod Petrus probat se descendere ab existente in quasi possessione
3 proximioritatis † quod licet suffragari in petitorio neget *Rota decis. 284. numer. 2. & seqq. par. 1. recent.* Vtique tamen sufficit † pro iu-
4 stificatione narratæ proximioritatis cum ad hunc effectum satis sit probare vltimum statum, *Felin. in cap. eam rem sub nu. 22. de rescript. Rota dec. 233. num. 1. in fin. part. 1. recent. dec. 390. nu. 5. apud Caualer. & in Gerunden. Prioratus 14. Iunij 1645. in Hispalen. Beneficii 24. Ianuarii 1650. §. fin. coram me*, ac descendentiam † ab
5 existente in quasi possessione proximioritatis etiam in concursu alterius *Rota decis. 146. num. 2. & seqq. dec. 274. num. 8. par. 2. recent. repetit inter decis. Greg. XV. dec. 452. num. 16. & 17.* Saltem dum in casu nostro, vt infra dicam Aduersarius suam proximitatem non probat, tunc enim necessaria non est probatio per gradus distinctos, sed sufficit generica † stan-
6 te quod fundator nõ requisiuit certum gradum proximitatis, vt post *Garz.* & alios ibi allegatos dictum fuit *in Gerunden. Beneficii 1. Martii 1648. §. & consequenter, & seqq. coram R. P. D. meo Celso, & in eadem 1. Iulii eiusdem anni §. nihilque refert corã R. P. D. meo Meltio, & prius in Caurien. Iurispatronatus 13. Martii 1645. §. in omnem coram Reuerendiss. Archiepiscopo Tarraconen.*

Et cessat penitùs omnis difficultas, quia supramemoratæ sentẽtiæ anni 1523. & 1585. non solum adiudicant beneficium præfati Ioanni, & Petro de Bennaser, sed simul ex probationibus tunc factis eos proximiores fundatoris esse declarant priuatiuè ad alios tunc competitores, quod intelligendum est de proximitate probata per gradus distinctos iuxtà subiectam materiam de qua agebatur, & hæ sententiæ tamquam latæ in cau-
7 sa status † probant etiam contra non citatos *l. ingenuum ff. de stat. homin. l. 1. §. penult. in fine ff. de lib. exhib. Abb. cons. 455. num. 5. Alex. in l. sæpè n. 6. ff. rei iudic. Felin. in cap. quam vir num. 9. eodem tit. Rota dec. 894. num. 5. par. 5. recen. dec. 359. num. 28. par. 6.* Itaut cum Petrus Serra probauerit per
8 gradus distinctos † se descendere à Michaele Iuniore nepote dicti Ioannis, & fratre respectiuè dicti Petri Benazer habeatur, ac si probasset eodem modo se descendere à fundatore per ea quæ tradit *Angel. in Auth. vt liceat matri, & auiæ, §. ad hæc Cotta in memorab. verbo sententia data pro vno, Tiraquell. de Nobilit. c. 17. num. 3. Rota dec. 284. num. 3. par. 1. recent. decis. 76. num. 3. inter impress. apud Modern. Pisan. de Iurep. in Brittorien. Fideicommissi 13. Iunii 1644. §. exinde, & in fine coram me, & in dicta Gerunden. Beneficii coram R. P. D. meo Celso.*

Non obstant quæ affert Bartholomæus ad probandum se esse proximiorem: Duo enim ad summum concludunt nempè quod Philippus, Iacobus, & Petrus Senior fuerint fratres, quodque ipse Bartholomæus descendat à Iacobo Patre Petri Iunioris, & Magdalenæ; Numquam tamen probauit, quod dictus Iacobus sit filius Petri Senioris, & per consequens nepos dd. Iacobi, & Philippi Tritaui Petri Serræ à quibus suam proximitatẽ Aduersarius deriuare prætendit, vt sufficit, quod deficiat in probatione vnius gradus,
9 ne aliorum graduum probatio suffragetur, *Coccin. dec. 105. nu. 12. ex text. in cap. licet ex quadam, ibi, singulos gradus de Testibus.* Animaduertendo quod Instrumentum anni 1498. *Summ. Bartholomæi num. 11.* relatum, in quo continetur Testamentum d. Iacobi Senioris, vbi mentionem facit de altero Iacobo ipsius nepote non loquitur de Iacobo ex Petro Seniore fratre Testatoris, sed de Iacobo filio Philippi, ac de altero Iacobo filio Bernardi fratrum Testatoris, adeò quod semper verum est dicere nullibi probari, quod proauus Aduersarius descendat a Petro Seniori, & ipsa multiplicitas personarum nuncupatarũ
10 nomine Iacobi † satis esset ad reddenda æquiuoca iura exaduerso producta de Iacobo loquentia, *Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 11. n. 120. post Abb. in cap. cum Ioannes, Dec. cons. 36. sub n. 4. vers. primo quia.*

Ad assertam confessionem Petri Serræ in positionibus narrantibus, quod descendentia est desumenda per cippum Petri Benneller de Santiaui placuit responsio *Decisionis editæ 4. Aprilis 1650. §. fin. coram R. P. D. meo Albergato* videlicet non posse intelligi de Petro, cuius abnepotem se prætendit Bartholomæus, & addito quod vt supra dicebam Aduersarius non probat se dicti Petri abnepotem cum non constet eiusdem Petri filium fuisse Iacobum Aduersarij Proauum Testes *in Summario Ferner num. 17.* deponentes duas extitisse domos nuncupatas de Santiani, vnam scilicet hæredum Christophori Benazar, aliam vero Petri Benazer, euacuantur eadem responsione non probatæ exaduerso descendentiæ à dicto Petro per gradum Iacobi, præter quod non loquatur de domo hoc est familia, sed de domibus materialibus, quarum vnam possident hæredes Christophori alterã Gregorius Cagliar. Item respondetur ad alios Testes *dicto Summ. num. 16.* affirmantes non reperiri de Parentela fundatoris, nisi consanguineos Petri Benazer de Santiani, & propterea cum loquantur de auditu, † & propria
11 credulitate nil probant ex allegatis *in decis. 167. nu. 32. dec. 237. num. 4. dec. 245. n. 5. par. 1. rec.*

Quo-

Quoùerò ad defectum probationis valoris per excessum excluditur ex Instrumento fundationis assignan. pro dote Beneficij 16. annuas libras regalium maioricarum, *Summ. Petri num.* 1. Nihil obstantibus Testibus de maiori valore deponentibus *Summ. Bartholomæi num.* 19. Quia vt patet *in Summ. additionali Petri num.* 3. Omnes loquuntur de auditu; &
12 fatentur se ignorare † redditum beneficij de anno 1638. quo emanauit Prouisio Apostolica Petri Serræ, & quod plus est, ignorant onera beneficij, Ideoque eius valorem non probant cum ad hunc effectum teneantur de eo deponere deductis oneribus *Seraph. decis.* 1030. *num.* 1. *Rota dec.* 444. *num.* 4. *par.* 2. *recen. & in MontisPolitiani Pensionis* 17. *Ianuarii* 1648. *coram me*. Accedit quod secundus Testis deponit de auditu post litem hanc motam, & fatetur possibile esse, quod fama habuerit originem à Bartholomæo Aduersario, cumque
13 maior valor deducatur obiectiuè † ad impugnandum nimirum expressionem valoris factam in prouisione Petri requiruntur plenæ probationes redditũum per decenniũ *Garz. de benef. par.* 5. *cap.* 3. *nu.* 228. *& seqq. Acebill. dec.* 2. *super reg. de valore*, *Puteus dec.* 374. *num.* 3. *lib.* 3. in correctis alijque allegati *in Casertana Pensionis* 31. *Martii* 1645. *coram me*. Vndè non releuant partitę confessionum datæ *in Summ. Bartholomæi num.* 20. Quia percutiunt tamen redditus anni 1574. à quo tempore non potest inferri ad redditus de anno 1638. quo emanauit gratia Apostolica † quodque de-
14 bet attendi *Felin. in cap. eam num.* 18. *de rescript. Imol. in clem. fin. num.* 20. *eod. tit. Rot. dec.* 28. *num.* 2. *eod. tit. in antiq. dec.* 877. *n.* 5. *apud Buratt.*

Eoque faciliùs Domini non esse retardandam executionem sentẽtiæ censuerunt, quia Aduersarius non est legitimus contradictor.
15 Tum quia non possidet, † nec suæ gratiæ litteras expediri curauit, quorum alterum ad hunc effectum requiri decisum fuit in *Leodien. Præpositura Tongren* 22. *Martij* 1647. §. *penult. coram R.P.D. meo Cerro*. Tum etiam quia eius gratia tamquam longè posterior
16 in data † non potest dici titulus par, vt firmauit *Rota in Gadicen. Præstimonij* 2. *Decembris* 1648. *coram bon. mem. Arguelles, & in Asten. Coadiutoria* 21. *Iunij* 1642. §. *minus facit coram R.P. D. meo Celso*; Quodque dicitur ad effectum
17 arbitrij sufficere dare fumum † non procedere, quando vt in casu nostro lis longo tẽpore durauit, declaratum fuit *in dec.* 758. *n.* 1. *& 4. par.* 2. *rec. in Iasen. Parochialis* 27. *Iunij* 1603. *coram bo. mem. Card. Hieronymo Pamphilio in Gerunden. Beneficii* 30. *Aprilis* 1640. *coram Reuerendiss. Archiepiscopo Tarraconen.*

Et ità decisum vtraque &c.

BONONIEN. SVCCESSIONIS.

Merc. 18. *Martij* 1654.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac decisione de diuisione bonorũ dotalium, & extradotalium auiæ facienda inter nepotes pro consequenda legitima, & tertium virum pro consecutione lucri dotalis debiti vigore Statuti Bononiæ.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Bononiæ derogat dispositioni* l. hac edictali, *quoad dotalia tantum, non autem quoad extradotalia.*
2 *Lucrum dotale viro debitum ex dispositione statuti Bononiæ ascendit ad medietatem dotis.*
3 *Legitima nepotum ex dispositione* l. hac edictali *est prius detrahenda ex bonis extradotalibus, & quod superest quomodo sit partiendum?*
4 *Legitima cum sit quota non hæreditatis, sed bonorum debetur deducto ære alieno.*
5 *Legitima nepotum detrahenda est ex medietate bonorum dotalium vltra viri lucrum remanente, & ex omnibus bonis extradotalibus.*
6 *Legitima debetur in singulis corporibus hæreditariis.*
7 *Decisio in hac causa edita declaratur.*
8 *Mulier ex dispositione* l. hac edictali *ex bonis extradotalibus tertiam partem potest secundo viro relinquere, & non vltra, itaut excessus applicatur nepotibus in totum subsistente in reliquis testamento binubæ, & nu.* 9.

DECISIO DXCV.

QVOMODO sit expedienda causa suppositis decisionibus hactenus emanatis dubitatum hodie fuit, & DD. præmittentes in decisionibus supponendis firmari primo, quod statutum Bononiæ derogat † dispositioni
1 *l. hac edictali*, quoad dotalia tantum, non autem quoad extradotalia, secundo quod portio debita Dominis de Albergatis in bonis Camillæ pro legitima est tertia pars omnium bonorum tàm dotalium, quàm extradotalium, comprænhenso etiam lucro dotali delato à secundo viro à statuto. Tertiò quod in diuisione hæreditatis Camillæ inter D. Aurelium Maluetium illius tertium virum, & Dominos de Albergatis, nepotes ex filia prædefuncta, assignandum in primis est Maluetio lucrum dotale ascendens ex disposi-
2 tione statuti † ad medietatem dotis, deinde reliqua dotalia partienda esse in stirpes iuxtà Testamentum Camillæ, ab extradotalibus autem in quibus seruari debuit præceptum,
3 *l. hac edictali* prius detrahendã esse legitimam nepotum, & quod superest assignandum esse in capita, assignando simul nepotibus in totum quicquid vltra virilem tertio viro debetur ei Camilla reliquit.

Dixerunt Maluetio pro lucro dotali deberi libras 60613. Albergatis pro legitima lib. 48005. licet enim totus assis hæreditarius ascendat ad lib. 159186. nempè 121226. dotales, & 37960. extradotales detrahendum tamen est æs alienum lib. 15170. quas hæreditas Camillæ debet pro reintegratione fideicommissi, cum legitima debeatur deducto
4 ære alieno, & sic quota † non hæreditatis, sed bonorum, *l. Papinianus*, §. *quarta ff. inoff. testam.*

stam. Iasi in auth. nouissima num. 3. C. eod. tit. Socein. sen. cons. 150. num. 23. lib. 1. Bursatt. cons. 9. num. 13 Rimin. iun. cons. 379. nu. 10. Surd. decis. 333. nu. 14. Caual. decis. 325. numer. 2. Rot. inter impress. apud Moder. Forolinien. de legittima decis. 67. num. 2. decis. 125. nu. 4.

Dictam tamen legittimam detrahendam esse proportionabiliter ex medietate bono-
5 rum dotalium † vltrà viri lucrum, remanente, & ex omnibus bonis extradotalibus,
6 quia debetur † in singulis corporibus hæreditarijs *gloss. in cap. 1. verb. portiones de testam. Suarez. in rep. l. quoniam in prioribus ampliat. 11. num. 9 ff. inoff. testam. Aretin. cons. 155. numer. 8. Cephal. cons. 189. numer. 10.* aliijque relati à *Moderno Foroliuiensi de legittima lib. 2. tit. 1. quæst. 1. numer. 1. & 2.*

Et sic ex medietate dotis deberi pro legittima libr. 30325. ex bonis extradotalibus lib. 17680. ita enim legittimã esse proportionabiliter repetitam super vtraque specie bonorum habita ratione maioris quantitatis, quam importat medietas dotis, & minoris, quam constituunt extradotalia apparet ex calculo extraiudiciali Peritorum. Neque vrget, quod in alia decisione huius causæ
7 Rota dixerit † libr. 37960. extradotales deberi nepotibus pro legittima, quia tunc supponebatur nepotes nihil habuisse ex bonis dotalibus, & in eiusdem decisione §. *fin.* reseruatum fuit, vt particulariter videretur, An nepotes habuerint ex bonis dotalibus legittimam, vndè cum valor legittimæ longè excederet valorem extradotalium, meritò iuxtà tum deducta decisum fuit, extradotalia deberi pro legittima, et hic est germanus sensus dictæ decisionis, & aliarum subsequentium.

Cum igitur nepotes lib. 30325. ex causa legittimæ detrahendas à dotalibus habuerint in ipsorum dotalium, detracto lucro medietate eis relicta in Auiæ testamento, quod ob statutariam derogatione *l. hac edictali* seruandum est, vt firmant omnes decisiones remanent detrahendæ ex eadem causa legittimæ ab extradotalibus lib. 17680. quibus detractis superest valor extradotalium in lib. 19980.

Harum aut librarum 19980. tertiam partem tantum potuit Camilla relinquere ter-
8 tio viro iuxtà præscriptum † *l. hac edictali* in extradotalibus à Statuto non sublatũ, cumque relinquerit medietatem, & sic lib. 9990. excessit in lib. 3330. qui excessus secundum veriorem, & magis communẽ opinionem, quam sequuta est *Rota decis. 712. nu. 2. & seqq. part. 1. diuers. & in decis. huius causæ 21. Aprilis* 1651. §. *non obstat 2. Martij* 1653. §. *non est* appli-
9 catur † in totum nepotibus subsistente in reliquis testamento binubę: Adeò quod nepotes quidno sunt ex dd. libris 19980. residualibus extradotalium habere debent duas tertias partes, & sic lib. 13320. & vlterius lib. 3330. in quibus binuba excessit fauore viri, quæ in totum constituunt lib. 16650.

Cum itaq; nepotibus debitæ sint lib. 48005. pro legitima et lib. 16650. pro portionibus extradotaliũ necnon aliæ lib. 20788. pro residuo medietatis dotis ipsis ab Aua relictę, quæ detractis pro portionabiliter lib. 15170. æris alieni, & rata legittimæ ad d. medietatem dotalẽ, vt supra spectante remanent in dicta summa lib. 20788. & sic in totum nepotibus debeantur lib. 45443. habuerint verò medietatem omnium bonorum ascendentium detracto ære alieno ad lib. 77008. remanent Creditores in lib. 13435. è quibus gratis dicitur esse detrahendum dictum æs alienum, quia iam fuit vt suprà detractum ex integro asse hæreditatis ponendo in eius creditum solum lib. 144016.

Et ità causam esse expediendam resolutum fuit vtraque &c.

ROMANA RETENTIONIS DOMORVM.

Luna 20. Aprilis 1654.

ARGVMENTVM.

Legata ab hærede grauato sunt ex bonis liberis si extant, non autem ex bonis particulari fideicommisso subiectis exsoluenda. Relatio Periti super insubsistentia crediti fideicõmittentis ergà hæredem grauatum non nocet si emanauit fideicommissario non citato, & detegitur erronea. Assignatio facta creditori, quando potius facta dicatur in pignus, quam insolutum?

SVMMARIVM.

1 *Legata soluta præsumuntur ab hærede grauato ex bonis liberis, si extant.*
2 *Vel ex eis solui debent non autem ex bonis fideicommisso particulari subiectis alias legatarii, nec eorum creditores nullum ius super dd. bonis acquirere possunt.*
3 *Creditum fideicommittentis contra hæredem grauatum probatur ex libris eiusdem grauati.*
4 *Liber priuatus probat contra ipsum scribentem.*
5 *Relatio Periti de consensu partium iudicialiter electi fidem facit.*
6 *Creditum fideicommittentis contra grauatum si fuit à Perito declaratum insubsistens talis relatio non nocet fideicommissario non citato.*
Periti relatio facta parte non citata non nocet ibidem.
7 *Periti relatio facta super insubsistentia crediti fideicõmittentis contra grauatũ nõ citato fideicommissario ad causam admisso non nocet, qui tamen erat citandus tam in electione, quam in relatione, & num. 8.*
9 *Deterioratio contingens in rebus fideicommissi cedit in præiudicium grauatij, si talis deterioratio non aderat tempore obitus fideicommittentis.*
10 *Relatio Periti si erronea detegitur in aliquibus sufficit, vt ei nulla sit præstanda fides in reliquis, quia sicuti Peritus errauit in aliquibus errare potuit in cæteris.*
11 *Periti relatio, ex quibus suspecta reddatur?*

12 *Ha-*

12 *Hæres grauatus non potest transigendo fideicommissario præiudicare.*
13 *Verba* per render sicuro *adiecta in actu assignationis denotant eam fuisse in pignus non autẽ insolutum præsertim attenta obseruantia subsecuta nu.15. & præcipuè si verba designationis pignori tantum congruunt num.16.*
14 *Creditum ex sola fideiussione non resultat contrà principalem.*
17 *Verba interpetrari debent secundum mentem contrahentium.*
18 *Clausula tanquam accessorie recipiunt intellectum ab ipso contractu.*
19 *Appellatio deuoluit ad Iudicem ad quem cognitionem totius negotij principalis.*
20 *Retentio nè sit concedenda sufficit creditum aliquo modo reddi illiquidum.*

DECISIO DXCVI.

QVARVMDAM domorum retentionem sibi ex concordia, cum Oliuerio Carpiano de anno 1648. inita assignatarum Nereus Scarlattus, & Iulia Nuta nutrix Iuliani Bindi obiecerunt Monasterio, & Monialibus Sancti Bernardini de Vrbe, desuper immissionem petentibus ex persona Sor. Catherinæ Carpianæ, vigore fideicommissi relicti à Iacobo Carpiano, & Rota sine præiudicio dictę restitutionis petitã immissionem concessit coram R.P.D. meo Albergato, & in tertia instantia coram me.

Cumque ad sententiarum huiusmodi executionem deueniri non possit super bonis retentis, nisi diffinito articulo retentionis, cuius cognitionem ad me, vtpotè Iudicem tertiæ instantiæ, ad quem propter clausulas amplissimas in commissionibus appellationum positas, totum negotium coram primo Iudice deductum, quamuis non terminatum deuolutum fuerat spectare Domini censuerunt, proposui hodiè discutiendum, an, & cui competat retentio, fuitque resolutum non competere Bindis. Illi siquidem retinere prætendunt, tanquam Creditores in scutis 8550. Iosephi, & Laurentij de Carpianis, hæredum grauatorum Iacobi fideicõmittentis, supponendo eosdem hæredes euasisse fideicommittentis Creditores, quia soluerint de proprio legata ab illo relicta.

Quod suppositum non releuat attenta existentia aliorum bonorum Testatoris nulli fideicommisso, aut oneri subiectum, ex
1 quibus † hæredes legata soluisse præsumuntur *Leonan.cons.276.num.7. Rot.decis.180.num.4 par.1.recentior.& in Sabinen. seu Farfen. fideicommissi 14. Martij 1640. §.fin. coram me*, vel solue-
2 re debuerunt, † itaut ex hac causa nullum ius ipsi, vel illorum Creditores acquirere potuerint super bonis particulari fideicommisso subiectis *Gozadin.cons.71.n.4. Menoch.cons. 383.n.14. cum alijs alleg. in Romana retentionis domorum 23. Maij 1642. §. non obstat il 2. & 2. Martij 1643. §. sed cessat, & §. sequenti coram Reuerendiss. Episcopo Terracinen. & in Romana fideicommissi de Zuccaris 4. Februarij 1650. §. tertio denique coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Extabat inquam creditum scutorum 13. mill. 518. quæ ipsimet Laurentius, & Iose-
3 phus, hæredes grauati debebant Testatori, † vt constat ex eorum libris, qui sicuti plenè
4 probant † contra scribentes *l. publia §. fin. ff. depositi Ias. in l. admonendi num.110. in ff. de iur. iur. Surd.cons.439. num.20. Rot.decis.195. num.6. & 7. par.6. recentior. & in Tiburtina administrationis seu redditionis 9. Decembris §. primo scilicet, coram Reuerandiss. D. meo Decano*, ità contrà Bindos eorum Creditores, iuncta præsertim relatione Damiani periti iudicialiter vsque de
5 anno 1640. electi † inter DD. hæredes Creditores vocatos ad fideicommissum plenam, propterea contrà eosdem Creditores fidem faciente *Rot.decis.341. num.1. par.6. recentior. & in d. Tiburtina administrationis 9. Decembris 1641 & 10. Maij 1642. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Nihil vrgente quod Gabriel Fuscus alter Peritus retulerit dictum creditum scutorum 13. mil. 518. esse aereum, & inexigibile, vti prouenienes à lucris, & vtilibus, primo quia hæc relatio cum emanauerit fideicommissa-
6 rijs non citatis ipsis † non nocet *Gabr.cons.168 num.101. & 102. lib.1. Surd.cons.422. nu.34. & 35* & magis in terminis *decis.256. num.15. per tot. Add. ad Greg. XV. decis.545. num.12. Rot. inter recent. decis.115. num.14. par.1. & in Maioricen. Beneficij 17. Iunij 1648. §. fin. coram me*, eo minus, quia fideicommissarij iam fuerunt ad causã
7 tunc pendentem admissi, † ac proinde citandi erant, tam in electione periti *Cagnol. in l. 2. numer.260. C. de rescind. vendit. Ias. in §. quadam num.79. inst. de act. Surd.cons.452. num.34.* quam
8 in relatione † *Dec. cons. 416. numer.21. vers. et data cum seq. Aldobrand. cons.59. numer.6. Buratt. decis.458. num.6.*

Secundò quia relatio est erronea, cum credita, quæ in exigibilia asserit probentur exacta à Laurentio in summa scutorum 69537. à qua detractis scutis 63451. per ipsum solutis diuersis Creditoribus, remanent in manibus Laurentij scut. 6086. quorum saltem debitor est, & quatenus alij effectus illi à Iacobo assignati, effecti fuissent deteriores de tempore relationis Fuschi obesset, dum tales non erant tempore mortis Iacobi, quod
9 attendi debet cum † deteriorationes postea contingentes cedant præiudicio hæredis *l. in ratione 30. & ibi Bart. & Castren. nu.2. ff. ad l. falcid. l. in quantitate 13. ff. eod. Peregr. de fideicomm. art.4. num.56. Mart. de success. legal. par.4. quæst.18 art.9. num.27. Giouagn. respons.3. numer.7. & seqq. lib.2.* sufficitque in omnem euentum con-
10 stare de errore relationis † in dd. scutis 6080. vt ei derogetur fides in totum, quia sicuti errauit in his, potuit errare in cæteris *Grat. disput.163. num.31. Castr. cons.301. num.4. libr.1. Soccin. iun. cons.131. num.11. lib.3. Rot. coram fan. memor. Gregor. XV. decis.79. num.2. vbi Adden. numer.6. allegat. concordantes.*

Præsertim, quia eadem relatio suspicione non

11 non caret, † cum nusquam pendēte lite coram Reuerendissimo Episcopo Terracinensi, coram quo emanarunt decisiones declarantes non competere Scarlatto prætensam retentionem prodierit, sed solum post concordiam inter Oliuerium Scarlattum, & Bindos longè post ingnorantibus alijs fideicommissarijs ad prædictam litem, & causam vt suprà admissis, cælebratam, in qua inter cætera conuentum fuerat de hac relatione procurando, addito expresso pacto, quod nisi concordia adimpleretur nullius momenti esset Periti non electio, non relatio, quæ propterea videtur procurata, vt transigentes cōfouerent se ipsos in bonis reciprocè assignatis cum graue præiudicio fideicommissi, &
12 ad illud vocatorum, † quibus nocere non potuerunt *l. 3. §. sed quia Cod. com. de leg. Peregr. cons. 7. num. 33. libr. 3. Fusar. de substit. quæst. 524. num. 15. & 17. Rot. decis. 331. num. 1. & 8. part. 4. tom. 2. recent.*

Non obstat, quod creditum Iacobi fuerit extinctum mediante assignatione effectuum socialium ei facta à præfato Laurentio, & Iosepho debitoribus, quia eisdem effectus reconsignati fuerunt in noua societate, nec vsquam illorum dominium fuerit translatū in Iacobum, cum assignatio non emanauerit in satisfactionem eius crediti ex libris, vt supra probatis, sed in actu fideiussionis per eum præstitæ pro dd. Laurentio, & Iosepho, vt redderetur securus de relatione sibi ex causa dictæ fideiussionis promissa, prout denotant apertissima verba Instrumenti, ibi, *Il sopradetto Signor Lorenzo Carpiani volendo render securo il Signor Giacomo, che s'è obligato come di sopra &c. da d'esso cede &c.* adeò quod assignationem fuisse in pignus non autem in
13 in solutum, demonstrant vim verba *per render securo Soccin. sen. cons. 93. num. 1. vers. sed in casu nostro lib. 1. Afflict. Franch. Gratian. & alij relat. à Moder. Foroliuien. de pignor. lib. 5. quæst. 4. num. 3.* tum causa, quia scilicet facta fuit ex causa fideiussionis, & in ipso contractu, quo Iacobus fideiussit, de quo tempore absurdum est dicere quod partes cogitauerint ex hac causa dare in solutum, quia tunc nullum præexistebat Iacobi fideiussionis occasione creditum, quippe quod ex sola fideiussione
14 non resultat † *l. si pro ea C. mandati cap. peruenit de fideiuss. Rota in Maceraten. Census 5. Iunij 1638. coram bon. mem. Cardinali Hieronymo Verospio in Romana Domus 17. Martij 1649. §. in creditum in fine coram me.* Tum obseruantia sub-
15 sequuta, † nam vt dicebam ijdem effectus fuerunt reconsignati, eisdem Laurentio, & Iosepho, eorumque valor longè excedens quantitatem, pro qua Iacobus fideiusserat præbet argumentum priuneuæ assignationis, in pignus, ac partes præsumantur voluisse iactare suum *Surd. cons. 243. num. 5.* vbi allegat concordantes.

Ex his stantibus, quæ pignori tantum
16 congruunt, † nihil refert quod assignatio concepta fuit verbis, & clausulis aptis transferre dominium, quia verba interpetrari de-
17 bent † secundum mentem contrahentium *Aretin. cons. 159. num. 16. vers. ex his infertur, & n. 17. vers. vel secundo potest responderi Soccin. sen. cons. 9. num. 36. lib. 1. Natt. cons. 496. num. 13. vers. non enim obstat Decian. cons. 35. num. 34. lib. 2. Menoch. præs. 159. num. 13. lib. 3. Surd. cons. 245. nu. 18*
18 *& tribus seqq.* & clausulę tanquam † accessoriæ recipiunt intellectum ab ipso contractu principali *Surd. d. cons. 243. nu. 26. Soccin. cons. 93. num. 1. in fin. vers. ex qua conclusione lib. 1. Rota decis. 261. num. 16. & 17. par. 7. recentior.*

Nihilque vrget quod in decisione ædita in prima instantia sub die 23 Ianuarij 1649. coram R.P.D. meo Verospio Rota dixerit Scarlatto competere retentionem, quia ea decisio fundatur in relatione Fuschi, & datione in solutum, & vtrumque fundamentū ex nouiter deductis corruit, nec est nouum quod in subsequentibus instantijs recedatur à decisis in antecedenti absque particulari decisionis reuocatione, cum illa vna cum
19 cognitione totius negocij appellatio† deuoluerit, ad Iudicem ad quē *l. eos C. appell. Rota in Ianuen. Attentatorum 13. Martij 1604. coram Carrara Cardinali Sacrato impress. apud Marches. de commiss. tom. 2. fol. 64. sub num. 3. & in Calaguritana Decimarum 28. Aprilis 1651. §. primo & seqq. coram me.* Præter quod nec etiam coram R.P.D. meo Verospio Rota voluit canonizare retentionem, sed Monialibus immissionem concessit, sine præiudicio retentionis, ad quam excludendam satis est
20 reddere † aliquo modo illiquidum creditū, siue Bindorum ergà Laurentium, & Iosephum, siue horum erga Franciscum Iacobi hæredem ex allegatis *Rot. dec. 411. n. 26. & 27. par. 5. rec. & in decis. huius caus. coram Reuerendiss. Terracinensi.*

Et ita decisum Monialibus tantum &c.

ALERIEN. VICARIAE.

Veneris 24. Aprilis 1654.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo datur possessori, aduersus factum Iudicis nulliter, & iniustè procedentis. Regula de triennali tuetur possessorem triennalem tam in petitorio, quā in possessorio.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis, alio non possidente suffragatur ad obtinendam manutentionem.*
2 *Possessio probatur à Testibus deponentibus de actibus possessorijs, quamuis nullam rationem reddant, quia possessio cadit sub sensu visus.*
3 *Mandatum de manutenendo competit possidenti de tempore mota litis.*
4 *Possessio anterior præfertur posteriori.*
5 *Iudex nulliter, & iniustè procedens non priuat possessorem sua naturali possessione.*

6 Ma-

6 *Manutentio debetur possidenti, si non habuit se pro spoliato.*
7 *Executor litterarum Apostolicarum tenetur citare possessorem.*
8 *Amplia siue executor sit mixtus, siue merus.*
9 *Item amplia etiamsi adesse possessorem ignoret, quia adhuc nouæ possessioni præiudicare non potest.*
10 *Regulæ de triennali tuetur possessorem triennalem tam in petitorio, quam in possessorio.*
11 *Itaut contra eum dari non possit de inualiditate tituli.*

DECISIO DCXVII.

IO: Michael Funduccius prouisus Apostolicus de Vicaria perpetua Parrochialis Ecclesiæ Archipresbyteratus nuncupat. Terræ de Carbara illius possessionem vigore litterarum Apostolicarum captam probauit, tum per publicum Instrumentum appræhensionis, quod alio tunc non possidente
1 suffragatur, † etiam ad effectum manutentionis *l. prædia vbi gloss. & DD. ff. acq. poss. Put. decis. 650. num. 4. lib. 1. Cas. de Grass. decis. 5. num. 2. de caus. poss. & propr.* cum alijs allegatis *in Cusentina Canonicatus 5. Iulij 1649. coram R.P.D. meo Meltio.*

Tum per duos Testes deponentes de visu,
2 quod † Ioannes Michael per triennium continuò quietè, & pacificè possedit, exercendo curam animarum, exigẽdo decimas, & alios fructus ad Vicariam spectantes, qui Testes, quia possessio cadit sub sensu visus plenè eā probant, etiam si nullam aliam sui dicti rationem reddant, *Innoc. in cap. cum causam nu. 3. in princ. de Test. Honded. consil. 7. lib. 1. Rot. decis. 307. sub num. 1. par. 1. recentior. decis. 242. num. 2. apud Merlin. & in Hieracen. Parrochialis 24. Ianuarij 1653. §. maximè coram R.P.D. Zarate.*

Hinc Rota hodiè censuit dandam esse eidem Ioanni Michaeli mandatum de manu-
3 tenendo, quod semper competit possidenti de tempore motæ litis *§. retinendæ inst. de interdict. l. 1. ff. vti possid. Rot. decis. 139. num. 1. & seqq. part. 7. recent.* non attenta posteriori possessio-
4 ne Pauli Auitelli, quia præferenda † est anterior, *Felin. in cap. licet causa num. 8. & seqq. de probat. Surd. cons. 168. num. 16. Rot. decis. 106. nu. 1. decis. 322. num. 2. par. 1. rec. & in Tridentina Canonicatus 17. Maij 1643. coram R.P.D. meo Ceruo.*

Quamuis posterior possessio capta fuerit de mandato exequutoris Apostolici, quia
5 cum ille notoriè nulliter processerit, † non priuauit Io: Michaelem sua naturali possessione, & proindè quia se pro spoliato non
6 habuit † adhuc manutenendus sit *Soccin. in cap. quoniam q. quod si super num. 152. de lit. contest. Burat. decis. 185. num. 5. & 6. decis. 529. numer. 7. Rot. diuers. decis. 307. nu. 7. & seqq. par. 1. & in Salernitana Beneficij 1. Februarij 1651. coram R.P.D. meo Celso.*

Notoria autē nullitas resultat, ex quo Exe-
7 quutor processit † non citato Ioanne Michaele, vt debuit *cap. licet Episcopus de præb. in 6. l. fin. C. si per vim seu alio modo Mantic. dec. 194. numer. 3. Rot. in terminis exequutoris Apostolici decis. 46. num. 7. coram san. memor. Gregor. XV.* siue
8 esset exequutor mixtus, † siue merus *Calder. consil. 227. num. 3. vers. alia est solutio, Menoch. de adipiscen. remed. 4. num. 456. & seqq. iunct. nu. 447. Rot. decis. 187. nu. 1. in fin. par. 3. recent. & in Montis Cassinen. Parrochialis 17. Februarij 1648. §. penult. coram me,* & etiam si adesse possessorem igno-
9 raret, adhuc enim † eius nouæ possessioni præiudicare non potuit *Rot. decis. 284. num. 17. par. 5. recent. in Callien. Prioratus 5. Iulij 1649. §. fin. in Meleuitana Commendæ 15. Iunij 1650. §. postrema coram me.*

Eo maximè, quia vt probant supranominati Testes Ioannes Michael est triennalis pacificus possessor, cumquè habeat titulum Apostolicum iuuatur Regula Cancellariæ
10 de triennali, quæ efficit ne contra ipsum excitari possit lis in petitorio, vel possessorio. *Rebuff. in prax. intert. Sig. super clausi. derogatoriis ante num. 1. vers. sed si quis impetrauerit Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 53. numer. 11.* vel da-
11 ri de inualiditate † eius tituli. *Felin. consil. 2. num. 31. Cassador. dec. 4. num. 5. de caus. poss. & propr. Rot. decis. 154. nu. 7. par. 1. recent.*

Et ità decisum informante tantum Ioanne Michaele, alia tamen parte octies citata &c.

VRBEVETANA CENSVS.

Lunæ 27. Aprilis 1654.

ARGVMENTVM.

Census impositus super pluribus corporibus expressis eorum confinibus in genere validus est, quādo ex signis, & nominibus communibus singulorum corporum confinia designantur cum hoc Constitutio Piana expressè non requirat, sed solum quod fines sint certi, & plura deducuntur in casu decisionis signa ex quibus confinia satis certificantur, & respondetur etiam adductis pro nullitate cēsus ob non specificationem confinium, vt latè colligere poteris ex Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Census ob non expressionem certorū finium fundi censualis, vt Constitutio Piana expressè mandat nullus est.*
2 *Census impositus super pluribus corporibus nō expressis certis finibus ideo nullus est, quia remanet incertum, quænam sint confinia bonorum ab impositore possessorum. Declara n. 9. & seqq.*
3 *Confinia fundi censualis exprimi debent in actu impositionis, & venditionis census attenta dictione tunc, apposita in Constitutione Piana, quæ extremitatem temporis denotat.*
4 *Dictio tunc, refertur ad initium actus gesti.*
5 *Periculum peremptionis fundi censualis de iure spectat ad emptorem census.*
6 *Constitutio Piana in impositione census ideo requirit expressionem certorum finium, vt posset constare*

stare de peremptione rei, super quo census imponitur.

7 *Debitor census iudicium super nullitate census instituens ob incertitudinem fundi, illam probare tenetur alio modo, quam per exhibitionem instrumenti censualis, quia designatio confinium non requirit scripturam.*

8 *Ita creditor è conuerso agens ad fructus census tenetur probare affirmatiuam specificationem finiũ, quia cum fundet intentionem suam in emptione census probet necesse est eam validam esse.*

9 *Confinia fundi censiti necesse non est, quod nomine proprio exprimatur, sed sufficit quod per nomen commune, vel alia signa distinctè tamen, & expressè designentur, & quænam sunt ista signa remissiuè num. seqq.*

10 *Confinia Castrorum notoria, & indubitata esse solent.*

11 *Census impositus absque expressione confiniũ substinetur quoties imponitur super domibus impositoris sitis in certa parochia, quæ certos habet limites, & confinia.*

12 *Et idem etiam validus reputatur census impositus super domo quam venditor habet in Ciuitate, dummodo illam habeat, licet eius fines non designentur.*

13 *Amplia quãuis constaret impositorem habere alias domus extra Ciuitatem.*

14 *Et idem etiam de censu imposito super prædio impositoris sito in campanea si vnicum impositor habebat.*

15 *Census licet ex Bulla Piana imponi debeat super re immodobili certis finibus designata non obstãte quod loquatur in numero singulari, nil refert, an super vno, vel pluribus prædijs census imponatur.*

16 *Confinium certitudo in impositione census certificari potest à certitudine loci generalis.*

17 *Census impositus in plurali super gabellis, & alijs redditibus perpetuis in aliqua Ciuitate, vel Oppido sitis substinetur non expressis particularibus finibus, si per alia signa, & circumstantias de eis habetur certitudo.*

18 *Confinia in impositione census satis dicuntur expressa ex illorum relatione* iuxt. corũ notissimos fines, *quæ relatio vim habet specifica designationis confinium relatorum.*

19 *Limita non procedere iuxta opinionem Iason. & aliorum, quando expressio est de forma, quam tamen limitationem reijciunt allegati per Gratian. discept. 973. num. 11. & num. 20.*

21 *Bulla Piana exigit proforma quod fines sint certi, sed non quod nominatim, & specialiter exprimantur, dum certitudo ex alijs signis haberi potest.*

22 *Confinia si in instrumento census contrahentes enunciarunt pro notissimis ex hoc resultat sincera fides, & enixa voluntas seruandi in omnibus Constitutionem Pianam.*

23 *Et ex hac enunciatiua confinium pro notissimis certa, ac determinata illorum specifica expressio resultat ex solutione fructuum spatio pluriũ annorum, ac obseruantia subsecuta.*

24 *Census stante longa obseruantia solutionis fructuũ indicatur valide vsque ab initio impositus.*

25 *Præsertim quando solutiones fructuum fuerunt facta in vim mandati Iudicis, pro cuius iustitia præsumitur, & exaduerso appellatum non fuit.*

26 *Confinia non expressa in actu impositionis census specificari possunt ex interuallo ad effectum substinendi censum in præteritum.*

27 Honded. cons. 25. num. 32. lib. 2. cum alijs allegat. num. 2. *declaratur.*

28 *Numeratio pecuniæ in actu impositionis census requisita à Bulla Piana ex pluribus simul iunctis conuincitur.*

DECISIO DXCVIII.

POST tricenariam solutionem fructuum cẽsus de anno 1591. à Ioanne Francisco Monaldense impositi, *& in super Prædijs, Possessionibus, Terris, & alijs bonis existentibus in Castris, ac Territorijs della Ripaluella, & Collenghe ad ipsum tamen spectan. & pertinentibus, iuxta eorum notissimos fines confinatis, qui semper exprimi Instrumentoque quatenus opus sit addi possint* Comes Laurentius de Marscianis hæres Com. Ludouici in dicto censu fideiussoris pulsatus pro fructibus decursis, & non solutis excepit de nullitate cẽsus, ob non expressionem
1 certorum finium fundi censualis, † quem certis finibus designari mandat Constitutio Piana sub pœna nullitatis, vt notat *Surd. cons. 318. nu. 12. Cenc. de cens. q. 40. num. 7. & seqq. post Nauarr. in Commentar. super dicta Constitutione Piana §. primo, & seqq. inter impress. apud Cenc.*

Negabantque informantes pro Comite, aut satisfactum iri Constitutioni Pianæ per supra relatam expressionem cum incertum
2 remaneat, † quæ sint confinia bonorum ab impositore possessorum in Territorijs Ripaluellæ, & Collis lunghi, dum ibidem etiam aliæ personæ bona possidebant, vt in puncto similis impositionis super vniuersis bonis Tenutæ Arcisariæ, & Tenutæ Terræ Pactutij consuluit *Honded. consil. 25. num. 32. lib. 2. quem sequuta est Rota decis. 80. num. 3. inter impress. apud Cinc. de Cens.* & in terminis census impositi à Communitate in aliquo Territorio additis ipsius Territorij confinibus super bonis Communitatis, & particulariũ existentibus in aliquo Territorio additis ipsius Territorij confinibus, non ipsorum bonorum tradit *Modern. Senator Niciensis in tractatu de vsuris q. 58. num. 37.*

Aut suffragari posse expressionem certorum finium cuiuslibet fundi factam de annis 1616. & 1620. quibus bona fuerunt subhastata, & deliberata, quia eam requiri in
3 ipso actu † impositionis, & venditionis census notat *Cinc. d. quest. 4. num. 29. & 30.* ponderando dictionem *tunc*: in Constitutione Pij Quinti, appositam, quæ extremitatem temporis designat *l. 4. §. final. ff. de condit. & demonstrat. Menoch. de recuper. remed. 15. nu. 392.* & re-
4 fertur † ad initium actus gesti *gloss. in cap. ad aures verb. nisi forte tunc de reb. Eccles. non alien. Barbos. dict. 409. sub num. 6. Bald. cons. 57. num. 2. vers. secundo est consideran. lib. 2.* Necnon quod alioquin in origine census, & antè factam spe-

specificationem confinium cessaret periculum peremptionis cẽsus, ob peremptionem
5 fundi cẽsualis, † quod de iure spectat ad emptorem census *l. primum C. peric. & commod. rei vendit. §. cum antè instit. de empt. & vendit.* & eluderetur intentio Bullæ Pianæ, quæ hanc formam
6 induxit, † vt posset constare de peremptione rei super qua est impositus census *Honded. cons. 25. num. 38. & seqq. lib. 2. Cinc. dicta q. 40. num. 8. Rot. dec. 80. num. 3. post tract. eiusdem Cinc. de cens.*

Quod verò magis specifica finium designatio de tempore impositionis facta non fuerit dicebant iidem informantes constare ex instrumento censuali superius enunciato, dum ab emptore census contrarium non probatur, vt debet; Nam sicuti quando debitor instituit principaliter iudicium nul-
7 litatis census, † ex capite incertitudinis fundi illam probare tenetur alio modo, quam per exhibitionem Instrumẽti censualis, & quod designatio confinium non requirit scripturam, vt respondit *Rota apud Buratt. decis. 10. num. 5. & seqq. dec. 46. num. 6. & 7. & numero 16. Cinc. de censib. dicta q. 40. nu. 36. & 37.* ita è con-
8 uerso creditori † agenti ad fructus census incumbit onus probandi affirmatiuam specificationis finium, quia cum fundet intentionem suam in emptione census, doceat oportet eam validam esse, vt in simili *Rota coram san. mem. Greg. XV. dec. 278. num. 2. vbi allegantur concordan.*

Informantes autem pro Camillo Bonauentura census creditore asserebant supra recensita verba Instrumenti satis inducere fundi censualis certitudinem, quamuis singulorum corporum confinia designata non
9 fuerint, † quia necesse non est, quod nomine proprio exprimantur, sed sufficit, quod per nomen commune, vel circumloquium, vel alia signa, res distinctè tamen, & expressè designentur *Rebell. de oblig. instit. lib. 10. qu. 6. num. 6. circa finem Salas de contract. tit. de censib. dub. 7. num. 14. Cinc. de cens. q. 40. num. 35. Adden. ad san. mem. Greg. XV. dec. 375. num. 6. Eminentissimus Cardinalis de Lugo de iust. & iur. tom. 2. disput. 27. num. 66. aliique allegati à Modern. Senat. Nicien. de vsur. q. 58. n. 9. & 15.*

Et hæc signa in casu nostro deduci: Primo ex Castrorum vbi bona sita sunt finibus,
10 qui notorij, † & indubitati esse solent *Castr. in l. ex hoc iure num. 24. ff. iust. & iur. Bald. consil. 420. num. 1. lib. 1.* ac deseruiunt certificationes bonorũ censualium; Vndè in proximis terminis, certam, & validam esse impositionẽ
11 census † super domibus impositoris sitis in certa Parochia, quia Parochia ipsa certis limitibus distincta est dixit *Rota decis. 636. sub num. 3. par. 4. rec.* sic etiam validum esse censũ
12 super domo, † quam venditor habebat in Ciuitate si eam tamen habebat ibi; licet eius fines non designauerit tradit *Gratian. discept. 141. num. 14.* vbi hoc ampliat, quamuis con-
13 staret † imponẽtem habere alias domus extra Ciuitatem, & decisum fuit coram *b. me. Cardinali Millino in Ciuitatis Castelli census 10. Maij 1590. impressa apud Cinc. de cens. decis. 94.*
14 *n. 2.* idem que de censu imposito super prædio impositoris sito in campanea si vnicum impositor habebat, & quod expressio diuiduæ designationis tradunt allegati *à Moderno Manicalciaten. de censibus §. primo qu. 10. num. 28. Genc. de censibus q. 40. n. 33. & 34.*

Quæ ratio, cum militare quoq; videatur in pluribus prædijs sine aliqua expressione finium particularium existentibus in Territorio certos fines habente, idem isto casu dicendum est, quod in prædicto casu census impositi super vno prædio, maximè quia, vt dicatur seruata forma Bullæ Pianæ, & si
15 loquatur in singulari, † quod census imponatur super re immobili, certis finibus designata nil refert, an super vno, vel super pluribus prædijs census imponatur *Nauarr. de vsur. num. 113. q. 15. Rebell. de obligat. iust. lib. 10. q. 6. sub num. 1. Gratian. discept. 141. num. 2. Bonacin. de contract. disp. 3. q. 4. puncto vnico sub nu. 15. Cenc. de cens. q. 41. nu. 12. & seqq.* vbi respondet contrarijs *Rota inter impressas post dictum tract. dec. 92. nu. 2. & seqq.* & siuè census vnus, siuè plures sint fundi censuales, satis est etiam non expressis particularibus finibus eorum per alia signa, & circumstantias haberi
16 certitudinem, † quæ à certitudine loci generalis resultat, vt de censu imposito super domibus, in certa Parochia dicebatur supra,
17 & de imposito † in plurali super gabellis, & alijs redditibus perpetuis in aliqua Ciuitate, vel Oppido sitis tradit *Molina de contractibus disp. 389. sub num. 3. vers. quatenus autem Ludouic. de Auundan. de cens. cap. 52. numer. 1. & seqq. Cenc. eod. tract. q. 29. numer. 14. Io: Francisc. Leo in Thes. for. Eccles. par. 2. cap. 15. n. 7. ad fin.*

Secundo ex relatione expressa ad prædiorum confines ibi: *Iuxtà eorum notissimos fines*
18 *confinatis* † habet enim regulariter huiusmodi relatio vim specificæ designationis confinium relatorum *l. ait Prætor §. primo* ibi: *Accipiendũ sic est quasi nominatim &c. & ibi Bart. ante num. 1. ff. de re iudicata, Tiraquell. de leg. connub. gloss. 7. num. 182. & seqq. Ricard. in §. 1. nu. 40. in fin. instit. de testam. Rot. dec. 1152. num. 2. lib. 3. par. 2. diuers. & in Bononien. Beneficiorum 24. Maij 1647. §. nihilominus in fine coram me.* Et quam-
19 uis quando expressio † est de forma id limitet *Ias. in l. vbi autem §. fundi num. 4. ff. de verb. oblig. & in l. hac consultissima §. per nuncupationẽ num. 2. C. de Testam. Tiraquell. d. glos. 7. num. 188. & num. 190. & 191. ad med. vers. sed his,* tamen
20 non † assentitur *Dec. Grat. & alij,* quos refert, & sequitur *Grat. discept. 973. numero 11. & seqq.*
21 limitatio non applicatur, quia Bulla † exigit quidem proforma, quod fines sint certi, sed non quod nominatim, & specialiter exprimantur, dum certitudo ex alijs signis haberi potest *Salas. Rebell. & alij sup. alleg.*

22 Tertiò ex quo contrahẽtes † subdiderunt: *quod notissimi bonorum fines semper exprimi, & in instrumento censuali quatenus opus sit addi possint, & valeant.* Nimirum id magis demonstrat sinceram contrahentium fidem, & enixam voluntatem in omnibus Constitutionem Pia-

Pianam, de quo etiam infrà discretissimè protestatæ fuerunt, quod in puncto ponderat *Buratt. dec. 10. nu. 14. vers. accedit, & num. 15.* vt propterea credendum sit bonorum con-
23 finia, quæ notissima dixerunt, † & ad quæ habuerunt relationem, certa, ac determinata esse illorum specifica expressio, quatenus opus sit ex tricenaria taciturnitate iunctis solutorum fructuum census, eiusque partium diuersis extinctionibus, mediante restitutione sortis nusquã prætensa fructuum solutionem imputatione in sortem, vt prætendissent si ob incertitudinem confinium cẽsus nullus esset factus præsumatur, & cen-
24 sus tam longa obseruantia† validè ab initio impositus indicetur, vt in terminis nullitatis census dixit *Rota dec. 375. num. 8. coram san. me. Gregor. XV. & in puncto dec. 10. num. 14. dec. 48. num. 15. & 18. apud Buratt. facit Penia dec. 1118 num. 8. in fine*, eò magis, quia solutiones fru-
25 ctuum † factæ quandocumque fuerunt in vim mandati Iudicis pro cuius iustitia præsertim cum exaduerso appellatum non fuerit præsumitur, *Rot. dec. 106. num. 18.* ibi: *Iuncta Iudicis authoritate par. 5. rec.*

Accedit specificatio corporũ in actu subhastationis bonorum impositoris subsequuta de anno 1618. quæ omisso an potuerint
26 fieri ex interuallo, † saltem ad effectum sustinendi censum in præteritum, vt posse conatur probare *Modern. Cremonens. resol. practic. resol. 235. sub num. 4. & 5.* confirmat veritatem confinium in instrumento census relatiuè dissignatorum; Atque hinc non applican-
27 tur, *Honded.* & alii † exaduersò superiùs allegati, quia non loquuntur in casu, quo tot signa certitudinis finium concurrent.

His vtrique discursis Rota respõdit censum esse validum, nam quicquid sit, an ponderata pro validitate sufficiant, vt singula, sanè simul iuncta, æquipollent designationi bonorum censualium requisitæ à Bulla
28 Piana, † cui ex pluribus simul iunctis satisfactum censeri, etiam in ea parte, qua actualem numerationem requirit, decisum fuit *in Roma a Saluiani 31. Ianuarij 1646. §. final. coram R. P. D. meo Verospio.*

Et ita decisum fuit vtraque parte informante.

LEODIEN. PECVNIARIA.

Merc. 29. Aprilis 1654.

ARGVMENTVM.

Mutuum ab Abbate contractum absque licentia & mandato Monachorum ex quibus præsumptionibus, & coniecturis probetur, in vtilitatem Monasterii fuisse versum, itaut ad illius restitutionem teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Numeratio pecuniarum mutuo receptarum probatur ex attestatione Notarij, cui fides adhibenda est.*

2 *Numeratio pecuniarum mutuo receptarum regulariter non probatur ex confessione Abbatis in praiudicium Monasterij.*

3 *Fallit concurrentibus adminiculis, & versione pecuniarum in vtilitatem Monasterij.*

4 *Ecclesia qua est cultrix iustitia non debet cum aliena iactura locupletari.*

5 *Versio pecuniarum in vtilitatem Monasterij est concludenter probanda quando Prælatus absque consensu Monasterij mutuum accepit nec sufficiũt coniectura secus vero è contra.*

6 *Nec statur assertioni Prælati pecunias mutuo acceptas versas esse inutilitatem Monasterij, quia sicut ille non valuit contrahendo Ecclesia praeiudicare, ita nec confitendo.*

7 *Contractus celebratus contra formam statuti redditur ipso iure nullus.*

8 *Versio pecuniarum eo magis concludenter probanda est inutilitatem Monasterij si concurrant præsumptiones in contrarium, quod nulla vrgebat necessitas contrahendi mutuum.*

9 *Mutuum contractum ab Abbate pro extinguendis debitis Monasterij non suffragatur, nisi probetur debita validè fuisse contracta.*

10 *Imprudentia siue negligentia Abbatis Monasterio nocere non debet.*

11 *Mutuum ab Abbate receptum à consanguineo est suspectum de simulatione tam respectu confessionis de recepto quam versionis.*

12 *Testes de auditu in materia difficilis probationis vehementem præsumptionem faciunt.*

13 *Coniectura versionis mutui resultat ex confessione creditoris asserentis se à mutuante satisfactũ iuncta etiam narratiua emissa in instrumento mutui quod pecunia accipiebantur pro soluendo ære alieno.*

14 *Item coniectura versionis resultat quando vicinitas temporis inter mutuum & solutionẽ æris alieni intercessit, quæ præsumi facit hoc fuisse solutũ ex pecunijs mutuatis nisi Monasteriũ probet tunc adfuisse alias pecunias, & nu. 15.*

16 *Versionis præsumptiua probatio licet non sufficiat, plena & concludens dicitur quando concurrunt vehementes coniectura & agitur de contractu mutui palam ac publicè gesto.*

17 *Probatio plena resultat ex pluribus coniecturis simul iunctis, & tunc probatio dicitur vera non præsumptiua, & num. 18.*

19 *Obligatio Ecclesiæ habet implicitum statum validitatis, donec Ecclesia aliter declaret.*

20 *Declaratio ex interuallo in praiudicium contrahentium non potest retrotrahi si constat tempore solutionis pecuniarum obligationem fuisse validam.*

21 Decis. 29. num. 4. & 5. apud Cenc. de cens. quo casu loquatur?

22 *De obligatione Ecclesia quando ab initio non constat quam ex confessione de recepto emissa non à toto Capitulo, vel ab Abbate cum consensu Monasterij tunc declaratio fieri potest, & ratio diuersitatis affertur, & num. 23.*

24 *Libri Monasterij probant creditores in eis descriptos esse tales in praiudicium eiusdem Monasterij.*

25 *Confessio geminata Prælati super versione pecuniarum plurimum operatur præsertim quando est admi-*

adminiculata, & num. 26.
27 *Mutuum ab Abbate receptum in vtilitatem Monasterij versum præsumitur, si constat de præcedenti indigentia non tamen si aliunde prouideri potuerit necessitati Monasterij, & num. 28.*
29 *Abbas pro Monasterio contraxisse præsumitur quãdo onus alendi Monachos & soluendi debita ad ipsum spectabat.*
30 *Versio pecuniarum ab Abbate mutuo receptarum in causam alimẽtorum inducit de se obligationem Monasterij, quamuis nulla obligatio præcesserit.*
31 *Et tunc Abbas præsumitur habuisse mandatum indeterminatum à Monasterio.*

DECISIO DXCIX.

PAVLVS Vertea Abbas Monasterij Vallis Scholarium mutuo accepit ab Adamo Gabrielis florenos 3000. die 4. Decembris 1621. & alios florenos 1500. die 10. Ianuarij 1622. & sic in totum florenos 4500. ad quorum restitutionem Carolus dicti Adami Hæres obtinuit à Iudice de partibus condemnati Modernum dicti Monasterij Abbatem necnon ipsum Monasterium, & causa per appellationem ad hoc sacrum Tribunal deuoluta, vtrumque ad id teneri decisum hodie fuit.

Primum enim Mutuum probatur ex publico Instrumento continente, quoad florenos 2574. actualem numerationem coram
1 Notario, & testibus† cui de hoc testanti fides
adhibetur *Bart. in l. si ex cautione nu. 9. vers. vnde fit. C. non nu. pecun. & ibid. Bald. nu. 14. Salicet. numer. 28. Felin. in cap. si cautio sub num. 52. ff. de fide instrum, Mantic. de tacit. lib. 18. tit. 6. num. 4.* De reliquis verò floren. 425. confessionem Abbatis, & receptoris Monasterij de præcedenti numeratione, similisque confessio adest
2 quoad secundum Mutuum, † & licet probare non soleat in præiudicium Monasterij, & receptorum *Felin. in cap. fin. num. 11. de præscript. Castrens. cons. 337. num. 2. vers. ad primum lib. 1. Seraphin. decis. 292. numer. 2. decis. 1139. num. 1.*

Vtique probat in casu nostro ob concursum adminiculorum, & pecuniarum ver-
3 sionem in commodum† Monasterij ex qua sola oritur actio, cum non sit æquum quod
4 Ecclesia quæ est cultrix Iustitiæ † locupletetur cum aliena iactura *cap. quod quibusdam 4. de fideiuss. cap. 1. de deposito cap. 1. de solutionibus, Bald. in Auth. hoc Ius porrectum nu. 23. vers. quarto verum C. sacros. Eccles. Natt. cons. 547. num. 18. & 29. Gutier. var. resol. lib. 2. cap. 17. nu. 3. Redoan. de rebus Eccles. non alien. quæst. 4. num. 1. Molin. de contract. disput. 300. num. 2. & seqq. Rot. apud Pen. decis. 778. num. 3. & 4. dec. 256. nu. 8. apud Duran. & inter rec. dec. 611. num. 11. par. 3.*

Tota difficultas restringitur ad probationem versionis quam nõ per coniecturas, sed
5 plenè probandam esse † quoniam Prælatus absquè consensu Cõuentus Mutuum accepit, & ad id mandatũ non habebat, licet secus sit è conuerso, tradit ità distinguendo *Castren. cons. 337. sub num. 2. vers. adhoc respondeo & vers. nec obstat lib. 1. Calderin. cons. 7. de probat. vbi aduertit quod Textus in l. fin. ff. de exercit. act. debet intelligi in eo qui habuit* mandatum recipiendi mutuum *Ang. cons. 245. numer. 3. in fin. ibique gloss. verb. quo vertatur ff. de in rem verso,* nusquam suffragante confessione Prælati,
6 quod † pecunia mutuo accepta fuerit in vtilitatem Monasterij, quia sicut ille non potuit Ecclesię nocere contrahẽdo ità nec cõfitendo *Bald. in Auth. hoc ius porrectum num. 32. C. sacros. Eccles. Rebuff. in cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. Abb. cons. 87. per tot. lib. 1. Ang. d. consil. 245. sub num. 3. Castr. d. cons. 337. sub num. 9. vers. licet igitur Feder. de Senis cons. 143. num. 2. Vrsill. ad Afflict. dec. 168. num. 2. Rot. apud Pen. dec. 555. num. 8. & dec. 713. num. 3. par. 4. diuers.*

Noster autem casus videbatur esse primę speciei, quia omne mandatum, quod Abbati competere forsan posset ex dispositione iuris communis sublatũ fuit particulari statuto huius Monasterii prohibente Priori ne vltra summam 20. librarum mutuo accipiat, sine assensu speciali *Summar.* Monasterij *nu. 5.* nec Abbas mutuum accepit cum consensu Conuentus, vnde vltra dictam summam librarum 20. caruit prorsus mandato, immò contrauenit statuto, quod vti conceptum per verba prohibitiua expressa actum aliter gestum reddit ipso iure nullum *l. fin. §. fin. C. de com. de leg. Seraph. dec. 781. num. 14.* Augetur-
7 que † plenæ probationis necessitas ob contrarias præsumptiones regulantes, ex quo
8 per † Testes probatum fuit Abbatem prædecessorem qui obierat biennio antequam mutuo pecunia acciperetur, reliquisse magnam quantitatem frumenti, vini aliorumque commestibilium, mobilia vasa argẽtea, pecora aliaque animalia, ac 800. circiter florenos Brabantiæ, nec proinde opus fuisse pecuniam accipere mutuo, vel pro alimẽtis Monachorum, vel pro extinguendis debitis, quod propterea probandum esset va-
9 lide † fuisse contracta, vt benè in his terminis aduertit *Castren. d. cons. 237. sub num. 2. vers. hoc verum Ang. d. cons. 245. sub nu. 4. Rot. dec. 678. sub num. 8. vers. sed de ista par. 1. rec. dec. 611. nu. 8. vbi subsistente causa debiti par. 2. recent. Molin. d. contract. disp. 300. num. 5. & 6.* Imprudentia
10 enim siue negligentia Abbatis † præiudicare non debet Monasterio *Castrens. d. cons. 337. sub num. 1. vers. sed tunc & vers. sed respondeo Ang. cons. 246. sub num. 8. col. 2. vers. quinimo gesta,* cumque Abbas Vertea mutuum acceperit
11 à consanguineo illud eo magis † est suspectum de simulatione, tum respectu confessionis de recepto, quam versionis *Castrens. cons. 237. num. 4. Natt. cons. 147. nu. 6. Grat. discept. 94. n. 41. & seqq.*

Cæterum quoad summam florenorum 3709. versio visa fuit satis probata, quia eadẽ summa soluta diuersis creditoribus Monasterij apparet ex eorum quietantijs quarũ aliqua exprimũt in specie personam Adami mu-

mutuantis, quodque solutiones factæ fuerint de pecunijs d. Adami, testantur etiam primus & septimus Testis dat. in *Summar.* Caroli *num.* 4. qui licet deponant de auditu
12 in hac materia † quæ est difficilis probationis *Mantic. de tacit. lib. 8. tit. 14. num. 5. & 15. Menoch. præsumpt. 55. num. 4. lib. 3.* vehementem præsumptionem faciunt, *Farinac. de Testib. quæst. 69. numer. 88. & seqq. Mantic. decis. 39. numer. 8. Rot. inter recent. decis. 207. num. 3. par. 1. cum alijs relatis ab Adden. ad Buratt. decis. 492. num. 7.*

Iuncto præsertim tertio Teste, qui erat vnus ex creditoribus, & affirmat se satisfactum à mutuante *dicto Summar. nu. 5.* ac iuncta narratiua emissa in Instrumento mutui, quod pecunia accipiebantur pro soluendo
13 ære alieno, † vnde resultare coniecturam versionis tradit *Grat. discept. 897. num. 10. Post Alex. cons. 84. nu. 4. lib. 7. Sognorol. in terminis mutui cum Monasterio cons. 212. sub num. 2. vers. item notantur & dixit Rot. penes Seraph. dec. 1093. nu. 1. penes Buratt. dec. 920. num. 4. & in Romana Census 26. Iunij 1647. §. penult. coram me*, eò magis
14 quia vicinitas temporis † inter mutuum, & solutionem æris alieni præsumi facit hoc fuisse solutum de pecunijs mutuatis *Menoch. de arbitr. cas. 431. num. 38. & præsumpt. 13. num. 8. lib. 3. Grat. d. discept. 897. nu. 11. Rot. dec. 334. n. 2. par. 4. rec. dec. 114. num. 6. & 7. par. 5. dec. 31. nu. 3. coram sa. me. Greg. XV.*

15 Nisi Monasterium probet, † tunc adfuisse alias pecunias *Rip. in l. si ventri §. fin. num. 11. ff. de priuil. credit. Odd. de restit. in integr. par. 2. qu. 51. num. 58. Rot. dec. 611. num. 10. par. 3. rec.* Sed tantum abest vt probet, quod imò alij Testes *d. Summar. num. 3. 6. & 7.* probant Monasterij indigentiam, vt *num.* 8. & 9. addunt florenos Barbantiæ 1200. circiter relictis ab Abbate prædecessore fuisse prius consumptos, ac diuisos inter Monacos, pariterque frumentũ, mobilia, & alia ab eodem Abbate relicta fuisse à furibus subtracta, vt proinde retorqueatur contraria coniectura ab huiusmodi relicto exaduerso deducta, & vndiquè vigeat versionis probatio, quæ adhunc effectũ,
16 etiam si præsumptiua non sufficeret, plena dicitur, vbi coniecturæ sunt admodum vehemẽtes, agiturque de contractu mutui deliberatè inito, ac de actibus palàm & publicè gestis, vt declarat *Mant. de tacit. lib. 8. tit. 14. num. 15. Rot. in Perusina Oblationum 4. Maij 1645 §. & licet coram R. P. D. meo Cerro,* plures enim
17 vehementes coniecturæ † plenissimam probationem constituunt *Bald. cons. 3. num. 4. lib. 3. Soccin. iun. cons. 32. num. 14. lib. 2. Roman. consil. 6. num. 3. Ciriac. controu. 291. num. 21. Rot. decis. 336. la prima num. 4. & 7. in fin.* vbi quod dicitur
18 vera † non præsumpta probatio, & loquitur in casu quo satis non esset probatio præsumptiua *par. 2. rec. Idemque decisum fuit in Romana diuisionis 15. Iunij 1649. §. penultimo coram Me.*

Subsistentia autem æris alieni, hoc est quod creditoribus quibus solutum fuit Monasterium esset validè obligatum, asserebant informantes pro Carolo, probatione non indigere postquam solutio fuit secuta, licet secus esset ante solutionem, quia cum obli-
19 gatio Ecclesiæ, † etiam non solemnis, habeat implicitum statum validitatis donec Ecclesia aliter declaret *Surd. cons. 183. num. 39. Duran. decis. 397. num. 29.* verum est dicere quod tempore solutionis obligatio erat valida, & per consequens vtiliter pecunia versa, nec declaratio seù oppositio postea sub-
20 sequuta potest retrotrahi † in præiudicium contractuum antea initorum, vt in specie distinguit ac declarat *Rot. dec. 29. num. 4. & 5. inter impress. apud Cinc. de cens.* Sed hæc distinctio non videtur applicabilis casui nostro cũ non procedat, quando obligatio habuit ab initio statum validitatis, & soluens poterat illius nullitatem non declarare, in quibus terminis loquitur mox allegata *decis. 29.* vbi
21 agebatur † de obligationibus carentibus tantum solemnitatibus extrinsecis, & solutio facta fuit à toto Capitulo, quando vero de antecedentibus obligationibus, non constat abundè, quam ex confessione in actu so-
22 lutionis emissa, † eaque emanauit non à toto Capitulo, vel ab Abbate, cum consensu Monasterij, sed absque huiusmodi consensu, & adest particulare statutum prohibẽs Abbati, ne absque consensu senioris partis Capituli contrahat, & mutuum vltra modicam summam librarum 20. accipiat secus dicendum est, & ratio diuersitatis est, quia tunc dubitatur de existẽtia obligationis quã solus Abbas nõ potuit in præiudicium Mo-
23 nasterij probare, † confitendo, vel si nulla erat approbare soluendo, vt per *Castr. consil. 337. sub num. 4. lib. 1. aliosque allegatos supra in §. tota, & confert decisio in Licien. administrationis rationis 18. Martij 1652. vlterius est & §. penult. coram R. P. D. meo Celso.*

Ideò Domini ponderarunt vlterius quod solutiones factę fuerunt non vni, aut paucis creditoribus, erga quos præsumi possit animus gratificandi, sed multis vti talibus de-
24 scriptis in libris Monasterij † quibus valdè deferri solet *Rot. dec. 195. num. 2. par. 1. rec. decis. 76. num. 3. apud Martin. Andr.* quod in aliquibus partibus exprimitur, etiã causa crediti quod pecuniæ mutuo acceptæ fuerunt pro soluẽdo creditoribus, quod Testes dati in *Summ.* Caroli *num.* 6. asserunt de auditu Monasterium fuisse multo ære alieno grauatũ quod tandem, idem Abbas Paulus Vertea vna cũ receptore Monasterij id fassus fuit de anno 1623. assignando propterea in solutum Adamo quædam nomina debitorum, vt in *Summar.* responsionis pro Carolo *num.* 4. Magni
25 enim momenti est confessio † Prælati geminata *Add. ad san. mem. Gregor. XV. decis. 375. num. 11. vers. quarto præiudicat*, vbi refert *decisum in Conchen. Decimarum de Belmonte 2. Iunij 1619. coram bon. me. Archiepiscopo Seleuciensi*, &
26 adminiculis fulcita † *gloss. in cap. dudum il 2. verb. de veritate vers. qui tale de elect. Seraph. dec.*

292.

292.n.3.cũ alleg.ad Adden.ad Buratt.dec.453.n11.

Reliquos verò florenos 800. vtiliter versos dubitari non valet cum cesserint in causam Alimoniæ necessariæ Monachorum, vt probatur ex reiteratis confessionibus Abbatis iuncto primo & sexto Teste affirmantibus pecunias fuisse versas in emptionem vini, frumenti, & similium victualium quodque tempore mutui, Monasterium immensa necessitate præmebatur adeoque subsistere non potuisset, nisi mutuo dantem reperijsset, hæc enim supposita indigentia alimẽtorum, eorumque successiua præstatione

27 in illam, † mutuum versum præsumitur in terminis *Bald. in Auth. hoc ius porrectum n.3. C.sacrosanct.Eccles.Text.in l.fin.C.alimen.pupill. præst. Surd. conf.* 181. *num.*46. vbi subdit quod etiam si aliundè potuerit prouideri huius-

28 modi necessitati † tamen non præsumitur, *Rot.dec.*611.*num.*7 *par.*3.*recent.& in supracitata Perusina oblationum* 4. *Maij* 1643. §. *subsistit coram R.P.D. meo Cerro,* maximè quia redditus Monasterij nõ suppetebant, ac desuper aderant plusquam 60. sequestra, vt ait primus Testis super 15. *Summar.* Caroli *num.*6.

Non obstat, quod vltimum mutuum nõ sit contractum nomine Monasterij, quia æquipollet, quod Paulus in illo se nuncupauerit Abbatem, & pecuniam erogauerit in vtilitatem Monasterij, vt Monasterium obligetur, siuè quia tunc Abbas contraxisse

29 præsumitur pro Monasterio, † ad quod onus alendi & soluendi debita spectabat *Soccin.conf.*34.*per tot.præsertim numer.*3.*lib.*3. *Surd. conf.*383. *num.*41. siuè quia versio in causam

30 alimentorum † inducit de se obligationem Monasterij, quamuis nulla eius obligatio præcessisset *Bart. in l.his solis num.*3. *ff. de cond. indeb.Surd.de alim.tit.*8. *priuileg.*48. *vers. tamen fauore alimentorum Rot.dicta .dec.*611.*n.*11. *in fin. par.*3.*rec.*

Hinc minùs obstat, quod Abbas vigore statuti habeat mandatum limitatum ad summam librarum 20. quia stante versione, idem

31 est † ac si præcessisset mandatũ indeterminatum *Natt.conf.*547. *num.*18. & 228. *Menoch. de arbitrar.cas.*432.*num.*30. *in puncto similis Statuti Rot.d.dec.*611.*nu.*11.*vers.ex quo*, gratisque propterea allegatur etiam cõsanguinitas mutuantis, dum pecuniæ, verè mutuatæ fuerunt, & versæ pro Monasterio.

Et ita decisum vtraque &c.

BONONIEN. BONORVM DE AMORINIS.

Lun. 11. *Maij* 1654.

ARGVMENTVM.

Manutentio danda est mulieri, docenti se viuente viro bona dotalia possidisse, quæ possessio licet fuerit Iure familiaritatis, attamen mortuo viro ex superueniẽtia noui tituli dicitur illico mutata causa possidendi, reiectis exceptionibus pro impedienda manutentione ad petitorium.

Pars Secunda.

SVMMARIVM.

1 *Clausula Præcarij ex Statuto Bononiæ includit constitutum* ex nunc prout ex tunc, *& possessionem manutenibilem transfert.*

2 *Mulier ratione crediti dotalis an sit legitima contradictrix ad impediendam immissionem hæredis viri?*

3 *Constitutum quando non cadit super certo corpore incerto ratione loci, & quotæ, incertitudo cessat ob quam suspenditur effectus constituti donec liquidetur.*

4 *Constitutum generaliter adiectum super omnibus bonis, omnium possessionem transfert in Constitutarium.*

5 *Exceptiones contra personas testium non admittuntur in summarissimo possessorio.*

6 *Possessio mulieris viuente viro licet sit Iure familiaritatis, eo tamen mortuo ob superuenientiam noui tituli mutata dicitur causa possidendi, & euasit, vera possessio.*

7 *Amplia procedere etiam absque alia declaratione.*

8 *Immissionem petens fatetur se non possidere.*

Declara conclusionem procedere si immissio simpliciter fuit petita.

9 *Secus verò cum præseruatiua cuiuscumque possessionis tàm Ciuilis, quàm naturalis ex quo resultat animus continuandi, & num.* 10.

11 *Possessio Ciuilis pendet ab animo.*

12 *Procuratoris declaratio respiciens possessionem ciuilem principalis dependentem ab eius animo ei præiudicare non potest.*

13 *Possessio posterior non est manutenibilis in concursu cum anteriori.*

14 *Amplia etiamsi fuerit capta authoritate Iudicis, si tamen Iudex nulliter, & iniuste processit non citato possessore anteriori.*

15 *Exceptio fideicommissi quando respicit altiorem indaginem tàm respectu detractionum, quam illius purificationis non admittitur in Iudicio manutentionis, sed ad petitorium reijcienda.*

16 *Manutentio non denegatur Vxori si docet vna cum viro bona possedisse tanquam propria, reiecta ad petitorium exceptione Dominij.*

DECISIO DC.

DVPPLICITER Octauia Galassa probauit suam possessionem omnium bonorum à Virgilio viro, dùm vixit possessorum. Primò per clausulam Præcarij appositam in Instrumento dotali, rogato de anno 1629.

1 quæ † iuxta Statutum Bononiæ includit cõstitutum *ex nunc prout ex tunc*, & possessionem manutenibilem transfert *Grat.consil.*63. *nn.*33. *& seqq.par.*2. *Lauren.de Pin.conf.*49.*num.*4. & 5. *Rot.penès Buratt.decis.*179. *num.* 3. *& seqq. & in Bononien. de Felicinis* 10.*Ianuarij* 1650. *coram me in Bononien. Manutentionis* 27. *Maij eiusdem anni coram Reuerendissimo D. meo Decano.* Vnde hic non intrat quæstio quam latè disputat *Parlador.rer.quotid.lib.*2.*cap.*50. *num.*13. An sci-

2 licet mulier ratione crediti dotalis † sit legitima contraditrix ad impediendam immissionem hæredis viri, quia hodie non agitur de immissione, sed de manutentione, & mu-

 lier

lier vltra creditum dotale est etiam in posses-
3 sione, cumque clausula constituti† non cadat
super certo corpore incerto ratione loci, &
quotæ, & sic cesset incertitudo ob quam sus-
pendi effectum constituti donec liquidetur,
tradit *Paris.cons.59.num.17.lib.1. Dec.cons.179.*
num.1.vers.2.ratione, & seqq. & *dixit Rot.dec.300.*
num.9.apud Modern.Perusin.de manut. Sed com-
4 prehendat omnia bona, † omnium possessio-
nem transtulit in constitutarium *Bart. in l.*
Celsus num.15.ff.vsucap.& in l. qui pignoris nu.1.
ff.de acquir.possess.Ias.in l.3. §. inceptam num. 16.
in fine ff.acquir.possess.Tiraquell. de Iure Constitut.
par.2. num.35. vbi ait opinionem Bartol. esse com-
munem Paris.d.cons.59.nu.23.lib.1.Surd.cons.221.
num.56.vbi allegat concordantes.

Secundò per plures Testes deponentes il-
lam viuente viro omnia bona simul cum eo
possedisse, contra quos in hoc Summario
5 possessorio † non admittuntur exceptiones
personales *Couar. pract. quæst. cap.17.sub num.4.*
vers.7. est Seraphin.decis.561. in prin. Rot. coram
Gregor.decis.449. num.10. ibique Adden. num.11.
sufficitque vnicus Testis *Menoch.de retin.remed.*
vltim.sub num.34.Gratian.discept.425. numer.56.
Gregor.decis 438. num.2. & licet ea possessio in
6 vita viri esset iure familiaritatis, † eo tamen
mortuo nec non mortuo etiam Alexandro
filio cuius Octauia est hęres ab intestato quo-
que pariter viuente bona possedit ob super-
uenientiam casus restitutionis dotis ac tituli
hæreditarij euasit vera possessio, quia prę-
sumitur mulier sibi mutasse causam pos-
sessionis *l. certe §.Iulianus ff. precar. l.non solum*
§.quod vulgo ff. vsucap. Achill.de Crass.decis.4.per
tot.de caus.poss.& propr. Crescen. decis.5. num.30.
de restit.spoliat.Mantic.decis.245.nu.4. Coccin. de-
7 *cis.130. num.6.* etiamsi † id non declarauerit,
vt reprobata sententia *Rolland. & aliorum con-*
trarium tenentium firmauit Rot.in decis. Achill.Cre-
scent. mox alleg.decis.232.nu.1. & seqq.par.3. rec.
decis.171. num.4. apud Canal. & magis in pun-
cto ad fauorem Vxoris mortuo viro *dec.169.*
num.1.& 2. & num.4.& decis.173.numer.1. inter
impress. apud Modern.Perusin.de manut.decis.269.
num.13. apud Duran.

Non obstat quod Octauia mortuo Ale-
8 xandro filio petierit immissionem, † & pro-
inde fassa videatur se non possedisse, quia
9 procederet obiectum† si petijsset simpliciter,
in quibus terminis loquuntur allegati in
decis.46.num 4. coram Gregor. & in Bononien.Bo-
norum de Felicin. 1. Aprilis 1650. coram me, at
in casu nostro petijt cum pręseruatiua cuius-
uis possessionis tàm Ciuilis, quam naturalis,
eamque continuando vt in eius Summario
10 num. 4. & proinde † nusquam deposuit ani-
mum possidendi *Rot. decis.157.numer.16. apud*
Pacific.de Saluien.Interd.Duran.decis.269. nu.18.
atque hinc, nec meretur attendi quædam
declaràtio extraiudicialis facta à Procurato-
re, quia præualet, quam iudicialiter facit ipsa
Octauia, cui in re dependente ab eius ani-
11 mo, † qualis est possessio *Ciuilis l. 3. §. amit-*
tenda ff.acquir. hered. Procurator absque spe-
12 ciali mandato † præiudicare non potuit, vt
in terminis respondit *Rot.decis.546. numer.13.*
coram Greg.decis.268.num.2.par.4.recent.

Minus obstat possessio capta post mortem
Alexandri à Comite Galcide de Grassis, quia
13 cum sit posterior possessione Octauiæ, † non
est in eius concursu manutenibilis *Felin. in*
cap. licet causam num.8.& 9.de probat.Surd.consil.
168.num.16. Rot.decis.106.num.1.decis.322.nu.2.
par.1.recent. Quamuis capta fuerit de manda-
14 to Iudicis, † quia cum Iudex processisset nō
citata Octauia illam sua possessione non pri-
nauit *cap. si vt Episcopus de prebend.in 6. Soccin.*
in cap. quoniam §. quod si super num. 152. de litt.
Cinc.Buratt.decis.185. num.5. & 6. & decis.529.
num. 7. Rot. in Salernitana Beneficij 1.Februarii
1651. coram R.P.D.Celso.

Quæ dicuntur de fideicommisso Matthei,
cui inheret donatio facta Comiti Gabrieli
ab Alexandro cum requirant altiorem inda-
15 ginem † tùm respectu detractionum quæ
possent competere, tùm purificationis fidei-
commissi ad fauorem Comitis Gabrielis, &
non seruata forma à fideicommittente præ-
scripta in eo eligendo, quæ omnia opportu-
nius suo loco discutienda erunt reijcienda
sunt ad petitorium, vt in terminis exceptio-
nis fideicommissi *dixit Rot. apud Modern. de*
manut.decis.28. num.14. & decis.300. numer.11.
decis.521.num 12. & inter recent. decis.35.num.1.
& seqq.par.6.

Quare nec vis fieri potest in Constituto
apposito in dicta donatione donec de fidei-
commisso pro cuius executione emanauit
donatio cognoscatur, semperque dicto Con-
stituto anterius est illud existens vt supra in
Instrumento dotali ad fauorem Octauiæ, cui
in hoc summarijssimo possessorio sufficit
16 probare per testes, † quod vir dum vixit,
atque ipsa cum eo, & successiue cum Ale-
xandro filio bona cōtrouersa tanquam pro-
pria viri possedit reiecta ad petitorium exce-
ptione Dominij *Buratt.decis.360.nu.7.dec.904.*
num.10.Add.ad Greg.decis.107. num.5. cum alijs
allegat. à Moderno Perusin. de manut. obseruat.42.
num.58. & seqq.

Ex quibus Octauiæ dandum esse manda-
tum de manutenendo decisū hodie fuit vtra-
que parte informante, &c.

CALAGVRITANA BENEFICII DE CERVERA.

Ven. 15.Maij 1654.

A R G V M E N T V M.

Beneficium in concursu plurium oppositorum adiudicandum est Digniori, & quisnam adhunc effectum reputetur dignior?

S V M M A R I V M.

1 *Adiudicatio beneficij debita est digniori.*
2 *Dignior ad obtinendam prælationem reputatur Baccalaureus.*
3 *Baccalaureatus probatur ex priuilegio quod plenè probat contra omnes.*

4. Fides

4 *Fidei Baptismatis ætatem probat.*
5 *Dignior reputari debet in assecutione beneficij qui est ætate maior alijs oppositoribus, nam talis ætas argumentum præstat solidioris, ac morum grauitatis.*
6 *Iudicio ordinarii circa institutionẽ præsentati non defertur quando ordinarius sequi tenetur præsentationem à Beneficiatis factam.*
7 *De beneficio sollicitus non videtur qui citatus in Iudicio non comparet.*

DECISIO DCI.

QVARTA pars beneficij per ascensum Iosephi Aluarez ad integrum beneficium vacans adiudicanda cui sit in concursu Io: de Hortega, & Io: Iosephi de Burea disceptatum hodie fuit, & pro Hortega responsum, quia & si ambo filij patrimoniales pronunciati, & ab examinatoribus synodalibus ad Curam Animarum idonei declarati fuerint. Hortega tamquam dignior præferen-
1 dus † est iuxta opinionem quam in his terminis continuo amplexa *fuit Rota in Calleguritana beneficii de Lambreras* 4. *Iunii* 1646. §. *penult. coram Eminentissimo Cardinali Otthobono in Calleguritana beneficii della Casa della Reyna* 27. *Maii* 1648. *coram Reuerendissimo Episcopo Terracinensi in Calleguritana Beneficiorum* 27. *Nouembris eiusdem anni coram me, & passim in aliis relatis in Calleguritana Beneficii de Aro* 14. *Martii* 1653. *coram Reuerendissimo Domino meo Decano.*

2 Est autem dignior; † Primò quia Lauream Baccalaureatus in Acchademia Complutensi obtinuit *Rot. in Calleguritana Beneficii de Ziego* 6. *Februarii* 1651. *coram R. P. D. meo Verospio in Calleguritana Beneficii S. Martini* 26. *Maii* 1653. *coram R.P.D. meo Albergato in Calleguritana Beneficii de Ocon* 6. *Februarii proximè preteriti coram R.P.D. meo Beulacqua*, vt con-
3 stat † ex priuilegio dato in eius Summario num. 4. quod plenè id probat. contra omnes *Mascard. de probat. conclus.* 527. *num.* 1. *& num.* 8. *& 9. Rot. in Calleguritana Beneficii* 2. *Decembris* 1652. *coram me.*

4 Secundo quia ex fide Baptismatis † tàm proprij, quam Bureæ amborum ætatem probantis. *Baratt. decis.* 75. *num.* 1. *dec.* 605. *n.* 4. *Rot inter recent. decis.* 709. *num.* 1. *par.* 2. docet se in trigesimo primò anno aduersarium verò in vigesimo primò cõstitutum; Maior enim
5 ætas † quia solidioris prudentiæ, & morum grauitatis argumentum præbet digniorem reddit *Guttierez cons.* 2. *num.* 18. *Rota in Calleguritana Beneficii de Bilbao* 28. *Iunii* 1651. *coram Eminentissimo Cardinali Otthobono in Calleguritana Beneficij*, 15. *Decembris* 1653. *coram R.P.D. meo Celso*, *&* 16. *Martii currentis anni coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Non obstat quod Burea fuerit à Beneficiatis præsentatus, & ab ordinario institutus, quia Beneficiati defuerunt presentando minus dignum, idemque defectus influit in In-
6 stitutionem Ordinarij cuius iudicio † valde esset deferendum nisi ad aliorum præsentationem instituisset *Rota in Calleguritana Beneficii* 27. *Nouembris* 1648. *&* 15. *Ianuarii coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Calleguritana Beneficii Sancti Vincentii* 13. *Martii proximè preteriti coram R.P.D. meo Celso.*

Et in hanc sententiam Domini libentius
7 fuerunt quia Burea citatus nõ comparet, † & sic non videtur de beneficio sollicitus vt ad rem ponderauit *Rota in Calleguritana Beneficii de Aleson* 24. *Ianuarii* 1653. *coram R.P.D. meo Peutingero*, *& in dicta Calleguritana Beneficii Sancti Martini coram R.P.D. meo Celso.*

Et ità decisum informante solum Hortega.

ARIMINEN. SECVNDO GENITVRAE.

Lunæ 18. *Maij* 1654.

ARGVMENTVM.

Secundogenitura à Testatore instituta non debetur ei qui secundo loco natus est si tempore delatæ successionis per obitum primogeniti desijt esse secundogenitus, & primus euasit, quia Testator ad tempus delatæ secundogenituræ respexit, secus autem si ad solum tempus natiuitatis.

SVMMARIVM.

1 *Secundo genitus attento ordine naturæ dici non potest. qui natus est post obitum primogeniti, quia non vidit alium sibi primum, & qui prædecessit habetur pro nonnato.*
2 *Secundogenitus natus post obitum primogeniti non potest consequi secundogenituram, quia tempore delata successionis, quod debet attendi, talis non est.*
3 *Et opinio contraria* Zasii cons. 20. nu. 12. lib. 2. *est contra communem, & receptam DD. sententiam.*
4 *Secundogenitus dupliciter accipitur vno modo naturaliter, quia secundo loco genitus est, alio ciuiliter ad effectum successionis.*
5 *Secundò loco natus ad effectum successionis per obitum primi desinit esse secundo genitus, & primus euadit cum nemo eum antecedat.*
6 *Nec secundogenitus dici potest propriè, ac verè de tempore delata secundogenitura, quando ad illud Testator respexit, secus si ad solum tempus natiuitatis.*
7 *Testator regulariter respexisse præsumitur ad tempus successionis.*
8 *Testator si vocauit secundogenitum, & sic personam incertam de certis, non tam personam contemplasse videtur, quam qualitatem existentem tempore delata successionis.*
9 *Præsertim quando ad idem tempus verba Testatoris sunt relata.*
Ex allegati in contrarium, quo casu loquantur 10. *num.* 10.
11 *Et ex quibus dispositio Testatoris collata dicatur in tempus successionis.*
12 *Naturalia sunt inuariabilia.*
13 *Secundò genitus non dicitur simpliciter vocatus, qui secundò natus est sed qui habet, quando secundo genituram assequitur aliũ fratrem primò natum super-*

superuiuentem, si Testator ad tempus successionis respexit.

14 *Verbum ambiguum unius partis dispositionis interpetrationem recipit iuxta clariorem expressionem factam in alia.*

15 *Interpetratio semper sumenda est, qua breuius secundogenitura in suspenso remaneat.*

16 *Qualitates in secundogenito à Testatore requisitæ si non concurrunt, dici non potest in eo verificari voluntatem Testatoris, & num. 34.*

17 *Secundo genitus quo casu dici nequeat quamuis alios fratres non habeat? & num. 18.*

19 *Secundogenitus etiam Ciuiliter dicitur filius qui tempore delata secundogenitura adhuc viuit eius pater, qui ex præcepto Testatoris est primogenitus cui ipso viuente primogenitura Ius nec Ciuiliter delatum est.*

20 *Successionis tempus attendi debet ad iudicandũ quis Ciuiliter sit primogenitus.*

21 *Secundogenitus nullo modo dici potest primogenitus, qui ob super viuentiam patris nondum in primo genitura successit, Declara vt num. 30. 31. & 33.*

22 *Filius ante mortem patris incertum est an sit in primogenitura successurus cum possit patri præmori.*

23 *In primogenitura sola potentia succedendi non est considerabilis.*

24 *Maximè quando sequeretur absurdum quod ex sola spe succedendi in primogenitura secundogenitus priuaretur secundogenitura contra voluntatẽ Testatoris, qui voluit vt quilibet ex filijs aliquã hæreditatis partem consequeretur nec tota hæreditas confunderetur in eadem persona, Declara vt n. 43.*

25 *Item si Testator expresse voluit quod secundogenitus nullo modo excludatur nisi postquam actu primogenituram assecutus fuit.*

26 *Clausula* venendo il caso, & in tal caso *quid operetur?*

27 *Secundogenito si Testator prohibuit, ne possit aliquid prætendere ratione legitimæ, vel eius supplementi sed totum cedere debeat alijs fratribus satis declarasse videtur ei secundogenituram in recompensam reliquisse.*

28 *Itaut cum ante mortem patris in eius bonis quid prætendere, aut cedere possit secundogenitus primum locum ingressus non habeat.*

29 *Et sicuti nihil cedere potest, ità neque carere habeat secundogenitura ei relicta correspectiuè ad hæreditatem paternam eiusque successionem.*

31 *Genitura ordo inter solos fratres verificatur.*

32 *Epistola Diui Pauli ad Romanos in illis verbis vt sit primogenitus in multis fratribus refertur.*

33 *Primò, vel secundogenitus vt filius dicatur inspici non debet an pater viuat, sed quis inter filios primum, vel secundum locum obtineat tempore delata secundogenitura, adeò quod qui tunc primũ obtinet, etiamsi secundo natus fuerit non sit secundogenitus.*

34 *Secundogenitus si non habet qualitatem à Testatore requisitam non censetur ad secundogenituram vocatus.*

35 *Secundogenitus licet nondum bona primogenituræ nactus fuerit, ea tamen habitu, & potentia habet à principio.*

36 *Secundogenitus eo ipso quod primogenitus euadit, statim eidem cum Iure primogenituræ spes quadã certa succedendi in habitu ad maioratum sue loco, & tempore acquiritur.*

37 *Ius succedendi ad primogenituram quamuis in vita patris suspensum dicatur illi tamen auferri nõ potest, sed ad eius primogenitum transmittitur.*

38 *Ius conditionale, & nondum purificatum scienter cedi potest.*

39 *Ex dispositis à Testatore in progressu successionis inferri non potest vt idem dicendum sit in ingressu, & è contra.*

40 *Secundogenitura possessor, stat simul, quod illam amittat, si primus euadat, nec illum acquirat si primus euaserit, cum tunc non habeat qualitatem secundogeniti, quæ semper requiritur in ingressu.*

41 *Qualitas secundogeniti semper requiritur in ingressu, nec necessaria est in progressu, nisi Testator ità expresse dispossuisset.*

42 *Conditionem sufficit esse impletam tempore delatæ successionis etiamsi implementum postea deficiat.*

43 *In primogenitura actualis successio, aliud est, & aliud qualitas primogeniti inhærens vocato ex die deficientia primi, quia illico secundus primus efficitur & num. 44.*

45 *Amplia procedere etiamsi primogenitus natiuitate decedat viuo patre.*

46 *Tertiogenitus in locum secundi ingressus, licet postea moriatur non tamen secundogenitus, qui primus euaserat iterum talis dici poterit.*

47 *Obseruantia attendenda est pro declaranda voluntate Testatoris.*

48 *Restitutio in integrum non datur sine læsione.*

DECISIO DCII.

SECVNDO genituram ab Alexandro Gambalonga seniore erectam pro filio secundo genito in domo, & Familia Francisci Gambalongæ eius fratris nascituro ex illo filio Armellinæ ipsius Francisci filiæ quem idem Franciscus familiæ Gambalongæ aggregasset, purificatam esse ad sui fauorem prætendente Alexandro iuniore Iulij Armellinæ filij in familiam Gambalongam à Frãcisco translati, filio nato post natiuitatem, & obitum Francisci iunioris ab eodem Iulio geniti, disceptatum hodiè fuit, an ad eius, fauorem sit factus locus dictæ secundo geniture, & negatiuè resolutum.

1 Nam ille & si attento ordine † naturæ secundus à Iulio communi patre in lucem prodierit, quia tamen prodijt, postquam frater primogenitus decesserat dicendum est, quod vel nunquam secundo genitus fuit cũ nusquam viderit alium sibi primum, & qui prædecessit habeatur, ac si natus non fuisset,

2 *Alb. cons. 60. nu. 23.* † vel quod delatæ secundo geniture tempore, quod debet attendi, talis non est, vt in puncto legati relicti secũdo genito tradit *Alciat. cons. 101. num. 9. & seqq. tom. 3 lib. 9. & in l. proximus 92. num. 5. ff. verb. signific.* quem sequitur *Rip. cons. 131. num. 16.* secundum *antiq. impress. Menoch. cons. 220. nu. 23. Surd. cons. 494. sub num. 1. col. 2. vers. vbi valde. Peregr. cons. 33. sub num. 22. vers. reperi libr. 2. Mart. cons. 106. sub num. 18. & cons. 199. num. 30. Valen-*

3 *zuel. cons. 83. nu. 31.* vbi quod contraria † opinio

nio Zasii cons. 20. nu. 12. lib. 2. est contrà com-
munes, & receptas traditiones, quod etiam
affirmat Mant. de tacit. lib. 8. tit. 10. num. 8. add. ad
Molin. de primogenit. lib. 1. cap. 5. nu. 20. & 21. vers.
ex quibus Pelaez. de maior. cap. 4. quæst. 3. illat. sub
num. 12. Thes. iun. quæst. for. lib. 1. quæst. 34. nu. 10.
vers. et Zasium, Castil. quotidian. contr. lib. 5. cap. 93.
§. 1. num. 46. in fin. Vin. decis. 502. col. 2. vers. secun-
do ista sententia, Rot. in Pisauren. Administrationis
Montis 12. Iunij 1651. §. non obstat. vers. itaut pro-
ptorea coram Eminentiss. D. Card. Ottobono, vbi
subditur, quod Menoch. qui aliud sensisse vi-
detur in cons. 97. contrarium tenet in cons. 442.
quodque contra eum fuisse iudicatum testa-
tur Surd. cons. 468. sub num. 4. vers. quarto dicit,
& eius fundamentis respondit Rimin. iun. con-
sil. 544. num. 160. & seqq.

Nimirum secundogenitus dupliciter ac-
4 cipitur † vno modo naturaliter, quia secun-
do loco genitus fuerit, alio ciuiliter ad effe-
ctus scilicet ciuiles, inter quos enumeratur
successio Bald. in l. eam quam nu. 44. C. fideicom.
Paris. cons. 19. num. 127. & 128. lib. 2. Larrea decis.
Granat. 8. sub num. 50. ad quem effectum se-
5 cundo loco natus † per obitum primi desijt
esse secundogenitus, ac primus euasit cum
nemo eum antecedat, Isern. in cap. 1. §. præte-
rea num. 13. quæ sit 1. caus. benef. amitten. Tiraquel.
de iure primogen. quæst. 1. num. 3. Menoch. cons. 442.
sub num. 21. Alb. cons. 182. num. 61. & seqq. Bursat.
cons. 229. num. 21. Surd. cons. 403. num. 17. Molin. de
primogen. lib. 1. cap. 5. num. 20. & ibid. add. vers. vbi
notat, Mantic. d. lib. 8. tit. 10. num. 6. Hier. Leo. dec.
Valen. 209. sub num. 8 & 9. Rot. decis. 128. num. 1.
par. 2. diuers. & in Pisauren. administrationis 27. Iu-
nij 1650. §. nec subsistit coram R. P. D. meo Cerro,
& verè, ac propriè de tempore delatæ secun-
6 dogenituræ, † quando ad illud testator respe-
xit secundo genitus dici non potest, licet se-
cus esset si respexisset ad solum tempus nati-
uitatis, vt benè distinguit Castil. d. lib. 5. c. 93.
num. 67. & 68. vbi reprobat contrarium sen-
tientes Rim. iun cons. 544. nu. 164. & seqq. & nu-
mer. 212. & seqq. Becc. cons. 121. numer. 7. & seqq.
Cauagnol. ad Menoch. cons. 97. nu. 4. & seqq. Auend.
ad l. 40. Thau glos. 17. nu. 11. Giurb. de success. feud.
cap. 18. §. 1. gloss. 10. sub num. 18. circ. med. Intrig. de
feud. cent. 2. art. 40. sub numer. 14. & art. 43. sub
num. 45.

Ad quod successionis tempus respexisse
7 testator † præsumitur regulariter Bald. in l. 2.
num. 7. C. iur. emphit. Menoch. cons. 220. numer. 127.
Alciat. cons. 101. sub num. 11. & 16. tom. 2. libr. 9.
Tiraquell. de iure primogenitura quæst. 14. num. 28.
Peregr. d. cons. 33. sub num. 12. Palaez. de maiorat.
par. 2. quæst. 4. illat. 3. num. 12. & clarius in casu
nostro: primo, quia cum vocauerit secun-
8 dogenitum, & † sic personã incertam de cer-
tis, non tam personam contemplasse videtur
quam qualitatem existentem tempore dela-
tæ successionis Alex. Randen. cons. 30. numer. 66.
lib. 2. Anton. Faber. in C. lib. 6. tit. 19. diff. 24. la pri-
9 ma num. 5. attentis præsertim verbis † ad idem
tempus relatis ibi, quello, che sempre sarà pro
tempore rispetto al primogenito dopo lui. secondoge-
nito, quod in puncto ponderat Surd. cons. 494.
sub num. 2. vers. rursus, & numer. 3. vbi quod De-
10 cian. & alij in contrarium allegati, † non lo-
quuntur in casu quo vocatus fuerit qui exta-
ret pro tempore Rimin. iun. cons. 564. numer. 88.
& seqq. Peregr. cons. 13. num. 22. in fin. lib. 2. Alciat.
d. cons. 101. sub num. 11. vers. ad idem, vbi aduer-
tit, quod dicta verba demonstrant incertum
esse, qui sit successurus, at incertum non
non esset nisi testator ad tempus successionis
respexisset, quia incertum esse non potest,
qui sit secundo genitus, quoad originẽ lib. 9.

Secundo, quia si quando secundogenitus
per obitum primogeniti transiret ad primo-
genituram erectam à Francisco fratre testa-
toris, mandauit Testator secundogenituram
deuolui ad tertiogenitum; & quatenùs ter-
tiogenitus non adesset, voluit secundogeni-
turam stare in suspenso; & à deputatis admi-
nistratoribus administrari donec ex secun-
do genito; qui primus euasit alter secundo-
11 genitus procreetur, † dispositiones, namque
huiusmodi collatæ sunt litteraliter in tem-
pus successionis idemque demonstrant, quia
inducunt variationem in persona secundo-
geniti impossibilem si origo, & ordo natiui-
12 tatis contemplatus fuisset, quia † naturalia
sunt inuariabilia Tiraquell. de iure primogenitura
q. 34. n. 22. Zas. cons. 8. n. 1. & seqq. & cons. 20. n. 12.
lib. 2. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. sub glos. 9. par.
1. nu. 40. & seqq. Menoch. cons. 97. num. 52. & seqq.

Tertiò, quia præceptum iniunctum secun-
dogenito vocato cedendi fratri maiori quic-
quid ex hæreditate paterna petere potest,
supponit de tempore successionis in secun-
dogenitura; existentiam fratri primogeniti,
cui cessio facienda est vt etiam indicat subse-
quens pars testamenti, ibi, quello (hoc est se-
cundogenitus) che sempre sarà per tempo rispet-
to al primogenito, cum exinde detur intelligi
13 non fuisse simpliciter vocatum, † qui secun-
do natus est, sed qui habet, quando secundo-
genituram assequitur alium fratrem primo
natum superuiuentem Ant. Faber. in C. lib. 6.
tit. 19. diffin. 24. la 1. infr. med. vers. secundo enim,
eumdemque sensum habuisse censetur testa-
tor in prima parte substitutionis, qua secun-
dogenitum simpliciter vocauit interpretan-
14 do verbum ambiguum † vnius partis iuxta
clariorem expressionem factam in alia, vt
debet Paris. cons. 3. num. 29. lib. 3. Surd. cons. 468.
num. 8. & 9. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 13. num. 10.
& in puncto Becc. cons. 121. sub nu. 9. vers. secun-
do hoc maximè;

Quibus coniecturis concurrentibus, nil re-
fert, quod secundogenito sint relicta alimen-
ta ex die, qua nascetur, ibi, dal giorno del nata-
le di detto secondogenito; quia hoc benè verifica-
tur in casu, quo tempore eius natiuitatis su-
peruiueret primogenitus, vt testator iuxta
prædicta semper supposuit; prout nec refert,
quod in Alexandro iuniore, quia secundo lo-
co natus est, nec alios habet fratres maiores,
aut minores, ac testatoris nomen, & arma
gerit, verificetur effectus conseruationis suæ
agnationis à Testatore volitus, & sit semper
15 sumenda interpretatio, † qua breuius secun-
doge-

dogenitura in suspēso remaneat *Rot.dec.* 627. *sub num.*10.*vers.itaut par.*2. *recent.* Quia testator verbis apertissimis disposuit, quod hæreditas sit in suspenso donec secundogenitus nascatur; cumque vocauerit secundogenitum, cui tempore delatæ successionis superuiueret primogenitus, & ad paternam hæreditatem ius aliquod non competeret, quæ
16 qualitates in Alexandro deficiunt; † gratis dicitur in eo verificari intentionem Testatoris, vt in puncto respondit *Alciat. in sæpe cit. cons.*101. *num.*16. *in fin. & num.*17. nihil suffra-
17 gante quod alios fratres non habeat, † quia non ideò secundogenitus dici potest, *Ant. Faber. in eod.lib.*6.*tit.*19.*defi.*24. *la* 1. *vers. quam fieri*, & expectari debet an alij fratres nascan-
18 tur, † interim immaturam esse petitionem ait *Faber.ibid.vers. & quidem.*

Cœterum informantes pro Alexandro, cum etiam ciuiliter de tēpore aperte secun-
19 dogenituræ esse secundogenitū † asserebant attenta superuiuentia Iulij eius patris, quia hic est primogenitus in domo, & familia Francisci Gambalongæ, quem testator vocauit, & donec viuit Alexandro illius filio primogenituræ ius, nec ciuiliter delatum est, *Bald.cons.*275.*sub num.*6.*lib.*2.*Becc.cons.*231.*sub num.*12.*&* 13.*Tiraquell.de iure primogen.quæst.*34.*num.* 22. *&* 28. cumque ad iudicandum quis
20 ciuiliter sit primogenitus, † attendi debeat tempus successionis, nullo modo talis dici
21 potest secundogenitus, † qui ob superuiuentiam patris nondum in primogenitura successit *Decian. cons.*16.*num.*33. *&* 34. *lib.*4.*Becc. cons.*121.*num.*7.*vers.huc etiam cons.*122.*num.*8.*& seqq.cons.*123.*sub num.*1.*Surd.cons.*403.*num.*18.*in fin.Ludouic.à Peguer.decis.*114.*num.*19. vbi ponderat, quod ante mortem patris incertum
22 omnino est, † an filius sit successurus in primogenitura cū possit patri præmori, & alioquin sequeretur maximum absurdum, quod Alexander secundo natus ob solam potentiā
23 succedendi in primogenitura † nullatenus considerabilem *Oldr.cons.*118. *sub num.* 2. priuaretur secundogenitura, ac si actu successisset, & sic vtraque careret; contra voluntatē
24 testatoris, † qui vocauit secundogenitum, vt quilibet ex filijs Iulij aliquam hæreditatē consequeretur, nec vtraque hæreditas cōfunderetur in eadem persona *Palaez. de maior. par.*2.*quæst.*4.*illat.*3.*n.*11. *Anton.Faber.d.difin.*24. *sub num.*5.*Menoch.cons.*97.*num.*90. *Rip.cons.*131. *nu.*16.*post med.Senat.Dolan.apud Crinell.dec.*135. *num.*18. *Rot.in sup.citat.Pisauren.administrationis montis* 12. *Iunij* 1651.*§.penult. princ. coram Eminentissimo Cardinali Ottbobono.*

Non autem vt secundogenitus exclud-
25 tur nisi postquam per mortem, † vel alio modo transitum primogeniti ad domum de Blanchettis assecutus fuisset actu primogenituram, quod apertissimè expressum videtur ibi; *e venendo il caso che detto secondogenito, per morte del primogenito, ò per transito alla casa Bianchetti &c. passasse dalla mia casa alla sudetta di mio fratello &c. in tal caso voglio, che il detto secondogenito, già mio herede sia tenuto lasciare tutta detta mia heredità*; ponderādo clau-
26 sulam illam, *e venendo il caso*; geminatam ibi, *in tal caso* restrictiuam priuationis secundigeniti ad casum ibi expressum *Alex. cons.*101. *sub n.*13. *vers. vbi habetur lib.*7.*Pereg. de fideic.art.*29.*num.*15.*&* 28.*Barbos. claus.*178. *num.*1.*Canaler.dec.*455.*num.*7. necnon iuncto quod superius testator prohibendo secundo-
27 genito, † nunquam possit aliquid prætendere in domo hæreditaria legitimæ, vel eius supplimenti, sed totum cedere debeat fratribus, satis declarauit secundogenituram reliquisse, in recompensam hæreditatis paternæ, vt propterea cum ante mortem patris in
28 eius bonis, quid prætendere, † aut cedere possit, secundogenitus primum locum ingressus non habeat *l.* 1. §. *si impubere in fin. ff. collat. bonorum.* *Alex. in l. si cum dotem num.*13. *ff.sol. matr.Ias.in auth.ingressi sub num.*44. *cod.sac. Eccles. Hond.cons.*60. *num.*7.*lib.*2.*Surd.cons.*238.
29 *num.* 10. sicuti nihil cedere potest, † ità neque carere debeat secundogenitura ei relicta correspectiuè ad hæreditatē paternam eiusque cessionem iuxta regulam correspectiuorum, de qua *Rot. decis.*428.*num.*7.*par.*1.*recent. decis.* 637. *num.*3. *apud Peniam.* *Ciurb.decis.* 5. *num.* 2.

Sed responsum fuit nihil obstare superuiuentiam Iulij patris, quo minus Alexander eius filius origine secundogenitus, præmortuo primo fratre primogenitus ciuiliter di-
30 catur, † quia testator non vocauit simpliciter secundogenitum in domo, & familia, quo casu patrem superuiuentem dici primogenitum, non autem eius filium in vita patris censuit *Bald. in exaduerso allegat.cons.*275.*lib.*2. & alij eum sequentes, quos omnes sine iure, & ratione locutos fuisse tradunt infra allegandi, sed † secundogenitura nasciturum ex Iulio idest ex filio Armellinæ per Franciscū adoptando, & sic non intellexit de primo, vel secundogenito in ordine ad Iulium patrem, quem tanquam communem stipitem, & generantem nominauit, sed in ordine ad
31 ipsos fratres inter se, † inter quos verificatur ordo geniture *Socc.Iun.cons.*108. *sub num.* 18. *vers.nam si de nepotibus lib.*2.*Socc. Sen. consil.*88. *sub n.*1.*vers.quinimo dicta lib.*3.*Castrens.cons.*164. *sub nu.*5. *circa fin.vers.sed secundum lib.*2.*Roland. cons.*38.*num.*23.*lib.*4.*Menoch.cons.*328.*num.*5. *ex Text. in cap.Ioseph. de verb. signific. & in cap.*8.
32 *Epistolarum Diui Pauli ad Romanos*, † ibi vt sit ipse primogenitus in multis fratribus *Ioseph. Roman.cons.*100.*num.*190.*Rot.in Bononien.de Capacellis* 8.*Martij* 1613. *coram Sanctiss. D.N. impress.apud Cinuag.resp.*162.*num.*38.*lib.*1.*aliaque relati à Modern.Neapolitano consult.*145.*num.*56.*&* 57.*lib.*2. *& à Modern.Saminiatense consil.*27. *sub num.*48. quod confirmatur ex subsequētibus verbis testamenti, ibi, *che il secondogenito non possa pretendere mai cos' alcuna nella casa, & heredità di suo padre, mà il tutto habbia à cedere à fratelli maggiori, ò minori.*

33 Inspici ergo non debet an pater viuat, † sed quis inter filios primum, vel secundum locum obtineat tempore delatæ secundogenituræ,

turæ, adeò quod qui tunc primum obtineat
etiam si secundo natus fuerit, non sit secun-
dogenitus, & per consequens cum non ha-
34 beat qualitatem à testatore requisitam,† nõ
censeatur ad secundogeniturã vocatus *Socc. Sen. cons. 63. num. 14. lib. 3. Dec. cons. 287. sub nu. 7. Mant. de coniect. lib. 3. tit. 4. num. 3. & seqq. Rot. dec. 272. nu. 1. apud Buratt. cum alijs allegat. in Licien. bonorum 7. Februarij 1653. in princ. coram R. P. D. meo Celso*.

Non attento an primogenituræ bona actu
35 possideat, † quia testator id non requisiuit,
sed tantum prohibuit ne succedat, qui non
est secundogenitus, qualis profectò esse de-
sijt secundo natus, statim defuncto primo ex
supra allegatis; & licet nondum bona pri-
mogenituræ nactus fuerit, ea tamen habitu,
& potentia habet à principio, & vt ait *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 6. num. 16. & 17.* eo ip-
36 so, quod primogenitus euadit, † statim ei-
dem cum iure primogenituræ spes quædam
certa atque incommutabilis, ac ius succedẽ-
di in habitu ad maioratus successionem suo
loco, & tempore acquiritur, quod quamuis
37 in vita parentis † suspensum esse dicatur, il-
li tamen auferri nõ potest, sed ad eius primo-
genitum transmittitur vt opinatur *Oldr. Alber. Abb. Socc. Tiraquell.* & alij plures ibi alle-
gati quibus additur *Grat. discept. 456. numer. 80. & 81. Giurb. de success. feud. cap. 118. §. 2. gloss. 6. num. 27. & 28. Ciriac. contr. 23. num. 34. Peregr. de iur. fisc. lib. 1. tit. 2. num. 50. & seqq. Matthien. in comment. ad leg. Hispan. lib. 5. tit. 7. l. 7. glos. 5. num. 6. Larr. dec. Granat. 8. num. 47.*

Non obstant coniecturæ in contrarium
adductæ, quia præceptum cedendi hæredi-
tatem paternam prædicatur tantum de iure
conditionali primogenituræ per obitum pa-
38 tris purificando,† quod scienter cedi potest,
l. 1. cod. pact. l. heredes. 21. §. filiusfamilias, l. pactum. 47. in fin. ff. eodem Rot. decis. 12. nu. 5. & seqq. par. 6. recent. & in proximis terminis *Giurb. de success. feud. d. glos. 6. num. 29.* Priuatio secundogeni-
turæ in euentum, quod per obitum primo-
geniti, vel transitum ad familiam de Blan-
chettis secundogenitus efficeretur primus,
determinat casum, in quo post adeptam secũ-
dogenituram, secundogenitus fieret primo-
genitus, ne scilicet vtraque hæreditas in ea-
dem persona confundatur, sed exinde inferri
non potest ad casum contrarium præobitus
videlicet primo nati antequam secundo na-
to, secundogenitura deferretur, nam ex di-
39 spositis à testatore in progressu† successionis,
inferri non potest, vt idem dicendum sit in
ingressu, & è contra *Valenz. cons. 97. num. 77. & 78. Rot. in Bonon. fideicom. 18. Iun. 1638. §. quod si & §. fin. coram bon. mem. Pironan. & in eadem 17. Iunij 1639. §. cessat, & §. seq. coram Reuerendissimo D. Archiepiscopo Tarraconen.* confirmatis 1. *Iulij 1641. coram R. P. D. meo Cerro*, facit *Vasqu. de success. creat. lib. 3. §. 27. nu. 21. vers. & postquam,*
stantque simul, quod secundogenituræ pos-
40 sessor illam amittat,† si primus euadat, nec il-
lam acquirat, si primus euaserat, cum tunc
non habeat qualitatem secundogeniti, quæ
41 semper requiritur in ingressum, † nec neces-
saria fuisset in progressu, nisi testator ità ex-
presse disposuisset, quia sufficit semel condi-
42 tionem impletam † esse tempore delatæ suc-
cessionis etiam si implementum postea defi-
ciat *l. in substitutione 31. ff. vul. & pupill. fin. §. 1. C. in dict. vid. toll. Bald. in l. precibus sub numer. 6. cod. impub. & al. subst. Vasqu. de success. creat. lib. 3. §. 27. sub num. 10. Casanat. cons. 4. num. 94. & 99. Mant. de coniect. lib. 11. tit. 6. num. 6. Altogr. consil. 60. nu. 4. lib. 1.*

Allegatum absurdum quod secundogeni-
tus vtraque hæreditate careret, non est mo-
menti, quia primogenitura non careret pe-
nitus stante spe certa succedendi mortuo pa-
43 tre, † cumque vocatus sit secundogenitus,
satis est, vt dicebam, quod succedere præten-
dens in secundogenitura, talis non sit de tẽ-
pore, quo illa defertur, & aliud est actualis
44 successio in primogenitura, † aliud qualitas
primogeniti inhærens vocato ex die deficiẽ-
tiæ primi qua illicò secundus primus effici-
tur, *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 5. num. 20. vers.*
45 *sum deficiente*, quodque id procedat† etiam
si primogenitus natiuitate decedat viuo pa-
tre, tradit *Surd. consil. 403. sub num. 17. vers. tamen, vbi primogenitus*.

Omnemque tollit ambiguitatem obser-
uantia subsequuta in persona ipsius Alexan-
dri, qui ob mortem primo nati nusquam
hactenus viuente patre consecutus fuit, aut
petijt alimenta relicta secundogenito, sed ea
præstita fuerunt tertiogenito in locum secũ-
46 di subingresso,† ob cuius obitum deinde se-
cutum, non potest Alexander iterum se dice-
re secundogenitum *Marr. cons. 194. num. 32.* &
hæc obseruantia magnificienda est pro in-
47 terpretanda voluntate testatoris † ex alleg.
in puncto in sup. *cit. Pisaurien. administrat. montis 12. Iun. 1651. §. penultimo, & §. fin. coram Eminentissimo D. Card. Otthobono*, vbi quod maximè
procedit, quando idem obseruatum fuit cũ
eademmet persona, quæ successionem præ-
tendit, neque aduersus obseruantiam Alexã-
der minor petere valet restitutionem in in-
tegrum, quia cum ex supra deductis ad secũ-
dogenituram vocatus non sit, nulla adest læ-
48 sio, † sine qua restitutio, nec minori datur
Thes. Iun. quæst. foren. lib. 1. quæst. 34. num. 36. vers. non obstat, vbi allegat. concord.

Et ità decisum vtraque parte accerrimè
informante, &c.

BENEVENTANA DOTIS.

Mercurii 20. Maii 1654.

ARGVMENTVM.

Cessio Iurium reportata à Tutore nomine
proprio mediante Procuratore Tutoris, &
pupillorum ei solummodò suffragatur, si
pro obtinenda cessione rem propriam tradi-
dit. Debitor dotis, an possit in præiudicium
vxoris præscribere marito viuente actionem
de dote? Mala fides præscriptionem impe-
dit, & nocet etiam hæredi debitoris. Statu-
taria

taria præscriptio 30. annorum solutionem inducens locum non habet quoties aliqua præponderans præsumptio militat in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Tutor quo casu censeatur cessionem Iurium nomine proprio, & particulari raportasse, non autem pupilli, & num. 3.*
2 *Relatio regulariter restringitur ad immediatè expressa.*
4 *Singula singulis congruè sunt referenda.*
5 *Cessio Iurium dotalium reportata à Tutore censetur acquisita pupillo, si ad eum onus dotandi spectat. Declara, vt num. 6.*
7 *Fideiussor seu dotis promissor respectu creditoris efficitur principalis debitor quamuis onus dotandi ad alium spectet, & nu. 8.*
9 *Debitor dotis an possit in præiudicium vxoris marito viuente præscribere?*
10 *Vxor contra promissorem dotis agere nequit, sed vir.*
11 *Præscriptio non currit contra non valentem agere.*
12 *Debitor dotis constante matrimonio perpetuam liberationem consequi potest à solo viro mediante acceptilatione, vel confessione de recepto.*
13 *Sic etiam mediante præscriptione 30. annorum liberationem consequi valet, nam quod est alienabile, & remissibile, sic etiam est præscriptibile.*
14 *Alienare dicitur, qui patitur præscribi.*
15 *Præscribens est similis soluenti.*
16 *Promissor dotis, qui bonam fidem habuit, si non possit vti contra mulierem præscriptione 30. annorum hoc nimis durum esset.*
17 *Et hanc opinionem cum distinctione inter præscriptionem fundi dotalis, & actionis de dote sequuntur Fontanella, & alij allegati.*
18 *Præscriptio non currit stante mala fide præscribentis.*
19 *Mala fides resultat si quis semper se debitorem agnouit.*
20 *Mala fides nocet etiam hæredi debitoris, itaut non possit præscribere.*
21 *Præscriptio tricenaria debet esse completa, itaut hæres non incipiat præscribere, nisi à die mortis Testatoris.*
22 *Statutaria præscriptio 30. annorum inducens solutionem, cessat quoties militat contraria aliqua præponderans præsumptio.*
23 *Præsumptio solutionis in terminis statuti, quo casu cesset? & quid in hærede debitoris, nu. 24.*
25 *Hæres ante aditam hæreditatem non tenetur debita hæreditaria persoluere.*
26 *Renunciationis defectus facienda ab vxore, & à viro promissæ in Capitulis matrimonialibus stante silentio longissimi temporis, quo petita non fuit alijsque adminiculis opponi nequit, vel quia præsumitur facta, vel remissa.*
27 *Renunciationis promissæ effectus resultat eo ipso, quod vxor subscribit capitulis matrimonialibus talem promissionem continentibus.*

DECISIO DXCIII.

EVERTERE singula fundamenta decisionis æditæ sub die 27. Iunij 1653. conati sunt hodie, vt ab ea recedatur informantes pro D. Marchione Goffredo, sed iterum solidissima visa sunt. Quia enim Iura Lauiniæ competentia contra Iuliam debitricem dotis cessa fuerunt D. Vincentiæ Caracciolæ nomine proprio mediante persona Fuluij eius Procuratoris legitur oculariter in Instrumento cessionis, ibi, *proprio priuato, &*
1 *principali nomine eiusdem Vincentiæ*, † necnon infra in ea parte, qua pro reportanda dicta cessione Fuluius Lauiniæ cedenti assignauit domum propriam ipsius Vincentiæ, tanquã illius Procurator, ibi, *detto Sig. Fuluio procuratorio nomine di detta Signora Vincenza, da in solutum, & pro soluto à detta Signora Lauinia*, & consonant subsequentia verba cessionis, ibi, *Renunciarunt dicta D. Vincentia, &c.* prædicto Fuluio nomine, quo supra exaduerso refertur ad nomen filiorum Vincentiæ, quorum etiã Fuluius Procurator erat, quia imò supra fuit expressum tantum nomen Vincentiæ eumque eo tantum Procurator in recõpensam cessionis rem propriam Vincentiæ tradidisset cedẽti ad idem nomen pernecessę prædicta clausula refertur, sic suadente tum
2 regula, quam relatio † restringitur ad immediatè expressa, vt notant *Doctores in cap. cum dilecti de donat. Rot. coram fa. mem. Greg. XV. dec. 454. num. 13. & inter recent. dec. 627. num. 9. part. 2.* Tum correspectiuitate acquisitionis
3 ad traditionem, quia nimirum † sicuti domus propria Vincentiæ eius nomine tradita fuit cedenti eodem nomine, cessio acquisita ac stipulata præsumitur, *Ruin. cons. 73. num. 8. vers. quam etiam verba lib. 1. Card. Mantic. de tacitis lib. 22. tit. 8. num. 36. Caual. dec. 219. n. 6.*

Vndè nihil vrget, quod in Instrumento mandati Procuræ in personam Fuluij Vincentia illum Procuratorẽ constituisset, tam nomine proprio, quàm vti Tutrix filiorum quia nomen filiorum appositum fuit respectu concordiæ super quantitate debiti, & alijs prætensionibus Lauiniæ à Procuratore faciendæ. Nomen verò Vincentiæ respectu solutionis de re propria Vincentiæ, & cessionis ad eius fauorem reportandæ, prout
4 successiuè reportata fuit, † & sic singula singulis debent referri, *iuxt. text. in l. negotia ff. neg. gest. l. quoties C. fam. ercisc. Dec. cons. 186. num. 4. Rot. apud Pen. dec. 231. num. 9. dec. 240. nu. 7.* Minus vrget quod cessio censeatur acquisita
5 filijs, † eo quod ad illos negotium ad illum spectaret, ex allegatis per *Bell. Iun. decis. 14. num. 46.* quia spectabat quidem ad filium
6 onus soluendi dotem, † sed non Ius reportandi cessionem translatiuam, quam imò reportare, cum interesset solius Vincentiæ, quæ de proprio soluit ipsi meritò cessio acquisita fuit, vt ad litteram est *text. in l. post mortem, §. tuas, ibique notat Bart. in Summ. ff. quod ex fact. Tut.*

Quod verò Iulia, contra quam cessio emanauit

manauit Lauiniæ cedentis sit debitrix dotis, apparet ex alio publico Instrumento in quo ipsa simul cum filijs, vti principalis principaliter, & insolidum,& sub obligatione Camerali dotem Lauiniæ soluere promisit,atq; ità esto sine veri præiudicio, quod onus dotandi spectaret,ipsa respectu creditricis cuius
7 fauore † promisit &c. quicquid sit respectu filiorum,constituta fuit principalis debitrix, *Aym.cons.33.num.8. Surd.cons.150.num.57.Rota dec.167.num.6.ibique add.num.10. dec.445.nu.2. coram san.mem.Greg.XV.dec.118.num.8.inter impress.apud Zacch. de oblig. Camer.* & in puncto
8 dotis promissæ ab eo,† qui dotare tenebatur *Surd.cons.448.n.1.in fin.*

Aliud obiectum præscriptionis tricennariæ, siue præsumptiuæ solutionis a statuto Beneuenti ex lapsu 20.annorum inductum, fuit sublatum *in prima decisione §.neque.* Quicquid enim sit, an tricennariam dotis debi-
9 tor inchoare potuerit† in præiudicium vxoris marito viuente, quod etiã respectu actionis personalis negant infra allegãdi, & quod tunc mulier agere contra promissorem non
10 poterat, sed vir *l.si.pro dot. C.dot.promiss.l.doce ancillam C.rei vindic. Paris.cons.33. nu.67.lib.1.*
11 & non valenti agere † non currit præscriptio, *l.1.§.fin.Cannal.except. l.cum notissimi, §.in his C.præscript.30. vel 40. annorum, & in puncto Menoch.cons.88.num.43.* quem sequitur *Rimin. Iun.cons.670. num.31. Rot.in Romana Dotis, & Legati 15.Ianuarij 1620.coram bo.me. Manzanedo*

Contraria verò sententia probatur ex quo sicuti constante matrimonio debitor † dotis
12 perpetuam liberationem consequi potest a solo viro, mediante acceptilatione, & etiam cõfessione de recepto, *l.in his rebus 67. §.si vir socero ff.solut.matrim.* siue gratuita alienatione, & remissione, *l.vir ab eo in fin. ff.Iur. dot.* Ità mediante 30.annorum præscriptione
13 cum † eo modo quo aliquid est alienabile, ac remissibile, sic etiam præscriptibile *iuxtà theoricam,* quàm tradit *Marian.Socc. in cap.cum contingat sub num.13. & seqq.de for.compet.Rolan. cons.3.num.83.inter tract.diuers.tom.16.fol.120.à*
14 *tergo,* & alienare dicitur, † qui patitur præscribi, *Vasq.Illuster.quæst.cap.52. num.3.& seqq. Surd.cons.536.num.7. Menoch.cons.825. num.54.*
15 *& 55.* Sitque præscribens † similis soluenti, *l.si pupillus in fine ff.admin.Tutor. Surd.cons.234. num.12.* Ac minùs durum videatur, † quod
16 si matrimonio longissimo tempore durauerit, promissor dotis, qui bonam fidem habuit, non valeat contra mulierem, vti præscriptione 30.annorum *Neguſ.quæst.535.nu.9. Surd.cons.296.num.1.& dec.30. num.3.Fontanell. dec.78.num.9.* in puncto hanc opinionem di-
17 stinguendo † inter præscriptionem fundi dotalis, & actionis de dote secutus est, idem *Fontanell.de pact.nupt.claus.6.gloss.1.par.2.nu.63. post Seraph.decis.569. num.2.* quam non reuocat exaduerso allegata *in Romana Dotis, & Legati coram Manzanedo,* sed loquitur perfunctoriè, & ex abundanti, ibi, *vltra quod &c.*

Quicquid inquam sit de his placuit responsio, quod præscriptio currere nõ potuit
18 stante mala fide præscribentis, † fateri vide-
19 tur se fuisse semper debitricem,† vt constat etiam ex eius vltimo testamento,vbi dotem promissam solui ab hærede mandauit, & sic illam non præscriptam, sed continuò à se debitam fuisse agnouit, *Rot.decis.62.num.1.& seqq.dec.81.num.1.decis.119. num.2.par.7.recent.*
20 Eademque mala fides † nocet etiam debitricis hæredi, nè potuerit præscribere, ex allegatis *in prima decisione, §.nam præscriptio.* Maximè quia à die mortis Testatricis lapsi non fuerunt, nisi 27.anni, & ad hanc præscriptio-
21 nem† requiruntur 30. completi, *Ias. in l.3. numer.17.ff.acquir.possess. Neguſ.qu.330.num.93. Bald.de præscript.3.par.6.par.princip.qu.1.num.8. Rot.dec.304.num.2.part.1.recentior.& in Romana Pratii Viridarii 11.Martii 1624. coram bon.mem. Vbaldo Seniore.*
22 Statutaria præscriptio† solutionis per lapsum 30.annorum, cessat quoties militat cõtraria aliqua præponderans præsumptio, *Seraphin.dec.692.num.4.dec.926. num.3.Merlin.decis.125.nu.18.Rot.in Romana Pratii Viridarii 11. Martii 1624. §.nec dicatur in fin.coram bon.mem. Vbaldo Sen. & in Beneuentana Census 25. Aprilis 1641.§.quare coram me,* prout in casu nostro, quo cum Liuia debitrix se in Testamento debitricem dotis agnouit eiusdem exinde
23 fit, † quod dotem non soluerat, vt ponderat in terminis similis statuti allegati per *Adden.ad Buratt.dec.8.num.10.vers.quarto casu,* ea
24 verò mortua, filij eius † fatentur dotem non soluisse, & satis est, quod statuariã præscriptionem non allegent, *Azeuedo in neg.const. Hisp.lib.4.tit.15.lib.6.num.64.& 65.Cancer.var. resol tom.1.cap.18.num.28.Rot.in Romana Census seu Saluiani 26.Iunii 1646.§.præscriptio item statutaria coram me.* Aduersarius autem qui hæreditatem Iuliæ adiuisse ait de anno 1646. à quo tempore tempus statutarium non cucurrit, asserere non potest se antea soluisse,
25 cum soluere non teneatur † antequam hæreditatem adiret *in l.si prædium ff.in diem adiect. Bald. cons.48. in fin. vers.reuertendo lib.1. Alex. cons.4.num.18.lib.2. Bald.de præscript.in 1.par.6. partis in princ.in 25.casu nu.47.& seqq.*

Tandem non obstat defectus renunciationis faciendæ ab vxore, & à viro promissæ in
26 Capitulis matrimonialibus, † quia stante silentio longissimi temporis iunctis aliquibus solutionibus dotis à socero factis nusquam petita dicta renunciatione illa præsumitur, vel facta, vel remissa, vt in terminis decisum fuit *in Asculana dotis 24. Ianuar.1648. §.vlterius coram R.P.D. meo Celso, & in eadem 24.Ianuarii 1653. §.considerauerant coram Reuerendiss.D.meo Decano;* Presertim quia si spon-
27 sa Capitulis matrimonialibus † talem promissionem continentibus subscripsit ex hoc ipso resultat effectus renunciationis, vt per *Bart.in l.si intra nu.4.ff.pact.Castr.cons.342.nu.1. lib.2. Tiraquell.de retract. conuent.in fin. num.28. Cart.dec.29.num.13.& 14.* cum alijs, quos refert,

fert, & sequitur *Surdus cons. 392. num. 11. consil. 457. num. 15.*

Ex quibus & alijs in prima decisione deductis DD. steterunt in decisis vtraque parte Informante &c.

RHEGINEN. MANVTENTIONIS.

Veneris 22. Maij 1654.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo datur pro reuocatione attentatorum, quando constat de anteriori possessione attentatum passi, & ex quibus anterior possessio iustificata remaneat? Curator post litem contestatam potest Procuratorem constituere; Secus verò ante litis contestationem, & redditur ratio diuersitatis.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo Rota passim concedit loco reuocationis attentatorum, vbi constat de attentatum passi anteriori possessione.*

2 *Possessio anterior probatur ex instrumento actualis apprehensionis dum de alterius tūc temporis possessione non constat.*

3 *Possessio probatur ex mandato de manutenendo, quod non datur, nisi possidenti.*

4 *Possessio posterior vti clandestina non est manutenibilis in concursu possessionis anterioris, præsertim si fuit capta non citato possessore anteriori.*

5 *Recursus ad Iudices Laicos non obstant si fuerunt à Procuratore de cuius mandato non constat, & illis à speciali procuratore ad maiorem cautelam fuit in Curia renunciatum.*

6 *Procurator post litem contestatam potest à Curatore, vel Tutore constitui secus vero ante litis contestationem.*

7 *Ratio diuersitatis est, quia ante litis contestationem non curator, seu Tutor est Dominus, sed pupillus, & procurat or à Domino constituitur.*

8 *Curator euadit Dominus litis, si contra ipsum lis fuit contestata.*

9 *Curator, qui procuratorem constituit, quod sit talis constat ex assertione Notarij rogati, vel saltim præsumptionem facit.*

DECISIO DCIV.

DEDVCTIS per decisionem editam sub die 12. Decembris 1653. attentatis à Bosurgio commissis petierunt pro eorum purgatione mandatum de manutenendo Iacobus, & alij de Bernardo, quod disputato desuper particulari dubio concedendum esse DD. dixerunt, prout passim solet Rota
1 vbi † constat de attentatum passi anteriori possessione *Seraphin. decis. 1176. numer. 6. Coccin. 980. numer. 5. cum alijs allegatis in Verulana Bonorum 5. Iulij 1643. in principio coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Quæ possessio in casu nostro ex publico
2 Instrumento actualis apprehensionis † secutæ de anno 1648. vigore mandati Iudicis plenè probatur dum de alterius tunc temporis possessione non constat *l. prædia vbi notant omnes ff. de acquirend. possess. Put. decis. 650. num. 4. lib. 1. Cæsar. de Graff. decis. 5. num. 2. de caus. possess. & propriet. Gregor. dec. 171. num. 1. deci. 207. nu. 2. apud Modern. Perusin. de manutenendo* iuncto presertim mandato de manutenendo successiuè ab eisdem de Bernardo obtento, quod pari-
3 ter possessionē probat, † quia non datur nisi possidenti *Mantic. decis. 252. num. 2. Caual. decis. 217. num. 2. decis. 525. num. 1.* cum alijs allegatis *à Moderno de manutenen. obseruat. 29. n. 10.*

Non obstat possessio de anno præterito capta à Bosurgio, quia cum sit posterior
4 possessione † actorum præsumitur Clandestina, nec manutenibilis est in concursu anterioris nusquam citati *Felin. in cap. licet causam num. 8. & 9. de probat. Surd. cons. 168. num. 16. Rot. decis. 106. num. 1. decis. 322. num. 2. part. 1. recent. & in Salernitana beneficij prima Februar. 1651. coram R. P. D. Celso.*

Minus obstant, quæ ex aduersò adducta fuerunt circà recursus ad Iudices laicos, quia Rota in alia decisione emanata super attentatis *§. final.* dixit illos habitos fuisse à Procura-
5 tore, † de cuius mandato non constat, & ad maiorem cautelam recursibus renunciauit Procurator in Curia ad id constitutus ab Actorum Curatrice, qui vtique post litem
6 contestatam procuratorem † constituere potuit, licet anteà non potuisset vt ad litteram distinguit *text. in l. neque Tutores §. ipsi etiam C. de procur. & notat Abb. in cap. veniens num. 11. in fine de accusat. Angel. in l. 2. nu. 4. in fine ff. de procur.* alijque allegati *per Modern. de Tutor. & Curat. quæst. 15. num. 49.* & ratio diuersitatis esse
7 potest, quia ante litis contestationem, non curator, seù Tutor, sed pupillus est Dominus, Procurator autem à Domino tantum constituitur, vt benè aduertit Ioannes *Harppret. in §. final. num. 5. instit. de curat.* At per litis contestationem factam contra Curatorem
8 ipse Dominus † litis euasit *l. post litem l. si defunctus ff. de procurat. l. procuratoribus C. eodem cap. quamuis eodem tit. in 6. Burat. decis. 440. numer. 2.* quodque Curatrix, quæ Procuratorem con-
9 stituit talis esset † testatur Notarius rogatus, cui in casu isto, quo agitur de renunciatione facta ad maiorem cautelam DD. detulerunt, quia saltim præsumptionem facit *Buratt. decis. 206. num. 12.*

Et ità decisum vtraq; Parte informante &c.

CAMERINEN. BONORVM.

Mercurij 3. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum inductum dicitur quando filij filiorum hæredum institutorū sunt positi in conditione concurrentibus coniecturis, ex quibus receditur ab opinione *gloss. in l. Lucius la 2. ff. de hered. instit.* quæ in decisione sigillatim enumerantur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum dicitur inductum, si filij filiorũ sunt in conditione positi, & concurrunt coniecturæ.*
2 *Fideicommissum in casum delicti dicitur inductum si Testator pœnam priuationis imposuit nedum filijs institutis, sed etiam eorum filijs.*
3 *In substitutionibus fideicommissarijs verbum* hæres, *denotat hæredes sanguinis.*
4 *Hæredes sanguinis in fideicommissis opus non est, quod sint hæredes bonorum, licet secus sit in feudalibus, & emphyteoticis.*
5 *Priuatio præsupponit habitum.*
6 *Adimere quis non potest nisi prius dederit.*
7 *Filij in conditione positi censentur dispositiuè vocati, si eis fuit imposita pœna priuationis in casum delicti.*
8 *Testator potest imponere pœnam filiorum hæredibus absque eo, quod ex dicta impositione pœna dicatur inducta illorum vocatio.*
9 *Filij in conditione positi non censentur vocati ex sola probibitione alienationis, & n.*11.
10 *Priuatio fortius operatur, quam sola probibitio.*
12 *Filij in conditione positi in Testamento ascendentis vocati intelliguntur ordine successiuo.*
13 *A vocatione in casum delicti non bene infertur ad casum obitus, & quando inferatur? n.*17.
14 *Ad vocationem tacitam eliciendam valde attenditur, an in conditione positi in alia parte testamenti sint expressè vocati.*
15 Rot.dec.632.num.9.& seqq. par.4. tom.3. *in quibus terminis loquatur?*
16 *Filij in conditione positi etsi vocati censentur non tamen fideicommissum extendunt fauore substituti cum grauati non præsumantur.*
18 *Fæminæ, & masculi si aqualiter fuerunt in conditione si sine filijs positi incongruum est dicere Testatorem vocasse fœminas non autem masculos.*
19 *Ex vna substitutione regulariter non infertur ad aliam, nisi coniecturæ vocationis concurrant, & num.*20.
21 *Filij in conditione positi, si ex digressu ad plures substitutionum gradus fuerunt vocati ad portionẽ patrui, multo magis vocati censentur ad portionem patris.*
22 *Filij in conditione positi quando sunt vocati succedunt in portione patris, ac etiam patrui, si portio patrui per eius prædecessum vigore reciprocæ substitutionis deuenit ad patrem.*
23 *Filij in conditione positi censentur vocati stante reciproca substitutione inter filios primi gradus.*
24 *Hæc tamen coniectura fuit alias à Rota reiecta, nisi habita sit ratio conseruandi agnationem, vel aliæ coniecturæ vocationis concurrant.*
25 *Coniecturæ pro vocatione inducenda insimul coniungi debent, præsertim fauore descendentium Testatoris.*

DECISIO DCV.

MANVTENTIONIS in quibusdam bonis prouenien. à Fr. Nicolao Auo, & immissionis in alijs bonis eiusdem Nicolai, quorum hactenus non fuit capta possessio nec in prædio nuncupato le Molina, quod Fuluius vt Ginesius alter ex filijs ad sacros Ordines promoueri posset ei donauerat quæstione proposita sub die 23. Iun. 1653 DD. mandarunt videri de bono iure, vt moris est quando turbida est possessio, & maximè vt laudabilis, licet rara inter fratres germanos concordia resecatis citissimè litibus conualescat.

Boni autem iuris examen, hodie expositũ duo respexit, nempè existentia fideicõmissi Nicolai, ad quod filios filiorum fideicõmittentis Theophilus alter ex illis vocatus asseruit, ex quo in conditione positi fuerunt, & quoad prædium molendinorum duratione donationis Ginesio, vt supra à Fuluio factæ prætendente Carolo illa ad vitam donatarij fuisse restrictam, cumque super vtroq; multa hinc inde deducta fuerunt Rota respondendo censuit constare de fideicõmisso Nicolai Aui, mandando quod de reliquis videatur.

Fideicommissum enim, hoc est quod filij filiorum hæredum institutorum in conditione positi censeantur vocati visum est
1 resultare † ex pluribus coniecturis, quibus concurrentibus à contraria opinione *gloss. in l. Lucius la seconda ff. de hæred. instit.* recedi solet, *Honded. cons.* 75. *num.* 28. *& cons.* 61. *num.* 2. *lib.* 1. *Surd. cons.* 434. *num.* 19. *Peregrin. cons.* 91. *num.* 30. *lib.* 1. *Fusar. de substit. q.* 433. *num.* 16. *Rot. dec.* 266. *num.* 3. *par.* 1. *rec. & in Aesina molendini* 28. *Iunij* 1652. *coram R.P.D. meo Zarate.*

Inter coniecturas verò duæ satis validæ resultant ex verbis secundi gradus substitutionis in casum delicti ibi: *Et si contingeret, quod aliquis ex dictis eius filijs, vel ipsorum hæredibus committeret aliquod delictum tunc ipsorum portio quæ Fisco applicaretur, ad alios filios, & hæredes sine aliqua diminutione deueniat, vt in Summ. Theophila num.* 1. Ponderando primo, quod Testator priuationis pœnam imposuit, ne-
2 dum † filijs hæredibus institutis, sed etiam eorum filijs designatis sub illo verbo *hæredi-*
3 *bus* † hæredes sanguinis in fideicommissarijs substitutionibus denotante *l. ex facto* §. *fin. ff. ad Trebell. l. Gallus* §. *etiam si parente ff. de lib. & posth. Bald. cons.* 267. *num.* 2. *lib.* 5. *Socc. iun. consil.* 158. *num.* 10. *lib.* 2. *Fusar. cons.* 79. *num.* 1. *& seqq.*
4 *vbi signanter nu.* 3. addit opus non esse, † quod hæredes sanguinis sint hæredes bonorum licet secus sit in feudalibus, & emphyteoticis *Peregr. de fideicomm. art.* 32. *nu.* 36. *&* 37. *Menoch. præsumpt.* 130. *nu.* 24. *& seqq. lib.* 4. *Mart. cons.* 61. *num.* 37. *Card. Mantic. de coniect. lib.* 8. *tit.* 14. *sub*
5 *num.* 13. Cum enim priuatio † præsupponat habitum *l. decem ff. de verb. oblig. l. manumissiones ff. de iust. & iur. & carentiæ sint habentium Bald. in l. licet sub num.* 2. *C. locati.* Nec possit quis adi-
6 mere † nisi prius adderit *l.* 3. §. *si quis ita leganerit l. legatum C. de adempt. legat.* Ex ipsa priuatione positorum in conditione educitur
7 in necessarium antecedens, † quod fuerint dispositiuè vocati *Ciriac. controu.* 96. *num.* 48. *& seqq. Redanus cons.* 8. *nu.* 9. *Decian. cons.* 41. *sub num.* 37. *vers. quinta coniectura, & seq. lib.* 1. *Menoch.*

noch.cons.613.num.8.vers.5.& vlt.num.9. Ceph.
cons.37.num.27.cons.52.num.24. Soccin.iun. cons.
136. sub nu.24.vers.ex quibus oneribus lib.3. Rot.
dec.329.num.4.coram san.mem. Gregor.XV. & in
Mediolanen. bonorum 31. Maij 1649. §. quoniam
fideicommissum vers.quoniam etiam coram Eminen-
tissimo Domino Cardinali Corrado. Nec obstat,
8 quod Testator potuerit imponere † pœnam
filiorum, † hæredibus, etiamsi non fuerint
vocati *Gabr.cons.132.num.77.lib.1.* & in pro-
ximis terminis quod ex prohibitione alie-
9 nationis† facta filijs in conditione positis nō
sequatur eorum vocatio *Gabr.cons.117.n.46.*
vers.nam suprascripta lib.1.Odd.cons.66.num.31.
& 62. Socc. sen.cons.116.num.4.lib.3. quia for-
10 tius operatur priuatio, † quam sola prohi-
bitio *Fusar.de substit. q.619.num.61.iunct. n.21.*
Cuius nullam habendam esse rationem eo
11 quod fieri † non potuerit positis in condi-
tione tradit *Gabr. d. cons.117. num.46.* sed re-
manet inutilis *lib.1.Fusar.cons.110.num.8. con-*
sil.114.num.20.cons.164.nu.81. alijsque relati ab
Odd.cons.66.num.43.& exaduerso allegati non ap-
plicantur casui nostro.

Quo vlterius, & hæc est secunda coniectu-
ra ad positos in conditione Testator voluit
deuolui portiones prædictorum hæredum
institutorum qui deliquissent, quia tūc ma-
gis elucescit, quod illos quoque si delique-
rint priuauit, quia vocauerat, quodq; sicuti
pariformitèr, sub eodem verborum conce-
ptu, illis, & eorum præsentibus portiones
ademit, ac respectiuè addidit, ita eos volue-
rit pares esse vocatione, cum solo discrimi-
ne successiuitatis, quia nimirum positi in
12 conditione † vocati intelliguntur succes-
siuè post præsentes, vt regulare est in testa-
mento ascendentis *gloss. in l. gallus §. quidem*
rectè in verbo non exprimat ff. de lib. & posth. &
ibid.Bart.num.4.Bald.nu.15.Soccin.iun.cons.171.
n.4.lib.2.Mantic.de coniect.lib.4.tit.5.lib.1. Grat.
discept.774.num.24. Rot.dec.32.numero 3. par.1.
recent.

Non obstat, quod à vocatione in casu de-
13 licti non benè inferatur † ad casum obitus,
nam quicquid sit de hoc circa personas non
positas in conditione præcedentium substi-
tutionum, secus est in casu nostro, & ratio
est, quia ad eliciendam hanc tacitam voca-
14 tionem valdè † attenditur † An in condi-
tione positi sint in alia parte testamenti ex-
presè vocati *Aymon.cons.72.num.10. Ruin.cons.*
160.sub num.24.lib.2.Rot.dec.312.num.5.par.1.
diuers.decis.315.num.1. vbi quod hanc conie-
cturam semper magnifecit *Rot.dec.329.nu.4.*
coram san. mem. Greg.XV. ibique Adden.sub nu-
mer.17.dec.133. sub num.2.dec.146.num.3. & 4.
dec.236.num.4.par.1.recen.dec.83. num.9. coram
Merlin. & in Bononien. fideicomm.26.Nouembris
1638. §. prima autem coniectura coram Reueren-
dissimo Domino meo Decano, fortiùs quando
fuerunt vocati, & priuati si conuenerint.

Atque hinc neque obstat, quod priuatio,
& portionis contrauenientium applicatio
restringenda sit ad terminos fideicommissi
antecedentis, quia exindè quoties prohibi-
tio est consecutiua potest quidem inferri ad
exclusionem substituti sub conditione, *si sine*
filijs, si hæres cū illis decedat, in quibus ter-
15 minis † loquitur *Rot.dec.532.num.9.& seqq.*
par.4. tom.3.recent. Sed non ad exclusionem
positorum in cōditione, qui etsi vocati cen-
16 seantur non extendunt † fideicommissum
fauore substituti cum grauati non præsumā-
tur *Odd.cons.66.nu.32.& seqq.vbi respondet con-*
trarijs, vt num.63.Peregr. de fideicomm. artic.29.
num.26.Rot.dec.486.num.12. par.1.recent.dec.83.
num.11. apud Merlin. in Romana fideicommissi de
Mutis 15.Ianuarij 1648.in fin. principij coram R.
P.D.Meltio, & semper vrget, quod parifor-
miter priuati, ac ad portionem delinquen-
tium vocati fuerunt filij Testatoris, & corū
filij quodq; positi in conditione nusquā an-
tea essent aliter vocati, & sic nullū eis existē-
tibus adsit fideicommissum impossibile est
dicere, quod eorum subsequens priuatio, si-
ue delinquentibus substitutio fiet accessoriè
ad terminos præcedentis fideicōmissi, ideo-
que pernecesse illorum tacitam vocationē
17 asseruit † in casu mortis, vt per *Fusar. consil.*
114.num.39.Decian.cons.56.nu.22.lib.1.Cephal.
cons.544.num.12.& 18.Odd.cons.66. sub nu.112.
vers. quinto quia Rot.dec.24.num.7.& 9. parte 4.
tom.2.rec.

Tertia huic affinis coniectura educitur, ex
quo infra filij institutorum vocantur ex-
presè ad portiones filiarum Testatoris,
absque filijs decedentium, & quod plus est
ex contextu huius substitutionis apparet ip-
sas filias fœminas institutorum supponi
vocatas, cum enim fœminæ, & masculi æ-
qualiter sub eadem conditione, *si sine filijs*
18 *positi fuerint,* † incongruum est dicere, quod
Testator supposuerit esse vocatas fœminas
non autem masculos. *Redanas cons.9. num.8.*
Peregr.cons.54. sub num.16. lib.4. Rot. apud Pen.
dec.1297.num.10.confert Merl.dec.447.numero 5.
Bellon.iun.cons.50.num.30.Giouagn.cons.79.n.13
lib.1. & sic vim non facimus in sola substi-
tutione fœminis facta, à qua argui posse ad
19 vocationem in portione † institutorum
negat † *Giouagn.cons.cons.82.num.178.* vbi as-
signat rationē diuersitatis *lib.1. Rot.decis.22.*
num.9.& seqq.par.4.tom.2.rec. Quod præterea
20 non procedere † quando vt in casu nostro
aliæ coniecturæ vocationis concurrunt, de-
clarat *Rot.in d.decis.1297.apud Pen. nu.6. & 7.*
vers. in hoc casu.

4. Id ipsū suadet digressus ad plures gra-
dus substitutionum conceptarum vltra ca-
sum obitus sine filijs. Primo enim in eum
casum substituuntur reciprocè instituti; se-
cundo si illi delinquant substituuntur corū
filij; tertio si illi decedant cum filiabus vo-
cantur dictæ filiæ si sine filijs decedant substi-
tuuntur ipsis institutorum filij masculi, qui
perinde cum vocati sint ad portionem pa-
21 truorum† delatam fœminis facilius vocati,
censeantur ad portionem proprij parentis,
Bellon.iun.cons.10.num.3.Peregr.cons.54.num.15.
lib.4. Buratt.dec.521.num.2.Merlin.dec.359.n.7.
Rot.int.recen.dec.133. num.5.par.5. Sub qua in-
clu-

cluduntur omnia bona fideicommissi, quia portiones aliorum institutorum per prædecessum eorum vigore reciprocę substitutionis impinguauerant portionem proprij pa-
22 rentis † positorum in conditione, vt alijs allegatis ponderatum fuit in *dec.337.num.3. & seq.coram san.mem. Gregor. XV. in Vrbinaten. Prædij 3.Iulij 1650. neque hic coram me,& in Viterbien. fideicommissi 3.Iunij 1652. §.quocirca coram Reuerendiss. Domino Archiepiscopo Tarraconen.*

Quinta prædictis iuncta magni momenti
23 est ipsa reciproca substitutio† inter filios primi gradus hæredes institutos *Giouagnon.cons. 79.num.8. l.si Menoch. consil.420.numer.80. Fusar.de subst.quæst.437.num.87. Rot.dec.355.nu.3. par.5.rec. & in Terracinen. fideicommissi 14. Decembris 1643.§.plures coram Eminentiss.D.Card. Otthobono, in Viterbien.Prædij 3.Iunij 1650. §.secunda ex reciproca coram me.* Nec obstat decisio *in Romana fideicommissi di Ferratinis 19. Nouembris 1646. §.similiter coram R.P.D. meo Peutin-*
24 *rio*, vbi Rota, hanc coniecturam † reiecit, nisi habita fuerit ratio conseruandi agnationem, quia ibidem in *fin. vers.quicquid declaratur*, id non procedere si aliæ coniecturæ vo-
25 cationis accedant, quæ scilicet † iungi debent *Hovded. cons.54.nu.53.lib. 2. Rot.dec.356. num.17.dec.422.num.20.par.2.tom.2.rec.dec.330. num.10.coram san.me.Greg.XV. in Mediol. bonorum 31.Maij 1649.§.Quoniam in fin.coram Eminentiss.Corrado*,& maiorem vim habent fauore descendentium Testatoris, *Corn.cons.97.in fin. lib.1. Surd.cons.434.nu.19.Rot.dec.266.nu.6. par.2.recent.& in dicta Vrbinaten. §.quare coram me.*

Et ità &c.

ROMANA CENSVS. SEV SALVIANI.

Lunæ 8. Iunij 1654.

ARGVMENVTM.

Officia quæ sunt de regalibus Principis in distinctè alienari nec hypothecari volent absq; consensu Principis, secus si sunt hæreditaria vel Romanæ Curiæ, quæ sunt in libero commercio, & in tantum requiritur in illorum alienatione licentia Principis in quantum ipse Princeps intendit obuiare fraudibus, & esse certus de vacatione. Officium Præfecti Cursorum est propriè de regalibus Principis. Officium quando acquisitum dicatur titulo oneroso, vel potius ex gratia, & liberalitate Principis?

SVMMARIVM.

1 *Distinctio Saliceti inter officia habentia annexam Iurisdictionem, & alia illam non habentia refertur, & declaratur, sub nu.15.*

2 *Officia habentia annexam Iurisdictionem hoc est administrationem Iustitiæ alienari nequeunt ab inferiore à Principe, alia vero possunt, dum non agitur de præiudicio Principis concedentis.*

3 *Officium Præfecti Cursorum enumeratur inter officia annexam Iurisdictionem non habentia.*

4 *Concessio officij eiusque prorogatio attentis egregijs seruitijs à concessionario Principi præstitis remuneratoria dicitur.*

5 *Concurrente præsertim specifica Principis assertione, cui fides integra debetur.*

6 *Et talis concessio causam onerosam præsefert.*

7 *Militi quicquid vltra stipendium à Principe datur in recognitionem laboris & seruitij licet referantur ad Principis liberalitatem habet tamen rationem iustitiæ de congruo vt scilicet milites beneneritos Princeps amplectatur, & n. 8.*

9 *Donatio facta ob merita donatarij dicitur ex causa onerosa.*

10 *Etiam ad effectum vt primus acquirens possit cæteris vocatis præiudicare.*

11 *Concessio officij dicitur ex causa onerosa si concessionarius pro illo obtinendo notabilem pecuniarum summam erogauit.*

12 *Pecuniæ retractæ ex impositione census efficiuntur propriæ ipsius imponentis.*

13 *Concessio vltima emanata ante finem primæ concessionis illam non tollit.*

14 *Hypotheca quando non prætenditur super proprietate officij, sed tantum super commoditate percipiendi fructus exerceri potest, quia talis commoditas absque Principis assensu est hypothecabilis.*

15 *Distinctio Salicet. circa alienationem officiorum declaratur videlicet officiorum alienationem esse prohibitã ratione ambitus, qui verè non cadit nisi in officijs habentibus annexam iurisdictionem vel quia titulus in concessionarium translatus est manente penes Principem dominio.*

16 *Quæ ratio militat indistinctè in omnibus officiis dummodo sint de regalibus Principis siue ex natura sua siue ex reseruatione Principis, nam cum dominium apud Principem maneat obligari, & hypothecari nequeunt.*

17 *Officia quæ sunt de regalibus Principis non dicuntur esse in bonis cõcessionarii nisi tãtum pro exercicio obtento à Principe.*

18 *Contraria procedũt vel in officiis hæreditariis, vel Romanæ Curiæ, quæ sunt in libero commercio, & in tantum requiritur Principis licentia in alienatione in quantum intendit obuiare fraudibus, & esse certus de vacatione.*

19 *Officium Præfecti Cursorum est propriè de regalibus Principis.*

20 *Officium Præfecti Cursorum non versatur circa solam transmissionem Epistolarum, aut locationem equorum.*

21 *Officium Præfecti Cursorum de sui natura non est transmissibile ad hæredes, & ex regia concessione tantum obtinetur.*

22 *Officium Præfecti Cursorum non conceditur cuicunque personæ, sed tantum nobili, quæ Principis Oratori assistat eique Orator secretiores expeditiones fidere solet.*

23 *Officium Cursoris maioris dicitur concessum in feudum.*

24 *Officium portitoris litterarum an detur personæ nobili?*

25 *Officium portitoris litterarum non potest alienari, sed tantum locari redditus.*

26 *Concessio officiorum regalium quibuscunque verbis fiat transit in naturam feudi.*
27 *Officia quæ sunt regalia penes Principem desinunt esse talia penes concessionarium.*
28 *Intellige, quando fuerunt concessa in allodium, nullaque adest spes reuersionis ad Principem alias semper retinent naturam regalium ad effectum ne sine assensu Principis valeant alienari.*
29 *Officium semper intelligitur concessum cum sua propria natura.*
30 *Officium perpetuatum est illud idem à principio obtentum differt tamen realiter in esse gratiæ, quia posterior dicitur noua gratia, & n. 31.*
32 *Officium titulo oneroso ex quibus non dicatur acquisitum & num. 33. & 35.*
34 *Obligatio sola non operatur patrimonii diminutionem nisi sequatur solutio.*
36 *Commoditas percipiendi fructus officii est hypothecabilis quod intellige durante vita hypothecantis nam resoluto iure datoris resoluitur Ius receptoris.*
37 *Successor in officio si illud habet ex liberalitate Principis facit fructus suos nec tenetur ad debita primi acquirentis.*
38 *Primus acquirens si super officio de licentia Principis primogenituram erexit, ex hac obseruantia resultat, quod ipse non habebat facultatem de officio disponendi in præiudicium successorum.*
39 *Secus vero si officium esset ex causa onerosa, vel hæreditarium.*
40 *Primogenituræ derogari solet in rescriptis derogatoriis.*
41 *Hypotheca super officio constitui nequit sine assensu Principis cuius est dominus.*
42 *Officia etiam inalienabilia aliquando ex permissione Principis subhastantur ad fauorem creditorum, idque fit ex Principis indulgentia.*

DECISIO DCVI.

1 DIstinctio, † cuius est author *Salyc. in l. 1. sub num. 3. vers. Ideò simpliciter C. ad l. Iul. de ambit.* inter officia habentia annexam Iu-
2 risdictionem, † hoc est administrationem Iustitiæ nec nè, quod scilicet illa alienari nō possint ab inferiori à Principe, alia verò possint, dùm non agitur de præiudicio Principis concedentis, quam præter allegatos in *prima decis. huius causa §. primo,* sequuntur *Velasc. de partit. cap. 13. num. 67. ad med. Salon. de iust. & iur. tom. 1. q. 63. art. 2. conclus. 3. col. 2. vers. diximus fol. 349. Mastrill. de Magist. lib. 1. cap. 20. numer. 24. cap. 1. dub. 38. sub num. 3.* vbi signanter officium Præfecti Cursorum recenset inter
3 officia † secundæ speciei *Neguerol. alleg. 37. num. 18. Cabedo decis. Lusit. 24. sub nu. 4. vers. quod procedit. Cutel. dec. Sicil. 29. num. 29. vers. quibus non obstantibus, & num. 30. vers. sed ad terminos in fin. par. 1. aliique relati à Modern. Lusit. de Regimine Reipublica Christiana tom. 1. par. 1. lib. 1. disp. 2. §. 2. nu. 131. Moder. Viennen. in præcept. Dec. tit. de iust. & contract. lib. 5. cap. 24. Modern. Barchinonensis var. resol. cap. 11. num. 116.* Iterum hodie deducta fuit ab informantibus pro Gauottis aduersus contrariæ decis. primam partē negantem potuisse à Marchione Antonio seniore de Tassis hypothecari absque Regis Catholici assensu officium Præfecti Cursorum, quod idem Marchio in Vrbe Roma ex concessione dicti Serenissimi Regis possidebat, quādo census, pro cuius fructibus agitur, bonam fidem recognouit; Impugnando etiam in reliquis ipsam decisionem; Primo, quia Antonius senior officium acquisiuerat titulo oneroso, nempè mediantibus, tùm egregijs seruitijs militaribus Regi præstitis contra Turchas, & in Belgio, in quorū
4 remunerationem † Rex asseruit se officium Antonio donec viueret concessum prorogasse ad vitam Simonis eius filij, ac deinde in perpetuum concessisse, vt proinde nedū prior, sed & hæc vltima concessio remune-
5 ratoria sit, † attenta specifica expressione Regis, cui fides integra debetur, *Ias. cons. 227. num. 38. lib. 2. Peregr. cons. 4. nu. 29. lib. 1. Menoch. cons. 1003. num. 76. & seqq. Matthien. ad lib. 5. nouæ recopil. tit. 10. lib. 6. glos. 1. num. 19.* & causam
6 onerosam præseferat, † quia etsi quidquid vltra stipendium militi datur in recognitionem laboris, & seruitij, referatur ad Princi-
7 pis liberalitatem, † eo quod militi non debetur de condigno, *Neuiz. inter cons. Bruni cons. 12. num. 90. Menoch. cons. 112. num. 43. & 44.* habet nihilominus rationem iustitię de con-
8 gruo, † cum congruū sit, vt Principis munificentia milites diuturno, eximioque seruitio benemeritos amplectatur *Menoch. cons. 1003. num. 72. & seqq. & prius cons. 331. num. 72.* vnde passim Doctores donationem factam
9 ob merita donatarij † onerosam affirmant, in puncto *Capic. Latr. dec. 70. num. 43. in fine,* & latè explicant allegati per *Modern. Pontremolen. cons. 32. num. 78.* etiam ad effectum, vt
10 primus † acquirens possit cæteris vocatis præiudicare, sic *Fuluius Constan. in l. 1. nu. 142. C. de fil. official. lib. 12. Rouit. cons. 106. num. 22. & seqq. lib. 2. Reuerter. dec. impress. apud Rouit. ibid. num. 18. Neguerol. alleg. 37. num. 18.* cum alijs allegatis à *Modern. Hispano in laberint. cred. p. 2. cap. 27. num. 10.*

Tum solutione scut. 50. mil. facta Regi, & aliorum scut. 3000. Ioanni de Tassis, nec non promissione annuæ præstationis scut. 1200. Pompeio de Tassis eius vita durante;
11 Nec † refert, quod pecuniæ solutæ prouenerint ex censu imposito super hoc officio, quia, cum ex contractu censuali effectæ fuis-
12 sent † propriæ ipsius imponentis, *l. si alieni nummi ff. de solut. Surd. cons. 4. nu. 10. Rota dec. 463 num. 8. apud Cenc. de cens.* adhuc dicuntur solutæ de proprio, & proprium soluentis patrimonium minuisse, iuncta præsertim obligatione omnium bonorum ad fauorem censuarij, & solutione fructuum census, donec vixit Antonius, & officiū Simon eius filius possedit, quibus temporibus vterque officium habebat non ex hac vltima concessione, sed præcedenti adhuc durante, & ideo nullum commodum percipiebat ex vltima,
13 quæ, † licet emanata ante finem prioris, illam non sustulit, vt per *Alberic. in l. ne cui liceat num. 1. ff. de locat. Abb. cons. 134. num. 2. Tira-*

quel.

quæst. de retract. conuent. §. 1. num. 36. & seqq.

Secundo, quia hypotheca non prætenditur super officij proprietate, sed super fructibus, & commoditate illos percipiendi hy-
14 pothecabili absque Principis assensu *Camer. in l. Imperialem fol. 19. col. 1, litt. C. de probib. alien. per Feder. & præter allegatos in 1. decis. §. quodque tradit Fab. de Anna cons. 51. num. 10. & 15. lib. 1. cons. 115. num. 4. & 8. & seqq. Cuiac. lib. 10. respon. Papin. ad leg. 11. §. vsusfructus ff. de pign. Cutel. decis. 29. sub num. 29. Rot. in Tusculana Saluiani 22. Maij proxime præteriti coram Rev. P. Domino meo Zarate.*

Verùm pro responsione ad superius allatam distinctionem Salyceti animaduersum fuit, officiorum alienationem prohibitam
15 esse, † vel ratione ambitus, qui verè non cadit nisi in officijs habentibus annexam iurisdictionem, vel quia illorum sola administratio, ac titulus in concessionarium translatus sit, remanente penès Principem dominio, quæ ratio militat indistinctè in omni-
16 bus officijs, † dummodo sint de regalibus, siue ex natura sua, siue ex reseruatione Principis, siuè ex particulari constitutione loci; semper enim ortui hypothecæ, seu facultati disponendi obstat quod, cum dominium apud Principem sit, non dicuntur huiusmo-
17 di officia † esse in bonis concessionarij, nisi pro exercitio obtento à Principe, vt benè aduertunt allegati à *Moder. Forolinien. de pign. lib. 2. tit. 1. quæst. 14. num. 14. nec non in prima dec. §. 2.* quibus adduntur *Afflict. in const. Regni scire volumus num. 4. & 5. Boss. de Princip. nu. 384. Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 13. num. 18. aliique apud Modern. Neapol. de regal. offic. quæst. 6. num. 10. & 11. impress. post quæst. feud. à Modern. Pontremulen. cons. 37. num. 1. & seqq.* vbi latè id comprobat;
18 quæque in contrarium afferuntur, † procedunt in officijs hæreditarijs, vt per *d. Modern. d. q. 14. num. 20.* vel in officijs Romanę Curię, quæ sunt in libero cōmercio, & in quorum alienatione in tantum requiritur licentia Principis, in quantum ipse Princeps intendit obuiare fraudibus, & esse certus de vacatione *Rot. dec. 336. sub num. 3. vers. præterea par. 4. diuer. & Tudertina officii coram Lancellotto, impress. apud Marches. de commiss. p. 1. fol. 756. per totam, & in Romana officii scriptoriæ 1. April. 1588. coram clar. me. Card. Hieron. Pamphil.*

Solùm ergò videndum est, an officium Præfecti Cursorum Antonio concessum à Rege Catholico sit propriè de regalibus ip-
19 sius Regis, † & pro affirmatiua habemus punctualem *decis. Larrea alleg. fiscal. 50. num. 14. Io. Franc. à Ponte dec. 28. num. 45. & 48.* quia officium hoc nō versatur circa solam trans-
20 missionem Epistolarum, † aut locationem equorum, non est de sui natura transmisibi-
21 le ad hæredes, † obtinetur tantum ex Regia concessione *l. cursum in fine C. de curs. pub. lib. 12.* eaque non fit cuicumque personæ, sed
22 nobili, † quæ Oratori Regis ipsum Regem repręsentanti frequens assistit obsequio, eiq; Orator secretiores expeditiones fidere solet,
23 vnde officium Cursoris maioris † dici concessum in feudum tradit *Marta cons. 53. nu. 4. post Isern. in cap. 1. num. 12. vers. vnde si esset, ex quib. caus. feud. amittatur,* qui distinguit, inter
24 officium portitoris litterarum, † & an detur tali homini, cuius conditio nō esset portare literas *Bald. in prælud. feud. num. 48.* vbi quod officium hoc non potest alienari, sed
25 solum locari eius actus, & redditus; *Capic. in inuest. feud. verb. feudorum genera vers. feudum Cursoris,* quos refert, & sequitur *Modern. Neapol. de Magistr. lib. 4. cap. 9. num. 41.* & generaliter quod officiorum regaliū concessio tran-
26 seat † in naturam feudi, quibuscumque verbis fiat, tradunt allegati à *Modern. Pontremul. cons. 37. num. 2. & seqq.*

27 Neque obstat quod officia, † quæ sunt regalia penès Regem, desinant esse talia penès concessionarium *Andr. de Isern. in tit. quæ sint regalia nu. 52. in fin. Lanar. cons. 34. num. 7. & 8. cons. 29. num. 6. Vinc. de Franc. dec. 561. num. 16. Cutell. dec. 29. sub num. 30. vers. sed in terminis in fin.* cum alijs relatis à *Modern. Neapol. contr. forens. lib. 1. cap. 45. num. 28.* quia intelligendum
28 hoc est † quando fuerunt concessa in allodium, nullaque adest spes reuersionis ad Regem, alias semper retinent naturam regaliū ad effectum nè sine assensu Regis valeant alienari *Afflict. in constitutione Regni cap. scire volumus num. 4. relatus à Modern. Neapol. de regal. in prælud. num. 35. Mart. consi. 53. num. 3. in fin.* & clarius distinguendo declarat *Ronit. decis. 72. sub*
29 *num. 33.* quia nimirum officium † semper intelligitur concessum cum sua propria natura *Frecc. de sub feud. lib. 2. quæst. 50. nu. 4. qu. 51. sub num. 2. Mart. d. cons. 53. sub num. 3. à Ponte decis. 28. num. 9.*

Quod verò officium sit acquisitum titulo oneroso, & exinde in præiudicium successorum, licet non Regis, hypothecari potuerit ab Antonio primo acquirente, corruit ex facto, nàm merita Antonij remunerata iam fuerant per antecedentem officij ad vitam Simonis eius filij prorogationem, quę cum subsequenti officij perpetuatiua, etsi dicatur eadem à parte rei concessæ, quia videlicet officium perpetuatum est, illud
30 idem † à principio obtentum *Ioann. Franc. à Ponte de pot. proreg. tit. 10. de diuers. prouision. rub. de potest subst. in offic. nu. 6. & 7. Ronit. cons. 104. num. 12. lib. 2. Marcell. Maur. alleg. 10. num. 5. & 9. Larrea alleg. fiscal. 50. num. 80. Capic. Latr. dec. 26.*
31 *num. 25.* differt tamen † realiter in esse causæ, & gratiæ, quia posterior dicitur noua gratia, vt ex sententia *Andr. de Isern. in cap. 1. num. 4. Quis dicatur Dux,* tradit *Frecc. de subfeud. lib. 2. quæst. 50. num. 4. Mart. de success. legal. tom. 1. part. 1. quæst. 1. artic. 2. numer. 12. Becc. consil. 56. num. 20.*

Vt propterea posterior non censeatur remuneratoria, quāuis talis sit prior, & assertio meritorum satis antea recognitorū ibi emissa non fuerit eius causa finalis, sed adminiculatiua, & per accidens iuxta stylum in concessionibus solitum, quod etiam demōstrat discretiuus tenor vtriusquè concessionis; nàm prima nullam aliam exprimit cau-

sam quam meritorum; in secunda verò exprimitur vlteriùs pro causa promissio sc. 50. mil. & liberalis donatio de eo, quod officiũ plus valeret, quæ tamen promissio nec satis est ad eliciendum titulum onerosum; tùm
32 quia non præponderat † vtilitati officii, vt necesse esse præter allegatos in prima decis. §. *respectu verò dixit Gabr. cons. 57. num. 14. lib. 2. Curt. sen. cons. 79. sub nu. 4. Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 74. sub num. 5. vers. secus si gratia Giurb. de success. feud. prælud. 3. n. 58. Rot. in Romana Domus 20. May* 1647. §. *emphiteusis in fin. coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Tum etiam quia, vt aduertit eadem *prima dec. in §. sequenti,* Antonius Regi nihil soluit de proprio, sed de pecunijs retractis ex censu imposito de consensu Regis super ipso officio, quem numquam extinxit, sed extinguendi onus spectat ad successores in officio, & ad ipsum Regem quatenus ante extinctionem officium deuoluatur; vnde verum est dicere, quod ex parte Antonij nulla adest
33 eius patrimonij diminutio ad † effectum, de quo agitur necessaria *iuxt. text. n l. si sponsus §. si maritus, & § fin in fin. ff. de donat. inter virum, & vxor. & alios in prima dec. allegatos*, nihil in id suffragante quod Antonius propria bona pro censu obligauerit, & illius fructus, dum vixit, soluerit, quia dicta obligatio, nisi se-
34 quatur solutio, † non operatur patrimonij diminutionem ad *text. in l. si pro ea C. mand. c. peruenit,* ibi, *pecuniam quam pro eis soluit, de fideiuss. Ering. de fideiuss. cap. 25. nu. 10. Rot. in Maceraten. census 5. Iunij 1638. coram bo. mem. Card. Hieronymo Verospio, & in Romana Domus 17. Martij 1649. §. in creditum in. fin. coram me,* & fructuum solutio non meretur allegari, cum Antonius biennio post decesserit, & officiũ in vita Simonis eius filij durauerit solum per sex annos, nempè vsque ad annum 1625. quo emanauit sententia immissionis in possessionem officij ad fauorem D. Marchionis Antonij iunioris, de scutis pariter 3. mil. solutis Ioanni de Tassis, & annua præstatione scut. 1200. promissa Pompeio de Tassis, nulla est habenda ratio, quia neutrum respicit
35 vtilitatem Regis concedentis, † vt in his terminis requiritur *Curt. sen. cons. 49. sub nu. 4. vers. nec est bonum, Decian. cons. 17. num. 39. in fin. & num. 40. lib. 4. Rosental. de faud. cap. 7. concl. 34. num. 2. & litt. E. Giurb. de success. faud. prælud. 3. num.* 56. vbi allegat concordantes.

Quatenus verò subditur cadere saltem sub hypotheca fructus officij, & commoditatem
36 illos percipiendi, † placuit responsio primæ decisionis in §. *quodque, & § seq.* quod scilicet id forsan procedit viuente ipso impositore census, postea autem resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris, & successor in officio, cum illud habeat ex liberalitate Regis,
37 ex eadem facit fructus suos, † nec tenetur ad debita primi acquirentis, quando concessio non est hæreditaria *Gomes. ad l. 40. Thauri num. 72. Molin. de Primog. lib. 1. cap. 10. numer. 11. Scrader. de feud. par. 7. cap. 7. nu. 32. Giurb. de success. feud. §. 1. glos. 15. num. 24.* qualem non esse eam, de qua agitur, ostendit *prima decis. in §. pariter, §. non obstat il 1. & § seq.*

Omnemque prorsùs eliminat difficultatem obseruantia subsecuta resultans primo, ex quo successiuè primus acquirens pro facultate erigendi primogenituram super offi-
38 cio supplicauit Regi, † eamque Rex concessit, & sic vterq; agnouit non licuisse alioquin primo acquirenti de officio disponere in præiudicium successorũ *Bald. cons. 290. sub num. 6. vers. qua licentia lib. 3. ex text. in cap. licet de Regular. Buratt. dec. 222. num. 2. Rot. in Ferrarien. Canonicatus 30. Martij 1626. §. his tamen circa fin. coram rec. me. Coccino;* licuisset autem si
39 officiũ esset † ex causa onerosa, vel hæreditarium *Menoch. cons. 165. num. 6. Surd. cons. 440. num. 31. Giurb. de success. fæud. prælud. 5. num. 42. Merlin. dec. 699. n. 15. & seqq.*

Secundò, quia census ipse scut. 50. mil. nõ fuit impositus nisi de consensu Regis ex gratia speciali, & præuiâ matura supremi Consilij deliberatione; neque vrget quod in supplicatione Antonius narrauerit se vinculasse officium, nè eius descendentes illud vendere, aut obpignorare possent; quia hæc verba stant demonstratiuè, nec præseferunt necessitatem consensus Regij, & derogationis vinculi quoad ipsum Antonium; cumque rescriptum, & gratia specialis Regis nullam faciat mentionem vinculi primogeni-
40 turæ ei derogando, † vt solet in rescriptis derogatoriis, vt per *Modern. à Terranoua in prax. dispens. lib. 9. cap. 7. num. 35.* sed simpliciter concedat facultatẽ hypothecandi officium, & fructus, referri debet ad titulum dominij
41 apud Regem existentis obstatiuum † creationi hypothecæ absque Regio assensu *iuxta Theor. quam post alios tradit Paris. cons. 7. nu. 23. lib. 2. Menoch. cons. 296. num. 65.*

Actus, qui in contrarium afferuntur, retorquentur, quia assignatio annua scu. 1100. facta de anno 1616. ad fauorem Pompei, vt subsisteret, fuit instantibus partibus conualidata à Rege in vltima concessione; Legatum scut. 2. mil. relictum Lauiniæ vxori effectum non habuit ob defectum Regij assẽsus; Præceptum Regis quod pro satisfactione creditorum vendantur similia officia Comitis de Villamediana, non loquitur de debitis contractis absquè assensu Regio, nec sine eo officia sub hypothecis cecidisse demonstat; quia aliquando Princeps officia
42 etiam inalienabilia † subhastari ad fauorem creditorum permittit, idque fit ex Principis indulgentia, vt aduertit *Seraph. dec. 1294. sub n. 3. vers. quod si aliquando*, quem refert, & sequitur *Pacif. de Saluiano inspectione 3. cap. 2. numer. 637. & 638.*

Ex quibus, nec non ex capite primogenituræ antè huius census creationem irreuocabiliter erectæ, vt latius in prima decisione, quæ etiam respondet ad decisionem iterum exaduerso allegatam *in Romana dotis coram Eminentiss. D. Card. Otthobono*. Domini steterunt in decisis vtraque parte informante.

RO-

ROMANA APOTECAE, SEV PECVNIARIA.

Lun. 8. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

1 Venditor si domum vendidit, quam cum alio communem habebat censetur solum vendidisse partem ad ipsum tangentem, precipue quando ex instrumento venditionis apparet de sua tantum parte venditorem sensisse, & emptorem notitiam habuisse domum venditam intotum non spectare ad venditorem, & ex quibus talis scientia desumatur?

SVMMARIVM.

1 *Emptor tenetur omnia in Instrumento venditionis promissa adimplere.*

2 *Emptor tenetur ad solutionem pretij post rem venditam sibi traditam.*

3 *Conclusio limitatur non procedere, quando rei venditæ pars fuit euicta.*

4 *Limitatio non applicatur quando constat partem euictam non fuisse in venditione comprahensam idque desumitur ex Instrumento venditionis.*

5 *Fideicommissum per sententiam adiudicatum pluribus censetur vnicuique pro virili.*

6 *Clausula* ad quod &c. *posita in fine instrumenti est relatiua ad omnia in eo expressa.*

7 *In venditione Ius tantum vẽditoris sibi in re vendita competen. fuisse comprehensum desumitur ab expositis in prohemio Instrumenti venditionis, metiendo voluntatem à potestate, num. 9.*

8 *Executio fieri non potest, nisi super parte tangente ad debitorem.*

10 *Verbum* dictas *est relatiuum ad superius expressa.*

11 *In venditione non censetur tota res comprehensa, si illius tantum pars fuit enunciata in Instrumento venditionis.*

12 *Vendita de Iure præsumitur tantum pars venditori competens.*

13 *Hac præsumptio reijcitur, quando emptor sciuit quam rei partem venditor haberet.*

14 *Amplia, quamuis in Instrumento venditionis descripti fuerint certi fines rei venditæ.*

15 *Scientia Emptoris, quod non tota res vendita spectaret ad venditorem ex quibus resultet? & numer. 16.*

Scientia contentorum in Instrumento probatur in eo, qui illius celebrationi presens fuit ibid.

16 *Et pecunias soluit in executionem Instrumẽti ibid. num. 16.*

17 *Ex quantitate pretij dignoscitur quid, & quantum fuerit in venditione comprehensum.*

18 *Amplia etiamsi res vendita certis finibus sit designata.*

19 *In venditione non venit res aliena licet sit intra fines designatos.*

20 *Valor domorum in Vrbe si non sunt pratiosa calculari solet ad rationem quinque pro centenario.*

21 *Valor domus probatur ex locatione effectum sortita, iunctis etiam adminiculis.*

22 *In contractibus ex causa onerosa appellatione rei venit tota res, licet secus in contractibus ex causa lucratiua.*

23 *Et venit omne id, quod intra fines designatos continetur.*

24 *Venditor tenetur certiorare emptorem de omnibus qualitatibus rei venditæ prætium minuentibus.*

25 *Venditio totius rei intra fines designatos cessat concurrentibus præsumptionibus in contrarium.*

26 *Clausula* cum omnibus, & singulis Iuribus membris &c. *restringuntur ad rem venditam, nec vltra se extendunt.*

DECISIO DCVII.

Rennente Luca Aretuso deponere scuta 1000. & fructus soluere prout promiserat in Instrumento venditionis rogato sub die prima Decembris 1645. Cecilia Venditrix eum iudicialiter conuenit coram A. C., qui pronunciauit, absoluendo Emptorem ab in petitis, sed in gradu appellationis mihi commissa cõtrarium hodie respondit Rot. nempè Lucam teneri deponere scuta 1000. & soluere fructus, omnis enim Iustitiæ, & aequitatis ratio postulat,

1 † vt promissa adimpleantur *l. prima ff. de pact. l. legem C. eod. tit. gloss. in l. stipulatio, §. opus autem verb. siue ff. de nou. oper. nunciat. Bald. in l. 11. sub num. 1. vers. aut intelligit*

2 *C. locat.* quodque re tradita Emptor † teneatur soluere prætium *Castr. in l. Seruus quem §. sciens vers. quinimo ff. de act. empt. Ruin. cons. 141. num. 5. lib. 1. Surd. decis. 253. num. 5.*

3 Et quàmuis hoc limitetur † quando rei venditæ pars fuit euicta *l. si post perfectam C. de euict. l. habitationem §. fin. ff. de petit. & commod. rei vendit. Rot. decis. 395. num. 12. par. 4. tom. 2. recent.*

4 limitatio non applicatur † casui nostro, cum tertia pars Domus, quam euicit Anna Theresia, non sit comprehensa in venditione vt probatur primò ex verbis Instrumenti venditionis, siuè attendatur eius narratiua, siuè dispositiua in prohemio namque vt Venditores ostenderint quomodo bona vendita ad se spectarent narrarunt quæ dominium duarum ex tribus partium tantũ conuincerent, siquidem initium acquisitionis, ibi, *recesserunt à fideicommisso Cæsaris Cæsarei ad fauorem Domitillæ Zuccariæ purificato*, quod sententijs Rotalibus adiudicatum fuerat omnibus fratribus de Archileis,

5 † & sic vnicuique pro Virili *l. quoties §. hæredes C. de hæred. Instit. §. quoties Inst. eod. tit. Bald. in l. fin. sub num. 3. C. si plures vna sententia Neguſ. quæst. 415. numer. 12.* Deindè narrarunt, quod Guidus Antonius alter ex dd. fratribus, qui successerat in portione Archangeli Mariæ fratris prædefuncti assignauit Ceciliæ sorori, ac Thomæ Fontanæ eius Viro tertiam partem Domus, & Apothecæ prodote, vt ex Instrumento rogato de mense Octobris 1639. ad quod &c. In quo Instrumento habetur, quod Guidus Antonius vnam tertiam partẽ Ceciliæ, & Thomæ alteram Annæ Theresiæ tradidit, alteram sibi reseruauit, & hæc diuisio stante clausula

6 illa relatiua *ad quod &c.* † perinde est ac si in eodem prohemio venditionis fuisset indiuidualiter expressa *l. si nominatim ff. de condit. & demonstr. l. asse toto ff. hæred. Instit. Auth. si quis in aliquo C. de eden. Cephal. cons. 253. numer. 1. & 2. Buratt. decis. 61. num. 3. Rot. inter recent. decis. 504. num. 5. par. 3.*

Sub-

Subdiderunt proximè, quod rursus de anno 1645, remanentem portionem fideicommissi Cœsaris eidem Ciciliæ, ac Thomæ Guidus Antonius cessit recepto prætio scutorum 200. Tota igitur hæc facti series, quæ non ad alium effectum exposita fuit; quam ad denotandum Ius venditorum, sicut illud in duabus tantum tertijs partibus probat, ità
7 eas tantum in venditione compræhendi† demonstrat eliciendo voluntatē contrahentiū ipsamque venditionem metiendo ab expositis in prohemio, vt debet *Bart. in l. fin. nu. 3. ff. de hered. Instit. Decian. cons. 72. numer. 49. lib. 2. Rot. decis. 443. num. 11. apud Buratt decis. 406. n. 11. par. 8. recent.* Eo magis, quià infrà pro obtinendo decreto Iudicis ex persona Ceciliæ mulieris in Venditione necessario, & statim interposito narratum fuit Iudici graue æs alienum coniugum erga Lucam Aretusium, quodque ille vrgebat, & comminabatur velle iudicialiter agere, & executionem facere super hac Domo, & Apotheca, ideòque deliberasse eam vendere ipsi Aretusio, exinde nimium assequimur contrahentes, & Iudicē sensisse vendi bona, super quibus imminebat
8 comminata executio, quæ sanè non nisi† pro duabus tertijs partibus ad debitores pertinētibus fieri poterat *l. prima C. de priuil. fisc. l. si quis post hac C. de bon. præscript. Castr. in l. à Diuo Pio §. in venditione num. 4. ff. de re iudic. Gramm. decis. 200. num. 1. allegat concordantes,* & prorsus inuerisimile est, quod Iudex qui causa cōgnita debuit decretum interponere, & per cōsequens ex supra citatis infrascriptis in prohemio recensitis cognouit non nisi duas tertias partes Venditoribus competere decreuerit, quod etiam partem Annę Theresiæ venderent.

Dispositiuam pariter Instrumenti venditionis ad duas tertias partes . . . colligitur quia loquitur de Domo, & Apotheca non
9 simpliciter, sed cum dictione † relatiua, ibi *dictas* Domum, & Apothecam, &c. & sic eas tantum partes, quas venditorum esse expressum fuerat in prohemio, id importante ver-
10 bo illo relatiuo *dictas*, † restrictiuo ad superius expressa *Aymon cons. 98. nu. 8. Rot. inter rec. decis. 669. sub nu. 1. par. 1. decis. 458. nu. 67. & 68. par. 5. decis. 15. num. 8. par. 7. decis. 393. num. 6. apud Merlin.* accedente præsertim quod paulò infrà cōtrahentes loquuti fuerunt nominatim de parte tit. dotis obuenta Ceciliæ ex Instrumento assignationis facto de anno 1643. continente vt dicebatur assignationem Guidi Antonij, ibi, tàm partem ad Ceciliam
11 spectan, ipsaque mentio partis † confirmat non fuisse venditam totam ex allegatis per *Bellon. de Iur. ac crescen. cap. 3. quest. 63. num. 152. vbi loquitur in terminis venditionis, & per Costam de portione ratæ præmisso sequestro num. 2. & seqq.*

His consonat præsumptio Iuris quod vē-
12 dita censeatur tantum pars, † & Ius venditoribus competens *l. qui Tabernas ff. de contrahen. emption. Card. Mantic. de Tacit. lib. 4. tit. 9. nu. 33. aliique relati à Modern. Tudert. de locat. & cōducto. fol. 81. nu. 2. secundum vlt. impress.* quæ præsūptio communiter reijcitur quando Emptor vt in
13 casu nostro sciuit†, quà rei partem venditor haberet *Mantic. ibid. sub num. 19. & sub num. 34. Berou. cons. 2. numer. 12. lib. 1. Natt. cons. 181. sub num. 8. Surd. decis. 172. nu. 6.* & in terminis venditionis Domus, cum alio communis *Bald. in l. si Domus §. fin. in fin. versic. quartus ff. de legat. 1. Alex. ibid. sub num. 4. Roman. cons. 396. n. 2. Maresc. var. resol. lib. 2. cap. 19. numer. 17. & seqq.*
14 vbi signanter num. 20. id ampliat, † quamuis in Instrumento venditionis descripti fuerint certi fines rei venditæ *Seraph. decis. 125. num. 1. iuncto num. 3. in fin. Cæsar. Manent. decis. 17. n. 48.*
15 Scientia verò Emptoris † cum hanc Domum, & Apothecam, tanquam fratrum, & sororum de Achisteis ab illarum curatore conduxisset de anno 1636. ex Instrumento anni 1643. in quo Guidus Antonius solutis sibi scutis 200. cessit Ceciliæ, ac Thomæ Viro residuum bonorum sibi reseruatum per antecedens Instrumentum anni 1639. diuisorium in tres partes ad fauorem Ceciliæ, Annæ Teresiæ, & suimet ibi enunciatum cum explicita ad illud relatione nedum interuenerit sed vlterius ipsemet numerauerit cedenti dd. scuta 200. ità vt allegare nullatenus posset ignorantiam præfatæ diuisionis anni 1639. recensitę per relationem ad illam in cessione anni 1634. cuius, & omnium ibidem contentorum optimè grauis præsumptio oritur ex quo ibi pręsens fuit *cap. fin. qui matrim. accus. poss. Rimin. Iun. cons. 562. numer. 74. Rot. decis. 406. num. 7. par. 1. recent. decis. 566. n. 19. coram Buratt.* fortius quià in eorum executio-
16 nem † pecunias ibi promissas soluit *Aymon. cons. 276. num. 5. Gratian. discept. 301. num. 63. Rot. decis. 59. num. 3. par. 1. diuers.*

Omnemque protsus dubitandi rationem eliminant diligentiæ post hanc venditionem factæ ab Aretusio, vt Anna Theresia quoq; suam tertiam partem sibi venderet, tùm quantitas prætij, duabus tantum tertijs parti-
17 bus correspondens, quæ semper † ad hunc effectum attenditur *Bald. cons. 109. num. 1. vers. si autem lib. 4. Alex. cons. 68. numer. 9. lib. 5. Berou. cons. 160. num. 3. & 6. lib. 1. Rolan. cons. 82. nu. 52. lib. 2. Surd. cons. 13. num. 37. Buratt. decis. 697. nu. 5.*
18 etiam si certis finibus res vendita designata fuisset, *Berou. d. cons. 160. num. 6. & 7. lib. 1. Mantic. d. lib. 4. tit. 9. sub num. 5. & 7.* & magis in puncto quod in venditione non veniat res alie-
19 na, † licet sit intra fines assignatos *Surd. consil. 267. num. 23.*

Tota nimirum Domus cum Apotheca non erat solum valoris scut. 3533. pro quibus venditio facta fuit, sed scutorum 5400. dempto canone, valorem calculando ad ra-
20 tionem quinque pro centenario, † vt solet in domibus Vrbis non prætiosis *Caual. dec. 358. num. 2. decis. 387. num. 4. Rot. in Romana Domorum 11. Decembris 1645. §. penult. coram me,* quodque reddituus Domus ascendere ad scuta 220. apparet ex locatione prius facta ipsi Aretusio
21 Emptori, quæ † contra illum plenè probat, maximè concurrente illius effectuatione, & adminiculis *Bart. in l. quedam mulier num. 1. C.* [illegible] *de*

de rei vendic. Gabr. de locat. conclus. 4. num. 14. Caual. decis. 446. num. 1. Rot. decis. 573. num. 5. par. 2. recent. & decis. 324. num. 2. apud Modern. Perus. de Manut. & in ipsis terminis locationis prius factæ venditori plures allegat *Modern. Neapol. controu. fol. lib. 1. cap. 4. num. 107. & seqq.*

Ex quibus non obstat, quod in contractibus, ex causa onerosa qualis est venditio ap-
22 pellatione rei † veniat tota res licet secus sit in contractibus, ex causa lucratiua *Castren. cõsil. 417. circa fin. vers. nec obstant argumenta lib. 1. Gomes. variar. resol. tom. 2. cap. 2. nu. 12. in fin. Cancer. variar. resol. tom. 1. cap. 8. num. 112.* & id om-
23 ne quod intra fines designatos † continetur *l. ade sacra §. fin. ff. de contrahen. Emption. l. si fines de euict. Surd. decis. 64. num. 10.* quodque venditor teneatur certiorare Emptorem de omni-
24 bus qualitatibus rei venditæ, † prætium minuentibus *l. tenetur § fin. l. quæro ff. de act. Empt. l. ea quæ commentandi §. fin. ff. de contr. Empt. Alex. cons. 14. num. 10. lib. 5. Aymon. cons. 471. numer. 3.* quia certioratio satis probatur per Instrumẽta relata in venditione, & præsumptio venditionis totius rei intra fines designatos exi-
25 stentes † cedit validioribus præsumptionibus supra ponderatis, vt per *Berou. Mant. Maresc. & Seraph. locis superius allegatis*. Hinc neque vrget præcedens mandatum ad vendeñ tertiam partem, ac etiã alias duas tertias partes ad Thomam Virum pro indiuiso cum Cecilia pertinentis titulo cessionis ad eorum fauorem factæ à Guido Antonio, quia præualent verba actualis venditionis, & præsumptiones adductæ, quas coadiuat mox obiecta mentio cessionis factæ à Guido Antonio, non compræhendit nisi vnam tertiam partem. Ad Clausulas tandem amplissimas in venditione appositas, ibi, *cum omnibus, & singulis iuribus membris, &c.* satis est responde-
26 re, quod restringuntur † ad rem venditam *Bertazz. de Claus. claus. 26. gloss. 8. num. 2.* vbi allegat *Concord. facit sané decis. Aragon. 291. nu. 13.*

Et ità decisum vtraque, &c. parte, &c.

VRBINATEN. PRAEDII.

Veneris 12. Iunii 1654.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum particulare super aliquo prædio post constitutum fideicommissum vniuersale ex quibus inductum dicatur?

SVMMARIVM.

1 *In testamenti margine si aliquid reperitur scriptum manu Notarii de testamento rogati, & ab eo approbatum, censetur de ordine Testatoris adiectum.*

2 *Notarius si apostillam in margine testamenti adiectam, in corpore instrumenti retulit, quando illud in mundum reduxit exinde resultat dicta à postilla approbatio.*

3 *Testator mandans curam alicuius prædii agi, vt ad alios perueniat fideicommissum inducere videtur.*

4 *Fideicommissum inductum dicitur ex onere perpetuo à Testatore iniuncto subueniendi pauperibus.*

5 *Onus perpetuum hæredi iniunctum non transit ad eius descendentes. Contrarium sentiunt allegati, num. 6.*

Præsertim quando constat Testatorem huiusmodi onere omnes descendentes grauasse, nu. 8.

7 *Hæredum appellatione venit etiam substitutus.*

9 *Dispositio particularis facta super aliqua re ad fauorem vocatorum in præcedenti fideicommisso vniuersali non inducit fideicommissum particulare ab vniuersali distinctum.*

10 *Declara hoc procedere quãdo fideicommissum particulare desumitur ex quo in eodem testamento prohibita sit alienari res aliqua particularis.*

11 *Secus vero quando per dispositionem separatam Testator iniunxit perpetuam conseruationem alicuius corporis in sua descendentia, & gratificari voluit personis non vocatis ad fideicommissum vniuersale.*

12 *Ad voluntatem Testatoris interpetrandam tempus testamenti attendi debet.*

13 *Fœmina nupta in aliena familia venit appellatione successorum domus.*

14 *Fideicommissum particulare inductum super aliqua re contemplatione alicuius personæ, ob non existentiam persona contemplata an expiret?*

15 *Detractiones legitimæ, & Trebellianicæ fieri prohibentur ex bonis fideicommissi particularis existentibus aliis bonis.*

16 *Dos relicta à fideicommittente eius filiæ soluta præsumitur ab hærede grauato ex prætio bonorum alienatorum.*

17 *Hæres non conficiens Inuentarium tenetur de proprio debita hæreditaria soluere, etiamsi bona hæreditaria non sufficiant.*

18 *Inuentarij defectus per diuisionem inter hæredes tunc suppletur si statim mortuo Testatore confectum fuit Inuentarium tutelare, alioquin diuisio ex interuallo non suffragatur, & redditur ratio, num. 19.*

Decisio in Bononien. de Glauarinis 27. Iunij 1644. coram R. P. D. Peutingerio, *quo casu loquatur? ibid. nu. 18.*

20 *Detractiones consumptæ præsumuntur ex præcedentibus alienationibus, & onus firmandi statum hæreditatis spectat ad possidentem rem vltimo loco alienatam.*

21 *Insinuatio in contractu mulieris, quod non sit adhibenda ex consuetudine non probatur ex fidibus extraiudicialibus, sed plenæ probationes requiruntur tanquam de re decisoria.*

DECISIO DCVIII.

VNIVERSALE fideicommissum in testamento, & particulare super prædio nuncupato foglia in Codicillis Co. Cæsarij Odasij ad fauorem Com. Iulij Cæsaris filij Petri Antonij alterius ex filijs fideicõmittentis adesse firmat decisio edita in hac causa *sub die 3. Iunii 1650. coram me*, aduersus quam concessa fuit noua audiẽtia strictè super fideicommisso particulari. Nam filios positos in conditione testamentaria esse vocatos

fert, & sequitur *Surdus consil.392. num.11. consil.457. num.15.*

Ex quibus & alijs in prima decisione deductis DD. steterunt in decisis vtraque parte Informante &c.

RHEGINEN. MANVTENTIONIS.

Veneris 22. Maij 1654.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo datur pro reuocatione attentatorum, quando constat de anteriori possessione attentatum passi, & ex quibus anterior possessio iustificata remaneat? Curator post litem contestatam potest Procuratorem constituere; Secus verò ante litis contestationem, & redditur ratio diuersitatis.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo Rota passim concedit loco reuocationis attentatorum, vbi constat de attentatum passi anteriori possessione.*

2 *Possessio anterior probatur ex instrumento actualis apprehensionis dum de alterius tūc temporis possessione non constat.*

3 *Possessio probatur ex mandato de manutenendo, quod non datur, nisi possidenti.*

4 *Possessio posterior vti clandestina non est manutenibilis in concursu possessionis anterioris, praesertim si fuit capta non citato possessore anteriori.*

5 *Recursus ad Iudices Laicos non obstant si fuerunt à Procuratore de cuius mandato non constat, & illis à speciali procuratore ad maiorem cautelam fuit in Curia renunciatum.*

6 *Procurator post litem contestatam potest a Curatore, vel Tutore constitui secus vero ante litis contestationem.*

7 *Ratio diuersitatis est, quia ante litis contestationem non curator, seu Tutor est Dominus, sed pupillus, & procurat or à Domino constituitur.*

8 *Curator euadit Dominus litis, si contra ipsum lis fuit contestata.*

9 *Curator, qui procuratorem constituit, quod sit talis constat ex assertione Notarij rogati, vel saltim praesumptionem facit.*

DECISIO DCIV.

DEDVCTIS per decisionem editam sub die 12. Decembris 1653. attentatis à Bosurgio commissis petierunt pro eorum purgatione mandatum de manutenendo Iacobus, & alij de Bernardo, quod disputato desuper particulari dubio concedendum esse DD. dixerunt, prout passim solet Rota

1 vbi † constat de attentatum passi anteriori possessione *Seraphin. decis. 1176. numer. 6. Coccin. 980. numer. 5.* cum alijs allegatis *in Verulana Bonorum 5. Iulij 1643. in principio coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Quae possessio in casu nostro ex publico

2 instrumento actualis apprehensionis † secutae de anno 1648. vigore mandati Iudicis plenè probatur dum de alterius tunc temporis possessione non constat *l. praedia vbi notant omnes ff. de acquirend. possess. Put. decis. 650. num. 4. lib. 1. Caesar. de Graff. decis. 5. num. 2. de caus. possess. & propriet. Gregor. dec. 171. num. 1. deci. 207. nu. 2. apud Modern. Perusin. de manutenendo* iuncto praesertim mandato de manutenendo successiuè ab eisdem de Bernardo obtento, quod pari-

3 ter possessionē probat, † quia non datur nisi possidenti *Mantic. decis. 252. num. 2. Caual. decis. 217. num. 2. decis. 525. num. 1.* cum alijs allegatis *à Moderno de manuteuen. obseruat. 29. a n. 10.*

Non obstat possessio de anno praeterito capta à Bosurgio, quia cum sit posterior

4 possessione† actorum praesumitur Clandestina, nec manutenibilis est in concursu anterioris nusquam citati *Felin. in cap. licet causam num. 8. & 9. de probat. Surd. cons. 168. num. 16. Rot. decis. 106. num. 1. decis. 322. num. 2. part. 1. recent. & in Salernitana beneficij prima Februar. 1651. coram R. P. D. Celso.*

Minus obstant, quae ex aduersò adducta fuerunt circà recursus ad Iudices laicos, quia Rota in alia decisione emanata super attentatis §. *final.* dixit illos habitos fuisse à Procura-

5 tore, † de cuius mandato non constat, & ad maiorem cautelam recursibus renunciauit Procurator in Curia ad id constitutus ab Actorum Curatrice, qui vtique post litem

6 contestatam procuratorem† constituere potuit, licet anteà non potuisset vt ad litteram distinguit *text. in l. neque Tutores §. ipsi etiam C. de procur. & notat Abb. in cap. veniens num. 11. in fine de accusat. Angel. in l. 2. nu. 4. in fine ff. de procur.* aliique allegati *per Modern. de Tutor. & Curat. quaest. 15. num. 49.* & ratio diuersitatis esse

7 potest, quia ante litis contestationem, non curator, seu Tutor, sed pupillus est Dominus, Procurator autem à Domino tantum constituitur, vt benè aduertit Ioannes *Harpprett. in §. final. num. 5. instit. de curat.* At per litis contestationem factam contra Curatorem

8 ipse Dominus † litis euasit *l. post litem l. si defunctus ff. de procurat. l. procuratoribus C. eodem cap. quamuis eodem tit. in 6. Baratt. decis. 440. numer. 2.* quodque Curatrix, quae Procuratorem con-

9 stituit talis esset † testatur Notarius rogatus, cui in casu isto, quo agitur de renunciatione facta ad maiorem cautelam DD. detulerunt, quia saltim praesumptionem facit *Baratt. decis. 206. num. 12.*

Et ità decisum vtraq; Parte informante &c

CAMERINEN. BONORVM.

Mercurij 3. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum inductum dicitur quando filij filiorum haeredum institutorū sunt positi in conditione concurrentibus coniecturis, ex quibus receditur ab opinione *gloss. in l. Lucius la 2. ff. de hered. instit.* quae in decisione sigillatim enumerantur.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Fideicommissum dicitur inductum, si filij filiorũ sunt in conditione positi, & concurrunt coniectura.*

2 *Fideicommissum in casum delicti dicitur inductum si Testator pœnam priuationis imposuit nedum filijs institutis, sed etiam eorum filijs.*

3 *In substitutionibus fideicommissarijs verbum hæres, denotat hæredes sanguinis.*

4 *Hæredes sanguinis in fideicommissis opus non est, quod sint hæredes bonorum, licet secus sit in feudalibus, & emphyteoticis.*

5 *Priuatio præsupponit habitum.*

6 *Adimere quis non potest nisi prius dederit.*

7 *Filij in conditione positi censentur dispositiuè vocati, si eis fuit imposita pœna priuationis in casum delicti.*

8 *Testator potest imponere pœnam filiorum hæredibus absque eo, quod ex dicta impositione pœnæ dicatur inducta illorum vocatio.*

9 *Filij in conditione positi non censentur vocati ex sola prohibitione alienationis, & n.11.*

10 *Priuatio fortius operatur, quam sola prohibitio.*

12 *Filij in conditione positi in Testamento ascendentis vocati intelliguntur ordine successiuo.*

13 *A vocatione in casum delicti non bene infertur ad casum obitus, & quando inferatur? n.17.*

14 *Ad vocationem tacitam eliciendam valde attenditur, an in conditione positi in alia parte testamenti sint expressè vocati.*

15 Rot.dec.632.num.9.& seqq. par.4. tom.3. *in quibus terminis loquatur?*

16 *Filij in conditione positi etsi vocati censentur non tamen fideicommissum extendunt fauore substituti cum grauati non præsumantur.*

18 *Fœminæ, & masculi si æqualiter fuerunt in conditione si sine filijs positi incongruum est dicere Testatorem vocasse fœminas non autem masculos.*

19 *Ex vna substitutione regulariter non infertur ad aliam, nisi coniectura vocationis concurrant, & num.20.*

21 *Filij in conditione positi, si ex digressu ad plures substitutionum gradus fuerunt vocati ad portionẽ patrui, multo magis vocati censentur ad portionem patris.*

22 *Filij in conditione positi quando sint vocati succedunt in portione patris, ac etiam patrui, si portio patrui per eius prædecessum vigore reciprocæ substitutionis deuenit ad patrem.*

23 *Filij in conditione positi censentur vocati stante reciproca substitutione inter filios primi gradus.*

24 *Hæc tamen coniectura fuit alias à Rota reiecta, nisi habita sit ratio conseruandi agnationem, vel aliæ coniecturæ vocationis concurrant.*

25 *Coniecturæ pro vocatione inducenda insimul coniungi debent, præsertim fauore descendentium Testatoris.*

DECISIO DCV.

MANVTENTIONIS in quibusdam bonis prouenien. à Fr. Nicolao Auo, & immissionis in alijs bonis eiusdem Nicolai, quorum hactenus non fuit capta possessio nec in prædio nuncupato le Molina, quod Fuluius vt Ginesius alter ex filijs ad sacros Ordines promoueri posset ei donauerat quæstione proposita sub die 23. Iun. 1653 DD. mandarunt videri de bono iure, vt moris est quando turbida est possessio, & maximè vt laudabilis, licet rara inter fratres germanos concordia resecatis citissimè litibus conualescat.

Boni autem iuris examen, hodie expositũ duo respexit, nempè existentia fideicõmissi Nicolai, ad quod filios filiorum fideicõmittentis Theophilus alter ex illis vocatus asseruit, ex quo in conditione positi fuerunt, & quoad prædium molendinorum duratione donationis Ginesio, vt supra à Fuluio factæ prætendente Carolo illa ad vitam donatarii fuisse restrictam, cumque super vtroq; multa hinc inde deducta fuerunt Rota respondendo censuit constare de fideicõmisso Nicolai Aui, mandando quod de reliquis videatur.

Fideicommissum enim, hoc est quod filij filiorum hæredum institutorum in conditione positi censeantur vocati visum est
1 resultare † ex pluribus coniecturis, quibus concurrentibus à contraria opinione *gloss. in l. Lucius la seconda ff. de hæred. instit.* recedi solet, *Honded. cons. 75. num. 28. & cons. 61. num. 2. lib. 1. Surd. cons. 434. num. 19. Peregrin. cons. 91. num. 30. lib. 1. Fusar. de substit. q. 433. num. 16. Rot. dec. 266. num. 3. par. 1. rec. & in Aesina molendini 28. Iunij 1652. coram R.P.D. meo Zarate.*

Inter coniecturas verò duæ satis validæ resultant ex verbis secundi gradus substitutionis in casum delicti ibi: *Et si contingeret, quod aliquis ex dictis eius filijs, vel ipsorum hæredibus committeret aliquod delictum tunc ipsorum portio quæ Fisco applicaretur, ad alios filios, & hæredes sine aliqua diminutione deueniat, vt in Summ. Theophili num. 1.* Ponderando primo, quod Testator priuationis pœnam imposuit, ne-
2 dum † filijs hæredibus institutis, sed etiam eorum filijs designatis sub illo verbo *hæredi-*
3 *bus* † hæredes sanguinis in fideicommissarijs substitutionibus denotante *l. ex facto §. fin. ff. ad Trebell. l. Gallus §. etiam si parente ff. de lib. & posth. Bald. cons. 267. num. 2. lib. 5. Socc. iun. consil. 158. num. 10. lib. 2. Fusar. cons. 79. num. 1. & seqq.*
4 *vbi signanter nu. 3.* addit opus non esse, † quod hæredes sanguinis sint hæredes bonorum licet secus sit in feudalibus, & emphyteoticis *Peregr. de fideicomm. art. 32. nu. 36. & 37. Menoch. præsumpt. 130. nu. 24. & seqq. lib. 4. Mart. cons. 61. num. 37. Card. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 14. sub*
5 *num. 13.* Cum enim priuatio † præsupponat habitum *l. decem ff. de verb. oblig. l. manumissiones ff. de iust. & iur. & carentiæ sint habentium Bald. in l. licet sub num. 2. C. locati.* Nec possit quis adi-
6 mere † nisi prius adderit *l. 3. §. si quis ita legauerit l. legatum C. de adempt. legat.* Ex ipsa priuatione positorum in conditione educitur
7 in necessarium antecedens, † quod fuerint dispositiuè vocati *Ciriac. controu. 96. num. 48. & seqq. Redanus cons. 8. nu. 9. Decian. cons. 41. sub num. 37. vers. quinta coniectura, & seq. lib. 1. Me-*

noch.cons.613.num.8.vers.5.& vlt.num.9. Ceph. cons.37.num.27.cons.52.num.24. Soccin.iun. cons. 136. *sub nu.24.vers.ex quibus oneribus lib.3. Rot. dec.329.num.4.coram san.mem. Gregor.XV. & in Mediolanen. bonorum 31. Maij* 1649. §. *quoniam fideicommissum vers.quoniam etiam coram Eminentissimo Domino Cardinali Corrado.* Nec obstat,
8 quod Testator potuerit imponere † pœnam filiorum, † hæredibus, etiamsi non fuerint vocati *Gabr.cons.*132.*num.*77.*lib.*1. & in proximis terminis quod ex prohibitione alie-
9 nationis† facta filijs in conditione positis nõ sequatur eorum vocatio *Gabr.cons.*117.*n.*46. *vers.nam suprascripta lib.* 1.*Odd.cons.*66.*num.*31. & 62. *Socc. sen.cons.*116.*num.*4.*lib.*3. quia for-
10 tius operatur priuatio, † quam sola prohibitio *Fusar.de substit. q.*619.*num.*61.*iunct. n.*21. Cuius nullam habendam esse rationem eo
11 quod fieri † non potuerit positis in conditione tradit *Gabr. d. cons.*117. *num.*46. sed remanet inutilis *lib.*1.*Fusar.cons.*110.*num.*8. *consil.*114.*num.*20.*cons.*164.*nu.*81. *alijsque relati ab Odd.cons.*66.*num.*43.*& exaduerso allegati non applicantur casui nostro.*

Quo vlterius, & hæc est secunda coniectura ad positos in conditione Testator voluit deuolui portiones prædictorum hæredum institutorum qui deliquissent, quia tũc magis elucescit, quod illos quoque si deliquerint priuauit, quia vocauerat, quodq; sicuti pariformitèr, sub eodem verborum conceptu, illis, & eorum præsentibus portiones ademit, ac respectiuè addidit, ita eos voluerit pares esse vocatione, cum solo discrimine successiuitatis, quia nimirum positi in
12 conditione † vocati intelliguntur successiuè post præsentes, vt regulare est in testamento ascendentis *gloss. in l. gallus §. quidem rectè in verbo non exprimat ff. de lib. & posth. & ibid.Bart.num.4.Bald.nu.*15.*Soccin.iun.cons.*171. *n.*4.*lib.*2.*Mantic.de coniect.lib.*4.*tit.*5.*lib.*1. *Grat. discept.*774.*num.*24. *Rot.dec.*32.*numero* 3. *par.*1. *recent.*

Non obstat, quod à vocatione in casu de-
13 licti non benè inferatur † ad casum obitus, nam quicquid sit de hoc circa personas non positas in conditione præcedentium substitutionum, secus est in casu nostro, & ratio est, quia ad eliciendam hanc tacitam voca-
14 tionem valdè † attenditur † An in conditione positi sint in alia parte testamenti expresse vocati *Aymon.cons.*72.*num.*10.*Ruin.cons.* 160.*sub num.*24.*lib.*2.*Rot.dec.*312.*num.*5.*par.*1. *diuers.decis.*315.*num.*3. vbi quod hanc coniecturam semper magnifecit *Rot.dec.*329.*nu.*4. *coram san. mem. Greg.XV. ibique Adden.sub numer.*17.*dec.*133. *sub num.*2.*dec.*146.*num.*3. & 4. *dec.*236.*num.*4.*par.*1.*recen.dec.*83. *num.*9. *coram Merlin. & in Bononien. fideicomm.* 26. *Nouembris* 1638. §. *prima autem coniectura coram Reuerendissimo Domino meo Decano*, fortiùs quando fuerunt vocati, & priuati si conuenerint.

Atque hinc neque obstat, quod priuatio, & portionis contrauenientium applicatio restringenda sit ad terminos fideicommissi antecedentis, quia exindè quoties prohibitio est consecutiua potest quidem inferri ad exclusionem substituti sub conditione, *si sine filijs*, si hæres cũ illis decedat, in quibus ter-
15 minis † loquitur *Rot.dec.*532.*num.*9.*& seqq. par.*4. *tom.*3.*recent.* Sed non ad exclusionem positorum in cõditione, qui etsi vocati cen-
16 seantur non extendunt † fideicommissum fauore substituti cum grauati non præsumatur *Odd.cons.*66.*nu.*32.*& seqq.vbi respondet contrarijs, vt num.*63.*Peregr. de fideicomm. artic.*29. *num.*26.*Rot.dec.*486.*num.*12. *par.*1.*recent.dec.*83, *num.*11. *apud Merlin. in Romana fideicommissi de Mutis* 15.*Ianuarij* 1648.*in fin. principij coram R. P. D. Meltio*, & semper vrget, quod pariformiter priuati, ac ad portionem delinquentium vocati fuerunt filij Testatoris, & corũ filij quodq; positi in conditione nuſquã antea essent aliter vocati, & sic nullũ eis existẽtibus adsit fideicommissum impossibile est dicere, quod eorum subsequens priuatio, siue delinquentibus substitutio fiet accessoriè ad terminos præcedentis fideicõmissi, ideoque pernecesse illorum tacitam vocationẽ
17 asserit † in casu mortis, vt per *Fusar. consil.* 114.*num.*39.*Decian.cons.*58.*nu.*22.*lib.*1.*Cephal. cons.*544.*num.*12.*&* 18.*Odd.cons.*66. *sub nu.*112. *vers. quinto quia Rot.dec.*24.*num.*7.*&* 9. *parte* 4. *tom.*2.*rec.*

Tertia huic affinis coniectura educitur, ex quo infra filij institutorum vocantur expresse ad portiones filiarum Testatoris, absque filijs decedentium, & quod plus est ex contextu huius substitutionis apparet ipsas filias fœminas institutorum supponi vocatas, cum enim fœminæ, & masculi æqualiter sub eadem conditione, *si sine filijs*
18 *positi fuerint*, † incongruum est dicere, quod Testator supposuerit esse vocatas fœminas non autem masculos. *Redanas cons.*9. *num.*8. *Peregr.cons.*54. *sub num.*16. *lib.*4. *Rot. apud Pen. dec.*1297.*num.*10.*confert Merl.dec.*447.*numero* 5. *Bellon.iun.cons.*50.*num.*30.*Giouagn.cons.*79.*n.*13 *lib.*1. & sic vim non facimus in sola substitutione fœminis facta, à qua argui posse ad
19 vocationem in portione † institutorum negat † *Giouagn.cons.cons.*82.*num.*178. vbi assignat rationẽ diuersitatis *lib.*1. *Rot.decis.*22. *num.*9.*& seqq.par.*4.*tom.*2.*rec.* Quod præterea
20 non procedere † quando vt in casu nostro aliæ coniecturæ vocationis concurrunt, declarat *Rot.in d.decis.*1297.*apud Pen. nu.*6. & 7. *vers. in hoc casu.*

4. Id ipsũ suadet digressus ad plures gradus substitutionum conceptarum vltra casum obitus sine filijs. Primo enim in eum casum substituuntur reciprocè instituti; secundo si illi delinquant substituuntur corũ filij; tertio si illi decedant cum filiabus vocantur dictæ filiæ si sine filijs decedant substituuntur ipsis institutorum filij masculi, qui perinde cum vocati sint ad portionem pa-
21 truorum† delatam fœminis facilius vocati censeantur ad portionem proprij parentis, *Bellon.iun.cons.*10.*num.*3.*Peregr.cons.*54.*num.*15. *lib.*4. *Buratt.dec.*521.*num.*2.*Merlin.dec.*359. *n.*7. *Rot.int.recen.dec.*133. *num.*5.*par.*5. Sub qua inclu-

cluduntur omnia bona fideicommissi, quia portiones aliorum institutorum per prædecessum eorum vigore reciprocę substitutionis impinguauerant portionem proprij pa-
22 rentis † positorum in conditione, vt alijs allegatis ponderatum fuit in *dec. 337. num. 3. & seq. coram san. mem. Gregor. XV. in Vrbinaten. Prædij 3. Iulij 1650. neque hic coram me, & in Viterbien. fideicommissi 3. Iunij 1652. §. quocirca coram Reuerendiss. Domino Archiepiscopo Tarraconen.*

Quinta prædictis iuncta magni momenti
23 est ipsa reciproca substitutio† inter filios primi gradus hæredes institutos *Giouagnon. cons. 79. num. 8. l. si Menoch. consil. 420. numer. 80. Fusar. de subst. quæst. 437. num. 87. Rot. dec. 355. nu. 3. par. 5. rec. & in Terracinen. fideicommissi 14. Decembris 1643. §. plures coram Eminentiss. D. Card. Otthobono, in Viterbien. Prædij 3. Iunij 1650. §. secunda ex reciproca coram me. Nec obstat decisio in Romana fideicommissi di Ferratinis 19. Nouembris 1646. §. similiter coram R. P. D. meo Peutin-*
24 *rio*, vbi Rota; hanc coniecturam † reiecit, nisi habita fuerit ratio conseruandi agnationem, quia ibidem in *fin. vers. quicquid declaratur*, id non procedere si aliæ coniecturæ vo-
25 cationis accedant, quæ scilicet † iungi debent *Honded. cons. 54. nu. 53. lib. 2. Rot. dec. 356. num. 17. dec. 422. num. 20. par. 2. tom. 2. rec. dec. 330. num. 10. coram san. me. Greg. XV. in Mediol. bonorum 31. Maij 1649. §. Quoniam in fin. coram Eminentiss. Corrado*, & maiorem vim habent fauore descendentium Testatoris, *Corn. cons. 97. in fin. lib. 1. Surd. cons. 434. nu. 19. Rot. dec. 266. nu. 6. par. 2. recent. & in dicta Vrbinaten. §. quare coram me.*

Et ità &c.

ROMANA CENSVS. SEV SALVIANI.

Lunæ 8. Iunij 1654.

ARGVMENVTM.

Officia quæ sunt de regalibus Principis in distinctè alienari nec hypothecari volent absq; consensu Principis, secus si sunt hæreditaria vel Romanæ Curiæ, quæ sunt in libero commercio, & in tantum requiritur in illorum alienatione licentia Principis in quantum ipse Princeps intendit obuiare fraudibus, & esse certus de vacatione. Officium Præfecti Cursorum est propriè de regalibus Principis. Officium quando acquisitum dicatur titulo oneroso, vel potius ex gratia, & liberalitate Principis?

SVMMARIVM.

1 *Distinctio Saliceti inter officia habentia annexam Iurisdictionem, & alia illam non habentia refertur, & declaratur, sub nu. 15.*
2 *Officia habentia annexam Iurisdictionem hoc est administrationem Iustitiæ alienari nequeunt ab inferiore à Principe, alia vero possunt, dum non agitur de præiudicio Principis concedentis.*
3 *Officium Præfecti Cursorum enumeratur inter officia annexam Iurisdictionem non habentia.*
4 *Concessio officij eiusque prorogatio attentis egregijs seruitijs à concessionario Principi præstitis remuneratoria dicitur.*
5 *Concurrente præsertim specifica Principis assertione, cui fides integra debetur.*
6 *Et talis concessio causam onerosam præsefert.*
7 *Militi quicquid vltra stipendium à Principe datur in recognitionem laboris & seruitij licet referantur ad Principis liberalitatem habet tamen rationem iustitiæ de congruo vt scilicet milites benemeritos Princeps amplectatur, & n. 8.*
9 *Donatio facta ob merita donatarij dicitur ex causa onerosa.*
10 *Etiam ad effectum vt primus acquirens possit cæteris vocatis præiudicare.*
11 *Concessio officij dicitur ex causa onerosa si concessionarius pro illo obtinendo notabilem pecuniarum summam erogauit.*
12 *Pecuniæ retractæ ex impositione census efficiuntur propriæ ipsius imponentis.*
13 *Concessio vltima emanata ante finem primæ concessionis illam non tollit.*
14 *Hypotheca quando non prætenditur super proprietate officij, sed tantum super commoditate percipiendi fructus exerceri potest, quia talis commoditas absque Principis assensu est hypothecabilis.*
15 *Distinctio Salicet. circa alienationem officiorum declaratur videlicet officiorum alienationem esse prohibitã ratione ambitus, qui verè non cadit nisi in officijs habentibus annexam iurisdictionem vel quia titulus in concessionarium translatus est manente penes Principem dominio.*
16 *Quæ ratio militat indistinctè in omnibus officiis dummodo sint de regalibus Principis siue ex natura sua siue ex reseruatione Principis, nam cum dominium apud Principem maneat obligari, & hypothecari nequeunt.*
17 *Officia quæ sunt de regalibus Principis non dicuntur esse in bonis cõcessionarii nisi tãtum pro exercicio obtento à Principe.*
18 *Contraria procedũt vel in officiis hæreditariis, vel Romanæ Curiæ, quæ sunt in libero commercio, & in tantum requiritur Principis licentia in alienatione in quantum intendit obuiare fraudibus, & esse certus de vacatione.*
19 *Officium Præfecti Cursorum est propriè de regalibus Principis.*
20 *Officium Præfecti Cursorum non versatur circa solam transmissionem Epistolarum, aut locationem equorum.*
21 *Officium Præfecti Cursorum de sui natura non est transmissibile ad hæredes, & ex regia concessione tantum obtinetur.*
22 *Officium Præfecti Cursorum non conceditur cuicunque personæ, sed tantum nobili, quæ Principis Oratori assistat eique Orator secretiores expeditiones fidere solet.*
23 *Officium Cursoris maioris dicitur concessum in feudum.*
24 *Officium portitoris litterarum an detur personæ nobili?*
25 *Officium portitoris litterarum non potest alienari, sed tantum locari redditus.*

26 *Concessio officiorum regalium quibuscunque verbis fiat transit in naturam feudi.*

27 *Officia quæ sunt regalia penes Principem desinunt esse talia penes concessionarium.*

28 *Intellige, quando fuerunt concessa in allodium, nullaq; adest spes reuersionis ad Principem alias semper retinent naturam regalium ad effectum ne sine assensu Principis valeant alienari.*

29 *Officium semper intelligitur concessum cum sua propria natura.*

30 *Officium perpetuatum est illud idem à principio obtentum differt tamen realiter in esse gratiæ, quia posterior dicitur noua gratia, & n.31.*

32 *Officium titulo oneroso ex quibus non dicatur acquisitum? & num.33.& 35.*

34 *Obligatio sola non operatur patrimonii diminutionem nisi sequatur solutio.*

36 *Commoditas percipiendi fructus officii est hypothecabilis quod intellige durante vita hypothecantis nam resoluto iure datoris resoluitur Ius receptoris.*

37 *Successor in officio si illud habet ex liberalitate Principis facit fructus suos nec tenetur ad debita primi acquirentis.*

38 *Primus acquirens si super officio de licentia Principis primogenituram erexit, ex hac obseruantia resultat, quod ipse non habebat facultatem de officio disponendi in præiudicium successorum.*

39 *Secus vero si officium esset ex causa onerosa, vel hæreditarium.*

40 *Primogenituræ derogari solet in rescriptis derogatoriis.*

41 *Hypotheca super officio constitui nequit sine assensu Principis cuius est dominus.*

42 *Officia etiam inalienabilia aliquando ex permissione Principis subhastantur ad fauorem creditorum, idque fit ex Principis indulgentia.*

DECISIO DCVI.

1 DIstinctio, † cuius est author *Salyc.in l.1. sub num.3.vers.Ideò simpliciter C.ad l.Iul. de ambit.* inter officia habentia annexam Iu-
2 risdictionem, † hoc est administrationem Iustitiæ nec nè, quod scilicet illa alienari nō possint ab inferiori à Principe, alia verò possint, dùm non agitur de præiudicio Principis concedentis, quam præter allegatos in *prima decis. huius causæ* §.*primo*, sequuntur *Valasc.de partit.cap.13.num.67.ad med.Salon.de iust. & iur.tom.1.q.63.art.2.conclus.3.col.2. vers.diximus fol.349.Mastrill.de Magist.lib.1. cap.20. numer.24. cap.1. dub.38.sub num.3.* vbi signanter officium Præfecti Cursorum recenset inter
3 officia † secundæ speciei *Neguerol. alleg.37. num.18.Cabedo decis.Lusit.24.sub nu.4. vers.quod procedit. Cutel.dec.Sicil.29. num.29.vers.quibus non obstantibus, & num.30. vers.sed ad terminos in fin.par.1. aliique relati à Modern.Lusit.de Regimine Reipublicæ Christianæ tom.1.par.1.lib.1. disp.2. §.2.nu.131.Moder.Viennen.in præcept.Dec. tit. de iust.& contract. lib.5.cap.24.Modern.Barchinonensis var.resol. cap.11. num.116.* Iterum hodie deducta fuit ab informantibus pro Gauottis aduersus contrariæ decis. primam partē negantem potuisse à Marchione Antonio seniore de Tassis hypothecari absque Regis Catholici assensu officium Præfecti Cursorum, quod idem Marchio in Vrbe Roma ex concessione dicti Serenissimi Regis possidebat, quādo census, pro cuius fructibus agitur, bonam fidem recognouit; Impugnando etiam in reliquis ipsam decisionem; Primo, quia Antonius senior officium acquisiuerat titulo oneroso, nempè mediantibus, tùm egregijs seruitijs militaribus Regi præstitis contra Turchas, & in Belgio, in quorū
4 remunerationem † Rex asseruit se officium Antonio donec viueret concessum prorogasse ad vitam Simonis eius filij, ac deinde in perpetuum concessisse, vt proinde nedū prior, sed & hæc vltima concessio remune-
5 ratoria sit, † attenta specifica expressione Regis, cui fides integra debetur, *Ias.cons.227. num.38.lib.2.Peregr.cons.4.nu.29. lib.1. Menoch. cons.1003.num.76.& seqq. Matthien.ad lib.5. nouæ recopil.tit.10.lib.6.glos.1. num.19.* & causam
6 onerosam præseferat, † quia etsi quidquid vltra stipendium militi datur in recognitionem laboris, & seruitij. referatur ad Princi-
7 pis liberalitatem, † eo quod militi non debetur de condigno, *Neuiz. inter cons. Bruni cons.12.num.90.Menoch.cons.112.num.43. & 44.* habet nihilominus rationem iustitię de con-
8 gruo, † cum congruū sit, vt Principis munificentia milites diuturno, eximioque seruitio benemeritos amplectatur *Menoch. cons. 1003.num.72.& seqq.& prius cons.331. num.72.* vnde passim Doctores donationem factam
9 ob merita donatarii † onerosam affirmant, in puncto *Capic.Latr.dec.70.num.43. in fine,* & latè explicant allegati per *Modern. Pontremolen. cons.32. num.78.* etiam ad effectum, vt
10 primus † acquirens possit cæteris vocatis præiudicare, sic *Fuluius Constan.in l.1. nu.142. C.de fil.official.lib.12.Rouit.cons.106.num.22.& seqq. lib.2. Reuerter. dec.impress. apud Rouit.ibid. num.18. Neguerol. alleg.37. num.18.* cum alijs allegatis à *Modern.Hispano in laberint.cred.p.2. cap.27.num.10.*

Tùm solutione scut.50.mil.facta Regi, & aliorum scut. 3000. Ioanni de Tassis, nec non promissione annuæ præstationis scut. 1200. Pompeio de Tassis eius vita durante;
11 Nec † refert, quod pecuniæ solutæ prouenerint ex censu imposito super hoc officio, quia, cum ex contractu censuali effectæ fuis-
12 sent † propriæ ipsius imponentis, *l. si alieni nummi ff.de solut.Surd.cons.4.nu.10.Rota dec.463 num.8. apud Cenc. de cens.* adhuc dicuntur solutæ de proprio, & proprium soluentis patrimonium minuisse, iuncta præsertim obligatione omnium bonorum ad fauorem censuarii, & solutione fructuum census, donec vixit Antonius, & officiū Simon eius filius possedit, quibus temporibus vterque officium habebat non ex hac vltima concessione, sed præcedenti adhuc durante, & ideo nullum commodum percipiebat ex vltima,
13 quæ, † licet emanata ante finem prioris, illam non sustulit, vt per *Alberic. in l. ne cui liceat num.1.ff.de locat.Abb.cons.134.num.2. Tiraquel.*

quæst. de retract. conuent. §. 1. num. 36. & seqq.

Secundo, quia hypotheca non prætendi-
tur super officij proprietate, sed super fructi-
bus, & commoditate illos percipiendi hy-
14 pothecabili absque Principis assensu *Camer.*
in l. Imperialem fol. 19. col. 1, litt. C. de probib. alien.
per Feder. & præter allegatos in 1. decis. §. quodque
tradit Fab. de Anna cons. 51. num. 10. & 15. lib. 1.
cons. 115. num. 4. & 8. & seqq. Cuiac. lib. 10. respon.
Papin. ad leg. 11. §. vsusfructus ff. de pign. Cutel. de-
cis. 29. sub num. 29. Rot. in Tusculana Saluiani 22.
Maij proxime præteriti coram Reu. P. Domino meo
Zarate.

Verùm pro responsione ad superius alla-
tam distinctionem Salyceti animaduersum
fuit, officiorum alienationem prohibitam
15 esse, † vel ratione ambitus, qui verè non
cadit nisi in officijs habentibus annexam iu-
risdictionem, vel quia illorum sola admini-
stratio, ac titulus in concessionarium trans-
latus sit, remanente penès Principem domi-
nio, quæ ratio militat indistinctè in omni-
16 bus officijs, † dummodo sint de regalibus,
siue ex natura sua, siue ex reseruatione Prin-
cipis, siuè ex particulari constitutione loci;
semper enim ortui hypothecæ, seù facultati
disponendi obstat quod, cum dominium
apud Principem sit, non dicuntur huiusmo-
17 di officia † esse in bonis concessionarij, nisi
pro exercitio obtento à Principe, vt benè
aduertunt allegati à *Moder. Forolinien. de pign.*
lib. 2. tit. 1. quæst. 14. num. 14. nec non in prima dec.
§. 2. quibus adduntur *Afflict. in const. Regni scire*
volumus num. 4. & 5. Boss. de Princip. nu. 384. Ma-
strill. de Magistr. lib. 1. cap. 13. num. 18. aliique apud
Modern. Neapol. de regal. offic. quæst. 6. num. 10. &
11. impress. post quæst. feud. à Modern. Pontremulen.
cons. 37. num. 1. & seqq. vbi latè id comprobat;
18 quæque in contrarium afferuntur, † proce-
dunt in officijs hæreditarijs, vt per *d. Modern.*
d. q. 14. num. 20. vel in officijs Romanę Curię,
quæ sunt in libero cõmercio, & in quorum
alienatione in tantum requiritur licentia
Principis, in quantum ipse Princeps in-
tendit obuiare fraudibus, & esse certus de
vacatione *Rot. dec. 336. sub num. 3. vers. præterea*
par. 4. diuer. & Tudertina officii coram Lancellot-
to, impress. apud Marches. de commiss. p. 1. fol. 756.
per totam, & in Romana officii scriptoriæ 1. April.
1588. coram clar. me. Card. Hieron. Pamphil.

Solùm ergò videndum est, an officium
Præfecti Cursorum Antonio concessum à
Rege Catholico sit propriè de regalibus ip-
19 sius Regis, † & pro affirmatiua habemus
punctualem *decis. Larrea alleg. fiscal. 50. num. 14.*
Io. Franc. à Ponte dec. 28. num. 45. & 48. quia
officium hoc nõ versatur circa solam trans-
20 missionem Epistolarum, † aut locationem
equorum, non est de sui natura transmisibi-
21 le ad hæredes, † obtinetur tantum ex Re-
gia concessione *l. cursum in fine C. de curs. pub.*
lib. 12. eaque non fit cuicumque personæ, sed
22 nobili, † quæ Oratori Regis ipsum Regem
repręsentanti frequens assistit obsequio, eiq;
Orator secretiores expeditiones fidere solet,
23 vnde officium Cursoris maioris † dici cõ-
cessum in feudum tradit *Marta cons. 53. nu. 4.*
post Isern. in cap. 1. num. 12. vers. vndè si esset, ex
quib. caus. feud. amittatur, qui distinguit, inter
24 officium portitoris litterarum, † & an de-
tur tali homini, cuius conditio nõ esset por-
tare litteras *Bald. in prælud. feud. num. 48.* vbi
quod officium hoc non potest alienari, sed
25 solum locari eius actus, & redditus, *Capic.*
in inuest. feud. verb. feudorum genera vers. feudum
Cursoris, quos refert, & sequitur *Modern. Nea-*
pol. de Magistr. lib. 4. cap. 9. num. 41. & generali-
ter quod officiorum regaliũ concessio tran-
26 seat † in naturam feudi, quibuscunque ver-
bis fiat, tradunt allegati à *Modern. Pontremul.*
cons. 37. num. 2. & seqq.

27 Neque obstat quod officia, † quæ sunt
regaliæ penès Regem, desinant esse talia pe-
nès concessionarium *Andr. de Isern. in tit. quæ*
sint regalia nu. 52. in fin. Lanar. cons. 34. num. 7. &
8. cons. 39. num. 6. Vinc. de Franc. dec. 56. num. 16.
Cutell. dec. 29. sub num. 30. vers. sed in terminis in
fin. cum alijs relatis à *Modern. Neapol. contr. fo-*
rens. lib. 1. cap. 45. num. 28. quia intelligendum
28 hoc est † quando fuerunt concessa in allo-
dium, nullaque adest spes reuersionis ad Re-
gem, alias semper retinent naturam regaliũ
ad effectum nè sine assensu Regis valeant
alienari *Afflict. in constitutione Regni cap. scire vo-*
lumus num. 4. relatus à Modern. Neapol. de regal. in
prælud. num. 35. Mart. cons. 53. nu. 3. in fin. & cla-
rius distinguendo declarat *Rouit. decis. 72. sub*
29 *num. 33.* quia nimirum officium † semper
intelligitur concessum cum sua propria na-
tura *Frecc. de sub feud. lib. 2. quæst. 50. nu. 4. qu. 51.*
sub num. 2. Mart. d. cons. 53. sub num. 3. à Ponte de-
cis. 28. num. 9.

Quod verò officium sit acquisitum titu-
lo oneroso, & exinde in præiudicium suc-
cessorum, licet non Regis, hypothecari po-
tuerit ab Antonio primo acquirente, cor-
ruit ex facto, nàm merita Antonij remune-
rata iam fuerant per antecedentem officij ad
vitam Simonis eius filij prorogationem,
quę cum subsequenti officij perpetuatiua,
etsi dicatur eadem à parte rei concessæ, quia
videlicet officium perpetuatum est, illud
30 idem † à principio obtentum *Ioann. Franc. à*
Ponte de pot. proreg. tit. 10. de diuers. prouision. rub.
de potest subst. in offic. nu. 6. & 7. Rouit. cons. 104.
num. 12. lib. 2. Marcell. Maur. alleg. 10. num. 5. & 9.
Larrea alleg. fiscal. 50. num. 80. Capic. Latr. dec. 26.
31 *num. 25.* differt tamen † realiter in esse cau-
sæ, & gratiæ, quia posterior dicitur noua
gratia, vt ex sententia *Andr. de Isern. in cap. 1.*
num. 4. Quis dicatur Dux, tradit *Frecc. de subfeud.*
lib. 2. quæst. 50. num. 4. Mart. de success. legal. tom. 1.
part. 1. quæst. 1. artic. 2. numer. 12. Becc. consil. 56.
num. 20.

Vt propterea posterior non censeatur re-
muneratoria, quãuis talis sit prior, & assertio
meritorum satis antea recognitorũ ibi emis-
sa non fuerit eius causa finalis, sed admini-
culatiua, & per accidens iuxta stylum in
concessionibus solitum, quod etiam demõ-
strat discretiuus tenor vtriusquè concessio-
nis; nàm prima nullam aliam exprimit cau-

sam quam meritorum; in secunda verò exprimitur vlterius pro causa promissio sc. 50. mil. & liberalis donatio de eo, quod officiũ plus valeret, quæ tamen promissio nec satis est ad eliciendum titulum onerosum; tùm
32 quia non præponderat † vtilitati officii, vt necesse esse præter allegatos in prima decis. *§.respectu verò dixit Gabr.cons.57.num.14. lib.2. Curt.sen.cons.79.sub nu.4.Maresc. var.resol.lib.1. cap.74.sub num.5.vers.secus si gratia Giurb. de success.feud.prælud.3.n.58. Rot.in Romana Domus 20.Maij 1647. §.emphiteusis in fin. coram R.P.D. meo Peutingerio.*

Tum etiam quia, vt aduertit eadem *prima dec.in §. sequenti,* Antonius Regi nihil soluit de proprio, sed de pecunijs retractis ex censu imposito de consensu Regis super ipso officio, quem numquam extinxit, sed extinguendi onus spectat ad successores in officio, & ad ipsum Regem quatenus ante extinctionem officium deuoluatur; vnde verum est dicere, quod ex parte Antonij nulla adest
33 eius patrimonij diminutio ad † effectum, de quo agitur necessaria *iuxt.text.n l.si sponsus §.si maritus,& § fin in fin.ff.de donat.inter virum, & vxor. & alios in prima dec. allegatos*, nihil in id suffragante quod Antonius propria bona pro censu obligauerit, & illius fructus, dum vixit, soluerit, quia dicta obligatio, nisi se-
34 quatur solutio, † non operatur patrimonij diminutionem ad *text.in l.si pro ea C. mand. c. peruenit,* ibi, *pecuniam quam pro eis soluit, de fideiuss. Ering.de fideiuss.cap.25.nu.10. Rot.in Maceraten. census 5.Iunij 1638.coram bo.mem.Card. Hieronymo Verospio, & in Romana Domus 17. Martij 1649.§.in creditum in.fin.coram me,*& fructuum solutio non meretur allegari, cum Antonius biennio post decesserit, & officiũ in vita Simonis eius filij durauerit solum per sex annos, nempè vsque ad annum 1625. quo emanauit sententia immissionis in possessionem officij ad fauorem D.Marchionis Antonij iunioris, de scutis pariter 3.mil. solutis Ioanni de Tassis, & annua præstatione scut.1200. promissa Pompeio de Tassis, nulla est habenda ratio, quia neutrum respicit
35 vtilitatem Regis concedentis, † vt in his terminis requiritur *Curt. sen.cons.49. sub nu.4. vers.nec est bonum, Decian.cons.17.num.39.in fin. & num.40.lib.4. Rosental.de feud.cap.7.concl.34. num.2.& litt.E. Giurb. de success. feud. prælud.3. num.*56. vbi allegat concordantes.

Quatenus verò subditur cadere saltem sub hypotheca fructus officij,& commoditatem
36 illos percipiendi, † placuit responsio primæ decisionis in *§.quodque,& seq.* quod scilicet id forsan procedit viuente ipso impositore census, postea autem resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris, & successor in officio, cum illud habeat ex liberalitate Regis,
37 ex eadem facit fructus suos, † nec tenetur ad debita primi acquirentis, quando concessio non est hæreditaria *Gomes. ad l. 40. Thauri num.72.Molin.de Primog.lib.1.cap.10. numer.11. Scrader.de feud.par.7.cap.7. nu.32. Giurb.de success.feud.§.1.glos.15. num.*24. qualem non esse eam, de qua agitur, ostendit *prima decis. in §. pariter, §.non obstat il 1. & § seq.*

Omnemque prorsùs eliminat difficultatem obseruantia subsecuta resultans primo, ex quo successiuè primus acquirens pro facultate erigendi primogenituram super offi-
38 cio supplicauit Regi, † eamque Rex concessit,& sic vterq; agnouit non licuisse alioquin primo acquirenti de officio disponere in præiudicium successorũ *Bald. cons. 290. sub num.6.vers.qua licentia lib.3.ex text.in cap.licet de Regular.Buratt.dec.222.num.2.Rot.in Ferrarien.Canonicatus 30. Martij 1626. §. his tamen circa fin.coram rec.me.Coccino;*licuisset autem si
39 officiũ esset † ex causa onerosa, vel hæreditarium *Menoch.cons.165.num.6. Surd.cons.440. num.31.Giurb.de success.feud. prælud.5. num.42. Merlin.dec.699. n.15.& seqq.*

Secundò, quia census ipse scut.50.mil.nõ fuit impositus nisi de consensu Regis ex gratia speciali, & præuià matura supremi Consilij deliberatione; neque vrget quod in supplicatione Antonius narrauerit se vinculasse officium, nè eius descendentes illud vendere, aut obpignorare possent; quia hæc verba stant demonstratiuè, nec præseferunt necessitatem consensus Regij, & derogationis vinculi quoad ipsum Antonium; cumque rescriptum,& gratia specialis Regis nullam faciat mentionem vinculi primogeni-
40 turæ ei derogando, † vt solet in rescriptis derogatorijs, vt per *Modern. à Terranoua in prax.dispens.lib.9.cap.7.num.35.* sed simpliciter concedat facultatẽ hypothecandi officium, & fructus, referri debet ad titulum dominij
41 apud Regem existentis obstatiuum † creationi hypothecæ absque Regio assensu *iuxta Theor. quam post alios tradit Paris. cons.7. nu.23. lib.2.Menoch.cons.296.num.65.*

Actus, qui in contrarium afferuntur, retorquentur, quia assignatio annua scu.1100. facta de anno 1616. ad fauorem Pompei, vt subsisteret, fuit instantibus partibus conualidata à Rege in vltima concessione; Legatum scut.2.mil. relictum Lauiniæ vxori effectum non habuit ob defectum Regij assẽsus; Præceptum Regis quod pro satisfactione creditorum vendantur similia officia Comitis de Villamediana, non loquitur de debitis contractis absquè assensu Regio, nec sine eo officia sub hypothecis cecidisse demonstat; quia aliquando Princeps officia
42 etiam inalienabilia † subhastari ad fauorem creditorum permittit, idque fit ex Principis indulgentia, vt aduertit *Seraph. dec.1294. sub n.3.vers.quod si aliquando*, quem refert, & sequitur *Pacif.de Saluiano inspectione 3.cap.2.numer.637.& 638.*

Ex quibus, nec non ex capite primogenituræ antè huius census creationem irreuocabiliter erectæ, vt latius in prima decisione, quæ etiam respondet ad decisionem iterum exaduerso allegatam *in Romana dotis coram Eminentiss.D.Card.Otthobono*. Domini steterunt in decisis vtraque parte informante.

RO-

ROMANA APOTECAE, SEV PECVNIARIA.

Lun. 8. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Venditor si domum vendidit, quam cum alio communem habebat censetur solum vendidisse partem ad ipsum tangentem, precipue quando ex instrumento venditionis apparet de sua tantum parte venditorem sensisse, & emptorem notitiam habuisse domum venditam in totum non spectare ad venditorem, & ex quibus talis scientia desumatur?

SVMMARIVM.

1 *Emptor tenetur omnia in Instrumento venditionis promissa adimplere.*

2 *Emptor tenetur ad solutionem pretij post rem venditam sibi traditam.*

3 *Conclusio limitatur non procedere, quando rei venditæ pars fuit euicta.*

4 *Limitatio non applicatur quando constat partem euictam non fuisse in venditione comprehensam idque desumitur ex Instrumento venditionis.*

5 *Fideicommissum per sententiam adiudicatum pluribus censetur vnicuique pro virili.*

6 *Clausula* ad quod &c. *posita in fine instrumenti est relatiua ad omnia in eo expressa.*

7 *In venditione Ius tantum vēditoris sibi in re vendita competen. fuisse comprehensum desumitur ab expositis in prohemio Instrumenti venditionis, metiendo voluntatem à potestate, num. 9.*

8 *Executio fieri non potest, nisi super parte tangente ad debitorem.*

10 *Verbum dictas est relatiuum ad superius expressa.*

11 *In venditione non censetur tota res comprehensa, si illius tantum pars fuit enunciata in Instrumento venditionis.*

12 *Vendita de Iure præsumitur tantum pars venditori competens.*

13 *Hac præsumptio reijcitur, quando emptor sciuit quam rei partem venditor haberet.*

14 *Amplia, quamuis in Instrumento venditionis descripti fuerint certi fines rei venditæ.*

15 *Scientia Emptoris, quod non tota res vendita spectaret ad venditorem ex quibus resultet? & numer. 16.*

Scientia contentorum in Instrumento probatur in eo, qui illius celebrationi presens fuit ibid.

16 *Et pecunias soluit in executionem Instrumēti ibid. num. 16.*

17 *Ex quantitate pretij dignoscitur quid, & quantum fuerit in venditione comprehensum.*

18 *Amplia etiamsi res vendita certis finibus sit designata.*

19 *In venditione non venit res aliena licet sit intra fines designatos.*

20 *Valor domorum in Vrbe si non sunt pretiosa calculatur solito ad rationem quinque pro centenario.*

21 *Valor domus probatur ex locatione effectum sortita, iunctis etiam adminiculis.*

22 *In contractibus ex causa onerosa appellatione rei venit tota res, licet secus in contractibus ex causa lucratiua.*

23 *Et venit omne id, quod intra fines designatos continetur.*

24 *Venditor tenetur certiorare emptorem de omnibus qualitatibus rei venditæ pretium minuentibus.*

25 *Venditio totius rei intra fines designatas cessat concurrentibus præsumptionibus in contrarium.*

26 *Clausula* cum omnibus, & singulis Iuribus membris &c. *restringuntur ad rem venditam, nec vltra se extendunt.*

DECISIO DCVII.

Rennente Luca Aretuso deponere scuta 1000. & fructus soluere prout promiserat in Instrumento venditionis rogato sub die prima Decembris 1645. Cecilia Venditrix eum iudicialiter conuenit coram A. C., qui pronunciauit, absoluendo Emptorem ab in petitis, sed in gradu appellationis mihi commissa cōtrarium hodie respondit Rot. nempè Lucam teneri deponere scuta 1000. & soluere fructus, omnis enim Iustitiæ, & aequi-
1 tatis ratio postulat, † vt promissa adimpleantur *l. prima ff. de pact. l. legem C. eod. tit. gloss. in l. stipulatio, §. opus autem verb. siue ff. de nou. oper. nunciat. Bald. in l. 11. sub num. 1. vers. aut intelligit*
2 *C. locat.* quodque re tradita Emptor † teneatur soluere prætium *Castr. in l. Seruus quem §. sciens vers. quinimo ff. de act. empt. Ruin. cons. 141. num. 5. lib. 1. Surd. decis. 253. num. 5.*

3 Et quàmuis hoc limitetur † quando rei venditæ pars fuit euicta *l. si post perfectam C. de euict. l. habitationem §. fin. ff. de petit. & commod. rei vendit. Rot. decis. 395. num. 12. par. 4. tom. 2. recent.*
4 limitatio non applicatur † casui nostro, cum tertia pars Domus, quam euicit Anna Theresia, non sit comprehensa in venditione vt probatur primò ex verbis Instrumenti venditionis, siuè attendatur eius narratiua, siuè dispositiua in prohemio namque vt Venditores ostenderint quomodo bona vendita ad se spectarent narrarunt quæ dominium duarum ex tribus partium tantū conuincerent, siquidem initium acquisitionis, ibi, *recesserunt à fideicommisso Cæsaris Cæsarei ad fauorem Domitillæ Zuccariæ purificato*, quod sententijs Rotalibus adiudicatum fuerat omnibus fra-
5 tribus de Archileis, † & sic vnicuique pro Virili *l. quoties §. hæredes C. de hæred. Instit. §. quoties Inst. eod. tit. Bald. in l. fin. sub num. 3. C. si plures vna sententia Neguś. quest. 415. numer. 12.* Deindè narrarunt, quod Guidus Antonius alter ex dd. fratribus, qui successerat in portione Archangeli Mariæ fratris prædefuncti assignauit Ceciliæ sorori, ac Thomæ Fontanę eius Viro tertiam partem Domus, & Apothecæ prodote, vt ex Instrumento rogato de mense Octobris 1639. ad quod &c. In quo Instrumento habetur, quod Guidus Antonius vnam tertiam partē Ceciliæ, & Thomæ alteram Annæ Theresiæ tradidit, alteram sibi reseruauit, & hæc diuisio stante clausula
6 illa relatiua *ad quod &c.* † perinde est ac si in eodem prohemio venditionis fuisset indiuidualiter expressa *l. si nominatim ff. de condit. & demonstr. l. asse toto ff. hæred. Instit. Auth. si quis in aliquo C. de eden. Cephal. cons. 253. numer. 1. & 2. Buratt. decis. 61. num. 3. Rot. inter recent. decis. 504. num. 5. par. 3.*

Sub-

de rei vendic. Gabr. de locat. conclus. 4. num. 14. Carual. decis. 445. num. 1. Rot. decis. 573. num. 5. par. 2. recent. & decis. 324. num. 2. apud Modern. Perus. de Mant. & in ipsis terminis locationis prius factæ venditori plures allegat *Modern. Neapol. contron. fol. lib. 1. cap. 4. num. 107. & seqq.*

Ex quibus non obstat, quod in contracti-
bus, ex causa onerosa qualis est venditio ap-
22 pellatione rei † veniat tota res licet secus sit
in contractibus, ex causa lucratiua *Castren. cō-
sil. 417. circa fin. vers. nec obstant argumenta lib. 1.
Gomes. variar. resol. tom. 2. cap. 2. nu. 12. in fin. Cancer. variar. resol. tom. 1. cap. 8. num. 112.* & id om-
23 ne quod intra fines designatos † continetur
*l. ædc sacra §. fin. ff. de contrahen. Emption. l. si fines
de euict. Surd. decis. 64. num. 10.* quodque vendi-
tor teneatur certiorare Emptorem de omni-
24 bus qualitatibus rei venditæ, † prætium mi-
nuentibus *l. tenetur § fin. l. quaero ff. de act. Empt.
l. ea quæ commentandi §. fin. ff. de contr. Empt. Alex.
cons. 14. num. 10. lib. 5. Aymon. cons. 471. numer. 3.*
quia certioratio satis probatur per Instrumē-
ta relata in venditione, & præsumptio ven-
ditionis totius rei intra fines designatos exi-
25 stentes † cedit validioribus præsumptioni-
bus supra ponderatis, vt per *Berou. Mant. Maresc. & Seraph. locis superius allegatis*. Hinc ne-
que vrget præcedens mandatum ad vendēdū
tertiam partem, ac etiā alias duas tertias par-
tes ad Thomam Virum pro indiuiso cum
Cecilia pertinentis titulo cessionis ad eorum
fauorem factæ à Guido Antonio, quia præ-
ualent verba actualis venditionis, & presum-
ptiones adductæ, quas coadiuat mox obiecta
mentio cessionis factæ à Guido Antonio,
non compræhendit nisi vnam tertiam par-
tem. Ad Clausulas tandem amplissimas
in venditione appositas, ibi, *cum omnibus, &
singulis iuribus membris, &c.* satis est responde-
26 re, quod restringuntur † ad rem venditam
Bertazz. de Claus. claus. 26. gloss. 8. num. 2. vbi al-
legat *Concord. facit sanè decis. Aragon. 291. nu. 13.*
Et ità decisum vtraque, &c. parte, &c.

VRBINATEN. PRAEDII.

Veneris 12. Iunii 1654.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum particulare super aliquo prædio post constitutum fideicommissum vniuersale ex quibus inductum dicatur?

SVMMARIVM.

1 *Intestamenti margine si aliquid reperitur scriptum manu Notarii de testamento rogati, & ab eo approbatum, censetur de ordine Testatoris adiectum.*

2 *Notarius si apostillam in margine testamenti adiectam, in corpore instrumenti retulit, quando illud in mundum reduxit exinde resultat dicta à postilla approbatio.*

3 *Testator mandans curam alicuius prædii agi, vt ad alios perueniat fideicommissum inducere videtur.*

4 *Fideicommissum inductum dicitur ex onere perpetuo à Testatore iniuncto subueniendi pauperibus.*

5 *Onus perpetuum heredi iniunctum non transit ad eius descendentes. Contrarium sentiunt allegati, num. 6.*

Præsertim quando constat Testatorem huiusmodi onere omnes descendentes granasse, nu. 8.

7 *Hæredum appellatione venit etiam substitutus.*

9 *Dispositio particularis facta super aliqua re ad fauorem vocatorum in præcedenti fideicommisso vniuersali non inducit fideicommissum particulare ab vniuersali distinctum.*

10 *Declara hoc procedere quādo fideicommissum particulare desumitur ex quo in eodem testamento prohibita sit alienari res aliqua particularis.*

11 *Secus vero quando per dispositionem separatam Testator iniunxit perpetuam conseruationem alicuius corporis in sua descendentia, & gratificari voluit personis non vocatis ad fideicommissum vniuersale.*

12 *Ad voluntatem Testatoris interpetrandam tempus testamenti attendi debet.*

13 *Fœmina nupta in aliena familia venit appellatione successorum domus.*

14 *Fideicommissum particulare inductum super aliqua re contemplatione alicuius personæ, ob non existentiam personæ contemplatæ an expiret?*

15 *Detractiones legitimæ, & Trebellianicæ fieri prohibentur ex bonis fideicommissi particularis existentibus aliis bonis.*

16 *Dos relicta à fideicommittente eius filiæ soluta præsumitur ab herede granato ex prætio bonorum alienatorum.*

17 *Hæres non conficiens Inuentarium tenetur de proprio debita hæreditaria soluere, etiamsi bona hæreditaria non sufficiant.*

18 *Inuentarij defectus per diuisionem inter hæredes tunc suppletur si statim mortuo Testatore confectum fuit Inuentarium tutelare, alioquin diuisio ex internallo non suffragatur, & redditur ratio, num. 19.*

Decisio in Bononien. de Glauarinis 27. Iunij 1644. coram R. P. D. Peutingerio, *quo casu loquatur? ibid. nu. 18.*

20 *Detractiones consumptæ præsumuntur ex præcedentibus alienationibus, & onus firmandi statum hæreditatis spectat ad possidentem rem vltimo loco alienatam.*

21 *Insinuatio in contractu mulieris, quod non sit adhibenda ex consuetudine non probatur ex fidibus extraiudicialibus, sed plenæ probationes requiruntur tanquam de re decisoria.*

DECISIO DCVIII.

VNIVERSALE fideicommissum in testamento, & particulare super prædio nuncupato foglia in Codicillis Co. Cæsarij Odasij ad fauorem Com. Iulij Cæsaris filij Petri Antonij alterius ex filijs fideicōmittentis adesse firmat decisio edita in hac causa *sub die 3. Iunii 1650. coram me*, aduersus quam concessa fuit noua audiētia strictè super fideicommisso particulari. Nam filios positos in conditione testamentaria esse vocatos

catos ad vniuersale conuincunt vrgentissimæ coniecturæ, nihilque vrget, quod eadem conditio legatur adiecta in margine
1 Testamenti, † quia satis est scriptum fuisse manu Notarij de testamento rogati, & ab eo approbatam, vt de ordine Testatoris adiecta censeatur, *Boer.cons.95. nu.12.lib.3. Alex. cons.104.num.9.lib.7. Paris.cons.28.num.35.lib.2. Menoch.de adipiscend. remed.11. numer.724. Rota in Bononien. fideicommissi de Amorinis 10. May 1648.coram R.P.Domino meo Meltio, in Romana fideicommissi de Victorijs 20.Martii 1651.§.minus dici potest coram Eminentiss. D. Card.Otthobono, & 17.Iunii 1652. §.siquidem coram R.P.D. meo Verospio.*

Præsertim quia valdè verisimilis est,& ob præsumptam voluntatem Testatoris etiam à luce subintelligitur, quod in prima Testamenti matrice à postillæ, & aditiones marginales accipiantur, dumque Notarius
2 rogatus, † quando testamentum in mundum reduxit apostillā marginalē in corpore Instrumenti retulit: Exindè resultat eiusdem approbatio, ac omnis cessat difficultas, vt dixit *Rot.decis.276.nu.3.par.2.recent.dec.541. num.52.& 53.par.5.*

Strictè igitur ad fideicommissum particulare illud ex codicillis resultare etiam hodiè DD.censuerunt, attentis verbis, ibi, *Comanda, che sempre, & in perpetuo detti suoi heredi nominati in detto Testamento siano obligati à tenere il podere della foglia al seruitio di Sua Altezza Serenissima d'Vrbino, e delli suoi successori della Casa della Reuere &c. Et in somma vuole, che detto Podere stia sempre al seruitio di Sua Altezza Serenissima,* præseferentibus claram voluntatem fideicommittentis permansionis huius
3 Prædij in descendentia sua, † quia Testator mandans curam Prædiorum agi, vt ad alios perueniant, fideicommissum inducere videtur, *l.fideicommissa 15.§.hac verba ff.legat.3. Alciat.cons.13.num.1. lib.9. Rimin.Iun.cons.700. num.15.Mantic.de coniect.lib.8.tit.1.sub num.12.*
4 sicut etiam inducitur † ex onere perpetuo subueniendi pauperibus, *Anchar.cons.27.nu.7. Socin.Sen.cons.12.numer.18.vers.confirmatur prædicta lib.3. Ruin.cons.159. num.18. vers.nec obstat lib.2.Cephal.cons.353. numer.67.& seqq.Menoch. cons.1135.num.22. Bellon.Iun.cons.11. nu.13.Peregr.de fideicomm.art.13. num.86.Rot.in Tiburtina fideicommissi 25.Maii 1646. & 24.Ianu.1647. coram bon.mem. Arguelles, in Bononien.Fideicommissi de Guidottis 24.Ianuarii 1648.§.nona adducitur coram eodem.*

Nec obstat, quod præter illa verba *detti heredi* dispositio restricta censeatur ad hæredes nominatos in Testamento, non autem
5 ad descendentes ex illis, † quamuis onus sit appositum in perpetuum *Surd.cons.123.n.17.*
6 Nam præter quod contrarium sensit † *Cornel.cons.69.per tot.lib.4.Fusar.cons.24.sub nu.70. vers.Ego pariter, Peregrin.de fideicomm.artic.32. num.78.in fin.Grat.discept.612.numer.12.* Versamur in casu nostro extra omnem difficultatem, tum quia Comes Iulius Cæsar actor tanquam sub conditione *si sine filijs* ad controuersam hæreditatem in testamento voca-
7 tus est hæres substitutus, † & sic in illis verbis *detti heredi* compræhenditur, *Cephal. consil.499.num.8. Fusar.cons.12.nu.9.Peregr.de fideicomm art.31.num.81.Surd.decis.338.numer.1.Ioseph Ludou.decis. Lucen.4. num.6.* Tum etiam quia Testator, non semper, sed pluries vsus fuit verbis perpetuatiuis, ibi, *sempre,& in perpetuo,* & infra ibi, *stia sempre al seruitio, &c.* Et cum enixè voluerit nedum perpetuam permanentiam prædij apud hæredes, sed æquè principaliter,quia illud perpetuo inseruiret commoditati Ducum Vrbini id quod non sequeretur, nisi omnes descendentes essent particulari fideicommisso obstricti. Nam alias euenire posset quod ob detractiones legitimæ, & Trebellianicæ, vel alterius generis, ex fideicommissis Vniuersalibus fieri solitas prædium liberum, & ab omni onere immune deuolueretur, vt inquam effectus huiusmodi perpetui seruitij à Testatore contemplatus adimpleatur fateri necesse est om-
8 nes † descendentes fuisse grauatos *ad Text. in l.illud ff.acquir.hæred. Ruin.cons.119.n.14.lib.14. Dec.cons.23.num.2. Menoch.præsumpt.68.num.6. lib.4.Fusar.de subst.quæst.241.nu.67.& qu.480. num.21.*

Non obstat quod particularis dispositio † facta super aliqua re ad fauorem vo-
9 catorum in præcedenti fideicommisso vniuersali, non inducat fideicommissum particulare, ab vniuersali distinctum,quia
10 hoc procedit, † quando fideicommissum particulare desumitur ex quo in eodem testamento prohibita sit alienari res aliqua particularis, in quibus terminis loquitur *decis.210. num.10.& seqq.par.6. recent.* & quot quot exaduerso allegantur. Secus autem quando per dispositionem prorsùs separatam Testator iniunxit perpetuam conseruationem alicuius corporis in sua descendentia, & quod plus est gratificari voluit etiam
11 personis non vocatis ad fideicommissum vniuersale, vt bene declarauit *Rot.decis.418. sub num.5.& seqq.decis.421.num.25.& 26.par.5. recen.& in Romana Retentionis Domorum 2.Martij 1643.coram Reuerendiss. Terracinen. in Bononien. fideicommissi, seu Domus 30. Aprilis 1646. §.& quidèm, & 10.Decembris eiusdem anni §.quo verò coram me,* qui est casus noster. Nam fideicommissum vniuersale relictum fuit in Testamento, quod verò hæredes retinere perpetuo debeant prædium mandat Testator in Codicillis, & fideicommisso vniuersali non nominatis.

Gratis autem dicitur quod Testator intellexerit solum de seruitio præstando Duci Francisco Mariæ, tunc viuenti, quia nominatim loquutus fuit etiam de successoribus domus de Rouere,ibi, *e delli suoi successori della Casa Rouere,* ex quibus superuiuebat Dux Federicus filius de tempore testamēti,quod ad interpretandam mentem Testatoris † de-
12 bet attendi *l.2.ff.de testam. Menoch.cons.97.numer.149.cons.106.num.330. Peregr.cons.42.nu.7. lib.1.Fusar.de substitut.quæst.157. num.47.Rot.in Auen.*

Ancn. Legitima 27. Aprilis proximè præteriti coram R.P.D. meo Peutingerio, & adhuc superuiuit Serenifs. M. Ducissa Etruriæ, quæ & si
13 nupta in aliena familia venit † appellatione successorum domus de Rouere, *Soccin. consil. 127. numer. 5. in fin. vers. sed multipliciter lib. 2. Gabr. cons. 91. num. 19. lib. 1. Rot. coram san. memor. Greg. XV. decis. 464. num. 2. & inter recen. dec. 151. nu. 3. par. 5.* vbi allegantur concordantes.

Vndè nec dici potest, quod fideicommissum expirauerit ob lineam expositam domus de Rouere, & successorum Ducis Vrbini, eò minus stante vt dicebam coequalis contemplatione conseruationis prædij in hæredibus institutis, & substitutis efficiente ne fideicommissum ob non existentiam
14 personæ cui † seruitium à Testatore impositum præstandum erat expiret, *l. 1. Cod. legat. l. omnia ff. ann. legat. Odd. cons. 47. num. 12. Benint. decis. 98. num. 5. & seqq. Rot. decis. 636. numer. 5. & seqq. par. 4. tom. 3. recent.* sicut nec expirauit per consensum alienationi huius prædij præstitum à Duce *sub die 23. Maii 1653. coram me*. exindè non sequitur remissio fideicommissi in præiudicium aliorum ad illud vocatorum.

Firmato ex prædictis fideicommisso particulari substineri non potest alienatio huius prædij facta ab hærede grauato ex causa legitimæ, & Trebellianicæ, quia neutra † de-
15 trahitur ex fideicommisso particulari existentibus præsertim alijs bonis, vt latiùs comprobatur *in dicta decisione anni 1653.* Et assertum æs alienum Testatoris non suffragatur. Cum creditores non vrgent, solui possit ex alijs bonis, & iustificetur in quantitate longè inferiori valori huius prædij exceptis societatibus officij in debitum relatis, quæ probantur priùs extinctæ, *vt in Summ. responsionis pro Iulio Cæsare num. 20.* Necnon dote scutorum 5000. à Testatore relicta Camillæ filiæ, quia non probatur soluta ab emptore nisi pro rata scutorum 450. reliquum verò solutum fuit ab ipso hærede grauato, † qui
16 vel præsumitur soluisse ex prętio aliorum bonorum priùs alienatorum, vel quatenus soluisset de proprio, non ideò ex eius persona retardari potest restitutio fideicommissi particularis. Cum ob non confectum In-
17 uentarium † ad illam teneatur de proprio etiamsi bona hæreditaria non sufficerent ex allegatis *in dicta secunda decisione huius causæ, & in Rauennaten. Bonorum 11. Maij, & 6. Nouembris 1648. coram Reuerendissimo Domino meo Decano.*

Animaduertendo, quod in casu nostro defectũ Inuentarij supplere potest diuisio de-
18 inde facta † inter hæredes, quia id admittitur quoties statim mortuo Testatore confectum fuit Inuentarium Tutelare, & proxima facta diuisio in quibus terminis loquitur decisio *in Bononien. de Glauarinis 27. Iunij 1644. coram R.P.D. meo Peutingerio*, alioquin sola diuisio facta, vt in casu nostro per octo annos post mortem Testatoris † inseruire non
19 potest loco Inuentarij ad probandum statum hæreditatis, quia diuidentes medio tempore bona dissipare potuerunt, vel aliundè acquirere *Ruin. cons. 23. sub numer. 37. vers. ac si etiam lib. 5. Becc. cons. 113. sub numer. 9. vers. multo magis lib. 1. Surd. cons. 105. num. 6. ante finem. vers. aliud ergo est, & decis. 339. num. 14. in fin. Merlin. decis. 406. num. 8.* vltra quod in decisione non fit mentio de mobilibus, & nominibus debitorum, & ob omissionem Inuentarij iunctis alienationibus aliorum bonorum anteà factis alienatio huius prædij ex causa detractionum sustineri non posset etiam si versemur in terminis fideicommissi vniuersalis, quia detractiones omnes præsumuntur con-
20 sumptæ † ex præcedentibus alienationibus, & onus firmãdi statum hæreditatis spectaret ad possidentem rem vltimo loco alienatam *Peregr. de fideicomm. art. 39. numer. 14. Merlin. decis. 633. num. 1. & seqq. Rot. inter recent. decis. 126. num. 28. & 29. decis. 164. n. 7. & 8. par. 7. dec. 109. numer. 7. apud Modern. Foroliuien. de legitim. & in Bononien. fideicommissi de Glauarinis 5. Maii 1645. coram R.P.D. meo Peutingerio.*

Ad consensum alienationi præstitum à Iulio Cæsare, seu promissionem Aldę de euictione respondet secunda decisio, quod ille nullus est stante falsitate causę, cum suppositum fuerit, faciendas esse detractiones legitimæ, & trebellianicæ, ac æris alieni in maiori quantitate, quàm verè existeret, nec non ex defectu insinuationis, quam ex con-
21 suetudine non adhiberi † non probant fides extraiudiciales, sed requiruntur plenæ probationes, tamquam de re decisoria causæ respiciente, vt per *Mantic. decis. 69. num. 24. decis. 312. num. 12. decis. 553. numer. 13.* Promissio pariter Aldæ corruit ex falsitate suppositi, quod sine venditione huius Prædij domus viri necessitatibus obrueretur, vt respondit *dicta decis. secunda in §. fin.*

Quapropter DD. steterunt in decisis vtraque &c.

ROMANA LAESIONIS.

Ven. 12. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Læsio in sexta parte prætij sufficit quando agitur de rescindenda venditione facta à Iudice licet in dimidia requiratur quando venditio fuit facta ab ipsomet Domino, ratio diuersitatis est quia in venditione voluntaria maior læsio requiritur ex quo venditor sibi imputet si rem viliori prætio vendidit, quæ ratio non militat in venditione facta à Iudice mediante subhastatione nam in ea non concurrit voluntas Domini, & Iudex non habet tam absolutam dispositionem, quam habet ipse Dominus.

SVMMARIVM.

1 *Dubia proponuntur in Rota ex præscripto reformationis san. me. Pauli V.* sub Rubr. de Audit. Rot.

Rot.§.7. *etiam in causis commissis Auditori vti Prælato.*

2 *Res iudicata inducta dicitur eo ipso quod causa appellationis infra biennium non fuit commissa.*

3 *Subhastatio si apparet læsiua venit reuocanda.*

4 *Statutum Vrbis* lib.1.cap.154. *non comprehendit personas Ecclesiasticas.*

5 *Læsio in sexta parte prætij sufficit quando agitur de rescindenda deliberatione seu venditione facta à Iudice, licet in dimidia requiratur quando venditio fuit facta ab ipso Domino.*

6 *Ratio diuersitatis est nam in venditione voluntaria maior læsio requiritur ex quo venditor sibimet imputare debet si rem maioris valoris viliori prætio distraxit, quod non militat in Iudice qui non habet tàm absolutam dispositionem rei quam ipse Dominus.*

7 *Valor in stabilibus per biennium non præsumitur mutatus nisi doceatur de aliqua causa extrinseca.*

8 *Emptori satis cautum dicitur per promissionem de euictione, & obligationem bonorum venditoris, etiamsi res vendita aliquo onere sit obnoxia, & num.11.*

9 *Valor rei non minuitur ex lite mota super retractu, quia retrahens ad formam Bullæ Gregorianæ iustum prætium soluere tenetur.*

10 *Legitima non cadit sub onere fideicommissi.*

12 *Venditor de Iure tenetur de euictione rei venditæ.*

13 *Venditor vigore Bullæ Gregorianæ* §.15. in Bullar. impress.tom.2. *non tenetur pecunias inuestire, sed solum cauere de euictione.*

14 *Valor Domus nõ minuitur etiamsi venditio sequatur vigore retractus.*

15 *Cautio de euictione etiamsi non fuerit ab emptore reportata non tamen dicitur quod carius emerit, si non constat venditorem esse debitis inuolutum.*

16 *Valor rei venditæ iustus probatur ex relatione peritorum.*

17 *Periti debent æstimare quanti Domus vendi potest, non autem cementa.*

18 *Relatio Periti non potest impugnari ab eo, à quo fuit electus.*

19 *Emptori competit facultas supplendi iustum prætium, si venditio detegitur læsiua, nec potest huiusmodi facultas sibi à Iudice auferri, & num.20.*

21 *Clausula omni meliori modo contenta in sententia operatur, vt sententia substineatur eo modo meliori, quo de Iure valere potest.*

DECISIO DCIX.

SIBI de anno 1640. delibaratam Domũ Thadei Masię pro prætio scut.1166.RR. Moniales S. Luciæ in Silice, & Pomponio Fusco 1642. vendiderunt Archiconfraternitati S. Hieronymi nuncupati de charitate pro prætio scut.3427.vndè præfatusThadeus agnita enormi læsione deliberationis intentauit de anno 1644. iudicium ex *remed. l. 2. C. de resc. vend.* & obtinuit sententiam qua deliberatio vti læsiua rescinditur, & ipse ad possessionẽ domus, siuè prætij in locis Montium inuestiti immittendus pronunciatur solutis scutis 1166. Monialibus, & prædicto Fusco idque ipsum decreuit R. P. D. Oddus per sententiam diffinitiuam, in secunda instantia latã de anno 1652. aduersus quam, cum nunquã fuerit commissa causa appellationis, sed tantum nuperrimè causa restitutionis in integrum, mihi vti Prælato, proposui hodie iuxta præscriptum reformationis san.mem.Pauli V. *sub rub. de Auditor. Rot.*

1 §.7. † seruari solitum etiam in causis extra Rotam alicui Auditori commissis. An constet de re iudicata, vel potius de causis restitutionis in integrum, & affirmatiuè prima pars, negatiuè secunda decisa fuit.

Nam pro re iudicata sufficit causam ap-

2 pellationis non fuisse commissam † infra biennium *Auth. qui, & l.fin.§.illud C.de temp. appell.Vestr.lib.7. cap.vlt.numer.9.Cassad.decis.6. num.8. de appell.Crescen.dec.8.num.8.eod.tit.Put. decis.311. lib.2. Rot.inter recent.decis.156.num.5. par. 2.* Dum de cœtero sententiæ validitas, non impugnatur, & Iustitia conuincitur ex

3 deliberatione † iudicialiter facta, si læsiua sit tradit *Alex.conf.117.sub num.11. vers. & quamuis nonnulli lib.7.Aymon.cons.29.sub num.4.Surd. cons.39.nu.3.Ant.Pinell.in d.l.2.par.2.cap.2.n.15.* ac de veriori, & receptiori sententia *Caual. decis.187. num.1. decis.358.nu.3.Buratt.dec.675. num.8.*

Læsio autem quamquam circumscripto

4 *Statuto Vrbis lib. 1. cap. 154.* † *non comprendente Ecclesiasticas personas*, vt in puncto respondit *Rot.decis.69.col.3. vers. non obstat, quod statutum inter impress.apud Moder. ad Statut.Vrbis* sufficere in sexta parte prætij, quando agitur de rescindenda deliberatione seù venditione fa-

5 cta à Iudice, † licet in dimidia requiratur quãdo venditio fuit facta ab ipsomet Domino videtur sensisse *Bart. in l. Societatem 77. §. arbitratorum nu.25.vers. quod est notandum ff.contraben empt.quem sequitur Valasch.in prax. practic. cap.39.num.9.& 10.Ciriac.controu.325.num.29. Morott.de Iur.offer.num.25. Io. P. Franc. à Ponte de potest.Proregr.tit.4.§.5. num.6. & sequen.* vbi dicit rationem diuersitatis quia in venditio-

6 ne voluntaria† maior lęsio requiritur ex quo venditor sibimet imputare debet, si rem maioris valoris viliori prætio distraxit, quod nõ militat in venditione necessaria facta mediante subhastatione cum in ea non concurrat consensus Domini, imò ipso reluctante res distrahatur, & Iudex non habet tàm absolutam dispositionem rei quam habet ipse Dominus *Anell.de Amat. cons.87.num.3. Lucas Petrus in prax.lib.8.cap.2.num.46. Mastrill.decis. 84.num.6.lib.1.Vincen.de Branc.decis.120.num.7. & ibi Flau.Amend.num.15. & decis.224.num.20. Noguer.alleg.18.num.61.aliique quos refert, & seq. Modern. Hispan. de Iudic. lib.1. tit.3. disposit.24. num.17.tom.2.Modern.Neapol. controu. Iur.lib.1. cap.40.num.60.Moder.Pisauren.de Subhast.qu.18. num.20.Modern.Perus.eodem tract.quæst.51. n.21. Anton.de Amat. resol.tom.1.resol.78. num.21. vbi quod est magis probata opinio.*

Euidens in casu nostro est vltra dimidiã, cum Dominus deliberata fuitur Monialibus pro scutis 1166. & ab ipsis Monialibus præuia Peritorum extimatione, deindè vendita pro scutis 3427. triennio post, qui valor præsumi-

sumitur fuisse iustus, etiam de tempore de-
7 liberationis quia in stabilibus † per bienniũ non præsumitur mutatus, nisi doceatur de aliqua causa extrinseca mutationis *Surd. consil. 151. sub num. 7. Adden. ad san. mem. Gregor. XV. decis. 553. num. 15.* & in puncto ad effectum rescindendi venditionẽ *Cagnol. in d. l. 2. n. 238. in fin. Cod. rescind. vend. Rot. apud Caual. decis. 338. numer. 4.*

Non obstant, quæ ad omittendum rei valorem exaduerso adducuntur, nam asserta melioramenta iuxta sensum partis aduersæ non excedunt summam scu. 55. Census scut. 1300. quo domus grauata reperiebatur, adérat tàm de tempore deliberationis, quam secundæ venditionis, & satis erat cautum Monialibus, & Fusco deliberatarijs per pro-
8 missionem de euictione † cum obligatione omnium bonorum Thadei facta à Iudice in actu deliberationis, vt per *Osasch. dec. 24. nu. 1. Seraph. decis. 321. sub num. 13.*

Lis quę antè deliberationem pendebat super retractu domus vigore Bullæ Gregorianę ad Instantiam eiusdem Archiconfraternitatis S. Hieronymi, non detrahebat de valore rei;
9 quia iuxtà formam Bullæ, † retrahens idem prætium soluere tenebatur, & experientia docuit fuisse occasione dictæ litis auctum prætium vltra medietatem, cum retrahens soluerit Monialibus scuta 3427.

Prætensum fideicommissum non probatur, & probatum non releuat, tùm quia excluditur ob æs alienum dotis maternæ, & legitimam in bonis fideicommittentis debitã
10 Thadeo, quæ † sub onere fideicommissi nõ cadit *l. quoniam in prioribus C. in off. Testam. Rot. decis. 449. num. 2. & 4. par. 1. recent.* Tùm etiam, quia ea non obstante Moniales Domum vendiderunt dimidio plus, quàm emerant, & promissio de euictione facta vt supra à Iu-
11 dice nomine Thadei, † vtrumque Emptorẽ de fideicommisso dubio tutũ reddebat *Bald. in l. ex his prædijs num. 2. C. euict. Osasch. decis. 24. num. 13. Afflict. decis. 241. num. 5. ibique Vrsill. nu. 1. Rot. decis. 15. sub num. 2. apud Modern. Pisaurien. de subhast.*

Nihil tandem afficit, quod Moniales prętium inuestiuerint in locis Montiũ sub vinculo euictionis domus, & loca vinculata minùs valere dicantur: Primò quia obiectũ benè procederet, si loca montium habuissent aliud vinculum, sed in casu nostro non aliud habebant, quam illud posteà adiectum pro securitate Emptoris, & euictione, quæ
12 occurrere posset ad quam Moniales † etiam de Iure tenebantur, *l. dubitatur, & ibi Bald. C. euict. Bart. in l. Exempto nu. 3. ff. act. Empt. Dec. consi. 483. num. 15. Rot. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 25. num. 3.* Cumque in solutum non receperint loca montium, sed pecunias, & ex forma Bullæ Gregorianæ non teneretur illas
13 inuestire, † sed solum cauere de euictione, vt legitur *in §. 15. Bull. impress. in Bullar. tom. 2. fol. 390.* Eò minùs exindè domus valor mi-
14 nui potest, † vt in simili respondit *Rota in Romana rescissionis transactionis 16. Iunij 1651. §. Pars Secunda*; quia cum ille *coram Eminentissimo Domino Cardinali Corrado*, nec vrget, quod similem cautionem Moniales non reportauerint à Thadeo, quia reportarunt promissionem de euictione, qua stante dum non probatur Thadeus tunc debitis obrutus, ob non reportatã
15 cautionem de euictione, † non dicuntur carius emisse *Buratt. decis. 675. num. 10. & 12.*

Secundò, quia valor domus nedum probatur ex prætio conuento in actu secundæ venditionis, sed etiam ex præcedenti extimatione facta à Peritis hinc indè electis, qui domum æstimarunt absque vllo onere inue-
16 stiendi, & vinculandi prætium, vt plenè † valorem probant *Bal. in d. l. 2. num. 25. C. rescind. vendit. Cagnol. ibidem num. 238. Honded. consil. 35. num. 45. lib. 1. Grattan. decis. 600. num. 21. Rot. apud Seraph. decis. 665. num. 2. & 7. apud Caual. dec. 358. num. 1.* Nec obstat quod Periti extimauerint
17 cementa, non autem † quanti domus vendi posset, vt requiri dictum fuit in *Romana domus 24. Nouembris 1642. coram Reuerendissimo Domino meo Decano*, quia cum fuerint electi ad effectum videndi quanti res vendi possit idem implicitè retulisse videntur, & Moniales quæ pro prætio æstimato vendiderunt, ac
18 relationem Periti à se electi † acceptarunt eam hodie impugnare non possunt *Rim. Iun. cons. 161. num. 34. Decian. cons. 78. numer. 4. lib. 3. Menoch. cons. 39. Rot. decis. 384. num. 2. par. 2. recent.*

Vltimum obiectum contra sententias, eo quod Thadeo primo venditori immissionem concedunt in possessionem rei, siuè prætij nec dant electionem Emptori supplendi iu-
19 stum prætium, † vt competere probat *Tex. in cap. cum causa de empt. & vend. & tradit Pinell. in d. l. 2. par. 3. cap. 3. num. 34. & num. 36.* Corruit quia cum hæc facultas competat Emptori ex beneficio legis, non censetur à Iudice subla-
20 ta, quamuis † de ea non fiat mentio in sententia, vt ex *Tex. notab. in l. 4. §. si quis condemnatus ibi repletur ergo ex lege quod sententiæ Iudicis deest ff. rei iud. tradit in puncto Cagnol. in d. l. 2. sub num. 229. vers. quinimò C. rescind. vendit.* præsertim quia in sententia adest litteralis præseruatiua iurium competentium Emptorij, nec
21 non clausula, *& omni meliori modo*, qua † sustinetur sententia eo modo meliori, quo de Iure valere potest *Ciriac. controu. 205. num. 117. & sequent.*

Et ità decisum vtraque parte informante, &c.

ROMANA CENSVS.

Lunæ 15. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Census si fuit cessus & deinde extinctus cum hærede cedentis extinctio non substinetur Filij in cõditione positi etiã attenta dispositione statuti Vrbis non cẽsentur vocati quãdo concurrunt coniecturæ pro illorum exclusione, quia statutum inducens vocationem non operatur contra volũtatem disponentis. Reliqua desume ex summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Census fideicommissarius validè extingui potest cũ vocato ad fideicommissum.*

2 *Cessio rei fideicommissariæ non substinetur in præiudicium vocatorum ad fideicommissum.*

3 *Alienatio rei fideicommisso subiectæ non substinetur vltra vitam alienantis.*

4 *Res fideicommissaria alienata statim post mortem alienantis redit ad fideicommissarium, qui vti vocatus ex propria persona nõ tenetur stare alienationi etiamsi alienantis sit hæres.*

5 *Cessionarius agere potest contra hæredem cedentis, ad id quod eius interest.*

6 *Census fideicommissarius si fuit extinctus, & ex pecunijs exinde retractis alius emptus, iste secundus dicitur subrogatus in locum primi, si obligatio reinuestiendi, in extinctione primi intercessit.*

7 *Item subrogatus dicitur in locum primi, si in Instrumento secundi census fuit habita relatio ad præcedentem obligationem de reinuestiendo &c.*

8 *Et stipulatio grauati pro se, & hæredibus in secundo censu, quomodo sit intelligenda?*

9 *Legitima non debetur nepoti in bonis auiæ viuente filio.*

10 *Census post cessionem non potest cum hærede cedentis extingui, quia per cessionem census iam exierat à dominio cedentis, nullumque desuper ius hæres habere potest.*

11 *Nec excusatur debitor si censum extinxit cum quo contraxit, sed inquirere tenetur, quis sit Dominus census.*

12 *Cessio census si fuit intimata debitori, eique per Iudicem inhibitum ne alteri soluat non potest amplius soluere cedenti.*

13 *Appellatione fructuum census non venit sors principalis.*

14 *Decretum non afficit non citatum.*

15 *Filij in conditione positi ex dispositione Statuti Vrbis lib.1.cap.146. censentur vocati, quod locum habet etiam in contractibus.*

16 *Substitutio collata in tempus mortis cum verbo* quandocumque *est compendiosa.*

17 *Substitutio compendiosa continet vulgarem, & fideicommissariam.*

18 *In substitutione vulgari contenta in compendiosa sicuti positi in conditione censentur vocati, ita pariformiter vocati censentur in fideicommissaria ex vi pariformis determinationis.*

19 *Pactum reuersiuum dicitur quod apponitur fauore donantis.*

20 Decis.114. num.3. & seqq. par.7.recent *quo casu loquatur?*

21 *Verba* Deuolui, & reuerti *sunt communia.*

22 *Fideicommissum inductum dicitur si substitutio est facta fauore extranei concepta sub verbis communibus* deuolui, & reuerti *nam nisi adesset, bona non possent deuolui & reuerti ad extraneum.*

23 *Differentia inter pactum reuersiuum fauore donãtis, & substitutionem fauore extranei.*

24 *Filij in conditione positi in pacto reuersiuo fauore donantis non censentur vocati, nec positi ad inducen. nouum fideicommissum, sed tantum ad impediendam reuersionem bonorum donatorum casu quo nascantur.*

25 *Filij in conditione positi in substitutione fauore extranei sunt positi ad purifican. nouam substitutionem ad fauorem personæ, quæ nusquam dominium bonorum habuerat, & sic inducunt nouũ fideicommissum.*

26 *Fideicommissum nouum, vbi constat de intentione fideicommittentis resultat absque verbo substituo, ex quibuscunque alijs verbis maximè communibus.*

27 *Filij in conditione positi non censentur per fideicommissum vocati concurrentibus contrarijs coniecturis excludentibus vocationem siue positi sint in pacto recursiuo, siue in noua substitutione cum statutum inducens vocationem non operetur contra voluntatem disponentis, & coniecturæ pro exclusione enumerantur, a num.29.& seqq.*

28 *Et tunc cessat præsumptio conformitatis, & voluntatis cum statuto, in qua vocatio tacita fundatur.*

29 *Filij donatarij in conditione positi non censentur vocati si verba donationis non ad ipsos, sed ad donatarium sunt directa cum clausula cæterata sub qua veniunt hæredes & successores quicumque.*

30 *Filij in conditione positi stante stipulatione pro hæredibus repugnat quod sint per fideicommissum vocati.*

31 *Siue positi sint in conditione pacti reuersiui ad fauorem alterius quam donantis, siue in substitutione ad fauorem extranei semper excluditur illorum vocatio ex coniecturis contrarijs, & num.32.*

33 *Item non censentur vocati si in donatione est apposita fauore donatarij clausula ad habendum, quæ facultatem adlibitum disponendi tribuit.*

34 *Clausula adhabendum cum facultatem liberè dispõdi tribuat repugnat tacitæ vocationi fideicommissariæ filiorum positorum in conditione.*

35 *Clausulæ* ad habendũ *virtus quo casu euacuetur, & elidatur? & num.36.*

37 *Bona donata filio contemplatione patris dicuntur profectitia, quæ in legitimam ex bonis patris debitam imputantur.*

38 *Legitima debetur libera absque vllo onere.*

39 *Dos à patre profecta decedente filia sine filijs ad ipsum reuertitur.*

40 *Statutum Vrbis lib.1.cap.141.disponit quod filiæ dotatæ acquiescant testamento paterno.*

41 *Filij donatarij in conditione positi non censentur vocati, si donans demandauit quod bona donata conferantur cum alijs in certis casibus expressis. Inter sorores æqualitas seruanda est ibid.*

42 *Collatio bonorum tendit ad seruandam æqualitatem inter succedentes.*

43 *Obseruantia subsecuta bene declarat quid fuerit in dispositione comprehensum.*

44 *Contrahens cum hærede præsumitur contraxisse contemplatione qualitatis hæreditariæ.*

45 *Fructus debentur ex censu nulliter extincto cum adhuc vigere dicatur.*

DECISIO DCX.

RECTE nec ne D. Marchio del Drago censum pro pretio scutorũ 1300. alias de anno 1528. venditum Plautillæ Falconeriæ

nè redemerit de anno 1635. à Leonardo, ad Tarquinio de Turchis ipsius Plautillæ filijs, pendet ab existentia fideicommissi, quod per Hieronymam Plautillæ Auiam constitutum prætenditur in donatione ipsi Plautillæ facta, Census donati ac debiti à clar. mem. Duce Vrbini, quatenus enim fideicommissum adsit dubitari non potest quin census
1 fuerit validè extinctus, † ac retrouenditus à Leonardo, & Tarquinio, ad illud iam purificatum vocatis *Casanatt. cons. 9. num. 58. & seqq. Roderic. de annuis reddit. lib. 2. quæst. 15. num. 87. Giurb. dec. 79. nu. 16. & seqq. Rot. dec. 292. num. 7. & 8. apud Cinc. de censibus, & in Romana fideicommissi fel. Saluiani 28. Aprilis 1651. coram R. P. D. meo Celso.*

Nihil suffragante quod Plautilla ratâ seu forum 1000. dicti census prius cessisset Dianæ auctrici Franciscæ Tibaldæ hodie auctri-
2 cis, quia cedere non potuit † in præiudicium vocatorum ad fideicommissum *l. 3. §. sed quia C. commun. de legat. Peregr. cons. 7. num. 3. lib. 1. Fusar. de substit. quæst. 524. num. 15. & 17. Rot. decis. 331. num. 1. & 26. par. 4. tom. 2. recent.* etiam si tesserit contemplatione similis summæ sibi à Diana cessionaria solutæ, quia fideicommissum habet in ventre tacitam prohibitionem cuiuscumque alienationis efficientem
3 ne alienatio † seù venditio substineatur vltra vitam alienantis *l. fin. §. fin. autem C. commun. de leg. gloss. in l. cum pater §. libertas verb. nec id alienauerit ff. de legat. 2. Ias. in l. Marcellus §. res quæ num. 13. ff. ad Trebell. Caual. dec. 141. num. 5. Dec. cons. 532. num. 11. Seraph. dec. 787. nu. 7. Durran. dec. 40. num. 46.* ità vt statim post mortem res alienata redeat ad fideicommissarium, qui vt vocatus ex propria persona alienatio-
4 ni stare non tenetur † etiam si alienantis sit hæres *Natt. cons. 470. num. 13. Cabal. cons. 7. numer. 14. lib. 1. Riminald. Iun. cons. 751. num. 40. & seqq. Peregr. cons. 9. nu. 18. lib. 1. Rot. in Bononien. fideicommissi de Boatteris 8. Aprilis 1644. coram Eminentiss. D. Card. Corrado*, & per consequens adhuc census potuit extingui cum fideicommissarijs, solumque contra ipsos vti hære-
5 des cedentis agere potest † cessionaria, ad id quod eius interest *Valasch. consult. 69. num. 19. & seqq. Laderch. cons. 139. per totum.*

Nec subsistit, quod fideicommissum non cadat super hoc censu, sed super alio olim debito fideicommittenti à Duce Vrbini, vt supponit prima decis. huius causæ, nunc ad trutinam reuocata, quia ex nouiter deductis in facto constat, extincto primo censu Ducis eius Plautilla, vt in de fideicommittentis, & pecunijs exinde retractis depositatis ad effectum, inuestiendi in simili censu, iuxta formam Instrumenti dictæ donationis, & nō alius aliter nec alio modo *Summar. Marchionis num. 2. in fine* ex eisdem pecunijs fuisse emptum secundum censum sub expressione, quod pecuniæ erant illæ eædem donatæ à fideicommittente, & cum explicita donatione ad dictum depositum & donatione *Summar. num. 3.* Vnde reluitur subrogatio secun-
6 di census † in locum primi. Suadente, tum obligatione reinuestiendi in extinctione primi census apposita *Molin. de primog. lib. 4. cap. 4. num. 28. 31. & seqq. Anton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 42. defin. 4. vers. sed si pauas (?) vers. ad Afflict. decis. 369. num. 10. vers. sunt etiam Peregr. decis. Patau. 2. num. 10. Giurb. dec. 113. num. 22. & 23. Sess. decis. Aragon. 130. num. 9. Rot. in Romana Saluiani 29. Nouembris 1626. coram Reuerendissimo Archiepiscopo Tarraconen. & in Meleuitana Territorij 30. Iunij 1650. §. contraria, vers. vel vbi coram R. P. D. meo Cerro*, tum relatione ad obli-
7 gationem huiusmodi, † ac fideicommitteris donatione in Instrumento fecunde census contenta *Merlin. dec. 459. num. 16. cum alijs allegatis in Bononien. fideicommissi de Glauarinis quarta Maij 1640. §. eoque magis coram Reuerendissimo Archiepiscopo Tarraconen. & in eadem 30. Maij 1642. sub proprio vers. siquidem iustificatur coram Reuerendissimo D. meo Decano, confirmata 3. Martii & 28. Iunii 1649. coram R. P. D. meo Peutingerio*, & propterea stipulatio Platillæ in secundo casu pro se, & hæredibus, quatenus filij ad fideicommissum vocati non nascerentur, & Horatius Pater prædecederet ad formam
8 prælibatæ † donationis in puncto *Peregrin. d. dec. 2. vers. præsertim num. 0. vers. sed tamen, Giouagn. cons. 23. num. 12. vers. & hac maxime lib. 2. Fusar. de substit. quæst. 627. num. 27. & 29. Ciriac. controu. 415. num. 68. & seqq. Rot. in Bononien. bonorum 17. Iunii 1641. §. idque coram R. P. D. meo Cerro.*

Gratis tandem euitatur fideicommissum sub prætextu legitimæ debitæ donatario in bonis Auiæ donantis, quia cum superuiue-
9 ret Horatius donatricis filius † non debeatur legitima nepti ex eo procreatæ *Beregar. in l. quætam in 5. par. num. 42. ff. ad l. falcid. Crass. in §. legitima quæst. 4. num. 1. Merlin. dec. 265. num. 1.*

Quatenus verò non adsit fideicommissū: non potuit Marchio censū redimere à Leonardo, & Tarquinio vti hæredibus Plautillæ, quia per cessionem ab ea prius factam Dianæ census exierat ex eius dominio nullumque desuper hi hæredes habebant *Ceph. cons. 516. num. 71. & seqq. Surd. decis. 9. num. 20. Roiades 375. num. 9. in fin. & num. 8. part. 1. recent.* Debetque sibi imputari Marchio, quod censum cum hæredibus, cum quibus non contraxerat, extinxerit, nec perquisierit, quis
11 esset † Dominus vt tenebatur, *l. si ex pluribus 89. §. 1. ff. de solut. l. qui cū alio ff. de reg. iur. Giurb. decis. 79. num. 1. Rot. dec. 574. num. 7. apud Cinc. de cens.* præsertim postquàm ei cessio fuerat in-
12 timata, † & per Iudicem inhibitum ne alteri solueret, *l. 3. C. de nouat. cum alijs allegat. in prima decis. huius causæ §. nec releuat & seqq.* quæ inhibitio sublata non fuerat per subsequens decretum mandans solui cedenti, quia illud loquitur tantum de fructibus tunc petitis,
13 Quorū appellatione † non venit sors principalis *Rot. apud Mantic. decis. 4. num. 8. & 9. inter recent. dec. 3. num. 14. part. 7. Sperell. decis. 177. nu. 66. vbi allegat concordantes*, nec afficit Tibaldam de eo tempore impuberem & legiti-
14 mè † non citatam, *l. de vnoquoque ff. de re iudic. Bald. in l. ab eo num. 17. C. quomodo & quando Iu-*

dex Adden. ad decis. 118. sub litt. A. par. 1. recent.

Strictè igitur ad fideicommissum ad fa-
uorem filiorum Plautillæ, qualis est Leo-
nardus, & Tarquinius cum quibus Mar-
chio censum extinxit illud informantes pro
Marchione educebant, ex quo filiæ Plautil-
lę fuerunt in conditione positę ideoque vo-
15 catę † censentur sic disponente *Statuto Vrbis*
lib. 1. cap. 46. habente locum etiam in contra-
ctibus & donatione *Rot. decis. 732. num. 3. par. 3*
recen. decis. 142. num. 3. in fin. par. 4. decis. 473. n. 1.
& 2. par. 4. tom. 2. decis. 114. nu. 4. par. 7. Cumque
substitutio vti collata in tempus mortis,
16 cum verbo *quandocumque* ibi: † *In euentum*
in quem ipsa quandocumque decederet sit compē-
diosa *Bart. in l. Centurio nu. 16. & 32. ff. de vul-*
gar. Surd. cons. 31. nu. 1. & dec. 333. nu. 12. conti-
17 nens vulgarem, † & fideicommissariā *Bart.*
dicto num. 32. Castr. in l. quandiu la 3. num. 7. ff. de
acquir. hared. Soccin. Sen. cons. 140. sub nu. 5. lib. 1.
Dec. cons. 416. n. 6. sicut in vulgari contenta in
18 compendiosa † positi in conditione cense-
tur vocati ità pariformiter vocati censētur
in fideicommissaria ex vi pariformis deter-
minationis, *vt bene declarat Socc. Iun. cons. 174.*
num. 24. lib. 2. Tob. Non. cons. 31. num. 14. Cephal.
cons. 419. nu. 8. Riminald. Iun. cons. 21. nu. 48. Hon-
ded. cons. 54. nu. 42. & sequentibus lib. 2.

Negabantque ijdem Informantes appli-
cari casui nostro quæstionem de positis in
conditione pacti reuersiui, quia pro vtraq;
parte examinauit *Rot. in Romana Census 30.*
Ianuarij prox. preteriti §. acriter & duobus seqq.
coram R.P.D. Cerro postquam determinaue-
rat *in decis. 114. num. 3. & seqq. par. 7. rec.* quia
non versamur in terminis pacti reuersiui
19 quale propriè dicitur † quod apponitur
20 fauore donantis in quibus terminis *loquitur*
d. decis. 114. & quotquot in id allegantur sed
in substitutione facta fauore extranei con-
cepta sub verbo nedum *reuerti*, *sed etiam de-*
uolui ibi; ad d. D. Horatium eius Patrem de-
21 uolui & reuerti debere quæ verba † cum
sint commuia *Bart. in d. l. Centurio num. 53. &*
54. ff. de vulgar. Rot. decis. 1. num. 3. par. 2. recen. fi-
22 deicommissum inducunt, † quia nisi illud
adesset bona nō possēt deuolui, & reuerti ad
extraneum vt post *Alex. Ruin. & alios, ibi al-*
legatos aduertit Rot. apud Caual. decis. 34. num. 4.
& 5.

Multumque interest inter pactum reuer-
siuum fauore donantis, & substitutionē fa-
23 uore extranei. † Nam primo casu non vi-
detur importare nouam dispositionem, sed
iam factam resolutionē, & filij censetur in
24 conditione positj † non ad inducen. nouū
fideicommissum, sed ad impediendam, ex-
cludendamque reuersionem bonorum casu
quo procrearētur *Rot. in Romana pretensi fi-*
deicommissi 30. Aprilis & 8. Nouembris 1638. co-
ram clar. mem. Coccin. & in Romana Census 11.
Martij 1652. & 3. Iunij 1654. coram R. P. D.
meo Cerro. At secundo casu filij sunt in con-
25 ditione positi † ad purifican. nouam sub-
stitutionem fauore personæ, quæ nusquam
bonorū dominium habuerat, & proinde in-
ducunt nouum fideicommissum, quod vti
26 constat de intentione† resultat absque ver-
bo *substituo*, ex quibuscumque alijs verbis &
maxime ex communibus *l. in legatis C. de le-*
gat. l. omne verbum C. com. de legat. Peregr. de fidei-
com. art. 1. nu. 46. & 47.

His tamen non obstantibus DD. censue-
runt positos in coditione non censeri per fi-
deicommissum vocatos attentis contrarijs
27 coniecturis † excludentibus vocationē siue
versamur in terminis pacti reuersiui vt dicit
Rot. in Romana Census 14. Februarij 1653. §. quo-
niam & 30. Ianuarij 1654. §. cæterum coram
R.P.D. meo Cerro, siue nouæ substitutionis,
cum statutum inducens vocationem non
operatur contra voluntatē disponentis, qui
potuit positos in conditione non vocare, &
quando noluit, cesset conformitatis, eius
28 voluntatis cum statuto præsumptio †, in
qua vocatio tacita fundatur, vt in terminis
statuti Vrbis *Gabr. cons. 115. num. 2. lib. 1. alijs-*
que relati ab Adden. ad Buratt. decis. 834. sub
num. 16.

Prima coniectura elicitur ex verbis do-
nationis directis nō ad filios Plautillæ, sed ad
ipsam Plautillam stipulante pro ea Horatio
patre, & Notario præsente ibi: *donauit Plau-*
tillæ, licet absenti, &c. Horatio Patre, & me
Notario, &c. præsentibus, &c. Cum enim
29 sub hac vltima clausula cæterata† compre-
hendantur quicumque hæredes, & succes-
sores donatariæ *Ruin. cons. 16. num. 5. lib. 1. Pa-*
cis cons. 26. num. 31. lib. 1. Seraph. decis. 703. nu. 2.
Rot. recen. dec. 75. n. 1. in fin. par. 2. in Romana dotis
30. Maij 1644. coram R.P.D. meo Peuting. in As-
culana Hæreditatis 11. Maij 1649. coram R.P.D.
meo Celso, vt repugnet stipulationi *pro hære-*
dibus quibuscumq; fideicommissum pro positis
30 in conditione,† horum vocatio excluditur
vt bene ponderauit *Rot. in Romana Census 11.*
Iunij 1651. §. nec facit coram Em. D. Card. Otto-
bono, & eadem 30. Ianu. proxime preteriti §. præ-
missis & §. prout coram R.P.D. meo Cerro, & ma-
31 gis in puncto pacti reuersiui, † ad fauorem
alterius quam donantis in *Romana prætensi fi-*
deicommissi 8. Nouembris 1638. §. quia fuit res-
ponsum coram clar. me. Coccino, & in puncto do-
32 nationis cum substitutione † ad fauorem
extranei *Ludouic. Bell. cons. 118. num. 7. Aymon.*
cons. 288. sub nu. 3. vers. ista tamen Rot. in Aue-
nionen. fideicommissi 22. Aprilis 1652. §. in contra-
rium coram R.P.D. meo Celso.

Secunda ex clausula *ad habendum* statim
adiecta fauore ipsius Plautillæ ibi. *Ad haben-*
dum &c. quæ per extensum continet in in-
strumento producto facultatem disponendi
33 ad libitum, † & magis demonstrat liberam
acquisitionem, & facultatem ad libitum
disponendi *Becc. cons. 88. nu. 21. & seqq. Roland.*
cons. 55. nu. 37. lib. 3. Buratt. dec. 87. nu. 2. repu-
34 gnantem prorsus tacitæ vocationi † fidei-
commissariæ positorum in conditione *La-*
dereh. cons. 1. nu. 8. Buratt. dec. 861. nu. 4. & 5. Rot.
in d. Romana Census §. quod quidem coram Emin.
D. Card. Ottbobono, & in eadem 11. Martij 1651.

§. ex

§. ex eo verò & 30. Ian. 1654. coram R. P. D. meo Cerro nec ex eo quod donans ab initio asseruerit se donare cum infrascriptis reseruationibus ibi: *Cum infrascriptis, reseruationibus, & non aliter &c. donauit &c.* euacuatur. Virtus
35 clausulæ *ad habendum* † ita vt præbeat solum facultatē disponendi in vita Donatariæ vel deficiente conditione, quia id procedit quando subsequentes dispositiones initio præseruatæ continent apertissimam contrarietatem liberæ facultatis disponēdi in quibus terminis *Decian. cons. 3. sub n. 147. circa fin. lib. 1. Honded. cons. 39. nu. 76. lib. 1. Rot. decis. 74. sub num. 14. par. 6. recent. & in Bononien. fideicommissi 16. Aprilis 1649. §. Vndè coram R. P. D. meo*
36 *Celso*, secus vbi concurrunt coniecturæ † ad exclusionem fideicommissi vt in puncto distinguit *Rot. in supracitata Romana Census 30. Ianuarij proximè præteriti §. secundo quia coram R. P. D. meo Cerro.* Et hic secundus est casus noster in quo præseruatiua infrascriptarum reseruationum exaduerso ponderata refertur quidem ad vsumfructum donatrici infra reseruatum sed referri non potest ad positos in conditione pro quibus nihil reseruatum legitur & quod plus est clausulam *ad habendum* nulla subsequitur dispositio contraria nisi in casu obitus Plautillæ sinè filijs, imò etiam subsequentia præseferunt libertatem bonorum donatariæ cum filijs decedente.

Nam (& hæc est tertia coniectura) inferius donatrix declarauit se donasse pro dote Plautillę ob amorem, & dilectionem qua ipsam prosequitur, ac intuitu, & contemplatione Horatij donatariæ patris, ac respectiuè filij donatricis, cum expressa prohibitione, quod ex bonis paternis Plautilla nihil prætendere possit occasione legitimę, adeò quod bona ipsa tanquam donata con-
37 templatione patris dicantur † profectitia, & in legitimam debitā, ex bonis patris imputentur. *Honded. cons. 90. num. 6. lib. 1. post Rip. in l. quartam num 204. ff. ad leg. falcid. Alex. cons. 31. nu. 3. & seqq. lib. 4. Dec. cons. 31. nu. 5. Cephal. cons. 105. num. 23. & seqq. Menoch. cons. 183. n. 10. lib. 2. Simon. de Pratis cons. 65. per tot. Rot. dec. 146 num. 6. & 7. par. 11. recent.* Cumque propterea Donatrix voluerit bona donata succedere loco legitimæ ex bonis paternis detrahēdæ, voluit in necessarium antecedens, illa libera, & absque aliquo onere fideicommissi
38 † fauore filiorum spectare ad donatariam iux. naturam legitimæ *l. quoniam in prioribus C. de inoff. testam. & ad propositum ita ratiocinatur Gabr. cons. 140. num. 9. & seqq. lib. 2.* apponendo
39 solum onus reuersionis à patre profecta † disponit *Tex. in l. Dos à patre profecta C. solut. matrim. Thesaur. decis. 190. num. 2. Cum allegatis in Romana dotis 16. Aprilis 1619. coram bon. mem. Vbaldo seniore, & gratis,* dicitur etiam Horatium patrem in suo testamento dotem hāc Plautillæ subiecisse fideicommisso nec posse ex capite huius oneris testamentum impu-
40 gnari id prohibente † *statuto Vrbis lib. 1. cap. 141. vt aduertit. Rot. in Romana dotis de Marganis lā 116. num. 1. & seqq. inter impress. apud Modern. Forolin. de legit.* quia testamentum patris nihil disponit de dote Plautillæ, & solum narrat, quod Plautillæ Hieronyma donauit pro dote, & acconcio scuta 1100. censu debito per Ducem Vrbini, qui census fuit postea extinctus & prætium reinuestitum in censu cum Marchione del Drago Summar. Marchionis sub numer 4.

Id ipsum quartò loco colligitur ex vltima parte dispositiuæ in qua donatrix voluit quod moriente Horatio cum solis filiabus ei vna cū illis Plautilla donataria possit succedere, teneatur tamen conferre, & in suā portionem imputare censum donatum, quę dispositio cum sit indefinita intelligenda est siue Plautilla habeat filios, siue non, nimirum si habens proprios filios teneatur cum sororibus conferre censum donatum clara est voluntas Testatricis, quod ad illud nullatenus vocati censeantur filii Plautillæ, nam alioquin incompatibilis esset collatio, ne sequeretur absurdum, quod sorores haberent earum portiones liberas ab omni vinculo. Plautilla verò suam partem subiectam fideicommisso pro filijs puritic ā-
41 dò contra æqualitatem † inter sorores seruandā *l. fin. C. commun. vtriusq. iudic. §. illud quoque Auth. de nupt. aliqque relati à Modern. Pisacren. de imputat. qu. 150. nu. 1.* & ad quam ten-
42 dit † collatio demandata à Donatrice, *l. vt liberi vers. æqua lance C. de collation. Dec. in Auth. ex Testamento in fin. C. eod. Tiraquell. de iur. Primog. qu. 4. nu. 1. in fin. Aymon. cons. 125. num. 7. Menoch. cons. 998. nu. 15.*
43 Accedit tandem obseruantia subsequuta † quā in his terminis magnificeit *Rot. in supracitata Romana census coram R. P. D. meo Cerro.* Nam semper de hoc censu fuit dispositum, tanquam libero, & ipsemet Marchio Aduersarius censum extinxit cum filijs Plautillæ, non vti fideicommissarijs, sed vti hæredibus matris, & Sic hæreditario nomine *Surd. decis. 322. nu. 12. Buratt. decis. 113. sub nu. 1. vbi allegat concordantes.*

Census igitur quia non fuit Marchioni retrouenditus à legitima persona viget ad-
44 huc, † & proindè meritò mandatum pro illius fructibus relaxatum exequendum esse DD. censuerunt sub die 17. Iunij 1652. & iterum hodie Causa his proposita vtraque &c.

VERCELLEN. EMPHYTEVSIS.

Luna 15. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Pro Canonibus decursis, & non solutis an Domino directo competat actio hypotecaria, siue personalis in rem scripta, exceptibilis etiam contra tertium possessorem rei emphiteoticæ? afferuntur in decisione duæ contrariæ opiniones Emphiteota obligans omnia sua bona pro obseruantia contractus nō

Pars Secunda. Oo 3 com-

comprehendit sub hac obligatione bona propria heredis prætertim quando hæreditatem adiuit cum beneficio leg. & Inuentarij.

SVMMARIVM.

1 *Domino directo an pro Canonibus decursis, & non solutis competat contra tertium possessorem rei emphiteoticæ actio hypotecaria, vel personalis in rem scripta?*

2 *Affirmatiuam sententiam tuentur*, Bald. & alij hoc num. allegat.

3 *Præsertim quando primus acquirens pro obseruatione contentorum in inuestitura bona omnia hypotecauit, quia sub hac hypoteca comprehenditur etiam illud prædium emphiteoticum.*

4 *Et successor tempore acquisitionis sciuit prædium esse emphiteoticum, & tacuit.*

5 *Scientia siue taciturnitas quando agitur ad alium obligandum non habetur pro consensu.*

6 *Negatiuam sententiam in terminis emphyteusis Ecclesiasticæ, quia hypoteca non competit, nisi in casibus à iure expressis, & pro Canonibus consultum est Domino directo mediante caducitate probant* Bartol. & alii allegati, & nu. 7.

8 *Res emphiteotica cum hypoteca ad fauorem Domini directi transit in singularem successorem iuxtà sententiam Baldi cuius contrarium tenet Bartolus.*

9 *Hypoteca tacita pro Canonibus non competit Domino directo pro aliis bonis emphyteutæ.*

10 *Eoque minus in bonis propriis hæredis emphiteutæ.*

11 *Emphiteuta obligans omnia sua bona pro obseruantia contentorum in Instrumento inuestituræ non comprehendit sub hac obligatione bona hæredum.*

12 *Hæres emphiteutæ si hæreditatem cum beneficio legis, & Inuentarij adiuit non tenetur soluere de proprio canones decursos in vita sui authoris, nisi quatenus bona hæreditaria suppetant.*

13 *Hæres qui hæreditatem cum beneficio legis, & Inuentarij adiuit iuxtà stylum citandus est, ad docendum se adiuisse cum beneficio legis, & Inuentarij, & rationem reddendam de bonis Inuentariatis, & nu. 14.*

DECISIO DCXI.

ARDVAM quæstionem excitarunt informantes pro Seminario Vercellensi si petentes Canones prætensos decursos viuente Io: Ascanio Castellio; solui à Iuliano, & alijs eius filijs, qui bona emphiteotica possidebant, an scilicet pro Canonibus Do-
1 mino directo † competat actio hypotecaria, siue personalis in re scripta exequibilis, etiam contra tertium possessorem rei emphiteoticæ.

In qua quæstione affirmatiuam senten-
2 tiam † *ex text. in §. scire autem auth. de non alien. l. Imperatores ff. pub. & vect. tuetur Bald. in auth. si quas ruinas num. 9. in fin. C. de Sacrosanct. Eccles.* & sequitur *Ias. Socc. Menoch. & alij relati à Gratian. discept. 36. num. 34. & seqq. discept. 784. nu. 26. & seqq. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 27. sub nu. 8. Afflict. decis. 9. per tot. & ibidem Vrsell. numer. 1. Sperell. decis. 98. nu. 15. & seqq. Cassad. decis. 3. n. 2. de loc. & conduct.* Præsertim quando primus
3 acquirens † pro obseruatione contentorum in inuestitura bona omnia hypothecauit, quia sub hac hypotheca comprehenditur etiam illud prædium emphiteoticum, *Bart. in l. qui fundum nu. 1. ff. locat. Corb. de Iur. emphit. tit. de caus. priuat. ob non sol. Canon. quæst. 6. sub n. 5. Castr. cons. 333. sub num. 1. Pacif. de Salu. disput. 3. cap. 4. numer. 548. & seqq. Gratian. discept. 36. sub num. 39. vers. quia quando nu. 48. & dicta disc. 784. num. 29. à Pontif. de laudem quæst. 45. sub num. 24. Burg. eodem tract. par. 1. inspect. 9. num. 5. Surd. decis. 32. & seqq. Mastril. decis. 171. numer. 8. & seqq. Sperell. d. decis. 98. numer. 21.* cum alijs relatis à *Modern. Fulginaten. de iur. emphit. titul. de controu. emphit. quæst. 31. numer. 7.* & fortiùs si successor
4 tempore acquisitionis † sciuit prædium esse emphiteoticum, ac tacuit *Roman. consil. 311. num. 2. & 3.* vbi quod hoc est speciale fauore Ecclesiæ, & minoris, & Reipublicæ *Afflict. dicta decis. 95. sub num. 6. vers. tamen hoc modo, & num. 7. Pacif. de Saluian. inter num. 3. cap. 4. n. 552. Surd. dicta decis. 32. num. 10. & 11.* licet regulariter sola scientia, ac taciturnitas, quoad aliū
5 obligandum non habeatur pro consensu, *l. filius fam. §. inuitus ff. procur. l. sicut §. non videtur ff. quibus mod. pig. vel hipot. solut.* cum alijs, quos in his terminis *Afflict.* & sequitur *Aria dicto mes. var. resolut. lib. 3. cap. 50. nu. 34.*

Negatiuam verò etiam in terminis em-
6 phyteusis Ecclesiasticæ, quia hypotheca non competit, nisi in casibus à Iure expressis, & pro Canonibus Domino directo consultum est alio modo mediante, scilicet caducitate probat *Bart. in l. final. num. 1. vers. quia Doctores dicunt C. de iur. emphyt.* quem sequuntur congesti à *Neguss. de pign. par. 2. memb. 4. numer. 127. Roder. c. de ann. reddit. lib. 2. qu. 22. nu. 43.* vbi testatur de magis communi, *Arrius Pinellus in l. 1. par. 2. num. 72. limit. 5. Cod. de bon. mater. Valasc. de Iur. emphyt. quæst. 4. num. 6. & 7.* vbi ait quod contraria opinio Baldi non probatur legibus exaduerso allegatis *Calder. de Iur. emphit. lib. 4. cap. 3. sub num. 25. vers. pro Canone, & num. 22. & seqq.* vbi pariter respondet omnibus legibus, & rationibus pro *Bald.* adductis, quos etiam latissimè expendit, & reprobat *Modern. Neapol. contr. forens. lib. 1. cap. 36. nu. 1. & seqq.* & hæc opinio amplexa fuit *Rota decis. 659. num. 4.* vbi quod pro † Canonibus
7 actio est personalis, quæ habet locum contra recipientem, & alios inuestitos, non autem contra tertios possessores *par. 3. recentiorum.*

Sed superfluum est in casu nostro vtriusque opinionis examen, quia rei conuenti prædium emphiteoticum non possident, & quæstio proposita cadit tantum super fundo emphiteotico, quem cum hypotheca ad fa-
8 uorem Domini directi, † transire in singularem successorem affirmat *Bald.* negat vero *Bart.* in alijs autem bonis emphiteotæ † ta-
9 citam hypotecam pro canonibus non competere

petere tradit idemmet, *Bald. in l. vniuersas ante num. 1. vers. quia ad solutionem, C. de Sacros. Eccl.* & *clarius Rip. in l. 1. §. si hæres num. 11. vers. quia medium, & num. 12. in fine*, ibi, *Sic fundus dumtaxat hypotecatus, ff. ad trebell. Caldas. de emphiteu. lib. 4. cap. 3. sub nu. 31.* eoque minus † in bonis propriis hæredum emphyteutæ, quales sunt
10 rei conuenti, vt bene declarat *Caldas. de emphit. d. cap. 3. num. 29. in fine, & num. 30*: quem refert, & sequitur *Modern. Forolivien. de pign. lib. 3. tit. 1. q. 11. n. 38. & 39.*

Non obstat quod Ioannes Ascanius illorum author omnia bona sua in instrumento
11 inuentarij † pro obseruatione, ibi contentorum obligauerit, quia sub hac obligatione non cadunt bona hæredum, *Surd. cons. 128. num. 27. & decis. 97. sub nu. 6. Rot. decis. 127. n. 25. apud Zacch. de obligat. Camer. & in Romana, seu Maceraten. Dotis 27. Martii 1621. §. responsum, vers. & ex alio coram bon. me. Pirouano*, qui cum in casu nostro adiuerint hæreditatem cum
12 beneficio legis, & Inuentarij, † vt constat ex deductis *in Summ. Seminary nu. 3.* non tenentur de proprio soluere Canones decursos in vita authoris, nisi quatenus bona hæreditaria suppetant *Aymon. cons. 225. Gabr. cons. 125. numer. 12. lib. 1. Coccin. decis. 151. numer. 1. & seqq. Merlin. decis. 782. numer.* 1. & in puncto *Caldas. d. cap. 3. num. 30. Cassad. decis. 3. sub nu. 2. vers. & ibi de locat. & conduct.*

An verò suppetant necne pendet à iudicio redditionis rationis, ad quam reddendam
13 dum † de cætero adiuisse cum beneficio Inuentarij demonstrant citandi sunt iuxta notoriam praxim de qua *Salust. Tiber. in praxi A. C. lib. 1. cap. 45. num. 17.* quam sæpè in hoc Sacro Tribunali fuisse admissam dixit *Rota decis. 39. num. 8. & 9. par. 6. recent. vbi plures aliæ decis. concordan. allegantur*, & citati condemnabuntur ad soluẽdum debita defuncti de proprio, nisi infra terminum præfixum de legi-
14 timo Inuentario † docuerint, vel de bonis inuentariatis rationem reddiderint, eorumque si illa non sufficere asserant valorẽ probauerint *Gratian. discept. 766. num. 50. Rota decis. 696. sub nu. 2. vers. nam quousque par. 1. recent. & in Romana Legati 1. Iuly 1643. §. penult. coram R. P. D. meo Cerro, in Auenionen Saluiani 10. Februarij 1651. §. ex ipso in fin. coram me.*

Interim ergo DD. censuerunt reos conuẽtos hæredes Ioannis Ascanij ad Canones in eius vita decursos, non teneri, nisi quatenus eius bona hæreditaria suppetant, quicquid dicendum esset si exaduerso probaretur fructus fundi emphiteotici post mortem authoris ab ipsis perceptos, quousque illum posséderunt excedere Canones, quos pro eodem tempore soluerunt.

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE BARBETTIS.

Veneris 19. Iuny 1654.

ARGVMENTVM.

Statutum Bononiæ *lib. 2. sub Rubric. quod nullus occupet possessionem, §. statuimus.* prohibet ne alter quam hæres vltimi possessoris possessionem ingredi valeat, nisi præuijs legitimis citationibus. Item disponit quod non obstante possessione ab alio appræhensa hæres in possessionem immittatur, & licet statutum non suffragetur hæredi legitimo, quando hæres testamentarius eiusdem defuncti concurrit, non tamen suffragatur fideicommissario si fideicommissum non est omninò clarum, sed eius vocationem desumit ex coniecturis.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum quorum bonorum competit proximioribus defuncti ab intestato contra eos, qui pro hærede, aut possessore possident.*

2 *Statutum Bononiæ* lib. 2. sub rubric. quod nullus occupet possessionem, §. statuimus, *prohibet ne alius, quam hæres vltimi defuncti possessionem ingrediatur, nisi præuijs legitimis citationibus.*

3 *Item quod non obstante possessione ab alio sic apprehensa hæres in possessione immittatur.*

4 *Statutum prædictum non prodest hæredi legitimo, quando concurrit hæres certus Testamentarius eiusdem defuncti.*

5 *An idem procedat in concursu allegantis fideicommissum maiorum, ad hoc ponderantur verba statuti, tam in prohemio, quam in parte prohibitiua & limitatiua, & nu. 6. 7. & 8.*

Prohibitio intelligi debet, iuxtà terminos exceptionis, ibid. num. 8.

9 *Item quod statutum prohibere voluerit ingressum etiam ex fideicommissis maiorum colligitur ex eo, dum loquitur de bonis possessis, vel detentis, & sic non curat, an vltimus defunctus sit Dominus, vel possessor bonorum.*

10 *Detentio verificatur in bonis ab hærede grauato relictis, & etiam absque titulo pro sim. retentis.*

11 *Detentio valdè differt à possessione.*

12 *Hæredi vltimi defuncti vigore supradicti statuti sufficit verificare insistentiam de facto, ita vt prætextu fideicommissi antiquioris non possit ab alio capi possessio.*

13 *Constitutio loquens de possessione, vel detentione locum habet non obstantibus fideicommissis maiorum.*

14 *Statutum Bononiæ de quo supra mandans hæredem immitti non obstante quocumque iure competente ei, qui possessionem fuisset ingressus comprehendit etiam Iura antiquioris fideicommissi.*

15 *Fideicommissum non dicitur incontinenti probatum, si vocatio non nominatim, sed à coniecturis solum desumitur, quo casu requirit altiorem indaginem, discutiendam citato legitimo hærede, & num. 17.*

10 Ex-

16 *Expressa non dicuntur, quæ ex mente, & coniecturis deducuntur, quia contrariis elidi possunt.*

18 *Fideicommissarius non potest propria authoritate capere possessionem, nec etiam est legitimus contradictor ad impediendam immissionem hæredis de fideicommisso claro.*

19 *Fideicommissum ex coniecturis resultans non dicitur clarum, prout nec etiam quando possunt competere detractiones, quæ illud minuunt, & remanet incertum, an aliquid remaneat pro fideicommisso.*

20 *Detractiones dicuntur consumptæ ob non confectum inuentarium iunctis alienationibus, potest tamen hæres docere de contrario, & nu. 23.*

21 *Identitas bonorum fideicommissi non dicitur sufficienter probata ex Instrumento diuisionis longè post mortem fideicommittentis facta inter filios, præsertim mobilium, quæ cursu temporis consumuntur.*

22 *Hæres non tenetur reddere rationem de consumptibilibus, & sine sua culpa vsu consumptis.*

23 *Exceptio consumptionis detractionum requirens altiorem indaginem discutienda est post immissionem hæredis, & num. 24.*

25 *Sententia ob non interpositam appellationem transit in iudicatum.*

26 *Restitutio in integrum non datur constito de re iudicata.*

DECISIO DCXII.

MERITO sententia Rotalis præuijs duabus Decisionibus lata à R. P. D. meo Albergato immissionem cōcessit Hippolitæ, & Marsibiliæ de Barbettis, & Antonio Mariæ Zapulo in possessione bonorum, quæ Horatius Frater Germanus, ac respectiuè Patruus instanti non possidebat tempore mortis, cum proximioribus defuncti
1 ab intestato competat † interdictum quorū bonorum contra eos, qui pro hærede, aut possessore possident, *l. 1 in princ. ff. quorum bonorum l. 2. Cod. eod. tit. Piccard. in §. sequens diuisio num. 2. 5. & 6. instit. de interdict.*

Neque ad impediendum interdicti huiusmodi beneficium suffragetur Io: Mariæ Barbettæ Aduersario possessio eorundem bonorum nemine citato prius capta titulo fideicommissi relicti à Dominico, aut Horatio vltimi defuncti, ob resistentiam tàm Iuris communis, quam municipalis: *Huius* quia statutum Bononiæ *lib. 2. sub Rubric. quod nullus occupet possessionem, §. statuimus*, † prohi-
2 bet, ne alter, quam hæres vltimi possessoris possessionem ingredi valeat, nisi præuijs le-
3 gitimis citationibus, † & vlterius disponit, quod non obstante possessione ab alio sic appræhensa hæres in possessione immittatur, &
4 licet illud non prodesse hæredi † legitimo, quando concurrit testamentarius hæres certus eiusdem defuncti dixit, *Rota in Bononien. Manutentionis 19. Iunij 1647. §. euitari coram me*, exindè inferri non potest idem procedere in concursu allegantis fideicommissum à ma-
5 ioribus prouenìens, ponderando verba *statuti, semper* directa ad successorem vltimi defuncti, tum in prohemio, ibi, *bonorum quæ erant per defunctum de cuius bonis, seu hæreditate ageretur possessa &c.* Tum in parte prohibitiua ibi, *nemini quam hæredi liceat mortuo possessore &c.* Tum infra in parte limitatiua prohibitionis
6 restricta ad casum, quo ex lege, vel pacto, vel licentia defuncti possessionē ingredi liceret, vel ipse defunctus nomine occupantis, vel eius authorum constituisset bona possidere. Cumque hæc limitatio non porrigatur ad constitutum, seu licentiam habi-
7 tam ab alio, quàm ab vltimo defuncto, † ita vt excludatur si quæ concessa fuisset in testamento antecessorum, vt in puncto dixit *Rota in Bononien. Bonorum 4. Decembris 1651. §. tum quia coram Reuerendiss. D. meo Decano*, in ipsa quoque prohibitione compræhendi titulū à testamentis maiorum, & ab alio, quam ab vltimo defuncto prouenientem affirmare
8 necesse est intelligendo prohibitionē iuxta terminos exceptionis, vt debet *Bart. in l. si eum §. qui iniuriarum sub nu. 6. ff. si quis caut. Corn. consil. 107. sub num. 1. vers. quod autem*, vbi loquitur in terminis de interpretanda prohibitione ab exceptione, *Surd. decis. 124. num. 13.* alijque allegati *à Moder. Lucan. conf. 68. n. 46.*

Quodque statuentes prohibere noluerunt ingressum etiam fideicommissarijs maiorū,
9 colligitur vlterius, quia non curarunt. An vltimus defunctus esset bonorum Dominus aut verus possessor, *sed locuti fuerunt de bonis ab eo possessis, vel detentis*. Detentio enim verifi-
10 catur † in bonis ab hærede grauato relictis, & etiam absque titulo pro suo retentis, *gloss. in l. 3. §. ex contrario verb. possidere ff. acquir. possess. Rip. in rubr. de caus. poss. & propr. n. 26. vers. detentatio ex text. in l. stipulatio ista, §. hæc quoque, ff. verb. obligat. l. ex conducto ff. locat. Menoch. de recuper. remed. 10. num. 26. & seqq. & conf. 321. nu. 33.* Præsertim dum de ea fit mentio alternatiuè, &
11 contradistinctè à possessione à qua † valdè differt *Menoch. de retin. remed. 3. num. 197. Cancer. in resp. Iur. impress. post cap. 34. var. resol. n. 46. Crat. conf. 37. num. 7. lib. 2.* Adeò quod sufficiat
12 hæredi probare vltimi defuncti † insistentiā de facto *Connan. comment. Iur. ciuil. lib. 3. cap. 10. num. 8. Menoch. de recup. remed. 1. numer. 64.* Nec prætextu antiquioris fideicommissi possit ab alio capi possessio, vt in terminis, quod constitutio loquens de possessione, vel deten-
13 tione † locum habeat non obstantibus fideicommissis maiorum ponderauit *Rot. dec. 36. sub nu. 11. circa finem, vers. & in eadem par. 5. rec.* Maximè quia statutum in fine mandat hæ-
14 redem immitti † non obstante quocumque Iure competente ei qui possessionē fuisset ingressus, & sic non obstante etiam Iure antiquioris fideicommissi *ad Text. in l. si fundum sub conditione §. si liber. ff. leg. 1. gloss. in auth. ex testamento, verb. quodcumque Cod. collat. Corn. consil. 63. sub num. 8. lib. 1.* & ad rem aduertit *Rota decis. 36. n. 10. in fine par. 5. recent.*

Faciliùs in casu nostro, quò cum Aduersarius non sit nominatim vocatus ad fideicommissum Dominici, sed vocatione à co-
15 niecturis, † & per interpetrationem deducat

cat, illud non dicitur incontinenti probatam, sed requirere altiorem indaginem, discutiendam citato legitimo hærede, vt bene ratiocinatur *Dec.cons.424.sub num.19.vers.cum ergo, cons.467.sub num.12.vers.praeterea num.13. & 14. Natt.cons.121.num.14.& 15. Rolan.cons.1. num.72.& seqq.lib.1. Personal.de adipiscen.possess. num.408.vers.sed ego, & nu.811.vers.& ius suum Seraph.decis.83.sub num 4.* quæ enim ex men-
16 te, & coniecturis deducuntur, † quia contrarijs elidi possunt, non dicuntur expressa, *Tiraquell.de leg.connub.gloss.1.nu.174. Rot.in terminis fideicommissi decis.189.num.16.& 17.par.7. recent.* & satis est, quod Iudicis cognitionem
17 ac declarationem requirant ad effectum, vt sit locus statuto, vt in puncto respondit *Rot. in supracitat. Bononien. Bonorum 4. Decemb.1651. §.fin.coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Hinc resistit, vt initio dicebam prohibitio Iuris communis, quo fideicommissarius pro-
18 hibetur † capere possessionem propria auctoritate, nec est legitimus contradictor ad impediendam immissionem hæredis de fideicommisso claro, *Bart.in l.fin.nu.22.& seqq. C. edict. Diu.Adr.toll. Surd.decis.333. nu.1.* cum alijs allegatis *in prima decis.coram R. P. D. meo Albergato, §.non obstat, & in secunda, §.fin.* Cla-
19 rum neque est fideicommissum † ex coniecturis resultans, vel quando competere possunt detractiones, illæ enim fideicommissum minuunt, & incertum remanet, an aliquid remaneat pro fideicommisso, donec fiant, quoties in quantitate consistunt *Buratt. decis.946.num.6. Rot.in Ferrarien.de Taffonis 18. Nouembris 1618. coram Sanctiss. D.N. & in Romana de Spinosis 10. Maij 1613. coram bon.mem. Pirouano.*

Prout consistunt detractiones dotium, etiam alieni æris ab hærede, etiam quatenus replicetur de earum consumptione, ob
20 non confectum inuentarium iunctis † alienationibus, quia hoc ab hærede impugnatur, & pendet à discussione identitatis bono-
21 rum alienatorum, non bene probata † ex diuisione longe post mortem fideicommittentis facta inter filios *Ruin.cons.21. sub nu.37. vers.at si etiam lib.5.num.9.ante finem, Merlin.decis.406.num.8.* necnon à qualitate mobilium,
22 quæ deesse dicuntur cum hæres non teneatur reddere rationem de consumptibilibus, & sine sua culpa vsu consumptis, *Gabr. consil.138.num.39.lib.2. Decian.cons.459. num.18.& seqq. Pusur.cons.107.nu.9.& 10.* vbi quod culpa est probanda à fideicommissarijs, & vno verbo potest hæres docere de Inuentario, &
23 contrarijs probationibus † assertam consumptionem elidere, illa dicitur requirere altiorem indaginem, vt per *Surd.cons.252.num.16. & seqq.* ac proinde discutienda erit post im-
24 missionem hæredis, † cui competit vltrò detractio legitimæ, ac trebellianicæ, & alias quoque allegare poterit, vt in puncto decisum fuit *in Senogallien. Successionis 29. Ianuarij 1652. §.non enim, & §.seqq.coram Eminentiss. D. Cardinali Corrado,* vbi allegantur concordantes.

Constito ex his de iustitia sententiæ Rotalis, consequens est, vt ob non interpositam
25 appellationem in tempore † transierit in iudicatum, *cap cum sit Romana de appell.clem.sicut eodem tit. Cassad.decis.6.num.8.de appellat.* neque aduersus illam competat restitutio in integrum, *cap.1.vbi Abb.num.2.de restit.in integr. Merlin.decis.419.num.1. Rot.inter recent.decis.03. num.1.par.7.*

Et propterea constare de re iudicata, non autem de Causis Restitutionis in Integrum fuit hodie decisum vtraque parte Informante.

BONONIEN. LEGATORVM.

Lun. 22. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Legatum relictum contemplatione Ecclesiæ, cum onere quod illius administratio spectet ad Confrates eiusdem Ecclesiæ, si plures in dicta Ecclesia adsunt Confraternitates ad omes æqualiter spectat administratio cum omnes Ecclesiam representent.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum Ecclesiæ cum onere celebrandi missas censetur relictum fauore animæ, ac simul contemplatione Ecclesiæ.*

2 *Legati administratio relicta Confratribus alicuius Ecclesiæ si plures adsunt in eadem Ecclesia Confraternitates ad omnes cumulatiue spectat tanquã Ecclesiam representantes.*

Præsertim quando ad vtramque verba legati sunt directa num.10.

3 *Et si onus est iniunctum Gubernatoribus, & administratoribus Ecclesiæ ipsi censentur ad legati administrationem vocati.*

4 *Administrator dicitur, qui non perse sed per alium à se deputatum administrat, à quo rationem administrationis recipit, & num. 5.*

6 *Confraternitates duæ si sunt ad inuicem vnitæ quoad Gubernium, tunc administratio legati relicta Administratoribus, & Gubernatoribus vtriusq; Administratoribus relicta censetur.*

7 *Ex quibus desumatur Testatorem de Administratoribus, & Gubernatoribus vtriusque sensisse?*

8 *Copula Et licet omnes nominatos copulet in granamine contradistinctionem in mente Testatoris denotat, ac includit in materia indifferenti personas in prima parte non comprehensas.*

9 *Verbis ac voluntati Testatoris inhærendum est.*

DECISIO DCXIII.

LEGATI ex Vincentio Bargellino relicti per hęc verba *lascia d.Sig.Testatore alla B. Vergine del Barracano lire 40. m., con obligo, e grauezza, alli Gouernatori Amministratori è Battuti della Compagnia della B.Vergine del Barracano di douere in detta Chiesa del Barracano far celebrare ogni quindici dì vn Offitio di morti, &c. grauando anco detti Officiali, Gouernatori, e Battuti à metter fuori vna tabella di detto obligo à perpetua*

petua memoria, Item lascia all' Altare del Santissimo Crocifisso posto nella detta Chiesa del Barracano lire 4.m., con obligo, e grauezza alli Gouernatori, & Amministratori di detta Chiesa, di douer in perpetuo far celebrare due messe di morti in detto Altare ogni settimana.

Administrationē non ad solum Confraternitatem nuncupatam Stretta, seù eius Confrates, nuncupatos Batturi, sed cumulatiuè etiam ad Confrates, seù Confraternitatem nuncupatam larga, seù magna, spectare pronunciatum in prima, & in secunda instantia ac decisum hodiè in tertia coram me, ità suadente tùm natura legati, quod vtpotè directum ad certam Ecclesiam sub onere ibidem celebrandi missas cū censeatur relictum fa-
1 uore animæ, † ac similiter contemplatione ipsius Ecclesiæ B. Mariæ del Barracano *Imol. in cap. Offic. num. 27. de Testam. Felin. cons. 45. num. 6. Maran. resp. 5. & seq. lib. 1. nu. 1. Seraph. dec. 1140. num. 11. in princ. & num. 7. Rot. in Lucana legati 6. Iunij 1644. §. 1. & 15. Martij 1645. in princ. corā R. P. D. meo Pentingerio.* Administrandum est
2 ab vtraque Confraternitate † in eadem Ecclesiam existente, quia ipsam Ecclesiam repræsentant *cap. relatum il 2. & ibi, gloss. verb. Congreg. de Testam. Felin. in cap. dilecti num. 1. de Offic. ordin. Dec. cons. 145. num. 3. Rot. decis. 16. n. 1. par. 1. recent. decis. 145. num. 8. & seqq. par. 5. & in Toletana elemosinarum 24. Maij 1619. §. nam si oblationes coram bon. mem. Pironano.*

Cum grauamine iniuncto, Gubernatori-
3 bus, & Administratoribus dictæ † Ecclesiæ, ex quo infertur eos esse ad Administrationē legati vocatos *l. ab eo C. fideicom. art. 1. num. 30. Canal. decis. 454. num. 2.* quales non sunt confratres Batturi; Nàm, & si Prior, cui gubernium, & administratio Ecclesiæ actualiter incūbit eligatur à numero confratrū Batturorum, quia tamen electio fit à Confraternitate magnā, seù larga, hæc Gubernatrix
4 & Administratrix censetur, † mediante persona Prioris à se electi ad *Tex. in l. rec. Tutores §. non solum l. ità autem §. segessisse ff. administrator. gloss. in l. quicumque §. non tamen verò dumtaxat ff. instit. act. Grat. discept. 677. num. 23. & seqq. Rot. decis. 184. num. 6. par. 5. recent. & in proximis terminis Lotther. de re benef. lib. 1. quæst. 33. num. 74.*

Supposito præsertim, quod præfatus Prior in
5 fine officij reddit rationem † Censoribus à Societate magna eligendis, vt attente ponderat *Grat. discept. 705. num. 27.* Quodque Confraternitas stricta, vt legitur in eius particularibus Statutis *cap. 9.* est membrum Confraternitatis magnę, ac illi obedientia. *Ciascun della nostra Compagnia sia obligato stare all' obedientia del Massaro, e Rettore della Compagnia grande della quale siamo Membri,* quinimo originaliter prouenit à corpore Confraternitatis magnæ, vt legitur in erectione Societatis strictæ facta de anno 1430. Summario Confraternitatis magnæ num. 11. & vtriusque gubernium vnitum fuit de anno 1573. Summario ibidē num. 2. adeò quod nomine Gubernatorum,
6 & Administratorum † de quibus legatum legitur [illegible], vt enim

ad oculum demonstrat contextus legati. Nàm Testator, qui vti professus in Confraternitata stricta, benè sciebat, vtriusque Confraternitatis, & Ecclesiæ statutum, meminit de Gubernatoribus, & Administratoribus contradistinctè à Batturis; nominando post mentionem Gubernatorum, & Administra-
7 torum ipsius quoque Batturos, † ibi, *Gouernatori Amministratori, e Batturi,* quorum nempè superflua fuisset expressio, si de illis sub nominibus sensisset, nec facta fuisset per co-
8 pulam *Et* † quæ licet omnes nominatos copulet in grauamine iniuncto illorum cōtradistinctionē in mente Testatoris denotat, includitque in materia indeferenti personas in prima parte non comprehensas *iux. Theor. Bartol. in l. Gallus §. & si parente num. 5. ff. lib. & posth. quam sequitur Alex. in l. & si hæc §. liberos num. 6. ff. in ius vocan. Pinell. in l. 1. 3. par. num. 85. vers. maior scribentiū varietas C. bon. matern. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 18. num. 3. Valasc. de Iur. Emphit. quæst. 44. num. 17. aliquos relati in dec. 78. n. 8. par. 7. recent. & à Barbos. dict. 111. num. 34.*

Atque hinc retorquetur obiectum, quod testator dilexerit Batturos de quorum non erat, quia cum contradistinctè nominauerit Gubernatores, & Administratores inhæren-
9 dum est verbis, ac voluntati Testatoris *Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 14. nu. 1. Gonz. ad reg. 8. gloss. 5. num. 45. Garz. de benef. par. 1. cap. 2. nu. 98. & 105. Lotther. de re benef. lib. 1. quæst. 30. num. 31. Rot. in Dertusin. erectionis Beneficij 29. Nouembris 1644. §. nec obstat coram bon. mem. Remboldo,* ità vt dilectio Batturorum Causam dederit eorum vocationi, sed cumulatiuè cum alijs vocatis.

Non obstat quod Cōfraternitas stricta habeat suos redditus particulares, ac proprium depositarium, quia quæstio non est de administratione huiusmodi redditum, sed legati relicti cōtemplatione Ecclesiæ ad ambas Confraternitates spectantis, & ambas cōtradistinctis nominibus grauante, docetque obseruantia, quod vbi soli Batturi vocantur, non nominantur simpliciter Confraternitas B. Mariæ del Barracano, sed adijcitur nomen Oratorij Summario Confraternitatis magnæ num. 14. alias communia sunt statuta, tùm antiqua, tùm noua relata dicto Summario num. 3. & seqq. & num. 16. & seqq. Et nihil refert, quod bona vnius sint inalienabilia absque beneplacito alterius, e contra; quia quicquid sit de hoc nunc non agitur de bonis alienandis, sed administrandis, & verba nostri legati directa sunt ad vtramque Con-
10 fraternitatem cumulatiuè † propterea administrationi præpositam *l. si pluribus 3. ff. de leg. 1. l. vnica §. vbi autē legatarius C. de caduc. toll. Castr. in l. si mihi, & tibi num. 5. ff. de leg. 1. Socin. in l. Seruus vni Soc. ex pluribus ff. eod. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. [illegible] tit. 12 num. 5. Bellon. de Iur. accresc. cap. 5. [illegible] num. 28. Alba cons. 51. num. 1.*

Et ità decisum vtraque parte informante.

LVCANA CENSVS.

Lunæ 22. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Hypotheca censualis quando cēsus impositus fuit ab initio nullus, an incipiat à tempore impositionis, vel sanationis factæ à Papa? & affertur contraria DD. opinio, resoluitur tamen in decisione hypotecam incipere à die impositionis etiam in præiudicium hypotecarum alijs medio tempore acquisitarum, ex rationibus in ea deductis.

SVMMARIVM.

1 *Hypoteca censualis incipit à die sanationis census nulliter ab initio impositi non à die impositionis à qua stante nullitate contractus censualis, nulla efficax oriri potuit hypotheca.*

Contra numero 11. & seqq. vbi declaratur conclusio.

2 *Census creatus absque numeratione pecuniæ nullus est, & inualidus.*

3 *Census ante Constitutionem Pianam creari poterat ex credito, nam de iure communi debitum ex vna causa valet de consensu partium conuerti in debitum ex alia.*

4 *Constitutio Piana requirit actualem numerationem pro forma, quæ ex præexistentia crediti antecedentis adimpleta non dicitur.*

5 *Census ab initio nullus si exinde sanetur, talis sanatio, & reualidatio Apostolica cum clausula perinde, ac si ab initio fuisset numerata pecunia, & fructus licitè percepti retrotrahitur ad tempus contractus in præiudicium impositoris census non autem hypotecarū medio tempore contractarum, & redditur ratio num. sequenti.*

6 *Actus vbi est ab initio nullus, confirmans de nouo dat, nec censetur voluisse præiudicare tertio.*

7 *In gratijs reualidatorijs subintelligitur clausula,* sine præiudicio iuris tertij.

8 *Retrotractio fit in præiuditium contrahentium non autem tertij.*

9 *Census post Constitutionem Pianam creatus pro vero credito substinetur iuxta sententiam Surdi, & aliorum hic allegatorum.*

10 *Sanatio, & reualidatio census ab initio nulli, quando operatur retrotractionem ad tempus contractus censualis etiam in cōcursu hypotecarum alijs medio tempore acquisitarum? & num. 11.*

Declaratio operatur, vt ex tunc, quia inesse censetur ipse contractui ab initio ibidem n. 11.

12 *Sanatio, & reualidatio census nulli retrotrahitur in præiudicium tertij vsque ab initio quando constat Principem id voluisse.*

13 *Et voluisse fieri retrotractionem ab initio ex quibus desumatur? & n. 14. 15. & 16.*

17 *Hypoteca competens pro credito non extinguitur per illius transfusionem in censum.*

18 *Census si fuit ex credito creatus cum expressa conuentione, quod iura antiqui crediti integrè remaneant, talis conuentio afficit creditores postea creatos.*

19 *Afferta enim reseruatio antiquorum iurium incompatibilis est in contractu census.*

20 *Decis. 2. numer. 2. & 3. & decis. 289. numero 2. apud Cenc. de censib. declarantur.*

DECISIO DCXIV.

HYPOTECAM super bonis Io: Baptistæ, & Alphonsi de Antognolis competentem Bottinis anteriorem esse credito de anno 1629. ad fauorem Monialium Sanctæ Theresiæ de Camaiore decisum hodie fuit. Illa siquidem originaliter prouenit ex credito anno 1602. transfuso de anno 1615. cum expressa reseruatione antiquorum iurium in censum, qui ne ob defectum actualis numerationis pecuniæ posset impugnari fuit ad maiorem cautelam conualidatus, & sanatus auctoritate Apostolica de anno 1633 à quo tempore tantum aliqui ex Dominis
1 hypothecam censualem, † incipere voluerunt, ponderando quod ante sanationem ex contractu censuali ob eius nullitatem efficax hypotheca oriri non potuit, vt per *Aretin. in §. item Seruiano in fine instit. de act. Rot. inter impress. post Cenc. de cens. dec. 279. n. 8.*

2 Et nullitatem census † educendo ex defectu actualis numerationis pecuniarum, cui verum creditum emptoris transfusum in
3 censum † equipollebat quidem antè Constitutionem Pianam, vt de iure communi debitum ex vna causa valeat de consensu partium conuerti in debitum ex alia, *Paris. cons. 75. num. 26. seqq. lib. 4. Surd. cons. 162. nu. 29. Rot. dec. 81. num. 1. & seqq. dec. 92. n. 1. & 2. apud Cenc. de cens.* Sed non post; nam Constitutio
4 Piana † actualem numerationem prætij requirit pro forma, quæ ex præexistentia crediti antecedentis adimpleta nō dicitur vt reprobata contraria sententia *Surdi 162. nu. 38. & seqq. tradit Cenc. de cens. q. 48. num. 34. 36. seqq. Gratian. discept. 853. nu. 35. seqq. Felician. de cens. tom. 1. lib. 2. cap. 5. sub num. 17. col. 2. vers. sed quis est, Bonaccin. de contract. disp. 3. qu. 4. puncto vnico sub num. 22. vers. secundo non satis Molin. eodem tract. par. 2. disput. 390. num. 2. Azor. instit. moral. par. 3. lib. 10. tit. de censib. cap. 8. qu. 1. & 3. Rebell. de oblig. iust. lib. 10. quest. 1. num. 23. Boccac. de censibus par. 1. num. 52. vers. de hac resolutione Nouar. in Comment. de vsur. num. 89.* Licet contrarium procedere in foro conscientiæ dixit lat supra *num. 88. quem sequitur Salon. de Contract. & Commerc. tit. de cens. controu. 8. art. 3. nu. 3.* Quodque opinio Surdi procedat ante Constitutionem Pij V. dixit *Rot. dec. 92. num. 3. & seqq. & decis. 397. num. 4. post Cenc. de cens. & in Ciuitatis Castelli Census 29. Maij 1600. coram Iusto,* idemq; videtur sensisse *coram Pania dec. 593. numero 5.* vbi habetur quod Constitutio pro forma requirit numerationem, vel videtur admittere alios modos ad soluendum prætium, quam per realem, & actualem numerationem in ipso actu celebrati contractus.

Ac exindè conferendo quod posita nullitate census ab initio subsequens sanatio, &
5 reualidatio † Apostolica, esto quod ob clausulam *perindè* ac si ab initio fuisset numerata

rata pecunia,& alia,quod fructus antea fuissent licitè percepti, retrotrahantur ad tempus contractus in præiudicium impositoris census, & aliorum ibidem obligatorum non tamen in præiudicium hypothecarum medio tempore contractarum,& acquisitarum alijs creditoribus, quia vbi actus est ab initio prorsus nullus confirmans de nouo
6 dat, † nec censetur voluisse præiudicare tertio *Tiraquell.de retract.lignag.§.1.glos.10.n.71. Afflict.dec.286. num.2.& 3. de Franch. decis.86. num.2.Gam.dec.355.num.1.& 2.* & in terminis Apostolicæ confirmationis, ac reualidationis actus ab initio nulli *Dec.in cap. fin. n.57. de Constit.Caputaquem.dec.105.par.1.Rot dec.233 num.2.dec.164.num.10.coram Gregor.dec.47. n.3. & 4.decis.109.num.6.& 7. coram Caualerio,* vbi subditur quod semper in huiusmodi gratijs
7 intelligitur† clausula *sine præiudicio iuris tertij,*
8 nec est nouum, quod retrotractio fiat † in præiudicium contrahentium, non autẽ tertij *Tiraquell.num.71.Surd.decis.295. num.8.vbi allegat concordantes alijque relati à Moderno Foroliuien. de pignoribus lib.4. quæst.22. numero 72. & 73.*

Aliquibus Dominis è contra omisso an recipienda sit sententia opinantium censum
9 pro vero credito † etiam post editam Constitutionem Pianam creatum, ac venditum esse validum, vt voluit *Surd.conf.162. nu.39. seqq.Turell.cons.36.num.20.lib.3.Bellon.inn.cons. 92.num.16. vers. neque obstant contraria Thesaur. inn.quæst. forens.lib.1.q.32. circa finem Auend. de cens.cap.38.num.19.& videtur sensisse Rot.in Eugubina census 10.Febr.1597. coram Litta impress. apud Cenc.de cens.q.92.n.4.*

Visum fuit sanationis effectum retrotrahi
10 ad tẽpus contractus censualis † in concursu quoq; hypothecarum alijs medio tempore acquisitarum, siue quia ob discordiam DD. super validitate huiusmodi census, ac protestationem in Instrumẽto censuali à contrahentibus emissam, quod adhærebant opinioni affirmatiuę sanatio vim habet decla-
11 rationis, † quæ operatur vt ex tunc, quia inesse censetur ipsi contractui *Surd.cons.340. num.6.& 7. & dec.29.nu.4.Gratian.discept.464. num.19.& 20.cum alijs relatis à Modern. Hispan. in laberinth.credit.par.1.cap.42.n.46.& in puncto à Modern.Foroliuien.controuers. iur.tom.4.lib.23. cap.49.num.2.*

12 Siuè quia etiam in præiudicium†tertij retrotrahitur sanatio, & cõfirmatio actus nulli, quando Princeps id voluit *Felin. in d.cap. final.num.15. vers. Et intellige de Constit. Decius ibid.num.15.Costa de retrotract.cap.8.cas.1.nu.23.* ibi: Nisi alter liqueret de enixa mente superioris *Gratian.discept.586.nu.25.* & voluisse
13 in casu nostro colligitur,† tum ex clausula, *perinde,* ac si ab initio fuisset numerata pecu-
14 nia; Tum ex quo disponit † fructus antea perceptos licitè percipi potuisse restitui enim, vel imputari debuisset in sortem, nisi sanationem retrotrahi Princeps voluisset, *Cenc.de cens.quæst.88.nu.1.& seqq. Rota inter impress. post d.Tract.decis.12.num.1.decis.31.num.6. & seq.dec.119. per tot.* Tum quia validas esse
15 voluit etiam fideiussiones † in instrumento censuali præstitas ibi: *Cum omnibus accessionibus, & fideiussionibus quæ citra voluntatem Papæ retrotrahendi etiam in præiudicium fideiussorum,* & sic tertij sanationem ad tempus contractus, validę esse non possent absq; illorum nouo consensu, vt pluribus comprobat *Surd.decis. 64.nu.12.Rot.Calaguritana Canonicatus 17.Martij 1651. in princip. vers. sed requiritur coram D. Decano* quem Papa non supplet *Rot. dec.458. numer.11.lib.1. par.3. diuers. Sarnen. in compend. vtriusque Signaturæ num.71.vers. idem est in consensu;* Tum quarto,quia cum sanare asserue-
16 rit ad maiorem cautelam † ibi: *Per præsentes committimus, & mandamus quatenus ad maiorem abundantiorem cautelam censum huiusmodi auctoritate sanes,* intellexit censum esse validum ab initio, nam alioquin sanatio, non ad maiorem cautelam, sed præcisè necessaria fuisset per ea,quæ tradit *Scacc.de camb. §.1.q.1.n.225. relat. à Moder. Manicalciatensi in Comment. ad Constitutionem Pij V. §.2. quæst.1. numer. 51. ad decis.Caual 47.& alios exaduerso allegat.* Domini qui hanc secundam opinionem amplexi fuerunt, respondent illas loqui in terminis simplicis cõfirmationis actus omninò nulli, & in casu, quo non constaret de voluntate constituentis, & cessare omnem difficultatem, quia ex retrotractione sanationis nullũ fit præiudicium aliorum hypothecis medio tempore creatis,quippe quod si sanatio non retrotrahitur adhuc excluduntur ab hypotheca anteriore competen. Bottinis ex originali credito anni 1602. quę extincta non
17 fuit per transfusionem in censum,†quoque ille nullus remansit *l.1.in princ. l. si pupillus ff.de nouat. Alex.cons.193. num.4.lib.10. Menoch. præsumpt.134.num.16.lib.3. Mant.de tac. lib.17. tit.1.num.11.Surd.dec.51.num.16. Rot.diuers. decis.715.num.8.par.1.*

Eò magis,quia in ipsa creatione cẽsus cõ-
18 uẽtũ expresśe fuit, † quod iura antiqua crediti cum quo census emptus fuit non extinguantur, sed integrè maneant, & hæc conuentio afficit procul dubio creditores postea creatos *Cuman.cons.145. num.4. vers. id autem dec.72.n.9.vers. quia etiam dec.256.n.3. vers.nec intrat quæst. afferta.* Reseruatio antiquorum
19 iurium † incõpatibilis sit in contractu census, vt videtur sensisse *Rot.dec.2. num.2.3. & decis.289.num.2.apud Cenc.de cens.* nam præter
20 quod hæ decisiones explicantur † in decisione huius causæ *edita 22.Aprilis 1652.§.verùm etiam,*hæ non loquuntur in casu quo cẽsus sit nullus,essetque contra omnem æquitatem, quod creditor per emptionem census amitteret antiquam hypothecam,quam sibi expresśe reseruauerat, & constitutum in contractu censuali exercere non potest aduersus creditores posteriores contractui censuali ante illius sanationem constitutos.

Ideo Domini meã sententiam, quod hypotheca competens Bottinis sit anterior, vel ex reseruatione prædicta antiquæ hypothecæ, vel ex die initi contractus censualis attenta

tenta illius sanatione, conuenerunt vtraque parte informante &c.

CALAGVRITANA BENEFICII

Lunæ 22. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Referuntur in hac decisione qualitates, quibus in concursu cum aliis Oppositoribus quis prælationem mæreatur.

SVMMARIVM.

1 *Prælatio in assecutione beneficij debita est ei, qui est ætate maior.*
2 *Item qui est Sacerdos Baccalaureus, & approbatus ad curam animarum, n.3.& 4.*
5 *Tempus vacationis beneficij attendi debet, an quis sit ætate maior ad effectum prælationis.*
6 *Ad Sacerdotium promouendus ætatem 25. annorum habere debet iuxta dispositionem S. Concil. Trid. sess. 25. cap. 11.*
7 *Fides Baptismatis ætatem probat.*
Presbyteratus probatur ex litteris patentibus Ordinarij, quibus adhibetur fides ibidem.
8 *Baccalaureatus probatur ex publico Instrumento, quod etiam in præiudicium tertij plenam probationem facit.*
9 *Habens qualitates requisitas ab aliqua Constitutione reputatur dignior in concursu cum alijs oppositoribus ad effectum adiudicationis beneficij.*
10 *Dignior semper est præferendus.*

DECISIO DCXV.

Sæpissimè dictum fuit in his causis Calaguritanis præferendum esse, cum qui
1 est ætate maior † iuxta text. *in l. semper ff. iur. immunit. & in cap. cum in cunctis vers. ætatis maturitas de elect. Innocen. in cap. 1. num. 1. de maior. & obed. Dec. conf. 542. nu. 12. Rot. in Calaguritana beneficij de Murillo 14. Februarij 1653. coram R. P. D. meo Albergato.*
2 Sacerdos † *Rot. in Calaguritana beneficij de Ocon 1. Iunij 1652. coram R. P. D. meo Zarate in Calaguritana beneficij de Aro. 14. Martij 1653. coram Reuerendissimo D. meo Decano in Calaguritana beneficij de Auseio 27. Iunij eiusdem anni coram me.*
3 Baccalaureus in aliqua publica † Accademia *Rot. in Calaguritana beneficij de Ciego 6. Febr. 1651. coram R. P. D. meo Verospio in Calaguritana beneficij S. Martini 26. Maij 1653. coram R. P. D. meo Albergato in d. Calaguritana beneficij de Auferio coram me.*
4 Approbatus † ad audiendas fidelium confessiones *Rot. in Calaguritana beneficii de Toralana 10. Iunii 1650. coram Eminentissimo D. Cardinali Otthobono in Calaguritana beneficii de Erze 26. Iunii 1651. coram Reuerendiss. Episcopo Tarraconen. in Calaguritana beneficii 27. dunii 1653. Eminentiss. Domino Cardinale Otthobono in Calaguritana beneficii 27. Iunii 1653. coram R. D. meo meltio.*

Quibus prærogatiuis gaudet Martinus Serranus Nauagas, nam se ætate maiorem Petro Caualerio aduersario de tempore va-
5 cationis secuto anno 1648. quod debet † attendi *Dec. d. conf. 548. num. 13. Rot. dec. 79. nu. 6. & 7. coram bon. mem. Vrgellen. vbi allegant concord.* demonstrat cũ promotus fuerit ad Sacerdotium de anno 1640. & si tunc agebat
6 saltem 25. annum † iuxta dispositionem *Concil. Trid. sess. 23. cap. 11. de reformat.* Petrus verò solum vigesimum, vt ex fide eius Baptismatis data in Summario Martini *num. 6.* quæ ætatem probat *Caputaq. decis. 314. num. 1. par. 1. Rot. decis. 709. num. 1. par. 2. recent. decis. 75. num. 1. dec. 365. num. 1. dec. 605. num. 4. coram bon. me. Buratt.* Item se Sacerdotem docet ex litteris patentibus Ordinarij, quibus adhibetur fides *Felin. in cap. post cessionem num. 15. de probat. Coccin. dec. 164. num. 1. Rot. inter rec. decis. 158. num. 4. dec. 248. num. 2. decis. 321. num. 5. par. 1. rec.* nec talis esse poterat Petrus in vigesimo tantum anno constitutus probat etiam se Baccalaureum in insigni Salmanticensi Acca-
8 demia ex publico Instrumento, † quod etiã in præiudicium tertij plenam probationem facit *Mascard. de probat. conclus. 572. num. 1. & n. 8. & 9. Rot. in his terminis in Calaguritana beneficii 2. Decemb. 1652. coram me.* Tandem de deputatione ad audiendas cõfessiones Christifidelium dantur litteræ patentes Ordinarij *Summ. num. 7.*

Hinc cũ de cœtero Martinus habeat omnes qualitates à Constitutione Clementina
9 requisitas, † eidem tanquam digniori adiudicandũ esse beneficium, de quo agitur Do-
10 mini dixerunt, quia semper dignior † debet præferri *cap. quoniam de iurepatr. can. si forte 63. distinct.* & in terminis plurium approbationum ad curata dixit *Rot. in Calaguritana beneficii della casa della Reina 27. Martii 1648. coram Reuerendiss. Episcopo Terracinen. in Calaguritana beneficii de Ocon. 13. Febr. 1653. coram Reuerendissimo D. meo Decano vbi allegantur concordantes.*

Et ita decisum informante solum Martino, pluries tamen Aduersario citato.

CAMERINEN. RESCISSIONIS CONTRACTVS.

Ven. 26. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Inter emptorem, & venditorem si pactum intercessit quod intra certum tempus venditor teneatur obtinere à Papa derogationem fideicommissi super reuendita, vel declarationem à Iudice de eius commissione citatis citandis fideicommissum nõ extare, alias enim licitum sit emptori à contractu recedere, si venditor elapso termino declarationem obtinuit, quam emptor approbauit, nõ potest amplius dictam declarationem impugnare nec pacto resolutiuo vti.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata inducta dicitur ob non prosecutam appellationem intra biennium.*

2 *Sententia si declarat nullum extare fideicommissum talis declaratio suffragatur nedum contra tunc citatos ius coequale habentes, sed etiam contra alios substitutos, quamuis per proclama non fuerint citati.*

3 *Possunt tamen substituti à dicta sententia appellare & iniustitiam ostendere.*

4 *Inter emptorem & venditorem si fuit conuentum quod venditor intra certum tempus teneatur obtinere declarationem non extare fideicommissum super re vendita pacto resolutiuo adiecto quod si declaratio emanauerit post lapsum termini non suffragatur, Declara num. 6. & 7.*

5 *Declaratio non extare fideicommissum si est facienda de Papæ expresso ordine & commissione, facta absque commissione non prodest, Declara ut num. 16. & 17.*

6 *Pactum resolutiuum tunc operatur, quando continet verba directa ipso iure resolutionem importantia.*

7 *Declaratio facta post terminum præfixum suffragatur non obstante pacto resolutiuo, si fuit ab emptore acceptata, cui per dictam acceptationem censetur renunciatum.*

8 *Declaratio semel acceptata amplius impugnari non potest.*

9 *Soluens vigore alicuius contractus, illius effectum & perseuerantiam velle censetur.*

10 *Declaratio acceptata & approbata dicitur ab emptore si pretium soluit in illius executionẽ, quod alias soluere non tenebatur.*

11 *Item approbata dicitur si emptor post delarationem, de bonis emptis disposuit, de quibus alioquin disponere non potuisset.*

12 *Emptor non potest de re empta disponere stante reseruatione dominij fauore vẽditoris donec pretium fuerit solutum, sed interim contractus manet in terminis simplicis locationis.*

13 *Venditio si fuit ab emptore approbata mediante solutione pretij non potest amplius ab ea recedi.*

14 Decisiones in Pisauren. societatis officj 30. Maii 1639. coram Illustriss. Archiep. Tarraconen. & in causa Romana Societatis officii 14. Iunij 1648. coram Em. Card. Otthobono *in quibus terminis loquantur?*

15 *A pacto resolutiuo in casu non implementi dicitur recessum stante approbatione contractus cui inhæret.*

18 *Sub fideicommisso non cadunt bona, quæ non sunt propria fideicomittentis.*

19 *Restitutio in integrum sine læsione non datur.*

DECISIO DCXVI.

TVlit A.C. de anno 1647. sententiam absolutoriam ad fauorem Petri Aressi ab impetitis à Venantio de Veñantijs siue eius filijs & hæredibus, qui cum Venantius de an. 1640. emisset à d. Petro prædium nuncupatur *Il Colle dell' Arena*, & aliud nuncupatum *Fontenurzana* sub expressa conditione, quod venditor per totum dictum annum 1640. teneretur obtinere à Pontifice derogationem fideicommissi quondam Petri Vgolini siue à Iudice de expresso ordine & commissione Papæ declarationem causa cognita, & citatis citandis fideicommissum, vel fideicommissa super bonis venditis non extare vel illorum venditioni non obstare, & alias licitum sit emptori recedere à contractu petierant ab A.C. declarari contractum esse resolutum.

Hanc sententiam prætendente Petro in Iudicatum transiisse obtinuit committi mihi reiudicatæ executionem, quam impugnantibus Venantijs vel saltem petentibus se in integrum restitui edixi dubium an cõstet de reiudicata, vel potius de causis restitutionis in integrum quod hodie propositum, affirmatiuè in prima parte, negatiuè in secunda diffinitum fuit resultat enim res
1 iudicata † ob non prosecutam appellationem intra biennium iuxta *text. in Clem. sicut de appellat. cap. cum sit Romana eodem tit. Vestr. in praxi lib. 7. cap. vltimo nu. 9. Cassad. dec. 6. num. 8 de appell. Crescen. decis. 8. nu. 8. eodem tit. cum alijs allegatis in Romana rescissionis concordiæ 26. Feb. 1652. in princ. coram me*, dum sententię validitas controuertitur.

Et iustitiâ apparet quia vsque de an. 1641. Petrus à Vicario Episcopi Camerinen. vti Iudice Commissario citatus obtinuit declarari, & diffinitiuè pronunciari super prædijs vt supra venditis nihil extare pro fidei-
2 commisso, quæ delaratio † suffragatur nedum contra tunc citatos coequale interesse habentes, sed etiam contra Dianiram & omnes alios sub conditione in futurum purificãda substitutos, quamuis illi, nec per proclama fuerint citati *Arrius Pinell. in l. 1. par. 3. num. 49. & sub nu. 5. col. 3. in prin. vers. & 1. procedit C. de bon. matern. Gomez in l. 40. Thesaur sub num. 73. vers. sed bis Rosental de feud. cap. 9. memb. 1. conclus. 27. num. 10. & 15. Peregrin. de fideicommiss. artic. vltimo sub nu. 56. Gratian. discept. 456. num. 91. & in Romana Vineæ 1. Iunij 1644. §. siue aduersus coram me, & in Bononien. fideicommissi de Blanch. 30. Aprilis 1646. vers. Vnde coram Reue-*
3 *rendiss. Tarraconen.* licet substituti † possint ab ea appellare, & iniustitiam ostendere *Pen. dec. 92. num. 9.*

Ad ea vero quæ contra dictam declarationem afferuntur, siue quia non emanauerint infra annum 1640. vt fuerat conuentum
4 sub pacto resolutiuo, † cui locus factus fuerat lapsus termini conuentionalis ex allegatis in *Anconitana bonorum 7. Aprilis 1642. coram bon. me. Merlin. extensa à Reuerendiss. Terraconen. eius subrogato*, siue quia conuentio loquatur de declaratione facienda de Papę ex-
5 presso ordine & commissione, † quæ in persona Vicarii Episcopi non probatur, ex alio nomine facta declaratio non prodest, *vt est text. expressus in l. cum apud 20. ff. Iud. Sol. & tradit Morot. cons. 49. num. 1. & seqq. Negueroll. alleg. 15. sub num. 34.* siue tandem quia declaratio sit iniusta cum de fideicommisso cõstet litteraliter ex testamento Petri Vgolini relato

in

in Summario Venantij num. 5.

Satis est respondere quod cum pactum resolutiuum non sit conceptum verbis di-
6 rectis † resolutionē ipso iure importantibus *iuxta decis. 1. par. 2. recent.* sed collatum in voluntatem emptoris ibi: *Iste D. Emptor vellet recedere &c.* Emptor vero, vt infra dicam, declarationem Vicarij acceptauerit, & contractum emptionis adimplerit suffragatur
7 declaratio etiamsi † emissa post terminum prefixum, non obstante pacto resolutiuo, qui illi censetur renunciatum *Gratian. discep. 302. nu. 18. Cæsar Menent conf. 129. nu. 14. & seqq. post Dec. Cephal. Crauett. & alios plures allegatos dixit Rot. decis. 270. num. 9. apud Duran. decis. 54. num. 14. & 15. apud Buratt. vbi Adden. litt. C. allegat concordantes decis. 109. num. 4. & seqq. par. 7.*
8 *recen.* eandemque declarationem † quam semel validam & iustam agnouit & acceptauit amplius impugnare non potest *Ruuin iunior. conf. 562. nu. 34. Decian. conf. 73. num. 4. lib. 3. Menoch. conf. 347. n. 39. Rot. dec. 384. num. 2. par. 2. recent.* & in terminis exceptionis non implementi *Card. Mantic. dec. 270. nu. 14.*

Acceptauit inquam declarationem, & adimpleuit contractum, quia licet ex lege venditionis ante declarationem à Iudice de ordine Papæ faciendam non teneretur soluere prætium immo contractus esset in suspenso, & haberet dumtaxat vim locationis soluit post præfatam declarationem Vicarij integrum prætium, soluens enim vigore
9 alicuius contractus † illius effectum, & perseuerantiam velle censetur *Surd. conf. 104. n. 8 & 17. per text. in l. lege §. final. ff. de leg. Commissor. Bertaz. conf. 200. num. 7. & num. 16. & seqq. lib. 1. Gratian. discept. 302. nu. 17. Rot. decis. 55. nu. 3. inter impress. apud Zacch. de Societ. offic. in Firmana Compromissi 25. Iunii 1625. §. nam pacto coram bon. me. Pirouano*, & approbare tanquam necessarium antecedens ipsam Vicarii decla-
10 rationem, † circa quam nisi vti valida agnita esset, soluere non debuisset *iuxta Theoricam text. in l. cui iurisdictio ff. de iurisd. omn. Iudic. & in l. ad rem mobilem ff. de procurat. l. illud ff. acquir. hæred. tradit Aymon conf. 178. n. 2. Bald. conf. 13. nu. 1. lib. 2. Castren. conf. 85. n. 2. lib. 2.* & etiam in materia stricta locuta est *Rot. in Roman. hæreditatis de Comitibus 25. Iunij 1576. coram felic. record. Clement. VIII. impress. apud Marches. de commiss. tom. 2. fol. 231. nu. 1. & in Roman. Domorum 29. Maii 1595. coram Litta impress. ibidem fol. 431. sub nu. 3. & in proximis terminis dec. 545 num. 8. par. 5. recen.*

Eo magis quia vlterius de bonis emptis
11 tanquam proprijs successiue disposuit, † nec alioquin disponere potuisset quod pro inducenda approbatione ponderauit *Rot. decis. 100. n. 4. & seqq. apud Caual. & in Cesenat. censuum 3. Iunii 1644. §. ex quibus & 9. Iunij 1645. §. siquidem coram Eminentissimo Card. Corrado*, nimirum nōnisi post secutam validam declarationem bona empta efficiebantur propria emptoris, sed contractus manebat in termi-
12 nis simplicis locationis, † quæ stante reseruatione dominij apud venditorem dominium aut facultatem disponendi emptor non præbet *Menoch. conf. 161. nu. 42. aliique relati à moderno Carpensi controu. tom. 2. cap. 157. num. 50. & 51. & num. 57. & seqq. & in proximis terminis ratiocinatur Cæsar Manent. conf. 129. numer. 24.* nec refert quod quādo de bonis disposuit ea de anno 1646. vendendo Porfirijs apposuerit simile pactum obtinendi declarationem Iudicis, vel Pontificiam declarationem, quia hæc est protestatio contraria facto cum vt dicebam non potuisset vēdere, nisi adimpleta fuisset conuentionalis declaratio, & in omnem euentum ab appro-
13 batione puraf resultante ex antecedentibus solutionibus integri prætij recedere nō potuit *Rot. decis. 545. num. 17. par. 5. recen. & in terminis implementi promissi Mant. d. dec. 270. nu. 17. & 18. & in puncto pacti resolutiui Cæsar. Manent. conf. 129. nu. 30. vers. in tantum.*

Quod vero dicitur ratificationem tam declarationis, quam contractus restringendam esse ad tempus præteritum, itaut futurum non capiat, procedit quando nullo modo fuit impletum, & soluitur non ipsa sors principalis, sed fructus decursi in qui-
14 bus terminis loquuntur cum ibi allegatis † decisiones *in Pisauren. Societatis offic. 30. Maii 1639. §. nec obstat coram Reuerendiss. Archiepiscopo Tarraconen. & in Romana Societatis officii 14. Iunii 1648. §. nec minus coram Eminentiss. Card. Otthobono*, secus in casu nostro, quo sors & integrum pretium solutum fuit quin in soluendo præuentum triennium solutioni destinatum, & insuper adest implementum, nempe declaratio Vicarii tunc enim ob induiduitatem declarationis ipsius contractus
15 intrat vtriusque perpetua approbatio †, & recessus à pacto resolutiuo *Grat discept. 302. num. 17. Aym. conf. 106. n. 2. vers. sed magis. Roma conf. 37. num. 4. & seqq. lib. 2. & in terminis venditionis Cyn. in l. Commissoriæ nu. 4. circa finem C. de pact. inter emptor & vendit. & ibid. Bartol. & Angel. num. 1. Albert. in l. Emilius nu. 4. ff. de minor. Surd. conf. 136. nu. 44.*

Libentius quia cum Vicarius ad declarationem processerit præuio rescripto Papæ, qui exoratus pro derogatione rescripsit, quod adeatur Iudex, proinde est ac si dixis-
16 set, † quod adeatur Vicarius siue Episcopus *Iuxta gloss. in cap. postulastis verbo dispensatum de Cleric. excomun. ministran. quam sequitur Panorm. ibid. n. 11. Tolet. in summa lib. 1. cap. 89. n. 4. & est doctrina originalis Innoc. in cap. Dilectus nu. 8. de tempor. ordinan.* & sic videtur in necessarium antecedens demandasse Vicario, quod declaret ex allegatis *supra §. acceptauit in fine & faciunt tradita à Bell. de mand. iurisd. cap. . . . qu. 2. nu. 12. & in Firmana Codicillorum 28. Iunij 1645. coram Reuerendiss. Episcopo Terracinen.* nec rigide insistendum est, vt requitur for-
17 malis Comissio †, dum pariformiter sequitur effectus à contrahentibus contemplatus *Butr. in cap. super litteris num. 16. de rescript. Castrens. conf. 99. nu. 2. vers. nam ea lib. 1. Ruin. conf. 137. lib. 1. nu. 9. Duran. dec. 40. nu. 56. & 57. Mellin. dec. 306. nu. 6.*

Recteque videtur Vicatius declarasse in bonis emptis nihil extare pro fideicommisso, quia plures competebant detractiones videlicet legitimæ & æris alieni fideicommittentis à venditore soluti de proprio vt latè in Summario Petri nu. 12. & seqq. Certumque est quod prædium nuncupatur *Fontemurana* erat ipsius Petri, vt probatur ex actis in eius Summario num. 25. ac pars Collis in Arena in venditione comprehensa erat Constantiæ, vt deponunt Testes Summario Petri num. 11. non autem fideicommittentis, & propterea † sub eius fidideicommisso non cadebat *l. sequen. ff. de legat. 2. gloss. in l. conficiuntur §. si post factum verbo Testator in fine ff. de iure Codicill. Fusar. de substit. qu. 648. num. 1. Duran. decis. 93. nu. 3. & seqq.* quæ dicta sint nõ vt desuper aliquid firmetur cum non sit opus, sed vt clarius appareat quod emptor hæc omnia sciens voluit, vt supra dicebatur declarationem Vicarij approbare & sequi, ac vēditionem sortiri perpetuam executionem, ad quem effectum sufficit illum credidisse, quod declaratio esset valida, & iusta donec de errore doceat plene & concludenter.

18

Ex quibus iustificatur etiam resolutio secundæ partis Dubij propositi, quia stante validitate, & iustitia sententiæ † cessat lęsio, sine qua non datur restitutio in integrum, *Cap. 1. vbi Abb. num. 2. de restitut. in integrum Rot. decis. 532. nu. 1. par. 1. dec. 63. nu. 1. par. 7. recent. & apud Merlin. dec. 419. nu. 1.*

19

Et ita vtraque, &c.

ASSISIEN. CENSVS

Ven. 26. Iunij 1654.

Argumentum desume ex Summarijs vt infra.

SVMMARIVM.

1 *Numeratio pecuniarum in impositione cēsus quod interuenerit, ex quibus probetur?*

2 *Censum accollans, illius validitatem agnouisse videtur, quæ non potest ab accollante amplius impugnari.*

3 *Census impositus super duobus fundis certis finibus designatis etiamsi in impositione adsint verba super tanta quantitate quanta suppetat pro censu, nullus dici nequit ob incertitudinem fundi censualis.*

4 *In indiuiduis non datur separatio partis à toto.*

5 *Domus dicitur indiuidua vel ratione structuræ, vel vel quia in eius parte non sit tanta vtilitas respectu partis quanta in toto respectu totius.*

6 *Commissio appellationis etiamsi sit obenta in plena Signatura non deuoluit iurisdictionem Iudicis à quo, nisi appellans dicta commissione vtatur.*

DECISIO DCXVII.

REuera numeratum fuisse Iacobutijs à Iulio Cæsare emptore census totum & integrum prętium † comprobant apertissima verba instrumenti censualis, & coniecturæ, immo ipsæ confessiones debitoris in decisione huius causæ sub die 23. Ianuarii anni currentis edita pōderatæ, inter quas recensetur longa taciturnitas impositorum census, qui semper fructus soluerunt gratis hodie exaduerso negata cum assertæ oppositiones inceperint tantum de anno 1599 & sic post decem & nouem annos à die impositionis census, nec repetitæ amplius fuerint ante annum 1622. ab Accollatariis, qui postquam accollandò censum eius validitatem agnouerant perperam illum † successiuis temporibus impugnarūt *Felin. in cap. cum inter nu. 11. vers. vnde generaliter de except. Bart. in l. cum mulier num. 5. vers. Propterea ff. solut. matrim. Menoch. de adipiscend. re med. 4. nu. 545. Buratt. dec. 785. nu. 3.*

1

2

Neque iustificatur in facto, quod sententiæ latæ de an. 1600. denegauerint censuario peritam prælationem in re cēsita ex hoc capite nullitatis census cum acta illius iudicij, ad quæ sententiæ se referunt plures alias exceptiones pro excludēda petita pręlatione contineant, vt in process. fol. 5.

Recantata pariter incertitudo fundi cēsualis tollitur ex facto, quia cēsus, legitur impositus super domo certis finibus designata, nec non super prędio certos item fines descriptos habente † per subsequentia verba, ibi videlicet *super tanta quantitate dictorum bonorum quanta circiter suppetat pro censu reddendo* non excludant vtriusque fundi certitudinem, dum vtraque spectabat integrè ad impositores, & censu maior non probatur, vt ponderat 1. *decis. in §. finali* semperque subsistat certitudo census respectu domus, in qua non constito quod sit diuidua nulla illius pars immunis esse potest à censu, quia non datur separatio † partis à toto in indiuiduis *Bald. in l. si plures 6. sub n. 12, vers. in indiuiduum C. cond. insert. Pedroch. in suo cons. vnic. de diuid. & indiuid. num. 187. Ciriac. controu. 90. num. 22. controu. 100. num. 16. controu. 181. nu. 54. Rot. dec. 428. n. 6. par. 1. rec.* qualis dicitur Domus, vel ratione structuræ, † vel quia in eius parte non sit tanta vtilitas respectu partis, quanta in toto respectu totius *iuxta theoric. Bart. in l. 4. §. cato num. 22. & l. stipulationes non diuiduntur 72. n. 25. ff. de verb. oblig. Marescott. var. resolut. li. 2. cap. 25. num. 16. Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 5. num. 31. vers. sed ego Rota decis. 709. nu. 4. par. 1. diuers. dec. 30. num. 3. par. 1. recent. cum alys allegatis à Modern. Hispan. disquis. legal. 13. nu. 15.*

3

4

5

Quapropter non obstan. exceptibus in memoriali ab exaduerso informantibus sub die 23. Martij & 17. Aprilis proximè præteriti repetitis ad effectum obtinendi nouam audientiam contra primam decisionem illam vti validis inhærentem fundamentis DD. confirmarunt, & ad obiectum de nouo excitatum de defectu meæ iurisdictiones quippe deuolutæ ad Iudicem ad quem ob commmissionem appellationis interpositæ à decreto per me lato in sūmarijssimo posseſſo-

restorio, satis est respondere, quod de tali commissione non constat in actis, vt opor-
6 tet, † etiamsi probaretur obtenta in plena signatura, quia simul requiritur quod ea appellans vtatur, & alioquin Iurisdictionem non deuoluit *Rot.decis.289.num.6 & seqq. apud Modern. Perusin. de manut. in Romanie legati 4. Iunij 1642. coram R.P.D. meo Cerro in Beneuentana Attentatorum 2. Decembris 1648. coram R.P.D. meo Pentingerio in Rheginen. Attentatorum 12. Decembris 1633. coram me.*

Et ità decisum informante solum Benedicta Galeotta Actrice, Aduersarijs sæpius citatis.

ROMANA PECVNIARIA.

Ven. 26. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Pecunias fuisse alicui consignatas ad effectum inuestiendi probatur ex testibus, qui præsentes fuerunt contractui, & reijciuntur exceptiones contra personas testium obiectæ Promittens pecunias inuestire in locis Montiũ, Inuestimento non sequuto tenetur ad damna, & interesse, quorum loco succedunt ipsi fructus, qui ex Inuestimento faciendo percepti fuissent.

SVMMARIVM.

1 *Contractus qui scripturam pro sui essentia non requirit probari potest absque scriptura per Testes num. 2.*

2 *Presertim quando testes fuerunt presentes contractui.*

4 *Testium defectus suppletur ex adminiculis.*

5 *Paupertas non minuit fidem testi, dum est persona honesta.*

6 *Testis non dicitur contrarius eò quod plus in secundo, quam in primo examine deposuit.*

7 *Interpetratio qualibet sumenda est ad euitandam contrarietatem testium.*

8 *Testes quando in substantia non sunt contrarij, licet in aliquibus tantum discrepent, talis contrarietas non afficit.*

9 *Mandatũ susceptum qui non adimpleuit tenetur ad damna, & interesse.*

10 *Fructus loco damnorum, & interesse debentur ex Inuestimento non sequuto.*

11 *Solutiones facta nomine alicuius probari debet quod facta fuerint de proprijs pecunijs soluentis.*

12 *Solutio facta per manus alicuius denotat soluentem non fuisse nisi nudum ministrum.*

13 *Solutio debiti liquidi retardanda non est per exceptionem dubiam.*

14 *Donatarius vniuersalis tenetur soluere debita donantis præsertim quando in Instrumento donationis illa accollanit num. 15.*

DECISIO DCXVIII.

TERTIVS, & secundus Testis datus in Summario Lauræ num. 1. & 2. deponunt bis Lauram consignasse pecunias Comiti Fabritio Ferretto ad effectum procurandi emendi loca Montium. Primò nempè de mense Octobris seù Nouembris anni 1644. scut. 780. Atque item de mense Aprilis anni subsequenti scut. 750. & Comitem promisisse easdem pecunias inuestire in locis Montiũ ad fauorem Lauræ, ac de prima consignatione testatur, & secundus etiam de secunda primus per quos Testes plenè probatur pecuniarum numeratio, & Comitis promissio,
1 nam contractus † qui scripturam pro sui essentia non requirit *l. contrahitur ff. de pignor. l. pactum la secunda C. de pactis l. in exercendis, C. de*
2 *fide instrum.* potest † sine scriptura, & per Testes probari *l. Testium C. de Testibus l. sicuti iniquum C. de fid. Instrum. Castren. cons. 75. nu. 2. lib. 2. Neuizan. cons. 94. nu. 5. Surd. cons. 144. nu. 8. & 17.* Vbi quod necesse non est Testes esse litteratos aut doctos, & *decis. 284. num. 16. Mascard. de probat. conclus. 435. num. 1. & seqq. vol. 1. Buratt. decis. 10. num. 8. decis. 46. num. 1.*
3 Eò magis quia Testes † fuerunt presentes contractui, *Bald. cons. 28. num. 1. lib. 1. Socin. cons. 143. num. 7. lib. 1. Mascard. de probat. conclus. 1117. num. 1.* ac testantur specifice quantum in moneta aurea vel argentea fuerit numeratum, & insuper adminiculantur Epistolis, tùm ipsius Comitis debitoris Summ. Lauræ numer. 4. Tùm olim Aduocati Ferretti eius fratris, ibi, *Resta ancor il pesò del Signor Fabritio il quale hò saputa di certo che si sia valso di molte centinara di scuti della Signora Laura*, Summa-
4 rio ibid. num. 4. Vndè suppletur † omnis Testium defectus, si qui adesset *Farinacc. de Test. quest. 68. num. 141. Surd. decis. 107. numer. 7. Rota decis. 596. num. 6. par. 4. tom. 3. recent. & in Romana pretensa restitutionis dotis 15. Ianuarij 1649. §. nec relenat coram R. P. D. meo Pentingerio*, vbi hoc ampliatur quando Testis est Sacerdos, qualis est alter ex Testibus examinatis.

Sed verè nullus adest defectus, nam obie-
5 cta paupertas non minuit de fide, † dum de cętero Testis est honesta persona *cap. si quis Testium*, vbi *Bald. num. 5. de Testibus, Gabr. cod. tit. conclus. 18. num. 1. & 4. Aymon cons. 249. num. 9. lib. 5. Cæsar. de Graffis decis. 9. num. 5. & decis. 12. num. 1. de Testibus, Rot. decis. 503. num. 2. par. 4. rec.* Sicuti neque obest, quod ijdem Testes in primò examine edito ad perpetuam rei memoriam asseruerint Comitem dixisse Lauræ, se illi soluturum fructus pecuniarum, ac si in locis Montium inuestitæ fuissent, quia stare potest quod Comes prius ità dixerit, & deinde inuestire promiserit vt in secundo examine formiter emanato deposuerũt, ijdẽ
6 Testes, qui non dicuntur contrarij, † eo quod plus in secũdo quam in primo examine deposuerint. *Butr. in cap. 1. in secundo opposit. sub num. 11. de offic. legati Alex. cons. 64. num. 11. lib. 2. Dec. cons. 163. num. 15. vers. & pro fundamento Rota decis. 147. num. 14. par. 1. recent.* maximè quia etiam in primo examine affirmarunt intentionem Lauræ fuisse emere loca Montium,
7 omnisque interpretatio † capienda est ad euitandam contrarietatem *Alex. cons. 185. num. 4. & seqq. lib. 7. Ruin. cons. 149. num. 29. lib. 5. Cassan.* de

de Graff. decis. 5. num. 23. de sponsal. Farin. de Test. quæst. 65. num. 73. & 79. Buratt. decis. 662. num. 6. decis. 894. num. 15.

Et in omnem euentum cum vtrumque examen concordet in substantia numerationem pecuniarum, hoc sufficeret pro illarum repetitione, esto quod aliqua adesset contrarietas circa modum soluendi fructus, *Natta consil. 96. num. 142. Farinacc. de Testibus quæst. 67. num. 179. Mantic. decis. 6. num. 6. cum alijs allegat. ab add. ad Buratt. decis. 42. nu. 13. litt. B.* Ad quos sane fructus debitor condemnandus esset, cũ supposito suscepti mandati ad emenda loca Montium, nam qui mandatum non adimpleuit
9 pleuit † tenetur ad damna, & interesse *l. si mandauero tibi §. sicut l. si quis alicui ff. mandati Rota decis. 177. numer. 11.* quorum loco succedunt
10 dunt ipsi fructus † qui ex inuestimento faciendo præcepti fuissent. *Bart. in l. Tutor. §. si post num. 2. ff. de administr. Tutor. Honded. conf. 39. num. 3. & seqq. lib. 2. Gratian. discept. 920. num. 26. & 27. discept. 932. num. 34. Rot. decis. 85. numer. 1. par. 4. tom. 2. recent. decis. 275. num. 2. & seqq. inter impress. apud Zacch. de oblig. Camer.*

Nil releuant solutiones pensionum Domus, quam Laura inhabitabat quia nõ pro-
11 batur eas factas fuisse † à Comite debitore de proprijs pecunijs, vt probare necesse est, *Gratian. discept. 570. numer. 33. Ant. de Amat. Var. resol. tom. 2. resol. 97. num. 5. & seqq.* vbi allegat concordantes fortius quia contrarium præsumit, nam pleræque quietantię loquuntur de solutionibus factis à Laura per manus
12 Comitis, † qui propterea censetur fuisse nudus minister. *Bertrand. conf. 282. numer. 2. lib. 2. Magon. decis. Florent. 42. num. 14. Rota in Romana pecuniaria 14. Decembris 1612. coram Sanctissimo D. Nostro, & in Romana fideicommissi de Zuccaris 24. Aprilis 1651. coram Reuerendissimo D. meo Decano*, satisque est de hoc posse dubitari, ne
13 debiti liquidi † solutio retardetur *l. vlt. C. de compens. cum alijs allegatis in Romana pecuniaria 25. Febr. 1647. coram Eminentissimo D. meo Cardinali Corrado.*

Ex quibus constare de credito Lauræ in summa scut. 1530. sine præiudicio fructuum vt supra dictum est, debitorum decisum hodie fuit contra Com. Angelum Ferrettum donatarium vniuersalem Comitis Fabritij de-
14 bitoris, & hoc nomine ad soluendum debita ante donationem contracta obligatum. *Boer. decis. 204. num. 43. Guidopap. decis. 105. per totum Duran. decis. 348. num. 3. & 5.* Præsertim
15 quia ea in donatione † accollauit, vt *alijs allegatis dictum fuit in Vrbeuetana restitutionis dotis 22. Maij 1645. coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Et ità vtraque, &c.

MELEVITANA FRVCTVVM.

Ven. 26. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Cessionarius agere potest contra cedentem nedum ad restitutionem sortis principalis census sibi cessi, verum etiam ad fructus loco damnorum, & interesse si census cessus non est bonus, verus, & exigibilis, prout cedens promiserat.

SVMMARIVM.

1 *Cedens tenetur manutenere censum cessum esse verum.*
2 *Cedens tenetur de euictione promissa, qua etiam debetur ex natura cessionis census ex causa onerosa.*
3 *Cessio ex causa onerosa assimilatur venditioni.*
4 *Cessionarius euadit creditor sortis principalis solutæ, & damnorum, & interesse si census sibi cessus non est verus, & exigibilis.*
5 *Fructus hoc casu debentur non tanquam fructus, sed tanquam damna, & interesse, donec sors principalis restituatur.*
6 *Cessionarius agere potest ad sortem, & fructus contra cedentem.*
7 *Fructus cadunt sub hypoteca omnium bonorum.*
8 *Hypoteca omnium bonorum comprehendit etiam bona futura.*
9 *Exceptio fideicommissi requirens altiorem indaginem non potest retardare executionem crediti liquidi vigore obligationis Cameralis.*

DECISIO DCXIX.

SCIENS Angelus Hieronymus manduca, nec non Angelus eius Pater Censum de anno 1578. impositum à Iugalibus de Gucciara, & venditum Ioanni Paulo Mãducæ fuisse de anno 1583. ab eisdem contrahentibus declaratum simulatum, & impositoribus retrocessum, illum nihilominus de anno 1635. pro eadem summa vnc. centum cessit ex causa onerosa Ven. Collegio Societatis Iesu existenti Melitæ promisitque Iura cessa facere vera, bona & exigibilia, & de qualibet euictione teneri voluit cum refectione omnium, & singulorum damnorum, & Interesse.

Quare subsecutis pręsertim de anno 1641. duabus sententijs conformibus contra ipsũ, & Angelum cedentem super nullitate, & simulatione census, satis negari non potest quin ad fauorem Collegii commissa fuerit stipulatio tàm pro manutentione veritatis
1 census, ad quam † semper cedens tenetur *l. si nomen, & l. sequenti ff. de hered. vel act. vend. Alexand. conf. 222. num. 3. lib. 6. Paris. conf. 88. num. 13. lib. 1. Cenc. de cens. quæst. 72. sub. numer. 22. Magon. decis. Florentin. 39. nu. 2. Barz. decis. Bononien. 110.*
2 *num. 1.* quam pro euictione promissa, † quæ etiam debetur ex natura cessionis census ex
3 causa onerosa, quia † assimilatur venditioni *Castren. in l. si quis aleam numer. 4. ff. de solut. Becc. conf. 105. num. 34. in fine, & numer. sequenti Surd. conf. 22. nu. 34. aliique allegati à Moderno Pisauren. de euict. num. 34. quæst. 80. num. 8. & 9.*

Et per consequens Collegium euasit cre-
4 ditor sortis principalis solutæ, † & damnorũ, & interesse *Rot. decis. 51. num. 1. inter impress. post tract. Modern. Perus. de subhast.* quorum loco de-
5 bentur fructus † non tanquam fructus sed tanquam damna, & interesse, donec ipsa sors prin-

principalis restituatur *Seraphin. decis. 789. per tot, Rot. decis. 113. nu. 15. apud Modern. Forolinien. de pignor. decis. 46. num. 4. par. 7. recent.* & magis
6 in puncto quod cessionarius agere possit † ad sortem, & fructus contra cedentem *dec. 72. num. 4. & 5. apud Modern. Perusin. de subhastat.*

Merito igitur pro concurrenti quantitate dicti crediti consignandos esse Collegio fructus bonorum ad cedentes spectantium deci-
7 sum hodie fuit, maximè quia iidem † fructus cadunt sub hypoteca omnium bonorū conuenta in Instrumento cessionis; quippe quæ
8 comprehendit † etiam bona futura *l. final. §. quæ res pignor. oblig. poss. Gurtac. contr. 190. num. 5. post Angel. in l. 1. §. cum prædium ib. 1. vers. & præmitto, & nu. 1. de pignor. Rot. in Cremonen. seu Ianuen. pecuniaria 1. Iulij 1648. §. itaque in fine coram Reuerendissimo Archiepiscopo Tarraconen.*

Non obstat quod Collegium possideat clausuram Terræ appellatam Tafassia, subiectam vt prætenditur fideicommisso particulari ad fauorē Angeli Hieronymi Manducæ, & exaduerso informantes supponunt quia illam possideat ob alia credita enumerata in Instrumento assignationis d. clausuræ rogato de anno 1636. & retinere insuper potest ex causa legitimæ debitæ Patri Hieronymo in Societate Professo, exceptio verò fidei-
9 commissi cū requirat altiorem † indaginem retardare non potest executionem, & satisfactionem crediti liquidi de quo agitur obligatione Camerali vallati *Rot. decis. 252. nu. 5. & 6.* Quæ loquitur in terminis crediti ex causa census, & retentionis ex causa legitimę *apud Zacch. de oblig. Camer.* facilius dū executio fit super fructibus *Rot. apud eundem dec. 98. n. 3.*

Et ità decisum vtraque, &c.

ALERIEN. VICARIAE.

Veneris 26. Iunii 1654.

ARGVMENTVM.

Concursus non requiritur in Vicarijs mensæ Episcopali, vel alicui dignitati perpetuo vnitis. Quasi possessio vnionis ex quibus probetur? Triennium requisitum à regula de triennali à quo tempore sit computandum?

SVMMARIVM.

1 *Concursus requiritur in beneficijs curam animarum habentibus.*
2 *Decretum irritans inficit possessionem.*
3 *Decreta Conciliaria munita sunt decreto irritanti.*
4 *Tituli validitas obest etiam in summarijssimo possessorio, quando fuit iudicialiter ab actore productus, secus si non fuit productus.*
5 *Ratio est quia producens titulum, censetur produxisse meliorem.*
6 *Possessio quando non est separabilis à causa producta admittit omnes exceptiones ipsam causam, ac titulum respicientes.*
7 *Concursus non est necessarius in Vicarijs mensæ Episcopali, vel alicui dignitati perpetuo vnitis.*
8 *Vicariam esse vnitam mensæ Episcopali, vel alicui dignitati probatur ex prouisionibus de ea tanquam vnita factis, quæ suffragantur ad euitandam resistentiam conciliaris decreti irritantis, & num. 9.*
10 *Quasi possessio vnionis per tempus considerabile probata suffragatur ad obtinendam manutentionem tanquam de vnito.*
Quinimò sufficit possessio decennalis, ibid.
11 *Status vltimus collatiuus constito de statu anteriori vnionis non attenditur, nec statum contrarium constituit.*
12 *Prouisiones Apostolicæ non mutant statum beneficij.*
13 *Triennium ad effectum regulæ de triennali à quo tempore sit computandum?*

DECISIO DCXX.

EST dubio procul anterior possessio Ioannis Michaelis Fandauij, sed quia in actu appræhensionis, nec in hoc ipso iudicio manutentionis exhibitus fuit titulus prouisionis Apostolicæ, absque præuio concursu in Ecclesia curam animarum habentibus
1 requisito † ex dispositione *Sac. Conc. Trident. sess. 24. de reform. cap. 16.* infecta videbatur † à
2 decreto irritanti, *Rot. decis. 16. nu. 17. par. 7. rec.*
3 quo decreta † conciliaria munita sunt, *Paris. de resignat. lib. 4. quæst. 9. num. 28. Gonz. super reg. 8. gloss. 5. num. 37. Barbos. in collect. ad Concil. Triden. sess. 1. de inchoan. conc. num. 2.* Et hæc exceptio, quamuis respiciat validitatem tituli, † obest
4 etiam in summarijssimo possessorio, quando in eo titulus fuit iudicialiter ab actore productus, licet secus esset citra huiusmodi productionem, vt distinguendo declaratum fuit *in Lucana Cappellaniæ 4. Aprilis 1650. §. non obest coram me*, & priùs *in Cæsaraugustana Parochialis de Maella 8. Nouembris 1599. coram clar. mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio.* Quia ni-
5 mirum producens titulum † censetur produxisse meliorem *Aegid. cons. 10. nu. 20. Put. decis. 239. numer. 1. & 2. lib. 3. in correct. Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 46. num. 31. & seqq.* Cumque
6 separabilis non sit à causa producta † admittit omnes exceptiones, ipsam causam, ac titulum respicientes, *Menoch. de retinend. rem. 3. numer. 633. Rot. in Verulana Beneficii 31. Ianuarii 1646. coram R. P. D. meo Cerro.*
7 Verum necessitas concursus † non cadit in Vicarijs mensæ Episcopali, vel alicui dignitati perpetuo vnitis, *Garz. de benef. part. 9. cap. 2. num. 193. Gonz. super reg. 8. gloss. 5. §. 7. n. 2. Grat. discept. 273. nu. 48. Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 31. nu. 21. Barbos. pe potest. Episcopi alleg. 60. num. 25. ac 26. Rot. decis. 323. num. 8. part. 2. recent.*
8 Talemque esse hanc Vicariam † educitur ex prouisionibus de ea tanquam vnita factis, tam de anno 1557. quam ab anno 1618. citrà, vsque ad annum 1650. quæ quicquid sit
9 an plenè probent vnionem, † suffragentur, saltem ad euitandum resistentiam Concilia-

ris

ris decreti irritantis; Nec obstat manutentio sundauij ad quem effectum satis est probare quasi possessionem vnionis per tem-
10 pus † considerabile, vt post *Franc.in cap.ad decimas num.8. in quarta limit.de rest.spoliat.in 6.* dixit *Rota decis.534.nu.7.vers.vltra quod part.1. diuers.decis.685.num.3.part.1.recent.dec.217.n.8. apud Modern.Perusin.de manut. & in Mediolanen. Nominis Capituli 4. Martii 1649.§.quia respondetur*, vbi dicitur quod sufficit possessio decennalis *coram R.P.D.meo Meltio, in Beneuentana Emphyteusis 1.Iulii 1650.§.adeo quod coram me.*

Nihil vrgente vltima possessione Apostolica, tanquam de collatiuo, tum quia emanauit vacante Sede Episcopali, tum etiam quia, cum idem Andreas, qui illam obtinuit fuisse prius prouisum de hac Vicaria, tanquam vnita subsequens prouisio de collatiuo obtenta forsan ad se eximendum à molestijs, & ad reddendum magis tutum
11 non constituit † statum contrarium, *Rot.decis.205.num.1.& 2.par.1.diuers.decis.219.num.7. decis.333.num.6.part.1. recent.& in Vladislauien. Iurispatronatus 1.Iulii 1648.§.fin.coram me.*

Eo minus praecedente, vt supra longissi-
12 ma possessione status vniti, † quem prouisio Apostolica regulariter non mutat, *Calder. cons.28.de praebendis, Buratt.decis.926.numer.10. Rot.decis.248.num.2.par.4.decis.57.num.6.par.6. recent.* Cumque fundauius sit triennalis pa-
13 cificus possessor triennium † vsque ad diem non obstante exaduerso gratiae, sed motae litis computando, iuxta distinctionem, quam amplexa est *Rot.decis.570.n.1.& 2.par.5.recen.* hoc satis est, vt ei detur manutentio, reiectis ad petitorium omnibus exceptionibus ad titulum ex allegatis in prima decisione, quam hodie reuocatam ad Trutinam DD. confirmarunt, informante solum fundauio, citato tamen Aduersario, & perpensis rationibus pro eo adductis in memoriale, pro obtinenda noua audientia aduersus primam decisionem, dato sub die 12. Iunij currentis &c.

VELITERNA TENVTAE.

Mercurii 1. Iulii 1654.

ARGVMENTVM.

Possessio alicuius tenutae priuatiuè quo ad alios ex quibus probata remaneat? Statutum Sermonetae *lib.4.cap.22.* disponens circa pascua animalium in Tenuta Sciti, cum sit conditum de voluntate Ducis arguit dominium Tenutae non spectare ad Communitatem, sed ad Ducem, & reijciuntur in hac decisione testes adducti pro parte Communitatis ad probandum actus possessorios.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Sermonetae* lib.4.cap.22.& lib.5.c.10. *tribuit Communitati eiusdem loci Ius pascendi.*

2 *Possessio tenutae, seu praedij probatur ex actibus possessoriis exercitis in pascendo animalia, cedendo ligna & similia &c.*

3 *Possessio probatur ex fructuum perceptione.*

4 *Possessio tenutae probatur ex actibus prohibitiuis, ne quis ligna cedat praeuia exactione poenae à contrauenientibus.*

5 *Testes Vassalli an probent pro Domino, haec qualitas suppletur ex alijs non Vassallis.*

6 *Possessio probatur ex editione, & promulgatione bannimentorum contra ligna incidentes, & fructus colligentes sine licentia iuncta etiam exactione poenarum, num.7.*

Ac carceratos habilitando sub cautione de se repraesentando, nu.9.

8 *Sententiam acceptasse dicitur, qui ab ea non appellauit.*

10 *Ignorantia sententiae allegari nequit, nam acta iudicialia faciunt rem notoriam.*

11 *Acta iudicialia contra Priores Communitatis facta afficiunt ipsam Communitatem in personis Priorum repraesentatam.*

12 *Sententia lata fauore possessoris, si ab Aduersario fuit paritum talis paritio inducit nedum scientiam & patientiam sententia lata, sed vltro importat agnitionem possessionis legitimae penes possessorem.*

13 *Possessio alicuius siluae probatur ex venditionibus lignorum factis ante motam litem.*

14 *Actus possessorij facti à Domino loci praesumuntur Iure familiaritatis ex beneuolentia subditorum erga suum Dominum.*

15 *Possessio Iure familiaritatis excluditur ex multiplicitate actuum.*

16 *Item ex coercitionibus contra turbantes possessionem.*

17 Buratt. decis. 312. numer. 2. *quo casu loquatur?*

18 *Actus possessorii ne referantur ad titulum familiaritatis sufficit qualibet dubietas, & suffragantur pro manutentione.*

19 *Exceptio dominii vti respiciens petitorium in summariissimo possessorio discutienda non est.*

20 *Vsus alicuius siluae competens Communitati pro pascuis animalium compatibilis est cum plenaria possessione Domini loci, quoad caetera omnia.*

21 *Statutum Sermonetae* lib.4.cap.22. *fuit à Populo conditum de voluntate Ducis, cuius voluntas, & authoritas efficit, vt ab ipso Duce conditum censeatur, num.23.*

22 *Statutum conditum à Communitate super vsu alicuius siluae cum authoritate Domini loci arguit siluam non ad Communitatem spectare, alias authoritas Domini non esset necessaria.*

24 *Licentiae non suffragantur si non probantur effectuatae.*

25 *Scientia, & patientia possessoris necessaria est, vt per actus contrarios ei praeiudicetur.*

26 *Possessio contra Communitatem ex quibus actibus acquisita dicatur à Domino loci?*

27 *Actus aequiuocus ne noceat possidenti sufficit, quod de eo possit dubitari.*

28 *Testes Communitatis tamquam eius membra si interuenerunt in mandato procurae dato à Communitate ad lites non merentur fidem.*

29 Te-

29 *Testes plures numero, & adminiculati in concursu præferuntur aliis in contrarium examinatis.*

DECISIO DCXXI.

SALVO Iure pascendi in tenuta Schiti competen. Communitati Sermonetæ, † ex statuto loci *lib.4.cap.22.& lib.5.c.10.* decreuit A.C. manutenēdum esse Excellentiss. D.Ducē Sermonetæ in possessione eiusdem Tenutæ, & hodie in gradu appellationis id ipsum respondit Rota particulari dubio desuper proposito.

Probauit enim D.Dux primo per 13. Testes, se ac Duces antecessores pascuis Tenutæ pro animalibus proprijs fuisse vsos, † & 2 ligna cuiuscumque generis ibidem incidi fecisse venationemque Palumborum vendidisse, ac alijs prohibuisse, circa quæ cum versentur fructus Tenutæ eiusdem possessores DD. Duces esse conuincitur, nō secus † ac ex 3 fructuum perceptione, *Intrigliol.decis.6.nu.7. Rot.decis.156.sub num.1.& 2.decis.498.nu.3.inter impress.apud Moder.Perusin. de manut.in alijs allegat.ab eodem Modern.obseruat.23.num.14.& seqq.* Eo magis quia signanter primus Testis deponit vlterius DD. Duces, prohibuisse aliis ne ligna incidant, & pœnas contra damna dātes exegisse, etiā à Sermonetanis, quod etiā deponit nonus Testis de visu, & certa scientia; Imò de facto pro primo cum esset Baroncellus Soræ, & contrauenientes mancipauerit carceribus, necnon 12. Testis *Summ. D.Ducis nu.5.* & ex actibus huiusmodi pro-4 bari † possessionem prohibentis, quia ad possessorem pertinet, tradit *Fontanell.de spol.lib.2. cap.12.sub num.174. Rot.decis.300.num.1.post secundum volum. Conf.Farin.decis.291. num.3.apud Coccin.* Nec obstat quod quatuor ex dd. Testibus sint subditi Ducis, quia quatenus opus sit hæc qualitas suppletur ex numero alio-5 rum nouem Testium, & infra dicendis alijs probationibus, *Alex.cons.5. num.7.lib.1.Cæsar. de Graff.decis.5.nu.8.& 9.de sponsal.Rot.dec.351. n.4.& 5.coram fa.me.Greg.XV.*

Secundò probauit plurima bannimenta 6 contra ligna incidentes, † & deferentes illuc animalia, illosque fructus colligentes sine licentia edidisse, quod est argumentum possessionis, *Buratt.decis.427.num.8. Rot.decis.215. numer.3. apud Modern.de manut.* aliosque refert idem *Modern. obseruat.38. num.1.* Iuncta præ-7 sertim exactione pœnarum † per plurimos annos probata *Summ. D.Ducis num.10.* quam magnifecit *Rota penes Buratt. decis.739. numer.2.*

Et hic ponderanda valdè est sententia cōtra ipsos met Priores Communitatis Sermonetę latę de anno 1633. ex quo possessionem D. Ducis turbare tentauerant, impediendo eius affictuarii, ne hac silua vterentur, *Summ.Ducis num.11.* quam iidem Prio-8 res successiuè acceptarunt, † tam non appellat, *Menoch præscript.94. num.5. lib.2.Mantic.decis.95.num.5.* cum alijs allegatis *in Amonitana Hæreditatis 11.Martii 1616.coram bo.me.Vbaldo Seniori,* quā supplicādo pro habilitatione, & emancipatione à carceribus in domo, sub cautione de se repræsentando, *dicto Summar. num.11.* per cuius habilitationis gratiam † à 9 Duce concessam clariùs elucet, quod ipse siluam possidebat, vt per *Giouagnon.cons.10in priue.lib.1.Mascard.de probal.conclus.947.nu.15. & 16.Buratt.decis.427.nu.4.* cum alijs allegatis *à Modern. Perusin. de manut.obseru.21.nu.3.& 9.* Neque Communitas allegare potest senten-10 tiæ ignorantiam, † cum acta iudicialia fecerint rem notoriam, *Dec.cons.756.n.3.vers.2. responderi Grammat.decis.76.n.1.vers.quod quando Rot.in Romana Spolij 21. Februarii 1603. coram Ortembergo, & in Marsicen.Iurisdictionis 17. Iunii 1647.coram me,* & afficiant † ipsam vni-11 uersitatem in personis Priorum repræsentatatam, vt fuit dictum *in Firmana Pecuniaria 4. Decembris 1651.§.fin.coram me,* & priùs *in decis.331.numer.23.apud Modern.Perusin.de manut.* Itaut ex sola acquiescētia, & paritione sententiæ satis sit pro Victoria contra Communitatem, quia nedum includit illius scientiam, 12 & patientiam, † sed vltrò importat agnitionem possessionis penès Ducem existentis *I cap. ex ore vers.pro hoc de his, quæ fiunt à maior, parte Capitul. Dec.cons.106.num.7.vers.vbi exhibens Rota in Treueren. Archidiaconatus 13. Iunii 1644.coram R.P.D.meo Cerro, & in Cracouien. Iuris Respondendi 28. Iunii 1651. §.neque in fine coram me.*

Tertiò D.Dux tàm per Testes, quàm per publicum Instrumentum docuit se vendidisse ligna siluæ, & prætium ab emptoribus exegisse, nec refert quod Instrumētum emanauerit de anno 1650. quia nondum hæc li-13 mota fuerat, ac Testes deponunt † de antecedentibus venditionibus, quæ possessionē probant *Menoch.de retin.remed.3. n.563.& seqq. Rot.post Moder.de manut.decis.20.nu.3. decis.322. num.1.*

Gratis verò dicitur tot actus possessorios supra recensitos præsumendum † esse Iure 14 familiaritatis, & ex beneuolentia Communitatis erga suum domicellum, per ea quæ tradunt allegati *à Moder.Lucano de grauam.Vassal.tom.1. grauam.27. num.13.& 14.& to.2.prælud.3. num.2.& seqq.* Tum quia id excludunt 15 multiplicitas † actuum *add.ad Gregor.XV. decis.572.num.8. Rot.apud Moder.de manut.dec.32. num.9.decis.419. numer.5.* & supra memoratæ 16 coarctiones † contra turbantes possessionem emanatæ etiam contra Priores Communitatis *Rip.in cap.cum Eccles.Sutrina numer.55. de Caus.possess.& propr. Menoch.præsumpt.3.num.1. Peu.decis.85.num.9. Rot.in Pamphilonen.Iuri. nominandi Vicarium 15.Maii 1644. §.quia hoc coram R.P.D.meo Peutingerio.* Tum etiam quia in contrarium allegati, *& Buratt.decis.312.n.3.* 17 Loquuntur in casu quo constaret rem super qua Baro actus possessorios exercuit esse in dominio Communitatis, quod vt infra dicam nullatenus constat in casu nostro, & 18 sufficit de hoc posse dubitari, † ne actus possessorij referantur ad titulum familiaritatis, timo-

timoris, vel beneuolentiæ, vtique pro manutentione suffragentur *add.ad Greg.XV.dicta decis.162.nu.15.in fin. Rot.Bonon.diuers.dec.138. num.58,& 59.Seraph.decis.323.nu.3.* & fuit dictum *in Maioren. Celebrationis Missarum 28.Iunij 1652. §.Verum coram me.*

Non inquam Communitas probauit, huius tenutæ ad se spectare dominium, cuius
19 exceptio † cum respiciat petitorium in hoc possessorio discutiendum non est *Bart.in l.naturali, §.nihil commune num.3.ff.acquir.poss.Natt.cons.419.nu.5.Menoch.de retinen.remed.3.nu.675. Rot.apud Modern.de manut.decis.41. num.2.* Imò nec probauit se hanc siluam possidere, nisi quoad vsum pascui singulorum Ciuium pro certo numero Beluarum præfinito à statutis initio allegati, qui vsus compatibilis est.
20 cum † possessione plenaria Ducis, quoad cœtera omnia *Rot.decis.382.sub num.1.vers.siquidem, & num.3.par.4.diuers.decis.632.numer.1. vers.ideò par.3.recen.* nihil suffragantibus actibus pro ea adductis. Nam Statutum *lib.4.*
21 *cap.22.* † Quod à Populo Sermonetæ conditum enunciatur in prohemio, *vbi visum est Populo &c.* Quia paulò infra apparet factum de voluntate Ducis, ibi, *Et hoc cum voluntate Magni Nostri Ducis,* tantum abest, quod probet Communitatis dominium, quod imò
22 illud excludit, † quia Ducis authoritate Populus non eguisset si silua ad Communitatem spectaret, *Bart.in l.omnes Populi num.26. vers.prædicta vera ff.Iust. & Iur. Surd.consil.65. num.2.* & in puncto *Buratt.decis.311. numer.5.*
23 & authoritas interposita † Ducis efficit, vt ab ipso conditum statutum censeatur *Roman.cons.98.num.1. Honded.cons.5. num 43.lib.2. Rot.decis.452.nu.10.par.1. diuers.decis.249.n.10. apud Pacif.de Salu.* Maximè cum aliud subsequens statutum *lib.9.cap.10.* prohibens Sermonetanis retentionem animalium in tenuta per tres vices emanauerit à solo Duce *Summ.Ducis num.18.* itaut consensus Populi adhabitus in primo statuto præsumatur ob interesse pascuorum Populo competentium.

Licentiæ à Communitate concessæ diuersis personis colligendi siluæ fructus, & incidendi arbores non fructiferas relat. *in Summ. Communitatis num. 7.* non merentur attendi.
24 Primò quia non † probantur effectuatæ, vt apparet *Rot.decis.165.nu.5.par.4.diuers.dec.667. num.15.apud Modern.de manut.* Secundò quia incipiunt ab anno 1622. & sic posteriores sunt actibus possessoriis Ducis, longe antea cæptis, & semper continuatis, quibus Communitas per supradictas licentias præiudicare non potuit absque Ducis scientia, & ac-
25 quiescientia ad id necessaria, † vt notant omnes *in cap.cum Eccles.Sutrina de causa possessionis & Proprietatis, Mantic.decis.4.num.9.Seraph.decis.1463.num.5.Buratt.decis.912.nu.6.Rot.diuers. dicta decis.165.nu.5.par.4.* omniumque licentiarum huiusmodi virtus euacuatur successiua sententia anni 1633. Plectente vt supra Priores Communitatis, qui possessionem Ducis turbare præsumpserant executioni demandata per concessionem Priorum, eorumdemque ex gratia habilitatione ipsis supplicantibus, & acquiescentibus quod sufficere-
26 ret † Domino ad acquirendam possessionem contra Communitatem dixit *Rot.apud Buratt. decis.312.nu.9.vbi add.Litt.A.* allegat concordantes.

Rescriptum bo.mem. Patriarchæ Alexandrini, *Summ.Communitati n.6.* fauet Duci, quia infligit pœnam ei, cuius animalia in silua fuerant depasta, & quatenus subdit, quod Orator circa damnum agat cum Prioribus intelligendum, est respectu interesse pascuorum Communitati in præcitatis statu-
27 tis competentium, † & sufficit de hoc posse dubitari, ne actus huiusmodi tanquam æquiuocus noceat Duci *Ciriac. contr.10.nu.61. Gonz.super reg.8.Canc.gloss.45.§.2.n.39.Gratian. discept.450.nu.41.*

Testes tandem pro Communitate formiter examinati, vno excepto, sunt eiusdem
28 membra, † & aliqui interuenerunt mandato Procuræ à Communitate dato ad hanc litem, vndè fidem non merentur *Rot.dec.204. num.9.decis.210.nu.1.& 7. post secundum volum. Concil.Farin.decis.312.num.3.apud Moder.de manut.* Præterea tertius, & quartus ex dd. Testibus relatis *Summ.Ducis num. 14.* & quintus *Summ.ibidem num.15.* deponit Duces fecisse incidere ligna siluæ, carcerari, qui ibi sine licentia animalia retinebant condemnasse, illic venantes, quodque si quis reperiretur lignorum incisor plecteretur à Duce, & in omnem euentum, quia Testes Ducis sunt,
29 num. longè plures, & adminiculantur bannimentis, & sententia superiùs recensitis præualent Aduersarijs, *Buratt.decis.43.numer.3.decis.323.num.13. Mantic.decis.317. num.3.& 14. Greg.XV.decis.100. num.3.* & in alijs allegatis *in Romana Census 28.Aprilis 1653. coram Reuerendiss.D.meo Decano.*

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. PRIMOGENITVRAE.

Mercurij 1. Iulij 1654.

ARGVMENTVM.

Primogenitura instituta à Testatore fauore proximioris consanguinei, an debita sit proximori in gradu, vel linea? & adductis pro vtraque parte contrarijs opinionibus firmatur in casu decisionis proximiorem esse intelligendum non respectu gradus, sed lineæ. Reliqua desume ex Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *In primogenituris vocatio proximoris intelligenda est non respectu gradus, sed lineæ, quia prædelecti censentur omnes descendentes à prædilecto.*

2 *Amplia idem procedere, quamuis Testator vocasset proximiorem sibi.*

3 *Præsertim quando Testator vocauit proximiorem sibi iuxtà iuris dispositionem, & sic non iuxtà for-*

formam intestata successionis, sed iuris primogenitura, Declara num. 9.

4 *Primogenitura ingressa vnam lineam, donec alquis ex ea extat, etiamsi sit remotior ad aliam non transit.*

5 *In primogenituris si Testator pralationem inter lineas seruari voluit nulla facta mentione gradus censetur solum sensisse de primogenitura lineali, itaut illa metienda sit à constitutis in linea quasi non sit in gradu, qui non est in linea, & gradus non attendatur, nisi inter pares in linea.*

6 *In primogenituris vocatio proximioris intelligenda est respectu gradus non linea, vbi ex aliquo verbo adiuncto, vel aliter constat de voluntate Testatoris.*

7 *Et voluntas Testatoris desumitur ex vocatione proximioris ipsi Testatori.*

8 *Testator quod respexerit ad proximitatem gradus, ex quibus resultet?*

10 *Instrumentum extractum è rogitibus publici Notarij, iuxta formam statuti Bononia de Instrumentis, & actis plenam meretur fidem.*

11 *Obseruantia dat robur etiam scripturis informibus.*

12 *Testator vocans in defectum omnium descendentium ex masculis, & deinde ex fœminis consanguineum, vel affinem proximiorem, tunc appellatione consanguinei comprehenditur etiam consanguineus ex fœmina.*

13 *Maxime quando Testator iniunxit onus assumendi arma, & familiam, quod applicari non potest, nisi cognatis cum agnati assumptione huiusmodi opus non habeant.*

14 *Substitutio concepta in casu deficientia omnium vocatorum cum omne tempus amplectantur compendiosa est.*

15 *Substitutio compendiosa continet etiam fideicommissariam, cuius vigore succedit secundus substitutus post aditam hæreditatem à primo.*

16 *Fideicommissum relictum fauore proximioris regulariter expirat in eo, qui talis est tempore purificata conditionis illudque agnouit.*

17 *Declara fideicommissum etiam proximioris esse successiuum de vno in alium, quoties Testator inter eos quoque voluit perpetuo conseruari agnationem.*

18 *Vel adsunt verba tractum successiuum habentia.*

19 *Agnationis ratio inter proximiores considerata à Testatore, ex quibus eliciatur, & numer. 20. & 21.*

22 *Verba* seruatis semper prælatione &c. *important tractum successiuum.*

23 *Inter verba numeri singularis, vel pluralis nullum adest discrimen, quando clara est voluntas Testatoris.*

DECISIO DCXXII.

VIVENTE Barbara, & successiuè Laura eius filia descendentibus à Camillo tertiogenito Alexandri fratris germani olim Cardinalis de Podijs ad Primogenituram ab eodem Cardinali institutam fauore proximioris consanguinei, an essent admittendæ dictæ fœminæ Testatori proximiores in gradu, an verò Ioannes Cellesius proximior in linea vti descendens à Semidea filia Victoriæ filiæ Christophori primogeniti ex dicto Alexandro Testatoris fratre, & primo loco tota eius descendentia masculina ad primogenituram vocati bis anceps fuit Rota discordibus hinc inde suffragijs sub die 15. Iunij 1650. & die 6. Martij 1651.

Sed secuta vtriusque familiæ colligantis mors substulit quæstionem proximioritatis, quam in primogenituris vocantibus
1 proximiorem † intelligendum esse non respectu gradus, sed lineæ, quia prædilecti censentur omnes Descendentes à prædilecto, tuentur latissimè *Fontanell. decis. 34. num. 4. & seqq. decis. 35. num. 20. & seqq. decis. 36. num. 12. & seqq. post Molin. de primogen. lib. 3. cap. 4. numer. 14. Mier. de maiorat. par. 2. quæst. 8. num. 1. Antonin. de Amato resol. 1. sub num. 89.* idemque procedere,
2 quamuis Testator † vocasset proximiorem sibi tradit *Vasq. de successionum progressu part. 1. lib. 3. §. 26. sub numer. 10. in fine, vers. et licet Gamma decis. Lusitan. 7. sub numer. 4. vers. iure igitur, & ibidem in addit. vers. sextus casus*, quem refert, & sequitur *Mieres dicta qu. 8. sub nu. 2,*
3 *vers. vbi ampliat*, præsertim quando, vt † in casu nostro Testator vocauit sibi proximiorem iuxtà iuris dispositionem, & sic non iuxtà formam intestatæ successionis, sed iuris primogenitalis, vt explicat *Amat. resol. 10. sub num 91.* quod disponit ne primogenitura
4 ingressa vnam † lineam, donec aliquis ex ea extat, etiamsi remotior transeat ad aliam, *cap. 1. de naturali successione feud. Tiraquell. de iur. primogenitura quæst. 10. sub num. 21. Cephal. consil. 656. numer. 43. & seqq. Carol. Tapia in proximis terminis decis. Ital. secunda num. 136. & num. 142.* Addebaturque magni momenti esse subsequentia verba primogenituræ ibi, *seruatis semper prælatione inter lineas, & sexus, & primogenitura, & integritate perpetua sua hæreditatis* cum enim testator prælationem inter lineas ser-
5 uari voluerit † nulla facta mentione gradus assequimur eum sensisse solum de primogenitura lineali, itaut illa metienda sit à constitutis in linea, quasi non sit in gradu qui non est in linea, & gradus non attendatur nisi inter pares in linea *Giurb. de success. feud. §. secundo glos. 10. sub num. 46. & ad consuet. Messan. cap. 12. glos. 3. par. 1. nu. 9. Cassanat. cons. 38. numer. 114.* facilius accedentibus vlterius dictionibus relatiuis ad antecedentes substitutiones masculorum non facientes transitum ad secundam lineam, nisi prius euacuata penitus priori.

E conuerso autem informantes pro fœminis asserebant etiam in primogenituris pro-
6 ximioritatem accipiendam esse respectu gradus non lineæ, vbi ex aliquo verbo adiuncto vel aliter constat de voluntate Testatoris, *Decian. cons. 98. sub num. 19. libr. 3. Guttier. pract. quæstion. lib. 5. quæst. 67. numer. 18. Mier. supra citat. quæst. 8. num. 1. Gam. dicta decis. 7 sub numer. 4. Rot. decis. 627. num. 5. par. 2. recentior.* eamque desumi ex.

mi ex vocatione proximioris † testatori tradit *Peregrin.conf.58.num.4.lib.4. & de fideicommissis artic.20.num.9.Bero.conf.163.num.67.in fine lib.2.Fusar.conf.13. num.21. Marta de success. legal.par.4.quaest.22.art.1.numer.28.Buratt.decis. 801.num.1.Rota inter recent.dicta decis.627.nu.6.* Maximè quia in defectum lineæ masculinæ
8 non fuerunt vocatę fœminæ anteriorum linearũ, sed magis proximę vltimo defuncto, ac tandem etiam lineis fœminarum deficiẽtibus vocatus proximior Testatori, (inde enim datur intelligi testatorem non prædilexisse fœminas, vel proximos antecedentiũ linearum, sed respexisse ad proximitatem gradus ergà se ipsum, vt ad propositum ponderauit, *Rota in Vrbeuetana fideicommissi 9. Februarij 1608.coram Orlembergo in Rauennaten. fideicommissi 26.Martij 1640. coram bon. memor. Cardinali Panzirolo, & in dicta dec.627.numer.6. vers. et tamen part. 2. recentior.* adeoquod subsequens relatio ad iuris dispositionem, &
9 prelatio † lineę, ac sexus intelligenda sit de dispositione iuris circa ordinem intestatę successionis ipsius Testatoris *Fusar. conf. 12. num.11.& seqq.conf.84. numero 1.& seqq. Paris. conf.83.num.10 lib.2.Ruin.conf.90.num.6. libr. 2. Rot.decis.635.sub nu.1.par.1.recent.* & sortiatur effectum inter concurrentes vnius, vel alterius lineę pares in gradu, cum alioquin repugnet, quod Testator vocauerit proximiorem sibi, & voluerit succedere remotiorem alterius lineę *Ramon. conf.100. sub numer. 489. num.497.in fine num.498.& 500.in fine.*

Quicquid igitur sit de prędictis cum nemo alius ex lineis vocatis superſit, quam Ioannes Cellesius primo vocati primogeniti descendens ad eius fauorem constare de primogenitura hodie decisum fuit. Constat namque de primogenitura ex publico Instrumento è rogitibus Buccamatij Notarij
10 rogato extracto † per Notarium Commissarium ad hoc deputatum à Correctore, & Consulibus Societatis Notariorum, cui vigore Statuti Bononię de Instrumentis, & actis *§.quibus Testamentis fol.138.lib.2.*plena fides est adhibenda *Penia dec.478.n.1.*accedente pręsertim eiusdem Instrumenti obseruantia per plures actos datos in *Summar.Cellesii n. 1. & seqq.* quę etiam scripturis informibus ro-
11 bur, & fidem prębet *Aymon.conf.101. num. 4. Penia dicta decis.478.num.7.cum alijs alleg.in Bonon.fideicommissi Barthol. de Bologninis 14. Maij 1644.§.quod intercesserit coram Reuerendiss. Episcopo Terracinen.& in Bononien.fideicommissi de Amorinis 18.Maij 1643.§.non obstant, & §. quia legalitas coram R.P.D.meo Meltio.*

Cumque post vocatos omnes ab Alexandro Testatoris fratre descendentes primum ex masculinis deinde ex fœminis ipsis defi-
12 cientibus vocetur consanguineus, † vel affinis testatori proximior dubitari non potest quin appellatione consanguinei, qui per fœminam vt Cellesius consanguineus est comprehendatur *Tiraquell.de retract.lignag.§.1.gloss. 9.num.4. & seqq.Fusar.de substit.quaest.364. nu.3. Mier.de maiorat.par.2.quaest.6.numer.299. & seqq. Rot.apud Duran.decis.115.num.2.decis.152. nu.1.* maximè quia consanguineo Testator iniun-
13 xit onus assumendi arma, † & familiam id quod applicari non potest, nisi cognatis, cum agnati assumptione huiusmodi opus non habeant, vt notat *Boer. decis. 146. numer.6.*

Quod autem proximior consanguineus substitututus vltimo ex lineis vocatis nedũ per vulgarem, sed per fideicommissariam
14 colligitur, ex quo substitutio † concepta est in casum deficientię omnium antea vocatorum ibi, *deficientibus autem omnibus &c.* quæ cum omne tempus deficientię amplectatur, & sic compendiosa sit *gloss.in l.vnic.§.vbi autẽ verb. deficiat C.de cadu.tollen.Cauall.dec.454. num.8. Buratt.dec.689.nu.1.cum alijs alleg. in Ariminen. Castrorum 14.Februarij 1642.§.eoque magis coram Castrorum 14.February 1542.§. eoque magis coram Reuerendiss.D.meo Decano,* continet etiam
15 fideicommissariam, † cuius vigore succedit secundus substitutus post aditam hęreditem à primo *Seccin in l. solemnis num.6. ff. de condit. & demonstr. Ruin.conf.132.num.5.libr.3. Menoch. conf.1017.num.15.& 16.Surd.conf.110. num.10. Casanatt.conf.4.num.105.& seq. Buratt.dicta decis.689.num.1.& 2.*

Gratisque dicitur vocationem proximioris expirasse in Barbara, quę fideicommissum agnouit cum regulariter fideicommis-
16 sum † relictum fauore proximioris expiret in eo, qui talis est tempore purificatę conditionis, & illud agnouit *l.cum ita §. in fideicommisso, ibique not.Cuman.num.4. l.Peto §.fratrem, ff.de legat.2.Seraphin.decis.812. num. 1. cum alijs relatis in Bononien. fideicommissi de Nascentorijs 13.Iunij 1640.coram Reuerendiss.D.Episcopo Terracinen.* nam pręter quod ex deductis in principio dubium adhuc remanet. An in concursu Barbara, vel Cellesius esset pręferendus cessat omnis difficultas, & fideicommissum
17 etiã † proximioris est successiuum dè vno in aliũ. Quoties Testator inter eos quoque voluit perpetuo conseruari agnationem *Ancar. consil.27.per tot.Aym.conf.161.sub n.9.Rolan.consil.10.num.31.lib.3.Mantic.de coniect.lib.6.tit.15. num.12.Rota decis.464.numer.20.coram san.mem. Greg.XV.decis.266.num.16.par.1.recentior. & in Tiburtina fideicommissi 25.Maij 1646. §.et licet,* vbi allegantur concordantes, *& 14. Ianuarij 1647.§.et quicquid coram bon.mem.Arguelles,* vel
18 adsunt verba † tractum successiuum habentia *Decian.conf.10.numer.49.libr.3. Menoch. conf.44.num.11.& conf.1555. num. 26. Fusar.de subst.quaest.382.num.56. Peregrin. decis. Patauina 111.num.3.Rot.decis.125.num.9.decis.266.nu.12. par.1.recent.& in Perusina fideicommissi de Pontanis 20.Aprilis 1646.§.1.coram R.P.D. meo Peutingero.*

Vtrumque verò applicatur casui nostro, nam ratio perpetuę conseruationis agnatio-
19 nis inter proximiores elicitur, † tum ex dictione relatiua ad antecedentes substitutiones hanc rationem in ventre continentes in hoc vltimo gradu substitutionis apposita ibi; *prout supra in alijs casibus ordinatum, & dispositum*

spositum extitit, & quem ordinem debere seruari in quocumque eius successore &c. quod in terminis ponderauit *Rot. in Placentina Bonorum 18. Martij proxime præteriti, §. in reliquis vers. dictio enim coram R. P. D. meo Zarate in supra citata Perusina fideicommissi de Pontanis §. penul. coram R. P. D.*
20 *meo Peutingerio*. Tum ex onere † imposito proximiori assumendi nomen, & insignia Testatoris, vt pariter in puncto aduertit, *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 5. num. 44. Mier. de maiorat. par. 2. qu. 2. num. 67. Menoch. præsumpt. 76. num. 32. lib. 4. Cabed. decis. Lusitan. 133. num. 4. p. 1. Seraph. decis. 1329. num. 3. Rot. in recent. decis. 266. nu. 16. par. 1. & in Bononien. fideicommissi de Blanchettis 12. Ianuarij 1632. coram bon. mem. Cardinali Hieronymo Verospio*. Tum ex prohibitio-
21 ne alienationis † inferius facta omnibus institutis, & substitutis, vt bona conseruentur in agnatione in puncto *Peregrin. decis. Patauina 111. sub nu. 2. vers. insuper Testator prohibuit Rota in Tiburtina fideicommissi 25. May 1646. vers. vnde non multum, & 14. Ianuarij 1647. & et quicquid sit coram bon. mem. Arguell.*

Verba item successiuum, ac perpetuum
22 temporis tractum habentia † leguntur oculariter ibi, *seruatis semper prælatione &c.* & infrà ibi, *integritate perpetua dictæ eius hæreditatis*, eumdemque tractum importat mentio linearum ibi, *inter lineas*, vt explicat, *Alex. cons. 50. sub num. 12. lib. 6. Decian. cons. 28. nu. 17. lib. 2. Rot. dec. 6. num. 21. & seqq. par. 5. recent. & in Bononien. fideicommissi de Guidottis 24. Ianuarij 1648. §. in hoc coram bon. mem. Arguelles, & prius in dicta Tiburtina fideicommissi 14. Ianuarij 1647. §. addebat coram eodem*.

Quibus positis nihil vrget, quod proximior vocatus sit in numero singulari nam his concurrentibus, quę claram voluntatem Testatoris pręseferunt nullum est discrimen inter verba numeri singularis, vel pluralis *Peregr. de fideicom. art. 19. num. 17. & decis. 1112 num. 2. post med, vers. final. Fusar. de subst. qu. 382. numer. 38. Berret. cons. 118. numer. 15. Riminal. iun. cons. 23. num. 62. Azeued. cons. 18. numer. 1. Rota in sapè citata Tiburtina fideicommissi 25. Maij 1646. §. et licet in fine*.

Et ità decisum vna tantum parte informante citatis tamen pluries D. Marchione Io: Baptista, & fratribus de Montecucolis Aduersarijs &c.

ASTORICEN. PAROCHIALIS.

Mercurii 1. Iuli 1654.

ARGVMENTVM.

Declaratoria danda est contra non parentem litteris Rotalibus etiam non seruatis solitis quattuor terminis, quando constat de positiua contradictione. Termini cum interuallo decem dierum pro singulis seruantur solum pro obtinenda aggrauatoria. Declaratoria euitari nequit ob defectum iurisdictionis, quando non est clarus, & palmaris.

SVMMARIVM.

1 *Intimatio litterarum Rotalium, illarumque spretus probatur per Testes, qui præsentes fuerunt intimationi.*
2 *Testes examinati sine partis citatione in materia difficilis probationis attenduntur, prout in hac materia Rota consueuit admittere etiam scripturas informes.*
3 *Intimatio litterarum Rotalium probatur ex relatione Notarii, officio executoris in partibus fungentis, cui plena adhibetur fides, non secus ac nuncio, siue publico executori.*
4 *Præsertim quando Testes fuerunt adhibiti tam intimationi, quam relationi.*
5 *Declaratoria decerni potest contra non parentem etiam non seruatis quattuor terminis ad docendū paruisse, qui necessarii non sunt, quando constat depositiua contrauentione, facilius quando constat fuisse seruatos, & n. 6.*
7 *Termini non sunt seruandi cum interuallo decem dierum pro singulis pro obtinenda declaratoria, sed tantum requiruntur pro obtinenda aggrauatoria.*
8 *Declaratoria datur etiā non productis litteris originalibus, si illæ ab Aduersario fuerunt subreptæ, & lacerata, in cuius odium habentur pro reproductis.*
9 *Commissio auocatoria obtenta postquam fuit attentatum in spretū inhibitionis Rotalis attentata non tollit.*
10 *Præsertim si præcedentia attentata non fuerunt in commissione narrata.*
11 *Item si commissio continet in ventre conditionem dummodo in Rota causa non sit instructa, quā non purificata nihil ponit inesse.*
12 *Nullitas ex defectu iurisdictionis ad euitandam reuocationem attentatorum opponi debet ante decretum reuocationis attentatorum.*
13 *Declaratoria vt euitetur ob defectum iurisdictionis ille debet esse clarus, & palmaris.*
14 *Contumax non debet sub prætextu nullitatis, vel iniustitiæ paritionem mandatorum Rotalium recusare, sed tenetur recurrere ad Rotam, vel signaturam pro declaratione.*
15 *Declaratoria de iure datur contra contumacem.*

DECISIO DCXXIII.

NOTARIO, qui litteras Rotales pro reuocatione attentatorum pręsentauit, & intimauit Michaeli Delgado, ille nedum se promptum parere non obtulit, sed eas-
1 dem litteras originales surripuit † lacerauit, & è fenestra proiecit, vt deponūt Testes, qui fuerunt præsentes, & quamuis examinati si-
2 ne partis citatione† solent attēdi in hac materia difficilis probationis, in qua Rota consueuit admittere etiam scripturas informes *Seraphin. decis. 1094. num. 2. Rot. diuers. dec. 160. n. 1. lib. 2. decis. 348. num. 3. in fin. inter impress. post cons. Farinac.*

Nec non refert Notarius ipse, cui cum eo
3 loci fungatur vice executoris † plena adhibetur fides tanquam de re ad eius officium

spectante, non secus ac nuncio, seu publico
executori *gloss. in cap. cum parati vers. suus nun-
cius de appellat. & in cap. prudentiam verbo per
certum nuncium de offic. delegat. Mandos. consil. 96.
num. 10. Put. dec. 187. lib. 3. in correct. Rot. dec. 426.
nu. 5. & 6. coram Greg. in Vercellen. Prioratus 25.
Febr. 1647. coram R. P. D. Peutingero, & in Cra-
couien. iuris respondendi 11. Decembris 1651. co-
ram me.*

4 Eo magis, quia tam intimationi, † quam
relationi Testes adhibuit, vt in terminis
ad effectum probandi impedimentum præ-
stitum in actu executionis dixit *Rot. dec. 319.
num. 3. & 4. inter impress. apud cons. Farinac. & in
Perusina beneficii 28. Iunii 1647. coram me.*

Hinc merito ad instantiam Francisci Ro-
mani decisum hodie fuit contra Delgadum
dandam esse declaratoriam, quæ sicuti de-
cerni posset, etiam non seruatis terminis ad
5 docendum se paruisse, † cum non sint neces-
sarij, quando constat de positiua contrauen-
tione *Vestr. in praxi lib. 2. cap. 5. versic. quod si ad
executionem Rot. dec. 654. num. 2. par. 3. recent. & in
Cracouien. Præpositura S. Floriani 12. Decembris
1650. §. final. coram me*, facilius conceden-
6 da venit † dictis terminis de stylo seruari so-
litis seruatis *Felin. in cap. ad probandum num. 6.
de sent. & re iud. Vestr. lib. 8. cap. vltimo numer. 19.
Rot. in recent. dec. 508. num. 1. par. 5. & in alijs alle-
gatis in Alexandrina pensionis 15. Ianuarij 1649.
coram R. P. D. Celso.*

Gratisque obiicitur terminos non fuisse
seruatos cum interuallo decem dierum pro
7 singulis † quia id solum fit in terminis pro
obtinenda aggrauatoria, vt tradit *Vestr. dicto
lib. 8. cap. vlt. num. 19. aliosque allegat Add. ad de-
cis. Buratti dec. 710. num 3.* Prout gratis etiam
excipitur de non productione litterarum
8 originalium, † quia cum fuerint vt supra ab
aduersario subreptæ, & laceratæ, & sic culpa
partis reproduci non possint habentur pro
reproductis in eius odium *Seraph. dicta decis.
1094. numero 3. ex text. in cap. quoniam frequenter
§. porro vbi gloss. in verbo impedit vt lit. non con-
test. Zabarell. in Clem. causam qu. 13. de elect. Cre-
scent. dec. 18. num. 2. de sent. & re iudicat. Rot. inter
impress. apud Farinac. dec. 348. n. 3.*

Nil releuat nullitas Decreti Rotalis ex
defectu iurisdictionis quippe quod per Si-
gnaturã Iustitiæ causa fuerit auocata à Ro-
ta, & remissa ad Partes, nam animaduerten-
dum est. Primo, quod commissio auoca-
9 toria † cum emanauerit postquam in spretũ
inhibitionis Rotalis attẽtatum fuerat atten-
tata non sustulit, vt fuit decisum *in Craco-
uien. Præpositura S. Floriani 27. Maij 1650. §. pe-
nult. coram me facit decis. Pen. 425. num. 3. & 9. &
inter recent. par. 1. dec. 235. n. 3.* Eo minus, quia
10 Signaturæ præcedentia attentata † narrata
non fuerunt, vt in proximis terminis pon-
derauit *Rot. in Colonien. Cameraria 9. Martij
prox. præt. §. nec releuat coram me.*

Secundo quod commissio habet in ventre
conditionem dummodo in Rota causa non
11 esset instructa, qua proinde † conditione
non purificata nihil ponebat in esse, *l. si quis
sub conditione ff. si quis omissa caus. Testamen. Ga-
briel cons. 188. num. 6. lib. 1. Surd. cons. 238. num. 7.
dec. 209. num. 1.* Cumque ante decretum Ro-
12 tale reuocationis attentatorum, † non fue-
rit de ea oppositũ imputare sibi debet Ad-
uersarius propriam negligentiam, vt in pun-
cto reuocationis attentatorũ respondit *Rot.
in Rheginen. attentatorum 12. Decembris 1653.
§. Vnde coram me.*

Et sufficit defectum iurisdictionis nõ esse
13 vndique clarum, & palmarem † ne sub eius
prætextu euitari possit declaratoria ob non
paritionem. Immo contemptam lacceratio-
nem, & proiectionem litterarum Rotalium,
quibus debuit Delgadus præstare omnimo-
14 dam reuerentiam, & obedientiam, † & po-
stea recurrere ad Rotam, vel Signaturam
pro declaratione asser. nullitatis ne alioquin
aperiretur via spernendi claues Apostolicas
sub mendicatis titulis nullitatis, vel iniusti-
tiæ *Rot. dec. 416. num. 4. inter impress. apud Mo-
dern. Perusin. de Manut. & in Monopolitana iuris-
dictionis prima Iulij 1649. coram me*, prout no-
uissimè recurrit obtinendo committi mihi,
vt valeam cognoscere de dicti Decreti nul-
litate, vel iniustitia, quod suo loco cognosce-
tur, non retardata interim declaratoria, quã
vltima commissio non prohibet, quin ad-
mittat cum contineat clausulam, *prout, de
15 iure*, & de iure † contumaces sint declaran-
di, vt resipiscant.

Et ita decisum vtraque parte informante.

INTERAMNEN. FIDEICOMMISSI.

Mercurij 1. Iulij 1654.

Argumentum patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis suffragatur pro manuten-
tione obtinenda si tempore apprehensionis vacua
erat.*
2 *Possessio probatur ex mandato de manutenendo ad
fauorem possessoris obtento.*
3 *Possessor in actu executionis est omnino citandus,
etiamsi illum possidere ignoretur, & n. 5.*
4 *Possessori nullum infertur praiudicium quoad eius
anteriorem possessionem, dum non habet se pro
spoliato.*

DECISIO DCXXIV.

CONCESSVM alias fuit Iosepho Rosa-
1 to mandatum de manutenẽdo in pos-
sessione bonorum hæreditariorum Andriæ
in concursu RR. PP. Carmelitarum Discal-
ceatorum Sancti Valentini, cũ quibus pen-
dente lite, fuit ad instantiam Monialium
Sancti Nicandri vigore mandati executiui
contra bona bona hæreditaria Andriæ ob-
tẽti pro fructibus cuiusdam census impositi
super prædio Galletti facta executio super
eodem prædio nunquam tamen citato dicto
Rosato, cui propterea in gradu appellationis
cum facultate manutenendi quem de iure

per

per Signaturam commissæ Domini hodie censuerunt etiam aduersus Moniales præfatas, manutentionem esse dandam in possessionem ipsius prædij Galletti.

Non enim dubitatur quin illud fuerit ab Andria vsque ad mortem possessum, & inter cœtera bona hæreditaria occupatum à Rosato, id constat ex publico Instrumento ap-
1 prehensionis possessionis, † quod probat possessionem manutenibilem dum de eo tempore vacua erat, *l. prædia vbi notant omnes ff. acq. poss. Put. decis. 654. nu. 4. lib. 1. Cæsar. de Graff. decis. 5. num. 2. de caus. poss. & propr. Rot. coram s. m. Greg. XV. decis. 171. num. 1. & in Tridentina Scolastriæ 30. Martij 1648. coram Eminentissimo D. Cardinali Otthobono*, iuncto præsertim man-
2 dato de manutenendo vt supra † reportato contra RR. PP. Carmelitas, quod possessione probat *Mant. decis. 252. num. 2. Canal. dec. 217. num. 2. decis. 515. num. 1. & fuit dictum in Reginen. manutentionis 22. May proximè præteriti coram me*.
3 Vnde sequitur quod citari debuerit † à Monialibus S. Nicandri antequam super hoc prædio fieret executio, & alioquin eius anteriori possessioni nullum præiudicium fue-
4 rit illatum † dum de cœtero se prospoliato non habuit, *ex allegatis in Hiracen. Parochialis 24. Ianuarij 1653. coram R. P. D. meo Zarate in Alerien. Vicariæ 24. Aprilis anni currentis coram*
5 *me*, etiamsi † illum possidere Moniales ignorassent *Rot. decis. 284. num. 17. par. 5. recent. & in Callien. Prioratus 5. Iulij 1649. in Melcuitana Commenda 15. Iunij 1650. coram me*.

Et ità decisum vna tantum parte Informante Monialibus tamen Aduersarijs decies citatis.

BONONIEN. SVCCESSIONIS DE ZANIS.

Merc. 9. Decembris 1654.

ARGVMENTVM.

Religiosus Societatis Iesu post emissam professionem potest ex causis à Generali approbatis è Religione egredi. Votum redeundi ad Religionem an liget, nisi fuerit à superiore acceptatum? Statutũ Bononiæ exclusiuum fœminarum cum dirigat verba ad tempus delatæ successionis non comprehendit Monialem, si tempore monachatus hæreditas est delata ex defectu tàm potestatis quàm voluntatis statuentium, & plura ad materiã facientia benè in decisione ponderantur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Bononiæ exclusiuum fœminarum propter masculos* sub Rubric. de success. ascend. & Collater. §. dd. verò fratres *locum habet etiã in masculis legitimatis*.
2 *Religiosus Societatis Iesu quamuis emiserit tria simplicia vota iuxta Constitutiones Societatis, nihilominus, est capax successionis tàm ex testamento, quam ab intestato ad nutum Superioris*.
3 *Renunciatio facta ab ingresso in Religionem Societatis Iesu cum pacto resolutiuo in casu egressus, sequuto egressu euanescit*.
4 *Religiosus professus in Religione Societatis Iesu ab ea egredi nequit non concurrentibus causis adhunc effectum requisitis, alias non liberatur à nexu Religionis*.
5 *Egressus è Religione ex quibus simulatus arguatur?*
6 *Exire è Religione non dicitur, qui exit animo redeundi*.
7 *Egressus è Religione Societatis Iesu iustæ, & legitimæ causæ probantur ex assertione Patris Generalis*.
8 *Assertioni P. Generalis Societatis Iesu iuxta suas facultates statur circa legitimas causas egressus ex ea ibid.*
9 *Votum redeundi ad Religionem non probatur scripturis informibus præcipue quando cõcurrunt Testes in contrarium ac factum perseuerantiæ in sæculo*.
10 *Reo sufficit dubias reddere probationes actoris*.
11 *Votum redeundi ad Religionem nõ releuat nisi fuerit à superiore acceptatum, alias enim non obligat ad redeundum, & redditur ratio*.
12 *Distinctio inter votum Religionis in vniuersum, & alicuius Religionis determinatæ refertur*.
13 *De verò egressu è Religione tàm de Iure quam de facto constare debet, quamuis ad purificandam conditionem pacti resolutiui solum factũ sufficiat*.
14 *Amplia quamuis modico tempore durasset*.
15 *Soror vti proximior præfertur patruo in successione fratris ab intestato defuncti*.
16 *Statutum laicorum vt afficiat personas Ecclesiasticas non sufficit quod sit honestum, & emanauerit ad publicã vtilitatem cum semper sufficiat voluntas, & potestas statuentium in Ecclesiasticos, & num. 17.*
Statutum exclusiuum fœminarum dicitur fauorabile ibid. num. 16.
18 *Hæreditas stante statuto exclusiuo fœminarum non defertur Iure comuni, sed Iure municipali, quod intellige quoad personas laicas, quas statuentes excludere possunt, & num. 19.*
20 *Iura Ciuilia ligant Clericos vbi Ius Canonicum non disponit, quod procedit ab expressa Papæ approbatione*.
21 *Quæ quidem approbatio non porrigitur ad leges postea latas, & multo minus ad statuta, & refertur distinctio Hostiens inter Ius Ciuile Romanorum, & Statuta*.
22 *Statutum laicorum exclusiuum fœminarum dicitur iniecisse mulieri vinculũ exclusionis ante ingressum in Monasterium, quod per ingressum non dissoluitur, Declara vt num. 24.*
23 *Statutum præferens primogenitum secundogenito locum habet etiamsi secundogenitus postea Clericus efficiatur*.
24 *Declara conclusionem num. 22. procedere si ante ingressum hæreditas deferatur, secus verò si statuti verba diriguntur ad tempus delatæ successionis, tunc enim nullum antea vinculum iniectum dicitur, & redditur ratio num. 26.*
25 *Statutum Bononiense exclusiuum fœminarum verba dirigit in tempus delatæ successionis, ibi*, si quis intestatus decesserit.
27 *Sorori ad successionem hæreditatis fratris viuentis nullum Ius competit nec re, nec spe probabili*.

28 *Differentia inter Ius successionis, & Ius primogenituræ.*
Ius primogenituræ à die natiuitatis dicitur spe quæsitum etiam in vita patris, quia pater aliter disponere non potest ibid.
29 *Ius primogenituræ est transmissibile.*
30 *Potentia seu habilitas personæ succedere volentis non debet attendi, & metiri à tempore antecedenti, sed dumtaxat delatæ successionis.*
31 Bursatt.consil.93. num.39. *aliique allegati loquuntur in terminis statuti excludentis simpliciter fœminas propter masculos absque verbis in tempus mortis directis.*
32 *Monialis non comprehenditur sub statuto laicorum exclusiuo fœminarum verba dirigente in tempus delatæ successionis ex defectu potestatis si tempore delatæ successionis talis est.*
33 *Distinctio* scilicet in Authentica Cassa de Sacrosanct. Eccles. *inter ingressum ante vel post delatam hæreditatem refertur.*
34 *Vinculum statuti ab initio iniectum, si esset attendendum semper Clerici subijcerentur statutis laicalibus, quia ab initio laici nascuntur.*
35 Cephal.consil.95.num.14.& seqq.lib.2.declarat Dec.Soccin. *& alios contrarium sentientes intelligi non posse de statuto quod suum effectum confert tempore delatæ successionis, & reddit rationem.*
36 *Nec est sibi contrarius* consil.146. num.26. *quia loquitur de statuto excludente simpliciter fœminas propter masculos, prout nec etiam* Mart.de Iurisd.par.4.cas.5.num.1.
37 *Et hanc esse comunem opinionem dicit* Sperell. decis.11.num.29. *quam etiam fauore monialis amplexa est Rota Romana, & hoc defectu voluntatis, & potestatis statuentium, vbi reijcitur contraria opinio num.* 38.
39 *Et iste defectus voluntatis, & potestatis statuentiũ militat tàm in successione passiua, quam actiua Clerici.*
40 Decis.Anton.Augustin.impress.inter decis. Put.99. lib.3. *in antiquis mendosa est.*
41 Decis. in causa Ciuitatis Castelli legitimæ, 13. Martij 1604. coram Lancellotto *quo casu loquatur?*
42 Decis.63.Gregor. *quo casu loquatur?*
43 Decis.29.apud Modern. de Iure Abbat. *firmat, Monialium exclusionem non posse in sententia Rotæ fundari.*
44 *Contra statutum Bononiæ obijci nequit defectus voluntatis statuentium dùm in verbis loquitur de ingressis Religionem, nec minùs potestatis, dùm amplissimis munitur confirmationibus Apostolicis.*
45 *Iulius II. in confirmatione statutorum Bononiæ adiecit clausulam* Dummodo contra Ecclesiasticam libertatem non tendant.
46 *Statutum Bononiæ exclusiuum fœminarum si Moniales excluderet à successione sibi à Iure communi competen. tenderet contra libertatem Ecclesiæ.*
47 *Item potestatem exerceret in personam Monialis de tempore quo monialis est.*
48 *Statutum exclusiuum fœminarum nullum inferre dicitur præiudicium Ecclesiæ eo quod fœmina nisi Monialis esset, adhuc ab hæreditate vigore statuti excluderetur, Declara vt num.*49.
50 *Statutum exclusiuum in capite exclusiuo lædit Ecclesiam, in casu verò inclusiuo masculorum quod etiam personis Ecclesiasticis fauet, vtile est.*
51 Decis.138.num.59.& seqq.par.4.tom.2.rec. *quo casu loquatur?*
52 *Declaratio Gregor.XIII.quod à statuto exclusiuo deleatur clausula* sine præiudicio locorum piorum *cum emanauerit super statuto Perusino non se extendit quoad statuta Bononiensium.*
53 *Præsertim quando in confirmatione statuti adest clausula* Dummodo contra libertatem Ecclesiæ non tendant.
54 *Iniuria nemini fit, vtendo facultate à Iure communi concessa.*
55 *Pro Ecclesiastica immunitate in dubio pronunciandum.*
56 *Laici ad euitandum præiudicium quod ipsis fit ob non comprehensionem Monialium sub statuto exclusiuo fœminarum possunt ab ingressuris reportare renunciationem futuris successionibus.*
57 *Statutum exclusiuum fœminarum locum habet tãtum ab intestato nec aufert matri, & patri facultatem ad libitum testandi.*

DECISIO DCXXV.

CENSVERAT Rota sub die 17. Maij 1641. immissionem in possessionẽ bonorum hæreditariorum Comitis Angeli de Zanis non esse dandam Fabroniæ, siue Monasterio Monialium Sanctissimæ Trinitatis, in quo professa erat, sed Carolo defuncti nepoti, licet illa tanquam Soror Germana proximior esset defuncto, & Carolus ingressurus Religionem Societatis IESV quibuscunque hæreditatibus renunciasset, & in eadem Societate tria vota, quæ simplicia vocant emisisset, quia concursum Sororis tollit statutũ Bononiæ exclusiuum fœminarum propter
1 masculos † sub *rubr.de success. ascenden. & Collater. §.d. verò Fratres*, quod fauet etiam masculis legitimatis qualis erat Carolus; emissio autem trium votorum simplicium iuxta
2 Constitutiones Societatis Iesu † non resistit acquisitioni tam ex testamento, quam ab intestato ad nutum Superioris, eo minus postquam Carolus cum licentia Patris Generalis fuerat è Religione egressus; Vnde etiam euanuit ipsa renunciatio cum esset concepta sub
3 expresso pacto resolutiuo † in casu egressus è Religione, vt latius hæc omnia comprobantur in decisione ædita coram me dicta die, & anno 1641.

Quam partes approbarunt mediante transactione paulò post inita, & ferè hactenus obseruata, cuius effectus extinctiuus litis cũ fuerit nuper euacuatus speciali rescripto Sanctissimi D. Nostri emisso in plena Signatura Gratiæ, Monasterium præfatarum Monialium, vna cum Co. Carolo Antonio Zano primam litem, etiam vigore nouæ comissionis prosequendo, duo vt à decisis recederetur, obiecit, nempè pactum resolutiuum supramemoratæ renunciationis non fuisse purificatum per egressum Caroli è Societate Iesu, & Moniales non subiacere statuto exclu-
siuo

suo fœminarum propter masculos.

Primum obiectum eduxit negando egressum Caroli fuisse licitum, quia nulla cõcur-
4 rebat† ex causis adhunc effectum requisitis, & enumeratis à *Castropal.oper.moral. tom.3. disput.4.punct.20.num.7.& seqq. qui num. 9.* subdit aliter dimissum non liberari à nexu Religionis *Sanchez. ad precept.decal.lib.6.cap.9.num.66. Suarez.de Relig.tom.4.lib.3.cap.9.num.11.& seqq.* necnon asserendo Carolum tẽpore egressus vouisse coram Patre Prouinciali reditum ad Religionem statim ac negotia quædam tem-
5 poralia, ob quæ egrediebatur† compleuisset, & sic egressum fuisse simulatum sub colorato prætextu vtilitatis, neque exinde purificatam conditionem adiectam pacto resolutiuo
6 renunciationis, quia non dicitur exire, † qui exit animo redeundi *l. quid sit fugitiuus ff. de edilit.edict. Bald. in l.1.nu.27.C.de ser.fugit.Gonz. super reg.8.Cancell.gloss.43.num.5.& seqq.Rot.coram san.memor.Gregor.XV. decis.70. num.5.*

Verum informantes pro Collegio respondebant de iustis causis egressus constare ex
7 assertione Patris Generalis,†cui iuxtà suas fa-
8 cultates† adhibenda est fides, *Sanch. dict. lib.6. cap.9.num.62.& seqq.Suar.de Relig.d.lib.3.cap.9. num.15.in princ.Castrop.d.punct.20.num.8.* asser-
9 tum autem votum redeundi † non probari scripturis informibus in id productis,eo minus pugnantibus hinc inde testibus, & concurrente contrario facto decennalis perseuerantiæ Caroli in seculo, in quo obijt,declarato sæpissimè animo ducendi vxorẽ, adeoquè fidentis de susceptione liberorum,vt ex se nascituros in vltimis tabulis morti proxi-
10 mus hæredes instituerit,satisque est† dubias reddere probationes actoris ne suffragentur *cap.in præsentia de probat. Castr.in l.penult.§.docere num.45.ff. ne quis eum Dec.cons.37. sub num.9.* cum alijs allegatis in *Asten. Coadiutoriæ 21.Iunij 1652. coram R.P.D.meo Celso.*

Nec idem votum (esto quod probaretur)
11 releuaret nisi cognitum, † & acceptatum fuerit à Superiore sufficienti adhoc potestate suffulto; nam alioquin non obligaret ad redeundum; quippe obligatio, quam inter Religionem, & Religiosum vota simplicia pepererant non suspensa, sed omnino sublata semel ex vtriusque libero consensu reuiuiscere præcisè, & arctare ad ingressum non potuit, nisi vtroque iterum consentiente, vt: distinguendo inter votum Religionis in vni-
12 uersum, & alicuius Religionis determinatę probant *Diuus Thomas in 2. 2. quæst.189. art.3. in responsione ad 2.& ibidem Caietanus vers.adhoc dicitur, Azor. Inst. moral. par.1. lib.11.cap.23. quæst.5.Castrop.oper.moral.tom.3.tract.16.disput. 1 punct.3. num.10. & seqq.Sanch. in precept.Decal. lib.4.cap.15. num.28.*

Vt propterea fateri semper oporteat constare de verò egressu tàm de iure,quàm de
13 facto † licet ad purificandam conditionem pacti resolutiui solum factum sufficeret, *l. mentus ff.de cond.& demonstr.l.filius familias §. cũ quis rogatus ff.leg.1.Castren.in l.si marito §.1.n.2. ff.solut.matr.Rot.in Romana fideicommissi de Sori-*

eijs 22.Maij 1643. coram Reuerendiss. D.Episcopo
14 *Salamantino*, quamuis † modico tempore durasset, *l. si quis hæredum Cod. instit. & substit. Rot.coram san.mem.Gregor.XV.decis.5.numer.10.* alijque relati ab *Altograd.cons.54.num.100.consil.60.nu.1.& 4. lib.1.* & in puncto *Moder. Placentinus,e Societate Iesu in Manul. Regular.tract.2. cap.9.num.62.quæst.30. & num.63.*

Replicabant informantes pro Monasterio scripturas ad probandum votum productas esse in forma probanti, coadiuuari ex quo Carolus viuens curauit absolutionem à voto regrediendi ad Religionem animo post absolutionem ducendi vxorem, idemque probari posse coniecturis, neque testes esse discordes.

His, & alijs diligenter ponderatis concordia non fuerunt super hoc obiecto suffragia Dominorum,& ex solo secundo capite pro-
15 ximioritatis gradus præferente sororẽ † patruo in successione intestata fratris *l. consanguinitatis Cod.legit.hæred.§.si igitur defunctus il 2. Auth.de hæred.ab intest.* recessum fuit à decisis, non suffragante statuto exclusiuo fœminarum in præiudicium Monialium, & Monasterij, etiam si longe post illud conditum Fabronia Soror Monasticam professionem emiserit,vt enim statutum laicorum afficiat
16 personas Ecclesiasticas † emanasse ad publicam vtilitatem, & honestum, ac fauorabile esse quale censeri statutum exclusiuum dixit *Rota in Spoletana successionis 19. Iunij 1651. co-*
17 *ram R.P.D. meo Celso*, non sufficiat † cũ semper deficiat potestas, imò, & voluntas statuentium in Ecclesiasticos copulatiuè necessaria, *Dec. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num.186. & 187.de const.Garz.de vlt.fin.numer.159. in fin. vers.nec obstat ratio.Surd.cons.301.nu.18. Ambrosin. de immunit.Eccl.cap.121.num.13.& seqq. vsque ad 29.* & proinde nec dici potest sublatũ à statuto ius commune quoad successionẽ,
18 ità vt hæreditas † non deferatur amplius iure communi, sed municipali,vt ratiocinatur *Castr.cons.304.col.penul. lib.1.* quia hoc nõ mi-
19 litat nisi quoad personas laicas, † quas statuentes voluerunt, & potuerunt excludere, vt in specie respondet *Albertus Bun. super statut.extan.masc.art.6.num.47.* quodque dicit,iu-
20 ra ciuilia ligare Clericos, † vbi ius Canonicum aliter non disponit procedit ab expressa approbatione Papę relata in *cap.1.de iuram. calum.in cap.1.de oper.nou.nunc.cap. vt inquisitio-*
21 *nis de hæret. in 6.* quæ non porrigitur † ad leges postea latas, & multo minus ad statuta, vt distinguendo inter ius ciuile Romanorũ, & statuta tradit *Hostiensis in cap.fin. num.11. de solut.* quem sequitur *Rebuff.inConst.Reg.tom.1. in proem.gloss.1.nu.62.& 72.Cott.in memor.verb. Clerici ligantur vers.sed ità deberent;* vbi ait hoc esse illustre dictum *Surd.d.cons.300.numer.51. Vasq.de success.tom.1.lib.3.§.26.num.71.*

Prout neque releuat quod mulier ante ingressum in Monasterium fuerit subiecta po-
22 testati statuentium, † & propterea ex tunc statutum iniecerit vinculũ exclusionis,quod per ingressum in Religionem non dissoluitur

ob quàm rationem habemus in simili quod
statutum præferens primogenitum secundo-
23 genito † locum habet etiam si secundoge-
nitus postea Clericus efficiatur, *Abb. in cap. quod Clericis num. 39. & 40. de for. compet. Azzor. inst. moral. par. 1. lib. 5. cap. 13. quæst. 8. vers. item solet, alijque relati à Carol. de Graff. de effect. Cleric. effect. 2. num. 122. num. 123. & num. 169. cũ 2. seqq.*

Nam obiectum vrgeret si ante ingressum
24 fuisset hæreditas delata, † alias si statuti ver-
ba diriguntur in tempus delatæ successionis,
nullum antea fuisse vinculum iniectum col-
ligitur, tùm ex verbis in illud tempus colla-
tis, qualia esse verba initio statuti Bononi-
25 ensis apposita, † ibi, *si quis intestatus decesse-
rit, &c.* notant infra allegandi, tùm ex eo
26 quod antea efformata non erat, † aut appli-
cabilis exclusio, cum ad successionem Fra-
27 tris viuentis Sorori † nullum ius compete-
ret nec re, nec spe probabili, *Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres num. 3. & 4. ff. de verb. oblig. Rip. in l. 1. num. 25. Cod. pact. Bertazz. consil. ciuil. 57. n. 4. & seqq. Cephal. cons. 526. num. 71. & seqq.* & in
28 hoc differt ius successionis † à iure primo-
genituræ, quod ex die natiuitatis, etiam in
vita Patris, quia à Patre aliter disponi non
potest, dicitur saltem spe quæsitum *Mandell. cons. 523. sub num. 19. Tiraquell. de iure primogeni-*
29 *tura quæst. 43. num. 14.* ac † transmissibile *Molin. de primogen. lib. 3. cap. 6. nu. 36. & 37. Gratian. discept. 456. num. 80. & 81. Ciriac. contr. 23. nu. 34. Giurb. de success. feud. cap. 118. §. 2. gloss. 6. num. 27. Matth. ad leg. Hispan. lib. 5. tit. 7. gloss. 5. num. 6. Rot. in Ariminen. secundogen. 18. Maij proximi preteriti §. non attento coram me.* Tùm tertio quia re-
gulare est quod potentiam, seu habilitatem
30 in persona succedere volentis † non meti-
mur à tempore antecedenti, sed dumtaxat
delatæ successionis, *Bald. in l. 2. Cod. iur. emphit. Menoch. cons. 220. nu. 127. Peregr. cons. 33. sub n. 22. lib. 2. Valenz. cons. 83. num. 31.*

Adeò quod quicquid sit in terminis pri-
mogenituræ, vel statuti excludentis simpli-
citer fœminas propter masculos, absq; ver-
bis in tempus mortis directis, in quibus ter-
minis loquuntur plerique contrariæ opinio-
31 nis sectatores, † & signanter *Bursatt. consil. 93. num. 39. Cancer. var. resol. tom. 3. cap. 11. num. 197.* alijque relati à *Modern. Pedem. disquisit. Cler. p. 1. tit. de exempt. Cleric. à stat. §. 5. num. 23. & Modern. Neapolit. de Immunit. Eccles. cap. 8. dub. 11. sect. 4. num. 5. Carol. de Graff. supracit. effec. 2. numer. 122. in fin. & num. 269.* Cessat prorsus ratio vincu-
li iniecti ante monacatum in terminis statu-
32 ti in tempus delatæ hæreditatis concepti, † &
per consequens ex defectu potestatis laicalis
non excluditur, quæ tempore mortis, ac de-
latæ successionis Monialis est, vt originaliter
tradit in puncto *Salic. in Auth. Cassa 14. Cod. Sacrosanct. Eccles. Ruin. cons. 200. num. 8. & 9. lib. 2. Roland. cons. 57. num. 29.* vbi benè distinguit inter
33 ingressam Monasterium ante, † vel post de-
latam hæreditatem, & subdit quod si atten-
34 denda esset precedens iniectio vinculi, † sem-
per Clerici subijcerentur statutis laicalibus,
quia laici nati fuerant *lib. 2. Cephal. consil. 95.*
35 *num. 14. & seqq.* vbi respondendo † contrarijs
ait *Soccinum*, *Decium*, & alios intelligi nõ
posse de statuto, quod suum effectum cõfert
in tempus successionis delatæ, quia cum il-
lud anteà, nec fœminam excludat, nec ma-
sculum includat dici nequit iniecisse vincu-
lum exclusionis, neque sibi contrariatur in
36 *cons. 146. num. 26.* quia ibi loquitur de statuto
excludente simpliciter fœminas propter ma-
sculos, sic etiam *Mart. de iurisd. par. 4. cas. 5. n. 1.*
qui sibi contrarius non est, *in cons. 118. nu. 15.*
quia eo casu statutum simpliciter exclude-
bat, *Surd. decis. 20. num. 8. Speroll. decis. 11. nu. 20. & seqq.* vbi latè comprobat, & hanc com-
37 munem, & magis veram opinionem † ait,
eamdemque opinionẽ fauore Monialis am-
plexa fuit, *Rota in Spoletana Bonorum 13. Aprilis 1646. §. visa fuit*, vbi signanter pondera-
tur defectus potestatis, & voluntatis statuen-
38 tium, † & dicitur hæc opinio verior atque
tenenda quicquid alij senserint, quorum ra-
tiones verè non subsistunt, *coram Eminentissimo Domino Cardinali Corrado in Tudertina Successionis 29. Maij 1652. per tot. coram R. P. D. meo Meltio*, & fauore Clerici, *in Rauennaten. hæreditatis 5. Iunij 1648. coram Eminentissimo Domino Cardinali Otthobono in Bononien. Hæreditatis 28. Iunij 1652. coram me, & in eadem 30. Maij 1653. coram eodem Domino meo Meltio*, vbi, & si aga-
tur de successione passiua Clerici, idem mi-
39 litat † ibi ponderatus potestatis, ac volun-
tatis defectus in successione actiua ex allega-
tis per *add. ad Surd. d. decis. 20. nu. 4. Mart. cõs. 118. sub num. 16. vers. quia maius.*

Neque contrarium aliquando sensit Ro-
ta, nam *decisionem Antonij Augustini impressam*
40 *inter decis. Putei decis. 99. lib. 3. in antiq.* † men-
dosam esse, & in nouiter impressis exempla-
tis, ex ipso originali manu Putei conscripto
non reperiri monemur *in Montisfalisci Fideicommissi 16. Decembris 1619. coram clar. memor. Coccino Decano relata à Moderno post tract. de iur. Abbatissar. decis. 29. sub n. 5. vers. attamen, Decis. 1. Bisign. de consuetud.* ait quod per tres sententias
conclusum fuerat contra fœminam, quæ
nusquam fuit Monialis vocata aut nomina-
ta, & quod postea de hoc fuit in Cancellaria
quæstio, quam non dicit fuisse resolutam.
In Ciuitatis Castelli legitime 15. Martij 1504. co-
41 *ram Cardinali Lancellotto*, † non agitur de sta-
tuto habente verba explicite directa in tem-
pus mortis, nec disputatur articulus princi-
palis exclusionis contra fœminas, sed solum
firmatur, quod fœmina facit partem ad au-
gendam legitimam masculorum. *Decis. pa-*
42 *riter 63. coram san. mem. Gregor. XV.* † habet
dumtaxat quod Monialis debet dotari stante
statuto exclusiuo, atque ità supponit Monia-
lem acquiescere exclusioni, an autẽ acquie-
scere teneatur non discutit. Et animaduer-
tendum est quod post has omnes decisiones
exaduerso recensitas *Rota in supracitata dec. 29.*
43 *sub num. 5. apud Modern. de iur. Abbatiss.* dixit
quod in sententia Rotæ fundari non potest
exclusio Monialium, & quo ad magis com-
munem opinionem, Doctores, & eorum

rationes

rationes esse ponderandas, quibus deinde mature ponderatis in supradictis decisionibus coram Eminentissimis Dominis Cardinalibus Otthobono, & Corrado, & coram R.P.D. meo Meltio, & me, fuit pluries pro Monialibus, & Ecclesiasticis personis responsum.

Non obstat, quod statuto Bononiæ obijci
44 nequeat defectus statuentium, † aut voluntatis, quia in verbis loquitur de ingressis Religionem, ibi, *Et si tales fœminæ &c, Religionē intrassent*, aut potestatis, quia munitur amplissimis confirmationibus Apostolicis. Ex ipsa enim petitione porrecta à statuentibus pro obtinenda confirmatione, & ex verbis expressis confirmationis Iulij II. iuxta quàm subsequentes sunt in hac parte intelligendæ apparet noluisse illos statuendo, & Pontifices
45 confirmando ledere libertatem Ecclesiæ, † vt legitur, ibi, *dummodo contra libertatem Ecclesiasticam non tendat*, quod in puncto ponderant præmemoratæ decisiones *in Bononien. hæreditatis 28. Iuny* 1652. *§. fin. coram me, & 26. Ianuarij* 1654. *§. eoque minus, & seqq. coram R. P. D. meo Meltio*, & tradit, *Eugen. cons. 99. num. 38.*
46 *lib. 2.* Hoc verò statutum † si Moniales excluderet, tendere contra libertatem Ecclesiæ patet quia Moniali facultatem succedendi, quam haberet de iure communi tolleret iuxta teoricam communiter traditam à *Doct. in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de const. Eugen. dicto cons. 99. num. 38. vers. nec dicatur, & num. 40. lib. 2. Carol. de Graff. effect. Cleric. 2. num. 68. & seqq.* nec non quia exerceret potestatem in per-
47 sonam Monialis † de tempore quo iam Monialis est, contra textos apertissimos in *cap. significasti de for. compet. in d. cap. Eccles. Sanctæ Mariæ de Const. in cap. decernimus de Iudic. cap. fin. de vit. & honest. Cler. cap. 1. de Immun. Eccles. in 6.* Nec enim vt supra dicebam attendi debet tēpus, ac status laicalis ante delatam hæreditatem, quia non nisi post delatam statutum voluit masculum includere, & fœminam excludere.

Atque hinc gratis etiam dicitur nullum inferri præiudicium Ecclesiæ, eo quod fœ-
48 mina nisi Monialis esset † adhuc excluderetur ab hæreditate vigore statuti, vt ratiocinatur, *Brun. super stat. stant. masc. art. 6. numer.* 52. quia cum de tempore in quod confertur ex-
49 clusio statutaria † illi mulier non subiaceret, & per consequens posset de iure communi succedere, graue sentiret præiudicium si à statuto excluderetur, non secus, ac si post ingressum in Religionem, & delatam hæreditatem conditum esset statutum; quo casu Monialem non excludi affirmat ipse *Castr. cons. 104. lib. 1. & alij allegati à Carol. de Graf. effect. Cler. 2. num. 121.* Fatendum ergo est quod
50 statutum in capite exclusiuo † Ecclesiam lederet, licèt secus sit in capite inclusiuo masculorum, quod etiam personis Ecclesiasticis fauore vtile est Ecclesiæ; & in his terminis loquitur *Rot. in euaduerso alleg. dec. 438. num. 59.*
51 *& duob. seqq.* † vbi querebatur an statutum Bononiæ includens Patruum fœminis exclusis prodesset Patruo in aliqua Religione professo *par. 4. tom. 2. recent.* vel si de hæreditate contenderent solum laici, qui est casus exaduerso allegatæ, *decis. 51. par. 1. recent.*

Tandem momenti nō est declaratio felic.
52 record. Gregor. XIII. † quod à statuto exclusiuo deleatur clausula *sine præiudicio locorum piorum*, & personarum ibi existentium eo quod iuris, & equitatis ratio exposcit, vt par sit conditio fœminarum pia loca ingredientium, quam nubentium; quia declaratio emmanauit super statuto Perusino, & ex quo ille Pontifex voluit id indulgere Ciuibus Perusiæ, inferri non potest, quod alij Pontifices idem concedere voluerint Bononiensibus, præsertim dum contraria voluntas euidentissimè resultat ex clausula non deleta, sed replicata, tùm in peti-
53 tione, tùm in confirmatione statuti, † ibi. *dummodo contra libertatem Ecclesiæ non tendant.* Exageratum verò præiudicium quod fit laicis excipiendo Moniales, non meretur alle-
54 gari, quia nemini facit iniuriam, † qui vtitur facultate sibi à iure communi concessa, nec laicis fauendum cum læsione immuni-
55 tatis Ecclesiasticæ, pro qua † etiam in dubio est pronunciandum, *l. sunt personæ ff. relig. & sumpt. funer. Alex. cons. 190. in fin. lib. 9. Decian. consil. 80. num. 22. lib. 3. Bott. cons. 87. num. 52. Carol. de*
56 *Graff. effect. Cler. 3. num.* 160. & facile laicis † est id euitare reportando ab ingressuris renunciationem futuris successionibus, vt aduertit, *Sperell. dicta decis. 11. num. 23. circa fin.* necnon
57 quia non tollitur Patri, & Matri facultas † ad libitum testandi de bonis suis, & statutum locum habet ab intestato dumtaxat, *Alex. cons. 131. num. 2. vers. vnde propter lib. 1. Curt. Sen. cons. 37. num. 17. Rot. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 358. num. 1. & 2. & coram Buratt. decis. 262. num. 14. vbi allegantur concordantes.*

Et ità decisum vtraque parte informante.

SVLMONEN. DISTRIBVTIONVM

Veneris 11. Decembris 1654.

Distributiones quotidianæ vt absenti ex causa infirmitatis debeantur, requiritur quod absens ante infirmitatem consueuerit interesse diuinis, & ex quibus probetur solutum non residendi?

ARGVMENTVM.

1 *Podagra tribuit iustā causam interessendi in choro, & lucrandi distributiones quotidianas.*
2 *Podagra prohibet accessum ad chorum, & viua mors appellatur.*
3 *Absenti ex causa infirmitatis, vt distributiones quotidianæ debeantur necesse est probare ante infirmitatem Beneficiatum consueuisse interesse diuinis.*
4 *Solutio non residendi ante infirmitatem ex quibus probetur; & num. 6.*
5 *Residentiam non fecisse videtur in loco Beneficij qui illuc rediit animo recedendi.*
7 *A residentia quodlibet impedimentum non excusat.*

8 *Pro-*

8 *Probatio actoris dubia non releuat.*

9 *Animus residendi solum attendi debet quia in foro exteriori non punitur animus, sed externa omissio negat Bonacin. affirmat vero Tullench.*

10 *Solitum residēdi metiri debet ab eo quod quis frequenter fecit, præsertim quando varie actum fuit circa residentiam.*

11 *Distributiones quotidianæ quo casu non debeantur infirmo proportionabiliter ad tempus ante infirmitatem?*

DECISIO DCXXVI.

TEstes remissoriales examinati ad instantiam Iulij Mazzanæ post decisionem contra ipsum editam 20. Iunij 1653. coram me probant dissertissime illū laborare morbo podagræ, ex qua resultare iustam causam non interessendi in choro, † & nihilominus lucrandi distributiones quotidianas, *tradit Bonacc. oper. moral. tom. 1. tit. de his qui ad diuin. offic. in chor. publ. recit. disput. 2. q. 5. punct. 1. num. 13. vers. Aut podagra Barbos. de Canon. & dignit. cap. 24. num. 31. & de iure Eccles. par. 3. c. 18. num. 58. aliique relati à modern. Hispan. in tract. de horis Canon. q. 5. §. 2. sub num 91. vers. qui podagra facit. Text. in l. podagra C. qui morb. se excus.* Prohibet enim podagra accessum ad chorum, † et viua mors appellatur *à Cassiodoro lib. 10. cap. 29.*

1

2

Sed non ita probant consueuisse Iulium ante superuenientiam morbi interesse diuinis †, quod est alterum requisitum necessarium vt absenti ex causa infirmitatis distributiones quotidianæ debeantur, quia casus superueniens reicit impetrationem secundum statum precedentem, vt præter allegatos *in prima decis. §. limitatio moneta Sanchez responsa moral. lib. 2. cap. 2. dub. 90. num. 3. Cald. de renouat. emphit. lib. 1. qu. 5. nu. 23. ante fin. vers. vnde si Canonicus Trullen. in præcepta Decalogi l. 1. cap. 8. dub. 8. numer. 5. Escobar de Horis Canonicis qu. 5. §. 2. num. 99. Rota in Leodien. fructuum 31. Maij 1604. coram Litta impress. apud Marches. de Comiss. par. 2. fol. 519. num. 2. vers. vnde cum de iure.*

3

Omnes enim deponunt quod Iulius ipso initio assecutionis Archidiaconatus non raro deficiebat in seruitio Ecclesiæ † occupatus in scribēdis epistolis pro Episcopo, quod biennio post discessit è Ciuitate Sulmonis, & per quatuordecim annos continuos Neapolim commoratus fuit vsque ad an. 1648. quo Sulmonem redijt non vt resideret, sed collecturus tamquam Commissarius Nuncij Neapolis spolia Episcopi Pernensis proximè defuncti, ac succedente interim morte etiam Episcopi Sulmonis, electus sede vacante Vicarius capitularis ibi mansit Vicariatu durante animo semper redeundi Neapolim vt constat, tum quia semper in Ciuitate Neapolis domum conductam apertam vna cum mobilibus & famula retinuit, tum quia nomen & officium Aduocati fiscalis Nuncij continuo adhibuit & exercuit, Tum tertio, quia expirato dicto Vicariatu statim ad Ciuitatem Neapolis se cōtulit permanendo ibi per tempus considerabile vsq; ad mensem Maii 1650. Quæ omnia cum præseferant solitum Iulij morandi longe à Sulmone etiam post annum 1648. quia redijsse non videtur, † qui redijt animo recedendi *l. qui sit fugitiuus ff. edil. edict. Bald. in l. 1. nu. 27. C. ser. fugg. Gonzal. super Regul. 8. Cancell. gloss. 43. num. 5. & seqq. Rot. coram fa. me. Greg. XV. decis. 70. nu. 5. & in Bononien. success. de Zanis 9. Decembris currentis §. primum obiectum in fin. coram me.*

4

5

Magis concurrunt solitum non residendi † iuncto præsertim quod tertius *Textis iux. 5.* quartus *iux. 11.* quintus *iux. 12.* Sextus *iux. 11.* affirmāt Iulium etiam supramemorato Vicariatu durante aliquoties deseruisse seruitium Ecclesiæ quamuis morbo non laboraret aliis detentus impedimentis, quæ probādo exaduerso legitimam fuisse, † quia non quodlibet impedimētum excusat à residentia *Couarru. var. resol. lib. 3. cap. 13. num. 8. Sanchez resp. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 95. num. 2. & seqq. dub. 97. nu. 2. Escobar de hor. Canonic. d. qu. 5. §. 2. nu. 61. 65. & seqq. Castro Palao opera moral. par. 2. tit. de orat. pub. in Choro disp. 3. punct. 9. §. 1. n. 5. in fin.* & valde ponderandum est dictum quinti Testis ibi: *spesse volte mancaua dal seruitio ancorche hauesse potuto caminare, e venire à seruire per causa de negotii che haueua.*

6

7

Vnde nihil refert quod primus Testis super primo secundus iuxt. 11. & super primo asserant Iulium post annum 1648. morbo cessante fere semper inseruisse Ecclesiæ, imo & quoque morbosum ad Ecclesiam equitando accessisse, quia præualent alij quatuor Testes suprascripti, vel saltem hinc inde cōquassantur vt per ea probatio actoris cum sit dubia † non releuet, *c. in præsentia de prob. Castr. in l. penult. §. docere enim ff. ne quis eum Dec. cons. 37. sub num. 9. cum alis allegatis in Asten. Coadiutoriæ 21. Iunij 1652. coram R. P. D. meo Celso.*

8

Eo minus quia incontrouertibilis est precedens absentia per quatordecim annos cōtinuos vsque ad annum 1648. & deinde alia per sex mēses vsque ad mensem Maij 1650. quod est tēpus proximum liti motæ & nūc pendenti de quo mense Iulius Sulmonem reuersus fuit non sponte, sed expulsus ab ingrauescente podagra, quæ cum alienis negotijs inhabilem reddiderat & à iussionibus Episcopi Sulmonis, vt ait secūdus Testis iuxta nonum in fin. & quartus, & quintus Testis iux. 15. Quapropter ne dum caruit animo residendi † quem solum attendi debere, quia in foro exteriori non punitur animus, sed externa omissio negat *Bonacc. d. tom. 1. tit. de his qui ad diuin. offic. in Choro disp. 2. q. 5. punct. 2. sub nu. 12. vers. verum Castr. Palao d. punct. 9. §. 1. sub 5. infra med. vers. sed quia à communi* affirmant vero *Trullench in præcept. Decalog. d. lib. 1. cap. 8. dub. 8. sub nu. 5. vers. idem dic*; sed caruit etiam solito actualiter residendi, metiendi solitum † ab eo quod frequentius fecit, vt debet, *Fed. de Sen. cons. 91. nu. 5. circa fin. vers. quod solitum*

9

10

tum ab eo quod frequentius fecit in vltimo tempore proximo huic liti vt metiri debere, quando vt in casu nostro varie actum fuit, probat Text. in l. ne la 141. vers. sed si alimenta ff. alim. & Ciban. legat. Cagnol. in l. diem functo nu. 96. in fin. ff. assessor Castr. cons. 30. n. 3. vers. ad quod, lib. 2. Alexand. cons. 5. n. 22. vers. non obstat lib. 5. Decian. cons. 73. nu. 48. lib. 2. Cumque satis probatum non fuerit quanto tempore ante
11 infirmitatem inseruierit, † non applicatur opinio sentientium quod proportionabiliter ad idem tempus distributiones debeantur infirmo, vt voluit *Bonacc. d. punct. 2. numer. 12. Batol. à S. Fausto de hor. Canonic. lib. 3. quæst. 27. vers. hinc infirmus Trullench. dict. dub. 8. sub numer. 5. vers. quod si Escob. dict. quæst. §. 2. 2. nu. 100.*

Ex quibus proposito hodie dubio an sit standum vel recedendum à decisis, Prima Decisio confirmata fuit vtraque parte informante &c.

BONONIEN. DISCVSSIONIS

Lun. 14. Decembris 1654.

ARGVMENTVM.

Bonorum diuisio facienda est inter creditores mercatoris decocti per æs, & libram vigore statuti Bononiæ fori mercatum *cap. 66. & Reformationis editæ anno 1609.* siue creditores habeant generalem, vel specialem hypothecam, siue speciali nota digni sint, exceptis tantum creditis dotis, & Cameræ Bononiæ, Item in prima parte Statuti in qua agitur de concursu faciendo per æs & libram excipiuntur etiam creditores habentes pignus, sub dicto statuto & reformatione comprehenduntur etiam contractus iurati.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Bononiæ fori mercat. cap. 66. eiusque reformatio anno 1609. mandant bona mercatoris decocti esse diuidenda inter eius creditores per æs & libram.*

2 *Et talis diuisio afficit indistincte etiam creditores habentes hypothecam siue generalem siue specialem, quamuis speciali nota digni sint, & quocumque modo concepta.*

3 *Venditor præfertur super re vendita alijs creditoribus emptoris, si reseruauit super re vendita specialem hypothecham cum pacto præcarij.*

4 *Declara conclusionem procedere de iure communi, secus vero vigore statuti seu reformationis Bononiæ, in quibus expresse derogatur omnibus specialibus hypotecis, cuiuscumque qualitatis sint, etiam speciali nota dignis.*

5 *Ratio à statuentibus ponderata, vt omnes creditores habeant communem sortem, nec vnus consequatur integrum suum creditum aque militat in omnibus creditoribus.*

6 *Reformatio statuti Bononiæ for. merc. excipit creditum dotis & Cameræ Bononiæ cum dictione taxatiua tantum, itaut omnes aliæ exceptiones à iure communi prouenientes censeantur exclusæ & num. 8.*

7 *Exceptio ampliat regulam in casibus non exceptis.*

9 *Statutum quando est correctorium iuris communis non extenditur de casu ad casum, sed strictissime interpretandum.*

10 *Quando vero agitur non de extensione, sed de litterali comprehensione, tunc illa etiam in statutis correctorijs est attendenda.*

11 *Statutum Bononiæ fori mercatorum comprehendit etiam contractus iuratos & redditur ratio.*

12 *Statutum Bononiæ fori mercat. excipit à concursu per æs & libram creditores habentes pignus.*

13 *Hyppotheca venit appellatione pignoris si ei sunt adiuncta constitutum & præcarium.*

14 *Ratio expressa in reformatione statuti Bononiæ fori mercat. ad tollendas fraudes quoties cessat, cessare debet ipsa Reformatio.*

15 *Pactum præcarii importat reseruationem dominij tam de iure communi, quam ex consuetudine Ciuitatis Bononiæ & nu. 16. Declara vt n. 31.*

17 *Dominium rei venditæ quoties remanet penes venditorem nullum ius super re vendita competit creditoribus emptoris, quibus venditor tanquam Dominus debet præferri.*

18 *Reformatio statuti Bononiæ loquens de concursu hypothecarum & creditorum in rebus communis debitoris non se extendit tanquam exorbitans ad creditores debentes dominium.*

19 *Dominium differt ab hypotheca.*

20 *Dominium rei venditæ mediante commixtione cũ alijs bonis emptoris à venditore dicitur amissum & acquisitum emptori.*

21 *Et si res venditæ amplius non extant, dominium super aliis bonis emptoris exerceri nequit.*

22 *Amplia quamuis ex illarum prætio dicta bona essent comparata, ea ratione quia sicuti pretium ex re vendita redactum non est sub dominio venditoris, ita nec bona quæ ex eo emuntur, & numer. 23.*

24 *Commixtio rerum dominium non perimit aut trãsfert nam vtraque res commixta in sua substantia manet, ac separari potest.*

25 *Præsertim quando potest haberi certitudo rei venditæ.*

26 *Dominium rei vẽditæ cessante speciali pacto trãsfũditur in alias res ex prætio rei venditæ emptas & subrogatas, secus vero quando adest pactum seu specialis conuentio in contrarium, quæ vt valida est seruanda, & nu. 27.*

28 *Bona comparata ex prætio bonorum fideicommissi & eorum loco subrogata cedunt dominio fideicommissarij, si ita à principio fuit dispositum.*

29 *Dominium rerum venditarum stante speciali conuentione cadit etiam in subrogatis loco illarum, præsertim quando non fuerunt venditæ res minutatim, sed totum negotium siue apotheca quo casu intrat subrogatio legalis.*

30 *Statutum Bononiæ cap. 68. excipiẽs creditores habentes pignus non se extendit ad creditores habentes hypothecas, & quare?*

31 *Pactum præcarij non importat reseruationem dominii tam de iure communi quam attenta extẽsione clausularum Bononiæ quando nõ fuit adiectum specifice super rebus venditis, sed generaliter in clausulis executiuis, nec est conceptum in per-*

persona venditoris, sed emptoris,

32 *Dominium in emptorem translatum dicitur stantibus clausulis* dederunt, &c. & ad habendum, *quæ repugnant retentionem dominij penes venditorem ne eiusdem rei Domini in solidum dentur & nu.* 33.

Duo domini eiusdem rei in solidum dari nequeunt, ibidem.

34 *Dominij retentio penes venditorem ex pacto præcarii excluditur stantibus clausulis translatiuis dominii in emptorem.*

35 *Hypotheca specialis reseruatio in rebus venditis, an aduersetur reseruationi dominii? & n.* 37.

36 Ciriac. controuers. 425. nu. 40. *in quibus terminis loquatur*;

38 *Hypotheca in re propria constitui non potest*.

DECISIO DCXXVII.

ARcangelo, & fratribus de Cuppis sub nomine Dionysij Patris prædefuncti mercaturam serici publicè exercentibus in Apotheca eius merces de anno 1650. extimatę fuerant valoris librarum 34. mil. Vincentius Raimundus, & Iulius de Pratis de anno 1652. totum eorum capitale ad artem serici ad operam tinctã descriptum, in quodam inuentario vendiderunt pro pretio librarum 15286. acceptis tum libris bis mille, & de aliis habita fide.

Decoctis postmodum anno 1613. Crippis emptoribus nondum integro prætio soluto, emersit quæstio inter illorum creditores super distributione mercium, tunc repertarum valoris librarum 23. mil. prætendentibus Pratis desuper se esse præferendos, exaduerso diuisionem fieri debere per æs &

1 libram, † asserentibus aliis Creditoribus vigore statuti *Bononiæ fori mercatorũ cap. 66. eiusque reformationis æditæ de anno* 1609. quam esse validam, & seruandam decisum fuit in *Bononien. de Michelinis* 13. *Martij* 1620. *coram bo. me.*

2 *Vbaldo Sen.* & afficere etiam † Creditores habẽtes hypothecam, siue generalem, siue specialem, siue cuiuscumque alterius qualitatis, aut priuilegii quamuis speciali nota digni, & quocumque modo conceptam legitur oculariter in verbis & aduertit *Rota in d. Bononien. de Michelinis 4. Iunii 1618. coram eodem Vbaldo.*

Vt propterea Pratis non suffragetur quod in Instrumento venditionis donec prætium integrũ soluatur reseruauerit sibi specialem hypothecam, tam super mercibus, quam super earum loco subrogandis, & addiderint

3 pactum præcarij †, per qua vẽditorẽ præferri super re vendita aliis creditoribus emptoris notat *Parlad. rer. quot. lib. 1. cap. 8. n. 4. Anton. de Amat. resol. 3. sub num. 46. aliique allegati à Mordern. Hispan. in Labyr. cred. par. 2. cap. 24. sub numer.* 189.

4 Quia hęc procedũt de iure cõmuni. † At incasu nostro verba statuti, seu reformationis apertissimè derogãt omnibus specialibus hypotecis cuiuscumq; qualitatis, vel priuilegiis, etiam speciali nota digni de iure communi competentis, & ratio publicæ vtilitatis à statuentibus ponderata vt videlicet omnes creditores † habeant commu-

5 nem sortem, nec vnus consequatur integrũ suum creditum, alius verò nihil, æquè militat in omnibus creditoribus, vt in puncto similis statuti aduertit *Mandel. Alb. cons. 575. nu. 26. & seq. & Sign. nu. 29.* iuncta præsertim vniuersalitate verborum, necnon quod reformatio excipit cum dictione taxatiua *tan-*

6 *tum* creditum dotis †, & Cameræ Bononiæ.

7 Hæc enim exceptio ampliat regulam † in casibus non exceptis *l. quæsitum §. denique ff. fund. instruct. Dec. cons. 603. nu. 6. & in his terminis ponderauit Rota in d. Bononien. de Michelinis 4. Iunii 1618. vers. & confirmatur*, excluditque ob

8 dictionem illam taxatiuè *tantum* † omnes alias exceptiones à iure communi prouenientes *Rimin. Iun. cons. 257. num. 33. & seq. Rota decis. 513. n. 10. par. 5. recen.*

Vnde neque vrget, quod statutum cum

9 sit correctorium iuris communis † extendi non debet de casu ad casum, & strictissimè sit intelligendum, vt de simili statuto tradit *Surd. decis. 56. nu. 3. & 4. Altograd. cons. 4. num. 17. & 20. lib. 1.* quia hic non agitur de extensio-

10 ne sed litterali comprehensione, quæ etiam in statutis correctoriis est attendenda *Corn. cons. 248. nu. 5. n. 15. & 16. Rot. dec. 537. sub n. 13. par. 1. rec.* Prout nec releuant quod Prati habẽt creditum iuramẽto vallatum, quia iuramentum cũ respiciat personã debitoris erga creditorem non eximit cõtractum à dispositione statuti æditi non ad fauorem debitoris, sed creditorum concurrentium, quale hoc esse, & ob id etiam contractus iuratos

11 comprehendere, † eo quod debitoris nihil interest, distributionem fieri per æs & librã sed creditorum dixit *Rota in Bononien. Census 27. Martii 1647. §. nec huiusmodi coram D. Reuerendiss. Episcopo Terracinen. & in Bononien. bonorum de Felicinis 27. Iulii 1650. §. fuit quidem coram me.*

Maiorem ideo informantes pro Pratis vim faciebant primo in ea parte statuti, qua

12 à concursu per æs, & libram excipiuntur. † Creditores habentes pignus inferẽtes ex inde idem esse dicendum de hypotheca, quæ

13 maximè iuncto constituto, & præcario † venit appellatione pignoris, & ab illo non differt vt ex doctrina *Decii in l. Cred. num. 4. ff. si cert. pet. Negus. de pignor. par. 1. in princ. n. 8. & 9. dixit in punct.* | *Rota in Bononien. Census 4. Maij 1643. §. propterea coram Reuerendiss. Episcopo Terracinen.* fortius in casu nostro quo casu creditum vacet omni suspicione fraudis, ad quam euitandam statutum, ac reformatio

14 emanauit † cessare videtur ratio expressa in reformatione, & ipsa reformatio vt in puncto similis statuti Bononiæ aduertit *Rota dec. 118. num. 2. inter impress. post cons. Farin. lib. 2.*

Secundo in dominio mercium, quod adhuc penes venditores existere deducebãt ex

15 pacto præcarii importante † dominij reseruationem tum de iure communi ex *Tex. in l. qui ea lege 3. ibique gloss. in figuratione casus in fin. C. pact. inter empt. & vend. l. ea quæ distracta, ff.* præ-

precar. Parlad. rev. quot. lib. 1. cap. 8. num. 41. Fon-
tanell. de pact. nup. clauſ. 7. gloſ. 2. par. 10. nu. 21. &
ſeqq. Tum de conſuetudine Ciuitatis Bono-
16 niæ, iuncta extenctione pacti huiuſmodi
impreſſ. poſt ſtat. Bononiæ fol. 22. quoties enim
17 dominium remanet penes venditorem †
nullum ius ſuper rebus venditis acquiri po-
teſt creditoribus emptoris in præiudicium
venditoris, qui proinde tanquam dominus
debet illis præferri Barboſ. in l. ſi cum dotem §.
fin. nu. 32. & 34. ff. ſolut. Matr. Parlad. d. cap. 8. n. 1.
Flores de Mena var. quæſt. lib. 1. qu. 6. nu. 40. Grat.
diſcept. 730. num. 9. Amat. reſol. 3. ſub nu. 41. Surd.
deciſ. 139. num. 5. cum alijs relat. à Moder. Hiſpan.
de iud. tom. 2. tit. 3. diſput. 8. ſect. 5. nu. 58. & ſeq. ab
alio Modern pariter Hiſpano in labyrint. credit.
par. 2. cap. 24. num. 14. & ſeq. Nec reformatio
18 loquens de concurſu hypothecarum, † &
creditorum in rebus communis debitoris
applicatur rebus, quarum dominium, nuſ-
quam tranſierat in emptorem, ſed penes vẽ-
ditorẽ manſit, cumque ſit exorbitans, & lo-
quatur de hypothecis extendi non debet cõ-
tra habentes dominium, quia potentius eſt
19 † & longe ab illis differt, vt in proximis
terminis Grat. diſcept. 39. num. 13. & 14. Rota in
Cremen. ſeu Iannen. pecuniaria 1. Iulii 1648. §. quia
diſputatio coram Reuerendiſſimo Epiſcopo Tarra-
cinen.

Nec obſtat quod commixtione dd. mer-
cium cum alijs ipſius Emptoris illarum do-
20 minium † fuerit à venditoribus amiſſum,
& acquiſitum Emptori ad Tex. in §. ſi cum ex
aliena materia §. ſi duorum Inſt. de rer. diuiſ. l. ſi
alieni 78. ff. ſolut. Rom. in l. ſingularia ſub num. 10.
ff. ſi cert. pet. Alciat. ibidem num. 24. Quodque
21 hodie merces venditæ non extent, † & ſuper
alijs exerceri non poſſit Dominium l. ſi vnus
§. ante omnia ff. pact. Rimin. Sen. conſ. 70. numer. 10.
lib. 1. Neguſ. quæſt. 546. num. 8. Rota in Romana ſeu
Veliternen. reſtitutionis in integrũ 17. Decembris 1646.
§. non obſtantibus coram me, quamuis ex earum
22 prætio † comparatæ fuiſſent Bald. in l. pro de-
bito ſub num. 1. circa med. verb. in contrarium, vbi
23 dicit rationem, † quia ſicuti prætium, ex re
vendita redactum non eſt ſub dominio ven-
ditoris, ità nec res quæ ex eo emitur C. bo-
nis quæ auth. Iud. poſſ. Stracc. de decoct. 1. vlt. num. 8.
ex Tex. in l. quidam ff. in re verſo, alioſque refert
Moder. Hiſpan. in Labyrin. Cred. par. 5. cap. 4. ſub
num. 21.

Nam commixtio earum rerum, vtraque,
& ſi commixta, in ſua ſubſtantia manet, ac
24 ſeparari poteſt dominium non perimit, aut
transfert l. idem Pomponius 5. §. ſed ſi plumbum,
ff. rei vindic. d. l. ſi alicui, ff. ſolut. Bald. in d. l. ſin-
gularia nu. 9. ff. ſi cert. pet. & ibid. Fulgoſ. ſub. nu. 6.
Bolognett. ſub nu. 4. 5. Surd. in punct. ſimilis ſtatuti
deciſ. 139. n. 4. verſ. viſum tamen fuit, & num. 5. &
25 ſeq. Satiſque certitudo haberi poteſt † ex In-
uentario venditionis tabulis inſerto. Tranſ-
fuſio verò dominii in alias merces ſubroga-
tas, quidquid ſit ceſſante ſpeciali conuentio-
26 ne, † in quibus terminis loquitur Bald. &
Stracc. mox allegati, negari non valet, vbi, vt in
caſu noſtro, fuit id inter partes ſpecialiter
conuentum ibidem in capitale, vt ſupra ven-
dito nec non, & aliis mercibus, & bonis loco vẽ-
ditorum ſubrogandis, & in dicta apotheca,
& negotio introducendis, & infra ibi: cum
ampliſſimis clauſulis reſeruationis &c. etiã quoad
merces, & bona ſubrogantur, & introducen-
27 tur quam conuentionem validam † eſſe ac
ſeruandam tradit Fontanell. de pact. nup. clauſ. 7.
gloſſ. 2. par. 2. num. 19. & in ſimili dicimus, quod
bona comparata ex prætio bonorum fidei-
28 commiſſi, † & eorum loco ſubrogata ce-
dunt dominio fideicommiſſarii ſi ita à prin-
cipio fuit diſpoſitum, vt not. DD. in l. Imper.
§. vltim. cum l. leg ſeq. ff. leg. 2. l. Imperat. ff. ad Tre-
bell. Aymon. conſ. 295. num. 4. Card. Mantic. de con-
iect. lib. 7. tit. 8. num. 25. & 26. & fuit dictum in Bo-
nonien. bonorum 21. Februarii 1642. coram R. P. D.
meo Cerro, cum aliis relatis à Modern. Hiſpan. in
labyrint. cred. par. 2. cap. 24. num. 29. & ſeq. Con-
currente præſertim, quod Prati non vendi-
derunt merces ſingulares, ſed totum nego-
29 tium, & corpus Apothecæ, † ac proinde
videtur etiam intrare ſubrogatio legalis, iux.
Tex. in l. cum Talernam, ff. pignorat. action. Rot. corã
Andrea dec. 80. nu. 8. coram Caual. dec. 277. n. 1. &
inter impreſſ. poſt. Pacific. de Salu. dec. 125. n. 6. &
ſeq. dec. 126. nu. 3. & ſeq. & in Romana fidei-
commiſſi de candidis 10. Maii 1649. coram R. P. D.
meo Veroſpio.

Verum informantes pro alijs Creditori-
bus reſpondebant ad primum obiectum,
quod exceptio pignoris contenta in ſtatut.
30 cap. 68. † extendi non poteſt ad hypothecas
cum in ſubſequenti reformatione dicti ſta-
tuti etiam Creditores habentes hypothecã,
quantumuis ſpecialem, & priuilegiatam
fuerint expreſsè in tributum vocati, quod
ponderatũ non fuerat in deciſione anni 1643
ex aduerſo allegata, ſed bene ſubſequenti
anni 1647. prædictæ reuocatoria.

Ad ſecundum, quod dominij retentio
31 educi non poteſt ex pacto præcarij, † ſiue
de iure communi, ſiuè iuxta extenſionem
clauſularum Bononiæ, quia præcarium non
fuit adiectum ſpecificè ſuper bonis venditis,
ſed generaliter in clauſulis executiuis ſuper
omnibus bonis emptoris, neque conceptum
in perſona venditoris, ſed emptoris, quod
ponderandum eſſe notat, Gratian. diſcept. 325.
num. 2. quodque plus eſt adſunt in inſtrumẽ-
32 to clauſula, dederunt, & clauſula, ad haben-
dum, quæ cum operentur veram translatio-
nem dominij in emptorem Seraph. deciſ. 353.
num. 4. dec. 653. num. 1. Rot. diuerſ. deciſ. 662. nu. 4.
par. 1. deciſ. 261. num. 4. par. 1. recent. & repugnet
33 retentioni dominij penes venditorem, ne
eiuſdem rei duo Domini inſolidum dentur
contra text. in l. ſi vt certo §. ſi duobus vehiculum
ff. commod. l. 2. §. ex contrario ff. acq. poſſeſſ. Iſern. in
cap. 1. §. ſi quis ſub num. 8. ſi de feud. defunct. milit.
Gomeſ. in l. 45. Tauri num. 98. Grammat. deciſ. lu-
ſit. 44. nu. 1. huiuſmodi retentionem ex præca-
34 rio eductã † excludunt Grat. diſcept. 523. n. 13.
& ſeqq. Rot. deciſ. 359. num. 27. apud Cenc. de cenſ.
deciſ. 115. num. 24. & 25. par. 6. recent. in Romana
aſſictus 23. Iunii 1606. coram Manzanedo apud

Marcheſi

*Marches.tom.1.fol.*1090. *num.*3.cum aliis plena
manu allegatis à *Moder. Forolinien. de pignor. lib.4.tit.1.quæst.41. num.* 62. *& seq.* Accedente
maximè quod venditores sibi reseruarunt in
35 bonis venditis † specialem hypothecam,
quæ sola reseruatio, quicquid sit, an aduer-
36 setur reseruationi dominij, † in quibus ter-
minis loquitur *Cyriac.controu.*425.*num.*40.*&
seq.* vtique aduertatur iunctis alijs clausulis
37 dominij, † vt supra translationis, quia ma-
gis demonstrat dominium fuisse translatum,
38 cum in re propria hypotheca † constitui nõ
possit *l.neque pignus ff.reg.iur.*cum alijs in pun-
cto allegatis à dicto *Modern.Forolinien d.quæst.*
41.*num.*66.*& seq.à Moder.Hispan.de Iud.tom.*2.
*lib.*1.*tit.*3.*disput.*8.*sect.*5.*numer.*60. *& disput.*28.
*num.*15.*Rot.in supradicta Cremen.seu Ianuen. Pecuniaris* 1.*Iunii* 1648.*§.stante coram Reuerendiss. Episcopo Tarraconen. & in Bononien. decimarum* 18 *Iunii* 1642.*§.tum explicata coram me*.

Quia cum Rota vtraque parte informante mihi demandauerit, quod quatenus extensio præcarij, quæ non fuit exhibita, non contineret reseruationem dominij declaran. Prætos concurrere debere per æs, & liberam, & articulus retentionis dominij dubius ex prædictis reddatur, iterum desuper consulam Dominos &c.

ROMANA, seù VELITERNA AFFICTVS.

Veneris 30. Aprilis 1655.

ARGVMENTVM.

Nomina debitorum si fuerunt à spoliatore distracta, & pretium receptum tunc est in potestate spoliati agere, vel contra nomina debitorum si extant, vel contrà pretium receptum à spoliatore. Retentio quando detur etiam in spolio iudiciali? Testis depositio potius attendi debet super Interrogatorijs, quam super articulis, & quare &c.

SVMMARIVM.

1 *Spoliator non tenetur restituere spoliato non exactum, nec etiam id quod ad eius manus non peruenit.*

2 *Paria sunt restituere rem, vel eius pretium.*

3 *Spoliator nomina debitorum distincta, & ad spoliatum spectantia eidem restiture tenetur.*

4 *Vel illorum pretium, quia perinde est, ac si spoliato ab ipsius debitoribus exigisset.*

5 *Pretium receptum à spoliatore ex nominibus debitorum distractis, ex quo fuit effectus locupletior restitui debet spoliato.*

6 *Et est in potestate spoliati agere contra nomina debitorum distracta quatenus extãt, vel ad pretium receptum.*

7 *Amplia quamuis eadem nomina per retrocessionem rediissent ad spoliatorem, quia non ideo extincta fuit actio exacta distractionis, & receptionis pretij quæsita spoliato contra spoliatorem.*

8 *Ratio est quia huiusmodi nomina debitorum non dicuntur esse apud spoliatum eo iure, quo prius erant.*

9 *Tempus recollectæ intelligi debet completo mense Decembris.*

10 *Expensæ recollectæ facienda sunt ab eo, qui fructus percipit.*

11 *Iuramentum plenæ probationis quatenus opus sit defertur iustificationi valoris.*

12 *Retentio datur pro concurrenti quantitate crediti, quod non redditur illiquidum per fructuum perceptionem, dum eorum quantitas à creditore repetitur.*

13 *Retentio datur etiam in spolio iudiciali pro credito, pro quo fuit spoliatiue concessa immissio, quando fuit processum parte citata.*

14 *Præsertim, quando competit facultas ingrediendi possessionem propria authoritate.*

15 *Testis dicto non statur, sed potius scripturæ eius manu conscripta, vel eius dictum reducitur ad terminos scripturæ.*

16 *Testis si est varius, & mendax in vno, eius fides minuitur etiam quoad reliqua, super quibus deposuit.*

17 *Testis depositio potius attenditur super interrogatoriis, quam seper articulis qui super articulis præsumitur quod velit fauere producenti.*

DECISIO DCXXVIII.

DECISA sub die 24. Nouembris 1653. coram me, rursus hodie disputationi exposita DD.confirmarunt, excepta quantitate frumenti recollecti de anno 1645.quam pro nunc liquidarunt in rubris 2221.à Francisco Antonio de Comitibus in notula exhibita, necnon ab informantibus pro Capitulo confessatis.

Frumentum enim vetus de tempore spolij à Dominis Canonicis commissi, ascendisse ad rubra 421. cum dimidio, ipsi etiam hodiè fatentur, sed detrahenda ex hac summa prætendunt rubra illa 61. à Venturinis mutuata diuersis personis negantes exigisse à mutuatarijs, & teneri vltra id quod
1 exegerunt, & ad † eorũ manus peruenit *iuxt. tex.in l.sed si lege* 28.*§.quod aut ait senatus ff.petit. hæredit. Rot.decis.*424.*numer.*4.*part.*4. *tom.* 2. *recentior.*

Verum dd.quoque rubra 60. peruenisse ad manus Capituli probatur, ex quo illa vna cum alijs effectibus vendidit Francisco Antonio de Comitibus ab eo prætium exe-
2 git, paria enim sunt † habuisse frumentum, vel eius prætium *l.cum fundo §.si fundus ff. iur. dot. gloss. in l. labeo vers. prætium ff. verb. signif. Bart.in rubr.ff.solut.matrim.numer.*20. *Alex. consil.*124.*num.*10.*lib.*4.*Castil.decis.*123. *num.*6.

Et ob eamdem rationem tenetur Capitulum ad restitutionem scutorum 6528. quot
3 important nomina debitorum, quæ† pariter vendiderunt d.Francisco Antonio de Comi-
4 tibus prætio ab eo recepto quia† perindè est, ac si exigisset ab ipsis debitoribus, cumque pro hac summa à Francisco Antonio soluta
5 effecti fuerunt locupletiores† ex dd.nominibus occasione spolij contrà Venturinos cõmissi eadem debent ipsis restituere, *Bald. in cap.conquerente n.*1.*de rest.spol.Soccin.sen.consil.*12. *nu.*13.

nu.13.versf.tertio prædicta & nu.15. lib.1. Roland. cons.57.n.25.lib.1.Menoch.cons.758.n.15.& 16.
6 estque in potestate spoliati † agere, vel con-
trà nomina debitorum per Capitulum di-
stracta, quatenùs etiam hodie extent, vel ad
prætium à Capitulo receptum *Peregrin. de fideicomm.art.45.num.15.art.46.num.15.Fusar.de subslit.quæst.176.nu.22.quæst.558. num.1. Merlin. decis.831.numer.2. Rot.in Bononien.successionis 4. Maij* 1645.*§.nam pro rata coram me*. Etiam si
7 eadem nomina † per rettrocessionem Franci-
sci Antonij redijssent ad Capitulum, quia
non ideò extincta fuisset actio ex actu di-
stractionis, & receptionis prætij quæsita spo-
liato contra spoliatorē ad solutionem prætij
8 recepti, nec nomina huiusmodi † dicuntur
esse apud spoliatorē, eo iure quo prius erant
l.à me ff.ad l.falcid.l.manius 68. *§.fundo ff. leg.2. l.rogo ff.de fideicom.libert.l.prima §. si rem depositam ff.deposit.Rot.Ianuen.decis.*101.*nu.*2.

Valor pariter frumenti visus fuit benè ta-
xatus in prima decisione distributiuè in sin-
gulos menses incipiendo à recollecta anni
1645. vsque ad totum mensem Iunij 1646.
9 recollectę autem tempus † dixerunt intelligi
debere completo mense Decembris, quo
Testes mensuram in area fuisse absolutam
deponunt ex rationibus in prima decisione
deductis.

Nihil obstante quod Venturini præme-
rentur ære alieno, quia, vt fuit alias respon-
sum pro eo soluendo alios effectus poterant
distrahere, ac nomina debitorum exigere, &
maluerant recipere sub cambijs scut.11.mil.
quam frumentum vendere quæque modica
pars vendita fuit subhasta ad instantiā ope-
rariorum non conuincit Venturinorum ege-
statē, quia tunc illi non possidebant, sed om-
nes fructus percipiebantur à Capitulo spo-
liatore. Vnde non mirum si passi fuerunt,
tam modicam frumenti quantitatem, quæ
nec apud illos erat subhastari pro expensis
10 recollectæ faciendis ab eoqui fructus perci-
piebat *ad text.in l.1.C. fructus & litis expens. leg. fructus l.diuortio §.impendit ff.solut. matrim l. si à Procuratore, vel Domino §. fructus ff. petit. hæred. Ofasc.decis.82.num.10.infra med.Buratt.dec.018. num.1.*

Ciceris, & aliorum fructuum *in prima decisione §. item fabarum* enumeratorum valor
probatur ex computo exhibito à DD.Cano-
nicis, & relato in Summar. Venturinorum
*num.*14. Circa fœni verò valorem poterit,
11 quatenus opus sit † deferre iuramentum
plenæ probationis *Bald.cons.223. num.4. vers. super fructibus non liquidatis lib.2.in l. si fundus in fin.C.rei vendic.Roman.in l.admonendi numer. 53. vers. item probatur quantitas fructuum ff. iur. iur. Buratt.dec.173.num.16.*

Placuit etiam plerisque ex Dominis quod
12 Capitulo competat retentio † pro concur-
renti quantitate sui crediti scut.16500.quod
non redditur illiquidum per fructuum per-
ceptionem, dum eorum quantitas probata
à Venturinis prætenditur, & repetitur, vt
per *Stappuc.de Saluiano lib.3.quæst.13.in fin.Rot. decis.220.num.2.coram san.me.Greg.XV.dec.161. num.28.& 29. par.6. recent.* & etiam in spolio
13 iudiciali dari retentionem pro eo † credito,
pro quo fuit spoliatiuè concessa immissio,
quando vt in casu nostro fuit processum
parte citata dixit *Rot.coram bon.mem. Caual.decis.539.num.8.& 10.decis.453.num.4.& in Senogallien.Saluiani 7.Februarij 1657.§ denique coram me, & tradit Gratian.discept.706.num.11.& seqq. Ciriacus controu.180.nu.10.& seqq. Surd. dec.46. num.7.& per tot.* Quo magis attenta facultate
14 competente † Capitulo ingrediendi posses-
sionem propria auctoritate, vt ponderauit,
Rot.decis.157.num.7.inter impress. post Pacific. de Saluiano.

Quo verò ad quantitatem frumenti noui
vltra rubra 2221. DD.nihil firmarunt, quia
depositio secundi Testis nuncupati Io: Ma-
ria, cui præcipuè innititur prima decisio,
debilitatur ex liberculo, quæ eius manu fuis-
se conscriptum probant plures Testes nu per
examinati ad instantiam Capituli asserentes
insuper ipsum non iterfuisse vbi frumentum
mensurabatur, sed Casali, cuius erat custos
Summ.Capituli *num.2.& 3.*vndè, vel magis
15 standum est † d.liberculo *l.cens.ff.probat. Duran.decis.203. num.* 19. vel eius dictum reduci
debet ad terminos liberculi reiecto excessu
Bald.cons.270.prope finem lib.1.Rot.decis.24.n.9. par.4.recent. Præter quod etiam de varietate,
ac mendacio idem Testis redarguitur.
16 Quod efficit, vt eius fides minor sit, etiam
circa augumentum mensuræ *Grat.discep.171 numer.11.san.mem.Gregor.XV.decis.62. numer.2.*
Maximè quia licet super articulis dixerit se
fecisse experimentum, tamen de auditu
tantum deponit super interrogatorijs, quę
17 potius debent attendi † cum in articulis
præsumatur voluisse fauere inducenti, *Rot. decis.774.num 3.p.3.recent.& in Bononien. Pecuniaria 10.Ianuarij* 1646. *§. minus vrgent coram me*, necnon quia primus Testis deponit fru-
mentū in area fuisse mensuratum mensura
leui vulgo dicto *rasa Summ.Capituli n.26.*

Cætera reseruarunt, prout *in §. fin. primæ decisionis*, quam vtraque parte informante in
reliquis confirmarunt iuxtà prædicta &c.

BONONIEN. DISCVSSIONIS.

Mercurij 5. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

In hac decisione plenè examinantur Statutum 68. fori Mercatorum Bononiæ, necnon Reformatio fori Mercatorum, & latè etiam explicatur extensio præcarij iuxtà formularium Bononiæ, ac vlterius quod pręfatum Statutū fori Mercatorum quamuis sit à Papa confirmatum non ligat Clericos ex defectu voluntatis statuentium. Reliqua desume ex Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Reformatio Statutorum fori Mercatorum Bononiæ de anno 1609. an sit valida in Rota fuit dubitatum.*

2 *Decisiones Rotales iuxta stylum supponendæ.*

3 *Statutũ Bononiæ 68. fori Mercatorum præfert in concursu creditores habentes pignus.*

4 *Dominium rei venditæ reseruatum censetur ex clausula precarii in Instrumento venditionis adiecta.*

5 *Statutũ Bononiæ 68. fori Mercatorũ loquens de pignore intelligitur de pignore rei mobilis, super quo creditores concurrunt, & num. 10.*

6 *Vsus communis loquendi attendi debet in interpretatione iuris.*

7 *Pignus etiam de rebus immobilibus prædicatur.*

8 *Hypotheca etiam de mobili interdum dicitur.*

9 *Inter pignus, & hypothecam quantum ad actionem hypothecariam attinet differentia constituitur.*

11 *Pignus etiam sine traditione contrahitur.*

12 *Possessio rei hypothecatæ ad creditorem non transit.*

13 *Pignus est contractus, quo res aliqua traditur creditori propter crediti restituendi fidem.*

14 *Pignus re contrahitur, hypotheca autem nudo pacto.*

15 *Reformatio Statutorum Bononiæ fori Mercatorum mandans in tributum venire cum cæteris creditoribus etiam creditores habentes generalem, vel specialem hypothecam, quam declarationẽ implicite recipiat?*

16 *Derogatio tacita resultat ex incompatibilitate dispositionum.*

17 *Dominium rei venditæ translatum censetur in emptorem per clausulas* dedit &c. ad habendum &c. *in Instrumento appositas.*

18 *Amplia quamuis integrum pretiũ solutum non fuit quia ad hunc effectum sufficit fuisse concessam dilationem ad soluendum.*

19 *Res aliena hypothecari nequit.*

20 *Hypotheca in re propria non datur.*

21 *Pactum præcarii appositum in fine Instrumenti inter clausulas executiuas quid operetur? & numer. 22.*

23 *Clausula executiua interpetrari debent, quantum fieri potest, vt congruant dispositiuis ne repugnantia in eodem Instrumento contineatur.*

24 *Extensio præcarii iuxtà formularium Bononiæ non continet, nisi retentionem possessionis.*

25 *Possessio valde differt à dominio.*

26 *Facultas capiendi possessionem propria authoritate contenta in extentione præcaris iuxtà formularium Bononiæ non importat per necesse retentionem dominii.*

27 *Facultas capiendi possessionem propria authoritate competere potest habenti possessionem eiusdem.*

28 *Extensio præcarii iuxtà formularium Bononiæ, licet tribuat facultatem alienandi bona, nisi emptor pretium soluerit non includit pernecesse dominium.*

29 *Dicta tamen extensio supponit adeundum esse Iudicem.*

30 *Creditori ratione hypotecæ, vel specialis pacti competere potest facultas bona alienandi.*

31 *Statũ Bononiæ 86. fori Mercatorũ dat prælationem creditoribus ex causa dotis intelligo tamen, quando agitur contra debitorem dotis, & quando quis debitor dotis dici nequeat, quamuis pecuniæ soluendæ in causam dotis essent erogandæ?*

32 *Priuilegium prælationis conceditur hypotecæ, quæ inest actioni de dote.*

33 *Statutum Bononiæ 86. fori Mercatorum quamuis apostolica authoritate confirmatum non comprehendit Clericum ex defectu voluntatis statuentium.*

34 *Præsertim, quando de Clericis, aut Ecclesiasticis personis Statutum nullam mentionem facit, nec vtitur verbis vniuersalibus aptis illos comprehendere hoc casu censetur statuentes noluisse aliquod statuere contra libertatem Ecclesiæ.*

35 *Confirmatio non extenditur vltrà id, quod in confirmato continetur.*

36 *Clericus comparens coram Iudice laico an vtatur statuto laicali?*

Gratian. discept. 126. num. 20. & seqq. *in quibus terminis loquatur? ibidem.*

37 *Clericus tenetur comparere coram Iudice laico, quando reus conuentus est laicus.*

38 *Clericus quoad decisoria an ligetur legibus laicalibus?*

DECISIO CXXIX.

1 DVBITANDVM Domini censuerunt de validitate Reformationis Statutorũ fori Mercatorum de anno 1609. editæ, quia iam respondendo omnibus contrariis probat *decis. in Bonon. de Michelinis 16. Martii* 1620 *coram bon. mem. Vbaldo seniore*, quam sequitur alia *decisio in Bonon. Cens. 27. Martii 1647. §. finali coram Reuerendiss. Tarraconen.* quæ decisio-
2 nes supponendæ † sunt iuxtà inueteratum stylum, de quo testatur *Buratt. decis. 596. nu. 1. decis. 857. num. 3. Rota in Foroliuien. Beneficii 10. Martii 1627. coram bon. mem. Vbaldo*, & ibi deductis accedit nouissima Reformatio Statutorum, & reformationum concessa *à fel. rec. Greg. XV.*

Sed approbantes fundamenta decisionis huius causæ coram me emanatæ sub die 14. Decembris 1654. in his, quæ ibi decisiue afferunt transierunt ad duas inspectiones, super quibus eorum iudicium, me experiturum ibidem exibui nempè, an Pratis ad obtinen. in concursu creditorum prælationem in bonis communis debitoris decocti suffra-
3 getur Statutum 68. fori Mercatorum † in ea parte, qua præfert creditores habentes pignus, & an saltem præferendi sint ratione
4 dominii, quod sibi † in Instrumento venditionis mercium reseruare educunt ex clausula *præcarii*, & neutrum prodesse dixerunt.

5 Non primum quia verba Statuti † ibi, *e similmente se alcuno di detti creditori hauesse hauuto per sua sicurtà pegno dato à lui al tempo di d. contratto* intelligi possunt nisi de pignore rei mobilis, super quo creditores concurrerent,
6 licet enim secundum co† mmunem vsum loquendi, quem attendendum esse in interpetratione iuris tradit in his terminis *Conan. com. iuris lib. 4. cap. 13. sub num. 2. vers. aliud* igitur etiam

7 etiam de rebus immobilibus † pignus prædicetur *l. si necessarius ff. pignor. act. l. sciendum §. creditor ff. satis dare cog. l. cũ bis §. si cũ ff. transact. l. si dominium C. pignor. Piccard. in §. item seruiana num.* 39. vbi reicit contrariam sententiam Accursij, *& numer. 40. instit. de act. Io. Harprect. ibid. num. 3.* vbi subdit quod etiam hypotheca,
8 † de re mobili interdum dicitur inter
9 pignus, & hypothecam, † quantum ad actionem hypothecariam attinet differentia constituatur, vt probat *text. in d. §. item seruiana vers. inter pignus instit. de act. l. res hypothecaria §. fin. ff. de pignor.* tamen quoniam lex, vel statutũ
10 loquitur de pignore tradito † creditori, vt in casu nostro ibi, *pegno dato à lui* de re mobili tantum in pignus data intelligendum
11 est, non quia etiam sine traditione † pignus non contrahatur cum contrarium *ex textu in l. 4. ff. pignor. act. intret Canon. coment. iuris d. cap. 13 sub nu. 2. vers. pignora propria* sunt quippe, quę non traditione, sed conuentione constituitur,
12 rei hypotecatæ † possessio ad creditorem transit, è conuerso autem pignus est contra-
13 ctus, quo res † aliqua traditur creditori
14 propter crediti restituendi fidem; † Ideòque pignus re contrahi, hypothecam autem nudo pacto docet *Iurisc. in l. contrahitur oblig. vt bene in dicto §. item seruiana notat Pic. Oliban. card. sub numer. 41. Io. Herprect. numer. 25. num. 16. Conan. d. cap. 13. numer. 2. vers. nam pignoris.*

Remque ponit in claris subsequens Re-
15 formatio Statuti † mandans in tributum venire cum cæteris creditoribus etiam creditores habentes generalem, vel specialem hypothecam, sic enim implicitè declaratur statuentes oppurtune pignoris non sensisse de hypotheca quantumuis specialis, & alio-
16 quin ob incompatibilitatem statuti, † vel verbis reformationis resultaret in hac parte eiusdem Statuti abrogatio, seù reformatio, *Gratian. discept 300. sub num. 27. Rota dec. 15. n. 3.* & duobus sequentibus *par. 4. tom. 2. recentior. dec. 396. num. 7. coram Buratt. & in Bonon. successionis 16. Iunij* 1648. *§. et quidem coram me.*

Non secundum, quia dominium mercium
17 venditarum † translatum fuit in emptores per clausulas *dederunt, & ad habendum in Instrumento appositas Rota dec. 663. num. 4. par. 1. diuers. dec. 261. nu. 4. part. 1. recent.* quamuis inte-
18 grum prætium † solutum fuerit, quia ad hunc effectum sufficit concessam fuisse dilationem ad soluendum *l. quod vendidi ff. contrahend. emp. §. vendita instit. de rerum diuisione Barbos. in l. si cum dotem §. final. n. 35. & sequenti ff. solut. matrim. Anton. Faber. in suo Cod. lib. 4. tit. 33. diffinitio 6. num. 1. Castrens. cons. 7. numer. 7. libr. 3.* eo magis quia pro solutione prætij venditores reseruarunt sibi specialem hypothecam super mercibus venditis, quæ vti aliunde nõ constat de reseruatione dominij illius translationem in emptorem supponit cum alias neque bona empta quippe quod aliena
19 essent † hypothecare potuisset *l. 1. §. ff. pignor. l. rem alienam. ff. pignerat. gloss. fin. in leg. caius ff. eod. Neguſ. de pignor. 3. membr. secunda partis n. 52.* nec venditores desuper acquirere hypothecam,
20 quæ in re propria † non datur *l. nec pignus ff. de regulis iuris cũ allegatis in Cremen. seù Ianuen. Pecuniaria 1. Iulij 1648. §. stante coram Reuerendiss. Tarraconen, & in prima decisione huius causa coram me §. finali,* vt benè ad propositum ratiocinatur *Larrea decis. Granat. 42. num. 28.*

Neque repugnat pactum præcarij, quia est adiectum non particulariter super bonis venditis, quorum immo dominium fuerat in emptores, vt supra translatum, sed in fi-
21 ne Instrumenti † inter clausulas relatas ad vtriusque contrahentis obligationem, & *bona ibique omnia &c. obligationibus bonorum &c. pacto præcarii &c.* Vndè sicuti respectu aliorum bonorum emptoris dominiũ aliquod venditoribus non præbet, ità nec respectu mercium venditarum, ad quas pariformiter illud refertur *iuxta reg. text. in l. iam hoc ff. vulg. & pupill. Menoch. cons. 327. numer. 62. cons. 328.*
22 *numer. 6.* & minus præcedentibus † vltra specialibus reseruationibus hypothecæ, & pacto pignoris pluries repetitis super mercibus venditis, quibus non censetur derogatum per clausulas executiuas aptas operari alios effectus citrà reseruationem dominij *Clem. prima de præben. Dec. cons. 470. num. 2. & 23. Natta cons. 263. numer. 3. Osasch. decis. 164. numer. 2.*
23 immò interpetrari debent, quantum fieri potest, vt congruant dispositiuis ne repugnantia in eodem Instrumento contineatur, *Dec. in l. pacta nouissima nu. 5. C. de pactis Soccin. iun. cons. 144. num. 59. lib. 3. Surd. cons. 524. num. 2. & dec. 195. num. 7. decis. 288. num. 40.*

Non vrget hic extensio præcarij iuxtà for-
24 mularium Bononiæ, † quia non applicatur quoniam præcarium est, vt in casu nostro conceptum tum quia non continet, nisi re-
25 tentionem possessionis, quæ † valdè differt à dominio *l. 3. §. minus l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. possess. l. et an eodem §. final. ff. except rei indic. Menoch. cons. 36. num. 35. cons. 287. num. 16. cons. 102. nu. 64.* sicut enim facultas ca-
26 piendi possessionem † propria auctoritate contenta in eadem extensione non importat pernecesse retentionem dominij cum absq;
27 eo competere possit † habenti possessionem eiusdem, vt dixit *Rota in Romana viginti millium 26. Maii 16... coram Puteo, & in Anconitana Bonorum 26. Iunii 1617. coram bon. memor. Pirouano in Cesenaten. Spolii coram Mantica inter eius impress. decis. 194. & tradit Menoch. de adpisc. remed. 5. per tot.*

28 Facultas pariter alienandi bona, † nisi emptor prætium soluerit, quam eadem extensio amplectitur non includit pernecesse dominium, quia etiam creditori mediante ta-
29 men ministerio Iudicis, † quam ipsa extensio adeundum supponit ibi, *à Iudice ad prædi-*
30 *cta adito* competit † ratione hypotecæ etiam specialis pacti *l. si conuenerit l. quamuis ff. de pignor. gloss. in l. creditor la 2. verb. restat. distract. pig. Neguſ. de pignor. 1. membr. 5. part. nu. 1. Borell. Cod. tract. cap. 10. col. 3. Minsing. obs. 91. num. 3. centur. 1. Rota decis. 47. num. 4. par. 1. diuers.*

Quapropter merito decisum fuit Pratos vendit o-

venditores mercium concurrere debere per aes, & libram iuxtà dispositionem statuti, & reformationis supra memoratæ nihil releuāte quod venditores prætium sibi soluendū erogare deberent in satisfactionem dotium sororibus promissarum, quodque statutum
31 det prælationem † creditoribus ex causa dotis, nam id intelligitur, quando agitur contra debitorem dotis, qualis non est emptor mercium, qui solum debet prætium venditoribus ex causa vēditionis distincta prorsus à causa dotium, quamuis in illam prætium soluendum venditores posteà erogare deberent *add. ad san.memor.Greg.XV.decis.*511.*n.*33. *Rota decis.*301.*num.*10.*par.*1.*recent.* *& in Romana Fruct. Dotis* 21.*Aprilis* 1651.*coram R.P.D. meo Cerro Surd.decis.*156.*num.*4.*& seqq.& n.*45
32 *in fine* vbi ait quod priuilegiū † prælationis conceditur hypotecæ, quæ inest actioni de dote.

At quoniam venditorum alter nempè Iulius est Clericus eum tantum non obligari pro rata sui crediti ad concursum per æs, & libram Domini declararunt cum Statuto lai-
33 cali † fori Mercatorum etiam si Apostolica authoritate confirmato non afficiatur ex defectu voluntatis statuentium, qui dum de Clericis, aut Ecclesiasticis mentionem non
34 fecerunt, † nec adhibuerunt verba vniuersalia apta illos comprehendere, immò in petione confirmationis Apostolicæ protestati expressè fuerunt, nolle aliquod statuere cōtra libertatem Ecclesiæ censentur noluisse statuta amplecti Clericos, ad quos eorum potestas porrigebatur, vndè etiam deficit Pōtificum confirmantium voluntas, quæ non
35 extenditur, † vltra id quod in confirmato continetur, vt bene aduertit *Eugen.consil.*99. *num.*38.*& seqq.lib.*2.*Rot.decis.*58.*num.*29.*&* 30. *par.*6.*recentior.* & alijs allegatis fuit in puncto statuti Bononiæ *decisum in Bononien. Hæreditatis* 28.*Iunii* 1652. *coram me confirmata* 26.*Iunii* 1654. *coram R.P.D.meo Meltio*, *& in Bononien. Successionis de Zanis* 9. *Decembris proximè præteriti coram me.*

36 Quicquid sit † quando Clericus comparet coram Iudice laico, & vtitur statuto in quibus terminis loquitur *Gratian.discept.*126. *numer.*20.*& seqq.lib.*2. qui non est casus noster, quia Iulius non vtitur, imò excipit contra statutum exaduerso allegatum, & sola com-
37 paritio coram Iudice sæculari † necessaria ex quo reus conuentus est laicus iuxtà dispositionem *Textus cap. si Clericus laicum de foro competenti*, non afficit, vt quoad decisoria
38 Clericus legibus laicalibus ligetur *Abbas in cap.fori num.*3.*de rebus Ecclesiæ non alien.in c.quod Clericus sub num.*26. *versic.& dicit de for.compet. & cons.*33.*num.*4.*lib.*2. *Dec.in cap.Ecclesi.S.Mariæ nn.*145.*& seqq.de constit. Soccin.in d.cap.quod Clericus sub num.*4. *vers.& cum ministerio Rolan. cons.*57.*num.*20.*lib.*2.*Puteus decis.*99.*num.*2.*lib.*3. *aliique relati à Modern.Pedemontano disquisit.Cleric.par.*1.*tit.de exemptione Cleric.à statuto sæculari* §.3. *num.*14. *Sperell.de foro Ecclesiastico decis.*10. *numer.*2.*& pluribus sequentibus decis.*135. *nn.*18. *& sequentibus*, vbi respondet omnibus contrarijs.

Et ità vtraque &c.

FOROSEMPRONIEN. BONORVM.

Ven. 14. *Maij* 1655.

ARGVMENTVM.

Sententia concedens immissionem coheredi super portione sibi tangente bonorū hæreditariorum, & insimul ipsum condemnans ad dimittendum possessionem aliorum bonorum hæreditariorum fauore aliorum cohæredum, necnon ad reddendā rationem de bonis administratis, nequit executioni demandari in parte immissiua nisi adimpleatur in parte condemnatoria, & ex quibus iustificatum remaneat de dimissione possessionis ac sufficienti redditione rationis. Compromissum factum inter fratres non comprehendit prætensiones iam per rem iudicatam terminatas, minusque transit adhęredes quādo pro hæredibus stipulatum non fuit.

SVMMARIVM.

1 *Fratri defuncto succedunt æqualiter alii fratres pro virili.*
2 *Sententia concedens immissionem cohæredi in portione bonorum hæreditariorum sibi tangen, & insimul eum condemnans ad dimittendam possessionem bonorum hæreditariorum necnon ad reddendam rationem de bonis administratis fauore aliorum cohæredum nequit exequutioni demandari nisi vtrumque adimpleatur.*
3 *Cohæres tenetur reddere rationem aliis cohæredibus de bonis administratis, necnon bona hæreditaria possessa conferre.*
4 *Dimissio possessionis bonorum hæreditariorum penes cohæredem ex quibus probetur?*
5 *Petens immitti fatetur se non possidere, vel quod possessionem antea habitam dimiserit.*
6 *Possessio solo animo dimittitur.*
7 *Possessio, quod fuerit à cohærede dimissa probatur ex eo quod nunquam alii cohæredes petierunt possessionem dimitti.*
8 *Rationes, quando quis reddidisse dicatur?*
9 *Ratio semel reddita amplius reddi non debet non docto de errore, seu dolo.*
10 *Ratio reddita dici nequit non exhibitis libris administrationis coram Peritis, & ex quibus probetur illorum exhibitio nu.*11.14.*&* 16.
12 *Subscriptio importat omnium contentorum in scriptura subscripta approbationem.*
13 *Et afficit etiam subscribentis hæredem.*
15 *Notario actuario de productione creditur.*
17 *Sententia concedens immissionem per caput separatum si ob non interpositam appellationem transitum fecit in Iudicatum mouetur executionem etiamsi super aliis Capitulis causa esset ad alios Iudices deuoluta.*
18 *Compromissum non comprehendit contenta in iudicatum transacta.*
19 *Compromissum expirat per obitum compromittentium, quando non fuit stipulatum pro hæredibus.*

20 Exe-

20 *Executio sententiæ, quando suspendi nequeat?*
21 *Extinctio census facta ab administratore cadit sub redditione rationis.*
22 *Excessus sententiæ siue decreti deduci nequit, quoties verba executionis contrarium demonstrant.*
23 *Identitas bonorum Emphyteoticorum est omnino probanda, quando alia bona libera in eodem loco existunt.*
24 *Inter plures cohæredes agi nequit Iudicio immissionis, sed familiæ herciscundæ.*
25 *Declara procedere, quando omnes cohæredes possident alias secus nam actio familiæ herciscundæ non competit non possidenti.*

DECISIO DCXXX.

ALDOBRANDVS Iulianus Feliciani filius in vim decreti A.C. de an.1652. mandantis pro exequutione sententiæ à Prætore Forosempron. de anno 1626. ad fauorem Patris latæ ipsum immitti in possessionem tertiæ partis bonorum hæreditariorum Iulij Cæsaris Iuliani Furiosi ab intestato defuncti, d. tertiæ partis actualem possessionē recepit, & desuper in gradu appellationis à d. decreto ad me interposita petijt manutentionem, super qua particulari dubio per me proposito sub die 29. Maij 1655. responsum fuit quod videatur de bono Iure etiam ad effectum manutentionis, & hodiè de bono Iure Aldobrandi quoad tertiam partem dictorum bonorum dumtaxat, cum aliæ duę partes spectent ad eius Pātruos, Domini cōstare dixerunt etiam ad effectum manutentionis.

Cum enim Iulio Cæsari de cuius hæreditate agitur tres superuixerint fratres germani, nempè Horatius auctor Hippolyti iunioris, Hippolytus senior, & Felicianus Aldo-
1 brandi Pater singulis tertia† pars hæreditatis debetur illam inter illos æqualiter diuidendo pro virili iuxta dispositionem *tex. in Auth. de fuccess. C. ad Sen. Conf. Tertull. Auth. Costante C. legit. hæred. & decis. Buratt.* 110. *num.* 1. & per consequens rectè A.C. mandauit exequi sētentiam de partibus super immissione Feliciani in possessionem dictæ partis.

Nec obstat, quod eadem sententia con-
2 textualiter condemnet † Felicianum ad dimittendum Hippolyto, & Horatio pro duabus tertijs portionem domus, & aliorum bonorum per ipsum possessorum ad præfatā hæreditatem pertinentium, nec non ad reddendam rationem Hippolyto iuniori de administratis occasione curæ ipsius Iulij Cæsaris indè infertur vtrumque debuisse adimpleri antequām sententia in parte immissiua Feliciani exequutioni demandaretur *ex allegatis in decis.* 400. *Duran. num.* 1. *& seq. decis.* 742. *num.* 7. *par.* 3. *recent.* Eo magis quia successiuè duæ aliæ sententiæ locumtenentis Vrbini, & Collegij Vrbinaten. mandarunt procedi ad vlteriorem exequutionem d. primæ sententiæ in ea parte qua Felicianum ad reddendā
3 rationem condemnauit, omnisque † ratio poscit, ne cohæres à cohæredibus exigat, quod intus habet, vt reddat rationem de bonis in vita defuncti ad illum peruentis, & bona hæreditaria, quæ possidebat confert *l.* 1. *§. proindè, & si §. item si cum me iuncta gloss. verbo compensatio, ff. si pars hæred. petat. l. si soror. C. collat. Bald. in l.* 2. *numer.* 5. *vers. sicut beneficium etiam C. senten. rescin. non poss. Roland. cons.* 28. *numer.* 6. *lib.* 1.

Nam dimissio bonorum si quæ prius Fe-
4 licianus possidisset satis probatur, † nedum ex quo alios fratres bonorum hæreditariorum possessionem cœpisse constat ex datis in Calce responsionis facti pro Hippolyto, sed etiam quia cū Aldobrandus petierit im-
5 mitti in tertiam partem omnium † bonorū hæreditariorum ex indè fassus fuit se nullam dd. bonorum partem possidere *Adden. ad Buratt. dec.* 160. *num.* 18. *& dec.* 306. *num.* 10. *Rot. decis.* 495. *numer.* 51. *par.* 4. *tom.* 2. *recen. & dec.* 210. *num.* 1. *par.* 7. & hoc ipsum quatenus opus sit
6 importat dimissionem † possessionis quæ solo animo dimittitur *l.* 3. *§. in amittenda ff. acquir. possess. Mant. dec.* 200. *num.* 5. *Duran. dec.* 269. *num.* 17. *Rot. dec.* 174. *num.* 5. *par.* 4. *diu. & in Romana hæreditatis de Cinciis* 15. *Decembris* 1013. *coram bon. mem. Pirouano*, iuncto præsertim, quod ab anno 1625. citrà nusquam alij fra-
7 tres petierunt d. possessionem dimitti, nec duæ supra enunciatæ posteriores sententiæ ad dimittendum condemnarunt, sed solum ad reddendam rationem, & hodiè Rota bonum ius Aldobrandi restringit ad tertiam partem tantum omnium bonorum desuper, quæ manutentionem ei concedit, alias verò duas tertias partes declarat spectare ad alios cohæredes.

Adimpletum pariter visum fuit præceptum reddendi rationem de bonis administra-
8 tis, nam constat rationes † redditas fuisse in in partibus de anno 1626. & 1627. & in Curia de anno 1652. *Sum. Aldobrandi num.* 3.
9 Nec ratio semel reddita iterùm† debet reddi, non docto de dolo seu errore *l. semel C. public. apoc. l.* 10. *l. vnic. vbi not. omnes C. error. Calc.* cum alijs allegatis *in Romana Computorum* 23. *Iunii* 1640. *§. non obstat, §. ex quibus coram R. P. D. Cerro.*
10 Gratisque dicitur † non fuisse coram Peritis exhibitos libros; nam quoad Pertos de partibus contrarium, patet ex verbis ibi, *dicta computa calcularunt habitis in consideratione Partitis descriptis in libris sibi exhibitis d. Summ. num.* 2. Cumque relationes subreptæ fuerint
11 ab Horatio Auctore Hippolyti Aduersarij† hoc sufficit vt fidem mereantur in omnibus ibidem enunciatis, & de minus legitimæ ra-
12 tionis exaduerso excipi non possit, quia † subscriptio importat omnium approbationem *l. Emptor* 47. *§. fusius de pact. l. fin. §. subscriptionem, C. de Iur. deliber. l. sicut §. non inditatur ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solut. cap. si quis de reb. Eccles. non alien. Felin. in cap. quoniam contrà num.* 43. *de prob.* quę afficit etiam Aduer-
13 sarium† subscribentis hæredem *l. cum à Matre Cod. rei vendicat. l. ex qua persona ff. reg. iur* maximè quia de exhibitione libri administratio-

strationis constat vlteriùs ex fide authentica
14 actuarij † sub die 6. Iulij 1621. ibi, occasione administrationis vna cum libro producto peracta mei *Summ. responsionis pro Aldobrando*
15 *num.2.* cui actuario de productione facta creditur *Buratt. decis.606. num.12. Rota in Romana Census, seu Depositi 4. Martii 1641. coram Reu. D. meo Decano.*

Nec admirandum si in supramemoratis duabus posterioribus sententijs, Iudices mãdauerunt primam sententiam exequi quoad obligationem reddendi rationem, quia tũc
16 doctum fortè non fuit de mox † ponderatis exhibitionibus librorum, & relationibus sub scriptis, quibus ex abundanti accedit nuperrima relatio Andreæ Chelli Periti electi ab A.C. & in omnem euentum dd. sententiarũ ratio haberi non deberet, quia ex prædictis essent iniustæ eo minus ad effectum retardãdi executionem primæ sententię per capitulum separatum immissionem concedentis, quæ ob non interpositam appellationem
17 transijt † in iudicatum, & meretur executionem, etiam si super aliis Capitulis causa esset ad alios Iudices deuoluta *l. etiam §. 1. ff. minor. Bart. in l. 1 num.7. C. aduers. error. calc. Cald. in l. si curatore vers. vel Aduersarii dolo num. 31. & seq. C. in integ. rest. Menoch. de arbitr. cas. 91. numer. 17. & seqq. Vinc. de Franch. decis. 170. num. 4 Rot. in Spoletana manutentionis 12. Maii 1645. §. fuit autem coram me.*

Nihil refragante Compromisso inter Felicianum, & fratres, vt asserit facto de anno
18 1638. eo quia non † comprehendit contenta in sententia in iudicatum transacta, *Neguf. conf. 4. num. 105. Ciriac. controu. 3. decis. 350. numer. 11. & 12. Franc. Marc. decis. 455. numer. 1.* aliique relati ab *Adden. ad Surd. decis. 185. numer. 1.* & expirauit per obitum Feliciani al-
19 terius ex compromittentibus † cum pro hæredibus stipulatum non fuerit *l. diem proferre, §. 1. l. sed & interpellatur §. fin. ff. recept. arbitr. Abb. in cap. Compromissum num. 2. eod. tit. Caual. dec. 656. nu. 4. Rota inter rec. 452. numer. 6. part. 1.* Adeò quod nihil aderat, quod suspẽ-
20 dere posset executionem primæ sententiæ, † quoad immissionem in iudicatum transacta quæ perperam dicitur in hac parte suspensa per duas posteriores, cum in illis nec verbum de hoc habeatur. His positis nihil obest, quod Felicianus Census aliquos ad Iulium Cæsarem spectantes dum administrator erat
21 extinxerit, † quia hoc pertinet ad redditionem rationis satis iuxtà prædicta completam nec aduersantem.

22 Prætensus excessus decreti A.C. † siue ob compræhensionem bonorum Emphyteuticorum, quorum renunciationem solus Hippolytus obtinuit, siuè quia capta fuit possessio totius Domus, tollitur respectu Domus, quia verba executionis contrarium demonstrant, ibi, *immisisse in veram possessionem Domus, &c. pro tertia parte tantum, &c. vt in vltimo Summ. Aldobrandi num. 1.* Comprætensio item bonorum Emphyteuticorum non benè educitur, ex quo illa adsint in loco, vbi existunt quædam bona ab Aldobrando ap-
23 prehensa, quia † non constat de identitate bonorum omninò probanda, quando vt in casu nostro alia bona libera in eodem loco existunt, *Afflict. in cap. 1. num. 12. de controu. inter Masc. & fœm. Decian. conf. 33. sub nu. 53. lib. 1 Rota decis. 150. num. 5. decis. 295. n. 8. par. 1. rec.* Et manutentio Aldobrando nõ datur super bonis Emphyteuticis, sed solum super liberis ad quæ dumtaxat hodierna resolutio astringitur, tum quoad bonum Ius, tum quoad manutentionem respectu tamen dictę partis bonorum, cum aliæ duæ tertiæ partes, vt supra dictum fuit spectant ad Aduersarios.

Tandem non obstat, quod inter plures co-
24 hæredes agi non debuerit † iudicio immissionis, sed familiæ herciscundæ, vt dixit *Rot. dec. 68. num. 4. inter impress. Statil. de Saluian. & dec. 1027. num. 4. apud Pen.* Quia hoc procedit,
25 quando omnes cohæredes † possident cum actio familiæ herciscundæ non competat nõ possidenti *l. 1. ibique Bald. num. 1. ff. fam. hercisc. Neuis. conf. 65. num. 4. & seq.*

Et ità vtraquè &c.

AVXIMANA DOTIVM.

Mercurii 26. Maii 1655.

ARGVMENTVM.

In hac decisione latè discutitur, quando cessio dicatur potiùs translatiua, quàm extinctiua? Liberatio reportata ab vno ex correis suffragatur omnibus.

SVMMARIVM.

1 *Verbum* Cioè *præcedentem dispositionem in genere prolatam specificat.*
2 *Bona in dotem assignata à fratre sorori cum pacto, quod æstimentur a communibus amicis, & quatenus non ascendant ad quantitatem assignatam teneatur frater supplere, præsumuntur sufficientia si non docetur, quod per æstimationem detecta fuerint minoris valoris, & frater suppleuerit de proprio.*
3 *Et onus probandi supplementum incumbit allegant i.*
4 *Purificatio conditionis probanda est ab allegante.*
5 *Supplementum cum sit quid facti non præsumitur, nisi probetur.*
6 *Cessio translatiua probatur ex verbis* cedono, e renunciano.
7 *Idem est transferre, & cedere actiones.*
8 *Cessio Iurium est translatiua non extinctiua, quando verbum* cedere *non est iunctum datiuo, sed accusatiuo.*
9 *Et quando in Instrumento est adiectum in datiuo, si in præcedenti conuentione est positum in accusatiuo, tunc Instrumentum recipit interpratationem à conuentione, in cuius executionem emanauit.*
10 *Cessio reputatur translatiua attenta qualitate rei cessæ puta quando agitur de Iuribus iam delatis in quibus cadit translatio, & donatio.*

11 *Ces-*

11 *Cessio extinctiua supponit praecedentem obligationem, secus vero translatiua.*
12 *Cessio siue renunciatio Iurium facta à sorore fauore fratris, qui est obligatus dotare non est translatiua, sed extinctiua.*
13 *Cessio an sit translatiua intentio, seu voluntas contrahentium inspicienda est.*
14 *Et ex quibus talis voluntas desumatur?*
15 *Liberatio, seu cessio extinctiua facta vni ex correis sufficit, vt omnes liberentur.*
16 *Clausula* Ponens &c. *Constituens &c. translationem important.*
17 *Clausula* Constituti *est de sui natura translatiua.*
18 *Iura quoties per cessionem extinguntur, tunc nihil superest, quod cedens cessionarii nomine possideat.*
19 *Quietantia quamuis sit generalis, & amplissimis clausulis munita loquens nominatim de certa rata crediti ad eam tantum restringitur.*

DECISIO DCXXXI.

PER apocam subscriptam die 12. Aprilis 1636. approbatam iterum in Instrumento rogato die 9. Iunij eiusdem anni, & præseruatam in quietantia Equiti Bernardino ab Augustino fratre facta manu publici Notarij sub die 14. Decembris 1649. conuentum fuit, quod quatenus contigeret declarari Bernardinum teneri dotare Ceciliam & Sperandiam sorores de fructibus primogenituræ sibi præuentiua restitutione cessæ ab Alexandro communi Patre, tunc viuente, idem Bernardinus teneretur ex fructibus præfatis, vel alijs bonis proprijs reimbursare, & recompensare Augustinum, & Antonium Iacobum fratres pro concurrente quantitate bonorum maternorum ipsis sororibus in dotem datorum pro rata tamen Iurium, & actionum, quæ eisdem Augustino, & Antonio Iacobo competerent super bonis prædictis in dotem assignatis.

Idem petente Bernardino audiri aduersus decisionem coram me editam 6. Februarij 1654. super confirmatione sententiæ Rotalis condemnantis illum ad soluendum Augustino scut. 2666. Rota mandauit videri dumtaxat, quænam rata Augustino competat in bonis maternis huiusmodi: Nihil enim vltra Augustinus prætendere potest, siue ex persona propria, siue ex cessione sororum; Quia si Bernardinus dotes assignauit de proprio non habent alij cur conquerentur; si de bonis communis matris competit tamen Ius repetendi ratas, quas in illis haberent, cumque Augustinus Portionem bonorum maternorum à se iure proprio, vel hæreditario Isabellæ sororis prædefunctæ spectantem iam fuerit consecutus, & quietantiam fecerit, vt supra dicto anno 1649. superest sola actio pro ratis desuper competen. Ceciliæ, & Sperandiæ, & per eas cessis Augustino.

Hinc proposita causa sub die 14. Decembris proximè præteriti, & negante Bernardino cessionem hanc, vtpotè extinctiuam transtulisse in Augustinum Ius aliquod contra se experibile Domini rescripserunt, quod informetur strictè, an cessio sit extinctiua, vel translatiua supponentes de cœtero dotem scutor. 4000. pro qualibet dd. sororibus assignatam fuisse integrè in portionibus bonorum maternorum ad eas pertinentibus, vt oculariter legitur in apoca matrimoniali exarata 23. Aprilis 1636. ibi, *Con dote di scudi 4000. in tanti beni stabili per ciascuna, cioè le portioni che li preuengono nella dote della Signora Lidia lor madre à stima, &c.* Ponderando verbum † *Cioè* quod præcedentē genericam promissionem scutorum 4000. in bonis stabilibus restringit ad portiones dotis maternæ sororibus competentes statim specificatas, *Bart. in l. quæsitum, §. si quis fundum nu. 15. vers. aut fuit facta numeratio ff. fundi strust. Bald. cons. 200. num. 3. lib. 4. Aym. cons. 227. num. 7. in fine, Cephal. cons. 272. num. 18. Barbos. dict. 145. num. 2. adden. ad san. memor. Gregor. XV. decis. 253. num. 12. in fine.*

Quæ etsi partes conuenerint, quod æstimentur à communibus amicis, & quatenus
2 non ascenderent † ad valorem scutor. 4000. pro qualibet sorore teneretur Bernardinus supplere de proprio præsumerentur sufficientes, & præfati valoris, dum exaduerso non docetur, quod per æstimationem communium amicorum detectæ fuerint minoris, & Bernardinus suppleuerit de proprio, vt docendum est *iuxt. theor. Soccin. in l. pecuniam 36. num. 10. ff. si cert. petat. Ciriac. contr. 180. nu. 45. & seqq. Rota penes Buratt. decis. 546. num. 6. & decis. 130. n. 16. inter impress. post tract. Moder. Foroliu. de legitima secundā vltimam impressionem.* Prępsertim quia supplementum de proprio non fuit promissum simpliciter, sed conditionaliter, nempè in casum portiones sororum ad summam promissam non ascenderent;
3 Vndè onus probandi supplementum † datum fuisse incumbit alleganti, tum ratione
4 conditionis, † cuius purificatio ab allegante probanda est, vt ferè in puncto *Buratt. decis. 151. num. 1. & 2. Rot. in Cremen. seu Iannen. Pecuniaria 1. Iulij 1648. §. nec dicatur coram Reuerendiss. D. Archiepiscopo Tarraconen.* Tum quia
5 supplementum cum sit facti † non pręsumitur, nisi probetur, *Salyc. in l. 2. num. 15. C. Iur. emphit. Ripa in l. in illa nu. 15. ff. verb. oblig. Becc. cons. 105. num. 12. Natta cons. 406. n. 12. cons. 726. num. 4. Rota decis. 725. numer. 8. par. 4. tom. 3. recentiorum.*

Discusso igitur hodie articulo cessionis tam respectu Augustini translatiuam esse Domini censuerunt attentis tum verbis, ibi:
6 *Cedono, e renuntiano,* † quæ translationem importare tradunt allegati à *Modern. Nouarien. de renunciat. lib. 1. cap. 4. num. 3. & seqq. Cenc. de Censibus qu. 103. sub nu. 17. vers. & ad demonstrandum in fine, Rota decis. 305. sub nu. 2. inter impress. post*
7 *dictum Tractatum*, quia idem est † transferre, vel cedere actiones, *l. quod si seruus, §. item labeo, ait ff. in rem vers. l. penult. & l. final. C. mandati l. in deposito ff. rei indicat. l. mulier ff. qui pot. in pign. hab.*

bab.l.fideiussor.ff.fideiussor. Eo magis quia originalis conuentio contenta in Capitulis matrimonialibus de cessione à sororibus faciẽda non disponit, quod illæ cedant Iuribus, sed Iura, ibi, *Renuntijno à fauore di detto Signore ogni lor raggione &c.* & sic verbum *cedant*† non
8 iungitur datiuo, sed accusatiuo, quo casu translatiuam esse non extinctiuam tradunt relati *à dicto Modern. dicto cap.4. numer.1. in fine.* Et licet in Instrumento subsecutæ cessionis
9 Iura † ponantur in datiuo, ibi, *Cedano, e renuntiano ad ogni lor raggione &c.* hoc tamen recipit interpretationem ab originali conuentione in accusatiuo loquente, in cuius executionem emanauit, *l.ait pretor §.1.ff.rei iudic. Alex.cons.156.sub num.2.& per tot. lib.6.* cum aliis allegatis *in Romana dotis 31.Ianuarii 1652. coram me,* & in puncto *Rot.in Romana fideicommissi, seu Saluiani 28.Aprilis 1651.* §.*Propterea, coram R.P.D.meo Celso.*
10 Tum qualitate rei cessæ, † siquidem sorores non cesserunt, aut renunciarunt bona materna deferenda, aut Iura sibi competitura super fructibus Primogenituræ, vel aliis bonis, sed iam delata, & acquisita ex præcedenti obligatione Bernardini de illas dotando, in quibus cadere non potest repudiatio, sed vera translatio, ac donatio *Ripa in l.si vnquam q.11.num.20.Cod.reuocand.donat. Roland.cons.11.num.24.lib.1.Bellon.de Iur.accrescend.cap.5.quæst.48.numer.1.& 2.* & in puncto renunciationis factæ à muliere in Instrumẽto dotali, *Castren.in l.si actionum num.2. C.pact. l.pactum num.8.C.collat. l.planè, §.si duobus nu.9. ff.legat.1. Aldobrandin.cons.26.num.19.lib.1. Fab. de Anna cons.45.n.2.& 19.lib.1.*

Tum personis ad quarum fauorem cessio & renunciatio emanauit nempè Augustini, & Antonij Iacobi, qui cum nullo modo tenerentur sorores dotare, capaces non erant
11 cessionis extinctiuæ, † quæ præcedentem obligationem supponit, sed solum translatiuæ, vt in simili ratiocinatur *Ruin. cons. 23. num.9.lib.3.Soccin.cons.34.num.1.lib.4.Surd.consil.244.num.15.& confert decis.83.sub num.1.inter impress.apud Modern.Forolinien.de pignoribus.* Quicquid dicendum esset si sorores renunciassent soli Bernardino ad dotandum obli-
12 gato† in quibus terminis renũciationes huiusmodi non esse translatiuas notat *Molphes. ad consuet.Neapol.to.1.tit.de renunc.qu.6.num.23.& quæst.14.nu.19.*
13 Tum præsumpta voluntate contrahentiũ quam † præcipuè ad hunc effectum attendendam esse, & iuxta illa verba intelligendam tradit, *Cenc.de Censib.quæst.103.sub n.17. vers.Cæterum Bellon.de Iure accresc.cap.5.q.446. sub num.141.Rot.dicta decis.83. num.8. apud Modern.de pignorib.& in dicta Romana Fideicommissi seu Saluiani, §.Cumque vers.& magis coram R.P.D.meo Celso,* præsumitur enim † quod Au-
14 gustinus, & Antonius Iacobus ad dotandum non obligati quique fauore sororum promiserant euictionem bonorum dotaliũ, & nullum ex cessione extinctiua commodum reportassent, voluerint in recompensam dictæ promissionis sibi cedi Iura translatiuè, præsertim quia alioquin ipsorum respectu cessio esset superflua, & si quod negatur, ipsi quoq; vna cum Bernardino fratre dotare debuissent, quia tunc necesse non erat, quod sorores cederent omnibus fratribus, sed cessio extinctiua, seu liberatio † fa-
15 cta soli Bernardino sufficiebat, vt omnes tamquam correi liberarentur, *l.verborum obligatio 107.ff.solut.l.2.& 3.ff.duobus reis Mantic. de tacitis lib.15.tit.6.num.1.& 2.Surd.consil.221. num.58.Rota decis.116.num.1.apud Modern.de pignoribus,* & hanc coniecturam superfluitatis euitandæ ponderauit in proximis terminis, *Rota in dicta Romana fideicommissi, seu Saluiani,* §.*prædictus, vers.quia vtique coram R.P.D. meo Celso.*
16 His accedunt clausulæ † *ponens &c. Constituens &c.* translationem importantes, vt dixit *Rota decis.368. num.2.apud Cenc.de Censibus,* &
17 signanter clausula *Constituti,* † idem importans, quia si Iura per cessionem extingue-
18 rentur, nihil superesset, quod cedentes cessionarij nomine interim possederent *Rota in Maceraten.Saluiani 26.Iunii 1647.* §.*hinc nec releuat coram R.P.D.meo Peutingerio.*

Quare meritò per sententiam Rotalem condemnatus fuit Bernardinus ad soluendũ Augustino scut. 2666. pro tertia parte scutorum 8000. ad quæ ascendunt portiones competentes sororibus in bonis maternis in dotem, vt supra assignata. Nihil refragante supra memorata quietantia anno 1649. facta ab Augustino, quia vt dicebam non loquitur, nisi de rata dotis maternæ ad Augustinum spectante ex propria persona, vel Iure hæreditario Isabellæ, ibi, *Dichiara come per tutto quello, che esso Signore Agostino puol pretendere nelli beni di detta Signora Lidia, & portione di essa Signora Isabella,* & infra, ibi, *Tanto per la decima parte sua quanto per la nona parte della Signora Isabella,* & rursus, ibi, *Per la sua portione de beni dotali della detta Signora Lidia, e portione di detta Signora Isabella,* & mentionem facit de scutis 8000. assignatis sororibus ad effectum dumtaxat demonstrandi, quod dicta rata calculata fuit super vniuerso asse dotis maternæ, hodie vero Augustinus agit ex Iuribus cessis, & de reimbursatione promissa in apoca, ac in Instrumento rogato die 9.Iunij 1636. quod fuit expressè reseruatum in dicta quietantia, ibi, *Si riserua le ragioni dell'Instromento rogato li 9. Giugno 1636.* Quod nec in dubium conseretur compræ-
19 hensum in quietantia generali † de certa rata nominatim loquente, quamuis amplissimis clausulis munita, *l.si de certa Cod.transact. Surd.cons.418.num.11.& seqq. Natta consil.546. numer.13.* cum aliis allegatis *in Romana Dotis 30.Ianuarij 1652.coram me.*

Ex quibus confirmandam esse primam decisionem resolutum fuit vtraque &c.

ARI-

ARIMINEN. SVCCESSIONIS.

Mercurii 26. Maii 1655.

ARGVMENTVM.

Stipulatio pro hæredibus quibuscumque facta à Notario in Instrumento renunciationis, quod fuerit à renunciante acceptata, & approbata ex quibus probetur? & declaratur, quo casu loquatur doctrina *Molphes*. Reliqua desume ex Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio quamuis sit stipulata pro hæredibus, & successoribus quibuscunque non potest dici perpetua, quando verba* pro hæredibus, & successoribus *non fuerunt prolata à renunciante, sed à renunciatario, & tunc attendi non debet pro quibus renunciatarius acquirere voluit, sed pro quibus dare renuncians, & de renunciatione monialis, nu.2. Et ratio redditur, nu.3.*

4 *Stipulatio non obligat, nisi in eo quod promissor respondit, etiamsi latior sit, & ad plures personas extendatur interrogatio stipulatoris.*

5 *Stipulatio pro hæredibus à Notario concepta, & à renunciante acceptata ex quibus verbis eliciatur.*

6 *Dictio* dictos *est relatiua, & repetit personas supra expressas.*

7 *Stipulatio Notarij pro hæredibus, quod fuerit à renunciante approbata, & facta de eius voluntate ex quibus verbis desumatur.*

8 *Stipulationis indefinita acceptatio includit pernecesse consensum in omnes qualitates à stipulante expressas.*

9 *Stipulatio respectu consensus est indiuidua, & constat formaliter ex interrogatione, & responsione.*

10 *Et sufficit formam interrogationis placuisse promittenti, vel in ipso actu responsionis, vel paulo post.*

11 *Clausula* rogans me Notarium &c. *in fine instrumenti renunciationis posita, quid denotet? num.12. Et declaratur doctrina* Molphes. *numer.13.*

14 *Renunciatio facta à sorore hæreditatibus fratrum, quando est concepta in numero plurali sortitur effectum siue ab intestato vnus frater moriatur, siue omnes.*

15 *Renunciationes quæ fiunt ab ingredientibus Religionem largius interpretandæ sunt, quam quæ à mbentibus in seculo.*

DECISIO DCXXXII.

OMNIBVS obiectis sub die 27. Nouembris proximè præteriti adductis ab Informantibus pro Monasterio, & Monialibus Sancti Matthæi de Arimino ad obtinendam nouam audientiam aduersus Decisionem contrariam editam 26. Ianuarij eiusdem anni satisfacere dictæ Decisionis responsa, visum est Dominis; hodie causa super eisdem proposita superfluum est illa repetere.

Vnico excepto nouiter ex ingeniosè à dictis Informantibus excitato ad elidendam realitatem, ac perpetuitatem renunciationis
1 à Lucretia † in ingressu Religionis factę educto è stipulatione *pro hæredibus quibuscumque*, nempè quod cum hæc verba non fuerint prolata à renunciante, sed solum legantur in acceptatione renunciatarij, qui scilicet acceptarent pro se *hæredibus, & successoribus quibuscumque non suffragantur*, quia attendi non debet pro quibus renunciatarius acquirere voluerit, sed pro quibus dare renuncians, *l. qui mihi donatum, ff. donat. l. cum in corpus ff. acq. rer. dom. Larrea decis. Granat. 86. sub n. 14. vers. qui*
2 *in traditionibus*, & in puncto † renunciationis factæ à Moniali *Molphes. ad consuetud. Neapolit. tom. 1. tit. de renunciat. quæst. 3. nu. 7.* vbi dicit ra-
3 tionem, † quia agitur de præiudicio renunciantis, *Rota inter impress. post Moder. Forolivien. de Legitima decis. 48. sub nu. 26.*

Confirmatur id ipsum ex natura stipula-
4 tionis, † quæ non obligat, nisi in eo quod promissor respondit, & si latior sit, & ad plures personas extendat interrogatoria stipulatoris, *l. 1. §. stipulanti ff. verb. oblig. l. inter stipulantem 83. §. si stipulante ff. eod. l. si seruus legatus 3. §. qui quinque ff. legat. 1. §. Præterea ibique Piccard. num. 2. & seqq. Io. Harprecht. num 4. & seqq. Instit. de inut. stipul. Valent. quæst. par. 2. li. 2. tract. 3. cap. 5. nu. 1. & seqq. Thes. interpr. Iuris cap. 41. Gomez var. resol. to. 2. cap. 9. n. 4. & seqq.*

Sed etiam isti obiecto satisfactum hodie fuit animaduertendo satis in casu nostro ad fauorem hæredum quorumcunque de mēte renunciantis constare, quia etsi verba renunciantis dirigantur à principio in Iulianum, & Petrum eius fratres, ibi, *Iuliano, & Petro eius fratribus carnalibus, licet absentibus &c.* contextualiter tum in eadem oratione subsequitur stipulatio Notarij pro absentibus, eorumque hæredibus quibuscumque, &
5 hanc stipulationem † ita conceptam fuisse à Lucretia renunciante acceptatam demonstrant inferiùs verba Instrumenti, ibi, *Et prædictam fecit, & facere declarauit dicta soror Maria Lucretia erga dictos eius fratres, & hæredes* põderando præsertim dictionem *dictos* relatio-
6 nem ad hæredes, † quæ repetit adiectiuum *quibuscumque* in stipulatione Notarij, vt supra appositum, itaut etiam in hac parte censeatur expressum, *l. si prior ff. solut. matrim. Iason. cons. 108. col. antepen. vers. non quoque obstat lib. 4. Surd. cons. 21. num. 13. Barbos. dict. 87. num. 1. & 4. Rota Bononien. diuers. decis. 34. num. 43. decis. 116. num. 31.* Iunctis præsertim statim subsequentibus verbis dicta stipulatione interueniente per quæ apparet totam stipulationem Notarij, vt supra conceptam fuisse de voluntate renunciantis.

Eademque verba geminata fuerunt infra in pacto reuersiuo annuæ præstationis renuncianti promissæ, quam videlicet illa post eius mortem voluit reuerti ad hæredes quoscumque, ibi, *Et post mortem perueniant, & reuertantur ad dictos eius hæredes, & successores* Rursus stipulationem Notarij cum dictione
7 relatiua approbauit† renuncians circa finem Instrumenti, ibi, *cessit, & condonauit &c.* dictis eius

eius DD. fratribus dicta stipulatione interue-
niente. Vndè euidens fit, quod Notarius
stipulatus fuit pro hęredibus quibuscumque
de voluntate renunciantis, & si huiusmodi
verba de fratribus, & non de hæredibus mē-
tionem faciant, quia indefinita acceptatio
8 stipulationis † includit pernecessè consen-
sum in omnes qualitates à stipulante expres-
sas cum stipulatio respectu consensus sit in-
9 diuidua, † & constat formaliter ex interro-
gatione, & responsione, *l. stipulationum 5. §. sti-
pulatio ff. verb. obligat. l. his verbis 8. ff. duobus reis,
Io. Harprect. in verb. instit. de verb. oblig. num. 2. &
ibidem Piccard. nu. 7. Gomez var. resol. to. 2. cap. 9.
num. 3.* Sufficitque formam interrogationis
10 placuisse promittenti, vel in ipso actu res-
ponsionis, vel paulo post, vt ex *textu in l. 1.
§. si quis simpliciter ff. verb. oblig. tradit Piccard. in
dicto §. Præterea sub numer. 9. Instit. de inutil sti-
pulat.*

11 . Cumque tādem ex clausula *rogans me No-
tarium &c.* posita in fine Instrumenti Nota-
rium fuisse etiam à renunciante rogatum, vt
stipulationem modo supradicto conciperet,
probatur *Caputaq. dec. 245. par. 2. Mart. Andr. de-
cis. 14. n. 8. Buratt. decis. 667. n. 4. & decis. 878. n. 2.
Rota in Nouarien. Bonorum 17. Decembris 1640.
coram clar. mem. Coccino*, euidentiùs colligitur
verba illa Notarij fuisse non vnius tantum.

12 Sed vtriusque partis† etiamsi ab initio re-
nuncians de hæredibus loquuta non fuit, vt
bene in proximis terminis, *Dec. cons. 185. sub
n. 8. vers. sed in casum post Curt. Sen. cons. 49. n. 75.*
& stipulationem solius donatarij pro hære-
dibus quibuscumque &c. pōderauit ad pro-
positum *Rot. in Auenionen. Fideicommissi 3. Apri-
lis 1646. §. 1. coram R. P. D. meo Verospio, impress.
post Modern. Auenionen. resol. Ciuil. c. 55. sub n. 27.*

Firmum itaq; manet, primum primæ de-
cisionis fundamentum inhęrens stipulationi
pro hæredibus quibuscumque non obstante
doctrina *Molphes. & decis. 48.* in obiecto alle-
13 gatæ, † quia loquuntur quando ex alijs non
constat renunciantē voluisse, etiā renuncia-
re pro hæredibus quibuscumque, quod in
dubio verisimile esse negant, sed in casu no-
stro voluntas est clara, quam etiam demon-
strant clausula *ad habendum*, & alia ponderata
in prima decisione, subsistit pariter aliud fun-
damentum positum in explicita renuncia-
tione hæreditati fratrum ex testamento, siue
ab intestato, quam informantes alias restrin-
gi asseruerunt ad hæreditatem vnius fratris,
alio fratre superstite, quia renunciatio lo-
14 quitur in plurali † de hæreditate passiua fra-
trum, ibi, *& fratrum &c.* & renunciantem
sensisse illorum hæreditatibus renunciare,
siue vnus tantum decedat, siue ambo legitur
oculariter pauló infra, ibi, *A prædictis, & eo-
rum quolibet*, quorum verborum sensus lit-
teralis est, quod renunciatio sortiatur effe-
ctum, siue ab intestato moriatur vnus fra-
ter, siue omnes ex allegatis *in Romana Fidei-
commissi 16. Nouembris 1622. coram bon. memor.
Pirouano, & Interamnen. fideicommissi 14. Februa-
rii 1648. coram me.*

Præterea hæ renunciationes, quæ fiunt ab
15 ingredientibus Religionem † largius inter-
prętandæ sunt, quam quæ à mulieribus nu-
bentibus in sæculo, vt dixit *Rota in Romana
fideicommissi de Cosciaris 16. Martii 1648. § quia
coram Eminentiss. Corrado*, vbi sub hac distin-
ctione concordantur decisiones, quæ vide-
bantur contrariæ.

Et ita decisum vna tantum parte Infor-
mante alia tamen citata pluries, & expectata
diù, ac obiectis ab ea articulis excitatis serio
discussis &c.

FLORENTINA ORATORII.

Lunæ 31. Maij 1655.

A R G V M E N T V M.

Filius natus ex muliere coniugata præsumitur potius mariti, quam adulteri, hæc tamen præsumptio cum sit iuris, non autem iuris, & de iure admittit probationem in contrarium resultan. ex impotentia, vel absentia mariti, vtrumque tamen debet à testibus concludenter probari pro elidenda huiusmodi præsumptione, & ex quibus neutrum in casu huius decisionis probatum dici nequeat.

S V M M A R I V M.

1 *Filius natus ex muliere quæ tempore conceptionis, & natiuitatis maritum habebat præsumitur potius mariti, quam adulteri* iuxta text. in l. miles §. defuncto ff. ad leg. Iul. de adulter.

2 *Amplia procedere quamuis vterque coniux id neget, & adulter filium in suum agnouerit, quia talis agnitio non nocet tertio ab eo causam non habenti, & venienti ex propria persona.*

3 *Præsumptio* l. miles *est tantum iuris, non autem iuris, & de iure admittit probationem in contrarium resultans ex impotentia, vel absentia mariti, vel alijs vrgentibus coniecturis.*

4 *Impotentia mariti excluditur si constat eum post natiuitatem filij, alios filios suscepisse.*

5 *Absentia mariti ab vxore detenta ab adultero sub arcta custodia, & ad quam cuicunque prohibitus erat accessus non probatur per testes viles, & non bene informatos.*

6 *Testes de auditu nō probant præsertim si sunt personæ viles, & non informatæ.*

7 *Amplia quamuis versemur in antiquis, quia adhuc requiritur quod sint personæ graues, quod audiuerint ab eisdem personis, & eodem tempore omnes specificent à quo audiuerint, & deponant de auditu ante litem motam.*

8 *Testes deponentes de publica voce, & fama, vt probent deponere debent cum requisitis enumeratis à* Ruino cons. 52. num. 7. lib. 5.

9 *Filiatio non probatur ex quo quis fuerit admissus ad præsentandum ad beneficia iurispatronatus familiæ si præsentationes non probantur effectuatæ, & admittens possit decipi.*

10 *Coniectura ad elidendam præsumptionem* legis miles *debent esse efficaces, & vrgentes quando non agitur de alimentis, & de filiatione in possessorio,*

sessorio, sed de successione in iurepatronatus familiæ.

11 *Coniecturæ quando sunt leues, & singula in se imperfecta, nec simul iungi possunt, vt iuuent.*

12 *Adminicula requirunt regulariter subsistentiam alicuius principalis, & fundamentalis probationis.*

DECISIO DCXXXIII.

RVBERTVM de Puccis, tamquam vltimum de familia potuisse iuspatronatus Cappellæ, seu Oratorij existentis in Ecclesia Sanctissimæ Annuntiatæ relinquere Octauiæ vxori, non obstante superuiuentia Horatij decisum fuit de anno 1630. coram bon. mem. Ducipo, eo quod probatum non fuerat, quod idem Horatius esset filius Laurentij de Puccis, vt latè in *decis. 564. per totam par. 5. rec.* Ideò DD. Marchio, & alij de Puccis eiusdem Horatij hæredes, examinatis vigore remissorialium rotalium pluribus Testibus ad probandam dictam filiationem, petierunt hodie à decisis recedi, sed confirmandam esse decisionem Rota censuit.

Cum enim sit vtrimq; in confesso, quod Horatium genuit Maria Bellafagiana, tam de tempore natiuitatis, quam conceptionis alteri nupta, intrat legalis præsumptio, quod
1 Horatius potius mariti, † quam Laurentij asserti adulteri filius sit iuxta *Textum in l. miles §. defuncto ff. ad leg. Iul. de adult.* quamuis vterq;
2 coniux id negauerit, † & Laurentius Horatium in filium agnouerit, quia id non nocet tertio ab eo causam non habenti, & venienti ex persona propria, *Iason. consil. 81. numer. 2. & seqq. cons. 106. numer. 2. & seqq. lib. 1. Cas. Manent. consil. 136. numer. 3. Surd. cons. 552. num. 2. & seqq. Capic. Latr. dec. 16. n. 15. Rot. dec. 643. sub num. 4. par. 4. recen. dec. 716. n. 6. & 7. coram bon. mem. Merl. & in Farfen. bonorum 23. Ianuarii 1647. §. cæteri coram Eminentiss. D. Card. Corrado.*

Et licet aduersus præsumptionem huius-
3 modi, quia iuris tantum est † non autem iuris, & de iure admittatur contraria probatio resultans ab impotentia, vel absentia mariti, vel ab aliis vrgentibus coniecturis *Merlin. dicta dec. 716. num. 2. & seqq.* Neutrum con-
4 currit in casu nostro, quia impotentia † excluditur, ex quo successiuè maritus post natiuitatem Horatij, vt partes fatentur, duos alios filios ex eadem Maria suscepit, absen-
5 tiam verò, † seu arctissimā Mariæ custodiā, quā adulter cuiussuis ad illam accessum prohibebat, siue alia ex quibus filiationis coniecturæ desumuntur, non bene probant testes, vt supra examinati, nam plerique sunt personæ viles, nec vt oportet informatæ,
6 cumque omnes † deponant de auditu probationē non faciunt *cap. licet ex quadam de testib. Caputaq. dec. 297. num. 2. par. 1. dec. 278. nu. 1. par. 2. Rot. dec. 167. num. 29. dec. 237. num. 4. par. 1. rec. & in Bonon. fideicommissi de Victoriis 5. Maii currētis coram R. P. D. meo Zarate,* etiam si ver-
7 saremur in antiquis, † quia adhuc requiritur, quod sint personæ graues, quod audiuerint ab eisdem personis, & eodem tempore quod omnes specificent, à quo audiuerunt, & deponant de auditu ante litem motam, vt notant *DD. in dicto cap. licet ex quadam Farinacc. de testibus q. 69. nu. 98. & pluribus seqq. Gratian. discept. 969. num. 13. & dixit Rot. in Papien. bonorum 14. Iunii 1600. coram bon. me. Card. Lancellotto, & in Romana de Bonellis 28. Nouembris 1614. §. primo coram bon. mem. Vbaldo sen. & in dicta Bononien. fideicomm. de Victoriis §. paruē coram R. P. D. meo Zarate.*

Nihilque releuat, quod aliqui Testes deponant vlterius de publica voce, & fama, &
8 communi † reputatione, quia non deponūt cum requisitis in his præcisis terminis enumeratis *à Ruin. cons. 52. num. 7. lib. 5. quem sequitur Gozzad. cons. 13. num. 29. Rot. dec. 164. sub n. 9. par. 3. rec. & in dicta Romana de Bonellis §. nequaquam in fin. in Romana filiationis 1. Iulii 1639. §. nam prima coram Reuerendissimo Salamantino in dicta Farfen. bonor. 3. Ian. 1647. §. fama verò coram Eminentissimo Corrado in d. Bononien. fideicommissi de Victoriis §. paruē vers. vel quia coram R. P. D. Zarate.* Eoque minus famam, & cōmunem reputationem probant, quia non omnes Testes de ea deponunt, & si vera esset etiam alij Testes illius notitiam habuissent, & de illa deposuissent impress. post *Cons. Farinacc. dec. 274. sub num. 12. vers. quia si adfuisset inter impress. post Cons. Farinacc. dec. 454. num. 17. apud Peniam.*

Coniecturas verò iterum recantatas euacuat prima decisio huius causæ *nu. 6. & seqq.* quæque de nouo elicitur, ex quo Robertus Octauiæ Author admiserit ad præsentandū ad beneficia iurispatronatus familiæ de Puc-
9 cis nullius momenti est, † quia præsentationes non probantur effectuatæ, nec docetur de consensu Roberti, qui potuit decipi à principio in facto scilicet transactionis, & nominationis Laurentij, vt ponderauit *Rot. in d. Bononien. fideicomm. de Victorijs §. nihil coram R. P. D. Zarate,* semper præualet contraria legis præsumptio, quod Horatius sit filius mariti, non autem adulteri, ad quam
10 elidendam † necesse est cōtrarias coniecturas esse omninò efficaces, & vrgentes, quando vt hic non agitur de alimentis, & filiatione in possessorio tantum, sed de successione in iurepatronatus, vt distinguendo respondit *Rot. in d. dec. 164. sub num. 4. par. 3. recen. dec. 314. num. 19. & 20. par. 6. in Romana fideicom. de Arroniis 23. Iunii 1642. §. casui nostro in fin. coram me, & in aliis pluribus relatis in supracit. Farfen. bonorum §. hec tamen coram Eminentissimo Corrado in Bononien. fideicom. de Victoriis §. minus, & §. quamuis etiam coram R. P. D. meo Zarate.*

Adducta verò ab informantibus pro DD. de Puccis leues, & singula in se imperfecta,
11 ac proindè † nec simul iungi possunt, vt iuuent *Bald. in l. si quis ex argentariis §. 1. nu. 2. & sqq. ff. de edend. & in puncto filiationis Gabr. consil. 25. num. 6. lib. 1. Rot. in allegata Romana filiationis 1. Iulii 1639. §. quia cum coram Reuerendissimo*

simo Domino Salamantino Bononien. fideicomm. de Victoriis §. quia propter corã R. P. D. meo Zarate.

12 Eo minus, quia adminicula † regulariter requirunt subsistentiam alicuius principalis, & fundamentalis probationis, quæ hic deficit, vt in specie respondit *Rot. decis. 274. sub sub num. 17. inter impress. post cons. Farinacc.*

Et ita decisum vtraque parte informante omissa alia inspectione, an Horatius spurius, sed legitimatus succedere potuerit in hoc iurepatronatus, quia superflua est dum non docetur, quod ille fuerit Laurentij filius.

ARIMINEN. FRVCTVVM.

Lunæ 7. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Statutum Arimini sub *Rubr. de vsufruct. rerum vxor.* defert marito generaliter, & indistinctè omnes vsusfructus, siue parafrenales, siue dotales sint, non attento dissensu mulieris, ac comprehendit etiam fructus extantes, & ad hoc ponderantur verba Statuti. Statutum quando non est odiosum odio irrationabili, sed habet motiuum rationis, tunc sufficit illius confirmatio in forma communi.

MARIVM.

1 *Statutum Arimini defert marito omnes vsusfructus rerum vxoris tam parafrenalium, quam dotalium prohibetq; ne vxor viuente viro aliquid ab eo petat, vel eo mortuo contra eius hæredes.*

2 *Appellatione omnis vsusfructus sola administratio non venit.*

3 *Maritus de iure communi habet administrationem in parafrenalibus.*

4 *Statutum correctorium iuris cõmunis interpetrari debet iuxta ius commune, vt ab eo recedatur minus, quam fieri potest.*

5 *Et satis est, quod ius commune corrigat vno casu.*

6 *Statutum Arimini deferens marito omnes vsufructus bonorum vxoris intelligi debet de fructibus parafrenalium à marito perceptis vxore sciente, & tacente, secus ipsa contradicente, Contra numero 10.*

7 *Nec dictum statutum extendi potest ad casum, quo fructus non fuerant à viro consumpti, sed etiam post eius obitum extant.*

8 *Fructus solum consumpti in promiscuos coniugum vsus de iure communi marito acquiruntur nulla habita distinctione, an sint naturales, vel industriales.*

9 *Fructus extare dicuntur, dum extant bona ex illis comparata.*

10 *Statutum Arimini generaliter, & indistinctè defert viro omnes vsusfructus, ac probibet mulieri ne illos à viro viuente petat, vel eo mortuo ab eius hæredibus non attento mulieris dissensu, & numero 12. Adducitur simile statutum Florentinum.*

11 *Statuti verbis inhærendum est quamuis corrigat ius commune.*

13 *Statutum Arimini loquens per verba probibitiua, ne mulier fructus à viro, vel eius hæredibus petat comprehendit tam extantes, quam consumptos, & num. 15.*

14 *Statutum per verba vniuersalia deferens marito lucrum dotis, locum habet siue filij extent, siue non.*

16 *Statuti verba vniuersalia, ac geminata maiorem vim habent, & cõprehendunt etiam ea, quæ alias non comprehenderentur.*

17 *Statutum Arimini tribuens viro fructus dotales, & parafrenales, exinde resultat quod sicuti dotales sunt viri extent vel ne, ita & parafrenales.*

18 *Regula desumpta* ex l. iam hoc iure ff. de vulgar. & pupill. *procedit etiam si vnum determinabile altero esset fauorabilius.*

19 *Statutum Arimini dum excipit ab vniuersali dispositione duos tantum casus vergentiæ viri ad inopiam, & mali tractationis vxoris, omnes alios non exceptuatos censetur includere.*

20 *Verba vniuersalia statuti non debent esse otiosa, etiamsi versemur in statutis odiosis.*

21 *Statutum quando est odiosum odio irrationabile, tunc non sufficit illius confirmatio in forma communi, secus quando habet motiuum rationis, vt num. 24.*

22 *Statutum deferens viro fructus bonorum vxoris habet motiuum rationis scilicet ad subleuandos viros ab oneribus matrimonij, & in recompensam alimentorum, & sic respicit publicam vtilitatem, & n. 23.*

25 *Statuta deferentia marito fructus parafernalium valida sunt ob causam subleuandi ab oneribus matrimimonij.*

26 *Vxor si ex bonis dotalibus, & parafrenalibus sibi reseruauit aliquam quantitatem fructuum cum facultate liberè disponendi, ex hac reseruatione resultat reliquos fructus marito acquiri ad quem ex statuto loci spectant, & nu. 31.*

27 *Et huiusmodi reseruatio siue pactum, quomodo sit intelligendum?*

28 Bero. cons. 44. num. 19. & 22. libro primo *declaratur.*

29 Angel. cons. 61. num. 6. *declaratur.*

30 *Fructus bonorum dotalium de iure communi spectant ad virum.*

32 *Statutum Arimini obligat omnia bona mulieris fauore eius creditorum, itaut possint de vsufructu dd. bonorum satisfieri.*

33 *Maritus ex fructibus bonorum parafrenalium soluere tenetur æs alienum vxoris.*

34 *Vsufructuarius tenetur ad annuas prestationes.*

35 *Cessio translatiua census non operatur extinctionem, sed illum transfert in cessionarium, etiamsi à cessionario non de proprijs pecunijs, sed alienis fuerit facta solutio.*

36 *Maritus acquirens censum nomine proprio cum pecunia dotali sibi, & non vxori acquirit.*

37 *Sors principalis census vt extinguatur est necessaria præcedens disdicta.*

38 *Fructus extradotales si fuerunt marito assignati, non possunt deinde in illius præiudicium destinari in alium vsum.*

Census

39 *Census creditor non potest illius sortem petere non intimata ei disdicta.*
Disdictam non operatur sola destinatio extinguendi censum inter alios facta non intimata creditori, ibid.
40 *Debitor census potest ex interuallo pacisci cum accollatario, quod censum extinguat.*
41 *Debitor census vocando ad concursum omnes creditores, an talis vocatio effectum habeat disdictæ?*
42 *Census non extinguitur ex sola sententia graduatoria non lata instante debitore, nec censuarijs vocatis.*
43 *Sententiæ verba intelligenda sunt, prout de iure.*
44 *Acta irrelevantia in causis prophanis non sunt transportanda.*

DECISIO DCXXXIV.

1 ARIMINENSE Statuto † *sub rubr. de vsufruct. rerum vxorum &c.* relato in Summario Portiæ *num.9.* disponitur, *quod omnes vsusfructus rerum vxorum siue parafrenales, siue dotales sint, siue aliæ sint mariti, donec sunt simul vna familia de quibus vsusfructibus nullam pititionem, vel retentionem mulieres possint facere, vel habere contra maritum, vel socerum, vel hæredes eorum.* Nec per verba huiusmodi dici potest concessa viro sola bonorum administra-
2 tio, quia appellatione † omnis vsusfructus non venit sola administratio, quam etiam
3 de iure communi vir† habet in parafrenalibus, *l. fin. Cod. pact. conuen. l. maritus Cod. procur.* sed plenum ius vtendi, & fruendi fructibus eorūdē bonorū §. 1. *inst. de vsufr. Ceph. cons. 157. num. 6. & 7. Maluas. cons. 49. num. 7. in fin. & nu. 8. & 9. Castill. de vsufr. cap. 3. nu. 42. in punct. Castr. cons. 455. num. 7. lib. 2.*

Illud autem tanquam correctorium iuris
4 communis, † *Menoch. præsumpt. 9. num. 26. in fin. versic. quod quidem lib. 3.* informantes pro Portia Battaglina asserebant interpretādum esse iuxta ius commune, & vt ab eo recedat minus quam fieri potest, *Honded. cons. 42. numer. 22. & seqq. lib. 1. Surd. cons. 4. num. 49. & decis. 178. num. 15. & seqq. Rot. dec. 512. num. 5. p. 1.*
5 *diuers.* & propterea satis esse, † quod ius commune corrigat vno casu, *Rom. cons. 199. nu. 6. Grat. cons. 41. num. 25. lib. 1. Magon. decis. Florent. 105. num. 6. Rot. dec. 432. num. 10. par. 1. diuer. dec. 853. num. 8. par. 4.*

Inferentes exinde operari, dumtaxat in casu quo fructus parafrenalium fuerint à viro percepti vxore sciente, & tacente, cor-
6 rigendo † in hoc ius commune, vt in puncto similis statuti tradit *Tort. ad stat. Papi. stat. 87. num. 13. Io. Bapt. Cost. de Iur. & fact. Ignor. dist. 47. num. 5. cen. 1.* Non autem quando mulier expressè dissensit *Gerius Spin. in punct. similis Stat. cons. 24. vers. quia ipsa contradicat Hond. cons. 91. n. 62. & 63 lib. 2. Cancer. var. resol. tom. 1. cap. 9. nu. 21. Bott. cons. 20. num. 61. & seqq. lib. 4. Rot. in Bonon. pecuniaria 26. Maij 1645. §. 1. & seqq. coram me, & 10. Ianuarij 1650. §. atqui ideo coram Eminentissimo Card. Otthobono,* in quibus decisionibus firmatur vlterius dissensum vxoris probari etiam ex conquestionibus extraiudicialibus intra domesticos parietes, quas Portiam fecisse probant Testes dati in eius Summario num. 12.

Eoque minus extendi posse statutum ad
7 casum, † quo fructus non fuerunt à viro cōsumpti, sed etiam post eius obitum extant, cum de iure communi solum consumpti,
8 † in promiscuos coniugum vsus Marito acquirantur nulla habita distinctione, an sint naturales, vel industriales *Decian. d. cons. 84. num. 36. in fin. & nu. 38. num. 42. vers. tertio facit, Menoch. d. præsumpt. 9. num. 6. lib. 3. Cancer. d. c. 9. num. 18. Ciriac. contr. 91. num. 6. Arias de mes. var. resol. lib. 1. cap. 30. nu. 4. Thes. dec. 187. num. 5. circa fin. vers. non autem Tort. ad d. Stat. Pap. nu. 37. sub num. 9. Cost. in puncto similis statutis de iuris, & fact. ignorant. d. distin. 47. nu. 6.* & extare censen-
9 tur, † dum extant bona ex illis comparata, *Decian d. cons. 84. n. 43. vers. quod si constare Bald. cons. 478. nu. 1. lib. 5. Thesaur. d. decis. 187. sub n. 5. col. 2. infra med. vers. extantium vero Giurb. decis. 89. num. 28. aliique relati ab Arias de Mesa d. c. 30. num. 5.* Qualia esse bona, & census à Laurentio viro costāte matrimonio acquisitos, probatum asseritur ex Testibus datis in Summ. Portiæ *nu. 10. & seqq.*

Sed his non obstantibus Rota, prout alias in secunda instantia sub die 26. Ianuar. 1654. coram R. P. D. meo Verospio, ita hodie in gradu appellationis à sententia Rotali ab ea lata interpositæ, censuit locum esse præfato statuto, quia illud in verbis non loquitur de fructibus perceptis muliere patiente, & non contradicente, vt disponit statutum Papiæ, de quo Tortus, & Costa aduerso allegati, sed
10 generaliter, † & indistinctè omnes vsusfructus adiudicat marito, quodq; plus est prohibet mulieri, ne illos à viro viuente petat, vel eo mortuo ab eius hæredibus, & sic reiicit etiam dissensum mulieris, quem fortius fructuum petitio inducit, *l. qui in aliena §. vlt. ff. acquir. hæred. l. si mihi, & tibi, §. vlt. ff. leg. 1. Mascard. de probat. concl. 594. num. 17. Rota in Romana Dotis 18. Iunii 1649. §. penult. vers. quæ sane coram R. P. D. meo Cerro,* & inhærendum est ver-
11 bis statuti † quamuis corrigat ius commune *Paset. cons. 74. num. 22. post Bald. in l. ita nobis prope fin. Cod. ad leg. Iul. de adulter. Grat. discept. 685. numer. 11. & seqq.* vltra alios allegatos in decisione huius causæ coram R. P. D. meo Verospio, §. *neque dispositio,* & in puncto stat. Florentini concedentis viro vsusfructum bonorum vxoris, quod illos virhæredes restituere non teneantur *Angel. cons. 161. nu. 6.*

Quod pariter statutum comprehendat e-
12 tiam fructus extantes colligitur, † tum ex supra citatis verbis disponentibus, nullam
13 petitionem à muliere fieri posse, † quę cum vniuersalia, & indistincta sint nec magis ad consumptos, quam ad extantes referantur omnes indistinctè comprehendunt, *l. Iulian. ff. leg. 3. cap. soliti ad fin. de maior. & obed. Corn. cons. 29. num. 1. lib. 1. Rot. in terminis Statuti*

decis.93.num.6. apud Modern. ad stat. Perus. & in puncto huius stat. Gerius Spin. consf.24. sub num.7. vers. quia respondetur, & num.8. & seqq. sicut in simili dicimus, quod statutum per verba v-
24 niuersalia † deferens marito lucrum dotis, locum habet, siue filii extent, siue non extēt *Roman. cons.44. num.3. in fin. Becc. cons.95. sub numer.31.* Ponderādo præsertim, quod vniuer-
25 salis prohibitio, † ne mulier à viro fructus petat includit etiam tempus, quo fructus percipiebantur, & sic dum extabant, cum etiam tunc de iure communi, vel saltem die sequenti petere posset, *l. eum qui Calendis, ff. verb. oblig. l. qui hoc anno, ff eod. l. 3. l. si quis hac lege, §. iudicium, ff. oper. libert. Piccard. in §. penult. numer.8. inst. de inut. stipul. Ant. Faber de error. pragm at. decad 16. rror.4. sub nu.6.*

Eoque magis iūctis prioribus statuti verbis pariter vniuersalibus in principio, ibi, *omnes vsusfructus, &c. siue parafrenales, siue dota-*
26 *les, sint mariti,* verba † enim vniuersalia geminata maiorem vim habent, *Dec. cons.386. n.8. Gabr. cons.20. nu.18.* vbi quod ideo comprehenduntur, etiam ea, quæ alias non comprehenderentur *lib.2. Rota in terminis dispositionis strictæ, & odiosæ, dec.93. numer.8. inter impres. apud Zacch. de oblig. Cam.* Cumque statutum sub v-
27 nica determinatione, † tribuat viro fructus dotales, & parafrenales, exinde etiam assequimur, quod sicut dotales sunt viri extent, nec ne *l. dotis fructus, l. quatenus, ff. iur. dot. l. doce ancillam Cod. rei vendic. Rot. dec.80. num.5. coram san. me. Gregor. XV.* ita & parafrenales iuxta regulam desumptam *ex l. iam hoc iure, ff. vulg.*
28 *& pupill.* † quam procedere etiam si vnum determinabile ab altero esset fauorabilius dixit *Rota in Romana salarii 18. Februarii 1622. coram bo. me. Pirouano.*

Tum ex quo statutum infra ab vniuersali
19 dispositione excipit duos tantum casus, † nēpe vergentiæ viri ad inopiam, & male tractationis vxoris propterea enim omnes alij non exceptuati censentur inclusi, *Alex. in l. fin. num.4. ff. quod quisque iur. Aret. cons.20. num.9 Decius cons.247. nu.8.* & in terminis statuti odiosi, etiam odio irrationabili *Rot. dec.51. numer.10. par.1. recen.* præsertim quia alias verba
20 vniuersalia statuti † eiusque dispositio esset ociosa, quod nec in statutis odiosis admittēdum est, *Pasett. cons.189. num.3. & 4. Bellon. Iun. cons.74. num.23 Grat. discept.685. n.10. cum alijs allegatis à Modern. Neapol. alleg.18. numer.18. & seqq. in proximis terminis Monach. dec. Lucen.68. nu.24. & 25.*

Non obstat, quod sic statutum esset odio-
21 sum odio irrationabili, † & proinde non sufficeret eius confirmatio in forma communi, quia imo, vt respondet *dec. corā R.P.D. meo Verospio in §. altera,* statutum habet moti-
22 uum rationis ad alliciendos, † scilicet viros ad nuptias eosque subleuandos ab oneribus matrimonii, quodque dicitur fructus acquiri in recompensam alimentorum, procedit in acquisitione proueniente à tacita voluntate vxoris, in quibus terminis loquuntur allegati *à Surd. decis.192. num.13. & 14.* Statutaria vero respicit primario publicā vtilita-
23 tē † resultantē etiā à recompensa alimētorum, per quam homines quos alias onus alēdi vxorem à nuptiis retraheret ad illas alliciuntur, nec non à resecatione litium, quæ occasione eorundem fructuum possent inter coniuges oriri, ideoque sufficit confir-
24 matio in forma communi, † maximè quia excipiendo statuta contraria libertati Ecclesiasticæ omnia alia quæ huiusmodi nō sunt includere censetur, vt in fortioribus terminis statuti odiosi respondit *Rota supracitata decis.51. num.10. par.1. recent. & conferunt allegati ab add. ad Buratt. dec.6. num.15.* & generali-
25 ter, † quod statuta deferentia marito fructus parafrenalium valida sint ob causā subleuādi ab oneribus matrimonij tradit *Nunthius Brunus in puncto huiusmet statuti cons.131. n.14. Alexand. cons.42. nu.13. in fin. & nu.14. lib.1. Castr. cons.455. nu.7. lib.2.*

Suffragatur præterea viro eiusque hæredibus instrumentum matrimoniale, in quo viro assignata fuerunt sc.4000. pro dote, & vndecim millia in causam bonorum parafrenaliū, cum declaratione tamē quod fructus scutorum 500. ex dictis fructibus 4000. dotalium, necnō sc.1500 ex dictis scutis vndecimillia extradotalibus & illorum fructus
26 sint ipsi Portiæ, † itaut ipsa liberè & absolutè possit, & valeat de illis disponere, illaq; exigere nullo requisito consensu viri, hæc siquidem reseruatio, quæ alioquin elusoria esset, demonstrat quod coniuges agnoscentes vim statuti Ariminensis omnes fructus parafrenalium adiudicantis viro illi inhærere voluerunt, & reseruando certam quantitatem pro vxore reliquos omnes marito acquiri, *vt per Surd. cons.361. num.21. Merlin dec. 386. num.4. Rot. decis.669. num.2. in fin. par.1. recē. & in Romana refectionis Concordiæ 26. Febr. 1652 §. penult. in fin. coram me.*

Gratisque dicitur pactum huiusmodi in-
27 telligi debere † in terminis iuris communis, hoc est si postea constaret de volūtate, & cōsensu ipsius vxoris, vt tradit *Berō. cons.44. numer.19. & 22. vers. & hæc responsio lib.1.* & censeri appositum non respectu cōmodi fructuum, sed administrationis, ne videlicet vxor virū impediret in administrando prout facere potest, etiam quando adest statutum de fructibus lucrandis, vt benè aduertit *Angel. cons.61. sub nu.6. vers. illud autem.*
28 Quia in casu quo consuluit Berous † mulier sibi prius reseruauerat vsum, administrationem liberam, & dispositionem, & vsumfructum, tam in vita, quam in morte, & deinde immediatè adiecerat pactum expressum absolutionis mariti eiusque hæredum à redditione rationis, & administrationis, quod ne videatur contrarium dictę reseruationi Berous interpretatur vt supra, *ibi, & hoc est dicendum causa euitandæ contrarietatis.* Item
29 in casu Angeli cōcessum erat viro, † vt posset administrare sicut vxor, & hæc verba *sicut ipsa vxor* ponderat Angel. ad eliciendum quod solum administratio censetur com-

mu-

municata, quodque vxor potest liberè absq; consensu viri fructus percipere & cum eo participare commoditatem & fruitionem, sed in casu nostro nihil est reseruatum vxori præter supradicta scuta 500. & sc. 1500. eorumque fructus, & in reliquis sicuti reseruatio partis fructuum dotalium, indicat partes
30 voluisse alios, † spectare ad virum iuxta dispositionem iuris communis ita pariformis, & contextualis reseruatio ratæ fructuum extradotalium, denotat voluntatem, quod
31 alii † acquirantur viro iuxta dispositionem iuris municipalis, cui partes se conformasse censetur *Rota decis. 785. num. 6. par. 1. diuers. decis. 146. num. 10. dec. 255. num. 3. par. 1. recent. dec. 137. nu. 5. apud Coccinum*, Cumque habeamus verba expressa statuti omnem vsumfructū etiam muliere fructuum restitutionem postea petente tribuentis viro, nec illi vxorem instrumentum dotale in acquisitione fructuum parificet, sed solum eorum ratam vxori præseruet, educi non potest fauore vxoris participatio fructuum, nisi respectu ratæ reseruatæ, manente de cætero integro & omni vsufructu penes maritum.

Non obstat aliud statutum Arimini datum in Summario Portiæ num. 13. obligans
32 omnia bona mulieris eius creditoribus, † itaut possint de vsufructu dictorum bonorum satisfieri, quia non negatur quod ma-
33 ritus ex fructibus parafrenalium † soluere debuerit æs alienum vxoris, & sic etiam debita hæreditaria Ludouici patris in ipsam per aditionem transfusa, cum hoc onus respectu annuarum præstationum incumbat
34 viro, † etiam ratione vsusfructus ab alio statuto delati; *l. fin. ff. vsufr. leg. l. vsufructu bonorum ff. ad leg. falcid. Castill. de vsufr. cap. 58. num. 11. & 12. l. fin. §. sin autem legata Cod. bon. qua liber. Menoch. cons. 115. num. 11. Surd. decis. 191. num. 1. & seqq. Rota in Interamen. vsufruct. 14. Maii 1650. §. quia obiectum coram R. P. D. meo Cerro*, admittuntque hæredes viri quod pro tempore cōstantis matrimonii rata fructuum bonorum erogetur in solutiones fructuum censuum, tunc decursorum.

Sed negant ex dictis fructibus extingui debuisse etiam sortes principales censuum, vel cum illis compensandos esse fructus soluto matrimonio decursos, eorundem censuum, qui marito viuenti fuerant à censuarijs translatiuè cessi; hæc enim translatiua cessio facta marito nomine proprio non ex-
35 tixit census, † sed trastulit in cessionarium etiamsi (quod negatur) ille non de proprijs pecuniis sed mulieris soluisset *l. si ex ea & ibi Doctores C. rei vendic. l. qui aliena pecunia, l. nihil prohibetur C. si quis alter. vel sibi. l. quamuis la secunda Cod. pignor. Rot. in terminis census decis. 26*
36 *n. 3. p. 1. recen.* & in terminis acquisitionis † factæ à marito de pecunia dotali *decis. 262. num. 7. in fin. ibid. Osascus decis. 140. num. 9.* Sortes verò principales ex forma supracitati statuti mandantis ex fructibus bonorum vxoris eius debita solui non debuerunt cum dictis
37 fructibus solui, † quia non facta à censuarijs distincta debitæ non erant, *Cancer. var. resolut. lib. 2. cap. 6. num. 80. vers. neque obst. Ciriac. contr. 94. num. 56. Rota decis. 498. nu. 10. decis. 528. n. 6. & 7. apud Cinc. de censib.*

Nec obstat, quod saltem Census scut. 800. debitus Alexandro Gambalongo debuerit extingui eo quod Ludouicus Portiæ Pater ac originalis dicti Census debitor in Instrumento locationis certorum bonorum mandauerat conductori, vt illum extingueret cum affictibus successiuè decurrendis, quos mortuo Ludouico Laurentius Portiæ vir exegit, nam cum locationem præcessisset Instrumentum matrimoniale, quo Ludouicus omnia bona extra dotem promisit, & post suam mortem tradi voluit Laurentio, non potuit deinde in præiudicium Lauren-
38 tii fructus, † seu affictus se mortuo decurrendos destinare in extinctionem præfati cēsus *Surd. cons. 403. sub num. 79. Peregrin. cons. 53. num. 10. & 11. lib. 1. Castill. decis. 64. nu. 27. lib. 1.* Cuius de cætero sortem creditor petere non
39 poterat, † nec ratione distinctæ, quia eius vicem non supplet dicta destinatio inter alios facta ei nunquam intimata *Cinc. de Censib. quæst. 103. numer. 21.* Nec ratione obligationis de extinguendo facta ab Affictuario, quæ licet valida sit cum debitor Census possit ex
40 interuallo † pacisci cum accollatario, quod Censum extinguat *Gaspar. Roder. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 13. num. 24. in fin. Felician. de Censibus lib. 1. cap. 7. numer. 17.* aliique relati *in Ciuitatis Plebis Saluani 1. Iulii 1647. §. extrema in fin. coram me*, non probet actionem creditori census pro repetitione sortis.

Quæ an repeti possit, quando per debitorem vocati fuerunt omnes creditores ad cō-
41 cursum, † & discussionem disputant Doctores affirmantibus plerisque eo quod talis vocatio ex parte debitoris effectum habet distinctæ, vt latè per *Cinc. de Censib. quæst. 107. sub num. 29.* aliosque relatos *à Modern. Hisp. in Labyrinth. cred. par. 1. cap. 29. num. 26. & seqq.* Sed in casu nostro talis vocatio non adest, & so-
42 la sententia graduatoria † non lata instante debitore, nec censuarijs vocatis sortis repetitionem non parit, aut census extinguit, vt in fortioribus terminis dixit *Rota decis. 60. n. 2. & seqq. part. 1. recent. & in Romana Census 7. Iunii 1639. coram Reuerendissimo Episcopo Terracinensi.*

Meritò igitur sententia Rotalis absoluit Gridulphos heredes Laurentii à restitutione fructuum parafrenalium ab eodem Laurentio constante matrimonio perceptorum per Portiam petita, denegauitque cum illis compensandos esse fructus censuum, à Laurentio acquisitorum post eius mortem decursos. Neque eadem sententia redargui potest in ea parte qua declarat omnes & quoscunque fructus bonorum extradotalium Portiæ durante vita viri exceptis fructibus postea vt supra reseruatis spectasse pleno iure ad Laurentium inferendo, quod implicitè neget ex illis debuisse solui debita vxoris contra formam supracitati statuti; Quia vt substinea-

43 tur intelligenda est † de omnibus fructibus deducto ære alieno iuxtà dispositionem statuti *Vinc. de Franch. decis. 227. num. 12. vers. nam dicebam, Capic. Latr. decis. 25. sub nu. 38. vers. nam verba, Rota decis. 66. nu. 3. par. 2. recent. & in Romana Fideicommissi de Campagnolis 8. Februarij 1649. §. non obstat, quod sententia coram R. P. D. meo Peutingerio, in Baren. Salutari 10. Iunij 1652. §. penult. coram me.*

Hinc eandem sententiam confirmandam esse decisum hodie fuit vtraque parte informante, non attenta nullitate ex defectu integræ transportationis actorum, † namque
44 deficere asseritur ex prædictis non releuant, & non releuantium transportatio in causis prophanis necessaria non est ex allegatis ab *add. ad Buratt. decis. 405. num. 18. & 19. & in Romana Subhastationis 7. Iunii 1651. coram me.*

POSNAVIEN. CANONICATVS

Lunæ 7. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Manutentio danda est anteriori possessori, & ex quibus anterior possessio probetur? Possessor semper est citãdus quamuis eius possessio ignoretur. Manutentio etiam in beneficialibus datur absque exhibitione, & iustificatione tituli, nec licitum sit vnicuique possessores molestare.

SVMMARIVM.

1 *Possessio anterior probatur ex instrumento actualis apprehensionis, quod sufficit ad manutentionem non docto tunc temporis ad alterius possessione.*
2 *Possessio quando non dicatur merè instrumentalis?*
3 *Manutentio datur etiam in gradu appellationis.*
4 *Possessio anterior in concursu præferenda est.*
5 *Præsertim quando possessor anterior non habuit se pro spoliato.*
6 *Sententia siue decretum absq; executione non priuat possessorem eius possessione.*
7 *Possessor semper est citandus.*
8 *Amplia quamuis eius possessio ignoratur alioquin eius possessione non priuatur, quia Iudex processisse dicitur tanquam priuatus.*
9 *Capitulum cum careat iurisdictione non habet potestatem priuandi possessorem eius possessione.*
10 *Appellatio suspendit executionem sententiæ.*
11 *Prouisus ab ordinario si possidet est legitimus contradictor.*
12 *Collationis pertinentia ad ordinarium resultat ex pluribus collationibus ab eo factis.*
13 *Status vltimus in beneficialibus semper attendi solet non constito de anteriori contrario.*
14 *Manutentio etiam in beneficialibus datur absq; iustificatione tituli ne liceat vnicuique possessores molestare.*

DECISIO DCXXXV.

STefano Ghiffa dandum esse mandatum de manutenendo in possessionem Canonicatus fundi Solecz nuncupati existentis in Ecclesia Collegiata S. Io. Baptistæ Varsauiæ Domini dixerunt particulari dubio desuper proposito.

Eius enim anterior possessio probatur ex
1 publico instrumento † particularis traditionis & apprehensionis sub die 26. Decembris 1653. quod non docto tunc temporis de alterius possessione sufficit ad manutentionem *l. prædia, & ibi glos. & Doct. ff. de acq. poss. Put. Dec. 654. numer. 4. lib. 1. Cæsar de Grass. dec. 5. num. 2. de caus. poss. & propr. cum alijs allegatis in Perusina Parocchialis 10. Iulij 1641. coram me.* Eo magis quia adminiculatur successiuis comparitionibus eiusdem Stephani coram Archidiacono Posnauien. allegante se pacifice possidere, & ob eadem causam deinde appellantis à decreto Capituli Varsauiensis in executionem institutionis Alexandro Hieborouuski aduersario à D. Archiepiscopo Gnesnensi subsequenti an. 1654 concessæ lato. Vnde fit. vt possessio non di-
2 catur † mere instrumentalis, vt in terminis manutentionis ponderauit *Rota decis. 269. numer. 3. in fine par. 1. recent. & in Callien. Prioratus 5. Iuli 1649. in Melenitana Commendæ 15. Iunij 1650. coram me.*

Cumq; hodie idem Stephanus suam appellationem prosequatur donec illa terminetur per sententiam debet interim in sua posses-
3 sione obtinere manutentionẽ †, quæ passim datur in gradu appellationis *Grat. discept. 948 num. 13. Lotter. de re benefic. lib. 1. Buratt. dec. 169. sub num. 2. Rota in recent. dec. 764. num. 1. par. 3. & in aliis relatis à Modern. Perusin. de manut. obseru. 8. sub num. 37.*

Nihil aduersante possessione Alexandro Aduersario tradita, quia possessio Ste-
4 phani cum sit anterior † præferenda est. *Felin. in cap. licet causam sub num. 2. de probat. Surd. cons. 168. num. add. ad Grego. XV decis. 171. Roca in Turnian. Cappella 1. Martij 1652. coram R. P. D. meo Zarate,* vbi allegat Concordantes præsertim cum Stephanus numquam habuerit se
5 pro spoliato † nec sua possessione priuatus fuerit aut per institutionem Alexandro vti præsentato à Sereniss. Rege Poloniæ decretam à D. Episcopo Gnesnensi, aut ex quo in eius executionem Capitulum eidem Alexãdro possessionem tradiderit.
6 Decretum enim† non subsecuta executione possessorem non priuat *glos. fin. in §. fin. instit. de offic. iud. l. sciendum §. si fundum ff. qui satisdar. cog. Bart. & alii in lege ex hoc iure, ff. iust. & iure Buratt. dec. 124. n. 11. Rot. decis. 225. n. 2. par. 1. rec. decis. 613. num. 6. inter impress. apud Moder. Perus. de manut.* Eo minus quia emanauit non cita-
7 to possessore, † vt debuit, *cap. licet Episcopus de prebend. in 6. Flores de Mena var. resol. lib. 1. q. 4. num. 26. & duob. seqq. Buratt. dec. 186. num. 4. cum aliis allegatis in Salernitana Beneficij 1. Feb. 1651 coram R. P. D. meo Celso,* nec Alexander allegare poterat ignorantiam possessionis Stephano cũ hic prius vti possessor & prouisus ab ordinario contradixit institutioni, quam ille petierat, & ob id obtinere non poterat

ab

ab Archidiacono Posnauiensi præterquod
8 possessor etiam ab ignorante citandus est, †
alioquin sua possessione non priuatur, quia
Iudex dicitur processisse tanquam priuatus
Rota decis. 284. num. 7. par. 5. recen. & in aliis decisionibus relatis in Alerien. Vicariæ 24. Apr. 1654. coram me.

Idem citationis defectus influit in possessionem pro essecutione dicti decreti traditam, vt supra à Capitulo, cui deerat pote-
9 stas† priuandi possessores cum careat iurisdictione *cap. ex parte Decani 3. de rescrip. & ibi Felin. num. 1. Duran. dec. 4. num. 9.* quique abstinere debeat à tradenda possessione stante ap-
10 pellatione Stephani, quæ legitima erat †, & essecutionem decreti Gneinen. suspendebat, cum ille tamquam prius prouisus ab ordi-
11 nario, & possessor † esset legitimus contradictor vt in fortioribus *ex text. in c. si à sede de præbend. in 6. dixit Rota apud Put. decis. 4. præbend. sarnen. dec. 32. apud Coccin. dec. 431. num. 2. apud Pen. dec. 1001. nu. 5. & inter recen. dec. 585. n. 29. & duob. seqq. par. 5.*

12 Facilius quia pertinentia collationis † ad Ordinarium educitur nedum ex collationibus factis de an. 1522. 1533. 1584. & 1601. datis in Summario Stephani num. 4. sed etiam ex vltima collatione in persona Venceslai, per cuius obitum hodie beneficium vacauit, &
13 & vltimus status † solet semper attendi nisi per authentica documenta doceatur de anteriori contrario *cap. cum de beneficio vbi notant omnes de præben. in 6. Felin. in cap. eam te sub n. 22. de rescript. Caualer. dec. 390. nu. 5. Rot. inter recen. decis. 340. num. 5. par. 3. dec. 143. nu. 2. & 20. par. 7. & in Hispalen. beneficij 24. Ian. 1650. coram me.*

Quæ dicta sint ex abbundanti, quia etiam
14 in beneficialibus datur manutentio † absq; titulj iustificatione, vel exibitione ne liceat vniquique possessores molestare *Abb. in cap. in litteris num. 27. de rest. spol. quem secuta est Rota decis. 212. nu. 8. coram san. me. Gregor. XV. dec. 13. nu. 3. & seqq. coram Durano decis. 689. n. 3. par. 4. recent. & in Toletana Archidiaconatus de Talauera 4. Aprilis 1650. coram R. P. D. meo Albergato.*

Et ita decisum informante solum Stephano præuiis tamen octo citationibus aduersarij &c.

BONONIEN. ACCOLLATIONIS DEBITORVM.

Mercurij 9. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Accollans debita alicuius dummodo correspectiue ad accollationem accollatarius teneretur ei consignare quædam mobilia, probata consignatione tenetur ad debita accollata, & consignatio siue traditio probatur ex verbis instrumenti *dedit, & assignauit* &c. nec testes deponentes se in actu celebrationis instrumenti non vidisse consignari mobilia probant negatiuam non congnationis, cum dicta verba intelligi possint de congnatione paulo ante rogitum instrumenti.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio de soluendo debita alicuius quando est correspectiua ad traditionem mobilium non probata traditione ex ea agi nequit.*
2 *Obligatio correspectiua ex quibus verbis resultet?*
3 *Correspectiuitas cessat quoties aliæ causæ obligationis concurrunt.*
4 *Testis vnicus fidem non meretur.*
5 *Consignatio siue traditio mobilium probatur ex verbis instrumenti* tradidit, & consignauit, &c. Item confessus fuit habuisse & recepisse *num. 6.*
7 *Confessio iurata contra confitentem plene probat, nec ab illo contra proprium iuramentum impugnari potest.*
8 *Confessio iurata probat nedum contra Confitentem sed etiam contra illius hæredem.*
9 *Consignatio mobilium probatur si apparet post cõsignationem illorum partem fuisse venditam.*
10 *Negatiua non consignationis mobilium non probatur ex vnico teste deponente se non vidisse fieri consignationem in actu stipulationis instrumenti si contrarium apparet ex verbis instrumẽti, quia consignatio fieri potuit eo præsente, licet ipse non viderit.*
11 *Item negatiua non concluditur si testis asserat se non vidisse ob breuitatem temporis, quo interfuit.*
12 *Verba* tradidit & assignauit *quamuis sint Notarij intelligi possunt de traditione facta paulo ante rogitum instrumenti.*
13 *Ad reprobandum instrumentum non sufficit vnicus testis, sed duo requiruntur.*
14 *Consignatio probata per instrumentum non excluditur ex vnico teste contrarium deponente præsertim quando dictum restringit ad actum stipulationis instrumenti cum consignatio fieri potuerit paulo ante stipulationẽ ita importantibus verbis instrumenti* dedit & assignauit, *quamuis essent Notarij.*
15 *Ad reprobandum instrumentum requiruntur probationes precisæ & necessario concludentes.*
16 *Verba* dedit & tradidit *sunt intelligenda de traditione tunc vel modico tempore antea facta; itaut probata negatiua coarctata ad dictum tempus conuincatur falsitas instrumenti licet secus sit in scriptura priuata. Declara n. 18.*
17 *Notarius debet conficere instrumentum de eo quod tempore instrumenti interuenire potuit, & de quo ipse potest testificari.*
18 *Declara procedere quando verba instrumenti sunt eiusdem Notarii addito aliquo signo traditionis, ponens se; nec possunt inferri ad partis confessionem secus e conuerso vt num. 19.*
20 *Confessio partis semper vrget aduersus ipsamet.*
21 *Consignatio mobilium, quod non sit æquiualens à debitis accollatis ex quibus probata remanet, & num. 22.*

DECISIO DCXXXVI.

DVOBVS Testibus probatum asserens Antonius Fornasarius Hieronymi heres, quod tempore instrumenti sub die 20. Iulii 1646. inter dictum Hieronymum, & Angelicam de Arsenatis celebrati, mobilia, quæ ibi Notarius Hieronymo consignata dixit, tradita reuera non fuerunt, inferebat exinde, quod obligatio Hyeronymi de soluendo debita Angelicæ, † & prædium ab illis liberando correspectiua est, & ad traditionem mobilium ex ea agi non potest *l.fin.C.de except.* *Aymon.cons.461.nu.39.in fin.Rot. decis.428.num.7.par.1.recen.cum alijs allegatis in Bononien.bonorum de Romantii 7.Iuniis 1652.coram R.P.D.meo Verospio*, & correspectiuitas, † ex verbis instrumenti, ibi, *& prædicta fecit D.Hieronymus ex vna, quia ex altera &c.D. Angelica, &c.* resultat, vt de similibus verbis *dixit Rot. decis.123.num.41.par.2. decis.405. in prin.par.4.diuers. & in Melenitana donationis 12. Decembris 1653.§. idque clarius coram R.P.D. meo Cerro* nihil obstante vltima decisione huius causæ, quæ † correspectiuitatem negat, ob alias obligationis causas à Testibus recensitas. Quia hodie compertum fuit de illis deponere † vnicum Testem, qui fidem non meretur *cap.licet vniuersi de Testibus Rot.dec.6. num.13.decis.367.nu.6.coram bo.me. Buratt.decis. 317.num.12.par.4. tom.2. recen.*

Nihilominus DD. stetere in decisis, quia consignatio † mobilium probatur ex verbis instrumenti, ibi: *Angelica dedit, & assignauit dicto Hieronymo, &c.* & infra, ibi: *D. Hieronymus supradictam consignationem de consensu partium factam se trahens, † & penes se retinens, dixit confessus fuit, & publicè recognouit habuisse, & recepisse, & ad cautelam renunciauit, &c.* sola enim iurata confessio Hieronymi, † sicuti contra ipsum (vbi non exigitur pro forma actualis & præsentanea cōsignatio) plenè probat, & ab illo contra proprium iuramentum impugnari non potest *Bald.in l.pet. num.2.C.solut. matr. Alex.cons.90. num.3.lib.3.Mascard.de prob. conclus.301. num.1. Grat. disc.873.num.3.& 4. Cenc. de cens. qu.87. num.11.* Maxime post lapsum 30. dierum *in l. contractibus etiam super cæteris ibiq; Barbos.n.30. allegat Concordantes C.de non numer.pecun.* ita contra † Antonium filium, & hæredem *Thob. Non.cons.16.nu.31.ex tex.in l.cum à matre C. rei vendic.Cened.qu.num.12.Rot.in recent.decis.261. num.7 par.7.& in Romana Saluiani 12. Ianuarii 1646.coram bon.mem.Arguellis*, præsertim quia partis mobilium † consignatio corroboratur vlterius successiua illorum venditione facta ab eodem Hieronymo *vt per Natt. cons.547. num.26.Surd.cons.397.cons.489.num.21. Buratt. decis.108.num.18.& alios relatos in Romana restitutionis dotis 5.Iunij 1634. coram R.P.D.Pirouano*. Testium verò ex aduerso inductorum, Alter cum simpliciter deponat se non vidisse in actu stipulationis instrumenti consignari mobilia, non concludit negatiuam † aduersus verba instrumenti, quia potuit fieri consignatio eo præsente, licet non vidisset, *vt in fortioribus terminis post Bald.cons.455 num.41.lib.1.tradit Bertaz clausul.2.glos.2. sub nu. 30.col.3.circa fin. Angel.cons.227. sub.nu.3. vers. non obstat Corn.cons.201.nu.22.lib.4. Aldobr.cons. 161.num.16.lib.2. Ciriac.contr.417.nu.149.Rot. in Romana Alimentoram 28. Martii 1640. §. non obstat il primo coram me.* Cumque idem Testis se non vidisse ob breuitatem temporis quo interfuit ibi: *Non viddi, &c. per la breuità del tempo ch'io stetti lì* eò minus † concludit negatiuam traditionis, *vt ad propositum ponderauit Rota in d. Romana Alimentorum §. non obstat* præsertim quia verba instrumenti *dedit, & assignauit* etiam si essent verba Notarii intelligi possunt de traditione facta † paulo ante rogitum instrumenti *Bart. in l. post dotem num.21. ibi: debet intelligi præteritum in modica præteritione, ff. sol. matr. Natt. cons.560. sub num.41.vers.& si debet,& vers.intelligi de modica præteritione.*

Alter Testis, præter quod sit vnus, & ad reprobandum instrumentum duo † requiruntur omni exceptione maiores *Felin. in cap.cum Ioannes num.35.& nu.43.& seqq. de fid. Instrum. Farnacc.de falsit.& simul.qu.188. nu.92. & seqq.Cenc.de cens.qu.51.num.21. Aliique allegati per Adden ad Buratt.dec.518.sub nu.15.* restringit suum dictum † ad actum stipulationis instrumenti, ibi: *nell'atto della stipulatione dell'Instrumento*, & sic non excludit consignationem paulo antea factam, in qua verba instrumenti etiamsi essent Notarij verificari possunt, vt dicebam, & ad reprobandum instrumentum requiruntur probationes † præcisæ, & necessario concludentes *Cenc. de cens.qu.51.num.8. Rot.dec.422.num.5.& 11.par.1. recdec.551.nu.7.par.4.tom.2.*

Imo probandum vlterius est, quod nec ex interuallo ante instrumentum mobilia consignata fuerint, quod enim dicitur verba instrumenti, *dedit, & tradidit*, intelligenda esse de traditione tunc, † vel modico tempore antea facta, ità vt probata negatiua coarctata ad dictum tempus conuincatur falsitas instrumenti licet secus sit in scriptura priuata, & ratio diuersitatis est, † quia Notarius debet conficere instrumentum de eo quod tēpore instrumenti interuenire potuit, & de quo ipse potest testificari *Bart. in l. post dotem num.11.ff.sol.matr.Bald.in antiq.lect.nu.4.& 21. Natt.d.cons.560. nu.41. Buratt.decis.268.num.7. & seqq.* procedit quando sunt verba Notarii addito aliquo signo traditionis corā se, & Testibus facta, nec possunt inferri ad partis confessionem secus è conuerso, vt declarando doctrinam *Bart. in d.l.si ex cautione,& in l. prædia num.1.& seqq.ff.de acq.poss. Dec. distinguit in l.singularia num.10.& nu.32.ff.si cert.pet. Cepoll. cons.23.num.16. Addentes ad Bartol. in d.l.prædia vers.pro concordia Bertazoll. in clausul.141. glos.6. nu.5.& nu.11.& 12.Natt.d.cons.560.nu.4.in fine vers.& ex hoc*.

Nos autem versamur in secundo casu, quia Notarius addidit explicitè confessionē recipientis † ibi: *dixit confessus fuit & habuisse*

se &c. ad quam referenda sunt etiam verba dedit & assignauit, & verba recipiens, &c. ad se trahens &c. *Roman. in d. l. prædia sub num. 41. vers. & tunc, aut proferuntur Bart. in d. l. si ex cautione in antiq. lectur. sub n. 9. & 16. d. Bart. Salicet. nu. 28. Felin. cap. si cautio sub num. 55. vers. & non sufficeret de fid. instrum. Gratian. discept. 628. n. 10. Mant. de tacit. lib. 18. tit. 6. num. 4. Rot. in Parmen. pensionis 23. Martii 1640. §. non enim & seqq. confirmata 28. Aprilis 1645. coram me.*

Semper itaque firma manet cõfessio par-
20 tis † aduersus quam nihil releuat, quod mobilia tradita non essent æquiualentia debitis
21 accollatis, † quia adhoc affertur tantum inuētarium bonorum hæreditariorum Fulcini primi viri Angelicæ correspondens venditioni mobilium, vt supra factæ à Hieronymo, illius verò confessio in instrumento emissa non restringitur ad mobilia hæreditaria Fulcinei, sed indeffinite habet nec docetur nulla alia mobilia præter hæreditaria habuisse Angelicam, vt ad conuincendam insufficientiam mobilium assignatorũ necesse est ex allegatis *in decisione vlt. §. pen & §. final.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA RETENTIONIS DOMORVM.

Merc. 9. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Datio insolutum resultan. ex clausula *Constituti* necnon ex verbis *cede concede, dà, e transferisce* nullo existente credito resoluitur in simplex pignus. Creditum quando est turbidum tam quoad substantiam, quam quoad quãtitatem non meretur retentionem.

SVMMARIVM.

1 *Transactio non comprehendit nisi expressa.*
2 *Transactio quando est litigiosa allegari nequit lite super ea pendente.*
3 *Appellatio infra legitima tempora impedit ne sententia transeat in iudicatum.*
4 *Res iudicata inducitur ob lapsum anni à die appellationis interpositæ, eiusque non prosecutionem.*
5 *Legata relicta à fideicommittente soluta à grauato præsumuntur ex bonis liberis, si adsunt vel ex his solui debent.*
6 *Nomina debitorum ex causa vtilium plerumque sunt noxia, & inexigibilia.*
7 *Credita exacto dici nequeunt deteriora, sed cedunt periculo exigentium.*
8 *Relatio Periti attendi non debet quando est erronea.*
9 *Datio insolutum prioris obligationis extinctiua resultat ex clausula* Constituti *necnon ex verbis* cede, concede, dà, e transferisce. *Decisio num. 11. 12. & seqq.*
10 *Creditor quod fuerit de eius credito satisfactus ex quibus deducatur?*
11 *Assignatio facta ex vna causa referri nequit ad aliam diuersam.*
12 *Assignatio quibuscumque clausulis munita nullo existente credito non importat dationem insolutum.*
13 *Datio insolutum supponit creditum iam in esse deductum, & certum nec aliqua exceptione elidibile, alioquin non tenet.*
14 *Verba* cede, concede, dà, &c. necnon clausula Constituti, *apta ad inducendam dationem insolutum resoluuntur in simplex pignus, quando nullum adest creditum.*
15 *Verba* per render sicuro *important pignus.*
16 *Verba contrahentium à subiecta materia contractus interpretationem recipiunt.*
17 *Contrahentes præsumuntur potius contractum pignoris validum celebrasse, quam dationem insolutum nullam.*
18 *Facultas disponendi si sit alicui concessa de bonis assignatis, subsequens dispositio ad eam referri debet.*
19 *Credita assignata inexacta præsumuntur nisi contrarium probetur.*
20 *Versum in eius vtilitatem dicitur, quod illius creditoribus solutum est.*
21 *Rationes sociales quando sunt contractæ cum diuersis personis partita vnius, non censentur trãsfusa in alteram.*
22 *Creditor & debitor quis esse potest ex diuersis causis.*
23 *Relatio Periti quando est erronea non nocet non citatis.*
24 *Retentio non competit pro credito turbido tam in substantia, quam in quantitate.*

DECISIO DCXXXVII.

Concordiam initam cum ipso Monasterio, & Monialibus sancti Bernardini de anno 1651. sententiam super eius validitate à R.P.D. Vicesgerente, & in iudicatum transactam cum successiua executione, ac deliberatione domus positæ in Regione Pontis in Platea Turris Sãguineæ ad sui fauorem facta de anno 1654. nec non creditum Laurentij, & Iosephi suorum debitorum super bonis fideicommissi obligata à Iacobo fideicommittente soluta resultans, obiecit hodie Nereus Scarlattus vna cum Bindis pro Monialibus editam die 20. Aprilis 1654.

Sed primum obiectum nil vrget, cum hodie non agatur de domo assignata Scarlatto in dicta concordia, sed super aliis domibus possessis à Bindis, quas concordia
1 † de eis non loquens non comprehendit *l. si certa, ff. transact. Abb. cons. 10. numer. 1 lib. 1. Surd. cons. 418. num. 10. & seqq. Rota decis. 232. num. 12. par. 6. recent.* cumque eadem concordia stante lite contra eius validitatem à Monialibus
2 mota pendente adhuc, vt infrà dicetur † litigiosa sit, eò minus interim vrgere potest *Bald. in l. item quia in secunda lect. sub nu. 3. vers. nec potest dici, ff. de pact. Card. Mant. dec. 221. num. 9. Rota in Neapolitana pensionis 30. Aprilis 1640. §. fin. coram me.*

Sententia D. Vicesgerentis gratis dicitur
3 in iudicatum transacta, cum ab illa † fuerit infra legitima tempora appellationis causa commissa R. P. D. meo Verospio, nec à dicto
4 appellationis lapsus fuerit † annus constituendi

DECISIO DCXXXVI.

DVOBVS Testibus probatum asserens
Antonius Fornasarius Hieronymi hę-
res, quod tempore instrumenti sub die 20.
Iulii 1646. inter dictum Hieronymum, &
Angelicam de Arsenatis celebrati, mobilia,
quæ ibi Notarius Hieronymo consignata
dixit, tradita reuera non fuerunt, inferebat
exinde, quod obligatio Hyeronymi de sol-
1 uendo debita Angelicæ, † & prædium ab
illis liberando correspectiua est, & ad tra-
ditionem mobilium ex ea agi non potest
*l.fin.C.de except. Aymon.conf.461.nu.39.in fin.Rot.
decis.428.num.7.par.1.recen.cum aliis allegatis in
Bononien.bonorum de Romantii 7.Iuniis 1652.co-
ram R.P.D.meo Verospio*, & correspectiuitas,
2 † ex verbis instrumenti, ibi, *& prædicta fecit
D.Hieronymus ex vna, quia ex altera &c.D.An-
gelica, &c.* resultat, vt de similibus verbis
*dixit Rot. decis.123.num.41.par.2.decis.405. in
prin.par.4.diuers.& in Melenitana donationis 12.
Decembris 1653.§. idque clarius coram R. P. D.
meo Cerro* nihil obstante vltima decisione hu-
3 ius causæ, quæ † correspectiuitatem negat,
ob alias obligationis causas à Testibus recę-
ssitas. Quia hodie compertum fuit de illis
4 deponere † vnicum Testem, qui fidem non
meretur *cap.licet vniuersi de Testibus Rot.dec.6.
num.13.decis.367.nu.6.coram bo.me. Buratt.decis.
317.num.12.par.4. tom.2. recen.*

Nihilominus DD. steterit in decisis, quia
5 consignatio † mobilium probatur ex verbis
instrumenti, ibi: *Angelica dedit, & assignauit
dicto Hieronymo, &c.* & infra, ibi: *D. Hiero-
nymus supradictam consignationem de consensu*
6 partium factam se habere, † & penes
se retinens, *dixit confessus fuit, & publicè re-
cognouit habuisse, & recepisse, & ad exceptionem re-
nunciauit,* &c. sola enim iurata confessio Hie-
7 ronymi, † sicuti contra ipsum (vbi non exi-
gitur pro forma actualis & præsentanea cō-
signatio) plenè probat, & ab illo contra pro-
prium iuramentum impugnari non potest
*Bald.in l.pet. num.2.C.solut. matr. Alex.conf.90.
num.3.lib.3.Muscard.de prob. conclus.301. num.1.
Grat. disc.873.num.3.& 4. Cenc. de censi qu.37.
num.11.* Maxime post lapsum 30. dierum *in l.
contractibus etiam super cautis ibique Barbos.n.90.
allegat Concordantias C.non numer.pecun.* ita con-
8 ra † Antonium filium, & hæredem *Theob.
Non.conf.16.nu.31.ex tex.in l.cum à matre C. rei
vendic.Contid.qu.num.12.Rot.in recent.decis.261.
num.7 par.7.& in Romana Saluiani 12. Ianuarii
1646.coram bon.mem.Arguellis,* præsertim quia
9 partis mobilium † consignatio corroboratur
vlterius successiua illorum venditione facta
ab eodem Hieronymo *ex per Natt. conf.547.
num.26.Surd.conf.397.conf.489.num.21. Buratt.
decis.108.num.18.& alios relatos in Romana re-
stitutionis dotis 5.Iunii 1634. coram R.P.D.Piro-
nato.* Testium verò ex aduerso inductorum,
Alter cum simpliciter deponat se non vi-
disse in actu stipulationis instrumenti consi-
gnari mobilia, non concludit negatiuam
10 † aduersus verba instrumenti, quia potuit
fieri consignatio eo præsente, licet non vi-
disset, *vt in fortioribus terminis post Bald.conf.453
num.41.lib.1.tradit Bertaz.claus.2.glos.2. sub nu.
30.col.3.circa fin. Angel.conf.227. sub.nu.1. vers.
non obstat Cors.conf.202.nu.22.lib.4. Aldobr.conf.
161.num.16.lib.2. Ciriac.contr.417.nu.149.Rot.
in Romana Alimentorum 28. Martii 1640. §. non
obstat il primo coram me.* Cumque idem Testis
se non vidisse ob breuitatem temporis quo
interfuit ibi: *Non viddi, &c. per la breuità del
11 tempo ch'io stetti li* eo minus † concludit ne-
gatiuam traditionis, *vt ad propositum pondera-
uit Rota in d. Romana Alimentorum §. non obstat*
præsertim quia verba instrumenti *dedit, &
assignauit* etiam si essent verba Notarii in-
12 telligi possunt de traditione facta † paulo
ante rogitum instrumenti *Bart. in l. post do-
tem num.21. ibi: debet intelligi præteritum in mo-
dica præteritione, ff. sol. matr. Natt. conf.560. sub
num.41.vers.& si debet,& vers.intelligi de modi-
ca præteritione.*

Alter Testis, præter quod sit vnus, & ad
13 reprobandum instrumentum duo † requi-
runtur omni exceptione maiores *Felin. in
cap.cum Ioannes num.35.& nu.43.& seqq. de fid.
Instrum. Farinac.de falsit.& simul.qu.158. nu.92.
& seqq.Cenc.de cens.qu.51.num.21. Alliique alle-
gati per Adden ad Buratt.dec.518.sub nu.15.* re-
14 stringit suum dictum † ad actum stipulatio-
nis instrumenti, ibi: *nell'atto della stipulatione
dell'Instrumento,* & sic non excludit consigna-
tionem paulo antea factam, in qua verba
instrumenti etiamsi essent Notarii verificari
possunt, vt dicebam, & ad reprobandum
15 instrumentum requiruntur probationes †
præcisæ, & necessario concludentes *Cenc. de
cens.qu.51.num.8. Rot.dec.422.num.5.& in par.1.
recen.dec.551.nu.7.par.4.tom.2.*

Imo probandum vlterius est, quod nec ex
interuallo ante instrumentum mobilia con-
signata fuerint, quod enim dicitur verba in-
strumenti, *dedit, & tradidit*, intelligenda esse
16 de traditione tunc, † vel modico tempore
antea facta, ita vt probata negatiua coarcta-
ta ad dictum tempus conuincatur falsitas in-
strumenti licet secus sit in scriptura priuata;
17 & ratio diuersitatis est, † quia Notarius de-
bet conficere instrumentum de eo quod tē-
pore instrumenti interuenire potuit, & de
quo ipse potest testificari *Bart. in l. post dotem
num.11.ff.sol.matr. Bald.in antiq.lect.nu.4.& 21.
Natt.d.conf.560. nu.41. Buratt.decis.196.num.9.
& seqq.* procedit quando sunt verba Notarii
18 addito aliquo signo traditionis corā se, &
Testibus factæ, nec possunt inferri ad partis
confessionem secus è conuerso, vt declaran-
do doctrinam *Bart. in d.l.si ex cautione, & in l.
prædia num.1.& seqq.ff.de acq.poss. Dec. distinguit in
l.singularia num.10.& nu.38.ff.si cert.pet. Cepoll.
conf.23.num.16. Addentes ad Bartol. in d.l.prædia
vers.pro concordia Bertazoll. in clausul.1. glos.6.
nu.5.& nu.21.& 22. Natt.d.conf.560.nu.41.in fine
vers.& ex hoc.*

Nos autem versamur in secundo casu,
quia Notarius addidit explicitè confessionē
19 recipientis † ibi: *dixit confessus fuit &c. habuis-*

se &c. ad quam referenda sunt etiam verba dedit & assignauit, & verba recipiens, &c. ad se trahens &c. *Roman. in d. l. prædia sub num. 41. vers. & tunc, aut proferuntur Bart. in d. l. si ex cautione in antiq. lectur. sub n. 9. & 16. d. Bart. Salicet. nu. 28. Felin. cap. si cautio sub num. 55. vers. & non sufficeret de fid. instrum. Gratian. discept. 628. n. 10. Mant. de tacit. lib. 18. tit. 6. num. 4. Rot. in Parmen. pensionis 23. Martii 1640. §. non enim & seqq. confirmata 28. Aprilis 1645. coram me.*

Semper itaque firma manet cõfessio par-
20 tis † aduersus quam nihil releuat, quod mobilia tradita non essent æquiualentia debitis
21 accollatis, † quia adhoc affertur tantum inuentarium bonorum hæreditariorum Fulcinei primi viri Angelicæ correspondens venditioni mobilium, vt supra factæ à Hieronymo, illius verò confessio in instrumento emissa non restringitur ad mobilia hæreditaria Fulcinei, sed indeffinite habet nec docetur nulla alia mobilia præter hæreditaria habuisse Angelicam, vt ad conuincendam insufficientiam mobilium assignatorũ necesse est ex allegatis *in decisione vlt. §. pen & §. final.* Et ita vtraque &c.

ROMANA RETENTIONIS DOMORVM.

Merc. 9. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Datio insolutum resultan. ex clausula *Constituti* necnon ex verbis *onde concede, dà, e transferisce* nullo existente credito resoluitur in simplex pignus Creditum quando est turbidum tam quoad substantiam, quam quoad quãtitatem non meretur retentionem.

SVMMARIVM.

1 *Transactio non comprehendit nisi expressa.*
2 *Transactio quando est litigiosa allegari nequit lite super ea pendente.*
3 *Appellatio infra legitima tempora impedit ne sententia transeat in indicatum.*
4 *Res indicata inducitur ob lapsum anni à die appellationis interpositæ, eiusque non prosecutionem.*
5 *Legata relicta à fideicommittente soluta à grauato præsumuntur ex bonis liberis, si adsunt vel ex his solui debent.*
6 *Nomina debitorum ex causa vtilium plerumque sunt necoa, & inexigibilia.*
7 *Credita exacto dici nequeunt deteriora, sed cedunt periculo exigentium.*
8 *Relatio Periti attendi non debet quando est erronea.*
9 *Datio insolutum prioris obligationis extinctiua resultat ex clausula* Constituti *necnon ex verbis* cedo, concede, dà, e transferisce. *Decisio num. 11. 12. & seqq.*
10 *Creditor quod fuerit de eius credito satisfactus ex quibus deducatur?*
11 *Assignatio facta ex vna causa referri nequit ad aliam diuersam.*
12 *Assignatio quibuscumque clausulis munita nullo existente credito non importat dationem insolutum.*
13 *Datio insolutum supponit creditum iam lu esse deductum, & certum nec aliqua exceptione elidibile, alioquin non tenet.*
14 *Verba* cede, concede, dà, &c. necnon clausula Constituti, *apta ad inducendam dationem insolutum resoluuntur in simplex pignus, quando nullum adest creditum.*
15 *Verba* per render sicuro *important pignus.*
16 *Verba contrahentium à subiecta materia contractus interpretationem recipiunt.*
17 *Contrahentes præsumuntur potius contractum pignoris validum celebrasse, quam dationem insolutum nullam.*
18 *Facultas disponendi si sit alicui concessa de bonis assignatis, subsequens dispositio ad eam referri debet.*
19 *Credita assignata inexacta præsumuntur nisi contrarium probetur.*
20 *Versum in eius vtilitatem dicitur, quod illius creditoribus solutum est.*
21 *Rationes sociales quando sunt contractæ cum diuersis personis partita vnius, non censentur trãsfusa in alteram.*
22 *Creditor & debitor quis esse potest ex diuersis causis.*
23 *Relatio Periti quando est erronea non nocet non citatis.*
24 *Retentio non competit pro credito turbido tam in substantia, quam in quantitate.*

DECISIO DCXXXVII.

Concordiam initam cum ipso Monasterio, & Monialibus sancti Bernardini de anno 1651. sententiam super eius validitate à R. P. D. Vicesgerente, & in indicatum transactam cum successiua executione, ac deliberatione domus positæ in Regione Pontis in Platea Turris Sãguineæ ad sui fauorem facta de anno 1654. nec non creditum Laurentij, & Iosephi suorum debitorum super bonis fideicommissi obligata à Iacobo fideicommittente soluta resultans, obiecit hodie Nereus Scarlattus vna cum Bindis pro Monialibus editam die 20. Aprilis 1654.

Sed primum obiectum nil vrget, cum hodie non agatur de domo assignata Scarlatto in dicta concordia, sed super aliis domibus possessis à Bindis, quas concordia
1 † de eis non loquens non comprehendit *l. si certa, ff. transact. Abb. cons. 10. numer. 1. lib. 1. Surd. cons. 418. num. 10. & seqq. Rota decis. 232. num. 12. par. 1. recent.* cumque eadem concordia stante lite contra eius validitatem à Monialibus
2 mota pendente adhuc, vt infrà dicetur † litigiosa sit, eò minus interim vrgere potest *Bald. in l. item quia in secunda lect. sub nu. 3. vers. nec potest dici, ff. pact. Card. Mant. dec. 221. num. 9. Rota in Neapolitana pensionis 20. Aprilis 1640. §. fin. coram me.*

Sententia D. Vicesgerentis gratis dicitur
3 in indicatum transacta, cum ab illa † fuerit infra legitima tempora appellationis causa commissa R. P. D. meo Verospio, nec à dicta
4 appellationis lapsus fuerit † annus constitutidi

di rei iudicatæ necessarius. *Vestr. in prax. lib. 7. cap. vltim. nu. 9. Cassad. decis. 6. num. 8. de appellat. Cresc. decis. 8. num. 8. eodem tit. Put. decis. 314. lib. 1. Rota dec. 156. num. 1. par. 2. recen.* Executio verò dictæ sententiæ facta, & allegata deliberatio restringitur ad præfatam domum, de qua hodie non agitur.

Creditum Iosephi, & Laurentij ex causa
solutionis legatorum à Iacobo fideicom-
mittente relictorum respondet prima deci-
sio non suffragari cōtra bona fideicommis-
si, quia penes soluentes aderant bona libera,
5 ex quibus † legata soluisse præsumuntur, vel
soluere debuerunt *Roman. cons. 276. num. 7. Me-
noch. cons. 383. nu. 14. aliique allegati in d. decis. §.
quod supposito.*

Habebant inquam penes se sc. 13518. quę
ipsimet debebant fideicommittenti occasio-
ne Societatis cum eo aliàs contractæ, & nō-
minum debitorum socialium, quorum exa-
ctionem in se assumpserant; nec dici potest
6 ea nomina fuisse † aerea, & inexigibilia, qua-
lia plerumque esse nomina ex causa vtilium
deponunt Testes *Summ. Scarlatti nu. 15.* Quin
in casu nostro constat illa fuisse pro maiori
7 parte exacta à d. Iosepho, & Laurentio, quę-
que deinde deteriora facta fuissent ipsorum
periculo cedunt *l. in ratione 30. l. in quantitate
73. ff. ad leg. falcid. Peregr. Giouagn. & alii allegati
in prima decisione §. secundo*, quia vlterius exin-
de infertur erroneam esse, nec attendendam
8 relationem Fuschi † vltimi periti asserentis
dd. nomina fuisse aerea, & inexigibilia. Eo
minus quia emanauit non citatis Moniali-
bus, quas gratis pars aduersa negat tunc
fuisse in causa, cum ex datis *in Summario præ-
teritæ positionis pro Monialibus* appareat contra
illas de anno 1612. ad instantiam Oliuerij
fuisse commissam causam in Rota, & de an-
no 1647. citatas ad instantiam ipsius Scarlat-
ti; peritus verò electus fuit de anno 1648.
d. Summ. num. 6.

Non obstat, quod Iacobus Testator fue-
rit de dd. sc. 13518. satisfactus ab eisdem Io-
sepho, & Laurentio mediante assignatione,
quam ei fecerunt de ann. 1603. totius nego-
cij, & effectuum Drogheriæ cum facultate
ad libitum disponēdi de negotiis effectibus,
constituendo insuper eum Procuratorem
irreuocabilem, vt in rem propriam, & cum
clausula, *Constituti*, ac verbis, *cede, concede da
9 transferisce, e consegna*; quæ † important da-
tionem in solutum prioris obligationis ex-
tintiuam *Gozz. cons. 28. numer. 9. & 2. seqq. Becc.
cons. 105. nu. 19. Surd. cons. 243. sub num. 21. Rota
in Tiburtina Castri S. Angeli 11. Martij 1650. §.
neque obstare coram R. P. D. meo Melt. o*, iuncto
præsertim quod Iacobus de dictis effectibus
disposuit, quod in solidatione computorum
subsecuta de anno 1613. Iacobus declaratus
10 fuit debitor in sc. 1874. signum † euidens,
quod de suo credito anni 1603. fuerat satis-
factus, vt per *Iason in l. si quidem nu. 3. C. tran-
sact. Honded. cons. 47. numer. 34. lib. 1. Mascard. de
probat. concl. 1318. nu. 9.*

Nam pro responsione ad hoc obiectum,
ad quod tota difficultas restringitur anima-
duerterunt iterum Domini assignationem,
& cessionem præfatam negotij Drogheriæ
non fuisse factam in causam huius crediti,
sed ad reddendum securum Iacobum de
damnis, quæ in futurum pati possit occa-
sione fideiussionis, & promissionis per eum
eadem die factæ pro ipsis Laurentio, & Io-
sepho, quod scilicet in futurum soluturi es-
sent eorum creditoribus in temporibus cū
illis concordatis summas debitas, ibi, *il sopra-
detto Sig. Lorenzo Carpiano, volendo render sicuro
il sopradetto Sig. Giacomo, che s'è obligato, come
sopra cede, &c.* Cum itaque hæc assignatio
habeat in ventre causam expressam assicu-
rationis à damnis fideiussionis tunc præstitæ
11 forsan prouenturis nullatenus referri † po-
test in causam diuersam præexistentis credi-
ti sc. 13518. *l. 1. vbi notant omnes, ff. solut. Roman.
cons. 94. sub num. 2. Aym. cons. 158. nu. 43. Decian.
cons. 90. num. 24. lib. 2. Mart. vot. 51. num. 5. Rota in
Romana Societatis officij 20. Iunij 1644. §. non ob-
stat primo coram me.* Et quoniam ex causa dā-
norum Iacobus tunc creditor nō erat quip-
pè sola fideiussio præsertim in ipso limine
contractus id non præstat, impossibile est,
quod assignatio quibuscūque clausulis mu-
12 nita importet dationem † insolutum, quæ
supponit creditum iam in esse deductum, &
13 certum nec aliqua exceptione † elidibile,
& alioquin non tenet *Ruin. cons. 160. num. 25.
lib. 2. Menoch. de retinen. remed. 1. num. 37. & seqq.
Surd. dec. 46. num. 5. & 6. Rota diuers. dec. 33. nu. 6.
par. 1.* itaut, & si alijs casibus, de quibus lo-
quuntur in obiecto, clausulæ, *Constituti*, & aliæ
in obiecto allegatæ denotare valeant dation-
14 nem in solutum hic resoluantur † in sim-
plex pignus attentis tùm verbis, ibi, *per ren-
15 der sicuro*, † quæ in proximioribus terminis
ponderauit *Rota apud Modern. Perus. de subhast.
16 decis. 604. num. 6.* tùm subiecta materia † con-
tractus, à qua interpretationem recipiūt *Rol.
cons. 90. num. 8. lib. 1. Corc. decis. 154. num. 14. Rot.
inter recen. decis. 701. num. 20. par. 1.* nec non
mente contrahētium, qui præsumuntur po-
17 tius contractum pignoris validum, † quam
dationem in solutum ex prædictis nullam
celebrasse *Rota decis. 285. nu. 3. par. 1. recen.*

Quod verò Iacobus de effectibus sibi, vt
supra assignatis disposuerit, nec releuaret si
probaretur, quia dispositio huiusmodi sem-
18 per referenda esset † ad causam fideiussionis,
ex qua facultas disponendi concessa fuerat
*Surd. cons. 418. num. 11. Rot. decis. 93. num. 5. par. 1.
decis. 692. num. 13. par. 5. recen. decis. 104. numer. 5.
par. 2. diuers. cum alijs allegatis in Mediolanen. præ-
bendæ 11. Februarij 1650. coram me.* Nec pro-
batur nisi de quibusdam effectibus traditis
creditoribus, ad quorum fauorem Iacobus
vt supra fideiusserat, dictorum enim effe-
19 ctuum pars inexacta adhuc præsumitur † nisi
exaduerso contrarium probetur, vt debet
*Salicet. in d. l. 2. num. 15. C. de iur. emphit. Rip. in l. in
illa nu. 15. ff. verb. oblig. Becc. cons. 105. n. 12. Natt.
cons. 526. num. 4.* Aliam partem Iacobus nouæ
rationi Bancharię sub die 27. Nouemb. 1603

initæ

initæ nomine proprio, & Aurelii de Miglio-
re, ac Vincentij Mancinghi assignauit ad ef-
fectum ex eorum prætio satisfaciendi credi-
toribus eiusdem Laurentii, prout ex dicto
prætio satisfactum fuit imò in summa illud
excedente; vt constat ex relatione Damiani
primi Periti data in præterita positione Mo-
nialium *num.* 12. adeo quod est, ac si Iacobus
prædictos effectus ipsi Laurentio tradidisset,
20 quia † in eius vtilitatem versum dicitur,
quod illius creditoribus solutum fuit *l. stipu-
latio ista §. si stipuler, & §. si quis Insulam l. liber
homo, §. fin. ff. verb. oblig. Ias. in d. § si stipuler. n. 8.
Gabr. de verb. oblig. conclus. 1. numer. 62. Mantic. de
tacit. lib. 14. tit. 28. num. 4. &* 5. & sic semper ve-
rum est dicere, quod nihil de dictis effectibus
peruenit ad manus Iacobi.

Solidatio tandem anni 1613. non fuit fa-
cta cum Iacobo, nec ipsum declarat debito-
rem in scutis 1874. sed cum Laurentius ne-
dum hæreditario nomine Iacobi, sed etiam
proprio, ibi, *Noi Lorenzo Carpiani tanto come
herede &c. come in nome mio proprio,* & percutit
solum rationem socialem contractam de
anno 1609. in qua esto quod Iacobus remã-
sisset debitor dd. sc. 1874 (quod negatur) pos-
set ad summum quantitas hæc compensari
pro concurrenti quantitate cum credito sc.
13558. ad Iacobum spectante proueniente
ab alia antiquiori ratione sociali terminata
de anno 1601. quæ cum sit prorsus distincta
21 à postrema contracta cum diuersis † per-
sonis, & pactis transfusæ non censen-
tur partitæ vnius in alteram *Rota decis. 592.
num. 4. par. 5. recen.* & stant simul quod Iaco-
bus de anno 1613 remaneret creditor sc.
22 3518. † ex prima & debitor scutor. 1875. ex
altera posteriori istæ rationes ad inuicem
non confundantur, aut compensatione eli-
dantur *Giurb. ad consuetud. Messan. cap. 9. glos. 9.
num. 11. Bellon. dec. Ianuen. 31. num. 11. dec. 75. n. 2.
Rota decis. 592. num. 16. decis. 612. nu. 9. par. 5. re-
centior.*

Ad relationem Fuschi respondet prima
23 decisio, quod est erronea, & nocere † non
potest fideicommissariis, tunc ad causam ad-
missis, & non citatis *Aldobr. in §. fin. num. vltim.
instit. de administr. Tut. Crescen. decis. 2. num. 2. de
Arbitr. cum aliis allegatis per Add. ad Greg. XV.
decis. 545. num.* 12. Et ad decisionem in alia
instantia æditam coram R. P. D. meo Veros-
pio responsum pariter fuit in eadem prima
decisione, quod tunc doctum non fuerat de
errore relationis Fuschi, quodque emanasset
fideicommissarijs non citatis, multaque alia
contra eamdem relationem ibi afferuntur.

Rursus ex quo in concordia anni 1603. Io-
seph, & Laurentius reportauerint à credito-
ribus remissionem, seu defalcum scutor. 20.
pro quolibet centenario, inferri dumtaxat
potest quod etiam in sc. 13518. quæ debe-
bant Iacobo simile defalcum consequi de-
beant remanente semper credito in maiori
quantitate, quam sit eorum creditum pro-
ueniens ex solutione legatorum; quod in
24 omnem euentum † attentis prædictis nega-
ri non potest quod sit saltem turbidum, tam in substantia, quam in quantitate, & proinde ob illud retentio non competat *Rota apud Cinc. de censib. dec. 498. num. 15. decis. 113. num. 7. coram Durano decis. 30. num. 12. apud Modern. Foroliuien. de pignor. & in Ianuen. locorum Montium 1. Martii 1641. coram Reuerendiss. Dom. Episcopo Terracinen.*

Sublatis his omnibus obiectis pro obtinenda retentione à Bindis, & Scarlatto excitatis eam Domini iterum denegarunt cõfirmando primam decisionem vtraque parte Informante.

ANCONITANA PRAETENSAE VENDITIONIS.

Luna 14. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Emptor potest à contractu recidere ante confectum Instrumentum venditionis, quamuis conuentum fuerit de re, & prætio, si partes in scriptis contrahere voluerunt, & Instrumentum confici, non ad probationem simpliciter, sed pro substantia contractus. Et ex quibus desumatur partes ante confectum Instrumentum non habuisse contractum pro perfecto.

SVMMARIVM.

1 *Apoca priuata si non est archiuiata fidem non meretur obstantibus constitutionibus Apostolicis.*

2 *Archiuiatio non est necessaria in publicis Instrumentis, quando abest fraudis suspicio.*

3 *Dolus præsumitur in venditore, si onera inhærentia rei venditæ non patefecit emptori.*

4 *A contractu potest alter ex contrahentibus etiam altero inuito recedere ante confectum Instrumentum, si conuentum fuit Instrumentum confici non ad probationem simpliciter, sed ad inducendam obligationem.*

5 *In contractibus nominatis semper locus est pænitentiæ, quando sunt imperfecti in substantia.*

6 *Contractus ante confectum Instrumentum habuisse contractum pro imperfecto satis constare dicitur, si ità dixerint, vel per coniecturas idem necessario conuincentes.*

7 *Expressum dicitur, quod ab expressis resultat.*

8 *Probatio euidens dicitur, quæ à pluribus coniecturis simul iunctis educitur.*

9 *Contrahentes ante confectionem Instrumenti an habuerint contractum pro perfecto, sufficit de hoc posse dubitari.*

10 *Contractus, qui consensu, & re perficitur requirit ad illius perfectionem consensum, seù voluntatem certam non autem dubiam.*

11 *Emptoris voluntas, quod contractus non sit perfectus ante rogitum Instrumenti, ex quibus desumatur? & num. seqq.*

12 *Gerundium adiunctum verbo futuri temporis conditionem inducit.*

13 *Et idem est si sit adiunctum verbo temporis præsentis, sed respicit actum temporis futuri.*

14 Con-

14 *Consentiens sub conditione, consentire non videtur quousque adimpleatur conditio.*

15 *Contrahere in scriptis, & non alias dicitur, qui venditioni consentiendo noluit obligari, quousque instrumentum conficeretur, & interim ante Instrumenti confectionem potest pœnitere.*

16 *Differentia inter consensum venditioni præstitum sub conditione, & simpliciter cum pactis, quæ postea partes concordabunt, & num. 17.*

18 *Subscriptio apocæ refertur ad omnia in ea contenta.*

19 *Solemnitates statutariæ sunt necessariæ in contractibus mulierum.*

20 *Contractus ante confectionem Instrumenti non dicitur perfectus vbi partes ad eius substantiam designarunt Instrumentum, & in quo adimplementum aliquod in scriptis redigendum interuenire debet.*

21 *Emptor potest à contractu recedere, si venditor promisit rem venditam esse liberam, quæ talis non est, tunc enim præsumitur emptor per fraudem inductus ad emendum, & alias non empturus.*

22 *Fundus dotalis constante matrimonio alienari nequit quamuis vxoris, & viri cōsensus interueniat.*

23 *Emptor, quo casu non teneatur litem super re empta motam in se suscipere.*

DECISIO DCXXXVIII.

Burghettus an cogi possit ad conficiendum Instrumentū venditionis prędij in contrada nuncupata di Monte Dage, ei venditi à Francisco de Carolis, & soluendum prætium cognitum hodiè fuit, & negatiuè responsum. Primo quia cōuentio circà emptionem dicti prædij non probatur, nisi ex
1 quadam apocha † priuata, quæ cum non fuerit archiuiata non mæretur fidem, aut excusationem, obstantibus Constitutionibus Apostolicis *Rot. dec. 132. num. 3. inter impress. apud Zacch. de oblig. Cameral. secund. vltim.*
2 *impress.* Quodque dicitur cessare † archiuiationis necessitatem in publicis Instrumentis, quando abest fraudis suspicio, *Rot. decis. 662. num. 4. par. 1.* non applicatur casui nostro, quo exhibetur simplex scriptura, siue Testibus, & ob onera inhærentia prædio vendito, benè
3 nota venditori, † nec patefacta emptori, cuius dolus, & fraus præsumitur *Gratian. decis. Marchiæ 13. num. 19.* cum alijs infrà allegan.

4 Secundo quia ante confectum † Instrumentum licitum est alteri ex contrahentibus alio inuito à contractu recedere; quamuis conuentum fuit de re, & prætio, quando partes voluerunt contrahere in scriptis, & Instrumentum desuper confici non ad probationem simpliciter, sed pro substantia contractus ad obligationem inducendam, vt sunt *text. apertissimi in l. contract. C. fid. instrum. in §. primo instit. de emption. & vendit.* vbi concordan. refert *Piccard. nu. 18. & 35. Gratian. discept. 842. num. 18.* & dixit *Rot. decis. 898. num. 7. apud Baratt.* Quia nimirum tunc imperfectio est in substantialibus, semperque incontracti-
5 bus † nominatis est locus pęnitentiæ, quando sunt imperfecti insubstantia, vt *in dicta l. contractus notant gloss. & DD. & præcipuè Bart. in prima lectura num. 7. Bald. in princ. & num. 13. & 17. Salycet. num. 2. Castren. numer. 9. Altograd. cons. 10. num. 12. lib. 1.* Satisque est quod de
6 huiusmodi voluntate constet, † vel quia partes dixerunt quod alias contractus non valeat, vt in *Casu. decis. 32. par. 4. tom. 2. recent.* vel per alias coniecturas idem necessariò. Conuincentes *Pizard. in dicto §. primo numer. 33. Salicet. de commun. in d. l. contractus num. 5. Aret. cons. 159. num. 8. Didac Perez in ordinat. Hispan. l. 3. tit. 8. lib. 3. vers. fallit tamen pag. 1055. & in l. 2. tit. 7. lib. 5. vers. nunc queritur pag. 187. Lessar. de Decimis vend. cap. 3. num. 14. & seqq. Cald. de empt. & vendit. cap. 13. sub numer. 10. vers. satis enim est, & num. 11. in fin. Ant. Fabr. in C. lib. 4. tit. 16. defin. 14. post princ. vers. non solum Anchar. quæst. famil. lib. 1. quæst. 11. num. 3. in fin. vers. secus quando ex alijs coniecturis Trentacinq. var. resol. tom. 1. cap. 13. sub numer. 10. infra med. vers. vel quando Ias. cons. 151. num. 4. lib. 1. Honded. de magis communi cons. 52. num. 19. lib. 1. Riminal. iun. cons. 51. per tot. & signanter num. 18. & seqq.* vbi respondit contrarijs *Altograd. cons. 11. num. 10. vers. nisi Afflict. decis. 39. num. 4. Boer. decis. 48. numer. 17.*
7 *& 18.* Nam expressum dicitur, † quod ab expressis resultat *Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita ff. hæred. instit. Tiraquel. de legibus connub. gloss. 7 num. 179. Surd. cons. 143. num. 20. cons. 294. nu. 11. decis. 254. numer. 38.* sicuti probatio euidens
8 dicitur, quæ à pluribus † coniecturis, simul iunctis educitur *Bald. cons. 3. num. 4. libr. 1. Soccin. iun. cons. 39. nu. 14. lib. 2. Cyriac. controuers. 291. num. 11. Rot. in Romana diuisionis 15. Iunii 1640. §. penult. coram Me.*

9 Imò sufficere, quod dubium sit, † an partes ante confectionem Instrumenti habuerunt contractum pro perfecto dixit, *Rota apud Seraph. decis. 854. num. 5. post Dec. cons. 12. num. 1. in fin. Anchar. famil. quæst. lib. 1. d. quæst. 21. num. 3. circa fin. vers. et id Riminal. iun. d. cons. 51. num. 20. vers. idem quando Gomes. de contract. cap. 2 num. 13.* aliosque refert *Modern. Pontremulensis cons. 18. num. 10. & 11.* Nam ad perfectionem
10 substantialem contractus, qui † consensu, & re perficitur non releuat consensus, seu voluntas dubia, sed certa requiritur *l. consensu vbi notant omnes ff. de action. & obligat. l. in vendendis C. contrahen. emption. §. prætium Inst. de emption. & ibi DD. omnes gloss. in l. si donationis verb. substantia ff. contraben. emption.* cum alijs allegatis *à Giurb. obseruat. 35. numer. 1. & à Modern. scalensi iun. resolut. forens. . . primo result. 47. num. 44.*

Verum quidquid sit de hac secunda parte
11 voluntas emptoris, † quod contractus non sit perfectus ante rogitum Instrumenti, non est in casu nostro dubia, sed clara, & euidens apparet, tum ex verbis, quibus venditionem acceptauit ibi, *Io: Gio: Maria Borgetti affermo, quanto di sopra, essendo l'Instrumento à mia sodi-*
12 *sfattione*, ponderando gerundio † illo *essendo*, quod veluti respiciens Instrumentum non iam factum, sed futuro faciendum reddit cōsensū, & acceptationē conditionalem, ac importat conditionem suspensiuam, ac dictum fuisset, quo emptor consentiebat, & prætio in apoca descripto si, & quatenus Instrumentum

in eutum conficeretur ad sui satisfactionem; *Bart. in l. si tu ex parte num. 5. vers. tamen ff. acquir. hared. Bald. in l. falsus num. 6. C. furt. Corn. cons. 99. num. 5. lib. 4. Dec. cons. 433. numer. 6. Io. Franc. de Ponte cons. 30. num. 21. & tribus seqq. lib. 1.* Vbi
13 id applicat, etiam quando gerundium† iungitur verbo temporis præsentis, respicit tamen actum temporis futuri *Rot. decis. 56. n. 12 par. 4. tom. 2. recentior.* Adeò quod ante Instrumentum ad satisfactionem emptoris rogatum contractus sit imperfectus in substantia,
14 cumque consentit † sub conditione consentire nō videtur quousq; adimpleatur conditio *c. unic. in fin. de sponsal. in 6. l. cedere dic ff. de verb. signif. Bald. in l. si mulier circa princ. ff. donat. ob caus. Decian. cons. 55. sub num. 74. libr. 2. Card. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 41. nu. 9. & 10.* Quodque qui limine contractus venditioni con-
15 sentiēdo† noluit efficaciter obligari quousquē Instrumentum conficeretur, dicatur voluisse contrahere in scriptis, & non alias posse interim pœnitere tradit *Azo. in Summ. C. si cert. pet. num. 37. Cin. in d. l. contractus Piccard. in §. primo nu. 10.* vbi loquitur in specie de consensu conditonali *Instit. de emption. & vendit. Io: Faber. ibidem num. 2. & 3.* Vbi ait id frequenter contingere inter formidolosos, qui dubitant decipi; Quem refert, & sequitur *consil. Neapol. apud Grizzarell. dec. 72. sub nu. 2. vers. vnde dicit Castr. cons. 137. sub numer. 2. vers. item notificat lib. 2.*

Multumque differt, an quis hoc modo
16 consentiat, † an verò simpliciter cum pactis, quæ postea partes concordabunt, qui est casus *decis. 37. & decis. 307. par. 4. tom. 2. recent.* Quia hoc secundo casu consensus ven-
17 ditioni præstitus † est purus, & obligatorius, respectu substantiæ consistentis in rē, & prætio, cui partes simpliciter consenserunt, & censentur solum distulisse in futurum pacta circa accidentalia cōtractus, at in casu nostro consensus est conditionalis, & quoad rem, & prætium in apoca à venditore conscripta definitiuum, quia conditio adiecta emptoris subscriptione in fine apocæ (ex qua dumtaxat illius obligatio formatur)
18 refertur ad omnia † contenta in corpore ipsius apocæ, vt in terminis subscriptionis decisum fuit in *Forosempronien. bonor. 14. May prox. præt. §. gratisq; coram me, vbi allegantur concordan.* tum ex quo (vt fatentur informantes pro venditore) prædium quod vendebatur erat fundus dotalis sororum, quarum propterea consensum, & quietantias reportari conuentum fuit, sicut enim exinde Instrumentum erat de substantia quietantiarum, & consensus huiusmodi à sororibus præstandi, quippe quæ requirebatur solem-
19 nitates † statutariæ in contractibus mulierum præscriptæ, in scriptis adhibendæ, ità
20 & de substantia contractus † venditionis non aliter volitæ, quam post mulierū consensum, iuxta theoricam, quam his terminis tradit *Ant. Fab. in cap. lib. 4. tit. 16. de fin. tit. sub num. 7. vers. tam secus, & in punctu sequitur est Rot. dec. 520. num. 4.* Vbi quod ex hoc colligitur

partes noluisse contractum aliter valere, *par. 2. recent. & in Romana dotis 5. Iuny 1648. §. quod eò facilius coram R. P. D. meo Celso.*
21 Tertiò licitum est emptori † à contractu recedere (quia vt deponit Testis Mediator.) Venditor promisit expressè prædium esse liberum, & tale non est. Præsumitur enim emptor per fraudē inductus ad emendum, & alias non empturus, *Grat. discept. 175. numer. 23. & decis. March. 13. num. 19. & seqq.* Vbi distinguit, an adsit huiusmodi promissio libertatis explicita necnè, *Marescott. var. resolut. lib. 1. cap. 90. num. 5. & seqq. Rot. decis. 318. num. 2. par. 1. recen. decis. 476. num. 5. cum alijs alleg. in annot. ad decis. 10. num. 12. & 13. & seqq. par. 3. rec.*
22 Est inquam prædium fundus dotalis† sororum idque etiam cum illarum, & virorum consensu vendi constante matrimonio prohibitum *Negusant. de pignor. 2. memb. 2. p. princ. num. 3. inter impress. apud Patrs. de Salutan.* Est etiam obnoxium hypothecis censuariorum, & subiectum maiorū fideicommisso, quod vtrum in dictis sororibus expirauerit
23 cognitionem requirit, nec tenetur† emptor desuper litem suscipere, *Rot. decis. 46. num. 4. par. 2. rec. dec. 307. num. 8. par. 4. tom. 2.*

Et ità decisum vtraque parte informante.

CALAGVRITANA BENEFICII DE ARO.

Lunæ 14. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Adiudicatio Beneficij in Diœcesi Calaguritana debita est digniori, & habenti qualitates à Constitutione Clementina requisitas, & quisnam ad hunc effectum reputetur dignior?

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ, ex quibus resultet.*
2 *Iustitia sententiæ elicitur ex decisionibus in causa editis.*
3 *Sacerdos antiquior in adiudicatione beneficij est præferendus.*
4 *Item approbatus ad curam animarum.*
5 *Item nobilis in concursu præferri debet.*
6 *Item si est pauper, ad quem effectum Rota hanc qualitatem semper attendit.*
7 *Baccalaureus possidens in eadē Ecclesia beneficium sufficiens ad congruam sustentationem non præfertur in concursu habenti alias qualitates.*
8 *Obtinens in Ecclesia beneficium sufficiens ad congruam sustentationem non potest aliud absque Apostolica dispensatione obtinere.*
9 *Amplia procedere etiam in beneficijs simplicibus.*
10 *Obtinens beneficium insufficiens non prohibetur aliud sufficiens assequi.*

DECISIO DCXXXIX.

CONFIRMANDAM esse sententiam Rotalem, quæ controuersum Beneficium adiudicat Ioanni Lopez de Marraca, cui

fuit hodiè in tertia instantia decisum, nam
1 pro validitate sententiæ † concurrunt omnia requisita iuxta *vulgarem decisionem 260. Caputaq. par. 2.*

2 Iustitia demonstratur † rationibus deduct. *in decis. huius causæ edita die 6. Martij 1654. coram R.P.D. meo Priolo, & prius 14. Martij 1653. coram Reuerendissimo D. meo Decano*, quia nimirum habet Ioannes omnes qualitates à Constitutione Clementina præscriptas & præferri debet Antonio Fernandez aduersario, † tū
3 quia est antiquior Sacerdos *cap. primo de maioritate, & obedientia* cum alijs allegatis *in Callaguritana Beneficii S. Martini 26. Maii 1653. coram R.P.D. meo Albergato*.

Tum quia alias fuit ad curam animarum
4 approbatus, † quod ponderauit *Rota in Calleguritana Beneficii de Lumbreras 18. Martii 1652. coram R.P.D. meo Meltio, & in alia Callaguritana Beneficii 13. Maij 1653. coram R.P.D. meo Cerro*. Tum quia per Testes probauit suam
5 nobilitatem, † quam ad effectum prælationis magni fecit *Rota in Callaguritana Beneficii de Auseio 31. Iunij 1653. coram me, & in Calaguritana Beneficii de Clauico 26. Iunii 1654. coram R.P.D.m. Cerro*; Tum tandē, quia est versatus in Philosophia, & Theologia est pauper ha-
6 bens matrē † viduā, & sorores pauperrimas, vt pariter ponderatū fuit in *Callaguritana Beneficii de Alesano 20. Iunii 1653. coram R.P.D. meo Beuilaqua, & in Callaguritana Beneficii de Ocon 15. Decembris eiusdem anni coram R.P.D. meo Celso*.

In harum verò qualitatum concursu, nil releuat quod Antonius Fernandez sit Baca-
7 laureus, † & senior, vt respondit *decis. coram R.P.D. meo Priolo in §. primo*. Eo minus, quia ipse in eadem Ecclesia possidet Cappellaniā annui redditus scut. 100. quæ sufficientem ad congruam substentationē possessoris declarauit *Sac. Concilium Trid. sess. 24. de reformat. cap. 13. & tradit Sperell. decis. 68. sub num. 18. vers. etenim lib. 1.* & propterea alium beneficium,
8 sine Apostolica dispensatione obtinere non potest *cap. 15. de præbend. in 6. cap. super in ordinata vbi gloss. verb. Beneficiatis eodem tract. Lara de Aniuers. & Cappellani lib. 2. cap. 7. numer. 2.* hoc
9 procedit, etiam in † beneficiis simplicibus.

Ioannes autem possidet solum Beneficium
10 Ecclesiasticum insufficiens † substentationi. Ideoque non impediens huius assecutionē. vt responsum fuit *in dicta Callaguritana Beneficii de Ocon. §. et vltimo coram R.P.D. meo Celso*.

Et ità decisum informante Ioanne, sed Aduersario citato sæpius &c.

CAESARAGVSTANA CATHEDRALITATIS.

Luna 21. Iunij 1655.

ARGVMENVTM.

Antiqua Cathedralitas Ecclesiæ B. Mariæ de Pilari Ciuitatis Cæsaragustanæ, ex quibus signis, & argumentis probata remaneat, nec per erectionem successiue Ecclesiæ S. Saluatoris in Cathedralē fuit ab ea abdicata, nam incongruum non est, quod Episcopus in sua Ciuitate habeat duas Ecclesias vnam Cathedralitatem constituentes ob ipsarum vnionem. Sententia ob non prosecutam appellationem spatio longi temporis, nec prorogata fatalia transit in iudicatum, nec locus est restitutioni in integrum non docto de læsione.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia Beata Maria de Pilari Ciuitatis Cæsaragustanæ, quod antiquitus fuerit Cathedralis in eaque prima Sedes extiterit probatur ex sententiis Rotalibus.*

2 *Iustitia sententiæ probatur ex Decisionibus in causa editis.*

3 *Antiqua Cathedralitas Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Pilari probatur ex antiquissima traditione tàm Historicorum, quàm Scriptorum.*

4 *Ecclesia Beatæ Mariæ de Pilari fuit ædificata à Diuo Iacobo Apostolo, & creditur prima in Hispania, & ob id meretur dici Prototemplum.*

5 *Cathedralitas Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Pilari probatur ex antiquis imaginibus Agni Pasqualis quæ sunt propria insignia Cathedralis Cæsaragustanæ depictis in partibus Superioribus Cappellæ maioris eiusdem Ecclesiæ.*

6 *Item ex enunciatiuis in litteris Apostolicis maximè Gelasii secundi cum litteris Petri Librana Episcopi.*

7 *Item ex inueterata consuetudine celebrandi festum Dedicationis Ecclesiæ ipsa die qua celebrat Ecclesia Cathedralis.*

8 *Item ex facultate exigendi decimas in Territorio Cæsaragustano, & mutuis in sepeliendis vtriusque Ecclesiæ Canonicis officiis.*

9 *Item ex indistincta Sacramentorum administratione, prout in Cathedrali.*

10 *Item ex dignitate Capellani maioris, & retentione Campanæ nuncupatæ de interdicto.*

11 *Ecclesia Beatæ Mariæ de Pilari, licet fuerit alias à Mauris occupata, illis postea expulsis recuperauit antiquum statum libertatis Iure postliminij.*

12 *Antiqua Cathedralitas Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Pilari non dicitur abdicata per erectionem Ecclesiæ S. Saluatoris in Cathedralem.*

13 *Ratio est, quia per erectionem non præiudicatur aliis Ecclesiis.*

14 *Episcopus potest habere in sua Ciuitate duas Ecclesias vnam Cathedralitatem constituentes ob ipsarum Ecclesiarum vnionem.*

15 *Sententia ob non prosecutionem appellationis spatio longi temporis, nec prorogationem fatalium transit in iudicatum, & causa remanet deserta.*

16 *Restitutio in integrum non datur sine læsione.*

DECISIO DCXL.

BEATISSIMAE Virginis Mariæ de Pilari Ecclesiam existentem in Ciuitate Cæsaraugustana fuisse antiquitus Cathedra-
1 lem, † in eaque primitus Sedem Episcopalem

lem dictæ Ciuitatis extitisse, bis pronunciauit Rota in sententiis de anno 1631. à clar. mem. Coccino, & anno sequenti à Cardinali Vbaldo latis, Quarum validitas non controuertitur.

2 Iustitia verò comprobatur † ex deductis latissimè respondendo omnibus contrarijs *in decis. 353. num. 20. & seqq. vsque ad 114. par. 5. recent. & in decis. 177. sub num. 4. & seqq. par. 6.* in quibus ad probandam antiquam Cathedralitatem huius Ecclesiæ expenditur antiquis-

3 sima traditio † tàm Historicorum, quàm Scriptorum, quibus adduntur Iulianus Perez *in sua Chronica num. 405.* qui ait istam Ec-

4 clesiam à Diuo Iacobo † Apostolo ædificatam fuisse, vt creditur primam in Hispania, & ob id mereri dici Prototemplum, Hallus Gallus *in lib. de Aduentu Sancti Iacobi in Hispania, Lualdus in sua Historia sub titulo della Christiana Religione nell'Occidente to. 1. cap. 16. fol. 26. Hippolytus Marraccius in suo Opusculo Apostoli Mariani de S. Iacobi Maiori capit. 5. §. de Templo amoto.*

5 Antiquæ Imagines Agni Paschalis, † quæ sunt propria Insignia Ecclesiæ Cathedralis Cæsaraugustanæ, & reperiuntur depictæ in partibus Superioribus Capellæ maioris Ecclesiæ Sanctæ Mariæ incisæque in antiquissimo lapide ad ostium Sacristiæ S. Mariæ de Pilari; Enunciatiuæ in litteris Apostolicis

6 maximè Gelasij II. simul cum litteris Petri Librane Episcopi, ac sententijs antiquis contentæ. Inueterata celebrandi diem Festum

7 Dedicationis huius Ecclesiæ † ipsa die qua celebratur Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis consuetudo canonizata *in decis. 472. & 493. coram san. mem. Gregor. XV. in decis. 616. num. 5. par. 1. recent. & in dicta decis. 353. n. 73. par. 5.*

Facultas exigendi decimas in Territorio

8 Cæsaraugustano, † mutua in sepeliendis vtriusque Ecclesiæ Canonicis officia indistin-

9 cta omnium Sacramentorum, † prout in Cathedrali administratio. Dignitas Cappel-

10 lani maioris; Retentio Campanæ nuncupatæ de interdicto prærogatiuæ, & præheminentiarum plura in id afferuntur à Patre Lezana *in disert. antiquissima, & continua Cathedralitate Angelica Apostolica, & miraculosa Ecclesia S. Mariæ Maioris de Columna] Cæsaraugustana cap. 2. & 3. per tot.*

Nec obstat, quod ista Ecclesia fuerit aliàs

11 à Mauris occupata, quia illis postea expulsis recuperauit antiquum statum libertatis Iure quasi post liminij, vt est *text. in cap. prima actione 16. quæst. 6.* & tradunt *in cap. & hoc dicimus eadem caus. 16. quæst. 7. Bellam nu. 9. & in cap. 2. de nou. oper. nunc. Innoc. num. 2. vers. hoc autem certum est.*

Minùs obstat Ecclesiæ S. Saluatoris aduer-

12 sariæ in Cathedralem erectio, † quam pleraque ab informantibus pro eadem Ecclesia deducta conuincunt, quia non inde sequitur abdicatio antiquæ Cathedralitatis ab

13 Ecclesia de Pilari, quia per erectionem † non præiudicatur alijs Ecclesijs, *Vames. cons. 10. numer. 4. Seraph. decis. 1444. num. 7. & seqq.* Nec est

14 nouum quod vnus, & idem Episcopus † in sua Ciuitate habeat duas Ecclesias vnam Cathedralitatem constituentes ob ipsarum Ecclesiarum vnionem, vt est *text. in cap. 1. ne Sede Vacante*, vbi notant omnes Canonistæ, & dixit *Rot. in Vercellen. Vnitatis Capituli coram Penia, quæ est inter eius impress. decis. 558. num. 8. confirmata 18. Aprilis 1614. coram Archiepiscopo Seleuciensi, & 24. Aprilis 1643. coram Reuerendiss. D. meo Dunozetto Decano, ac 9. Maij 1644. coram Eminentiss. D. Card. Ottbobono*, idemque decisum fuit *in Aretina Vnionis 23. Iunii 1643. 2. Iunij 1645. 1. Aprilis 1647. coram Reuerendiss. Episcopo Terracinensi, & 18. Martij 1652. coram R. P. D. meo Verospio.*

Quibus positis duo sequuntur pro resolutione dubij hodie propositi. Primò, quod cum ex actis constet de non Iure Ecclesiæ S. Saluatoris, quod ex *dicta decis. 353. par. 5. recen. & 177. par. 6.* ipsi notum erat, eaque appellationem à dictis sententijs Rotalibus bon. mem. Motmanno commissam prosecuta

15 non fuerit ab anno 1633. † nec fatalia prorogari obtinuerit, ædem sententiæ ob tam longam taciturnitatem transierint in iudicatum, & causa dicatur *deserta clem. sicut eleta. si appellationem de appellat. cap. cum sit Romana eod. tit. Acchill. decis. 10. num. 1. vt lit. pend. decis. 7. num. 4. & seqq. eod. tit. Buratt. decis. 307. nu. 10. Rot. inter recent. decis. 383. nu. 3. part. 2. decis. 1. num. 8. nu. 11. & seqq. par. 7. & in Fanen. Cappellania 22. Iunij 1640. §. nec dicatur, §. hacque indubitanter coram Reuerendiss. Episcopo Terraconensi in Romana Fideicommissi de Campagnolis 8. Februarij 1649. §. calculando coram R. P. D. meo Peutingerio, in Vercellen. Præpositura 5. Iulij eiusdem anni §. penult. coram me.*

Secundò, quod ex dictis sententijs vti iustis, & validis nulla Ecclesiæ S. Saluatoris in-

16 feratur læsio, sine † qua non datur restitutio in integrum *cap. 1. & ibi Abb. num. 1. & 2. de restit. in integr. Mohed. decis. 2. de appell. Seraphin. decis. 1239. nu. 1.* cum alijs allegatis *in Gerunden. Portionum 25. Iunij 1649. & in Interamnen. Fideicommissi 11. Martij 1654. coram R. P. D. meo Celso.*

Ideò constare de re iudicata, non autem de causis restitutionis in integrum decisum hodie fuit informante tantum Ecclesia de Pilari, citatis tamen pluries, ac diù expectatis Procuratoribus Ecclesiæ Metropolitanæ S. Saluatoris.

CAESARAGVSTANA CATHEDRALITATIS.

Lunæ 21. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Recursus ad Iudices Laicos habitos à Procuratore non afficit principalem, nisi constet de illius ratificatione, & ex quibus ratificatio excludatur?

SVMMARIVM.

1 *Recursus ad Iudices Laicos ad effectum declaratoriæ requirit plenas probationes, secus est ad effectum denegandi audientiam.*

2 *Recursus ad Iudices Laicos habitus à Procuratore de cuius mandato non constat, non afficit principalem, & num. 6.*

3 *Recursus præsumuntur facti de mandato eius, cuius interest, hos tamen non sufficit, nisi ad effectum denegandi audientiam.*

4 *Ratificatio recursus habiti à Procuratore inducta censetur à principali per illius vsum.*

5 *Vsus tamen quando non inducit ratificationem de præsenti, & actum consumatum, qui necessarius est pro incursu censurarum non suffragatur.*

7 *Recursus habiti ad Iudices Laicos pro remouendis impedimentis procuratis ab Aduersario liciti sunt.*

8 *Brachium Seculare inuocari potest iuxta facultatem in mandatis Rotalibus concessam.*

DECISIO DCXLI.

DETESTABILES recursus ad Iudices Laicos an obstent Canonicis de Pilari, itaut contra illos sit danda declaratoria, dubitaui hodie ad Instantiam Canonicorum Ecclesiæ Metropolitanæ; Et Rota negatiuè
1 respondit; nam ad hunc effectum † plenæ, & necessariæ probationes, & recursuum requiruntur, licet secus sit ad effectum denegandi audientiam, *Add. ad san. mem. Greg. XV. decis. 96. num. 11. Caualer. decis. 529. numer. 2. Buratt. decis. 446. num. 9. Rot. inter impress. post consil. Farinac. decis. 179. num. 7. & in Cæsaraugustana Beneficij de Linares 27. Aprilis 1644. coram me, in Vlixbonen. Censurarum 15. Decembris 1654. coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Quales non sunt exaduerso allatæ omissis enim recursibus anni 1626. à quibus alias vigore Breuis Apostolici fuit concessa absolutio alijsque assertis, de quibus in actis nõ constat, superest recursus anni 1638. ad Curiam Regiam Aragoniæ, qui cum fuerit habitus à Procuratore † de cuius mandato spe-
2 ciali ad id requisito non docetur, non afficit Pilarenses, *Rot. decis. 534. num. 2. decis. 602. nu. 3. par. 1. decis. 309. num. 10. ad fin. & num. 11. par. 7. & in Cæsaraugustana Distributionũ 20. May 1639. coram clar. mem. Coccino, in Calaguritana Decimarum 27. Iunij 1653. coram R. P. D. meo Zarate*, vbi subditur præsumptionem quod recur-
3 sus præsumantur † facti de mandato eius, cuius interest non sufficere, nisi ad effectum denegandi audientiam.

Et quatenus allegatur, quod Pilarenses de anno 1654. vsi fuerunt dicto recursu, ac
4 proinde † in vim saltem ratificationis declarandi sint excommunicati ex adductis in *dicta Cæsaraugustana Beneficij de Linares 27. Aprilis 1644. & 15. Decembris eiusdem anni coram me*, respondetur duo in scriptura ad id producta contineri, nempè interrogationem Canonicorum Metropolitanæ factam Pilarensibus, an velint vti firma Regia Aragoniæ, horumque responsione, quod vti volebant quæ responsio cum non importet actualem
5 vsum firmæ Regiæ, † sed voluntatem deutendo in futurum, non redolet ratificationem de præsenti, & actum consumatum recursuum, qui necessarius est pro incursu, vt tradunt *Nauarr. cons. 20. de sent. excommunic. Vgolin. ad Bull. Cœnæ par. 2. Can. 26. quæst. 6. nu. 3. & seqq. Filiuc. oper. moral. tract. 16. cap. 10. n. 284. Rot. in Calaguritana Beneficij de Logrono 19. Februarij 1649. §. nec demum, coram R. P. D. meo Verospio.*

Item præsentationem firmæ Regiæ Metropolitanis; Cumque hæc ibidẽ legatur præsẽ-
6 tata à Procuratore † de cuius speciali mãdato nõ apparet, non afficit Pilarenses ex supra allegatis. Eo minus quia nihil ex huiusmodi præsentatione sequutum probatur. Et pro re-
7 mouẽdis impedimẽtis † per Metropolitanos à potestate sæculari procuratis, licitum fuisset ad eamdem Potestatem habere recursus, *Millin. decis. 763. num. 12. Rot. inter recentior. decis. 240. num. 15. par. 7. & in Bononien. Attentatorum 28. Aprilis 1645. coram me*; Eoque ma-
8 gis inuocare brachium sæculare † iuxtà facultatem mandatis Rotalibus concessam, *Federic. de Sen. cons. 163. 2. 5. Penia decis. 87. numer. 83. & 84.*

Et ita vtraque &c.

COLONIEN. CAMERARIAE.

Veneris 25. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Declaratoria fertur contra singulares personas, interdictum verò contra Capitulum, quamuis constet intimationem mandati rotalis non fuisse factam capitulariter, si de eius notitia liquido apparet. Contumacia in non parendo mandatis rotalibus, ex quibus probetur?

SVMMARIVM.

1 *Intimatio mandati rotalis probatur ex fide actuarij, cui tanquam de re spectante ad eius officium præstanda est fides.*
Notario attestanti de re ad eius officium spectante creditur ibid.

2 *Intimatio mandati Rotalis contra Capitulum fieri debet capitulariter.*

3 *Intimatio contra Capitulum, quamuis non appareat facta capitulariter nihilominus suffragatur si ex actibus capitularibus successiuè factis constet de illius notitia.*

4 *Declaratoria ob contumaciam in parendo fertur contrà singulares personas: interdictum verò contra Capitulum.*

5 *Scientia intimationis mandati rotalis resultat si contumax à dicto mandato appellauit, & Procuratorem constituit, quæ sufficit etiam ad effectum, vt procedi possit ad censuras.*

6 *Item intimatio probatur ex propria contumacis confessione, qua nulla maior probatio.*

7 *Contumacia in non parendo mandatis rotalibus*

salis

satis probatur eo ipso, quod seruatis quatuor terminis de paritione non docetur.

8 *Declaratoria vt euitetur paritio saltim verbalis necessaria est, quando paritio actum aliquem positiuum non requirit.*

9 *Contumacia in non parendo, ex quibus resultet? num. 10. & 11.*

12 *Pro reuocatione attentatorum omnia in pristinum statum reponenda sunt, alias locus est declaratoria.*

13 *Attentãs tenetur restituere fructus attentate perceptos, stante condemnatione in mandato rotali.*

14 *Vel saltim facto deposito alicuius quantitatis debet offerre residuum facta liquidatione.*

15 *Declaratoria interdicti stante contumacia in parendo fertur contra Capitulum, & excommunicationis contra singulares personas de Capitulo.*

16 *Ab excommunicatione tamen excipi debent personæ, quæ se promptas parere obtulerunt.*

17 *Attentatum commissum ab executore mandati rotalis venit reuocandum.*

18 *Et donec reuocetur interim danda non est declaratoria.*

DECISIO DCXLII.

INTIMATVM sub die 19. Maij 1654. fuisse Abbatissæ, & Canonissis aduersarijs mandatum Rotale reuocatorium attentatorum, ac respectiuè de manutenendo ad fauorem Annæ Salome à Bargh, easque simul congregatas respondisse se illud pro intimato acceptare constat ex fide Notarij actuarij,
1 cui tanquam de re spectante † ad eius officiũ præstanda fides *Put. dec. 5. num. 11. libr. 3. in corr. Rot. in Colimbrien. Decanatus 27. Ian. 1595. coram Litta impres. apud Marches. de commiss. tom. 2. fol. 2221. in dec. 624. nu. 1. par. 1. recent. in Cracouien. attentat. 17. Iunij 1652. coram Me.*

Et esto quod intimationis execquutio aliquem
2 pateretur defectum † puta, quod Canonissę tunc non essent capitulariter congregatę, vel similem, quia tamen ex infrà dicendis actibus capitularibus per eas succes-
3 siuè gestis constat † intimationis notitiam, etiam hoc nomine ad illas deuenisse hoc satis esset, vt ex capite contumaciæ ferri posset
4 declaratoria † excommunicationis contrà singulas, & interdicti contrà Capitulum, *vt ex text. in Clemen. causam in fin. de elect. tradit in terminis censurarum Alter. de censur. disput. 3. lib. 3. cap. 2. vol. 2. vers. tertius casus post Felin. in cap. cum sit Romana numer. 15. de appellat. Modern. Mediolan. de cens. in Com. disput. 1. quæst. 1. punct. 9. sub nu. 9. vers. tertius est Caputaque dec. 249. in fin. lib. 1. in manuscript. Seraph. dec. 1094. Rot. dec. 11. in fin. de dol. & contumac. in nou. & in Leodien. Abbatissatus 8. Aprilis, & 20. Iunij 1642. coram Reuerendiss. Episcopo Terracinen. in Monopolitanana iurisdictionis 10. Febr. 1647. coram me.*

Nimirum biduò post nempè sub die 21. Maij Abbatissa, & Canonissæ capitulariter congregatæ à prædicto mandato appellarunt, & specialem Procuratorem ad prosequendam hanc appellationem cõstituerunt,
5 vndè resultare scientiam † citationis in dubitatam, etiam ad effectum vt procedi possit ad censuras, dixit *Felin. in d. cap. cum sit Romana num. 15. Rota d. decis. 11. de dol. & contum in nou. d. decis. 1296. num. 1. apud Seraph. dec. 500. sub nu. 2. apud Caual. dec. 48. num. 22. & 23. ac nu. 37. par. 4. tom. 2. recent. & in d. Leodien. Abbatissatus §. final. in Cracouien. propositura Sancti Floriani 12. Decembris 1650. §. certè inquam, coram Me.* Eo ma-
6 gis, quia ibidem asseruerunt † sibi mandatum fuisse intimatum, ibi, *Mandato &c. ante biduum intimato &c.* & sic legitima intimatio probatur etiam ex earum confessione, quia nulla maior probatio, *cap. per tuas de probat. Buratt. decis. 121. num. 1.*

Earundem verò Abbatissæ, & Canonissa-
7 rum contumacia in † paren. mandatis Rotalibus satis probatur, tum quia seruatis terminis de stylo seruari solitis de paritione nõ docuerunt, nec saltim verbaliter parere ob-
8 tulerunt, vt ad euitandam † declaratoriam necesse est etiam, quando paritio actum aliquem positiuum non requirit *Rot. dec. 319. numer. 1. par. 2. recent. dec. 614. n. 2. p. 3. decis. 272. n. 3. inter impress. apud Moder. Perus. de manut. in Burgen. decimarum 11. Februar. 1650. §. quia præter coram R. P. D. Cerro in Leodien. Vicaria 4. Iulij 1653 §. neque coram me*, tum quia ab eodem mandato sibi intimato, vt suprà, & appellationẽ
9 prosequendam † specialem Procuratorem constituerunt, quod apertam non parendi voluntatem, & contumaciam præsefert, vt ponderauit *Rota decis. 62. num. 1. inter impress. post Cinc. de cens.* & in alijs relatis *in Barchinon. iurisdictionis 5. Iulij 1649. §. 9. coram me, in d. Cracouien. præposit. Sancti Florian. §. apertissima coram me, & in dec. 272. n. 4. apud Modern. Perus. de manutent.* ac respectu Abbatissæ contumacia resultat etiam ex eo quod Abbatissa non reuo-
10 cauit prohibitionem † à se alias factam Canonissis, ne Annam Salome à Bergh in Camerariam recognoscant, ac aliam electionẽ
11 Camerariæ à se pariter factam, † quas attentatas esse decisum fuit 6. Martij 1654. coram me, & reuocare debuisse dubium non est,
12 quia pro reuocatione attentatorum, † reponenda sunt omnia in pristinum statum, alias est locus declaratoriæ, vt in fortioribus terminis dixit *Rota decis. 134. num. 8. decis. 163. n. 3. inter impress. apud Modern. Perus. de manut. dec. 274 num. 2. & seqq. par. 5. recent. & in Marsicen. iurisdictionis 10. Maij 1649. §. nec Archipresbytero coram*
13 *me*, sunt etiam restituendi fructus, † ad quorum restitutionem mandatum Rotale condemnat, vt in terminis declaratoriæ *Buratt. decis. 947. nu. 2. Greg. XV. decis. 30. sub nu. 1. dec. 50 eodem num. Rota in supracitata Leodien. Vicaria*
14 *§. 2. quia coram me, vbi in §. seq.* dicitur † quod saltem facto deposito alicuius quãtitatis debet iudicialiter offerri residuum sequuta liquidatione *iuxt. dec. Achil. 1. nu. 1. de sent. excom.*

Probata ex his contumacia Abbatissę, & Canonissarum censuerunt DD. feren. esse de-
15 claratoriam interdicti † contra Capitulum & excommunicationis contra singulas Canonissas, & Canonicos *iuxt. dispositionem text. in cap. Romana. §. in vniuersit. de sent. excomm.*

in 6. & notatur per Butrium in cap. capitulum 10. num. 21. de rescript. Imol. ibidem num. 12. Soccin. in cap. dilectus il secondo n. 67. de simon. Conar. var. resol lib. 2. cap. 8. nu. 9. aliosque relatos *in Triden. Decanatus, & Canonicatus 23. Maii 1642. coram Reuerendissimo Archiepiscopo Tarraconen. iurisdictionis 11. Februarii 1647. coram me.* Exceptis tantum Maria Magdalena, & Ferdinanda
16 Tripes, quæ † obtulerunt se promptas, & paratas parere, & vt seruatum fuit *in Casteraugustana distribut. 15. Ianuarij 1635. coram rec. me. Coccino impress. inter recent. decis. 299. num. 4. p. 7. & in ead. 20. Maij 1640. coram R. P. D. Cerro.*

Non obstat attentatum executoris mandati Rotalis eductum, ex quo ille intimato
17 mandato illud non remisit ad Rotam † abstinendo ab vlteriori processu, sed vlterius processit ad comminationem Censurarum, quod attentatum reuocandum esse dixit, *Rot. in decis. 442. num. 1. apud Modern. de manut. & in Brundsina Archipresbyteratus 2. Maij 1632. coram clar. me. Coccino*, vbi subditur quod interim
18 non est danda declaratoria, quia † non constat exequutorem deuenisse ad publ. comminationem Censurarum, & Anna in hac parte illius comminatione non vtitur, imò, & quatenus opus sit renunciat.

Et ità decisum, &c. vtraque.

BONONIEN. PRIMOGENITVRAE.

Ven. 25. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Instrumentum extractum ex rogitibus Notarij rogati à Notario deputato à Correctore, & Consulibus Societatis Notariorum fidem mæretur tam attenta dispositione Statuti Bononiæ *lib. 2. Rubric. de Instrum. & act.* quam etiam iuris communis, quamuis originale non exhibeatur, quia exemplum vim habet originalis præcipuè concurrente obseruantia Instrumenti extracti.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum extractum à Notario deputato ab habente facultatem deputandi fidem maretur, tam attenta dispositione Statuti Bononie, quam iuris communis, & num. 3.*

2 *Notario attestanti de eius deputatione ad extrahendum aliquod Instrumentum creditur.*

Instrumentum leuatum à Notario rogato in publicam formam d. nu. 3. vel ab alio Notario leuandi facultatem habente, quia in locum Notarij prædefuncti dicitur subrogatus nu. 4.

5 *Exemplum Instrumenti extracti ab originale, siue matrice vim habet originalis.*

6 *Notarij solent conficere plures imbreuiaturas.*

7 *Matrix Instrumenti dici nequit mendosa, si Notarius in actu extractionis nullam de aliquo vitio matricis mentionem fecit.*

8 *Notarius non præsumitur sumpsisse authenticum ab originali [illegible]tioso suppresso vitio.*

9 *Instrumentum in publicam formam exemplatum impugnari à partibus amplius nequit dum constat de illius approbatione, ac subsecuta obseruantia, & ex quibus illa probetur? num. 10.*

11 *Approbatio alicuius scripturæ oritur ex illius productione iudiciali, & effectum sortita fauore producentis.*

12 *Semel productum in actis facit perpetuam fidem.*

13 *Confessio ex productione scripturæ resultans afficit etiam successores ad effectum indicandi sumptum productum esse in forma probanti in eorum præiudicium.*

14 *Productio non dat robur scripturæ informi declara num. 15.*

16 *Exemplum meretur fidem concurrente obseruantia*

17 *Amplia quamuis non constet de obseruantia scripturæ in omnibus ibi contentis.*

18 *Approbatio sufficit ad effectum indicandi scripturam esse in forma probanti.*

19 Decis. 154. num. 28. par. 4. tom. 2. recentior. *quo casu loquatur?*

20 *Recognitio manus Notarij extrahentis Instrumentum necessaria non est, quando concurrit antiquitas temporis, & obseruantia.*

21 *Et sufficit ad hunc effectum antiquitas 70. annorum, maximè concurrente vsu scripturæ extractæ etiam pro parte aduersarij.*

DECISIO DCXLIII.

AVDITIS hodie informantibus pro Dominis de Montecuccolis aduersus decisionem sub die prima Iulij anni proximè antecedentis editam coram Me, tandem Domini confirmarunt non obstante obiecto, quod Instrumentum testamenti clar. mem. Card. de Podijs, ex quo petitur immissio non sit in forma probanti.

Quia Instrumentum exhibitum ex rogitibus Buccamatij de dicto testamento rogati
1 extractum fuit † per Notarium Burgognonum ad id à Correctore, & Consulibus Societatis Notariorum deputato, de qua depu-
2 tatione cum non dubitetur, & † ipsiusmet Notarij attestatione probetur, *Caputaq. decis. 245. part. 2. Mart. And. decis. 14. num. 8. Buratt. decis. 667. num. 4. decis. 878. num. 2. Rot. in Nonarien. Bonorum 17. Decembris 1640. coram clar. memor. Coccino.* Idem Instrumentum plenam fi-
3 dem, † & exequutionem meretur tum vigore Statuti Bononiæ *lib. 2. rubr. de Inst. & act. §. quibus testamentis fol. 188.* vt ponderauit *Rot. apud Pen. decis. 478. num. 1.* tum ex dispositione iuris communis, quo authenticum dicitur instrumentum ab originale in publicam formam
4 leuatum, † siue à Notario rogato *c. cum P. Tabellio cap si instantia de fid. instrumentor. Alex. in Auth. si quis in aliquo nu. 5. in fin. C. de eden.* siue eo defuncto ab alio Notario leuandi facultatem habente, quia in locum Notarij rogati prædefuncti dicitur subrogatus *Menoch. de adipiscen. remed. 4. num. 665. Dec. in d. Authent. si quis in aliquo num. 26. vers. 9. fallit Rot. dec. 503. nu. 9. & 10. par. 4. tom. 2. recent. decis. 284. nu. 10. & seqq. par. 7. in dicta Nonarien Bonorum §. 1. in fin. coram bon. mem. Coccino.*

Quamuis originale, seù Matrix hodiè non exhi-

5 exhibeatur, † quia ipsum exemplum vim originalis habet *Couar. pract. quaest. cap. 19. sub num. 3. Rot. decis. 26. num. 9. par. 4. tom. 2. recent.* & fuit dictum in supracitata *Nouarien. Bonorum §. 1. enim vbi alleg. concord.* nihil refragante, quod factis nuper diligentiis inter rogitus Buccamatij reperta non fuerit, nisi quaedam imbreuiatura informis, & mendosa, quia nō
6 est nouum, † quod Notarij plures imbreuiaturas conficere solent *Parisi. cons. 28. nu. 21. lib. 2 Ruin. cons. 144. num. 7. lib. 4. Rot. in Romana fideicommissi de Victoriis 20. Martii 1551. coram Eminentiss. Domino Cardinale Otthobono*, & modernę diligentiae non conuincunt negatiuā existentiae alterius imbraeuiaturae de anno 1589 quo fuit facta exemplatio, dum exemplans asseruit extraxisse ex rogitibus, nec de
7 aliquo vitio matricis † mentionem facit, vt in his terminis respondet *Menoch. de adipisc. remed. 4. sub num. 654. vers. nec aduersatur*, vbi dicit rationem, quia ex quo lex multum de Notarij fide confidit, non est credendum Nota-
8 rium † sumpsisse authenticum ab originali vitioso ipsius vitio supresso *Bero. cons. 139. sub num. 9. lib. 2. Rot. in d. Nouarien. Bonorum §. quod autem.*

Eo magis, quia vt infrà dicetur Testamentum Card. à Buccamatio rogatum, & à Burgognono in publicam formam exemplatū partes, & ipsi met Aduersariorum authores
9 approbarunt, † obseruaruntque vnde resultat eiusdem rogitus, & exemplationis veritas itaut amplius impugnari non possit, vt in terminis ad effectum immissionis ex *remed. l. fin. C. de edict. Diui Adr. toll. tradit Peregr. cons. 64. num. 17. num. 19. & seq. lib. 1. Rot. in Bonon. fideicomm. de Amorinis 18. Maij 1648. §. non obstant coram R. P. D. meo Meltio, & in Romana, seu Ianuen. Cambij 27. Nouembris 1651. §. quoad primum vers. sicut coram Me.*

10 Approbatio vero, † & obseruantia apparet, quia haeredes Cardinalis in vim testamenti à Buccamatio de anno 1554. rogati haereditatem adiuerunt de anno 1556. *Summar. Celesii num. 1.* Deinde anno 1560. eodem haereditario titulo, & in vim eiusdem Testamenti concordiam inter se iniuerunt, in qua sibi ad inuicem bona haereditaria assignarunt, legata à Cardinali in dicto Testamento relicta soluerunt, & in specie reseruarunt iura primogeniturae de qua agitur, ibi, *saluo tamen iure primogenitura casu quo &c. iuxta tenorem Testamenti dicti Cardinalis Testatoris dicto Summ. num. 2. litt. D. & sub littera G. ibi, de qua rogatus extitit D. Iacobus Boccamatia Notarius, & Causidicus Bonon. de anno 1554. & infra, ibi, saluo tamen iure Primogenitura & c. iuxtà tenorem Testamenti, praedicti*; insuper sumptum de cuius legalitate agitur extractum fuit de anno 1589. ad instantiam Ioannis de Podio, & producto corā Vicario Archiepiscopali, qui successiuè sententiam producenti fauorabilem tulit eximendo quaedam bona haereditaria Cardinalis à fideicommisso ad effectum ex illorum pretio soluendi debita Cardinalis *dicto Sum. num. 3.* similisque productio facta fuit de anno 1654. à Ioanne Podio Aduersariorum Authore coram Auditore Generali Bononiae in iudicio per Lucatellum contra ipsum moto super caducitate à Palatio primogeniturae subiecto ob tractatus, & Instrumenta desuper inita cum Marchione Francisco de Montecucolis contra praeceptum Cardinalis Testatoris, in quo Iudicio emanauit pariter sententia fauorabilis cum reseruatione iurium Primogeniturae ad fauorem Lucatelli in casum obitus, ibi, *saluo semper, & reseruato iure eodem D. Lucatello petendi d. Palatium vigore testamenti q. Eminentiss. D. Cardinalis in casum*
11 *mortis dicti D. Ioannis d. Summ. numer. 4.* Cumque has productiones sint iudiciales, & effectum sortitae fauore producentium efficaciorem includunt approbationem, & confessionem veritatis Testamenti eiusque exēpli *Peregr. cons. 64. sub num. 20. vers. sed quia saepe in Iudicijs lib. 1. Mastril. decis. 43. sub num. 7. & 8.*
12 *& num. 13.* vbi quod semel † productum in actis facit perpetuam fidem *Surd. cons. 151. numer. 16. Rot. decis. 671. numer. 4. in fine part. 1. diuers. & in dicta Nouarien. Bonorum §. 1.*, vbi
13 subditur quod confessio † ex huiusmodi productionibus resultans afficit etiam successores ad effectum iudicandi sumptum productum esse in forma probanti in eorum praeiudicium.

14 Quapropter non vrget quod † productio non det robur scripturae alioquin informi,
15 quia procederet obiectum, † si vere constaret scripturam esse informem, & pateretur defectus legales, quos producentis consensus supplere non posset, secus in casu nostro, quo negatur informem esse Matricem, ex qua Instrumentum leuatum fuit, & producens vigore eiusdem Instrumenti sententias fauorabiles obtinuit, tunc enim illud esse in forma probanti negare non potest etiam in alio iudicio, vt in terminis fideicommissi, *Rot. decis. 384. nu. 2. par. 2. recent. & in Melinitana fideicommissi 13. Martij 1652. coram Me.*

Eo minus concurrentibus vltrò enunciatiuis dicti testamenti, & Primogeniturae emissis in Instrumento venditionis lapidum *d. Summ. num. 6.* & in alio concordiae rogati de anno 1582. *Summar. ibidem num. 5.* necnon capitulis conuentis de anno 1626. inter Ioannem, & Ludouicum Pogium ex vna, & Comitem Franciscum Montecuccolum ex alia super venditione Palatij controuersi, cum obligatione faciendi multiplicum ad fauorem vocatorum in dicto testamento, & Primogenitura Cardinalis *Summ. numer. 7.* adeò quod nullatenus hodie negari valeat integra fides Testamento, & exemplo ab ipso ferè initio per longissimum tempus toties ap-
16 probato, † & semper obseruato, vt in terminis exempli, *Seraph. decis. 1192. num. 2. Add. ad san. mem. Greg. XV. decis. 469. sub littera D.* vbi
17 ampliat quamuis non constet de † obseruantia scripturae in omnibus ibi contentis
18 *Rot. decis. 184. nu. 9.* vbi quod approbatio † sufficit ad effectum iudicandi scripturam esse in forma probanti, *& num. 22. & 33. part. 6. recent.*

cent. decis. 33. num. 6. & 7. apud Comitol. & in sæpe citatata Nouarien. Bonorum §. 4. ac tandem coram clar. mem. Coccino.

Hinc neque obstat quod recognita non fuerit manus Notarij Burgognoni, quia antiquitas temporis iuncta supra deductis approbationibus, & obseruantia non equiuoca, vt in casu *decis. 154. numer. 28. part. 4. tom. 2. re-*
19 *cent.* † sed ipsum Testamentum, & Primogenituram respiciente adimit recognitionis
20 necessitatem † *Seraph. decis. 1481. num. 2. Rota inter recent. decis. 693. num. 2. & 8. part. 3.* cum alijs allegatis *ab Add. ad Buratt. decis. 667. nu. 11.*
21 vbi quod ad hunc effectum sufficit † antiquitas 70. annorum maximè quia Aduersariorum authores simili exemplo eiusdem Notarij vsi vt supra fuerunt, *Rot. decis. 671. num. 4. & 5. par. 5. diuers.*

Quo verò ad purificationem Primogenituræ fauore Cellesij subsistunt fundamenta vix in hoc exaduersò impugnata primæ decisionis, cui standum esse resolutum fuit vtraque parte informante &c.

ROMANA APOTHECARVM.

Veneris 25. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Emptor quod sciuerit totam rem emptam non spectare ad venditorem, sed tãtum pro parte, & pro ea tantum emere intenderit, ex quibus potissimè conuincatur? Et stante scientia emptoris imputari nequit venditori si eum de qualitate rei non certiorauit, quia satis concurrente scientia certioratus dicitur. In venditione regulariter non venit nisi tantum pars ad venditorẽ spectans, quamuis certi fines rei venditæ descripti fuerint, & respondetur coniecturis adductis pro comprehensione totius rei venditæ.

SVMMARIVM.

1 *Scientia emptoris, quod tota res empta non spectet ad venditorem, sed tantum pro parte, & pro ea parte quod ipse emere intenderit, ex quibus conuincatur? & num. 9.*

2 *Scientia certa dicitur quæ resultat ex relatione ad aliud, secus verò quando simpliciter enunciatur, num. 3.*

Decis. 621. num. 5. par. 5. recent. *in quibus terminis loquatur? ibid. num. 3.*

4 *Dictio,* seu, *expressionem importat.*

5 *Instrumenta duo stipulata simul, & semel, & incontinenti habentur pro vno.*

6 *Præsertim quando secundum habet expressam relationem ad primum.*

7 *Ignorantia contentorum in instrumento allegari nequit ab eo qui tempore rogitus interuenit, ac fuit præsens.*

8 *Verbum* residuum, *refertur ad partem.*

10 *Scientia contentorum in instrumento resultat ex illius approbatione.*

11 *Diligentissimus in rebus suis inuerisimile est, quod acceptet assignationẽ sibi factam non viso instrumento assignationis.*

12 *Venditor tenetur certiorare emptorem de qualitatibus rei venditæ.*

13 *Fallit quando emptor est certus de qualitatibus rei emptæ tunc enim satis dicitur certioratus.*

14 *Venditio non censetur stipulata nisi pro ea parte ad venditorem spectan.*

15 *Amplia quamuis certi fines rei venditæ fuerint designati.*

16 *Venditio quod fuerit pro parte, non pro tota re dignoscitur ex constitutione pretij correspondente dictæ parti.*

17 *Valor rei venditæ minuitur si ei inhærent onera. Declara vt num. sequenti.*

18 *Domus, vel apotheca quando existit in loco apto negotijs, ac mercaturæ, sufficit vt illius valor augeatur, nam hoc est pretio æstimabile.*

19 *Bona esse pretiosa, & magnæ æstimationis, ex quibus colligatur?*

20 *Pretium rei emptæ quando quis non exbursauit, sed suum creditum excomputauit minus soluisse dicitur.*

21 *Expensa pro defensione rei communis solui etiam debent à socio.*

22 *Creditum quando non dicatur excomputatum cum solutione rei emptæ?*

23 *Expensa pro defensione rei communis, vt refici debeant à consocio quid probandum veniat?*

24 *Verba* Instrumenti *habentis relationẽ ad aliud instrumentum ab eo declarationem recipiunt, vel ex eo illorum error probatur.*

25 *Procurator potest vtilius pro principali contrahere.*

DECISIO DCXLIV.

1 SCIVISSE Lucam Aretusium, † quod domus, & apothecæ sibi venditæ die 1. Decẽbris 1645. à Procuratore Ceciliæ Archileæ, ac Thomæ Fontanæ coniugum non spectabant ad venditores, nisi pro duabus ex tribus partibus, easque tantum emere intendisse constat euidentissimè ex verbis instrumenti venditionis, siquidem in eius dispositiua venduntur domus, & apothecæ, cum relatione ad earum mentionem supra factã in proemio, ibi, *dictas domum, & apothecam*. In proemio autem contrahentes locuti fuerunt de domo, & apotheca prouenientibus ex fideicõmisso Cæsaris Cæsarei, cuius duæ tantum tertiæ partes Ceciliæ, & Guido Antonio auctori Thomæ Fontanæ, vna cum dicta Cecilia venditores, & altera tertia pars Annæ Theresiæ adiudicatæ fuerant per mãdata Rotalia, ad quæ cum in dicto proemio expressè relatio habeatur, ibi, *in prædictis sententijs, & mandatis Rotalibus,* ad quæ, &c. perindè est ac si diuisio partium iuxta tenorem dicti mandati esset in eodem instrumento expressa etiam ad effectum probandi in em-
2 ptore illius † certam scientiam, qualis dicitur quæ resultat ex relatione ad aliud *Ruin. cons. 29. num. 5. lib. 2. Bero. cons. 110. num. 58. lib. 2. Rot. decis. 1496. num. 3. & 4. coram Seraphin. & inter rec. decis. 504. num. 5. par. 3. decis. 432. num. 7. par. 4.*

3 par.4.tom.2. licet secus esset † si mandatum fuisset solum enunciatum, in quibus terminis loquitur *Rota decis.621.num.5. part. prima recent.*

Eo magis, quia nedum fuit facta relatio ad mandata Rotalia, sed etiam ad instrumẽtum inter Ceciliam, & Thomam ex vna, & Guidum Antonium ex altera celebrata sub die 11. Octobris 1639. & 10. Iunij 1643. in quorum primo hæc bona diuisa fuerant in tres partes inter Ceciliam, Annam Theresiã, & Thomam gratisque dicitur relationem restringi ad instrumentum rogatum die 13. Octobris, non autem die 11. quia cum nullibi constet aliud instrumentum sub die 13. inter dd. partes rogatum fuisse relatio intelligenda pernecesse est de rogato die 11. Maximè quia post enunciatiuam diei 13. subsequitur dictio, *seu*, &c. quæ verè dici ex-
4 pressionem † importat ad *tex. in cap.1. de stat. regular. in 6. Ias. cons.64. num.2. lib.1. Menoch. consil.817. num.7. Barbos. dict.363. n.14.*

Neque vrget quod sub die 11. duo reperiantur instrumenta, vnum præfatæ diuisionis, aliud, in quo Cecilia tertiam partem sibi in diuisione eadem die facta obuentam assignauit Thomæ viro; cum enim vtrum-
5 que † stipulatum fuit simul, & semel, & in continenti, ibi, *eadem die 11. Octobris 1639. & incontinenti, &c. coram eodem Notario, & testibus*, vtrumque in relatione venit, cum pro vno habeatur *Natt. cons.115. nu.1. in fine vers. nam ex quo sunt, & num. seq. Surd. cons.551. n.10. Soccin. cons.773. num.4. lib.2. vers. secundo quia, Rota in Rom. pecuniaria 17. Martij 1645. §. quia cum vers. quod si duo instrumenta coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado*, præsertim quia secundum continet expressam relationem
6 ad † primum, ibi, *iuxta formam instrumenti assignat. hodie per acta mei, &c. facto rogati, ad quod, &c.*

In altero die 10. Iunij 1643. Guidus Antonius renũciauit Ceciliæ, ac Thomæ coniugibus tertiam partem sibi in supra memorata diuisione reseruatam, præuia ipsius instrumenti diuisionis sub dicta die 10. Octobris rogati mentione, & quod plus est, huic secundo instrumento interuenit ipse Lucas Aretusius, & scut. 200. ibi Guido Antonio promissa soluit, vnde mirum videtur, quod
7 prætendat, vel ignorantiam † diuisionis in hoc instrumento per explicitam relationem repetitæ, & eorũ quæ ibi gesta fuerunt ipso præsente, & interueniente *Bald. in l. testium in fin. C. de testib. Menoch. præsumpt.21. numer.2. & seq. lib.6. Gonzal. super reg. Cancell. glos.48. num.21. Rota dec.4. n.10. par.2. diuers.* vel compræhensum fuisse in venditione id quod non pertinet ad venditores apparebat ex instrumentis ad effectũ, vt innotesceret quod ius venditores super his domo, & apotheca haberẽt insertis relatiuè in instrumento venditionis, quod etsi loquatur nedum de tertia parte assignata in instrumento dotali, sed de residuo bonorum hæreditariorum Iulij Cæsaris, quia habet relationem ad dictum instrumentum anni 1643. ibi, *residuum, &c. iuxta formam instrumenti desuper d. die 10. Iunij 1643. rogati &c.* intelligũtur de residuo tertiæ partis in præcedentibus instrumentis, vt suprà reseruatæ Guido Antonio, & in posteriori anni 1643. ab eo donatæ venditoribus, nec
8 est nouum, † quod verbum *residuum*, referatur ad partem *Seraphin. dec.617. n.13.*

9 Eadẽ scientia conuincitur, † ex quò præcedenter de anno 1636. Anna Theresia cum Cecilia sorore, & Guido Antonio fratre domum, & apothecam locauerat ipsimet Aretusio, & de anno 1640. Secundinis, & locationem anni 1640. hoc modo factam Aretusius nedum sciuit, sed approbauit in prædicto Instrumẽto anni 1643. acceptando pro reimbursatione scutor. 200. quæ, vt suprà, soluit Guido Antonio assignationem pensionum ab ipsis Secundinis conductoribus debitarum; ex approbatione enim conuin-
10 citur † scientia omnium contentorum in instrumento approbato *Rota decis.14. num.4. par.4. rec. cum alijs allegat. à Gratian. discept.853. n.51. & 52.* & inuerisimile prorsus est, quod
11 in rebus suis † diligentissimus acceptauerit assignationem pensionũ non viso prius instrumento locationis, ex quo debebantur, *vt not. Doct. in Clem. vnic. de concess. præbend. Ias. in l. si res obligata num.40. ff. leg.1. Roman. consil. 481. num.8. Caualer. dec.43. nu.2. & seq & in proprijs terminis Rota d. dec.14. num.4. in fine vers. nec verisimile, par.4 rec.*

His positis duo sequuntur; Primò, imputari nõ posse venditoribus quod emptorem
12 de dicta † parte ad Annam Theresiam spectante non certiorauerint *iuxta dispositionem tex. in l. quaro 40. ff. act. empt.* quia satis certioratus fuit per relationes ad supra memorata instrumenta, & mandata Rotalia, & cum Aretusius etiam ex prædictis Instrumentis locationum factarum, scilicet Secundinis,
13 & alio anni 1643. cui ipse interuenit, † certus esset, certiorari vltrò non debuit, *l. in fine non videtur esse celatus qui scit, nec certiorari debet qui non ignorauit, ff. eod. tit. l. item veniunt §. pretium ff. petit. hær. Menoch. cons.20. sub num.48. Cyriac. contr.160. n.37.*

Secundò, quod venditio domus, & apothecæ communis cum Anna Theresia non
14 censeatur † stipulata, nisi pro duabus partibus ad venditores spectantibus, *vt in puncto Bald. in l.1. C. qui testam. facere poss. in l. si domus §. fin. in fine, ff. leg.1.* alijque in prima decisione huius causæ coram me relati, *§. his consonat*, id ampliantes quamuis desumpti fue-
15 rint † certi fines rei venditæ, tantò magis, quia in instrumento venditionis fecerunt mentionem partium, ibi, *tam partem ad dictam Ceciliam spectantem, &c. vt per Bellon. de iur. accresc. cap.7. q.67. num.152. Crescent. dec.61. per tot. de sent. & re iudic.*

Nec non quia, vt ponderat prima decisio in *§. omneque pretium conuentum*, correspondet
16 tantum duabus ex tribus partibus; † Et quatenus replicatur inesse bonis venditis onera canonum, & census valorem minuentia respon-

17 respondetur † habendam esse rationem pro
augendo valore quod domus, & apotheca
existunt in via Peregrini, & loco aptissimo
18 negotijs mercaturæ† quod esse prætio æsti-
mabili *tradit Cephal.cons.328. sub n.29. Giurb.*
ad consuetud.Messan.cap.6.gloss.12.par.1.num.22.
in fine, Gratian.discept.547.Rota dec.540. sub nu-
mero 3. par.2.recen. & in Romana legati 14.Maij
1644.§. fin.in fine coram Reuerendissimo Episcopo
Salamantino, vt enim docuit obseruãtia, quia
conductores, vt præferrentur, soluerunt non
modicam summam, vt vulgò dicitur, *per*
la bona vscita, & plures annatas anticipatas,
19 ex quo colligi bona esse prætiosa, † magnæ
æstimationis *tradit Cephal.d.cons.328.num.40.*
vers.6.cum istud; Ponderandumq; pariter est,
quod Aretusius non soluit prætium in pecu-
20 nia numerata, sed excomputauit † suum
prætensum creditum, & sic minus soluisse
dicitur *ad text.in l.minus 204. ff.reg.iur.Castren.*
cons.393.col.vlt.circ.med.præsertim par.2.Cyriac.
controu.169.n.28.

Non obstat coniectura comprehensionis
totius domus, & apothecæ educta, vel ex
mandatis procuræ ad vendendum prius da-
tis à venditoribus continentibus facultatem
vendendi tertiam partem competentẽ Tho-
mæ iure dotis Ceciliæ vxoris, nec non alias
duas tertias partes ad eundem Thomam pro
indiuiso vna cum Cecilia spectantes titulo
donationis ad eorum fauorem factæ à Gui-
do Antonio socero. Vel ex quo creditum
quod Aretusius vt suprà, excomputauit in
21 computum prætij tanquam† versum in de-
fensionem rei communis solui debebat etiã
ab Anna Theresia posseditrice tertiæ partis,
l.ex parte ff. famil.hercisc.Ruin.consil.100. in fine
lib.4.Seraph.dec.1012.n.4.

Negatur enim debitum excomputatum
22 fuisse commune Annæ Theresiæ † cum nõ
proueniat solum ex mutuo facto Ceciliæ, ac
Thomæ pro expensis litis vertẽtis super de-
fensione bonorum fideicommissi commu-
nis, sed etiam pro alijs eorumdem coniugũ
necessitatibus, neque pro eo Aretusius habe-
ret actionem contra Annam Theresiã, quæ
mutuum non recepit, quæque nec Cecilia,
ac Guido Antonius quippè qui litem pro
fideicommisso prosecuti fuerint ad propriã
vtilitatem, vt scilicet, duas illius partes con-
23 sequerentur † teneretur reficere expensas,
nisi probetur eius intuitu plus expensum,
quam alioquin pro defẽsione duarum par-
tium opus fuisset, *Rota in Florentina expensa-*
rum de Cambijs 8.Nouemb. 1627.§.1.& per tot.
coram Reuerendissimo Domino meo Decano, & in
Romana expensarum 15.Decembris 1653. §. pe-
nult. coram me, & semper satis est, quod no-
mine Theresiæ non fuerit facta venditio.

Mandatum verò procuræ loquens de
duabus tertijs partibus competentibus vi-
gore donationis factæ à Guido Anto-
nio declaratur ab ipsa donatione, quæ non
continet, nisi tertiam partem ipsius Guidi
Antonij, eaq; poterat aliquo modo diuidi
in duas attenta duplicitate tituli acquisitio-
nis, quia nempè partem habebat ex persona
propria partem ex iure accrescendi ob præ-
morientiam Archangeli alterius fratris, vt
narratur in instrumento diuisionis an.1639.
ad quod donatio explicitè refertur. Vnde
24 ex ipsa donatione† educitur germanus sen-
sus dd. verborum, vel probatur illorum er-
ror *Alex.cons.81.num.1.vers.modus autem lib.5.*
Curt.iun.cons.192.num.21.lib.3.Buratt.dec.182.
num.2. Cumque Procurator in instrumento
venditionis similem expressionem non fe-
cerit, sed simpliciter domũ, & apothecam,
cuius duas tantum partes ad venditores spe-
ctare, emptor, vt dicebam, certò sciebat, vẽ-
diderit cum expressa relatione ad mandata
Rotalia, & Instrumenta alteram tertiam
partem Annæ Theresiæ adiudicãtia, hoc so-
lum debet attendi, maximè quia Procura-
25 tor † potuit vtilius contrahere *l. si quis mihi*
bona, §. sed si mandauit ff.acq. hered. Tiraq. retr.
lign.§.16. glos.2.num.59.cum alijs allegat. à Mo-
dern.Scalen.iun.resolut. forens.tom.2. resolut.200.
num.94.

Ex quibus Domini steterunt in decisis
vtraque parte informante.

MONTIS FALISCI CANONICATVS

Lunæ 28. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Valor per non excessum non probatur per Te-
stes deponentes per ascensum, & ex quibus
probetur? Mentio curæ in impetratione an
& quando sit facienda? Cura animarum
quando residet penes Collegiatam, tunc sin-
guli Canonici non dicuntur habere Curam.
Prouisus ab Ordinario non est legitimus
contradictor aduersus prouisum Apostoli-
cum quando euidenter constat de nullitate
collationis ordinarij.

SVMMARIVM.

1 *Obitus alicuius in certo mense probatur ex libro Parochi.*

2 *Item ex narratiua & confessione aduersarij venientis ad eadem vacatione.*

3 *Præsbyteratus probatur ex litteris ordinarij.*

4 *In curia continua habitatio siue residentia probatur per duos Testes.*

5 *Valor per non excessum non probatur per Testes deponentes de valore per ascensum.*

6 *Testis deponens de valore per non excessum computatis certis & incertis reddens rationem sui dicti est integræ fidei.*

7 *Valor per non excessum probatur per Testes de publica voce, & fama.*

8 *Amplia quamuis Testes non percutiant tempus vacationis.*

9 *Testis vnicus deponens de publica voce & fama circa valorem beneficij per non excessum probat quando fulcitur adminiculis huiusmodi enim adminicula referuntur remissiue, num. 11. 12. 13. & 14.*

Ad

10 *Ad valorem per non excessum probandum leniores probationes sufficiunt.*
15 *Iustificatio valoris per non excessum à Iudicis arbitrio pendet.*
16 *Litteræ Apostolicæ habent executionem paratam quando sunt iustificatæ.*
17 *Gratia remanet subreptitia ob non factam mentionem, quod beneficio Cura animarum incumbit.*
18 *Curæ mentio facienda est in gratia quamuis illa sit habitu. si residet penes aliquem quicquid sit quando actualis ob deficientiam parochianorum expirauit.*
19 *Cura animarum quod sit annexa alicui Canonicatui non probatur ex fide, & attestatione facta ab ordinario in visitatione.*
20 *Fides extorta lite pendente nullam fidem facit.*
21 *Ius sepeliendi competere potest sine cura.*
22 *Beneficium de iure præsumitur simplex.*
23 *Cura animarum in Collegiata non residet penes singulos Canonicos, sed penes Collegium, & per consequens singuli Canonici non dicuntur habere curam animarum, num. 24.*
25 *Subreptio est plene & concludenter probanda ab allegante & sufficit ne noceat quod reddatur dubia.*
26 *Prouisus ab ordinario est legitimus contradictor ad impediendam executionem litterarum Apostolicarum quando prouisio emanauit Sede Apostolica vacante, & litteræ fuerunt expeditæ postea sede plena, n. 27. Declara num. 28. & 29.*
28 *Affectio semel inducta semper durat, nec morte Pontificis expirat.*
29 *Et ligat manus ordinarij ne possit conferre.*
30 *Litteræ in forma rationi congruit non important nouam gratiam, sed retrotrahuntur ad diem signatæ supplicationis in vita Prædecessoris Pontificis.*
31 *Contradictor legitimus non est prouisus ab ordinario stante nullitate collationis, & nu. 32.*

DECISIO DCXLV.

QVAEDAM ex narratis ab Antonio in
litteris Apostolicis prouisionis obtentæ
de Canonicatu existente in Ecclesia Colle-
giata Terræ Valentani vacante per obitum
Octauii Bonincasa non negat Dominicus
Balthassar, cui eundem Canonicatum con-
tulit ordinarius Montis Falisci, nempè va-
cationē per assertum obitum in mense No-
1 uemb. anni 1654. quem plenè probat† par-
tita extracta ex libro Pazzorli *Lotther. de re
benef. lib. 3. qu. 10. num. 45. Rota decis. 221. in princ.
2 p. 2. diu.* & fassus est Aduersarius † impetran-
do beneficium ex eadem vacatione *Lotther.
ibidem num. 42. Pyid. decis. 683. ante numer. 1. cum
aliis allegatis in Meleuitana Benef. 25. Iunii 1649.
§. iustificata coram me*, & Præsbyteratum ipsius
3 Antonii quem pariter † probant litteræ pa-
tentes sui ordinarii *Felin. & aly relat. in decis.
Put. 134. num. 5. lib. 2. decis. Caual. 432. nu. 2. & in
Burgen. Beneficii de Ontanas prima Iunii 1654.
coram R. P. D. meo Meltio.* ac tandem conti-
4 nuā habitationē Antonii in curia per 12. an-
nos satis per duos Testes id optimè deponē-
tes probatā, *l. vbi numerus ff. de Testibus. c. in
omni negocio cap. licet eodem tit. cum aliis relat.
Leodien. Beneficii 22. Iunii 1643. coram R. P. D.
Verospio.* Negauit tamen narratum valorem
Canonicatus in duc. 20. per non excessum
5 cum adhunc effectum non releuent† Testes
deponentes de valore per ascensum ad di-
ctam summam *Seraph. decis. 1077. nu. 5. Greg.
XV. dec. 13. num. 5. dec. 147. nu. 1. Buratt. dec. 140.
num. 14. dec. 941. nu. 4. & tanquam pars gratiæ sit
probandus Cassad. dec. 20. nu. 4. super regul. Seraph.
decis. 657. num. 5. Rota inter recen. dec. 160. num. 3.
par. 2.*

Verum vltra dd. duos Testes adest tertius
nouissimè examinatus deponens de valore
6 per non excessum computatis † certis, & in-
certis, reddensque sui dicti duas rationes
alteram, ibi, *per essere prattico delle rendite di
detto Canonicato*, quam rationem sufficientem
esse *tradit in fort. Bart. in l. 1. n. 15. & seq. ff. si cer-
tum petatur Felin. in cap. cum causam num. 5. vers.
tertiò declara de Testib. Menoch. præsumpt. 24. nu-
mer. 11. & 13. lib. 3. Farinac. de Testib. qu. 60. nu-
mer. 164. & seqq.* Alteram, ibi, *per essere stata
delle cose sudette, & esserne publica voce, & fama,*
7 quæ valorem † per non excessum probat, vt
in terminis iustificationis tradit *Pen. dec. 991.
num. 7. decis. 1306. num. 3. Rota in Placentina Be-
neficii 27. Maii 1647. §. valor coram Reuerendiss.
Episcopo Tarraconen.* vbi subditur id sufficere
8 quamuis Testes non percutiant tempus va-
cationis beneficij, quia satis est fuisse narra-
tum in articulis super quibus deponunt.
9 Et licet de fama † per non excessum de-
ponat vnicus Testis, sufficit tamen quia ful-
citur aliis adminiculis, & ad probationem
10 valoris per non excessum admittuntur † le-
uiores probationes *Garz. de benef. par. 5. cap. 3.
num. 193. Bur. decis. 172. num. 4. cum aliis alleg. in
Melfen. Cantoriæ 2. Martii 1646. coram Eminen-
tiss. D. Cardinali Ottbobono in dicta Placentina Be-
neficii, & in Gerunden. Prioratus 29. April. 1647.
§. 2. vers. controuersiam coram me.* Adminicula
autem deducuntur primo ex alio Teste qui
11 prius deposuerat per ascensum, & deinde†
fidem facit cum iuramento de valore per
non excessum, secundò ex ipsis Testibus per
12 ascensum deponentibus, cum enim depo-
nant de summo valore ad quem fructus as-
13 cendunt† concludere videntur per non ex-
cessum *Duran. d. decis. 172. num. 1. & 3.* Tertiò
ex narratiua Aduersarii in commissione hu-
ius causæ, quod agitur de beneficio sum-
mam scut. 24. longè excedenti, verisimile
enim est, quod si valor excederet ducatos
14 50.† non hoc modo valorem narrasset, hæc
verba illa longè excedens non videntur in-
telligenda de valore excedente vltra dimi-
dium summam expressam, ita vt ex omni-
bus simul iunctis ad credendum narratum
15 non excessum moueri † possit Iudicis arbi-
trium à quo pendere iustificationem valo-
ris, tradit *Lotther. de re benef. lib. 3. qu. 20. num. 90
& dixit Rot. in d. Placentina Beneficii coram Re-
uerendiss. D. Tarraconen. in Senogallien. pensionis
5. Maij 1635. coram me vbi alleg. concordantes.*

In-

17 respondetur † habendam esse rationem pro augendo valore quod domus, & apotheca existunt in via Peregrini, & loco aptissimo
18 negotijs mercaturæ † quod esse prætio æstimabili *tradit Cephal.cons.328.sub n.29. Giurb. ad consuetud.Messan.cap.6.gloss.12.par.1.num.22. in fine, Gratian.discept.547. Rota dec.540. sub numero 3. par.2.recen. & in Romana legati 14. Maij 1644.§. fin.in fine coram Reuerendissimo Episcopo Salamantino*, vt enim docuit obseruãtia, quia conductores, vt præferrentur, soluerunt non modicam summam, vt vulgò dicitur, *per la bona vscita*, & plures annatas anticipatas,
19 ex quo colligi bona esse prætiosa; † magnæ æstimationis *tradit Cephal.d.cons.328.num.40. vers.6.cum istud*; Ponderandumq; pariter est, quod Aretusius non soluit prætium in pecu-
20 nia numerata, sed excomputauit † suum prætensum creditum, & sic minus soluisse dicitur *ad text.in l.minus 204.ff.reg.iur.Castren. cons.393.col.vlt.circ.med.præsertim par.2.Cyriac. controu.169.n.28.*

Non obstat coniectura comprænsionis totius domus, & apothecæ educta, vel ex mandatis procuræ ad vendendum prius datis à venditoribus continentibus facultatem vendendi tertiam partem competentẽ Thomæ iure dotis Ceciliæ vxoris, nec non alias duas tertias partes ad eundem Thomam pro indiuiso vna cum Cecilia spectantes titulo donationis ad eorum fauorem factæ à Guido Antonio socero. Vel ex quo creditum quod Aretusius vt suprà, excomputauit in
21 computum prætij tanquam † versum in defensionem rei communis solui debebat etiã ab Anna Theresia posseditrice tertiæ partis, *l.ex parte ff. famil.hercisc. Ruin.consil.100. in fine lib.4.Seraph.dec.1012.n.4.*

Negatur enim debitum excomputatum
22 fuisse commune Annæ Theresiæ † cum nõ proueniat solum ex mutuo facto Ceciliæ, ac Thomæ pro expensis litis vertẽtis super defensione bonorum fideicommissi communis, sed etiam pro alijs eorumdem coniugũ necessitatibus, neque pro eo Aretusius haberet actionem contra Annam Theresiã, quæ mutuum non recepit, quæque nec Cecilia, ac Guido Antonius quippè qui litem pro fideicommisso prosecuti fuerint ad propriã vtilitatem, vt scilicet, duas illius partes con-
23 sequerentur † teneretur reficere expensas, nisi probetur eius intuitu plus expensum, quam alioquin pro defẽsione duarum partium opus fuisset, *Rota in Florentina expensarum de Cambijs 8.Nouemb. 1627.§.1.& per tot. coram Reuerendissimo Domino meo Decano, & in Romana expensarum 15.Decembris 1653. §. penult. coram me*, & semper satis est, quod nomine Theresiæ non fuerit facta venditio.

Mandatum verò procuræ loquens de duabus tertijs partibus competentibus vigore donationis factæ à Guido Antonio declaratur ab ipsa donatione, quæ non continet, nisi tertiam partem ipsius Guidi Antonij, eaq; poterat aliquo modo diuidi in duas attenta duplicitate tituli acquisitionis, quia nempè partem habebat ex persona propria partem ex iure accrescendi ob præmorientiam Archangeli alterius fratris, vt narratur in instrumento diuisionis an.1639. ad quod donatio explicitè refertur. Vnde
24 ex ipsa donatione † educitur germanus sensus dd. verborum, vel probatur illorum error *Alex.cons.83.num.1.vers.modus autem lib.5. Curt.iun.cons.192.num.21.lib.3.Buratt.dec.182. num.2.* Cumque Procurator in instrumento venditionis similem expressionem non fecerit, sed simpliciter domũ, & apothecam, cuius duas tantum partes ad venditores spectare, emptor, vt dicebam, certò sciebat, vẽdiderit cum expressa relatione ad mandata Rotalia, & Instrumenta alteram tertiam partem Annæ Theresiæ adiudicãtia, hoc solum debet attendi, maximè quia Procura-
25 tor † potuit vtilius contrahere *l. si quis mihi bona, §. sed si mandauit ff.acq. hæred. Tiraq. retr. lign.§.16. glos.2.num.59.cum alijs allegat. à Modern.Scalen.iun.resolut. forens.tom.2. resolut.200. num.94.*

Ex quibus Domini steterunt in decisis vtraque parte informante.

MONTIS FALISCI CANONICATVS

Lunæ 28. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Valor per non excessum non probatur per Testes deponentes per ascensum, & ex quibus probetur? Mentio curæ in impetratione an & quando sit facienda? Cura animarum quando residet penes Collegiatam, tunc singuli Canonici non dicuntur habere Curam. Prouisus ab Ordinario non est legitimus contradictor aduersus prouisum Apostolicum quando euidenter constat de nullitate collationis ordinarij.

SVMMARIVM.

1 *Obitus alicuius in certo mense probatur ex libro Parochi.*
2 *Item ex narratiua & confessione aduersarij venientis ad eadem vacatione.*
3 *Præsbyteratus probatur ex litteris ordinarii.*
4 *In curia continua habitatio siue residentia probatur per duos Testes.*
5 *Valor per non excessum non probatur per Testes deponentes de valore per ascensum.*
6 *Testis deponens de valore per non excessum computatis certis & incertis reddens rationem sui dicti est integræ fidei.*
7 *Valor per non excessum probatur per Testes de publica voce, & fama.*
8 *Amplia quamuis Testes non percutiant tempus vacationis.*
9 *Testis vnicus deponens de publica voce & fama circa valorem beneficij per non excessum probat quando fulcitur adminiculis huiusmodi enim adminicula referuntur remissiue, num. 11. 12. 13. & 14.*

Ad

10 *Ad valorem per non excessum probandum leuiores probationes sufficiunt.*

15 *Iustificatio valoris per non excessum à Iudicis arbitrio pendet.*

16 *Litteræ Apostolicæ habent executionem paratam quando sunt iustificatæ.*

17 *Gratia remanet subreptitia ob non factam mentionem, quod beneficio Cura animarum incumbit.*

18 *Curæ mentio facienda est in gratia quamuis illa sit habitu, si residet penes aliquem quicquid sit quando actualis ob deficientiam parochianorum expirauit.*

19 *Cura animarum quòd sit annexa alicui Canonicatui non probatur ex fide, & attestatione facta ab ordinario in visitatione.*

20 *Fides extorta lite pendente nullam fidem facit.*

21 *Ius sepeliendi competere potest sine cura.*

22 *Beneficium de iure præsumitur simplex.*

23 *Cura animarum in Collegiata non residet penes singulos Canonicos, sed penes Collegium, & per consequens singuli Canonici non dicuntur habere curam animarum, num. 24.*

25 *Subreptio est plenè & concludenter probanda ab allegante & sufficit ne noceat quod reddatur dubia.*

26 *Prouisus ab ordinario est legitimus contradictor ad impediendam executionem litterarum Apostolicarum quando prouisio emanauit Sede Apostolica vacante, & litteræ fuerunt expeditæ postea sede plena, n. 27. Declara num. 28. & 29.*

28 *Affectio semel inducta semper durat, nec morte Pontificis expirat.*

29 *Et ligat manus ordinarij ne possit conferre.*

30 *Litteræ in forma rationi congruit non important nouam gratiam, sed retrotrahuntur ad diem signatæ supplicationis in vita Prædecessoris Pontificis.*

31 *Contradictor legitimus non est prouisus ab ordinario stante nullitate collationis, & nu. 32.*

DECISIO DCXLV.

QVAEDAM ex narratis ab Antonio in
litteris Apostolicis prouisionis obtentæ
de Canonicatu existente in Ecclesia Colle-
giata Terræ Valentani vacante per obitum
Octauii Bonincasa non negat Dominicus
Balthassar, cui eundem Canonicatum con-
tulit ordinarius Montis Falisci, nempè va-
cationē per assertum obitum in mense No-
1 uemb. anni 1654. quem plenè probat† par-
tita extracta ex libro Pazzorli *Lottber. de re
benef. lib. 3. qu. 10. num. 45. Rota decis. 221. in princ.
2 p. 2. diu.* & fassus est Aduersarius † impetran-
do beneficium ex eadem vacatione *Lottber.
ibidem num. 42. Egid. decis. 683. ante numer. 1. cum
aliis allegatis in Meleuitana Benef. 25. Iunii 1649.
§. iustificata coram me*, & Præsbyteratum ipsius
3 Antonii quem pariter † probant litteræ pa-
tentes sui ordinarii *Felin. & aly relat. in decis.
Put. 134. num. 5. lib. 2. decis. Canal. 482. nu. 2. & in
Burgen. Beneficii de Ontanas prima Iunii 1654.
coram R. P. D. meo Meltio.* ac tandem conti-
4 nuā habitationē Antonii in curia per 12. an-
nos satis per duos Testes id optimè deponē-
tes probatā *l. vbi numerus ff. de Testibus c. in
omni negocio cap. licet eodem tit. cum aliis relat.
Leodien. Beneficii 22. Iunii 1648. coram R. P. D.
Verospio.* Negauit tamen narratum valorem
Canonicatus in duc. 80. per non excessum,
5 cum adhunc effectum non releuent† Testes
deponentes de valore per ascensum ad di-
ctam summam *Seraph. decis. 1077. nu. 5. Greg.
XV. dec. 13. num. 5. dec. 147. nu. 1. Buratt. dec. 140.
num. 14. dec. 941. nu. 4. & tanquam pars gratiæ sit
probandus Cassad. dec. 20. nu. 4. super regul. Seraph.
decis. 657. num. 5. Rota inter recen. dec. 160. num. 3.
par. 2.*

Verum vltra dd. duos Testes adest tertius
nouissimè examinatus deponens de valore
6 per non excessum computatis † certis, & in-
certis, reddensque sui dicti duas rationes
alteram, ibi, *per essere prattico delle rendite di
detto Canonicato*, quam rationem sufficientem
esse *tradit in fort. Bart. in l. 1. n. 15. & seq. ff. si cer-
tum petatur Felin. in cap. cum causam num. 5. vers.
tertiò declara de Testib. Menoch. præsumpt. 24. nu-
mer. 11. & 13. lib. 3. Farinacc. de Testib. qu. 60. nu-
mer. 164. & seqq.* Alteram, ibi, *per essere stata
delle cose sudette, & esserne publica voce, & fama*,
7 quæ valorem † per non excessum probat, vt
in terminis iustificationis tradit *Pen. dec. 991.
num. 7. decis. 1306. num. 3. Rota in Placentina Be-
neficii 27. Maii 1647. §. valor coram Reuerendiss.
Episcopo Tarraconen.* vbi subditur id sufficere
8 quamuis Testes non percutiant tempus va-
cationis beneficij, quia satis est fuisse narra-
tum in articulis super quibus deponunt.

9 Et licet de fama † per non excessum de-
ponat vnicus Testis, sufficit tamen quia ful-
citur aliis adminiculis, & ad probationem
10 valoris per non excessum admittuntur † le-
uiores probationes *Garz. de benef. par. 5. cap. 3.
num. 193. Bur. decis. 172. num. 4. cum aliis alleg. in
Melfen. Cantoriæ 2. Martii 1646. coram Eminen-
tiss. D. Cardinali Ottbobono in dicta Placentina Be-
neficii, & in Germaden. Prioratus 29. April. 1647.
§. 2. vers. controuersiam coram me.* Adminicula
autem deducuntur primo ex alio Teste qui
11 prius deposuerat per ascensum, & deindè†
fidem facit cum iuramento de valore per
non excessum, secundò ex ipsis Testibus per
12 ascensum deponentibus, cum enim depo-
nant de summo valore ad quem fructus as-
13 cendunt† concludere videntur per non ex-
cessum *Duran. d. decis. 172. num. 1. & 2.* Tertiò
ex narratiua Aduersarii in commissione hu-
ius causæ, quod agitur de beneficio sum-
mam scut. 24. longè excedenti, verisimile
enim est, quod si valor excederet ducatos
14 50. † non hoc modo valorem narrasset, hæc
verba illa longè excedens non videntur in-
telligenda de valore excedente vltra dimi-
dium summam expressam, ita vt ex omni-
bus simul inctis ad credendum narratum
15 non excessum moueri † possit Iudicis arbi-
trium à quo pendere iustificationem valo-
ris, tradit *Lottber. de re benef. lib. 3. qu. 20. num. 90.
& dixit Rot. in d. Placentina Beneficii coram Re-
uerendiss. D. Tarraconen. in Senogallien. pensionis
5. Maij 1635. coram me vbi alleg. concordantes.*

In-

5 *Obligatio fideiussoris an porrigatur ad casum culpa principalis debitoris ex qua possit conueniri?*
6 *Locator operarum non tenetur de culpa leuissima.*
7 Text.in l. merces §.qui columna,ff. locat. *locatoris culpam abesse declarat si omnia fecit, quæ diligentissimus quisque facturus fuisset.*
8 *Locator operarum secundum aliquos tenetur de culpa leuissima, quam significat superlatiuum* illud diligentissimus.
9 *Verbum* diligentissimus *positum in textu in d. l.si merces &c. iuxta magis communem opinionem vsurpari debet propositiuo, & sic de leui culpa.*
10 *Locator operarum tenetur de leui culpa quod procedit de obligatione legali accedente præsertim eius promissione de diligenter administrando.*
11 *Verbum* Diligenter *recipit interpretationem à subiecta materia & natura locationis operarum non obligantis nisi ad leuem culpam.*
12 *Fideiussoris obligatio restringi debet ad ea quæ ratione officii pro quo fideiussit assumptus ad illud officium facere tenebatur.*
13 *Itaut obligatio fideiussoris non extendatur ad aliud vel per accidens cum eodem officio coniuncta.*
14 *Amplia quamuis officium pro quo fuit præstita fideiussio aliquam præstitisset errandi occasionem.*
15 *Delinquere in officio aliud est, & aliud delinquere causa officii.*
16 *Statutum non comprehendit actus præteritos.*
17 *Officium Computistæ est subducere rationes easque calculare.*
18 *Non autem discernere an conditiones mandatorum fuerint adimpleta, & ad eum spectat mandata Capserio dirigere.*
19 *Decisiones iuxta stylum supponendæ.*
20 *Obligatus aliquem indemnem releuare euitare nequit releuationem si citatus in iudicio passus est vt ille condemnetur.*
21 *Culpa etiam leuissima sufficit ad condemnandum locatorem operarum stante expressa promissione de administrando nedum diligenter, sed vlterius cum omni diligentia.*
22 *Promissio geminata diligentia facta à locatore operarum iuncta signo vniuersali* omni *ne sit otiosa augere videtur obligationem legalem & obligare etiam ad leuissimam culpam.*
23 *De culpa leuissima potest cum locatore operarum pacisci.*
24 *Culpa locatoris operarum quo casu dici nequeat leuissima & leuis quinimmo & lata?*
25 *A negligentia quando officialis excusari non valeat?*
26 *Ignorantia iuris non excusat quando quis potest consulere iurisperitos.*
27 *Consuetudo circa administrationem alicuius officii ex quibus inducatur?*
28 *Officialis deputatus tenetur explere quæ ratione officii facere debet, vel ipsi officio incumbant.*
29 *Officialis dicitur in culpa si non facit illud, quod consuetum est fieri.*
30 *Fideiussor accedens obligationi officialis de officium diligenter administrando, & cum omni diligentia tenetur etiam de ijs, quæ saltim ratione consuetudinis annexa sunt officio.*
31 *Fideiussor officialis tenetur quoties fines officij excessit.*
32 *Rota in respicientibus stylum, vel peritiam mercaturæ attendit iudicium mercatorum, secus independentibus à dispositione iuris.*

DECISIO DCXLVI.

MONS Pietatis Vrbis per tres sententias conformes coactus iterum soluere D. Duci S.Gemini scuta 15.mill.quæ alias soluerat Flaminio Razzanti eo quod primam solutionem fecerat non seruata lege depositi, nempe non habita fide à Fonthia Notario de adimplemento conditionum in instumento census cõtentarum, culpa P. Pauli Bonilli Computistæ, & Ratiocinatoris Mõtis id euenisse asserens egit executiuè pro sui releuatione contra hæredes Pierotii Altouiti, & Ioannis Altouiti, quorum primus in ipso instrumẽto obligationis Bonilli pro eo ad fauorem Montis fideiussit vsque ad summam sc.2.mill. alter per instrumentum separatum eadem die pariter fideiussit vsq; ad summam scut.2.mil. & examinato hodie articulo, an sit relaxan.mandatum pro qua summa, & contra quæ bona Rota censuit esse relaxandum pro sc.2.mil.contra bona hæreditaria Pierotii, & pro aliis sc.2. mil. contrà bona hæreditaria Ioannis, nam vtriusque obligatio pro dd.summis apertissima
1 est in forma Cameræ, † habetque propterea executionem paratam, *Zacch.de oblig.Camer. qu.1.num.5.* Cumque non fideiusserint simul, & semel in eodem instrumẽto pro vna sum-
2 ma,† sed per diuersa instrumenta nulla facta mentione in primo de fideiussione facienda ab alio, nec in secundo de facta à primo, & summa promissa duplicationem recipiat nõ censentur inuicem confideiussores eiusdem summæ; tales enim non sunt nisi pro eadem
3 persona, † & pro eadem summa apud eundem eodem tempore, vel saltem contemplatione mutui periculi fideiusserunt *Gottofredo in l.si à Titio 43.ff.de fideiussor. Valenz.consi. 9.num.42.& 43.Vincent.de Franch.decis.55. numer.10.& 11. Rota decis.617.num.5. & seq.* vbi
4 in specie dicitur non dici fideiussores† accessisse contemplatione mutui periculi, nisi ab initio fuisset conuentum quod àlius detur fideiussor *par.5.rec.*

Quod verò contra fideissores commissa fuerit stipulatio, pendet à duplici inspectione videlicet, an solutioni, vt supra factę Razzanti causa dederit culpa Bonilli, et qua il-
5 le possit conueniri, & quatenus possit, an ad hunc casum obligatio fideiussoris porrigatur, Primum negabant Informantes pro hęredibus Altouitis, vel quia solutio legitimè facta fuerit, & nulla nedum Bonillo, sed nec ipsi Mõti culpa tribui valeat, vel quia si quæ Bonilli interuenisset, leuissima ad sum-
6 mum esset,† de qua locator operarum, qualis ille erat non tenetur, nam licet *textus in l.*
7 *si merces, §.qui columna, ff. locat.* † locatoris culpam abesse declaret si omnia facta fuerint, quæ diligentissimus quisque obseruaturus fuisset: vnde aliquibus visum est locatorem teneri

8 teneri ad leuissima, † quam significare solet superlatiuum illud diligentissimus, tamen
9 iuxta magis † communiorem opinionem vsurpari hic debet regulariter pro positiuo, & sic pro leui culpa, vt aduertit *glos. in d.* §. *qui columnam verbo diligentissimus, quam sequitur ibidem Salic. num.8. Bald. in l. in iudicio nu.4. & 5. C. locat. Myssing. in* §. *qui pro vsu num. 20. vers. diligentissimus instit. eodem tit. Piccard. ibidem nu.4. & 5. Azzo in Summ. Cod. in rubr. 8. cap. 7. in prin. Molin. de iust. & iur. tom. 2. disput. 494. nu. 4. vers. item* vbi per plures rationes latissimè id cõprobat *Grat. cons. 94. nu. 53. lib. 2. Hond. cons. 90. num. 35. & 36. lib. 2. Valenz. cons. 179. nu. 24. Caualcan. dec. 37. num. 12. & 13. & 21. & 22. par. 1. Bonon. mercium 26. May proximi*, §. *neque coram*
10 *R.P.D. Priolo*, sicuti id procedit † quando locator tenetur solum obligatione legali ità accedente etiam eius promissione de diligẽ-
11 ter administrando, quia † verbum, *Diligenter*, recipit interpretationem à subiecta materia, & natura locationis non obligantis, nisi ad leuem culpam, vti notat *Add. ad Dec. cons. 274. litt. A. Rim. iun. cons. 795. num. 21. & trib. seq. Gozzad. cons. 63. num. 20. Fulgos. cons. 193. sub num. 3.*

Alterum quia fideiussorum obligatio re-
12 stringitur ad ea, † quæ ratione officii Computistæ Bonillus ad illud assumptus facere tenebatur *Alber. in l. fideiussores num. 2. ff. fideiussor. Marsil. in rub. ff. eodem tit. num. 208. & in l. fin. num. 167. ff. iurisd. omn. iud. Bald. cons. 142. num. 1. vers. quinimo lib. 5. Petr. Vbald. de duob. fratribus p. 8. Rota decis. 156. num. 7. par. 5. recent.* itaut fi-
13 deiussoria obligatio † non extendatur ad aliud, vel per accidens cum eodem officio coniuncta *Bald. cons. 142. nu. 1. vers. & ideò lib. 5 Dec. cons. 197. num. 1. vers. & licet, Mut. decis. sicil.*
14 *100. nu. 10. & seqq.* etiam si officium, pro quo fuit præstita fideiussio aliquam præstitisset errandi occasionem, *Giouagn. resp. 43. num. 44. & 45.* vbi ait, quod differt delinquere in
15 officio, † & delinquere causa officii *lib. 1.* Error autem de quo Bonillus redarguitur, eo quod non habita fide à Notario de conditionibus adimpletis: Ideoque non seruata lege depositi mandauerit Capserio Montis, vt soluat Razzanti, aut non adest, quia Bonille exhibita fuit fides Notarij de adimplemento conditionum, neque eam iuris consultorum mensura debebat metiri, aut non versatur circa officium Cõputistæ, ad quod circumscripto statuto Montis longe post fi-
16 deiussionem condito, † & propterea eam non comprehendente ad *Text. in l. 3. C. de legibus Menoch. de arb. cas. 185. num. 1. per tot.* remis-
17 siuè † non spectat nisi subducere rationes, & calculare, non autem discernere, an conditiones fuerint adimpletæ, & mandata Cap-
18 serio † dirigere *Bart. in l. instar num. 9. C. error calc. Cyriac. controuers. 202. num. 67. Thomat. dec. Marcb. 1. nu. 4.*

Sed quoad primum responsum fuit hodie non posse in dubium reuocari culpam Montis eiusque Ministri, cum ea canonizata fuerit in duabus *decis. sub die 8. Martii, & 21. Iunii 1641. coram Reuerendiss. D. meo Decano inter Montem, & Ducem S. Gemini aditis ipso etiã*
19 *Bonillo citato*, quæ decisiones iuxta stylum † huius Sac. Tribunalis supponendæ sunt, nec post emanatas sententias, earumque consumatam executionem potest Bonillus prætextu illarum iniustitiæ euitare releuationẽ debitam Monti, sed sibi imputet si tunc vo-
20 catus † passus fuit Montem condemnari, *glos. in l. si dictum, §. si præsenti verb. posset, ff. euict. quam singularem dicit Bald. in libera in princ. C. sent. & interloc. omn. iud. & in l. fin. §. 1. sub num. 5. vers. nam qui semel, ff. vsur. rei indic. Alex. in l. 2. §. voluntatem num. 15. ff. solut. matr. Decian. cons. 69. num. 17. lib. 4. decis. 395. num. 15. par. 4. tom. 3. rec. & in Mediolanen. bonorum 26. Iunij 1647. §. non obstat coram me.*

Eandemque culpam (esto leuissima esset)
21 sufficere † ad condemnandum locatorem sentiebant aliqui ex Dominis stante expressa promissione Bonilli nedum de administrando diligenter, in quibus terminis loquuntur *Rim. iun. & alii supra allegati*, sed vlterius cum omni diligentia, ibi officium, &c. *diligenter, & cum omni, qua decet diligentia exer-*
22 *cere*, geminata † enim promissio diligentiæ, iuncto præsertim signo vniuersali, *omni*, ne otiosa sit, augere videtur obligationem legalem, & obligare etiam ad leuissimam culpam Ioan. Arprect. *in* §. *conductor autem numer. 11. in fin. vbi loquitur in puncto de eo qui diligentiam promisit, & numer. 20. vbi de promissione cum signo vniuersali, & num. 32. & seq. inst. de locat. & in* §. *qui 15. qui exequitur numer. 21. in fin. inst. de mand. Gabr. cons. 169. nu. 29. lib. 2. Dec. cons. 274. num. 3. vers. & à fortiori, & vers. & magis diligens. Neguf. qu. 192. sub num. 1. vers. hoc tamen, & num. 2. & 4. facit Menoch. cons. 1194. nu. 4.*
23 *& seq.* de qua certum est † posse cum locatore pacisci *Azor. inst. moral. par. 3. lib. 8. cap. 7. in princ. post Imol. cons. 143. nu. 16. & 18. Becc. cons. 94. num. 34. & 35.* qui in fortioribus terminis firmant non esse ad hunc effectum necessariam indiuiduam expressionem, sed satis esse verbum vniuersale, *Omnem.*

24 Sed in casu nostro leuissima dici † non potest, & leuem, imò etiam latam esse firmatum fuit in *secunda citata decis. coram Reuerendiss. D. meo Decano 8. Mar. 1641. §. nec dicatur in fin.* ibi, *vndè Ministri Montis debebant exquirere an illa essent apta adimplere conditiones requisitas in instrumento, & propter huiusmodi omissionem*
25 *non possunt excusari † à negligentia, ac in* §. *seq.* ibi, *& in lata culpa dicitur esse qui est negligens in arte, & officio suo*, estque aduertendum, quod hæc verba decisionis diriguntur præcipuè ad Bonillum, qui mandauit Capserio, vt solueret; nam Capserius tenebatur obedire mandato, solusque Bonillus peccauit mandando solui non adimpletis prius conditionibus, & sibi non exhibita Fide Notarij Fõthiæ de cõditionibus adimpletis, prout fuerat in deposito promissum. Nihil suffragante fide Notarii de exhibitione instrumentorum, quia lex depositi non loquitur de fide exhibitionis, sed adimplementi conditio-

num

num, ibi, *sempre che dal medesimo Notaro si sarà fatta fede, che siano state adempite le conditioni contenute,&c.* & facile erat Bonillo si fidem diligenter legisset, agnoscere eam huiusmo-
26 di non esse, cumque † facile posset consulere Peritos, ne ignorantia iuris eum excusset *Menoch.cons.35.num.24.Cod.de rest.in integr. qu.10.art.8.nu.59.& 60.Cyriac. contro.128.nu-10. & seq.*

Quoad secundum ponderarunt Domini, quod Bonillus nedum fuit deputatus in Computistam, sed etiam ratiocinatorem Depositorum Montis, & ad hæc officia spectare mandata de soluendo Capserio dare, siue deposita fuerint libera, siue conditionata, & consequenter conditionis implementum antea scrutari satis colligi ex pluribus mandatis in vtraque Depositorum specie factis ab antecessore Bonilli, & successiuè ab eodem Bonillo; Consuetudo enim,
27 quæ ex tribus etiam actibus iuncto † decennij lapsu inducitur demõstrat quæ sint partes officii ratiocinatoris, & Bonillus simpli-
28 citer in ratiocinatorem deputatus † explere ratione officii debet ea, quæ ipsi officio incumbunt, vel ex speciali prouisione, vel ex consuetudine, vt per *Purpur.cons.306.num.29. Mozz.de contract.tit. de mandato rubr. de naturalibus num.18.& 19.Surd.decis.223. num.12. & 14. Arias de Mesa var.resol.lib.1.cap.45. num.1. in fin.& in terminis locationis Caualc.dec.44.n.76 vers.nisi esset consuetud.par.1.aliique relati à Modern.Lucan.in pragmat. Regn. Neapol.prag.1.de locat.& conduct.collect.2.nu.37.fol.322.* & magis
29 in specie quod dicatur in culpa † officialis, qui non facit illud quod consuetum est fieri & è conuerso tradit, *Bart. in l.si pignore,§.vlt. num.1.ff.pignorat.act. Bald. in l.si penes in fin. C. deposit.Aym.cons.145.num.12. Rolan.cons.57.nummer.19.lib.4.Gutierez pract.qu.lib.3.qu.29.nu.22. de Mesa cap.45.sub nu.3.vers.& ideo Ioseph Lud. decis.Perus.62. num.14.* Quapropter fideiussores, qui accesserunt obligationi Bonilli de
30 officium administrando diligenter, † & cum omni diligentia tenentur etiam de ijs, quæ saltem ratione cõsuetudinis annexa sunt officio, licet expressa non fuerint *Bart. in l.Lucius 47.§.Paulus in princ.vers. in eo quod dicit, ff. admin. tut.Henriq.de fideiussor. cap.24.num.277. & seqq.Maur.eod.tract.sect.5. cap.2. num.79. fol. mihi 313.* Eò magis quia Ioannes alter ex fideiussoribus benè sciebat hanc consuetudinem cum dicto anno 1601.die 11.Iulii fecisset quietantiam nomine Vrsolinæ Trombettæ pecuniarum ei solutarum vigore mãdati facti à Computista antecessore Bonilli
31 Capserio quatenus † excessit fines officii isto etiam casu competit actio ex contractu locationis, cui fideiussores præterea, accesserunt *l.fin.ff.mand.Picard.in§.qui exequatur inst. mand.*

Et ita decisum vtraque parte Informante non obstante contrario iudicio Mercatorum
32 quod Rota in † respicientibus stylum, vel peritiam Mercaturæ, non tamen in depẽdentibus à dispositione iuris, qualia sunt ista sequi solet, *vt alijs alleg.fuit dictum in Rom.Cambij 17.Feb.1642. §. ad secundum in fin.coram me.*

BVRGEN. BENEFICII.

Lun. 28.Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Constitutio Synodalis cõdita ab Episcopo approbãte Synodo Diœcesana si nõ est contra ius sed præter ius reputatur valida, præsertim quando emanauit ad vtilitatem Ecclesiæ, vt scilicet illi prouideatur de personis idoneis, & concurrit illius obseruantia.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium adiudicandum est habenti qualitates requisitas à constitutione synodali disponente circa prouisionem beneficiorum patrimonialium.*

2 *Pro præsentato habetur habens qualitates ab aliqua constitutione requisitas si solus concurrit, quamuis reuera præsentatus non sit.*

3 *Constitutio synodalis condita ab Episcopo cum approbatione Synodi valida est quando nihil disponit contra ius, sed præter ius.*

4 *Præsertim quando emanauit ad vtilitatem Ecclesiæ, vt scilicet illi prouideatur de personis idoneis secus si tendat in Ecclesiæ præiudicium.*

5 *Constitutio synodalis condita ab Episcopo disponens circa præsentationem beneficiorum patrimonialium quod emanauerit de consensu Beneficiatorum quibus competit ius præsentandi ex quibus eliciatur?*

6 *Testes numero plures perferũtur paucioribus præsertim si habent pro se præsumptionem iuris num. 7.*

8 *Obseruantia alicuius Constitutionis elicitur eo ipso quod est inserta involumine aliarum vsu receptarum.*

9 *Inobseruantia probanda est in eisdem facti circumstantijs.*

10 *Obseruantia Constitutionis in aliquibus in ea contentis omnium approbationem includit.*

11 *Adiudicatio beneficij debita est ei qui maioribus pollet qualitatibus.*

12 *Renuncians dimidiam portionem incapax est integræ portionis in eadem Ecclesia iuxta constitutiones Synodales Diœcesis Burgen.*

DECISIO DCXLVII.

IONNES Baptista Aruixu dimidio Portionario residenti in Ecclesia, & habenti omnes qualitates à constitutione Synodali requisitas censuerunt DD. adiudicandum esse
1 integrum beneficium † vacans per obitum Antonii Gargan.in Ecclesiis vnitis sancti Andreæ, & sanctæ Mariæ della Blanca, quamuis ille à Beneficiatis eiusdem Ecclesiæ ius præsentandi habentibus præsentatus
2 non fuit. † Nam cum nemo alius concurrat medius Portionarius, & sic iuxta dictas constitutiones ipse debuerit præsentari habetur pro præsentato *Lotther.de re benef.lib.2. qu.38.num.26.& seqq.& qu.51.num.39.& seqq.*

Put. decis. 252. sub nu. 2. & lib. 3. in correct. Buratt. decis. 737. num. 5. Rot. decis. 97. num. 3. par. 3. rec. & in Tarraconen. benef. 10. Ianuar. 1639. coram Reuerendiss. D. Episcopo Salernitano in Gerunden. Beneficii 27. Iunii 1644. coram me, & est bonus Textus in l. vnum ex familia, §. si falcidia, ff. de legat. 2.

Validitas vero dictæ constitutionisquamuis non emanatæ à Papa, sed ab Episcopo cum approbatione Synodi Diœcesanæ ne-
3 gari non potest †, quia cum nihil disponat contra ius, sed præter ius potuit ab Episcopo fieri præsertim Synodo Diœcesano approbante *cap. fin. vbi gloss. & Doctores hoc notant de constit. Calder. cons. 5. num. 2. eod. tit. & in puncto huius constitutionis decisum fuit in Burgen. de Velorado 9. Iunii 1599. coram Litta impress. par. 3. recen. dec. 12. num. 2. & 3. in fin. & in Burgen. Beneficii 10. Maii coram Durano inter eius impress. decis. 79. num. 3. & 4.* Quò magis quia emana-
4 uit ad vtilitatem Ecclesiæ † vt scilicet illi prouideatur de personis sufficientibus, & idoneis, & hac vtilitate concurrente dubiū non est quin Episcopus potuerit hanc qualitatem passiuam iniungere præsentandis, etiam in præiudicium libertatis præsentandi alias competentis. beneficiatis patronis, ac cedente illorum consensu licet secus esse si tenderet in præiudicium Ecclesiæ *Garz. de benef. par. 7. cap. 1. num. 107. & seqq. vsque ad 112 Sanchez consil. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 91. sub n. 1. & dub. 92. num. 1. & seqq. Rocch. de iurepatr. verbo ipse velis num. 71. vers. & idem Rota in Fesulana Beneficii, seu Oratorii 5. Decembris 1646. §. cum igitur in fin. coram me,* qui consensus satis edu-
5 citur. † Cum ex approbatione Synodi, cui etiam Beneficiati interuenerunt, tum ex quo vt infra dicitur Beneficiati successiuè præsentarunt iuxta formā dd. Constitutionum, vt not. *DD. in Paulus, ff. rem rat. haber. Surd. cons. 28. num. 19. & seqq. Menoch. cons. 496. n. 102. Rimin. cons. 28. num. 19. & seqq. Menoch. cons. 496. num. 102. Rimin. iun. cons. 23. nu. 285. Rota in Romana mercedis 9. Iunii 1621. §. demum coram bo. me. Patriarcha Mauzanedo in Barchinonen. iurisdictionis 8. Aprilis 1647. §. sed etiam & in Melevitana beneficii 25. Iunii 1649. §. præsentationes coram me.*

Gratisque allegatur constitutionum inobseruantia. Nam contrarium probant sex Testes dati in Summario responsionis pro Io. Baptista num. 2. & accedunt etiam aliqui ex testibus ex aduerso examinatis d. Summ. num. 3. & 4. qui præferendi sunt duobus testibus aliud deponere tentantibus datis Sū-
6 mario Capituli numer. 3. Tum quia sunt, num. plures, *l. ob carmen, ff. de testibus Decius in cap. licet causam num. 81. de probat. Gabriel. de testibus conclus. num. 50. Rota decis. 459. nu. 4. par. 1.*
7 *recentior.* Tum quia habent pro se † præsumptionem iuris, *Ruin. cons. 35. sub n. 16. vers. Testi autem lib. 4. Aym. cons. 73. sub num. 41. Rota decis. 245. sub num. 3. par. 1. recent.* resultantem ex insertione harum constitutionum in vo-
8 lumine aliarum vsu receptarum. † Exinde enim etiam illarum obseruantia resultat, *Rol. cons. 99. nu. 30. lib. 2. Dec. cons. 649. nu. 9. Pen. dec. 237. n. 2. Buratt. dec. 823. nu. 10.*

Et signanter animaduertendum est quod præsentationes exaduerso allatæ in personam Bernardi, & Petri nil vrgent imò potius retorquentur quia prima facta fuit in casu, quo non aderat Medius Beneficiatus. In secunda Petrus præsentatus fuit tanquam antiquior Portionarius, vt deponit Testis Capituli datus Summario Io. Baptistæ n. 7. cum quo concordat alius Testis eiusdem Io. Baptistæ dicto Summario num. 6. Cumque ex supradictis constat de obseruantia constitutionum, ad probandam inobseruantiam non satis esset exhibere instrumenta præsentationum liberè factarum personis beneficiis, sed simul probandum esset quod tunc concurrent medij Patronarii, quia illis non concurrentibus constitutiones non limitant libertatem præsentandi, & inobseruantia
9 probanda est † in eisdem facti circumstantiis *si quod verò contra l. quod non ratione, ff. de legib. Socc. iun. cons. 4. num. 35. lib. 4. Seraph. decis. 316. num. 16. Rota inter recen. decis. 422. num. 13. par. 1. decis. 362. num. 4. par. 2.* Tolluntque omnem amaritudinem supra allegatę decisiones 15. *par. 2. recent. & 79. Durani* in quibus iudicatum fuit ad formam Constitutionum. Nec refert quod ibi non ageretur de prælatione medij Portionarii, sed de alio in iisdem Constitutionibus requisito. Quia obseruā-
10 tia in aliquibus† ibi contentis omnium approbationem, & obseruantiam includit, vti prouenientem ex eadem causa vniuersali, *Paris. cons. 96. nu. 4. & 5. lib. 1. Garz. de benef. par. 7. cap. 2. nu. 140. Add. ad Sa. me. Greg. XV. dec. 557. num. 9. Rota in supracitata Barchinonen. iurisdict. 8. Aprilis 1647. §. refert coram me.*

Et in hanc sententiam pro adiudicatione Beneficii ad fauorem Io. Baptistæ eò liben-
11 tius Domini iuerunt. † Quia ille pollet maioribus qualitatibus; est enim Nobilis, pauper cum sorore, & duabus nepotibus egenis, inseruit in eadem Ecclesia, & est antiquior Sacerdos, quas qualitates, in his terminis semper magnifecit, *Rota in decisionibus allegatis in Calaguritana Beneficii de Murillo 28 Iunii 1652. coram R. P. D. meo Albergato in Calaguritana Beneficii de Ocon. 15. Decembr. 1653. coram R. P. D. meo Celso in Calaguritana beneficii de Aro 6. Martii 1654. coram R. P. D. meo Priolo,* & Franciscus Aduersarius, qui alias renunciauit dimidiam portionem in hac Eccle-
12 sia, † incapax est controuersi integri beneficii sic disponentibus Constitutionibus Synodalibus iuxta superius deducta, & vsu receptis.

Et ita decisum vtraque &c.

VER-

VERCELLEN. MANVTENTIONIS. SEV DECIMARVM.

Lunæ 28. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Manutentio in bonis deliberatis danda est deliberatio, quando constat de validitate, & iustitia deliberationis, & de actuali apprehensione possessionis bonorum deliberatorum debet tamen ad hunc effectum probari validitas, ac iustitia deliberationis ex actis ab eo qui in sententia Iudicis se fundat. Citatus compare non tenetur in loco nō tuto, quoties de hac qualitate apparet alias secus. Emphyteuta non tenetur soluere canones si constat bona emphytheotica fuisse ab hostibus occupata. Defectus iurisdictionis laicalis contra Ecclesiam, & personas Ecclesiasticas ipsis tacentibus allegari nequit à laicis. Possessio ciuilis quando dicatur amissa etiā non lapso decennio?

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex instrumento deliberationis cum successiua bonorum deliberatorum apprehensione.*

2 *Item probatur ex confessione partis cum qualitate occupationis, quæ confessio afficit etiā à confitente causam habentem, & sufficit pro obtinenda manutentione.*

3 *Amplia quamuis habeat annexam qualitatem illicitæ detentationis, quia ea reiecta vti contraria præsumptioni iuris licet in reliquis confessionem acceptare.*

4 *Possessor priuatus remanet eius possessione mediante deliberatione facta à Iudice quando constat de validitate, & iustitia deliberationis n. 5.*

6 *Deliberationis validitas, & iustitia probanda est per transportationem actorum faciendam ab eo qui se fundat in sententia Iudicis, quando possessor anterior petit manutentionem, & possessor posterior allegat illum fuisse sua possessione priuatum per Iudicis decretum n. 7.*

8 *Sicuti econuerso quando reus possidet, & ad excluden. actorem allegat se ritè, & rectè possidere à Iudice immissum, Actor qui eius immissionem impugnat, quod Iudex ritè non processerit tenetur hoc probare mediante actorum transportatione.*

9 *Ratio est, quia vnusquisque probare debet fundamentum suæ intentionis.*

10 *Deliberatio quod fuerit valida, & iusta probatur ex transportatione actorum.*

11 *Citatus comparere non tenetur in loco non tuto, & Citatio ipso iure nulla est. Declara, vt numero 17.*

12 *Citatio per affixionem ad valuas, quo casu nulla est.*

13 *Citationis defectus possidentis pro indiuiso, & habentis eandem causam defensionis nullum reddit iudicium, etiam quoad citatum. Declara numero 20.*

14 *Constitutiones laicales non ligant Iudicem Ecclesiasticum.*

15 *Constitutiones laicorum ordinatoria seruari non debent extra Tribunalia laicalia.*

16 *Emphyteuta non tenetur canones soluere si bona emphyteotica non possidet, sed occupantur ab hostibus. Declara num. 27.*

18 *Testes examinati post lapsum termini nullum gradum probationis faciunt.*

19 *Amplia quamuis fuerint examinati cum interrogatorijs partis aduersæ datis in termino, quia ex hoc capite non substinetur examen nisi illius sanatio commissa fuerit cum clausula* arbitrio.

21 *Nullitas ex defectu citationis allegari nequit à tertio.*

22 *Iurisdictionis laicalis defectus contra Ecclesiam quando respicit fauorē eiusdem Ecclesiæ, ac personarum Ecclesiasticarum, ipsis tacentibus allegari nequit à laicis.*

23 *Clerici, ac personæ Ecclesiasticæ vti possunt Constitutionibus laicalibus tanquam priuilegijs.*

24 *Pactum redimendi pretium rei venditæ minuit.*

25 *Deliberationes de iure communi semper fiunt creditori minori pretio.*

26 *Exceptio læsionis respiciens petitorium non admittitur in iudicio summarissimo manutentionis.*

28 *Manutentio non retardatur possessori immisso à Iudice sub prætextu nullitatis, vel iniustitiæ, sed oportet illas esse adeo claras, vt nullo velamine offuscari queant.*

29 *Manutētio non est danda possessori posteriori nō obstante quod decretum manutētionis à Iudice primæ instantiæ reportauerit, si fuit per appellationem suspensum, & actus possessorij ab eo gesti dederunt causam liti.*

30 *Possessio venditoris mediante clausula* constituti *non censetur in emptorem translata, si tempore venditionis illam amiserat.*

31 *Possessorem deposuisse animum possidendi, ex quibus probetur?*

32 *Possessio ciuilis, vt amissa dicatur non requiritur lapsus decennij, quando prior possessor sciuit ab alio occupari naturalem possessionem, & tacuit.*

33 *Taciturnitas enim iuncta acquiescentiæ voluntaria modici temporis facit præsumi depositū fuisse animum possidendi.*

34 *Licet secus sit non data scientia possessionis naturalis ab alio apprehensæ.*

35 *Vel ex alijs circumstantijs colligitur ciuilem possessionem fuisse animo retentam.*

36 *Venditor si fatetur se possessione rei venditæ spoliatum, ac proinde cedit emptori omnia iura pro recuperatione dictæ possessionis, an huiusmodi verba sint referenda ad omnem possessionem, vel potius ad recuperationem tantum naturalis?*

37 *Possessio vel quasi cadit in omni iure incorporali.*

38 *Possessio ciuilis semel amissa iterum acquiri nequit absque noua apprehensione naturalis.*

DECISIO DCXLVIII.

IN possessione bonorum existentiū in Villa nuncupata Saletta deliberatorum de anno 1644. R. Abbati, & Canonicis Regularibus Sancti Andreę Ciuitatis Vercelli manutentionem decreuit D. Marchioni Mossio Iudex de partibus, & deinde DD. Abbati, & Cano-

Canonicis A.C. causaque appellationis *cum facultate manutenendi quem de iure* mihi commissa dubitaui hodie vtrum sit dandū mandatum de manutenendo, & Rota censuit dandum esse Abbati, & Canonicis.

1 Illorum siquidem possessionem † probat tum instrumentum deliberationis de anno 1644. obtentæ cum successiua bonorum apprehensione *l. prædia, vbi notāt omnes ff. acquir. possess. Abbas in cap. cum nobis sub num. 5. de præscript. Rota in recen. dec. 700. num. 3. par. 1.* tum Confessio Capitanei Roggerii emissa in quadam protestatione anni 1645. & rursus in instrumento venditionis horum bonorū de anno 1650. factum Marchioni Mossio

2 afferen. † hæc bona occupari ab Abbate, & Canonicis, quæ confessio afficit etiam Marchionem à confitente causam haben. *Surd. cons. 571. num. 32. & cons. 577. num. 34. Rota decis. 349. num. 2. par. 2. recen. sufficitque pro obtinen. manuten. Caual. dec. 535. num. 2. decis. 541. num. 1. Greg. XV. dec. 458. num. 2. & seqq. Rot. decis. 326. num. 2. par. 6. rec. dec. 132. num. 3. par. 7.* quamuis habeat annexam qualitatem illicitæ deten-

3 tationis, † illam enim vti contrariam præsumptioni iuris licitū est reicere, acceptata in reliquis confessione, iuxta doctrinam *Bart. in l. Aurelius §. idem num. 2. ff. liber. legat.* quam in his terminis sequuta est *Rota dicta decis. 458. num. 4. & 5. coram san. mem. Greg. XV. dec. 529. num. 1. & 2. coram Burat. dec. 384. n. 2. & seq. par. 4. tom. 2. rec. & in Toletana Territorij 30. Martij 1648. coram Eminentissimo D. Card. Otthobono.*

Non obstat anterior possessio Roggerij translata nuperrimè in Marchionē per clausulam constituti in dicto instrumento venditionis appositam, quia Roggerius omni

4 possessione priuatus fuit† mediate deliberatione iudiciali ad fauorem Abbatis, *l. Iustè possidet ff. acquir. possessione, Angel. in l. clam possidere §. qui ad nundinas sub nu. 2. & ibidem Iason. num. 20. ff. acquir. possess. Ferret. cons. 18. num. 10. Rota dec. 362. num. 1. par. 4. recent. decis. 502. numero 4. impress. post tractat. Modern. Perus. de manut.*

Cuius deliberationis validitas, & iustitia

5 ad hunc † effectum necessaria *Abbas in cap. conquerente num. 8. de restit. spoliat. Rota dec. 549. num. 5. coram san. mem. Greg. XV.* & probanda

6 per transportationem † actorum *Rota decis. 636. num. 2. & 3. par. 1. diuers. decis. 293. num. 7. par. 1. recen.* Faciendam à fundante se in sen-

7 tentia Iudicis, † quando vt in casu nostro Possessor anterior petit manutentionem, & posterior allegat fuisse illum sua possessione priuatum per Iudicis decretū, sicuti è con-

8 uerso, quando Reus possidet, † & ad excluden Actorem allegat se ritè, & rectè possidere à Iudice immissum Actor, qui impugnat eius immissionem, ex quo Iudex ritè, & rectè nō processerit, tenetur vt id probet iudicialia acta trāsportare iuxtà distinctionē quam in his terminis conciliando contraria amplexa est *Rota decis. 451. num. 7. & seqq.* vbi

9 dicitur ratio, † quia vnusquisq; probare debet fundamentum suæ intentionis *par. 4. tom. 2. rec.*

10 Probatur ex actis † ab Abbate transportatis, & coram A.C. in secunda instantia productis *sub die 9. Iunij 1654. iterumque coram me 29. Aprilis prox. præt.* Nihil vrgentibus tribus exaduerso obiectis. Primo defectu legitimæ citationis resultan. tū ex quo Roggerius, qui erat Mediolanen. & ob id suspectus Gallis citatus fuit ad comparen. coram Episcopo in Ciuitate Astensi subiecta Duci Sabaudiæ tunc confederato Regi Galliæ, inter quem, & Regem Hispaniæ bellum gerebatur, in quo propterea loco, tanquam non

11 tuto, † vt disertissimè Testes deponunt, comparere non tenebatur, & citatio ipso iure nulla censeatur, *Clem. Pastoralis §. Pisana de re Iudic. cap. ex par. 47. de appellat. cap. accedens, vt lit. non contest. Ferrett. cons. 31. num. 20. Iason cons. 86. num. 36. lib. 3.* Tum ex quo tan-

12 tum per affixionem ad valuas † citati fuerunt alij fratres Roggerij, & sic nulliter, vt per *Bartol. in Extrauag. ad reprimen. §. edictum num. 10. & 12. Cassad. dec. 6. de dolo, & contum. aliosque allegatos à Moderno Casenaten. de citat. cap. 7. num. 276. & pluribus seqq.* Cumque pos-

13 siderent† pro indiuiso vna cum Roggerio, haberentq; eandem causam defensionis defectus legitimæ citationis ipsorum nullum reddit iudiciū, & respectu Roggerij, quamuis aliàs legitimè citatus fuisset *Bald. in l. 1. num. 0. vers. aut continet C. errore calcul. Gabr. consil. 56. num. 17. lib. 1. Adden. ad Greg. XV. dec. 319 num. 7. Caual. dec. 395. num. 2. Rota in recen. decis. 451. num. 7. par. 2. & in Romana, seu Veliterna restitutionis in integrum 25. Iunij 1646. §. est autem coram me.*

Secūdò defectus iurisdictionis, quia scilicet D. Episcopus Astensis executor adiudicauit bona Abbati pro tertia minus prætio æstimato iuxtà Constitutiones Sabaudiæ, quæ

14 tanquam † laicales non ligabant Iudicem Ecclesiasticum *cap. si aduersus de immunit. Ec-*

15 *clesiast.* Cumque sint ordinatoriæ † seruari non debuerunt extra Tribunalia laicalia, vt de simili Statuto Vrbis *Grat. discept. 545. numer. 20. Buratt dec. 45. num. 15. & 16. Rota coram san. mem. Greg. XV. dec. 352. num. 7. & in alijs relatis à Moderno Perus. de subhast. inspect. 51. nu. 6. & 7.* vbi loquitur in specie de his constitut. Sabaudiæ.

Tertiò carentia actionis, cum actum fuerit cōtra Ponzinos pro Canonibus decursis tempore belli, quo ab hostibus, vt aiunt Testes, occupata per vim bonorū emphy-

16 teoticorum† possessionem Ponzini Canones soluere non tenebantur, *Bald. in l. solemnib. num. 6. C. rei iudic. Non. cons. 2. numero 15. Menoch. cons. 531. num. 15. Grat. discept. 223. nu. 1. & seqq. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 27. num. 44. & seqq. Ciriac. controu. 361. num. 1. & 2.*

Nam ad primum fuit responsum non constare quod tempore iudicij deliberatio-

17 nis Mediolanenses tuto† accedere non possent ad Ciuitatem Astensem, & Testes in id producti, cum fuerint examinati post terminum

18 minum lapsum, † nempè die 10. Decembris 1654. nullum gradum probationis faciunt, *cap. licet causam de probat. latè Farinac. de Testib. quæst. 80. num. 61. Buratt. dec. 726. nu. 3. & 4. Rota inter impress. post Modern. Pisan. de iurepatr. decis. 26. la 2. num. 7.* Quamuis examinati fuerint
19 cum interrogatorijs Abbatis, † quia Interrogatoria data fuerunt intra terminum, & ex hoc capite non sustinetur examen, nisi fuerit illius sanatio commissa cum clausula, *arbitrio*, vt fuit decisum *in Barchinonen. decimarum 27. Iunij 1640. coram Reuerendissimo D. Episcopo Terracinen. in Romana successionis 9. Maij 1644. coram me.* Respectu verò Fratrum Roggerij non probatur, quod illi posside-
20 rent pro indiuiso, † cum Roggerio, & D. Marchio, qui ab illis causam non habet hanc
21 nullitatem † ex eorum persona allegare non potest *Pacian. de probat. lib. 1. cap. 7. num. 60. & seqq. Surd. in terminis defectus citationis consil. 1. num. 81. & seqq. Adden. ad Greg. XV. decis. 415. num. 6. Rota dec. 277. num. 7. par. 1. rec.*

Ad secundum respondetur, quod defe-
22 ctus iurisdictionis laicalis, † cum respiciat fauorem Ecclesiæ, ea & personis Ecclesiasticis tacentibus non potest à laicis allegari, nisi de hoc opposuerit, dum iudicium agebatur ad tradita *per Bart. in l. 2. num. 8. & 10. ff. except. rei iudic. Soccin. sen. consil. 78. num. 8. lib. 4. Surd. d. consil. 1. num. 84.* & ferè in puncto ita respondit *Rota in Romana reintegrationis 23. Februarij 1654. §. 1. vers. tum de hoc coram R. P. D. meo Cerro.* Eo minus, quia potuit Episcopus Astensis, & Abbas S. Andreæ vti constitu-
23 tionibus laicalibus, † tanquam priuilegijs, & si illis non subijciantur, *Surd. consil. 8. sub num. 19. Adden. ad Greg. XV. dec. 279. n. 24. Sperel. dec. 11. num. 7. Cardin. Millin. dec. 146. nu. 6. Rota in Senogallien. fructuum census 10. Iunij 1644. coram Reuerendissimo D. Episcopo Terracinen. & in Romana, seu Ianuen. locorum Montium 26. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Cerro*, & in omnem euentum exindè educi non posset, nisi læsio in tertia parte prætij, quæ vlterius excluditur ex pacto redimendi in deliberatione ap-
24 posito, † quod prætium minuit *Rota decis. 344. par. 4. tom. 2. recen. & in Romana prætensæ simulationis contractus 16. Iunij 1653. corã R. P. D. meo Verospio*, necnon quia ex dispositione iuris cõmunis deliberationes † semper fiunt
25 creditori † minori prætio, *glos. in auth. hoc ius porrectum verbo decimam, C. sacrosanct. Eccles. Buratt. dec. 96. num. 16. Vinc. de Franch. decis. 102. num. 7. dec. 224. num. 2. alijsque relati à Moder. Perus. de subbast. inspect. 51. num. 5.* Cumque
26 exceptio læsionis † respiciat petitorium non admittitur in hoc summarijssimo possessorio *Greg. XV. dec. 120. num. 17. Buratt. decis. 778. num. 15.*

Ad tertium satis est respondere, quod asserta occupatio bonorum non aliundè pro-
27 batur, † quam ex testibus nulliter, vt supra examinatis, & probanda esset præcisè in illis sex annis circiter, pro quibus canones petiti fuerunt, oporteteque probationes siue iniustitiæ, siue nullitatis deliberationis esse
28 adeo claras, † vt nullo velamine offuscari possint, alias non retardatur manutentio immisso à Iudice, vt sæpissimè dixit *Rota in decis. 377. num. 1. & 5. coram Card. Caual. in decis. 29. num. 7. coram Martino Andrea dec. 414. nu. 3. par. 4. recen. & in alijs relatis in Bonon. prædij 10. Martij 1653. coram R. P. D. meo Celso.*

Eo magis in concursu D. Marchionis, qui ex persona propria est posterior possessor,
29 nec iuuari potest decreto † manutentionis obtento à Iudice primæ instantiæ, quia est suspensum per appellationem, & actus possessorij ab eo gesti dederint causam liti ex allegatis *per Modern. Perus. de manuten. obser. 17. num. 44. obser. 71. num. 5.* Ex persona autem Roggerij antiqui possessoris transferri in eũ
30 possessio non potuit, † quia ille, quando vendidit cum clausula *constituti*, omnem possessionem amiserat, nedùm propter auctoritatem Iudicis, qui vt supra ritè, & rectè ad deliberationem processit, sed etiam ex facto proprio, cum enim bona ab Abbate possideri vsque de anno 1645. vt apparet ex superius memorata protestatione, certò sciuerit, & nusquam per nouem annos, quibus Abbas pacificè possedit, à deliberatione appellauerit, sed continuò acquieuerit, cen-
31 setur deposuisse † animum possidendi, & sic nec ciuilem possessionem retinuisse, ad quem effectum non requiritur lapsus de-
32 cennij, † quando prior possessor sciuit ab alio occupari naturalem possessionem, ac
33 tacuit, quia taciturnitas † iuncta acquiescentia voluntaria modici tẽporis facit præsumi depositum fuisse animum possidendi,
34 licet secus sit non data scientia † possessionis naturalis ab alio apprehẽsæ, vt benè post alios distinguit *Aymon. cons. 235. sub numer. 1.* quam distinctionem sequuntur plures allegati ab *Adden. à Greg. XV. dec. 307. sub nu. 26.* & perpetuò approbauit *Rota dec. 123. num. 4. dec. 129. num. 1. dec. 164. num. 8. dec. 326. num. 21. inter impress. post tract. Modern. Perus. de manuten. & in Volaterana Prioratus 16. Martij 1646. §. gratis in fin. coram me.*

Facilius in casu nostro, quo vlterius in instrumento venditionis subsequutæ de anno 1653. Roggerius mentionem fecit possessionis per nouem annos continuos occupatæ ab Abbate, & cessit pro ea recuperanda omnia iura Marchioni Aduersario, exindè numquam fassus explicitè fuit se non possidere, dum etiam ex tam longa antecedenti scientia alienæ occupationis naturalis idipsũ educitur, quidquid dicendum esset, nisi id
35 concurreret, & ex alijs circumstantijs † colligeretur ciuilem possessionem fuisse animo retentam, *Buratt. dec. 269. num. 4. Duran. decis. 23. num. 16. dec. 74. numer. 77.* aliosque refert *Moder. Perus. de manut. obseruat. 57. num. 95.* qui
36 aiunt primo casu verba † confitentis referenda esse ad omnem possessionem. Secundò verò ad recuperationem tantùm naturalis possessionis, vnde clausula *constituti*, in dicto instrumento apposita verificatur tantum in iuribus cessis, in quibus prout in omni

37 alio iure incorporali † cadit possessio, vel quasi ex allegatis per *Moder. Perus. de manuten. obseru. 31. num. 1. & seqq.* præsertim quia respectu bonorum possessionem etiam ciuilem longè ante, vt dicebam, Roggerius amiserat,
38 nec iterum acquirere potuit† sine noua apprehensione naturalis, *Rota dec. 929. par. 5. rec. decis. 554. num. 24. apud dictum Modern. de manut.* qui concordantes refert *in obseru. 17. nu. 14.*

Et ita decisum dubio bis proposito vtraque parte informante, &c.

BENEVENTANA SVCCESSIONIS

Lunæ 5. Iulij 1655.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario nõ retardatur immissio sub prætextu retẽtionis, quæ non competit grauato, si eius credita sunt turbida, & illiquida. Identitas bonorum fideicommissi probatur ex cõfessione grauati emissa in instrumento captæ possessionis præsertim quando non probatur error confessionis, ad quem excludendum sola possibilitas contraria sufficit.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommissaria non sunt obnoxia debitis hæredis grauati.*
2 *Retentio non datur pro credito illiquido.*
3 *Census si sit impositus à marito & vxore insimul, pecuniæ præsumuntur peruenisse ad manus solius viri, & obligatio vxoris resoluitur in simplicem fideiussionem, quæ pro viro non tenet.*
Vxor non valet pro viro fideiubere ibid.
4 *Identitas bonorum fideicommissi probatur ex confessione grauati emissa in instrumento possessionis captæ, quæ probat contra habentes causam à confitente.*
5 *Confessio erronea non nocet confitenti.*
6 *Hæres nequit prætendere nisi portionem eius authori in diuisione obuentam.*
7 *Hæres si fatetur se possidere bona partim hæreditaria, & partim fideicommissaria verificata cõfessione in vna parte, per consequens censetur verificata in alia.*
8 *Confessio ne reddatur æquiuoca sufficit, quod ex aliis declaretur.*
9 *Fideicommissario ne retardetur immissio sufficit probare bona fuisse à fideicommittente possessa tempore mortis absque alia probatione dominij præsertim quando non agitur contra tertium, sed contra habentem causam à confitente.*
10 *Confessio posterior attendenda est.*
11 *Diuisio facta inter hæredes ex internallo non concludit bona diuisa esse hæreditaria, cum illorum dominium medio tempore ab eis acquiri potuerit.*
12 *Error confessionis, vt excludatur sola possibilitas contraria sufficit.*
13 *Testes examinati in alia causa parte non citata nihil probant in eius præiudicium.*
14 *Assertio Testatoris facta in testamento circa bona hæreditaria plene probat contra habentes causam ab eo.*

DECISIO DCXLIX.

Confirmatio primæ decisionis fauorabilis Marchioni Goffredo de Morra petenti immissionẽ medietatis bonorum subiectorum fideicommisso Iuliæ Auiæ Paternæ visa est pendere à probatione identitatis debitorum bonorum. Nam de cœtero fideicõmissum litterale exaduerso non controuertitur.

Nec vim facit retentio, à filijs, & hæredibus Vincentij Reis conuentis prætensa, ex quo Vincentius soluerit æs alienum Lutij olim Archiepiscopi Hydruntini, nec non fructus Census ab ipsa Iulia fideicommittente vna cum Camillo viro impositi, & Canonici Abbati, & Monasterio S. Modesti Ciuitatis Beneuent. debitos à Goffredo seniore Marchionis Patre. Ad soluendum enim æs alienum Archiepisc. Vincẽtius tenebatur de proprio, cum illud accollasset in conuentione cum Herrig inita die 18. Febr. 1623. & data in Summario Marchionis num. 1. & habuisset omnia bona hæreditaria eiusdem Archiepiscopi de quibus hodie non agitur, sed de bonis fideicommisso Iuliæ subiectis,
1 quæ† debitis Archiepiscopi vnius ex hæredibus grauatis obnoxia non sunt, *Socc. cons. 75. num. 4. lib. 1. Neguſ. de pignor. 4. membr. 3. par. princ. num. 125. Seraph. decis. 757. nu. 2. & 3. Rota decis. 55. numer. 2. inter impress. post tract. Modern. Forolinien. de pignor.* quodque dicitur de legitima Archiepiscopo debita in bonis matris, vti filio fideicommittentis excluditur ex quo Vincentius Aduersariorum Author vigore diuisionis factæ cum patruis Summ. Marchionis numer. 3. debet Goffredo patri Marchionis iunioris ducatos 450. eorumque fructus decursos ab ann. 1620. qui vel excedunt quantitatem prætensam pro dicta legitima, vel saltem creditum exinde
2 † proueniens, reddunt illiquidum, & per cõsequens inefficax ad retentionem *Canal. decis. 539. num. 5. & 7. Merlin. decis. 117. num. 3. & 4. Rota inter recent. dec. 411. nu. 26. & 27. par. 5. decis. 109. numer. 8. & 9. impress. post tract. Modern. Perus. de subhast.*

Fructuum census non erat debitrix Iulia sed Camillus vir, nam cum ab vtroque con-
3 iuge simul fuit impositus,† pecuniæ præsumuntur peruenisse ad manus solius viri, & obligatio mulieris, quamuis vti principalis resoluitur in simplicem fideiussionẽ quæ pro viro non tenet *Rol. cons. 64. n. 9. lib. 1. Bologn. cons. 45. num. 4. Honded. cons. 45. num. 8. 11. & seq. lib. 1. Thes. dec. 223. numer. 2. & seq. Rota inter impress. post Pacific. dec. 177. num. 4.*

Strictè igitur quoad identitatem satis probatam esse Domini censuerunt ex confes-
4 sione Vincentij emissa in instrumento possessionis bonorũ hæreditariorum Iuliæ rogato die 7. Februarij 1623. plenam fidem faciente contra Aduersarios Vincentij hæredes *Castr. & alijs alleg. in prima dec. §. penultima* quibus adduntur relati in *Interamnen. fideicommissi 21. Martii 1654. coram R. P. D. meo Celso.*

Nihil

Nihil urgente quod in eodem instrumẽto Vincentius asserit capere possessionẽ nedum bonorum Iuliæ, sed etiam Goffredi patrui, vnde infertur certã exinde non resultare confessionem circa bona Iuliæ distincta à bonis Goffredi, cumque ex antecedenti diuisione hæreditatis Lutij senioris, & Camilli patris facta de anno 1650. inter Vincentium, & patruos, Iulia tunc viuente appareat bona in præfato instrumento anni 1623 descripta prouenire ex dictis hæreditatibus confessio ibidem contenta, eò minus concludit bona esse hæreditaria Iuliæ, vel in om-
5 nem euentum detegitur erronea, † ac propterea non noceret *Merlin. decis.* 858. *numer.* 1. *Rota in Romana separat. bonorum* 20. *Aprilis, &* 25. *Iuny* 1646. *coram R. P. D. Verospio*, sed standum esset diuisioni, Marchio qui possi-
6 det portionem † ibi obuentam Goffredo patri aliud petere non potest *l. cum pater §. hæreditate, ff. leg.* 1. *Peregrin. de fideicom. art.* 40. *n.* 36. *Rota dec.* 384. *num.* 4. *par.* 5. *recen.*

Nam hodie non petuntur corpora Goffredo assignata in diuisione vti hæreditaria patris, & Aui, nempe Palatium, siue Domus Magna sita in Ciuitate Beneuenti sub Parrochia Sancti Stephani de Neoritiis, alia domuncula existens sub eadem Parrochia Vinea tomat. 45. circiter sita in loco nuncupato S. Angelo à Faffone, & Massaria nuncupata *dell'acqua fredda*, qua etiam in dicto instrumento captę possessionis an. 1623. descripta fuerunt, sed petuntur alia corpora, quæ fuisse tempore mortis possessa à Iul. docet pernecesse præfata confessio Vincẽ-
7 tij; confitendo † enim bona capta pro parte hæreditaria Goffredi, & pro parte Iulię dum ex diuisione antecedẽti ac testamento ipsius Goffredi Summario Vincentij num. 1. constat quænam esset Goffredi consequens est, vt alia fassus fuerit esse Iuliæ, *iuxt. tradita per Abb. in cap. Cum olim num.* 10. *de censib. Butr. ibidem num.* 10. *Iason. in l. Prætor ait sub num.* 4. *verb. Add. ad istam regulam, ff. non oper. nunc Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 70. *& seqq.* et sufficit
8 confessionem † ex aliis declarari ne æquiuoca dicatur *Randen. de Anogal. cap.* 19. *num.* 15. *& cap.* 20. *num.* 1. vbi allegat Concordantes.

Estque in herendum istæ confessioni reiecta ad petitorium cognitione pertinentiæ dominij, quod spectas se in bonis ad Camillum, & Lutium seniorem probatum prætenditur ex eodem instrumento diuisionis.
9 quia fideicõmissario † satis est probare, quod fideicommittens tempore mortis possideret absque alia dominij probatione, quando vt in casu nostro non agitur contra tertium, sed contra habentem causam à fideicommittente *Aymon. cons.* 316. *nu.* 5. *Bertazoll. cons.* 107. *num.* 53. *Alex cons.* 185. *num.* 4. *lib.* 6. *Rimin. Iun. cons.* 23. *num.* 43. *& seqq. Surd. cons* 73. *nu.* 25. *Fusar. de subsit. qu.* 616. *per tot. Rota decis.* 131. *num.* 1. *par.* 1. *recen.*

Eo magis quia nec dicta diuisio concludit pernecesse assertum dominium Lutii, & Camilli circa bona hæc quatriennio postea Vincentius ex diuidentibus fassus fuit esse
10 hæreditaria Iuliæ præualeat † namque hæc posterior confessio vt *not. Doctores in l. pacta*
11 *nouissima, C. pact. & Merlin. dec.* 141. & potuit † medio tempore acquiri dominium Iuliæ *Surd. decis.* 149. *num.* 19. *Gionag. cons.* 20. *num.* 34. *lib.* 2. *Merlin. dec.* 383. *num.* 4. *& seqq. dec.* 396. *n.* 1.
12 Vnde nullo modo dici potest † probatus confessionis error, ad quem excludendum sola possibilitas contraria sufficit *Castr. in l. penult. §. docere num.* 3. *ff. ne quis cum Dec. cons.* 37 *sub num.* 9. *vers. præterea Buratt. dec.* 9. *n.* 3.

Quod vero Marchio possideat partem bonorum Iuliæ nullibi docetur solum enim possidet bona Goffredi patris, & testibus exaduerso datis in Summario nn. 6. plura alia
13 addit, quia examinati † fuerunt in alia causa non citato Marchione nihil probant in eius præiudicium *cap.* 2. *de testib. l. si quando, C. eodem Coccin. dec.* 182. *nu.* 1.

Dandam ideò esse Marchioni immissionem in possessionem pro medietate bonorũ insuper memorata confessio Vincentii, exceptis ijs, quæ à Goffredo seniore fuisse possessa probat ipsius Goffredi testamenti
14 necnon aliorum bonorum quæ esse † hæreditaria Iuliæ asseruit in testamento & meretur fidem contra Aduersarios a se causam habentes *Alexan. consil.* 12. *sub numer.* 3. *vers. accedit lib.* 5. *Caputaq. consil.* 10. *num.* 10. *& seqq. Fuscar. de substit. qu.* 618. *num.* 30. *&* 34. *Barz. decis.* 105. *nu.* 27. *Ioseph. Ludouic. dec. Lucen.* 28. *num.* 41. *& seqq. Rota in Bononien. fideicommissi* 7. *May* 1649. *coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Decisum hodie fuit primam decisionem, confirmando, vtraque parte Informante &c.

LEODIEN. BONORVM

Lun. 5. *Iulij* 1655.

ARGVMENTVM.

Pactum reuersiuum deficientibus liberis appositum fauore proximiorum in instrumẽtis dotalibus iuxtà consuetudinem patriæ Leodiensis purificatur quando est indefinitè nõ autem alternatiue si contigeret sponsum vel sponsam mori nullis superstitibus liberis, & redditur ratio diuersitatis in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo viget in patria Leodiensi quod pactum reuersiuum appositum in capitulis matrimonialibus fauore proximiorum deficientibus liberis purificatur etiamsi alter ex coniugibus decesserit cum filiis, nisi illi vtrique coniugi superuiuant.*

2 *Talis namque consuetudo procedit tantum ab intestato.*

3 *Et in terminis pacti reuersiui concepti sub indeffinita conditione deficientiæ liberorum, non autem alternatiue si coniungeret sponsum vel sponsam*

sine

sine liberis decedere & redditur ratio diuersitatis num.4.

5 *Conditio satis est, quod semel adimpleatur, licet implementum non duret.*

6 *Conditio* si coniungeret vnum ex sponsis absque liberis *mori refertur ad tempus mortis alterius ex coniugibus.*

7 *Dictio alternatiua adiecta in pacto recursiuo nempe si contingeret sponsum vel sponsam mori disiungit vniusque coniugis obitum, tribuitque insolidum conditionis deficientiam vni ex casibus alternatis.*

8 *Et non requiritur copulatiue quod liberi superuiuant patri & matri, sed sufficit vni ex illis superuixisse ad excludendam reuersionem ad proximiores.*

9 *Conditio si sine liberis adiecta alternatiue diuersimode operatur quando est adiecta coniunctiue.*

10 *Conditio si sine liberis alternatiue concepta nunquam resoluitur in coniunctiuam vbi resultat praiudicium filiorum in conditione positorum secus vero vbi agitur de eius commodo.*

11 *Et quando praeiudicium filiorum resultare dicatur? Et ad illud euitandum conditio restricta ad tempus mortis alterius ex coniugibus extendi non debet ad tempus mortis vtriusque, & n.12.*

13 *Consuetudo exorbitans extendi non debet de tempore ad tempus nec de casu ad casum, sed accipi precise in casu de quo loquitur num. 14.*

15 *Prouisio hominis regulariter cessare facit prouisione consuetudinis vel legis.*

DECISIO DCL.

1 SOLI Patriæ Leodiensis consuetudini † iuxta quam pactum reuersiuum in capitulis matrimonialibus appositum ad fauorem proximiorum deficientibus liberis asseritur purificari etiamsi alter ex coniugibus decesserit cum filijs, nisi illi vtriq. coniugi superuiuant inhæserunt hodie informantes pro Hermāno Ouets & litis consortibus, vt recederetur à decisis sub die 2. Maij anni 1653. in hoc casu nos versari asserentes, quia Aleides filia, quæ superst ite Corrado patre decessit, prædecessit ante matrem, Sed quidquid sit de hac consuetudine, quam decedentibus coniugibus ab intestato

2 † videtur admisisse; *Rota coram Card. Caualer. decis. 577. sub num.5. in §. final.* ea ex datis in Summario Hermanni n. 7. probatur in ter-

3 minis pacti reuersiui † concepti sub indefinita conditione deficientiæ liberorum. Qui termini longè differunt à pacto reuersiuo in instrumento dotali Corradi concepto alternatiuè si contingeret sponsum vel sponsam mori nullis legitimis prolibus ex eis

4 progentis relictis, Et ratio diuersitatis est † primo, quia indeterminata conditio deficientiæ liberorū refertur ad omne tempus, quo liberi deficiunt. quod non procedit in conditione relata ad tempus mortis alterius ex coniugibus, tunc enim sufficit liberos de dicto tempore superstites fuisse, quamuis postea matri præmoriantur, *l. filius familias 118. §. cū quis, ff. legat. 1. l. ex facto, §. ex facto, & §. si quis autem, ff. ad Trebell. l. iubemus, §. penult. C. condit. insert.* & in puncto; inter conditionem primo, vel secundo modo conceptam *Fusar. cons. 69. sub num. 21. in fine, & num. 22. Altograd. cons. 46. num. 42. & seqq. vsque ad 53. lib. 1. Cancer. var. resol. tom. 1. cap. 8. n. 223. & seqq.* qui loquitur in præcisis terminis pacti reuersiui appositi in Capitulis matrimonialibus, quia

5 nimirum satis est conditionem † semel fuisse impletam, licet implementum non duret, vt in specie conditionis si sine liberis *Thes. dec. 96. num. 32.*

Nostram autem conditionem relatam es-

6 se ad tēpus mortis alterius ex coniugibus † verba illa si *contingeret vnum ex sponsis nullis legitimis prolibus relictis mori*, demonstrant, *iuxta Theor. quam tradit Alex. in d. l. ex facto §. penult. in 1. notab. ff. ad Trebell. & cons. 139. num. 3. lib. 6. Cephal. cons. 251. num. 12. Casanat. cons. 4. nu. 105. Menoch. cons. 760. num. 2. in fine Altograd. cons. 60 num. 26. Peregr. de fideicomm. art. 29. nu. 13. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. nu. 6. tit. 7.* Atten-

7 ta præsertim dictione alternatiua † ibi *sponsum vel sponsam mori &c.* quæ ex sui natura disiungit vtriusq. coniugis obitum, tribuitque in solidum conditionis deficientiam vni ex casibus alternatis, *l. si hæredes plures, ff. cond. instit. l. cum pupillus, §. primo, ff. cond. & demonstr. Bursat. cons. 2. num. 65. Fusar. cons. 76. n. 14.*

8 itaut non requiratur copulatiuè, † quod liberi superuiuant patri, & matri, sed sufficiat vni ex illis superuixisse ad excludendum reuersionem ad proximiores, vt in specie cō-

9 ditionis † *si sine liberis* adiectæ alternatiuè, vel coniunctiuè distinguit *Fontanell. decis. 45. num. 13. & 16. dec. 493. num. 3. & num. 7. n. 12. numer. 19.* vbi subdit nullo modo alternatiuā

10 hanc conditionem † resolui posse in coniūctiuam, vbi exinde resultaret præiudicium filiorum in conditione positorum, licet secus esset, si ageretur de eorum commodo, in casu vero nostro resultaret præiudicium,

11 † quia filij, quorum fauore conditio illa, si sine filiis censetur apposita, *gloss. in d. filius familias, §. cum quis verb. extiterint, ff. leg. 1. generaliter in princ. C. instit. & substit. Soccin. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. sess. decis. Aragoniæ 264. numer. 6. Fontanell. d. dec. 493. sub nu. 7.* priuarentur bonis paternis, nisi matri simul superuiuerent, atque hinc cum etiam probabilis ratio euitandi prejudicium filiorum

12 † suadeat cōditionis restrictionem ad tempus mortis alterius ex cōiugibus recipi nullatenus debet intellectus extensiuus ad mortem vtriusque, vt ad propositum benè ponderat *Cancer. var. resol. d. tom. 1. cap. 8. sub nu. 225. circa fin. vers. maxime cum eo minus*, quia asserta

13 consuetudo, † tanquam præiudicialis filijs, & exorbitans extendi non debet de tempore ad tempus, vel de casu ad casum, vt in proximis terminis *Fontanell. d. decis. 493. n. 18. Altograd. cons. 46. n. 42. 46. 51. & 52.* sed accipi

14 præcisè in casu, † de quo loquitur, *l. quod vero con. l. quod non rationem, ff. de legib. Soccin. iun. cons. 4. num. 35. lib. 4. Seraph. dec. 326. num. 2. Mant. decis. 56. num. 7.* nec derogat pacto contrario,

vt

vt deponunt testes ad eam probandam dati in Summario Hermanni num.2. ibi cessantibus conuentionibus, aut dispositione cōtraria, & regulare est quod prouisio homi-
15 nis † cessare facit prouisionem consuetudinis, vel legis. *Soccin.sen.in l.cum Auus n.8. vers. 12.allegabatur cond.& demonstr. Dec.cons.15.n.2 cons.35.num.5.Menoch.de præsumpt. lib.1. qu.30. num.6.& præsumpt.109.num.43.& seqq.lib.4.*

Ex quibus tamquam iniusta non meretur allegari asserta contraria declaratio quorundam Iudicum de partibus, aliàs doctrina & auctoritate præcellentium alijs in prima decisione deductis Domini steterunt indecisis vtraque parte informante.

BONONIEN. BONORVM DE AMORINIS.

Lun. 5. Iulij 1655.

ARGVMENTVM.

Attentata vt purgata dicantur vltra renunciationem requiritur quod attentans fructus restituat, ac expensas reficiat.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio suspensiua datur à mandato de manutenendo vigore statuti Bononiæ.*
2 *Attentata dicuntur sufficienter purgata per renunciationem.*
3 *Non obstante quod renunciatio contineat præseruatiuam iurium & antecedentis possessionis, quia d. reseruatio non excludit purgationem attentatatorum sed intelligitur de iuribus in petitorio et in negotio principali.*
4 *Attentans dicitur sufficienter purgasse attentata reponendo rem in statum pristinum ante commissa attentata.*
5 *Attentata non dicuntur purgata per renunciationem conditionalem.*
6 *Ratio est quia renunciatio siue cessio relinquit post discussionem & litem super purgatione & liquidatione conditionis.*
7 *Declara conclusionem procedere quando conditio respicit ipsum actum, qui attentatus est secus vero si respicit actus antecedentes qui attentati non sunt, cum sufficiat reducere rem in pristinū ita ut nullo tempore attentans commodum sentiat.*
8 *Attentans pro sufficienti purgatione attentatorum tenetur ad fructuum restitutionem, quæ tamen nō requiritur, vbi possessio attentata est mere instrumentalis, quia ex ea non sequitur perneccesse quod fructus præsumantur à possessore percepti.*
9 *Secus vero si constat de reali ac vera possessione, quia tunc præsumitur fructuum perceptio.*
10 *Possessio posterior in concursu anterioris nullius est momenti.*
11 *Fructus positi sub sequestro percipi nequeunt à collitigantibus.*
12 *Attentans tenetur pro purgatione attentatorum reficere etiam expensas quando de illis saltim in genere cōstat nec sufficit oblatio vnius iulii cum obligatione soluendi residuum facta liquidatione, sed ipse attentans tenetur liquidare vel impetrare commissionem præfixionis termini aduersari ad liquidandum.*
13 *Quamuis e contra admittatur depositum et oblatio vbi nec in genere constat de expensis factis siue damnis occasione attentati secutos.*
14 *Hæc tamen distinctio non admittitur quoad expēsas iudiciales factas in loco purgationis attentatorum, quia statim per attentantem certificari possunt ex reuolutione actorum.*
15 *Priuilegium recuperandi expensas antequam attentās procedere valeat ad vlteriora competit solum pro reuocatione attentatorum per viam extraordinariam implorando officium Iudicis, non autem per viam manutentionis.*
16 *Declara etiam per viam manutentionis attentata purgari.*
17 *Nec manutentio præiudicat quominus etiam per viam reuocationis attentatorum possint recuperari fructus.*

DECISIO DCLI.

QVOD possessio à D. Comite Gabriele de Grassis sub die 23. Iunij 1613. instrumenti mandati de manutenendo à D. Auditore Generali Eminentiss. D. Card. Legati Bononiæ eadem die iudicialiter relaxati capta sit attentata ipse Comes agnouit, ac proinde illi renunciauit, & merito, quia ab hu-
1 iusmodi mandato † vigore statuti Bononiæ dabatur appellatio, vt sæpissimè decisum fuit in causis relatis *in Bonon. bonorum 17. Maij 1649. coram me.*

Credidit autem Comes attentatum fuis-
2 se satis purgatum † per dictam renunciationem, quæ regulariter sufficit *Coccin. dec.171. n.2. dec.371. n.1.* non obstante quod contineat
3 præseruatiuā iuriū & pacificæ possessionis, † quam ante mandatum de manutentenendo Comes habere prætēdebat, quia præseruatio respectu iurium non excludit purgationem attētatorum, cum intelligatur de iuribus in petitorio, & in negotio principali, vt in puncto respondit *Rota apud Mantic. dec.173. num.2* nec pariter excludit respectu antecedentis possessionis cum ea quatenus probaretur attentata non sit, & solum mandatum de manutenendo cum inde secutis attētati vitio laboret, quod propterea sufficit fuisse renunciatione sublatum reponendo res in
4 statu quo erant ante commissa attentata † non obstante dicti mandati executione, *Dec.cons.103.num.1. Caputa. dec.33. l.1. in manu scr. Rota dec.5. de rest.spol. in nou. in Romana attentatorem 14. Ianuarii 1650. coram me, & in proximis terminis Lancell. de attent. par.3. cap.29. Rota dec.211. nu.2. & 7. par.7. recent.*

Atque hinc negabant applicari, quæ di-
5 cuntur de renunciatione conditionali, † quā ad hunc effectum non suffragari dicit *Rota decis.264. num.6. par.1. recent. dec.486. numer.16.*
6 *coram san. me. Gregorio XV.* vbi dicitur ratio † quia cessio conditionalis relinquit post se discussionem & litem super purificatione & liquidatione conditionis, quod non conuenit purgationi attentatorum *dec. 371. num.1.*

apud

7 *apud Coccin.* quia hoc bene procedit, † quando conditio respicit ipsum actū, qui attētatus est, secus vero, si vt in casu nostro, præseruat tantum actus antecedentes, qui attentati non sunt, cum vt supra dicebatur sufficiat reducere rem ad pristinū statum, itaut nullo vnquam tempore attentans ex actis attentatis commodum sentire, neque attentata passus aliquod interesse pati possit *Lancellot. de attent. d. par. 3. cap. 29. num. 25. & seq. Rot. coram san. mem. Gregorio XV. d. dec. 456. num. 17.* An autem præcedens possessio præseruata valida & efficax sit nec ne pertinet ad iudicium attentatorum.

Verum quidquid sit de hac renunciatione adhuc pro attentatorum purgatione deficere visa est restitutio fructuum, † quæ licet
8 non requiratur, quando possessio attentata est merè instrumentalis, quia ex ea non sequitur pernecesse, quod fructus præsumantur à possessore percepti *Canal. decis. 138. nu. 1. & 2.* vbi quod decisiones contrariæ procedunt, quando ex alijs constat possessionem fuisse cum effectu, & cum fructuum perceptione.

Vtique necessaria est in casu nostro quo
9 Aduersarius possidet realiter, & proinde fructus percepisse præsumatur *Seraph. dec. 12. 45. num. 6. Gregorius XV. decis. 50. num. 1 & 2. ibique Adden. litt. B.* quis percepisse negaret nisi probet ab alio perceptos *Rot. in fortioribus terminis decis. 269. num. 2. par. 1. rec. cum alijs alleg. in Auen. attentatorum 14. Febr. 1650. coram R. P. D. meo Celso,* nec percepisse negat, sed allegat eos percepisse vigore præcedentis possessionis, quam continuauit quod non releuat, nam posset quod ipsam hanc prætensam pos-
10 sessionem continuatam † momenti non esse in concursu anterioris possessionis D. Octauiæ Respondit *Rota in decis. huius causæ sub die 11. Maij 1654. coram me* cessat difficultas ex facto, quia nonnisi vigore executionis mandati vt supra attentatæ fructus percipi potuerunt, cum ante mandatum essent sub
11 sequestro, † quod prohibebat partibus illorum perceptionem *Lamcell. de attent. par. 2. c. 2 limit. 29. num. 4. declar. 1. sub num. 39. recurs. ad tex. Valenzuel. cons. 70. num. 83. Rota in Messanen. Decanatus 13. Februarii 1645. §. si quidem coram Reuerendiss. Episc. Terracinen.*

Deficeret quoque ad plenam attentato-
12 rum purgationem refectio expensarum, si de illis saltem in genere doceretur tunc enim non releuaret depositum vnius iulii cum oblatione residui post quam fuerit liquidatum, sed ipse attentans liquidare deberet vel impetrare cōmissionem præfigētem aduersario terminum ad liquidandum, quāuis
13 è conuerso † admittatur depositum, & oblatio præfata, vbi nec in genere constat de expensis factis siue de damnis occasione attentati secutis illud passis iuxta distinctionem, quam conciliando contraria secuta est, *Rota in Ciuitatis Castellanæ attentatorum 5. Maij 1649. §. 1. & 2. coram Reuerendiss. D. Decano in Verulana bonorum 5. Iulii eiusdem anni §. fin coram eodem in Cracouien. attentatorum 26. Nouembris 1652. §. cum hac tamen coram me,* vbi
14 subditur hanc distinctionem † non admitti, quoad expēsas iudiciales factas in loco purgationis attentatorum, quia statim per attētantem certificari possent ex reuolutione actorum, & propterea depositum siue oblationem non admittunt *Caput. dec. 150. num. 7. par. 1. Adden. ad san. mem. Gregor. dec. 503. n. 6. in fin. vers. qua opinio Rot. in supracit. Auen. Attentatorum, §. deficit coram R P. D. meo Celso, quæ alleg. Concordan. in Meleuitana Parochialis 15. Nouemb. 1653. coram R. P. D. meo Celso.*

Non obstat quod priuilegium recupe-
15 rādi expensas † antequam Aduersarius ad vlteriora procedere valeat competat solum petenti reuocationem attentatorum per viā extraordinariam iustitiæ implorando officium Iudicis mercenarium *principaliter,* nō autem ei qui petijt manutentionem ex capite nullitatis & iniustitiæ vt distinguendo declarauit *Rota in dicta Verulana bonorum §. quo verò coram Reuerendiss. D. meo Decano,* quia non versamur in primo casu, & dubium disputatum super manutentione est actus merè extraiudicialis ordinatus etiam ad reuocationem attentatorum exaduerso captæ pos-
16 sessionis, quæ per viam manutētionis purgatur *ex alleg. in Regien. manutent. 22. Maii 1654. coram me,* neque manutentio huiusmodi præ-
17 iudicat † quominus etiam per viam reuotionis attentatorum possint recuperari fructus *Seraph. decis. 1176. num. 6. decis. 197. n. 4. & 5.* maxime quia à principio fuerat subscriptum particulare dubium super attentatis, sed pars asserit fuisse renunciatione purgata vltra quod in casu nostro adhuc nō emanauit decretum super manutentione Octauiæ imo Aduersario concessa fuit audientia contra decisionem.

Ex quibus vtraque parte informante decisum fuit constare de attentatis, eaque non fuisse sufficienter purgata, &c.

VRBEVETANA CENSVS

Lunæ 5. Iulij 1655.

ARGVMENTVM.

Solutio fructuum Census facta marito suffragatur quoties agitur de censu dotali siue parafrenali, quia tunc dicitur habere mandatum à lege. Verba *Saluo iure* in solutione quid importent? Contra hæredem hæredis transeunt omnia iura passiua competentia contra primum defunctum.

SVMMARIVM.

1 *Solutio facta à procuratore præsumitur de mandato stante notabili summa, ac præcedenti instrumento obligationis principalis nu. 2.*

3 *Solutio facta marito suffragatur, quando agitur de re dotali siue parafrenali, quia tunc habet mandatum à lege.*

4 *Amplia etiam absque cautione.*

Solu-

5 *Solutio facta marito censetur ab uxore ratificata stante eiusdem taciturnitate spatio longissimi temporis petendi creditum.*
6 *Verba* Saluo iure *in solutione non important præseruatiuā iurium partium, sed maioris summæ à creditore prætensæ quatenus de ea imposterum doceatur.*
7 *Iura passiua competentia contra defunctum transeunt contra hæredem hæredis.*
8 *Hæres hæredis dicitur hæres primi defuncti.*
9 *Mandatum contra defunctum relaxatum exequi debet contra eius bona hæreditaria quatenus hæres de bonis hæreditarijs rationem reddit, alias exequi potest contra bona propria.*

DECISIO DCLII.

SOLVTIONES fructuum Census à Monaldensi impositi, & Lauiniæ venditi factas de anno 1599. & 1604. Iulio marito, & procuratori ipsius Lauiniæ à procuratore Monaldensi, necnon de anno 1634. Camillo de mandato Illustrissimi D. Bonuisi, tunc Cameræ Apostolicæ Clerici, quas suffragari eidem Camillo pro obtinenda manutentione in quasi possessione exigēdi dicti census fructus contra Comitem Laurentium de Marciano hęredem pro tertia parte Comitis Ludouici in dicto censu fideiussoris, decisum fuit 16. *Iunij* 1653. *coram R.P.D. meo Albergato, & 21. Feb.* 1655. *coram me.*

Suffragari pariter pro simili manutentione contra Comitem Fabium Horatium, & & Ioa. Franciscum prædicti Comitis Ludouici, vt infrà dicetur, mediatè, vel immediatè hæredes, respondit hodiè Rota ex rationibus in dd. decisionibus latè deductis. Qui-
1 bus non obstat, quod prima solutio facta † fuerit à Procuratore, Procuratori, & D. Bōuisi mandatum cuius vigore emanauit altera, continet clausulam præseruatiuam *sine præiudicio iurium partium.*

Nam quod ad primam solutionem, man-
2 datum soluentis, satis probatur † ex notabili summa, quæ soluebatur, iuncto pręcedēti Instrumento obligationis *de soluen. vt per Mantic. & alios alleg. in supracit. decis. huius causæ*
3 *coram me, §.1.* & mandatum † Iulij recipientis cum ille esset maritus Lauiniæ creditricis, & agatur de censu dotali, siue parafrenali pro-
4 uenit ex dispositione legis, etiam absque alia cautione, vt notant omnes in *l. maritus C. procur. l. fin. C. pact. conuent. Lopez in rubr. C. donat. inter vir. & vxor. §.68. sub num.16. Dec. cons.521. num.1. in fine, Surd. cons.290. sub num.5.* Concur-
5 rente præsertim longissima taciturnitate † Lauiniæ, quæ nusquam eosdem fructus à debitore petijt, & sic solutionem marito factam, ratam habuisse censetur, vt in simili *Cardin. Mellin. decis.137. sub num.13. vers. quod dicebam.*

Gratis, quod dicitur in Decreto Illustrissimi Bonuisi deputati à Congregatione Baronum adesse Clausulā pręseruatiuam *sine præiudicio iurium partium.* Cum imò absolute mandet cōsignari scuta 1472. pro fructibus decursis, & non solutis per annos 19.
6 *saluo iure*, quæ † verba non important præseruatiuam iurium partium, sed maioris summæ à creditore prætēsæ, quatenus de ea imposterum doceatur *Bertaz. claus.38. gloss.2. sub num.1.* aliique plena manu relati in *Senogallien. Saluian. 19. Iunij 1651. §. minus obstat, coram Eminentissimo D. Card. Corrado, & 7. Febr. 1653. §. protestatio coram me.*

Quod autem rei conuenti sint hæredes Comitis Ludouici fideiussoris pro tertia parte, constat ex instrumentis datis *in Sum. Camilli, & num.5. & 6.* in quibus legitur, quod Co. Fabius, & Gaspar vti Nepotes ex filio, adiuuerint hæreditatem Co. Ludouici Aui pro tertia parte, vna cum Co. Alexandro, & Octauio hæredibus, pro aliis duabus partibus, quodque defuncto ab intestato D. Gaspare, eius hæreditatem adiuerunt, Co. Horatius, & Io. Franciscus tanquam filii cum consensu, & auctoritate Co. Fabii eorum Patrui, &
7 Curatoris, contra † quos propterea transierunt passiuè omnia iura competētia aduersus Co. Ludouicum, non secus, ac si transierant contra Gasparem illius hæredem immediatum *l. veteris de committend. stipulat. Rota decis.19. num.9 par.6. dec.306. num.33. par.7. rec. & in Bononien. fideicommissi de Rubeis 14. Martij 1650. coram R.P.D. meo Celso.* Quia hæres
8 hæredis † dicitur hæres primi defuncti, *Bellon. cons.55. num.71. & seq. alleg. concord.*

Ex quibus vtraque parte informante decisum fuit relaxandum esse ad fauorem Camilli mandatum de manutenendo, contra dd. hęredes pro tertia parte exequēdum tantum contra bona hæreditaria Co. Ludouici,
9 quatenus de illis † rei conuenti rationem reddant, alioquin contrà bona propria, vt actum fuit contra Comitem Laurentium, alterum Ludouici hæredem.

CALAGVRITANA BENEFICII DE BILBAO.

Lunæ 5. Iulij 1655.

ARGVMENTVM.

Simonia quando agitur ad effectum priuationis est plenè, & concludenter probanda, secus verò ad effectum repellendi ab assecutione, tunc enim sufficit sola diffamatio, nec plenæ probationes requiruntur. Nec diffamatio tollitur per sententiam absolutoriam latam non ex capite innocentiæ, sed non probati delicti; Nam nouis superuenientibus indiciis diffamatus potest iterum vexari, & ex priori inquisitione semper remanet quædam macula, ob quam in concursu non habentis talem maculam semper veniat postponendus.

SVMMARIVM.

1 *Prælatio in concursu debita est Sacerdoti ætate seniori, ac approbato ad audiendas confessiones.*
2 *Simonia non probatur per Testes examinatos vigore Monitorialium, vel in iudicio criminali formiter non repetitos in ciuili.*

3 Testes

3 *Testes examinati absque precedenti citatione ad videndum illos iurare tanquam nulliter examinati nihil probant.*

4 *Citatio ad viden. iurari Testes necessaria est etiā ex præscripto litterarum remissorialiū, nec sufficit citatio pro illis obtinen. emanata in Curia.*

5 *Examen Testium factum coram Iudice suspecto allegato est nullum ex defectu iurisdictionis.*

6 *Testes de auditu non merentur fidem.*

7 *Simonia non probatur per Testes de publica voce, & fama, quæ ortum habuit à iudicio ciuili inter alias personas.*

8 *Testes deponentes super simonia deponere debent de præcedenti pactione.*

9 *Simonia absque precedenti pactione non committitur.*

10 *Testes deponentes inuerisimilia non probant.*

11 *Approbatus licet quis fuerit ad beneficia honoris gratia adhuc indiget nouo examine.*

12 *Simonia quando agitur ad effectum priuationis requirit concludentes probationes ad effectum verò assecutionis non requiritur plena probatio, sed coniectura sufficiunt.*

13 *Quinimò sola diffamatio resultans ex denunciatione, seu accusatione.*

14 *Ratio est, quia non est adiudicandum beneficium ei qui scandalum præbiturus est, quamuis nullum defectum pateretur.*

15 *Sententia absolutoria lata ad fauorem diffamati de simonia non suffragatur quoties non emanauit ex capite innocentiæ, sed non probati delicti, quia nouis superuenientibus indicijs potest quandocumque vexari.*

16 *Amplia quod etiam hoc casu absolutus tanquam innocens adhuc retinet penès se quandam maculam ex præcedenti inquisitione ob quam in concursu non habentis maculam postponendus veniat in assecutione beneficij.*

17 *Limita non procedere quando per sententiam liquet eum per calumniam fuisse delatum, & accusatum, & ex quibus calumnia excludatur? numero 18.*

19 *Sententia absolutoria condemnans inquisitum de simonia in expensis arguit magnam simoniæ suspicionem, alias Iudex accusatorem non condemnasset.*

20 *Appellatio suspendit effectum sententiæ.*

21 *Ius in beneficio ex sola oppositione non acquiritur.*

22 *Beneficium adiudicandum est habenti qualitates requisitas.*

23 *Reprobatus ab examinatoribus de partibus si deinde in gradu appellationis sit approbatus satis constare dicitur de præcedenti grauamine.*

DECISIO DCLIII.

1 ANTONIVM de Goiri in † concursu Ignatij de Arbolancha tanquam ætate seniorem, Sacerdotem, ac alias ad audiendas Confessiones approbatum, præferendum esse dubitatū non fuit, vt sæpissimè responditi Rota in decisionibus allegatis in *Calaguritana Beneficij de Vrizella 1. Iulij 1652. coram R.P.D. meo Albergato, & in Calaguritana Beneficij de Lequitio 23. Maij 1653. coram R.P.D. meo Celso.*

Nisi obstaret diffamatio symoniæ per ipsum commissæ in assecutione huiusmet beneficii quam negat probari per Testes exad-
2 uerso inductos, † quia examinati vigore monitorialium literarum, vel in iudicio criminali, nec repetiti formiter in ciuili fidem non merentur *l. vlt. vers. sancimus C. de testib. Rota decis. 128. num. 5. dec. 145. numer. 2. inter impress. post cons. Farinac. dec. 366. num. 6. coram Cardinali Caualerio, & in Bononien. pecuniaria 23. Maij 1645. §. assertum coram me;* alijs pariter in iudicio ciuili examinatis ne probent
3 obstat † defectus tam citationis ad videndū illos iurare, necessariæ etiam ex præscripto
4 litterarum remissorialium, † vt propterea non sufficiat citatio pro illis obtinēdis emanata in Curia, vt fuit dictum in *decisione 345. sub num. 2. par. 2. recent.* Tum iurisdictionis,
5 quia examen † factum fuit coram Iudice allegato suspecto *Lancell. de attent. par. 2. cap. 6. num. 13. & seqq. Rot. dec. 347. num. 1. post cons. Farinac. & in Marsicen. Iurisdictionis 5. Martij 1646. coram me.*

Eoq; minus Testibus adhibendam fidem,
6 quia † deponunt de auditu *Comitul. in his terminis decis. 114. num. 7.* & de publica voce, &
7 fama, † quæ ortum habuit à iudicio ciuili inter alias personas moto, nec sufficit ad probandam symoniam *Paris. de confid. qu. 72. num. 3. Put. dec. 167. lib. 2. in corr. Rota decis. 538. numer. 18. in fin. & num. 19. par. 4. tom. 3. recent.*
8 quam vt Testes conuincerent, † debuissent deponere de præcedenti pactione, sine qua
9 illa † non committitur, vt communiter notant *Doctores in cap. veniens de Testib. dicta decis. 167. lib. 2. in corr. Rot. dec. 350. num. 12. par. 2. recent. dec. 93. num. 6. par. 4. tom. 2. dec. 358. nu. 10. par. 4. tom. 3.* & inuerisimilia prorsus depo-
10 nunt, † quia pecuniam datam vni examinaminatori synodali affirmant, vt Antonius approbaretur, & reprobaretur Ignatius prout fuit reprobatus, sed Antonius pro sua approbatione hoc non egebat, cum confidere posset de sua idoneitate cognita tùm Ordinario, qui alias ad Confessiones audiendas illum præposuit, tùm Examinatoribus, qui prius illum habilem ad beneficia Curata pronunciauerant; Ignatium vero fuisse reprobatū ex capite in literaturæ probant plures Testes addentes quod, & si bis alias ad
11 alia beneficia fuerat approbatus † id factum fuit ex beneuolentia, & eius honoris gratia, & adhuc nouo examine indigebat *Comitul. d. decis. 114. num. 12.* Cumque fuerit reprobatus ab omnibus Examinatoribus nil interest, quod vni ex illis fuerit data pecunia, vnde non mirū si in iudicio criminali Antonius à quærela symoniæ fuit absolutus per sententiam diffinitiuam, quæ omnem maculam à quærela resultantem abstergit, ac delet.

Hæc tamen quę satis essent ad euitandam priuationem beneficiorum, quæ Antonius obtinebat, vel alias pœnas contra symoniacos

condecretas, censuerunt Domini non rele-
uare ne ab assecutione beneficij obtinendi
repellatur, seu in iudicio prælationis suc-
12 cumbat, † ad hunc enim effectum non re-
quiritur plena probatio symoniæ, sed suffi-
ciunt coniecturæ *Paris. de resignat. quæst. 72. n. 8.*
13 *in fine*, & diffamatio † resultans ex denun-
tiatione, seu inquisitione *cum tantis Daniel*
81. distinct. cap. omnipotens vbi gloss. verb. denun-
ciatur de accusat. Paris. d. tract. quæst. 64. num. 15.
Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 35. num. 19. Lotther.
de re benef. lib. 2. quæst. 31. num. 145. & seqq. Add.
ad sanct. mem. Greg. XV. dec. 238. num. 13. Seraphin.
dec. 516. num. 4. vbi dicit rationem, quia non
14 est adiudicandum † beneficium ei qui scan-
dalum esset præbiturus, quamuis aliàs nul-
lum defectum pateretur, *Comitul. decis. 114.*
num. 12. & in terminis beneficij Calaguritani
dec. 159. num. 2. & 3. Rota in Leodien. Præpositure
Tongren. 19. Ian. 1650. coram Eminentiss. D. Card.
Otthobono.

Nihil suffragante sententia absolutoria,
15 quia † non est talis ex capite innocentiæ,
sed non probari ex tūc deductis delicti, ideo-
que remanent adhuc vestigia prioris iudicij,
& poterit Antonius nouis superuenientibus
indicijs quandocūmq; vexari, vt in puncto
respondit *Rota in Sabinen. concursus 6. Aprilis*
1609. coram D. Cardinali Sacrato impress. apud
Marches. de commiss. tom. 1. fol. 291. num. 3. vbi
subditur, quod etiam si inquisitus absolutus
16 fuisset tanquam innocens, † adhuc negari
non potest, quin ex priori inquisitione re-
maneat quædam macula ob quam in con-
cursu non habentis talem maculam veniat
postponendus *Lotther. de re benef. d. lib. 2. qu. 31.*
num. 148. & seqq. vbi signanter num. 191. id li-
17 mitat, † quando per sententiā liqueret eum
per calumniam delatum, vel accusatū fuisse
quod hic non verificatur, imò plurimi Te-
18 stes deponunt de publica fama symoniæ, † &
sextus qui est Eques Sancti Iacobi testatur
de confessione extraiudiciali ipsius Antonij
Summario Ignatij numer. 6. ante finem, &
19 Iudex † condemnauit inquisitum in expen-
sis, alioquin verò accusatorem condemnas-
set, *Hippol. Rimin. cons. 303. num. 6. & seqq. per*
tot. Farin. in prax. quæst. 16. num. 15. post Bossi. titul.
de accusat. num. 19. in fin.

Et hæc faciliùs procedunt in casu nostro,
tum quia sententia ipsa absolutoria deno-
tat non abfuisse magnam symoniæ suspi-
cionem, cùm vt dicebam inquisitum con-
demnauerit in expensis. Tùm etiam quia
20 à dicta sententia † fuit interposita appella-
tio, † quæ illius effectum suspendit, *l. 1. ff. ad*
Turpell. cap. veniens de iureiurand. Rota dec. 211.
numer. 3. apud Cinc. de censib. cum alijs allegatis in
Romana decis 11. Febr. 1647. coram me.

Quod verò hodie agatur de beneficio ac-
quirendo, seu de prælatione in cōcursu pa-
tet, quia Antonius est simplex oppositor, &
21 ex sola oppositione † ius in beneficio non
acquiritur, *Cassadon. decis. 18. num. 2. & 3. de*
preb. Seraphin. dec. 1091. num. 1. & 2. Rota in Ge-

runden. beneficij 27. Iunij 1644. §. Non obstat co-
ram me.

Excluso itaque ex prædictis Antonio, ad-
22 iudicandum est beneficium Ignatio, qui
de cætero habet omnes qualitates à Consti-
tutione Clementina requisitas, & quamuis
reprobatus fuisset ab Examinatoribus Cala-
23 guritanis † appellauit ab hoc grauamine,
& de eo nedum per antecedētes approbatio-
nes, bis alias reportatas, sed etiam per subse-
quentem in gradu appellationis obtentam
plenè docuit *Mantic. decif. 274. num. 2. Rota in*
Calaguritana Beneficij de Ocon 9. Decembr. 1649.
coram bon. mem. Arguelles, & in ead. 1. Iul. 1652.
coram R. P. D. meo Zarate.

Atque ita fuit decisum vtraque &c.

BONONIEN. LEGATORVM

Mercurij 24. Nouembris 1655.

ARGVMENTVM.

Confraternitates duæ si existunt in Ecclesia, tūc administratio legati relicti Ecclesiæ spectat ad vtramque, præcipuè quando constituunt vnum corpus, & ambæ administrant Ecclesiā, ac verba Testatoris ad vtramque etiam diriguntur, & ex quibus probetur administrationem Ecclesiæ ad vtramq; Confraternitatem spectare?

SVMMARIVM.

1 *Confraternitates duæ in eadem Ecclesia quod constituant vnum corpus, ex quibus probetur?*

2 *Confraternitates plures in eadem Ecclesia eiusdem nominis regulariter non admittuntur.*

3 *Administratio legati relicti Ecclesiæ cumulatiuè spectat ad confraternitates existentes in eadem Ecclesia, quando Ecclesiæ administratio ad omnes spectat, & verba Testatoris ad vtramque diriguntur.*

4 *Administrare videtur qui per electum, ac deputatum administrat.*

5 *Electus ad administrandum dicitur minister eligentis.*

6 *Elegisse censetur personas ex bussula per sortes extractas qui deputauit ad extrahendum.*

7 *Eligens administrat mediante persona electi.*

8 *Redditio rationis ut necessarium antecedens administrationem supponit.*

9 *Copula, et, quando intelligatur expositiuè, & quando augmentatiuè? & n. 10.*

DECISIO DCLIV.

CONFRATERNITATI in Ecclesia
B. Mariæ de Baraccano existenti, &
vulgò nuncupat. grande, seu larghe, quæ
1 vnum idemque corpus † constituit cum
Cōgregatione Gubernij Hospitalis, seu Do-
micellarum, vt probatur ex Statuto nouo,
Confraternitatis nuncupat. stretta, ibi, Cia-
scuno della nostra Congregatione sia obligato à star-

 nell'

nell' obedienza del Massaro, ò Rettore della Compagnia Grande dell' Hospedale di Santa Maria del Baracano &c. in vtilità d'esso Hospedale, & per il buon gouerno di quello. Tum ex statutis antiquis anni 1554. ibi: *Statuti sopra il gouerno della Compagnia & Hospedale della Gloriosa Vergine di Santa Maria del Baracano, e delle pouere Zitelle.* Tum ex nouis publicatis de ann. 1648 ibi; *sopra il gouerno della Compagnia, e dell' opera chiamata dell' Hospedale di Santa Maria del Baracano.* Tum tandem quia pluralitas Cõ-
2 fratrum eiusdem nominis† in eadem Ecclesia regulariter admittitur, vt per *Ioan. Franc. Leo. in Thes. for. Ecc. par. 4. cap. 2. num. 16. & seqq.*

3 Competere cumulatiuè † cum Confraternitate stricta, seu Battutorum Administratorum legati lib. 40. mil. nec non alterius legati lib. 4. mil. dictę Ecclesiæ relicta à Vincentio Bargellino respondit *Rota sub die 22. Iunii 1654. & iterum hodie* ex duplici fundamento, nempe quia administratio ipsius Ecclesiæ spectat cumulatiuè ad Confraternitatem magnam, & quia verba Testatoris ad vtramque diriguntur.

Primum probatur quia cũ in Ecclesia administret Prior à Confraternitate magna ele-
4 ctus ipsa Confraternitas administrare † videtur ex allegatis *in prima decisione huius causæ §. tum grauamine* nihil obstante, quod Prior eligendus esse debeat de corpore Confraternitatis strictæ, siue quod electio fiat per sortes. Mediante extractione ex capsula, quam Bussula vocant, quia illud
5 non excludit, quod Prior electus † sit minister eligentis vt præter allegatos probat *Tex. in l. item eorum §. decuriones, ff. quod cuiusque vniuers. nomin. ibi decuriones decreuerint actiones per eum mouendam quem decem viri elegerint. Is videtur ab ordine electus, & ideo experiri potest, parum enim refert an ipse ordo elegerit, an is cui ordo negotium dedit*, & per eum *text. not. Caldas. de Emph. lib. 3. cap. 16. sub num. 3. Molin. de primog. lib. 2. & 4. sub num. 5. post Bart. in l. vnum ex familia, §. 1. nu. 1. ff. leg. 2.* nec excludit extractio ex bussula cum Confraternitas magna præeligat personas in bussula describendas, & pro-
6 inde etiam sorte extractam † censeatur elegisse, vt per *Sanch. in præcept. decalog. lib. 2. c. 38. sub num. 74. vers. quia iam electio, & num. 7. Suar. de relig. tom. 1. tract. 3. lib. 2. cap. 52. num. 8. sub n. 8 Tiraquell. de iur. primog. quæst. 17. opin. 1. num. 15. & 48.*

Addo quod semper verum est dicere,
7 quod eligens administret † mediante persona Prioris electi primum quia electus in fine officij reddit rationem Censoribus ab eadem Confraternitate magna deputandis. Gratisque negat quod Prior habeat administrationem Ecclesiæ cum contrarium apparent ex statutis antiquis & nouis relatis in Summ. *prima positionis nu. 5.* in quibus Priori conceditur electio etiã Sacerdotum excepto *Cappellano Custode Ecclesiæ*. deniq; conuincit
8 redditio rationis à Priori facienda, † quæ in necessarium antecedens administrationem supponit, *l. tutori C. negot. gest. l. 2. ff. eodem tit. §. sed si ex testamento instit. de satisdat. Tutor. Socc. cons. 34. num. 15. lib. 1. Rota decis. 470. nu. 1. par. 1 recen.* nec Prioris nomen congruit alicui ex Officialibus Confraternitatis strictæ, cum nemo ex illis hoc nomine nũcupetur, & Prior, qui administrat è magna eligatur.

Alterum videlicet verba directa ad Officiales Confraternitatis magnæ & Battutos leguntur ocolariter ibi: *Con obligo, e grauezza alli Gouernatori Administratori, e Battuti* ponderando præsertim quod Testator contradistinxit Gubernatores, & Administratores
9 à Battutis, vt demonstrat copula *Et* † inter vtrosque posita, quæ nullatenus vt exaduerso prætenditur intelligi potest expositiuè, ac si dictum fuisset idest Battuti, quia hic intellectus admittitur quando copula ponitur inter genus & speciem, aut inter ea, quæ idem significant, secus quando inter per-
10 sonas, † & fortius inter personas designatas nomine officij, & nomine proprio diuersaque nomina habentes, vt sunt Gubernatores, Administratores, & Battuti, quia tunc stat potius augumentatiuè extendens casum magis dubitabilem, ac si fuisset dictum non solum Gubernatores & Administratores, sed etiam Battutos *gloss. in l. 1. lit. E. ff. solut. matr. Sued. cons. 315. nu. 17. Bellon. iun. cons. 9. num. 28. Altobr. cons. 20. nu. 97. lib. 1. Merlin. decis. 12. num. 8. & seqq.*

Accedit quod Confraternitas stricta est membrum & obedientiaria magnę, quod vtriusque gubernium vnitum fuit de anno 1552. aliaque deducta in prima decisione, quæ vna cum responsionibus ab exaduerso obiectis Domini etiam hodie approbarunt vtraque parte informante, &c.

VERCELLEN. MANVTENTIONIS

Veneris 10. Decembris 1655.

ARGVMENTVM.

Possessio probatur ex confessione partis etiam cum qualitate detentionis, nam ea reiecta, vti habente præsumptionem iuris confessio admittitur Accessus non tutus in loco Iudicij allegari nequit à principali si comparere potest per Procuratorem, secus si locus non est tutus ipsi nec procuratori Possessio in materijs iurisdictionalibus, decimalibus, & similibus acquisita respectu alicuius actus particularis suffragatur quoad omnes alios actus stante causa vniuersali.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex confessione partis in praeiudicium habentis causam à confitente.*
2 *Maximè quando fuit etiam ab ipso acceptata.*
3 *Non obstante qualitate detentionis confessioni adiectæ, quia cum habeat contra se præsumptionem iuris potest reiecta qualitate confessio acceptari.*

4 Pos-

4 *Possessio amittitur statim quod quis scit alium possidere, & non reclamat ex hoc enim demonstratur priorem possessorem animum possidendi dimisisse.*
5 *Clausula constituti possessionem in constitutarium non transfert, si penes constituentem tempore constituti non reperiebatur.*
6 *Possessio clandestina non est manutenibilis.*
7 *Accessus non tutus in loco iudicii non probatur per testes nulliter examinatos.*
Testes examinati post lapsũ termini non probãt ib.
8 *Examen testium quando est nullum non validatur ex quo altera pars dedit interrogatoria, nisi obtenta commissione sanatoria à Principe.*
9 Put. decis. 300. lib. 3. in correct. *quo casu loquatur?*
10 *Accessus ad locum iudicii quamuis non sit tutus quoad principalem, adhuc comparere potest per procuratorem, quando non agitur de causa criminali & graui personalem præsentiam requirente.*
11 *Et quando locus non est tutus ipsi & procuratori tunc excusantur.*
12 *Processus transportandus est ab allegãte nullitatem iudicii.*
13 *Citatio quando non est necessaria facta ex abundanti non nocet.*
14 *Ad possessionem acquirendam per hæredem quoad certa bona hæreditaria requiritur actualis apprehensio nec sufficit possessionem aliorum bonorum fuisse apprehensam.*
15 *Possessio in materiis iurisdictionibus decimalibus, & similibus acquisita quoad certos actus particulares, suffragatur generaliter quoad omnes stante vniuersalitate causæ.*
16 *Consensus venditioni præstitus censetur ratione hypotecæ, vel dominii super re vendita.*
17 *Dominium longè differt à possessione.*

DECISIO DCLV.

PLenissimè possessionem bonorum de quibus agitur ab Abbate, & Monasterio Sancti Andreæ probatam censuerunt DD. sub die 28. Iunij præteriti, & iterum hodie decisionẽ tunc editam confirmando, clarissima enim est geminata confessio Capitanei Rogerij Authoris Marchionis Mossi Aduersarij in altera protestatione facta de an. 1645 ibi: *E perche detti beni sono sottoposti ad vn annuo liuello di scudi cento d'oro verso l'Abbatia di S. Andrea per il quale hà preso benche nulladimeno vna delle migliori pezze;* altera in Instrumẽto venditionis horum bonorum factæ dicto D. Marchioni ibi: *Præterea attento quòd Reuerendissimus D. Abbas & Monachi Abbatiæ sancti Andreæ occuparunt dictam grangiam, & bona Solette, seu partem eiusdem grangiæ, & bonorum prædictorum per multos annos pro quibus dd. Abbas & Monachi detentores & occupatores, &c.*

1 Vtraq; autem probat † contra D. Marchionem à confitente causam habentem, & fortiùs posterior, eò quod fuit ab ipso ac-
2 ceptata † reportando simul cessionem iurium contra Abbatem pro dicta possessione recuperanda, vnde perinde est ac si ipsemet possessionem Abbatis confessus fuisset, *Rota decis. 210. num. 2. par. 1. diu. cum alys alleg. in Senogallien. fideicommissi 1. Iunii 1652. coram me,* nihil refragante qualitate nullitatis, & de-
3 tentionis † confessioni adiectæ, quia cum habeat contra se præsumptionẽ iuris potest ea reiecta acceptari confessio, vt præter *allegatos in prima decis. §. 1. in fin. dictum fuit in Vercellen. Decanatus, & Canonicatus 11. Martii 1650 coram R. P. D. meo Celso.*

Et hęc sufficerent pro decernenda manutentione Abbati nõ attentata anteriori possessione Capitanei Rogerij, vel posteriori Marchioni, quia illa amissa fuit nedum mediante infra memoranda sententia Iudicis, sed etiam ex quo Rogerius ab anno 1645. quo vt supra sciuit bona ab Abbate possideri tacuit per nouem annos, sola namque
4 scientia † quod alius modico tempore possideat demonstrat, quod prior possessor animum possidendi abiecit *Caual. decis. 653. numer. 12. Merlin. decis. 18 numer. 1. & seqq. Giouag. cons. 170. num. 11. & 18. lib. 2. Grat. discept. 454. num. 6. & vltra allegatos in prima decisione, §. eò magis.*

Alia autem videlicet possessio Marchionis non probatur *ex clausula constituti* in præfata venditione anni 1653. apposita, quia cũ
5 vt dicebam eam Rogerius constituens, † iam amisisset transferre in constitutarium non potuit possessionẽ quam non habebat *Rota decis. 605. numer. 3. par. 1. recen. cum aliis alleg. per Modern. Perus. de manut. obseru. 20. num. 3.* & si quæ de facto fuisset à Marchione apprehen-
6 sa inscio Abbate præsumeretur † clandestina nec esset manutenibilis *Felin. in cap. licet causam num. 8. & 9. de probat. cum vulgat.*

Sed ex abbundanti fauet Abbati etiam sententia iudicialis immissionis executioni demandata anno 1644. quam non vitiat assertus defectus citationis Rogerij sub præ-
7 textu quod ad locum Iudicij † non esset tutus accessus, quia adhoc probandum productæ solum fuerunt depositiones testium, qui tanquam examinati post lapsum termini non probant. Nec suffragatur quod altera
8 pars † dederit interrogatoria nisi obtineatur commissio sanatoria à Principe *ex alleg. in prima decisione §. nam ad primum,* & in eisdem
9 terminis loquitur † *Puteus ex aduerso alleg. decis. 300. lib. 3. in correct.* Vltrà quod esto, quod
10 Rogerio non fuisset tutus accessus † adhuc comparere potuisset per Procuratorem cum non ageretur de causa criminali & graui personalem præsentiam requirẽte *Rebuff. in const. Gall. tom. 3. de excus. num. 68. & seqq.* vbi *signanter num. 696.* ait excusandum esse reum
11 conuentum, † quando locus non est tutus ipsi, nec Procuratori, *Dec. in cap. intelligimus n. 1. de iudic. Pinell. in auth. nisi triennale 1. 43. vers. ampliat. 3.*

Cessatque omnis amaritudo quia ipsum Rogerium comparuisse ac ratificasse gesta, per quendam Procuratorem eius nomine illum ad futuros quoque actus constituendo asseritur apparere ex reuolutione proces-

sententiæ, quod principales restituantur in bonis apprehensis respectu omnium prætensionum superius narratarum, prout successiue Salmedina pronunciauit per diffinitiuam Sententiam, & pro eius executione Curiæ Aragoniæ firmam commissionis Curiæ relaxauit, vt habetur in Summario Metropolitanorum num. 10.

Neque hic recursus potest excusari, vel quia resoluatur in inuocatione brachij se-
1 cularis † pro executione mandatorum Rotalium in ipsis mandatis, & de iure permissam *cap. præterea de offic. deleg. Nauarr. in cap. cum contingat remed. 1. num. 2. & 3. seqq. de rescript. Feder. de Sen. cons.* 163. *num.* 5. vel quia
2 fuerit non voluntarius, † sed coactus ad remouenda impedimenta, & firmas Regias quas prius contra Pilarenses obtinuerant Metropolitani, quod licere dixit *Rota apud Merlin. dec.* 763. *num.* 12.

Nam prima excusatio nõ applicatur, vbi vt hic non fuit simpliciter petitum nudum
3 auxilium laicorum, sed vltro quod pronunciaretur per sententiam diffinitiuam, hic enim est actus iurisdictionis, qua prorsus ca-
4 rent laici † inter personas Ecclesiasticas, vt in terminis respondit *Rota apud Pen.* 377. *num.* 85. *&* 88. *secundum impress. Venet. & secundum Lugduni decis.* 485. *num.* 16. 38. *&* 45. *decis.* 484. *n.* 8. *&* 9. Præter quod circa non contenta in mandatis Rotalibus, vel illis contraria in-
5 compatibilis est petitio brachij † sæcularis pro mandatorum executione, & debuisset omisso Tribunali sæculari, recurri ad immediatum superiorem Ecclesiasticum, nempe ad Tribunal huius sacræ Rotæ, in quo causa pendebat *cap. si Clericus* 11. *q.* 1. *cap. filijs* 16. *qu.* 7. *Pen. d. decis.* 377. *num.* 87.

Altera suffragatur si solum petijssent Pilarenses reuocari & moderari a Iudice laico
6 firmas † Regias exaduerso prius obtentas, de quibus agit, *Sess. decis. Aragon.* 154. *num.* 1. *& seqq.* Sed in casu nostro institerunt vlterius pronunciari per sententiam diffinitiuam reintegratoriam in bonis apprehensis & respectu iurium contrariorum mandatis Rotalibus, vel ibidem non Contentorum super quibus cum nulla cõtra eos præcessisset firma Regia ad instãtiam Metropolitanorum clarus saltem in hac parte resultat excessus comparitionis, quippe quæ cum egrediatur terminos actionis exaduerso propositæ hoc est firmæ Regiæ Metropolitanorum, egreditur pariter fines exceptionis, & defē-
7 sionis, efficitque ipsum Reum †, nedum respectu probationis, sed etiam instantiæ Actorem *Bald. cons.* 187. *sub numer.* 5. *&* 7. *lib.* 1. *Io. Harpert. in princ. tit. instit. de except. numer.* 21. *Gall. in rubr. de except. num.* 215. *& seqq. Rota decis.* 415. *sub nu.* 11. *ibi: cum concurrat petitio par.*
8 1. *recent.* accedente præsertim firma † Regia in executione dictæ sententiæ emanatæ quã semper illicitam esse, *dixit Rota apud Peniam d. dec. num.* 38. *secundum, impress. Lugdun.*

Minus releuat quod omnia gesta fuerint
ã Procuratoribus, de quorum mandato non constat; imò enim probatur illos habuisse mãdatum speciale ad recurrendũ, & quamuis
9 illud † intelligi possit ad recurrendum in casibus licitis, quia tamen Pilarenses habi-
10 ta notitia recursuum † illis non renunciarunt, intrat præsumptio quod intellexerint esse generale ad omne genus recursus, itaut
11 ex ea † possit denegari audientia *Rota decis.* 425. *apud Coccin. dec.* 337. *nu.* 7. *inter impress. apud Modern. Farinac. de manut. & in Cæsaraustana de Linares* 27. *Aprilis* 1644. *§. eaque in fin. coram me.*

Facilius quia Procuratores successiuè firmas Regias præsentarunt non semel Metropolitanis, & ipsimet Pilarenses interrogati ab his an vellent vti mandatis Rotalibus vel firma, declararunt velle hac vti quoad non contenta in mandato, nec præstiterunt in simplici voluntate de vtendo, vt supponit prima decisio, sed transierunt ad actualem vsum firmæ, cum aliquando essent præsentes in Choro, & loco quo eorum Procuratores firmam præsentarunt, vt signanter accidit de anno 1639. & anno 1654. sufficit-
12 que sola recursuum ratificatio † ex præsentia, necnon ex dicta declaratione resultans, *Gozzadin. cons.* 98. *num.* 19. *Com. cons.* 259. *nu.* 6. *lib.* 1. *Rota in Burgen. Præeminentiarum* 3. *Iunij* 1615. *coram bon. mem. Manzanedo*, vt recurrentes inciderint in censuras, & audientiam
13 non admittantur, nam ratificatio † æquipollet speciali mandato in delictis, *Nott. cons.* 142. *num.* 4. *Honded. cons.* 38. *sub num.* 4. *lib.* 1. *Farinac. cons.* 4. *Giurb. cons.* 91. *num.* 14. *& in puncto fuit decisum in dicta Cæsaraugustana Beneficij de Linares §. sed simul & in Monopolitana pensionis* 17. *Decemb.* 1646. *§. Vnde coram me.*

14 Gratis tandem allegatur *dec.* 208. *n.* 10. *par.* 5 *recent.* firmans inter has partes, quod si vna controueniat mandatis excusatur subsequẽs
15 contrauentio alterius, quia aliud est † contrauenire mandatis aliud recurrere ad Iudices laicos. Primo enim casu videtur contrauentionem passus liberatus ab obligatio-
16 ne parendi, & permissum † frangenti fidem, fidem frangere, *l. cum proponas la seconda C. pact. laud. Bart. in l.* 1. *§. cum Arietes sub nu.* 2. *ff. si quadrup. pauper. fecisse dicatur Becc. cons.* 45. *num.* 6. *& seqq. Rota dec.* 369. *num.* 4. *par.* 4. *diuers.* At secũdo casu præcedens delictum Aduersarii nõ
17 eximit à prohibitione † per Canones, & Apostolicas Constitutiones inducta recurrendi ad Iudices laicos, nisi pro sola remotione impedimenti ab Aduersariis procurati, ex supra allegatis, neque tunc agitur de fragenda fide Parti, sed Deo, & Ecclesiæ cu-
18 ius iurisdictionis † per similes recursus læditur *Rota dec.* 744. *n.* 2. *par.* 4. *tom.* 3. *rec.*

Verum quia è conuerso exhibetur recursus ad Iudices laicos habitus ab Archidiacono Metropolitano de anno 1653. Summario Pilarensium *num.* 4. *&* 5. vbi vlterius habetur quod firma Regia nomine Archidiaconi obtenta eo præsente fuit ab illius Procuratore præsentata Pilarẽsibus de an. 1655.

DD. consulendo omnium conscientiæ, & æqua-

19 æqualitatem † hinc inde seruando, vt debet *cap. non licet de reg. iur. in 6. l. fin. C. fruct. & lit. expens. Bald. cons. 486. sub num. 1. vers. 2. propter lib. 2. Buratt. dec. 305. num. 4.* mandauit mihi, quod oretenus vtriq; parti aperiam censuras, quas ob præfatos recursus incurrit, vt præuia renunciatione in Curia, & in partibus recursibus hinc inde obiectis, cum ratificatione vtriusque Capituli absolutionem mediante Apostolico Breui, quamprimum procuret.

Et ità responsum vtraque parte informante.

CESARAVGVSTANA PENSIONIS.

Veneris 28. Ianuarii 1656.

ARGVMENTVM.

Manutentio danda est pensionario in quasi possessione exigendi pensionem, & ex quibus quasi possessio probetur. Manutentio non denegatur pensionario in gradu appellationis, & restitutionis in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio exigendi pensionem probatur ex quietantijs per publica instrumenta.*

2 *Item probatur ex sententia condemnante pensionariū ad restitutionem pensionum perceptarum, quæ condemnatio supponit in necessarium antecedens exactionem pensionis.*

3 *Quasi possessio exigendi pensionem acquisita ex solutionibus factis ab antecessore prodest in summarissimo possessorio etiam contra successorem, quia ius metimur ex persona actoris, nec mutatur mutata persona rei.*

4 *Mandatum procuræ tam in soluente, quam in recipiente pensionem, ex quibus coniecturis præsumatur.*

5 *Mandatum præsumptum ex coniecturis sufficit ad probandam quasi possessionem exigendi pensionem, & in ea manutentionem obtinendi.*

6 *Pensio per emissionē professionis in Religione Hierosolymitana, an expiret.*

7 *Manutentio danda est pensionario in possessione exigendi non obstante sententia contra eum lata declarante pensionem expirasse si dicta sententia fuit in gradu restitutionis in integrum reuocata, & adhuc pendet controuersia an pensio expirauerit.*

8 *Manutentio competit possessori etiam in gradu appellationis, ac restitutionis in integrum.*

DECISIO DCLVII.

Plenissime probata visa fuit quasi possessio Ioannis de Francia exigendi
1 pensionem † auctoritate Apostolica eius fauore reseruatam super fructibus mensę Archiepiscopalis Ciuitatis Cesaraugustanę; exhibita namque in id fuerunt plures quietantiæ per publica Instrumenta, nec non sen-
2 tentia Rotalis † à Reuerendissimo D. Archiepiscopo Tarraconense reportata, condemnans Ioannem ad restitutionem pensionum perceptarum, quæ condemnatio cum supponat in necessarium antecedens pensionum exactionem sufficit ad probandam quasi possessionem exigendi, dum eadem condẽnatione D. Archiepiscopus vsus fuit, vt in terminis ad effectum manutentionis ponderauit *Rot. in Senogallien. Saluiani 19. Iunij 1651. §. porro circa fin. coram Eminentiss. D. Card. Corrado, & in Assisien. census 23. Ian. 1654. § nihil releuante in fin. coram me.*

Itaut opus non sit inquirere, an qui pro Archiepiscopo soluit, vel pro pensionario recepit, haberet mandatum ad soluendum, & respectiuè recipiendum, siuè etiam an solutiones factę ab Archiepiscopo Antecessore suffragentur pro obtinenda manutentione contra successorem. Quia dicta sententia reportata fuit ab ipsomet Archiepiscopo
3 successore, & præterea vulgare est, † quod quasi possessio acquisita ex solutionibus factis ab antecessore prodest in summarijssimo possessorio etiam contra successorem, quia ius metimur ex persona Actoris, nec mutata persona rei illius mutatur, *Gygas de pensionibus q. 47. num. 10. Rot. coram san. me. Gregor. XV. dec. 275. num. 1. & seq. ibique Adden. n. 17. dec. 180. num. 3. dec. 318. num. 5. inter impress. apud Moder. Perusin. de manut. & in Fauentina Pensionis 20. Maij 1651. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Mandatum verò procuræ tàm in soluente, quàm in recipiente pensionem satis præ-
4 sumitur † ex pluralitate solutionum ex notabili summa soluta ex præcedenti reseruatione pensionis, iuncto vlterius adminiculo, seu veriùs probatione resultante ex supramemorata sententia Rotali; Sufficitq; mandatum ex dictis coniecturis præsumptum
5 ad probandam † quasi possessionē exigendi, & in ea obtinendi manutentionem, *Rot. decis. 84. numer. 1. apud dictum Modern. de manuten. d. decis. Gregor. XV. in S. Marci Pensionis coram Cardinali Sacrato impressa apud Marches. de commiss. part. 2. fol. 486. in Ciuitatis Plebis pensionis 5. Maij 1645. coram me.*

Ideoque dandam esse manutentionem Equiti Ioanni de Francia in quasi possessione huiusmodi dixerunt hodie Domini particulari dubio desuper proposito, non obstante quod D. Archiepiscopus pensionem
6 expirasse † prætendat ex quo Pensionarius professionem emisit in Religione Hierosolymitana, & obtinuerit id per sententiā Ro-
7 talem declarari, † quia cum dicta sententia fuerit in gradu restitutionis in integrum reuocata, & in tertia instantia coram me pendeat adhuc indecisa controuersia, an pensio expirauerit, interim non est deneganda pos-
8 sessori manutentio, quæ competit † etiam in gradu appellationis, & restitutionis in integrum, *Grattan. discept. 141. num. 31. Rot. decis. 315. num. 1. par. 4. diuers. dec. 313. num. 4. coram san. mem. Greg. XV. dec. 158. in fin. coram Pen. dec. 109. num. 6. apud Cinc. de cens. in Sipontina pensionis 8. Aprilis, & 1. Iuny 1647. coram R. P. D. meo*

Peutin-

Pentingero, & in dicta Fauentina pensionis 5. Maij 1651. coram Reuerendissimo Domino meo Decano.

Et ita decisum informante solum Equite de Francia pensionario septies tamen citato Procuratore Reuerendissimi Archiepiscopi.

CESARAVGVSTANA PENSONIS.

Luna 31. Ianuary 1656.

ARGVMENTVM.

Pensio non extinguitur per professionem emissam si pensionarius dispensationem illam retinendi obtinuit, quamuis professio fuerit emissa ante expeditionem litterarum in forma *rationi congruit* per Pontificem successorem, & ad hoc latè declaratur Regula 53. Cancellariæ. Litteræ in forma *rationi congruit* passim expediuntur à Pontifice successore super supplicatione signata à Prædecessore, & tunc gratia post expeditas litteras suffragatur à puncto concessionis. Gratia quando dicatur facta, & quando facienda? Reliqua circa hanc materiam desume ex Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Pensio extinguitur per professionē emissam in Religione approbata,*

2 *Limita non procedere quoties accessit dispensatio Apostolica retinendi pensionem etiam emissa professione.*

3 *Dispensatio retinendi pensionem praeuentiua praeseruat pensionem, & remouet omne impedimentum supplendo quamcunq; incapacitatem ex futura professione contrahendam.*

4 *Litteræ Apostolicæ post signatam supplicationem expediri possunt quandocumque.*

5 *Amplia etiam post mortem concedentis, quando gratia à principio est pura, & in suo esse perfecta per signaturam supplicationis.*

6 *Gratia quando est pura, & ab initio perfecta expirat morte concedentis, quicquid dicendum sit quando agitur de gratia non facta, sed facienda:*

7 *Gratia facienda dicitur quæ pendet à voluntate Commissarij, seu executoris, cui non præcipitur vt illam exequatur, sed datur licentia illam exequendi.*

8 *Regula 53. Cancellariæ licet prohibeat vllam dispensationem suffragari in iudicio nec extra antequam litteræ Apostolicæ sint confectæ, attamen postquam litteræ sunt expeditæ suffragatur gratia à puncto concessionis, etiamsi mortuo Papa expediantur nomine successoris Pontificis.*

9 *Gratia dicitur facta quando perfectè conceditur independenter ab alio cui facienda committitur, facienda dicitur quando non conceditur absolutè ei, in cuius fauorem datur, sed ab alio cui facienda committitur.*

10 *Amplia procedere etiamsi gratia sit ad aliquid efficiendum hoc tamen limitatur quando supplicatio est signata non ab ipso Principe, sed ab eius ministris, num. 11.*

12 *Litteræ in forma rationi congruit passim expediuntur à Pontifice successore super supplicatione signata à prædecessore.*

13 *Pensio an præseruetur ab extinctione ex professione intermedia inter supplicationem signatam, & litteras Apostolicas dispensationis? Et pro negatiua faciunt verba Regulæ 53. Cancellariæ, quod nulla dispensatio suffragetur ante confectas litteras, num. 14.*

15 *Ratio est, nam si intermedia professio pensionem non extingueret vigore supplicationis signatæ sequeretur, quod supplicatio suffragatur contra mentem Regulæ.*

16 *Item quod quantum pertinet ad personam dispensati perindè est, ac si nunquam dispensatio emanasset.*

17 *Nam aliud est, quod ante litteras expeditas quis dicatur habere gratiam dispensationis, & aliud quod gratia habeat suam actiuitatem respectu finis in quem est intensa.*

18 *Gratia quando non continet aliquid in se perfectum, sed conceditur ad aliquid faciendum tunc similis est epistolæ, vt id fieri non possit nisi receptis litteris.*

19 *Tempus datæ inspici debet quoad initium gratiæ, tamen quoad eius executionem requiritur quod litteræ exeant de Cancellaria.*

20 *Gratia quando continet actum in se perfectum, & statim signata supplicatione est gratia perfecta, ac plenum ius ex ea quæsitum dicitur.*

21 *Dispensatus ad instituendum maioratum, illum instituere non potest ante litteras expeditas.*

Princeps quando vtitur verbo fit, tunc gratia est perfecta ibid.

22 *Declara procedere quando gratia nihil amplius, quam ipsam Principis concessionem requirit, secus quando gratia alicui confertur, vt aliquid facere possit, tunc enim is non poterit illud facere ante litterarum expeditionem.*

23 *Dispensatio concessa Viduæ ad retinendum legatum ei relictum, dummodò vidua permaneat, non suffragatur si ante litteras expeditas, & executas transiuit ad secundas nuptias.*

24 *Gratia, seu dispensatio in forma gratiosa est perfecta à die signatæ supplicationis.*

25 *Regula 53. Cancellariæ non irritat gratiam dispensationis ante expeditas litteras, sed solum mandat illas expediri ad fori externi probationem, nec dicit gratiam litteris non expeditis, sed non suffragari.*

26 *Distinctio inter gratiam ad aliquid factum, vel faciendum reijcitur* à Sanchez de matrimon. & alijs hic allegatis.

27 *Regula 53. Cancellariæ quando dispensatus contrauenire non dicatur?*

28 *Retentio facilius conceditur, quam actio.*

29 *Prohibitus agere non dicitur retinere.*

30 *Dispensatio obtenta non suffragatur si litteræ deinde nunquā fuerunt expeditæ, secus illis quandocumq; expeditis, quia tunc dicitur satisfactum Regulæ, & omnia gesta medio tempore valida sunt, num. 31.*

32 *Litteræ Apostolicæ super dispensatione in forma rationi congruit eo ipso, quod expediuntur suffragantur à puncto gratiæ concessæ.*

33 *Præsertim quando fuit in ipsis litteris expressum,*

quod

quod valeant à data gratia iuxta cauthelam traditam à Rebuffo.

34 *Litteræ super dispensatione expeditæ non suffragantur si medio tempore res non est amplius integra ob subsecutam possessionem.*

35 *Declara mediũ impertinens tunc locum sibi vendicare si expeditio litterarum operaretur per viã retrotractionis, qua opus est, nam quod agitur circa expeditionem attribuitur principio gratiæ concessæ per Signaturam supplicationis, à qua suum recipit esse.*

36 *Gratia sequuta expeditione litterarum consideratur secundum tempus quo supplicatio fuit signata.*

37 *Litteræ expeditæ super facultate testandi suffragantur etiamsi ante, post tamen signatam supplicationem dispensatus testamentum condidisset, & obijsset.*

38 *Dispensatus per supplicationem ab irregularitate, ante impetrationem beneficij potest post illud impetratum, imno & iudicium motum litteras validè expedire.*

39 *Litteræ in forma rationi congruit expeditæ super dispensatione retinendi pensionẽ dicuntur subreptitiæ si Papæ successori non fuit narrata intermedia professio, necnon quod pensionarius pensionem exegerat ante illarum expeditionem. Declara vt numero 40. & 41.*

42 *Gratia quando non est noua semper cessat subreptio.*

43 *Gratia rationi congruit subreptitia dici nequit, ex quo nouum grauamen non continet, nec nil noui addit supplicationi signatæ.*

44 *Secus si continet aliquod plus, quam prima supplicatio.*

45 Decisio in causa Reatina pensionis coram bon. mem. Cardinali Pamphilio *declaratur.*

46 *Litteræ Apostolicæ possunt expediri etiam re non integra, & attenditur tempus signatæ supplicationis, nec est habenda ratio de subsecutis post signatam supplicationem, dummodo litteræ expediantur.*

47 *Pensio expirat si pensionarius in Religione professus pensionem exegit ante expeditionem litterarum dispensationis.*

48 *Declara in terminis Regulæ 53. Cancellariæ non incurri priuationem ante litteras expeditas nisi in supplicatione adsit decretum annullatiuũ gratiæ in casum exactionis.*

DECISIO DCLVIII.

EXTINCTAM fuisse pensionem annuam ducat. 180. super fructibus mensæ Archiepiscopalis Cesaraugustanæ reseruatam ad fauorem Ioannis de Francia, ob eiusdem Ioannis possessionẽ in Religione Hierosolymitana declarauit sentẽtia Rotalis coram Reuerendissimo Archiepiscopo Tarraconensi, quæ in gradu appellationis præuia decisione coram R.P.D. meo Peutingerio reuocata fuit per aliam sententiam Rotæ latam à R. P. D. Beuilaqua in hac causa per Reuerendissimum D. Decanum, iuxta notorias eius facultates suffecto propter malam litudinem D. mei Peutingerij, & an hæc sententia sit confirmanda, vel infirmanda, cognito hodie coram me in tertia instantia, confirmandam esse responsum fuit.

1 Quod enim dicitur pensionem † extingui per professionem emissam in Religione approbata, vt tradit *Garz. de benef. par. 1. cap. 5. num. 154. & magis in terminis Castrop. oper. mor. tom. 2. tract. 13. disp. 1. punct. 11. §. 10. sub num. 8.*
2 non habet locum † quando accessit gratia Apostolica, & dispensatio retinendi pensionẽ etiam emissa professione, vt notant *DD. in cap. cum de benef. de praben. in 6. Paris. de resign. lib. 6. q. 2. num. 116. Lotther. de re benef. lib. 1. q. 40. num. 209. & seqq. & dicit Rot. dec. 104. nu. 6. apud Mant. dec. 45. num. 10. & seqq. apud Card. Mellin.* Siquidem dispensatio præueniens præseruat
3 pensionem, † & remouet omninò impedimentum supplendo quamcumque incapacitatem ex futura professione cõtrahendam *Rot. decis. 7. num. 8. & 9. decis. 12. num. 13. part. 5. recent.*

Neque informantes pro Reuerendissimo Archiepiscopo negarũt ante emissã à Ioanne professionem signatam fuisse à Papa supplicationem super retentionẽ pensionis, sicuti è conuerso informantes pro Pensionario fassi fuerunt litteras Apostolicas non fuisse expeditas antè emissam professionem, sed posteà, imò etiam post mortem fel. rec. Vrbani VIII. qui supplicationẽ signauerat,
4 & vtrinquè admiserunt, potuisse † litteras quandocumque expediri, vt aduertit *Socin. cons. 41. nu. 3. lib. 3. quem sequitur Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 8. sub nu. 9. Molin. de primog. lib. 4. cap. 7. num. 56. Rota coram Card. Millino decis. 20. sub num. 4. & seqq. decis. 517. num. 3.* etiam post
5 mortem concedentis, † quia cum gratia à principio esset pura, & in suo esse perfecta per Signaturam supplicationis, vt præter allegatos in *decis. coram R. P. D. meo Peutingerio tradit Pelaez de maior. par. 4. qu. 10. num. 64. Pont. de matr. lib. 8. cap. 15. sub num. 2. & alij mox allegandi*, non expirauit morte concedentis,
6 quicquid dicẽdum † esset si ageretur de gratia non facta, sed facienda qualis dicitur quæ
7 pendet à voluntate Commissarij, cui non præcipitur vt gratiam exequatur, sed datur licentia illam exequendi, vt in puncto benè distinguit *Torell. oper. moral. tom. 4. lib. 7. c. 10. dub. 17. num. 1. & 3.* vbi ponderat quod licet
8 vigore *Regulæ 53. Cancellariæ* † nulla dispensatio suffragetur cuiquam in iudicio, vel extra, antequam super ea litteræ Apostolicæ sint confectæ: Attamen postquam litteræ sunt confectæ, vel expeditæ suffragatur gratia in iudicio à puncto concessionis, etiamsi mortuo Papa litteræ expediantur nomine successoris, *Pont. de matrim. d. lib. 8. cap. 19. §. 1. sub num. 1.* vbi ait, quod gratia dicitur quan-
9 do perfectè † cõceditur ei in cuius fauorem datur, & independenter ab alio cui facienda committitur, facienda autem dicitur quando non conceditur absolutè ei in cuius fauorem datur, sed dependenter ab alio cui facienda committitur, *Pelaez. dicta par. 4. qu. 7. num. 8.*

num.8. & 9. Molin. Theol. de iust. & iur. disp. 599.
10 *sub num.4.* vbi quod hoc procedit † etiam ti gratia sit ad aliquid efficiendum, *& num.6.*
11 vbi hoc limitat † quando supplicatio est signata non ab ipso Principe, sed ab eius Ministris, *Ant. Gabr. de præben. conclus.1. numer.2. Sanch. de matrim. lib.8. disput.29. sub num.9.* At-
12 que hinc passim † expediuntur à Pontifice successore litteræ in forma rationi congruit super supplicatione signata à Prædecessore.

Sed acerrimè inter partes controuersum fuit, an ante litteras expeditas sola Signatura supplicationis gratiã adeò perfecerit, vt pen-
13 sio præseruata fuerit† ab extinctione, quam professio medio tẽpore subsecuta alioquin induxisset, siquidem negatiuam suadere vi-
14 dentur † verba *Regulæ Cancellariæ* superaddita à fel. record. Pio V. vbi quod nulla talis dispensatio cuiquam in iudicio, vel extra suffragetur, antequam super ea litteræ Apostolicæ sint confectæ. Si enim intermedia
15 professio † pensionẽ non extingueret vigore supplicationis signatæ sequeretur, quod eadem supplicatio extrà iudicium suffragata fuisset contra voluntatem Papæ in Regula Cancellariæ expressam, vt in puncto *Lotther. de re benef. lib.3. quæst.2. sub numero 60. versic. attamen, & num.61.* vbi quod ideò quantum
16 pertinet ad personam dispensati† perindè est ac si nunquam dispensatio emanasset, & *num.74. vers. Et sanè,* ait, quod aliud est, quod
17 ante litteras expeditas† quis dicatu: habere gratiam dispensationis, & longè aliud quod gratia habeat suam actiuitatẽ respectu finis in quem est intensa, concluditque *num.35.* quod respectu ipsius vsus quis non est dispensatus.

Idipsum confirmari videtur distinctione cuius auctor est *Baldus in l. falsus numero 24.*
18 *C. furt.* † vbi quod aut gratia non continet aliquid in se perfectum, sed conceditur ad aliquid faciendũ, & tunc similis est Epistolę, vt id fieri non possit, nisi receptis litteris,
19 itaut inspiciatur tempus datæ† quoad initiũ gratiæ, tamen quoad eius executionem requiratur, quod litteræ exiuerint de Cancellaria, aut continet actum in se perfectum,
20 & statim signata † supplicatione est gratia perfecta, ac plenum ius quæsitum, quam distinctionem sequitur *Molin. de primogen. lib.2. cap.7. numer.57. & seqq.* vbi infert, quod di-
21 spensatus† ad instituendum maioratum illum instituere non potest ante litteras expeditas, nam quãuis verum sit, quod quando Princeps vtitur verbo *fit*, ipsa gratia per-
22 fecta sit, illud tamen procedit† quando gratia nihil amplius, quam ipsam Principis cõcessionẽ requirit, secus autem quando gratia alicui confertur, vt aliquid facere possit, tunc enim is non poterit illud facere ante ipsarum litterarum expeditionem. sic etiam sequendo *Molin. tradit Azeued. in l. Hisp. tom.3. lib.6. tit.1. lib.7. n.2. fol.116. Gutier. pract. quæst. lib.2. q.75. num.2. Auendan. in l.43. Thaur. glos.1. & per tot. Oldrad. cons.324. num.5. Vnde Rota in Bononien. vsusfructus 23. Maij 1625. coram clar.*
23 *mem. Coccino.* dixit, quod dispensatio † concessa Viduæ ad retinendum legatum ei relictum, dummodo vidua permaneret, non suffragatur si ante litteras expeditas, & executas vidua transit ad secundas nuptias.

Placuit nihilominus DD. affirmatiua sententia, quia gratia, seù dispensatio in forma
24 gratiosa † perfecta fuit, ex die signatæ supplicationis, nec *Regula Cancellariæ* illam irritat, sed ad fori externi probationem expediri litteras mandat, nec dicit gratiam non valere litteris non expeditis, sed non suffragari, vt benè aduertit *Sanchez de matr. lib.8. disp.29. sub num.7. vers. sed optimè, & num.11. vers. ad secundum,* vbi ad hunc effectum reij-
25 cit distinctionem † inter gratiam ad aliquid factum, vel faciendum, quam prius in eisdem terminis reiecerat *Molin. Theol. de iust. & iur. disput.599. sub num.4. vers. quare cum regula, & sub num.6. vers. contrarium tamen Card. Millin. dec.10. sub num.50.* Et quicquid sit de hac
26 distinctione, † quã DD. exaduerso allegati afferunt ad alios effectus, ea vel, vt vnus, ex DD. ponderabat, retorquetur, quia in casu nostro non fuit obtenta dispensatio ad aliquid faciendum, puta ad professionẽ emittendam, sed super facto nempè super pensione iam anteà reseruata, eiusq; retentione,
27 in qua continuando † dispensatus nihil de nouo molitur, & sic Regulæ 53. Cancellariæ non contrauenit, vt benè ad propositum ratiocinatur, *Lotther. exaduerso alleg. lib.3. q.2. num.71.* & confert vulgaris conclusio, quod
28 facilius conceditur † retentio, quam actio, *l. si in arca in fine C. cond. indebit. l. si necessaria §. pignor. ff. pignor. & act. Aymon. cons.148. num.2. Bur. dec.914. num.1.* & prohibitus agere non
29 dicitur † retinere *Dec. cons.257. sub nu.2. vers. Similiter talia verba Merlin. dec.230. n.1.*

Vel admittenda est quando nusquam litterę fuerunt desuper expeditę, illis verò ex-
30 peditis † quandocumque vt expediri posse supra demonstrabam, nemo ex DD. exaduerso allegatis negat dispensationẽ indistinctè suffragari cum fuerit regulę satisfactum,
31 & in puncto, quod medio tempore † gesta sint valida tradit *Molin. Theol. sæpè citata disp. 599. num.4. in fin. ibi: litteris postea expeditis, &c.* valida iudicarentur in interiori foro executioni mandante, ex ea gratia post illam cõcessa, etiam ante litteras expeditas, non secus, ac si litteræ fuissent expeditæ tempore signatę supplicationis, quia eoipso, quod lit-
32 terę expediuntur† suffragãtur à puncto gratiæ concessæ, & non solum à puncto expeditionis litterarum, vt in terminis expeditionis litterarum super dispensatione in forma rationi congruit, *& regul.53. Cancellariæ idem Molin. disput.599. sub num.1. ad fin. Trull. in precepto Decalog. tom.4. lib.7. cap.10. dub.8. vers. attamen Rebuff. in prax. tit. de gratia rationi congruit num.21. Azor. inst. moral. tom.2. lib.7. cap.31. qu.9. vers. itaque Molin. de primog. exaduerso alleg. lib.2. cap.7. num.56. vers. si autem,* vbi quod ex mente omnium scribentium *Sanch. de matr.*

lib.8.

lib.8.disput.29.num.9.Rota in Montis Falisci Canonicatus 28.Iunii 1655.§.vlt.coram me, præsertim quia id fuit in ipsis litteris † expressum
33 quod pro cautela tradit *Rebuff. in prax. tit. de dispensat. ad plura benef.num.63.Kocch.in regul.53 Cancell.num.11.*

Nihil refragante, quod tempore expedi-
34 tionis †, res non esset amplius integra ob subsecutam medio tempore professionem,
35 quia medium impertinens † esset momenti si expeditio litterarũ operaretur peruiam retrotractionis, qua opus non est, nam id quod agitur circà expeditionem attribuitur principio gratiæ concessæ per signaturã
36 supplicationis;† à qua gratia cõsideratur secundum tempus quo supplicatio fuit signata, vt per has rationes in fortioribus termi-
37 nis quod litteræ expeditæ† super facultate testandi suffragentur etiam si antè, post tamen signatam supplicationem dispensatus testamentum condidisset,& obijsset, fuit decisum *in Romana legati pij 11.Maii 1628.coram recol.m.Coccin.in Asten.Coadiutoriæ 4.Febr.1653. coram R.P.D.meo Celso, quas sequuta est Rota in Compostellana Coadiutoriæ 9. May 1653. coram R.P.D.meo Zarate in Romana Census,su Saluiani 17.Iunii eiusdem anni coram me*, & in proximis
38 terminis quo dispensatus † per supplcaitionem ab irregularitate antè impetrationem beneficii possit post illud impetratum imò, iudicium desuper motum expediri litteras dispensationis eęque suffragentur *dixit Rot. in Viten. Præpositiræ coram Oradino relata per Garz. de benef.par.4. cap.2. sub num.29.*

Et quatenus replicatur quod si Papa successori narrata fuisset dicta intermedia pro-
39 fessio,† necnon quod Pensionarius ante litteras expeditas pensionem exegerat,nõ permisisset expediri litteras, ideòque eas esse subreptitias, Respondetur quod ratione pro-
40 fessionis Papa non concessisset † difficilius cum iam præcessisset supplicationis signatura super retentione per quam Ecclesia grauata nouo onere non grauabatur;sed solum remouebatur obstaculum, quod impediuisset ne Pensionarius post professionem retinere posset pensionem,& ita remotio obsta-
41 culi † ante extinctionem non affert præiudicium titulari, qui non habet ius nisi extincta pensione *Lambert. de iurepatr.3. par. 2. libri qu.9.art.19.circa fin. fol.372. Staph.de litt. grat.tit.de mod. & formis impetrat.vers.4.principaliter num.8.Card.Mill.decis.45.num.3.4. & 5.*
42 vbi infert, quod cum gratia † non sit noua cessat subreptio, & magis in terminis quod gratia rationi congruit nouum grauamen non contineat subreptitia dici non possit
43 si nil addit supplicationi prius signatæ *Melli. decis.20.num.8. Rota in supracit. Montis Falisci Canonicatus 28. Iunii 1655. coram me*, licet se-
44 cus dicendum esset † si contineret aliquid plus quam prima supplicatio, vt inter vtrũque casum distinguit *Oldrad.consl.136. n.6.& 7.Rebuff.& alii allegati in decis.huius causæ coram R.P.D.Peuting.§.non obstat*, & in secundo casu
45 intelligenda est decisio † *Rot. in Reatina pensionis coram bon.mem. Card.Hieronymo Pamphilio impress.apud Marches.de commiss.fol.571. nu.1.& 2.* Nimirum cum vt dicebam possint litte-
46 ræ† quandocumque expediri etiam re non integra, & attendatur tempus signatæ supplicationis habẽda non est ratio de subsecutis post signatam supplicationem dummodo litteræ expediantur.

Tandem nihil vrget quod pensio expira-
47 uerit saltem quia pensionarius † in Religione professus pẽsiones exigit ante litterarum expeditionem. Quia placuit responsio huic
48 obiecto data † in *decisione coram R. P. D. meo Peuting.§.fin.* quod scilicet in terminis *regul. Cancell.* non incurritur priuatio ante litteras expeditas nisi in supplicatione adsit decretum annullatiuum gratię in casum exactionis huiusmodi.

Et ita decisum vtraque &c.

CALAGVRITANA BENEFICII De ALESSANCO.

Lun. 31.Ianuarij 1656.

Argumentum desume ex Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Senetntia valida & iusta venit confirmanda.*
2 *Dignior in concursu quod sit in adiudicatione beneficij præferendus probatur ex decisione in causa edita.*
3 *Probationes circa qualitates oppositoris ad beneficium fidem non merentur si sunt informes & resultant ex attestationibus extraiudicialibus, & testibus non formiter examinatis.*
4 *Beneficium quod quis possideat tot annui redditus probatur ex testibus formiter examinatis reddentibus optimam causam scientiæ, quia sunt naturales, & Incolæ loci, vbi situm est beneficium ac fuerunt præsentes recollectioni fructuum.*
5 *In adiudicatione beneficii pauper in concursu semper est præferendus, quamuis qualitates coopposiitoris in aliquo præponderarent.*

DECISIO DCLIX.

Validam, & Iustam, & propterea con-
1 firmandam † esse dixerunt Domini sẽtentiam latam à R. P. D. meo Priolo ad fauorem Petri Medinæ, omnia enim seruata
2 fuerunt pro validitate processus,†& Petrum ratione antiquioris tùm ætatis, tùm Sacerdotij, ac exercitio Curæ animarum esse Martino digniorem bene demonstrat *decis. coram eodem R.P.D.meo Priolo edita sub die 16. Iuny prox.præt.*
3 Nihil suffragante Martino, † quod baptizatus fuerit in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Alesanco, vbi situm est beneficium controuersum, quod gradum Bacchalaureatus in Vniuersitate Mexicana, ac doctoratus in Abulensi obtinuerit, quod aliquandò fuerit visitator deputatus,quia probationes in hęc adductæ non concludunt pernecesse de persona Martini Aduersarij,& cum resultent ex fide

fide extraiudiciali, ac Testibus informiter, & lite pendente examinatis, vt respondet, eadem decisio coram R.P.D. meo Priolo fidem non merentur, idemque decisum fuit *in Calagurit. Beneficii de Ocon. 14. Martii 1633. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Calagurina beneficii 15. Ian. 1652. coram me.*

Et in omnem euentum cum Martinus Aduersarius possideat duo beneficia annui redditus scut. 400. vt constat ex depositionibus Testium formiter examinatorum Summario additionali Petri reddentibus optimam
4 caus. scientiæ, † quia videlicet sunt naturales, & incolæ loci, vbi sita sunt beneficia, & fuerunt præsentes repartioni fructuum, ac proindè plenè probantibus *Seraph. decis. 1030. num. 2. Rota inter recent. dec. 315 num. 1. par. 1. & in Calagurit. beneficij 2. Decembr. 1651. coram me.*

Nec sufficit vt illi sit præferendus Petrus Medina tot qualitatibus, vt supra insigni-
5 tus, † ac pauper, quamuis in aliquo Martini qualitates præponderarent, vt declarauit *Rota in Calaguritana Beneficii 13. Martii 1652. coram me 17. Nouemb. 1653. coram R.P.D. meo Meltio 23. Maij, & 17. Iunii eiusdem anni coram R.P. D. meo Verospio, & in alia Calagurit. Beneficii de Ocon 15. Nouemb. 1653. coram R.P.D. meo Celso in Calagurit. beneficii Oriuo 26. Iunij 1654. coram R.P.D. meo Cerro.*

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. PRIMOGENITVRAE.

Lun. 14. Februarij 1656.

ARGVMENTVM.

Concordia, à qua mutuo partium consensu fuit recessum non potest à Papa confirmari ad supplicationem vnius ex transigentibus inscia & inuita altera parte. resolutio concordiæ præuia reseruatione beneplaciti Apostolici cum clausula *non alias aliter nec alio modo* inducta dicitur, si intra terminum præfixum non sit obtentum.

SVMMARIVM.

1 *Transactio siue Concordia quod à partibus fuerit habita pro resoluta ex quibus desumatur? & num. 2.*
3 *Compromissum vim habet transactionis.*
4 *A compromisso censetur recessum si amba partes redeunt coram Iudice à quo.*
5 *A transactione sponte inita potest mutuo transigentium consensu recedi.*
6 *Et sufficit consensus tacitus vtriusque.*
7 *A transactione postquam fuit mutuo partium consensu recessum non potest altera ex transigentibus ad eam reuerti & obtinere à Sede Apostolica illius confirmationem inscio & inuito altero transigente.*
8 *Confirmatio nullius est momenti ex defectu subiecti & præexistentis materiæ confirmabilis.*
9 *Medium impertinens impedit retrotractionem ad tempus contractus a quo recessum fuit.*
10 *Præsertim in præiudicium iuris ex dicta recessione quæsitum.*
11 *Confirmatio Apostolica non præiudicat iuri tertij.*
12 *Resolutio concordiæ resultat ex non obtento beneplacito Apostolico infra terminum præfixũ cum clausula* non alias aliter nec alio modo.
13 *Clausula non alias aliter nec alio modo in reseruatione beneplaciti Apostolici illius necessitatem inducit, quamuis alias eo opus non esset.*
14 *Et includit pactum resolutiuum in casum non obtenti beneplaciti infra terminum præfixum etiam absque interpellatione, & num. 15.*
16 *Clausula non alias aliter cadens super duplici determinabili copulatiuè concepto, nempe beneplacito, & incursu caducitatis, vtrumque æque determinat, & qualificat.*
17 *Obseruantia ex non facto non secus, ac ex facto resultat.*
18 *Obseruantia declarat quæ fuerit mens contrahentium à principio.*

DECISIO DCLX.

DIVISA semel atque iterum Dominorum suffragia ob superuiuentiam Barbaræ, & Lauræ Coccapanæ super articulo purificationis cõtrouersiæ primogenituræ prætensæ à D. Ioanne Cellesio dederunt causam transactioni de anno 1653. inter eumdem Ioannem, & Dominos de Montecuccolis à Laura ius deriuantes initæ, in qua hic illis Palatium situm Bononiæ, illi huic bona Casteletti, & alia cesserunt cum pacto quod intra terminum octo mensium tenerentur desuper impetrare beneplacitum Apostolicum.

Impetratum tamen in dicto termino, & longe maiori nõ fuit, vndè secuta postmodum morte prædictę Barbaræ, & Lauræ, quę tanquam proximiores turbabant Cellesii petitionem, reassumpsit Cellesius disputationem super eodem bis proposito, & indeciso pendente dubio purificationis, & fauorabilem resolutionem reportauit sub die prima Iulij anni 1654. quæ ad instantiam ipsorum de Montecuccolis ad trutinã euocata confirmata fuit ipsis quoque informãtibus sub die 25. Iunij proximè præteriti, & successiuè Cellesius petijt sibi immissionem in bonis Primogenituræ concedi per diffinitiuam sententiam, quam Aduersariorum procurator protestatus iudicialiter fuit ferri nõ posse eo quod hactenus disputatum fuerat de sola purificatione fideicommissi, non autem de immissione cui obiecit tùm defectum probationis identatis bonorum, tum detractiones suis principalibus competentes & quatenus sententia ferretur ab ea appellauit.

Hinc Rota mandauit mihi vt quatenus clara esset identitas, ac turbidæ detractiones causam expedirem parcẽdo partium expẽsis in superflua particularis dubij positione faciendis. Audiui ideò pluries vtramque partem in contradictorio, & quoniam multa à Do-

Dominis Montecuccolis afferebantur contra identitatem, ac pro detractionibus, volui vt par erat consulere desuper Dominos, qui vtraque parte per memorialia, & oretenus informante rescripserunt, quod per speciale dubium discuteretur, an Domino Cellesio esset danda immissio quod propterea subscripsi de mense Octobris proximè præteriti, dumq. imminebat illius propositio Aduersarii prætexuere semper varias dilationes.

Post hęc omnia die 25. Ianuarij mox lapsi obtinuerunt beneplacitum Apostolicum super memorata initio concordia, eoque in actis producto; non de immissione vt prius insteterant, sed de obstantia concordiæ disceptandum asseruerunt vt proindè suspensa disputatione dubii circa immissionem aliud ediderim, an obstet concordia quod hodiè acerrime hinc indè informantibus resolutum fuit negatiuè.

Narrata enim series facti, nempè longe post terminum Montecuccolis obtinendo beneplacito in cōcordia præfixum, reassumptio antiquæ disputationis, illius geminata prosecutio vtrinque informantibus, instantia Cellesii pro expeditione causę, Aduersariorum præuentiua appellatio à sententia ferenda nisi prius cognosceretur particulariter de identitate, & detractionibus, contradictoria coram me habita super vtroque, subscriptio tandem ad instantiam Dominorum de Montecuccolis dubii super immis-
1 sione demonstrant † habuisse partes concordiam pro resoluta, vel ab illa recedere voluisse *Castren.cons.70.num.8. vers. & si ita lib.1. Mantic.de tacit.lib.26.tit.8.sub num.9.versic. & quidem Aym.cons.949.num.16. Coccin.decis.204.*
2 *num.6.* præsertim quia nunquam † de concordia fuit à Montecuccolis oppositum, vt benè in terminis transactionis ponderauit *Rota apud Cardinalem Millinum dec.396. in fin. Monter.decis.Aragon.12.num.16.* & in simili di-
3 cimus quod à compromisso † habente vim transactionis *Menoch.cons.618.num.7.cons.887. num.2. Bursatt.cons.207.nu.15.* censetur reces-
4 sum si ambæ partes † redeant corā Iudice à quo *l. litigatores ibique glos.1. ff.de recept. Arbitr. Io. Baptista à Sancto Blasio de arbitr.par.2.quæst.51. num.2. Blanc.de comprom.7.q.princ.num.10.& 11. Lancell.de attent.par.2.cap.15.nu.21.*

Nec dubitari potest quin potuerit mutuo consensu resultante à reditu ad Iudicē rece-
5 di † à transactione spontè inita *leg.si diuersa, Cod.de trāsact. leg.nihil tam naturale, ff.de reg.iur. Castren.dicto cons.70.sub nu.8. vers.nec est verum,*
6 vbi quod sufficit † consensus tacitus vtriusque partis *lib.1. Mantic.de tacit.d.tit.8.numer.1.*
Adeo quod Montecuccolis licitum postea
7 non fuerit reuerti ad concordiam, † & inscio, ac inuito Cellesio eius quoque nomine supplicare Papæ pro illius confirmatione *Ceph.cons.118.sub num.12. Afflict.dec.286. nu.2. & 3. Ant.Capic.decis.115.num.4.* quæ proinde
8 nullius momenti † est ex defectu subiecti, & præexistentis materiæ confirmabilis, vt fere in puncto *Cephal.dicto cons.118. nu.21. à Ponte cons.5.num.40.& seqq. Afflict.decis.335.num.12. & tit.de Vassal.qui contr.Const.Loth. imper. feud. alienar.cap.1.num.23. Ant.Capic.decis.100.nu.5. Capic.Latr.dec.19. num.2. & 3.* Seclusa retro-
9 tractione † ad tempus contractus quam impedit medium impertinens recessus ab illo *Menoch.cons.946.nu.34.& 35. Cost.de retrotract. cap.7.num.3.& 4. Monter.dec.Aragon.50.num.22.*
10 & præiudicium iuris † exinde Cellesio quæsiti *Dec.consil.147.num.3. Honded. cons.18.n.66. & seq.lib.2. Tiraquell.de const.ampliat.17.num.4. Buratt.dec.952.n.6.* cui nec Papa confirman-
11 do † censetur voluisse præiudicare *l.nec vnus Cod.emancipat.liber. Cas. de Grass.dec.6.num.14. de caus. possess. & propr.* & magis in terminis *Afflict.d.decis.286.num.3. decis.335. sub num.12. vers. Item quoniam.*

Eo minus quia Papæ id narratum non
12 fuit, & resolutio concordiæ † prouenit etiā ex ventre ipsius videlicet ex reseruatione beneplaciti Apostolici à Montecuccolis impetrandi infra octo menses, quibus lapsis licuit Cellesio à concordia recedere quia beneplacitum fuit reseruatum cum clausula
13 non alias aliter, nec alio modo, quæ † & si alias beneplacito opus non esset illius necessitatem inducit, & includit pactum resolu-
14 tiuum in casum † non obtenti beneplaciti infra terminum prefixum *Cephal.d.conf.118. num.9.& seqq.vbi signanter num.17.* ait non re-
15 quiri † interpellationem *Rota coram Cardin. Millino dec.137.num.12. coram fan.mem. Gregor. XV. dec.192.nu.1.& seqq. coram Buratt.dec.374. num.12. ibique add.num.17. allegat.concord.& inter recent.decis.290.nu.2.& 3. par.4.tom.2.*

Vndè nil refert quod in capitulo concordiæ incipiente *Item ad abundanti cautela* partes reseruauerint beneplacitum ad abundantiorem cautelam quia satis est, quod sine illo contrahere noluerint vt colligitur ex instrumento concordiæ, tum in primo capitulo continente assignationem bonorum Castelletti, & Castri Podij quam Ioannes acceptare declarauit saluis infrascriptis protestationibus, & reseruationibus, & nō alias, ibi, *e con le riserue, e proteste delle quali qui à basso* (inter quas adest reseruatio beneplaciti (*e quelle sempre stando ferme, & intatte à suo fauore, e non altrimente ne in altro modo detto Sig. Giouanni stipola, & accetta &c.* tum in proximo subsequenti, ibi, *ottenutone però il beneplacito Apostolico come più à basso se dirà*, tum in 6. capitulo ibi: *tutte le sopradette cose protesta, e dichiara fare detto Sig. Giouanni ottenendosi il beneplacito, e caso che fra tanto si possa fare senza incorso di caducità alcuna, e non altrimente* pon-
16 derando quod hæc clausula, † & *non alias* cadens super duplici determinabili copulatiuè concepto, nempè beneplacito, & non incursu caducitatis, vtrumque æquè determinat, & qualificat *l.iam hoc iure, ff.de vulgar. & pupill. Buratt.decis.621. nu.5. Rota in Romana Salarij 18. Feb.1622. coram bon.me. Pirouano, & in Ariminen.fructuum 27. Iunij 1655. coram me.*

Tum in penultimo ibi quo Domini de Mon-

Montecuccolis protestati fuerũt quod quatenus beneplacitum non obtineatur, concordia habeatur pro cassa, irrita, & nulla ac si facta non fuisset, ibi, *detti Signori Montecuccoli protestano, e dichiarano, che non ottenendosi il beneplacito Apostolico, &c. come se non fosse stata fatta la presente scrittura ma si habbia il tutto per casso, irrito, e nullo*, & in vltimo capitulo conuenerunt quod non nisi post obtentum beneplacitum fiat super conuentis publicum, & solemne instrumentum: adeo quod ex toto contextu concordiæ euidens sit quod partes noluerunt contrahere nisi obtento beneplacito, in termino conuento, & non aliter; remque ponit magis in claris obseruantia subsecuta, quia dumtaxat post illud nouissimè obtentum Domini de Montecuccolis opposuerunt de concordia antea autem nusquam, etiamsi omnes alias exceptiones aptas retardare immissionem petitam à Domino Cellesio obiecerint diligentissimè; hæc in-
17 quam obseruantia † quæ non ex facto resultat *Rota dec.647.num.3.par.4.diuers.dec.56.nu.7.par.6.recen.& in Cesenaten. census 3.Iunij 1644. coram Eminentiss. D.Cardinali Corrado*, decla-
18 rat † quæ fuerit mens cõtrahentium à principio *Aym.cons.211.num.8.Rota dec.261.num.4. dec.301.num.8.par.1. recen.decis.85.nu.4. coram Buratto*.

Et ita decisum vtraque parte informante.

BAREN. BENEFICII.

Ven. 18. Februarij 1656.

ARGVMENTVM.

Agitur de adiudicatione beneficij ad fauorem habentis qualitates à fundatore requisitas, & signanter, quod sit de linea masculina eiusdem fundatoris. Cõditiones in fundatione adiectæ si fuerunt ab ordinario approbatæ nequeunt deinde à fundatore retractari Descendentia à fundatore ex quibus probetur?

SVMMARIVM.

1 *Beneficium adiudicandum est habenti qualitates à fundatore requisitas, ac si solus esset præsentatus, & num.14.*
2 *Fundatio beneficij facta ab herede in executionem voluntatis Testatoris cuius arbitrio forma fundationis, ac qualitates præsentandorum fuerunt remissa attendi debet, quia omnes qualitates in fundatione expressæ censentur, ac si ab ipso Testatore essent adiecta.*
3 *Obseruantia multum operatur ad interpetrandam voluntatem Testatoris.*
4 *Conditiones in testamento præscriptæ per relationem ad illud repetitæ censentur.*
5 *Conditiones in fundatione expressæ censentur acceptata, & ratificata eo ipso, quod interuenit consensus ordinarij.*
6 *Fundator postquam interuenit consensus ordinarij etiam volens nequit conditiones in fundatione adiectas reuocare, & ab illis quomodo recedere.*
7 *Præsertim sine consensu eiusdem ordinarij in fundatione adhibito.*
8 *Descendentia à fundatore probatur ex antiquis enunciatiuis.*
9 *Descendentia à fundatore præsumitur, qui beneficium pro descendentibus fundatum obtinet.*
10 *Fœmina descendens ex masculis dicitur de linea masculina.*
11 *Filius descendens à fœmina descendente à masculis non dicitur de linea masculina nec venit appellatione lineæ masculinæ.*
12 *Fœmina finis est lineæ masculinæ, & initium fœmininæ.*
13 *Præsentatus non habens qualitates à fundatore requisitas instituendus non est.*

DECISIO DCLXI.

DOMINICO Antonio Contellæ, non autem Nicolao Antonio la Broccha Domini censuerunt adiudicandum esse beneficium sub inuocatione Sanctorum An-
1 gelorum, quia cum ille solus habeat qualitates à fundatore requisitas † debet beneficium obtinere, ac si solus præsentatus fuisset *Lotther. de re benef lib.1.quæst.36.num.16.& seqq.Put.dec.252.sub n.2.& 3.lib.3.Corr.Buratt. dec.737.n.5.Rot.inter recent.dec.97.n.3.par.3.& in Tarraconen. beneficij 10. Ianuarij 1639. coram Reuerendissimo Archiepiscopo Cõpostellano in Gerunden. benef.27.Iunij 1644. coram me, & est bonus Tex. in l. vnum ex familia §. si falcidia ff. leg.2.*

Fundatio enim requirit in præsentando, seù nominando qualitates, quod sit de linea masculina familiæ Contellæ, vt expressè legitur in Testamento Nicolai Contellæ ibi: *patto espresso, che vno Cappellano habbia à chiamare l'altro de linea masculina*, & infra ibi: *e quando detto Cappellano &c. lo volesse legare ad vn Prete, che fussi fuori di linea, che non lo possa*
2 *nullo patto fare*, attendi aut debet † Testamentum, & fundatio Nicolai, licet originaliter beneficium erigi mandasset Petrucius Pater, quia ipse fundationis formam, & nominandorum qualitates remittit arbitrio Nicolai, & Augustini Hæredum, ibi: *Che habbiano à fare l'elettione, e fundatione de linea à loro elettione, e chiamare chi piace à loro*. Vnde est ac si qualitates ab hæredibus appositę fuissent ab eodem Petrutio adiectæ *l. Pater ff.manumiss.vindic.d.l. vnum ex familia §. si de falcidia ff. de leg.1. Rouit.cons.106.nu.19. & 29. A Ponte cons.109.nu.5.& seqq.lib.2. Capyce. Latr.decis.26.num.5. Rot. in Romana Dotis 13.Iun.1643.§.quia præfatus & 2.Decemb.1644 §. alterum fundamentum coram R.P.D. meo Cerro*, maximè attenta obseruantia per spatium 81. annorum, quibus beneficium semper fuit collatum illis de linea masculina: mul-
3 tum enim operatur obseruantia † ad interpretandam voluntatem fundatoris *Rot.decis.502*

cis. 502. num. 10. coram san. mem. Greg. XV. decis. 34 num. 2. par. 4. tom. 2. rec.

Gratisque dicitur Augustinum alterum ex hæredibus Petrutij aliter disposuisse, quia & si ille voluerit beneficium remanere apud Clericos de linea Victorij fratris, nō tamen illis deficientibus exclusit alios de linea masculina à Nicolao, vt supra vocatos, Imò voluntatem Nicolai voluit in omnibus, & per omnia obseruari, ibi: *Chi terrà detto beneficio habbia in omnibus, & per omnia ad osseruare la volontà del detto quondam Cola suo fratello primo fondatore.* Per quam relationem ad Testamentum Nicolai conditiones ibi-
4 dem præscriptæ † censentur nominatim repetitæ *l. asse toto ff. hered. Inst. Cephal. cons. 287. numer. 34. & in proximis terminis Rota in Craconien. Præpositura Sancti Floriani 28. Nouembris 1650. §. deest coram me.*

Eò magis, quia cum prius idem Augustinus comparendo coram ordinario pro habendo eius consensu (prout habuit) super
5 fundatione facta à Nicolao, † eandem fundationem, & conditiones in ea expræssas acceptasset, & ratificasset, *Castr. Put. & alij alleg. in Romana mensa Nummularia 30. Iulij 1614. coram clar. mem. Coccin. in Conchen. Pensionis 21. Maij 1649. coram Eminentissimo Card. Corrado in Meleuitana Beneficij 25. Iunij eiusdem anni coram me,* nec volens potuisset dictas cō-
6 ditiones † postea reuocare, & ab illis quoquo modo recedere, *vt in puncto fuit decisum in Cotronen. Cappellaniæ 7. Iunij 1649. §. minus impediri coram R.P.D. meo Meltio,* præsertim
7 sine consensu Ordinarij † in prima fundatione adhibito, vt debuit *cap. nullus cap. illud cap. quod autem, cap. suggestum de Iur. patr.*

Quod autem Dominicus Antonius Contella sit de linea masculina fundatoris indistincte ab eo absque aliqua restrictione ad vnum, vel alium stipitem vocata, satis resultat ex duabus antiquissimis vltra 80. annos enunciatiuis in libris catasti contineñ, quod Nicolaus est filius Francisci (de alijs enim personis non cadit dubitatio) quæ
8 enunciatiuæ † probant descendentiam *Alex. cons. 90. nu. 1. & seqq. lib. 6. Cephal. cons. 137. n. 47. Aretin. cons. 37. num. 1. & 2. Iason. cons. 114. n. 13. lib. 1. Buratt. decis. 709. num. 3. Rot. in Esina Molendini 20. Iunij 1652. coram R.P.D. meo Zaratta,* iuncto presertim, quod Franciscus iunior dicti Nicolai filius, & Patruus Dominici Antonij, idem beneficium hoc nomine ob-
9 tinuit, † vndè quod talis esset præsumitur *Lambert. de Iur. patr. lib. 2. par. 2. quæst. 10. art. 4. num. 11. in fin. Thes. quæst. forens. 61. num. 9. vers. nisi.*

E conuerso autem Nicolaus Antonius la Broccha aduersarius nō probat se esse de linea masculina, quāuis probet se filiū Isabel-
10 læ descendentis á masculis, † exindè enim vtique sequitur, quod Isabella sit de linea masculina, & in his terminis loquitur *Peregrin. cons. 11. num. 5. lib. 2. Menoch. cons. 625. nu. 12. Mant. de coniect. lib. 8. tit. 11. num. 9.* aliique ex aduerso alleg. sed non quod Isabellæ filius
11 talis, † & veniat appellatione lineæ masculinæ, siquidem fœmina à qua descendit fi-
12 nis est lineæ masculinæ, † & initium fœmininæ, vt benè declarat *Peregrin. de fideicom. art. 26. sub num. 4. vers. hac tamen Mant. de coniect. lib. 8. tit. 12. num. 9. Cross. in §. fideicommissum quæst. 15. num. 3. Fusar. de subst. quæst. 404. nu. 14. Men. cons. 1229. num. 21. & seqq. & est originalis opinio Castr. in l. si maritus C. de procurat. quam sequitur* tanquam veriorem, & magis approbatam, ac in iudicando recipiendam reprobatis contrarijs *Gratian. discept. 901. nu. 21. & 8. seqq. Duran. dec. 300. numer. 5. & seqq. Rot. inter recent. dec. 203. sub num. 5. par. 2. & latissime in Bononien. fideicommissi de Barbettis 1. Decembris 1610. coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado, & in eadem 19. Febr. 1652. coram me.*

Atque hinc iuuari non potest, vel asserta electione de se facta ab vltimo beneficiato, vel præsentatione obtenta à prætensis Pa-
13 tronis, quia ob defectum qualitatis † nempè lineæ masculinæ à fundatore receptæ, venit semper reijciendus *Clem. quia contingit de relig. Dom. Garz. de benef. par. 7. cap. 15. num. 2. & 3. Mantic. decis. 115. num. 15. Duran. decis. 8. n. 3 Rot. in Craconien. Præpositure 4. Maij 1646. coram R. P. D. meo Verospio & 19. Maij 1652. coram Reuerendissimo Archiepiscopo Tarraconen.* &
14 Admittendus Dominicus Antonius † dictam qualitatem habens *cap. monasterium 16. quæst. 7. cap. cum Bertoldus de re iud. cum alijs alleg. in Piscien. benef. 26. Nouembris 1651. coram R.P.D. meo Celso.*

Et ita decisum vtraque parte informante

NEAPOLITANA BONORVM.

Veneris 18. Februarij 1656.

ARGVMENTVM.

Bona assignata Monasterio à Moniali pro elemosina dotali quoad vsumfructum pure, & libere, & quoad proprietatem sequuta professione cum clausula, *ex nunc prout ex tunc,* alienari nequeunt etiam pendente conditione professionis absque beneplacito Apostolico, & iusta causa requisitis in alienatione rerum Ecclesiæ, quia ad hunc effectum etiā pendente conditione professionis bona Ecclesiæ censeri debent propter Ius in spe, quod etiam ex contractu conditionali oritur.

SVMMARIVM.

1 *In contractu conditionali etiam ante purificatam conditionem non est locus pœnitentiæ.*
2 *Quod ampliatur procedere etiam in donatione conditionali presertim si sapit causam onerosam.*
3 *Prior siuè anterior ex causa merè lucratiua præfertur posteriori habenti causam onerosam, quando hypothecam habet pro manutentione donationis*
4 *Minor alienare nequit absque solemnitatibus, ac Iudicis decreto.*
5 *Iuramentum appositum in contractu Minoris absque solemnitatibus censetur dolo extortum.*

6 Con-

6 Concilium Tridentinum sess. 24. de Regular. cap. 16. *annullat obligationes etiam iuratas factas à Nouitijs infra duos menses ante professionem absque licentia Episcopi.*

7 *Alienatio rerum Ecclesiæ ex defectu beneplaciti Apostolici, ac iustæ causæ nulla est.*

8 *Bona monialis non dum professæ, & super quibus Monasterium habet vsumfructum etiam pendente conditione professionis reputantur bona Ecclesiæ ad effectum beneplaciti, ac iustæ causæ requisiti in eorum alienatione.*

9 *Remissio vsusfructus facta ab Ecclesia sapit alienationem.*

10 *Ius in spe etiam ex contractu conditionali oritur.*

11 *Ius in spe est adeo considerabile, vt etiam adhæredes transmittatur.*

12 *Alienatio bonorum stabilium Ecclesiæ sicuti est prohibita ita prohibita est cessio Iurium, & actionum ad illa consequenda competentium.*

13 *Clausula*, ex nunc prout ex tunc, *sequuto implemento retrotrahitur ad diem contractus ad effectum translationis dominij.*

14 *Amplia etiam in concursu tertij, qui medio tempore acquisiuit.*

15 *Retrotractio quoad dominium stante clausula*, ex nũc prout ex tunc, *fit ad effectũ, vt primus donatarius præferatur, quicquid sit quando agitur de retrotractione dominij ad effectum consequendi fructus pendente conditione decursos.*

16 *Iusta causa in alienatione rerum Ecclesiæ aliunde iustificanda est, quam ex assertione contrahentium, qui sicuti prohibentur alienare ità causam alienationis asserere, ne alias aperiatur via eludendi legis prohibitionem.*

17 *Iusta causa alienationis rerum Ecclesiæ sola existentia crediti non sufficit, sed vltro requiritur, quod creditor vrgeat apud Iudicem.*

18 *Sententia valida, & iusta transit in iudicatum ob non prosecutionem appellationis, & prorogationem fatalium.*

19 *Et mandetur executioni.*

DECISIO DCLXII.

PETIA duo Territorij sita in pertinentijs Ciuitatis Neapolis in loco detto lo collone, seù allo Grocciolo, quæ Claudia Terracina, tunc Nouitia in Monasterio Sãctæ Crucis de Lucca de anno 1614. cum consensu, & auctoritate monialium dicti Monasterij dederat in solutum Pompeo Nepoti nulliter alienata fuisse, & proinde Capitulum, & Canonicos Terræ Laisni condemnandos esse ad ea relaxanda pronunciauit per sententiam diffinitiuam D. Vicarius Generalis Eminẽtissimi Archiepiscopi Neapolitani.

Et meritò siue attendatur persona Claudiæ, quæ alienauit siuè monialium, quæ alienationi authoritatem, & consensum præstiterunt. Claudia enim, quia quinquennio ante in ingressu Religionis omnia bona sua Elemosina dotali Monasterio assignauerat quoad vsum fructum purè, & liberè, & quoad proprietatem sequuta professione cum clausula, *ex nunc, prout ex tunc,* non potuit deinde eadem bona, vel illorum partem alienare quamuis tunc penderet cõditio professionis, qua post septem dies purificata fuit, cum in contractu conditionali † etiam ante purificatam conditionem non sit locus pœnitentiæ *l. necessario 3. si ita res ff. pericul. & commod. rei vend. Caphal. cons. 118. num. 28. Surd. cons. 38. num. 8. & 9. Bellon. Iun. cons. 55. num. 23. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 14 num. 16. vers. & primo respondetes Grat. discept. 514. num. 1. Seraph. decis. 724. num. 11. Merlin. decis. 568. numer. 8. & seq.* vbi hoc ampliatur † etiam in terminis donationis conditionalis præsertim si sapiat causam onerosam, prout sapit præfata assignatio, quæ ex causa dotis emanauit, & magis in puncto *Rota in Romana donationis 17. Decembris 1640. coram Reuerendissimo Archiepiscopo Tarraconen.*

Ita vt tàm ex capite anterioritatis Moniales præferendæ sint hæredibus Pompei, esto quod ille quoque titulo oneroso acquisiuisset, prout in fortioribus terminis posteriori habenti causam onerosam † præfertur anterior ex causa mere lucratiua, quando vt in casu nostro hypothecam habet pro manutentione donationis *Piccard. in §. quadam actiones num. 70. post 5. art. Inst. de act. Gabr. cons. 82. num. 1. & seq. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 22 sub num. 23. Palaz. de maior. par. 1. quæst. 24. n. 21. Besart. dec. Sard. 79. n. 1. & seq. Rot. dec. 253. nu. 1. par. 1. diuers. dec. 189. num. 29. inter impress. apud Zacch. de obligat. Camer. & in Romana fideicommissi de Incoronatis 7. Iunij 1651. coram R. P. D. meo Albergato*, vbi hæc opinio tanquam magis communis multis comprobatur, & cõtrarijs omnibus respondetur.

Eoque minus alienare potuit Claudia tunc ætate minor † absque Iudicis decreto, & alijs solemnitatibus enumeratis à *Mant. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 6. num. 1. & seq. Menoch. de arbitr. cas. 171. per totum Roland. cons. 33. n. 2. lib. 1. Riminald. Iun. cons. 5. num. 38. & seq. Castell. decis. 18. num. 22. & seq. lib. 1. in Rota in Romana Salutani 27. Ian. 1640. coram Reuerendissimo D. meo Decano*. Nihil suffragante Iuramento in contractu apposito, † quia dolose sub falso prætextu crediti fuit extortum *Ias. cons. 69 num. 8. lib. 1. Curt. Iun. cons. 118. num. 9. Rot. decis. 54. num. 2. par. 1. recen. & in Romana Dotis 10. Iunij 1626. coram Clar. m. Coccino, Nec non quia Concilium Tridentinum sess. 24. de regular. cap. 16* annullat obligationes, etiam iuratas factas à Nouitijs, infra duos menses antè professionem absque licentia Episcopi, quæ in Casu nostro non probatur.

Ex persona quoque Monialium alienatio est nulla † ob defectum beneplaciti Apostolici, & iustæ Causæ copulatiuè requisitæ in alienationibus rerum Ecclesiæ *cap. 1. de rebus Eccles. c. 1. de rebus Eccles. non alien. in 6. Clem. 1. eodtit. & vtrobique DD. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 15. num. 2. Rot. decis. 223. num. 2. par. 6. recen.* Quales, & si adhuc penderet conditio professionis † censebantur ad effectum beneplaciti, & iustæ causæ, bona de quibus agitur, tum propter vsumfructum, quem Moniales

8 les desuper habebant purè, cuius remissio
9 sapit alienationem† *Bald. in auth. hoc Ius porrectum num.6.vers.3. est considerare C.sacros. Eccles. ex Text. in l. Iubemus §.fin.C.eod. Redoan.de rebus Ecclesi. non alien.quæst.20.cap.33.nu.1. & 2*
10 Tùm propter Ius in spe, † quod etiam ex contractu conditionali oritur, estque adeò
11 considerabile, † vt etiam ad hæredes transmittatur *§. ex conditionali Inst. de verb. obligat. l. spem C.donat. Aret.cons.74. sub num.9. & 10. Luderch.cons.42.num.7. Menoch. in puncto Donationis sub conditione professionis emittenda cons. 388.num.38. & 39. Merlin.decis.568.num.8. & num. 19. & 20. Rota in Romana fideicommissi de Marianis 16. Martij 1643. coram Reuerendissimo D.m. Decano* sicut enim prohibita est aliena-
12 tio† bonorum stabilium ita est cessio Iuriũ, & actionum, ad illa consequenda competentium *Abb. in cap. nulli num. 10. de reb. Eccles. non alien. Beron. ibidem nu.73. Genuen.pract. Eccles.quæst.80. sub num.1. & seq. Rot. apud Buratt.decis.690.num.11.& in Romana fideicommissi de Rosolinis 21. Iunij 1652. coram R.P. D. m. Cerro.*

Quo magis, quia tempore alienationis imminebat conditionis implementum, & post septem dies subsecutum fuit medietate valida professione, qua stante Clausula, *ex*
13 *nunc, prout ex tunc,* † in Instrumento Dotali apposita retrotrahitur ad diem Instrumenti, ac si ex tunc Dominium fuisset translatum in Monasterium *Purpurat.cons.557.n.34 Marzab.cons.31.num.31. Altograd. cons.13.n.32. lib.1. Mantic. de tacit.lib.14.tit.46. nu.22. & seq. Merlin.dec.568.num.27. Buratt.dec.179. num.8.*
14 etiam in concursu Tertij, † qui medio tẽpore acquisiuit, nulla enim æquitas repugnat, quod hoc casu fiat retrotractio Do-
15 minij † stante clausula, *ex nunc prout ex tunc,* ad effectum, vt primus donatarius præferatur quicquid dicendum esset si ageretur de retrotractione dominij ad effectum cõsequendi fructus pendente conditione decursos in quibus terminis loquuntur *Doctores in l. quoties C. rei vendic. Marcab.cons.105.n.18.& quotquot in id allegari possunt, vt benè aduertit Merlin.d.dec.568.num.29. & seq.*

Defectus verò beneplaciti, & iustæ causæ resultat ex lectura Instrumẽti in quo nulla fit mentio Beneplaciti, nec postea impetratum probatur, & causa ibi narrata crediti Pompei eiusque laborum in defendendis litibus alienantis, non meretur attendi, dum nul-
16 la datur illius iustificatio, † præter assertionem contrahentium, qui sicuti prohibentur alienare, ità & causam alienationis asserere, ne alias aperiatur via eludendi legis prohibitionem *Anchar. in Clementina prima sub num.5. de reb. Eccles. non alien. Oldrad.cons.261. per tot. Paris.cons.36.num.11 lib.4. Egid.dec.617. in princ. Rot.decis.716.nu.1.decis.752.nu.3.par.1. diuers. & in Pampilonen. alienationis 15. Ianuarij 1640. coram me*, præter quod pro causa
17 non sufficit sola existentia crediti, † sed vltrò requiritur, quod creditor vrgeat apud Iudicem *Gabr. cons.118. num.5. lib.1. Gienagu. cons.22.num.5. & in lib.2. cum alijs alleg. in dicta Pampilonen. Alienationis.*

Ex quibus cum suprà memorata sententia Vicarij sit iusta, & ex reuolutione processus valida appareat, nec Aduersarij licet ab ea appellauerint, appellationem ab an-
18 no 1650. prosequuti fuerint, † aut prorogari fatalia curauerint eadẽ sententia trãsijt in Iudicatum *Clem. prima si appellatione Clem. sicut de appell. Auth. hodie C.eod.tit. Duran.dec.71 num.1. Rota in Romana Mercium 28. Iunij 1655*
19 *coram R.P. D. m. Celso*, & per consequens † executionem meretur *l. si contra C.appellat. Bart. in l. quoniam num.1.C.eod.tit. Rot.decis.69. num.5.par.6.rec.*

Vnde proposito hodie dubio An constet de re Iudicata, quæ veniat exequenda affirmatiuè responsum fuit Informantibus solum Monialibus, & Aduersarijs pluries citatis &c.

BVRGEN. BENEFICII.

Veneris 18. Februarij 1656.

ARGVMENTVM.

Beneficium adiudicandum est habenti qualitates requisitas à Constitutione Synodali. Simonia ad effectum excludendi ab assecutione beneficij sufficit, quod probetur semiplene, & ex quibus probata non dicatur?

SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio beneficij debetur ei, qui docet se filium patrimonialem loci in quo situm est beneficium ad formam constitutionis Sinodalis.*

2 *Ad patrimonialitatem probandam respectu vnius fratris plurimum confert si alter frater possidet in eadem Ecclesia beneficium patrimoniale.*

3 *Fides baptismi probat, quem esse oriundum ex tali loco.*

4 *Aetas ad effectum obtinendi beneficia ab aliqua constitutione requisita probatur ex fide baptismatis.*

5 *Habilitas siuè idoneitas probatur ex relatione examinatorum.*

6 *Beneficium adiudicandum est habenti qualitates requisitas à constitutione Synodali.*

7 *Incapax ad beneficia obtinenda ratione Simoniæ quis efficitur.*

8 *Simonia ad effectum excludendi ab assecutione beneficij saltim semiplene probari debet.*

9 *Simonia non probatur ex depositione Testis pro Informatione Curiæ examinati deponentis de audito.*

10 *Item nec probatur si testis non deponit de conuentione, & tractatu cum ipso beneficiato, sed cum alio tertio.*

11 *Item nec probatur si Testis dicat se publice audiuisse nisi dicat à quibus audiuerit cum audire potuerit à personis interessatis, & sic quod habeat initium vitiosum, num.12.*

13 *Simonia non probatur ex vnico teste.*

14 *Beneficium non est adiudicandum non habenti ætatem legitimam requisitam à Constitutione Synodali.*

DE-

DECISIO DCLXIII.

VACANTE Beneficio in Ecclesia loci de Rubena plures comparuerunt oppositores, quorum aliqui cesserunt liti, Christophorus verò, & Ioannes cœperunt contendere de illius adiudicatione; vnde proposito dubio cuinam illorum beneficiũ esset adiudican. Domini pro Christophoro
1 responderunt, quia † docet per Testes formiter examinatos se esse filium patrimonialem loci de Rubena, in quo vacauit beneficium controuersum ad formam Constitutionis Synodalis, vt tradit *Gonzal. ad reg. 8. Cauell. gloss. 9. §. 1. num. 19. vers. in Diœcesi Burgen.* & vltra quod Franciscus eius frater possidet Beneficium in eadem Ecclesia, quod
2 multum confert † ad concludendum patrimonialitatem, vt dicit *Rota in Calaguritana beneficij de Ausejo 27. Iunij 1653. coram*
3 *me*; Exhibet etiam fidem baptismi † quam sufficere ad probañ ipsum esse oriundum ex tali loco firmat *Gonzal. vbi supra numer. 112. & dixit Rota decis. 669. num. 1. par. 2. & decis. 137. num. 3. par. 5.*

Et ex eadem fide Baptismi constat dictum
4 Christophorum † prodiisse in lucem de mense Iulij 1618. & consequenter habere sufficientem ætatem requisitam à dicta Cõstitutione, vt tradit *Mandos. ad reg. 18. qu. 10. num. 3. Rot. in recent. dec. 138. num. 2. & dec. 260. num. 14. par. 6. & coram Buratt. dec. 75. num. 1. & dec. 365. num. 2.*

5 Habilitas demum est litterarum † in legendo, & construendo resultat ex fide examinatorum, qui in duplici examine illum retulerunt idoneum, vt dixit *Rota coram Buratt. decis. 613. numer. 6. & decis. 931. numer. 3. coram Eminentissimo Cardinali Otthobono decis. 187 num. 2.*

Quibus stantibus eidem Christophoro
6 Beneficium venit † ad iudican. vt disponit *text. in cap. illud in fine, vbi Abb. de Iurepatr. & in can. decernimus 16. quæst. 1. Rota coram d. Eminentissimo Otthobono dec. 123. num. 5. dec. 259. n. 2. & dec. 164. eod. numer. & in Calaguritana Beneficij de Lequitio 28. Maij 1653. coram me.*

7 Non obstat incapacitas ratione † simoniæ prætensæ ex eo, quod frater ipsius Christophori promiserit quædam Didaco vni ex oppositoribus ad hoc, vt à concursu desisteret, quia illa nullo modo probatur. Imò
8 saltem semiplene † probari debuisset ad effectum ipsum excludendi ab assecutione beneficij, vt dixit *Rota in Meliten. Parochialis 31 Ianuarij 1650. coram me.* Siquidem Testis pro informatione Curiæ examinatus asserit id
9 audiuisse à Didaco, & tamen Dieacus † id negat expressè firmans se liberè, & spontè ab oppositione destitisse reddens rationem, quia diffidebat de iuribus suis, & timebat sibi præiudicare in alijs vacationibus, & cũ
10 deponat de conuentione, † & tractatu facto cum fratre Christophori, non autem cum ipso Christophoro eidem præiudicare non potest, vt dicit *Rot. coram Mant. dec. 211. num. 12. Pen. decis. 211. num. 5. & firmatum fuit in in Tolet. Pensionis 27. Ianuarij 1627. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, vbi quod tali casu nec intrat *Bulla san. mem. Pij V. de confiden. in ord. Constit. 87.* Alter verò Testis examinatus in Curia, quatenus deponit publicè audiuisse, quod Christophorus vocabatur simoniacus non venit attenden. Tum quia non
11 deponit † à quibus audiuerit, *Roll. cons. 473. num. 16. Rota in Tullen. Matrimonij 15. Ianuarij 1653. coram R. P. D. meo Albergato*, cum possit esse, quod audiuerit à personis suspectis, &
12 interessatis, † & sic quod habeat initium vitiosum, *Rota decis. 257. n. 7. par. 4. tom. 2. rec. & decis. 739. numer. 34. & 35. par. 4. tom. 3.* Tum
13 quia † est vnicus, *c. licet ex quadam de Testi. Rota coram Merlin. decis. 174. num. 5. & dec. 319. num. 9.*

Nec Ioannes potest concurrere cum Christophoro, quia in eo deficit ætas legitima
14 annorum 25. † requisita à prædicta Constitutione, prout ex hoc capite alias reiecti fuerunt oppositores, qui voluerunt concurrere, *vt dec. 15. num. 1. par. 2. recent. & coram Duran. dec. 79. eod. num. & seqq. & in Burgen. beneficij 1. Iulij 1650. coram R. P. D. meo Meltio.*

Et ita vtraque, &c.

BONONIEN. FRVMENTI.

Lunæ 21. Febrarij 1656.

ARGVMENTVM.

Venditio frumenti, eiusque consignatio facta emptori, ex quibus probetur? *Statum Bononiæ lib. 2. de probat. solut. §. et exaduerso* declaratur, prout etiam declaratur, *Constitutio fori Bononiæ rubric. 12. de testib. & illorum examine* Liber Mercatoris, quando probet etiam contra tertium?

SVMMARIVM.

1 *Venditio perficitur consensu re, & pretio, nec regulariter ad sui assentiam requirit scripturam.*
2 *Venditio frumenti probatur per Testes, qui fuerunt præsentes contractui.*
3 *Testis mediator inter partes si ex depositione nullum commodum reportat maiorem fidem meretur.*
4 *In contractibus mercatorum, inter quos bona fides exuberare debet non solent adhiberi testes exteri, sed iuuenes eorumdem Mercatorum, à quibus huiusmodi negotia geri solent.*
5 *Testium defectus suppletur ex numero.*
6 Statutũ Bononiæ libr. 2. de probat. solut. §. Et exaduerso *disponit quod debitum excedens libras centum probari nequeat per Testes, idem statutum excipit in verbis casum, in quo per Testes coadiuuantur scripturæ num. 8.*
7 *Statuta reijcientia certas probationes non procedunt, quando illæ sunt adminiculatæ.*
9 Constit. fori Bononiæ rubric. 12. de Testibus, & illorum examine *adimit fidem testibus, qui in examine se referunt ad fides antea subscriptas.*

10 *Di-*

10 *Dicta Constitutio id limitat, quando Testes fuerunt prius examinati ad perpetuam rei memoriam, & postea formiter repetiti.*

11 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam possunt deinde formiter repeti.*

12 *Liber Mercatoris fidem meretur si fuit approbatus à Consulibus.*

13 *Liber Mercatoris habens omnia requisita à Statuto Bononiæ fori Mercatorum plene probat etiam fauore scribentis contra tertium.*

14 *Item probat ob concursum adminiculorum.*

15 *Ad venditionem probandam, & rei venditæ traditionem multum conferunt depositiones Testium formiter examinatorum, quamuis aliquem paterentur defectum.*

16 *Epistola quod fuerit de ordine alicuius scripta probari potest ex pluribus simul iunctis.*

17 *A contractu absque vtriusque contrahentis consensu recedi nequit.*

18 *Venditio, quando est conditionalis, tunc nec purificata conditione locus est pœnitentiæ.*

19 *Emptor tenetur ad solutionem prætij.*

DECISIO DCLXIV.

VEndidit Dominicus Porta Io: Antonio de Alphonsi Pistorij in Castro Budrij Corbas 271. & quartarolas tredecim frumēti ad rationem libr. 16.17.6. pro quolibet Corba. Hoc quod probari posse per Testes dubitandum non est, quia venditio perficitur
1 consensu † re, & prætio, nec regulariter ad sui assentiam requirit scripturam §. *primo* §. *cum autem instit. de empt. & vendit. l. contract. Cod. fid. instrum. Roman. Consi* 91. *nu.* 7. *vers. instam dubitationem Gomes. var. resol. tom.* 2. *tit. de empt. & vendit. cap.* 2. *num.* 17. *Cancer. var. resol. tom.* 1. *c.* 13 *num.* 10.

2 Affirmant disertissimè tres Testes † ad perpetuam rei memoriā prius, & deindè formiter cum interrogatorijs pariter examinati, qui fuerunt præsentes contractui, & eorum primus cognomine Minotius, qui illum integræ fidei esse fassus est Aduersarius in responsionibus ad positiones, & non pro-
3 xeneta, sed mediator inter partes † fuit pro concordanda quantitate prætij, nec ex depositione comodum reportat maiorem fidem mæretur *Salicet. in l. omnibus num.* 6. *C. testib. Rot. decis.* 214. *num.* 2. *par.* 1. *recent. decis.* 6. *n.* 9. *coram Mantic. decis.* 844. *numer.* 6. *coram Buratt.* Prout etiam fidē mæretur secundus quamuis Dominico tamquam iuuenis famuletur in negocio, quia in similibus contractibus
4 Mercatorū, † inter quos bona fides exuberare debet nō solent vocari, seù adhiberi testes exteri quin potius à similibus iuuenibus huiusmodi negocia geri solent, vt dixit *Rot. Ianuen. dec.* 31. *nu.* 10. Et in omnem euentum si quis
5 adesset defectus † suppletur ex numero Testiū *l. si ob earū C. testib. Cæsar de Graff. dec.* 5. *n.* 8. *de sponsalib. Rota decis.* 127. *numer.* 3. *par.* 1. *recentior.*

Nec non ex libris Epistola, & alijs ad probandam frumenti venditi consignationem infra adducendis. Vt propterea, nec obijci
6 possit *Statut. Bonon. lib.* 2. *de probat. solut.* §. *et ex aduerso fol.* 167. disponens, quod debitum excedens libr. 100. non possit probari per Testes, quia statuta reicientia certas probatio-
7 nes † non procedunt, quando illæ sunt adminiculatæ alio probationum genere *Bald. in l. certi condictio* §. *quoniam nu.* 2. *vbi etiam Fulg. Castr. & Alex. numer.* 3. *ff. si cert. petat idem Bald. cons.* 279. *sub num.* 1 *lib.* 4. *Cyriac. controu.* 252. *numer.* 13. *& in puncto similis Statuti Bononiæ Rota in Bononien. hæreditatis* 24. *Martij* 1651. §. *aliud vers. tum quia statutum coram me* maximè cum
8 idem Statutum in verbis excipiat † casum, in quo per testes coadiuuantur scripturæ, vt aduertit *Rota Bononien. diuers. decis.* 17. *numer.* 8. idemque responderi potest ad aliam Consti-
9 tutionem fori *Bononiæ rub.* 12. *de testib.* † & illorum examine datam in Summ. Io: Antonij num. 7. adimentem fidem testibus, quia in examine se referant ad fides antea subscriptas. Præter quod eadem Constitutio id
10 limitat, † quando vt in casu nostro testes fuerunt prius examinati ad perpetuam rei memoriam, & postea formiter repetiti, vt
11 repeti † probat *text. in clem.* 2. *de testib. & ibidem notat gloss. verb. rite Imol. num.* 4. *Ancaran. numer.* 11. *Felin. in cap. fraternitatis num.* 8. *vers. item limita eod. tit. Rota in Meleuitana Domus* 15. *Ianuarij* 1649. §. *nec refert coram Eminentiss. D. Cardinali Otthobono.*

Asportatio item frumenti venditi ad Molendinum Corticellæ, vt fuerat conuentum eiusque acceptatio facta ab emptore probatur ex libro Dominici venditoris nuncupato *commissionum* ibi, *hauere* 24. *Maggio à Gio: Antonio Alfonsi Fornaro in Budrio li* 22. *detto mese Summ. Dominici num.* 4. cui libro obijci non potest inuerisimile esse quod mora, tam breue tempus, nempè biduum à die celebrati contractus frumentum, quod Rauenna existebat delatum fuerit ad dictum Molendinum, quia testes deponunt frumentum de tempore venditionis fuisse à Ciuitate Rauennæ ammotum Bononiam versus idemque liber plenam probationem facit, vel so-
12 lus quia ante litem motam fuit † à Consulibus approbatus specificè quoad hanc partitam, habetque omnia requisita à Statuto fori Mercatorum relato in Summ. Io: Antonij num. 4. Cuius Statuti vigore hisce libris ple-
13 na † fides tribuitur etiam fauore scribentis contra tertium, & ità in praxi seruari dixit: *Rot. Bonon. inter recollect. per Gips. decis.* 80. *nu.* 38.
14 *&* 55. vel ob concursuum aliorum † adminiculorum juxta tradita per Doctores *in l. admonendi ff. iur. iur. Magon. Dec. Florent.* 95. *nu.* 5. *Duran. dec.* 306. *sub num.* 4. *Gregor. XV. decis.* 302. *nu.* 5. *dec.* 537. *num.* 1. & magis in terminis *Rot. decis.* 321. *nu.* 2. *&* 3. *par.* 3. *recent.*

Concurrit inquam legalitas scribentis, attestatio Molitoris Corticellæ ibi, *Il Signor Domenico Porta hà fatto mandare nel passato mese di Maggio corbe* 271. *e quartiere* 13. *di formento bello, e buono al mio molino &c. di ordine di Messer Gio: Antonio degli Alfonsi fornaro di Budrio &c. detto fornaro, e venuto à misurare detto grano, e mi disse*

disse che mi darebbe ordine, che lo macinasse fatte le feste di Pasqua rosata, e che voleua che lo macinasse con la macina verda Summar. Dominici nu.9. depositiones Testium formiter examinatorum, qui & si aliquem defectum paterentur
15 multum conferunt † ad probandam venditionem, & rei venditæ traditionem, & dixit *Rota in Romana grani 24. Nouembris 1642. §.neque mouerunt R.P.D.m. Peutingerio*, etenim primus deponit quod post aliquos dies à die stipulatæ venditionis, venditor ei scripsit, *Che il formento era giunto à Corticella, e che però auisasse detto fornaro come feci, e detto Gio: Antonio mi rispose, che sarebbe andato à vedere d. formento, e mi haueria data la risposta, come poi fece dicendomi, che il formento poteua esser più bello, e che haueria fatto scriuere al Signor Domenico, che hauerebbe voluto, che gli hauesse fatto tempo pagare per tutto il mese di Luglio prossimo passato*, secundus deponit; *Doppo che il formento fù giunto à Corticella io in conformità dell' accordo l'andai à far misurare, e lo consegnai à Mastro Antonio Ghisellini Molinaro di Corticella d'ordine di detto Gio: Antonio Summ. ibid. num.5.* Ac tandem epistola emptoris nomine scripta ad venditorem ibi, *Sono stato à vedere il formento à Corticella, mà poteua esser più bello &c. si potrà far tempo tutto il mese di Luglio, perche non potria rimetter la moneta, che sia bona dicto Summ. num.6. & Summ. Io: Antonii num.8.*

Hanc autem epistolam scriptam fuisse de ordine emptoris scribendi ignari plura conuincunt, nempè confessio illius in responsione ad positiones, quod ad venditorem miserat (prout in dicta epistola continetur) residuum pecuniarum ei debitarum occasione alterius præcedentis venditionis frumenti, necnon quod se contulerat ad Molendinum Corticellæ, vt certum frumentũ (illud videlicet, de quo agitur) visitaret. Item attergatio eiusdem epistolæ à Dominico venditore, cui directa fuerat iuxtà stylum Mercatorum facta, & recognita per testes, quorum signanter tertius addit se fuisse præsentem, quando Io: Battista socius Io: Antonii Alfonsi Pistoris Budrij epistolam tulit vna cum pecuniis in ea enunciatis, quarum statim D. Dominicus creditorem creauit Alfonsum in suis libris per manum ipsius Io: Baptistæ latoris epistolæ Sum. Dominici num.7. item depositio secundi testis super cõtractu principali examinati ibi, *Dopoi hò veduta vna lettera scritta al detto Sig. Domenico dal compagno di detto Gio: Antonio, nella quale diceua, che erano stati à vedere il formento, e perche poteua esser più bello lo pregauano à volergli prorogare il tempo del pagamento per poterlo sodisfare in tanta bona moneta*, concordatq; dictum primi Testis ibi, *d. Gio: Antonio mi rispose &c. dicendomi, che il formento poteua esser più bello, e che hauerebbe voluto gli hauesse fatto tempo per tutto il mese di Luglio prossimo*, nec est nouum
16 quod ex pluribus simul iunctis † probetur epistolam fuisse de alicuius ordine scriptam, *Decian. cons.42. num.28. lib.5. Menoch. de arbitrat. cas.99. num.14. in fin. Farinacc. de Testib. quæst.63 cap.4. num.221. relati à Modern. Patanino de scrip. priuata libr. 2. tit. de apoca manu tertij conscript. num.37.*

Gratisque dicitur in epistola contineri potius recessum à contractu, eo quod ibi dicitur frumentum potuisse esse pulcrius, ac fit potestas venditori disponendi de frumento ibi; *se V. S. potesse far meglio non intendo dargli danno*, nam similem potestatem non acceptauit venditor, quinimo ad abundantiorem cautelam citari posteà fecit emptorem ad recipiendum frumentum, nec sine vtriusque
17 consensu † poterat à contractu recedi *l. perfecta C. quando liceat ab empt. disced. Piccard. in §. primo num.37. inst. empt. & vendit. Corn. cons.264. in princ. lib.1. Comitul. decis.40. nu.9.10.* Et qualitatem frumenti emptor non reiecit, sed attulit dumtaxat, vt maiorem dilationem ad soluendum à venditore reportaret, de cætero autem frumentum consignatum erat eiusdem qualitatis, ac ostensum de tempore venditionis, vt deponunt testes, & signanter secundus super interrogatorijs partis ibi, *la mostra era conforme il formento*, & præsumitur ex quo illud emptor acceptauit, vt ex suprà adductis probatur.

Atque hinc gratis etiam allegatur
18 quod venditio erat † conditionalis, quatenus nimirum frumentum consignandum corrisponderet ostenso, quia conditio hæc fuit adamussim adimpleta, nec purificata conditione, locus est pœnitentiæ *l. necessario §. item si res ff. peric. & comod. rei vendit. Piccard. in §. primo num.1. instit. empt. & vendit. Card. Mantic. de tacit. lib.4. tit.26. sub num.20. Gratian. disceptat. 514. num.1. & seqq. Rota in nullius emphiteut. d. Guastalla 16. Nouembris 1607. coram Cardinali Lancellotto impress. apud Marchesan. de commiss. tom.1. fol.100. & in Romana Domorum 15. Decembris 1649. coram me.*
19 His consequens est, vt empto † teneatur ad solutionem prætij *l. Iulianus §. ex vendito ff. act. empt. l. si pater Cod. eodem tit. l. ediles etiam ff. edilit. edict. glos. in l. si rem verb. agente ff. euict. Piccard. in d. §. primo num.23.* meritoque ideò illum teneri decisum hodiè fuit vtraque parte informante.

CESARAVGVSTANA CATHEDRALITATIS.

Luna 6. Martij 1656.

ARGVMENTVM.

Antiqua Cathedralitas Ecclesiæ B. Mariæ de Pilari, eiusque continuatio vsque ad præsens ex quibus probetur? & ex quibus contraria probatio excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Cathedralitas Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Pilari antiquitus probatur traditionibus antiquissimis, ac historijs.*
2 *Cathedralitatis continuatio prætendi nequit non docto de præcedenti initio Cathedralitatis.*

3 *Ca-*

3 *Cathedralitas antiqua Ecclesiæ B. Mariæ de Pilari probata vsque ad hodiernum diem retinetur.*

4 *Cathedra Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Pilari translata fuit ad Ecclesiam S. Saluatoris, vel per viam vnionis collata.*

5 *Ecclesia B. Mariæ de Pilari retinet iura antiqua Cathedralitatis.*

6 *Capitulum Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Pilari, ac Sancti Saluatoris conuenit ad faciendum vnum corpus.*

7 *Cathedralitatis continuatio Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Pilari etiam postquam Ecclesia S. Saluatoris Cathedralis euasit de iure præsumitur.*

8 *Præsertim quando nullum exhibetur pontificium dipploma Cathedralitatis abdicatiuum ab Ecclesia de Pilari.*

9 *Cathedra vnius Ecclesiæ non dicitur abdicata per illius collocationem in alia, quia hoc fieri potest cumulatiuè non priuatiuè.*

10 *Cathedralitatis Ecclesiæ B. Mariæ de Pilari continuatio, ex quibus probetur & ? nu. 14. 17. 20. 22. 25. 27. 28. 29. 30.*

11 *Membra quod vigeant absciso capite monstruosum est.*

12 *Episcopus est caput Canonicorum.*

13 *Episcopus omnimodam iurisdictionem in Canonicos habet.*

15 *Vnitas siue fraternitas duarum Ecclesiarum, ex quibus resultet?*

16 *Benedictio candelarum fieri debet in Ecclesia Cathedrali.*

18 *Aequalitas inter duo Capitula resultat ex vnione.*

19 *Dextrum locum inferiori concedere honestum non est.*

21 *Communio sepulturæ, ac funerum inter duo Capitula fraternitatis, ac vnitatis argumentum est.*

23 *Ecclesia inferior in die Sabbbati Sancti pulsare nequit campanas ante Ecclesiam Matricem.*

24 *Vnitas originalis, & primæua duarum Ecclesiarum non excluditur per diuisionem iurisdecimandi.*

26 *Membra à suo capite separari non debent.*

31 *Ius sepeliendi defunctos ex alienis Parocchijs solum Cathedralibus Ecclesiis competit.*

32 *Cathedralitatis Ecclesiæ B. Mariæ de Pilari continuatio probatur ex pluribus simul iunctis.*

33 *Ad Cathedralitatis retentionem probandam vnicus actus sufficit, & num. 47.*

34 *Præeminentiæ aliquæ si fuerunt ab vna Ecclesia abdicatæ, & alteri Ecclesiæ concessæ non exindè censentur abrogatæ aliæ non expressæ.*

35 *Vnio in dubio præsumitur æque principalis.*

36 *In quasi possessione existens releuatur ab onere probandi, illudque transfertur in aduersarium contrarium asserentem.*

37 *Cathedra Ecclesiæ B. Mariæ de Pilari quod non fuerit per translationem ad Ecclesiam Sancti Saluatoris abdicata, ex quibus probatum non dicatur?*

38 *Relatum, & non referens attendi debet, quando aliter loquitur.*

39 *Ecclesia Sancti Saluatoris recognosci debet ab Ecclesia de Pilari in matrem superiorem, & magistram.*

40 *Intellige respectu aliarum Ecclesiarum Ciuitatis Cæsaraugustan. non sui met.*

41 *Interpetratio qualibet sumenda est ne vnis statu sententia alteri contradicat.*

42 *Ecclesiæ Cathedrales plures reperiuntur regulares, quæ vt regulares ab Episcopo sunt exemptæ, & subiacent suis Superioribus, vt vero Cathedrales Episcopo obediunt.*

43 *Exemptio concessa citrà iurisdictionem in parochum, & Populum, quæ Episcopo reseruatur conseruat Episcopo totum ius Episcopale respectu populi, & Parochiali in loco exempto.*

44 *Cathedralitatis cumulatiua continuatio non repugnat Statui Collegiatæ.*

45 *Cathedralis qualibet est Collegiata.*

46 *Ecclesiæ Cathedralis quamuis obtineat erectionem in Collegiatam hoc non repugnat continuationi Cathedralitatis cum possit erectio obtineri ad abundatiorem cautelam cumulando vnum titulum cum alio.*

48 *Cathedra priuatiua translatio vnius Ecclesiæ in aliam est concludenter probanda alias sufficit possibile contrarium.*

49 *Sententia iusta ob non prosecutionem appellationis transit in iudicatum.*

50 *Fatalia currunt etiam durante tractatu concordiæ.*

51 *Impedimenta, vt excusent à prorogatione fatalium oportet esse ineuitabilia, & durare per totum tempus desertionis.*

DECISIO DCLXV.

1 TRADITIONIBVS antiquissimis, Historijs (quarum aliqua signanter Prudentij, Marci Maximi, S. Braulij, Haulli Galli prodierunt ante litem super Cathedralitate motam, quæ cepit de anno 1620. nam præcedens mota de anno 1536. erat tantum super præeminentijs) sententijs, & alijs pluribus Ecclesiam B. Mariæ de Pilari fuisse antiquitus Cathedralem probant plenissimè deducta in *decis. 353. num. 20. & seqq. part. 5. recent.* cuius aliqua fundamenta non fuerunt simpliciter suspensa in subsequenti *decis. 177. par. 6. recent.* sed quia tunc quærebatur de concessione remissoriæ petitæ à Capitulo Metropolitanæ, cui se opponebat Capitulum Pilarense ob irreleuantiam articulorum, eo quod illis etiam admissis subsistebant aliæ probationes Cathedralitatis ponderatæ in *d. decis. 353.* idque negabant Metropolitani, Rota ad effectum dumtaxat concedendi, necne remissoriam ex capite irreleuantiæ, mandauit videri, an circumscriptis pro tunc probationibus, quibus articuli exibiti contrariabantur, remaneret ex alijs probata Cathedralitas, fuit etiam hæc quæstio posteà omissa, quia successiuè partes concordarunt, quod vtrique Capitulo concederetur remissoria, prout concessa fuit, sed nihil Metropolitani probarunt, adeo quod verum est dicere, quod semper inconcussa habita fuerunt omnia fundamenta *decis. 353.* cuius vigore emanauit sententia Rotalis coram clar. mem. Coccino confirmata in secunda instantia à bon. mem. Card. Vbaldo, quam in iudicatum transijsse respondit *Rota in decis. huius causæ*

alias

edita 21. Iunij præteriti coram me, & iterum hodiè causa super eisdem posita ex rationibus adductis tam *in d. decis. coram me, quam in decis. 177. par. 6. recent.* & in sæpè memorata *dec. 353* quæ respondet omnibus contrarijs, & ijs quæ de nouo allata fuerunt, satisfacient qua tenus opus sit infra ponderanda pro Cathedralitatis continuation.

2 Quæ continuatio † non fuit à Pilarensibus prætensa de anno 1627. in disputatione super præeminentijs, de quibus in *decis. 111. par. 5. recent.* quia tunc nondum erat probata antiqua Cathedralitas, & vanum fuisset prætendere continuationem non docto de præcedenti initio Cathedralitatis, atque hinc benè eadem *decis. subdit num. 20.* non controuerti quod sola Metropolitana de eo tempore esset in statu Cathedralitatis, sed probata postmodum a Pilarensibus de anno 1630.
3 antiqua Cathedralitate, † reportarunt desuper sæpe memoratam *decis. 353. quæ sub nu. 78 & 79.* firmat vlterius retentionem hodiernam ibi, *quæ quidem vestigia, & Cathedralitatis antiquæ reliquias Ecclesia ista de Pilari post translatam à se Cathedralitatem retinuit, & hanc vsque in diem retinet, quemadmodum constat ex sententijs,*
4 *& sub nu. 76.* Subditur Cathedram † ad Ecclesiam S. Saluatoris translatam, vel eidem per viam vnionis collatam, & idipsum repetitum fuit in alia *decis. emanata de anno 1631 impress. iner recent. par. 6. decis. 15.* quæ est supra citatæ exaduerso *decis. 111.* modificatoria, vbi explicitis verbis sub *nu. 18.* dicitur, quod Ec-
5 clesia B. M. videtur retinuisse † iura antiquæ Cathedralitatis, vt latè deductum fuit in *decis. coram eodem Coccino* facta sub die prima Martij antecedentis, quæ est *decis. 353. & numer. 19.* firmatur, quod vtrumque Capitu-
6 lum † conuenit ad faciendum vnum corpus. Vndè gratis à Metropolitanis asseritur, quod noua est prætensio continuatæ Cathedralitatis apud Pilarenses, & approbata solum in nupertima *decis. coram me,* quodque inhærendum est allegatæ decisioni, donec reuocetur.

Deueniendo igitur ad probationes con-
7 tinuationis, † etiam postquam Ecclesia Sancti Saluatoris Cathedralis euasit, visum est Dominis suffragari primo iuris præsumptionem, de qua *Innoc. in cap. 2. litt. A. de restit. spoliat. Natt. cons. 572. num. 18. lib. 3. Honded. cons. 20. num. 12. lib. 1. Rot. decis. 237. num. 2. decis. 321. nu. 4. decis. 419. numer. 1. par. 1. recent.* præsertim quia
8 nullum exhibetur Pontificium † Diploma Cathedralitatis ab Ecclesia de Pilari abdicatiuum omninò ad id necessarium *cap. nisi speciali de offic. legat. cap. 1. & 2. & de re translat. Episcop. can. mutationes 7. quæst. 1. can. Felix Can. præcipimus 16. quæst. 1. gloss. in c. cùm inferior verb. Cathedralem de maior. & obed. Rebuff. in prax. benef. tit. de erect. in Eccles. Cathedral. numer. 1. & 5. Azor. instit. moral. par. 1 lib. 6. cap. 30. quæst. 2. & 4. Lotther. de re benef. lib. 1. quæst. 14. num. 118.* Ità vt nec sufficit Cathedram fuisse collocatam
9 in † alia Ecclesia, quia id fieri potuit cumulatiuè, non priuatiuè ad priorem Ecclesiam,

Vanes. cons. 10. num. 4. Seraph. decis. 1444. num. 7. & seqq. Rota coram Pen. decis. 599. num. 8. & 9. secundum impress. Lugdunen. & in alijs relatis in §. minus obstat decis. coram me.

Secundò quod Canonicatus Pilarenses
10 non fuerunt suppressi, vel ad aliam Ecclesiam translati, sed semper vt prius in Ecclesia B. Mariæ remanserunt, dumque Metropolitani affirmant Ecclesiam B. Mariæ fuisse erectam in Collegiatam de anno 1141. & sic multis annis post communicatam Cathedram Ecclesiæ S. Saluatoris (de qua mox infrà habebitur sermo) fatentur in necessarium antecedens, Canonicatus antea extitisse sub antiquo, & continuato titulo Cathe-
11 dralitatis, quia alias monstruosum † fuisset, quod membra vigerent abscisso capite, nempè facta separatione Cathedræ, & Episcopi,
12 qui citrà regularem obseruantiam demandatam curæ Prioris, erat caput Canonicorum, *Abb. in cap. postulastis sub num. 8. de concess. preben. Barbos. de potest Episc. in add. ad alleg. 75. sub num. 18. litt. B. Rota decis. 588. num. 23. par. 4.*
13 *tom. 3. recentior.* † & omnimodam iurisdictionem † in illos habebat, *cap. 1. ne sede vacante gloss. final. in cap. nullas vers. vt Episcopus de elect. in 6. Corn. cons. 193. num. 4. & 5. libr. 2. Grat. discept. 270. num. 4. Barbos. de Can. & dignit. cap. 1. num. 12. Rot. decis. 69. nu. 2. par. 1. recent.*

Tertio quod per constitutiones à Petro Librana Archiepiscopo Cæsaraugustano decennio post vendicatam Ecclesiam S. Saluatoris è manibus Maurorum æditas anno 1128. reseruatur benedictio candelarum Se-
14 di, † cui proprium est, & deinde per infrascriptam sententiam Santij iniungitur Canonicis Sancti Saluatoris, vt in diebus benedictionis candelarum, & palmarum accedant ad Ecclesiam B. Mariæ, ibique vna cum Pilarensibus benedictiones candelarum faciant pariterque in die commemorationis omnium Defunctorum ad eamdem Ecclesiam accedentes communiter illius diei Ecclesiasticas functiones expleant: hæc enim vnita-
15 tem, † & fraternitatem vtriusque Capituli demonstrant, & excludunt priuatiuam translationem Cathedræ ad Ecclesiam Sancti Saluatoris, quia alioquin omnes actus concernentes Ecclesiam Cathedralem in ea fieri
16 deberent, de benedictione candelarum † disponunt constitutiones Petri Libranæ, & generaliter de alijs functionibus tradit *Rebuff. in prax. benef. tit. de translat. Episc. num. 20.*

Quartò sententiam mox memoratam
17 Archiepiscopi Santij † latam de anno 1220. tum in ea parte, qua mandat Pilarensibus, vt certis diebus solemnibus accedant ad Ecclesiam S. Saluatoris, ibique assistant in dextera parte Chori, id quod æqualitatem
18 vtriusque Capituli à Cathedræ vnione resultantem significat, quia alioquin Pilaren-
19 sibus vti inferioribus † dextrum locum ab alijs etiam in propria Ecclesia concedi, honestum non fuisset, *cap. adhoc, & ibi gloss. dist. 89. Hostien. in cap. 1. num. 2. de maior. & obed. Abb. cons. 21. num. 4. lib. 1. Ruin. cons. 155. n. 41. & seqq.*

20 *seqq.li.4.* Tum in alia parte disponente† quod
Cæmeterium existens extra parietes Eccle-
siæ S. Mariæ, omnes Canonici Sancti Salua-
toris eant ad Ecclesiam, defunctumque se-
peliant simul honorificè, & è conuerso, cō-
21 munio nimirum sepulturæ, † & funerum
fraternitatis argumentum est, vt per *Asin. in
l. 2. §. an & secius num. 4. in fin. & in l. cuius nu-
mer. 22. vers. si verò, & num. 27. 34. & seqq. ff. relig.
& sump. funer.* Tum tandem in verbis conce-
22 cedentibus Canonicis de Pilari, † quod om-
nes Parochianos suos per totum annū ba-
ptizent limitando hanc facultatem ad tres in
Sabatho Sācto, & Vigilia Pentecostes, quod-
que pulsent campanas ad matutinas, & alias
horas diei exceptis hora tertia, & Vesperis,
quandocumque voluerint, etiam antequam
pulset Ecclesia Sancti Saluatoris, id siquidem
in die Sabathi Sancti permitti non potuis-
23 set, † si Pilarensis inferior esset Ecclesia, vt
fuisse pluries decisum à Sac. Congregatione
Rituum refert *Barbos. de iur. Eccles. lib. 2. cap. 3.
num. 69.*

Nec obstat, quod dicta sententia ius de-
cimādi adiudicet Ecclesiæ S. Saluatoris, quia
imò illud concedit etiam Pilarensibus quo-
ad bona ad illos vti vniuersos spectantia, &
24 per diuisionem iuris decimandi † non ex-
cluditur vnitas originalis, & primæua ex a-
lijs resultans *Old. cons. 296. num. 2. Rota in Ver-
cellen. Vnitatis Capituli 9. Maij* 1644. *§. cum igi-
tur coram Eminentiss. D. Card. Ottobono.*

Quinto Concordiam inter has partes ini-
tam de ann. 1448. & ab Archiepiscopo Dal-
matio, necnon ab Archiepiscopo Alfonso
ab Aragonia anno 1513. confirmatam, in
qua approbatur præfata sententia Santii, &
25 vlterius disponitur, † quod in processioni-
bus locus honorificentior competat Priori
S. M. & Dignitatibus Ecclesię S. Saluatoris,
postquam incedant Canonici Pilarenses, &
subsequantur Metropolitani, neque verò
intersecatio huiusmodi personarum vtrius-
que Capituli licita fuisset citra formalem
26 vtriusque Vnitatem, cum alias membra† à
suo capite separari non debeant *cap. 1. dist. 12.
c. nouit de his, quæ fiunt à Præl. Felin. in c. pastora-
lis sub num. 10. de offic. de legat. Monac. in c. Roma-
na num. 9. de sent. excomm. in 6. Rota coram san. me.
Greg. XV. dec. 284. sub num. 2. & magis in terminis
in d. Vercell. Vnitatis Capituli, §. stante itaq. coram
D. Card. Ottobono.*

His accedunt Bullæ Apostolicæ Innocen-
tij, & Eugenij datæ in *Summ. Pilarensium n. 6.*
27 *& 7.* enunciantes † Cæsaraugustanum esse
Episcopum Ecclesiæ Beatæ Mariæ Donatio-
nes factæ Bernardo Episcopo Cæsaraugu-
stano atque Canonicis B. M. *Summ. ibid. nu. 9.
11. & duobus seqq.* Actus insimul, & capitula-
28 riter † ab eodem Bernardo Episcopo Cæsar-
augustano, & Canonicis Pilarensibus *dicto
Summ. num. 8. & seqq.* Continuata residentia
29 aliquorum Episcoporum † penes hanc Ec-
clesiam etiam post annum 1118. Cebratio
Dedicationis propriæ Ecclesiæ, quæ etiam
hodie fit à Pilarensibus, canonizata in *decis.
472. coram san. mem. Greg. XV. dec. 616. num. 5. p. 1.
recen.* Administratio Sacramentorum Baptis-
30 matis, † Eucharistiæ, & matrimonij omni-
bus ad hanc Ecclesiam accedentibus. Ius se-
peliendi defunctos etiam de alienis Paroc-
31 chiis, quod Pilarenses continuò† exercuerint,
solumque Cathedralibus concessum est *cap.
ex parte il primo de sepult. Rota de. 177. n. 6. par. 6.*

Quæ omnia sumpta præsertim simul iun-
32 cta, † vt debet *Rota dicta decis. 353. num. 18.* sa-
tis conuincunt continuatam Cathedralitatis
33 retentionem, ad quam probandám † etiam
vnicum actum sufficere dixit *Rota decis. 139.
nu. 11. par. 2. diuers. in Marsicen. iurisdictionis 17.
Iunij 1647. coram me, & in puncto in mox alleg.
dec. 353. num. 79. p. 5.* etiam si Metropolitani
probarent ditiorem crucem in processio-
nibus, & cappas sericas vbique, Pilarenses
verò solū intra fines Parocchię posse defer-
re, ac per sententias acceptatas, vel concor-
dias fuisse aliquas prærogatiuas à Pilarensi-
34 bus abdicatas, † & Metropolitanis conces-
sas, quia non ideo fuerunt abrogatæ aliæ
ibidem non expressæ *Hond. cons. 29. num. 107.
lib. 1. Eugen. cons. 88. num. 82. & seqq. Becc. cons. 74.
num. 23. & seqq. Rota decis. 375. num. 8. decis. 508.
num. 1. p. 4. tom. 2. & 3. recent.* Ita vt necesse sit
fateri *continuatam vtriusque Ecclesiæ in Cathedra
35 vnionem*, † quæ in dubio æquè principalis
præsumitur *Rebuff. in prax. benef. tit. de vnion.
num. 20. Gonz. super reg. 8. glos. 5. §. 7. numer. 134.
Rota in Meleuitana Vnionis 13. Ianuarij 1642.
coram Reuerendiss. D. meo Decano, in Giennen. iu-
rispatronatus 1649. coram me,* necnon quod Pi-
larenses fuerunt, & sunt in Cathedralitatis
36 quasi possessione, ob quam releuantur ab
onere probandi, illudque transfertur in Ad-
uersarios contrarium asserentes, *l. circa, ff. pro-
bat. l. libertis, §. fin. ff. liber. caus. c. sæpe de restit. spol.
Buratt. dec. 100. nu. 2. & seqq.*

Nec tamen Metropolitani contrarium
37 probant †, aut ex donatione Ecclesiæ de Pi-
lari facta Ecclesiæ Sancti Saluatoris à Rege
Alfonso, Ranimiro, ac Ildefonso in vim
Indulti Apostolici de donando omnes Ec-
clesias exceptis Cathedralibus confirmata
ab Eugenio III. & Adriano IV. ac Alexan-
dro III. *Summ. Metropolitanorum num. 25. & tri-
bus seqq.* Aut ex sententia lata anni 1513. de-
clarante Ecclesiam Sancti Saluatoris Supe-
riorem, & Magistram vtique talem esse re-
cognoscendam ab Ecclesia B. M. *Summ. ibid.
num. 12.* Aut ex priuilegio exemptionis con-
cesso Pilarensibus à iurisdictione Archiepis-
copi, & ab illis acerrimè defenso in lite cum
Archiepiscopo *dicto Summ. num. 15. & 16.* Aut
ex erectione B. M. in Collegiatam quæ vi-
detur incompatibilis cum retētione Cathe-
dræ, ac probatur ex litteris Innocentij II.
iūctis pluribus intitulationibus hoc nomine
datis in *Summ. Metropolitanorum n. 19. & quatuor
seqq.* quod etiam agnouit *Rota in Cæsaraugu-
stana præeminent. 28. Aprilis 1634. coram Reue-
rendiss. Episcopo Terracinen.* vbi habetur, quod
Capitulum B. Mariæ de Pilari reperitur in
statu Collegiatæ.

Nam

Nam quoad donationes animaduerten-
dum est, quod non loquuntur de Ecclesia
de Pilari, de qua solùm fit mentio in dona-
tione Alfonsi, qui simpliciter donauit hanc
Ecclesiam Ecclesiæ Sancti Saluatoris, sed
donationem Alfonsi liberatoris, ac Rani-
miri prædecessorum confirmauit, ad quas
propterea, cùm confirmatio restringenda
sit inhærendum est donationibus in confir-
38 matione relatis † de hac Ecclesia mentio-
nem non facientibus *Rota decis.439.num.2.co-
ram san.me.Greg.XV. & in his terminis dec.353.
num.99.& 100.par.5.rec.*

Sententia Archiepiscopi Alfōsi lata anno
1513. declarat ab Ecclesia de Pilari reco-
gnoscendam esse Ecclesiam S.Saluatoris in
39 Matrem Superiorem, & Magistram, † quia
ibi quoque Cathedra collocata fuerat cu-
mulatiuè cum Ecclesia de Pilari, non pri-
uatiuè *Rota d.decis.353.sub nu.86.vers. non pri-
mum p.5.recent.* vt propterea sensus sit, quod
40 teneatur recognoscere † in matrem, & Su-
periorem aliarum Ecclesiarum Vrbis Cæ-
saraugust.non autem suimet, prout etiam
colligitur, ex quo in eadem sententia man-
datur obseruantia sententiæ Santij, & con-
cordiæ à Dalmatio, quæ vt superius demō-
strabam, probant æqualem Ecclesiæ Pilarē-
sis Cathedralitatem, omnisque interpreta-
41 tio sumenda est, † ne vna pars sententiæ al-
tri contradicat *cap.cum expediat de elect. in 6.Bu-
ratt.dec.391.nu.10.Rota dec.188.num.4.dec.250.
nu.14.par.6.recen.& in Barchinonen.exemptionis
20. Maij 1647. coram me.*

Exemptio refertur ad concernentia insti-
tutum regulare, ideoque non excludit de
cætero iurisdictionē Episcopi, & plures re-
42 periri Ecclesias Cathedrales,† quæ vt regu-
lares ab Episcopo sunt exemptæ, & subia-
cent suis Superioribus, vt verò Cathedrales
Episcopo obediunt refert *Hostien.in c.causam,
quæ in princ.de iudic.Abb.ibid.numer.8.Barbos.de
can.& dignit.cap.1.num.11. Coccin.dec.157.n.1.
& 2.* Quod eo magis applicatur casui nostro,
quo expresè reseruatur Episcopo iurisdi-
43 ctio in populum, cuius proinde & Paro-
chi respectu totum ius Episcopale in Eccle-
sia Pilarensi conseruatur Episcopo *cap. per
exemptionem de priuil.in 6.ubi glos. verb. curam
habet Gemin. num.14.& seq.Anchar. num.3.Lot-
ther.de re benef.lib.1.qu.24.num.107.& nu.118.
& seq.Seraph.decis.1058.sub nu.6.Rota inter rec.
decis.324.num.6.par.1.*

Erectio standem Pilarensis in Collegia-
tam, preter quod probata negatur, non re-
44 pugnat† continuationi cumulatiuæ Cathe-
45 dralitatis, Quinimo omnis Cathedralis† est
Collegiata *c.nouit c.de his,quæ fiunt à Prælat.sin.
cons.cap.Barbos.de can.& dignit.c.2.sub n.2. vers.
omnis enim Rissignet. decis.13. num.3. de prabend.*
potuitque obtineri specialis erectio in Col-
46 legiatam† ad abundantiorem cautelam,cu-
mulando hunc titulum expressum titulo
Collegialitatis implicito Cathedralitatis ad
*tex.in l.3.§. ex pluribus,ff.acq. poss.Manen.dec.36.
num.18.& seq.dec.25.num.49.Rota dec.305.n.5.
& 6.par.4. tom.2. recent.* prout vlterius decla-
rauit obseruantia, cum continuò Pilarenses
exercuerint supra recensitos actus Cathedra-
47 litatis, ad quam conseruandam † sufficeret,
vt dicebam, vnicus actus, sicut ad excludē-
dam probationem Metropolitanorum, qui
vt supra dicebatur, tenentur probare plenè
48 & concludenter † priuatiuam translationē
Cathedræ in eorum Ecclesiam sufficit pos-
sibile contrarium *c. in præsentia de probat. Rota
dec.505.num.3.& 4. p.1.diuers.dec.128.num.13.
par.6.rec. & in Asten.Coadiutoria 21.Iunii 1652.
coram R.P.D.Celso.*

Cum itaque iuxta prædicta constet ex a-
ctis de non iure Metropolitanorum, & per
49 consequens sententia Rotalis sit iusta,† vti-
que ob non prosecutam appellationem ex-
aduerso interpositam, transiit in iudicatum
non obstantibus assertis impedimentis, aut
50 intermedio tractatu concordiæ, † quia hūc
nō efficere quin currant fatalia tradit *Gaill.
obseru.lib.1.obseru.140.nu.8.& seq. & dixit Rota
in Romana Pecuniaria 17.Martij 1595.coram Litt.
impress. apud Marches. de commiss. par.2. fol.12.
num.4.*

Impedimenta verò vt excusent à proro-
51 gatione fatalium† oportet esse ineuitabilia,
& durasse per totum tempus desertionis *Ro-
ta decis.156.num.2.par.2.recen.* Neque in facto
subsistit quod Pilarenses tacitè prorogaue-
rint fatalia, quia petierunt quidem remisso-
riam, sed deinde videntes Metropolitano-
rum negligentiam in prosequendo appella-
tionem, rem iudicatam opposuerunt.

Merito igitur decisio rei iudicatæ Cano-
nizatoria cōfirmata hodie fuit vtraque par-
te informante.

BOONONIEN. FIDEICOMMISSI DE PANCALDIS.

Ven.10. Martij 1656.

Argumentum patet ex Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Sententia valida & iusta confirmanda est.*
Iustitia sententia resultat ex pluribus decisionibus in causa editis ibid.
2 *Decisiones Rotales bonum ius ostendunt.*
3 *Immissio deneganda non est fideicommissario probatis solitis requisitis siue ex remedio l. final.* siue vtilis Saluiani.
4 *Instantia cœpta à defuncto transit ad heredem.*

DECISIO DCLXVI.

IMMISSIO vigore fideicommissi Berti de
Pancaldis petita ab Alexandro filio Tho-
masiæ de Pancaldis, & lite pendente defū-
cto, concessa fuit Cassandræ illius sorori, &
hæredi per sententiam Rotalem, coram R.
P.D.Benibacqua aliarum præcedentium, de
partibus confirmatoriam, & respectiuè re-
uocatoriam, quam in gradu appellationis
per

per DD. Comites de Caprarijs Reos con-
uentos ad me interpositæ confirmandam
esse hodie Domini censuerunt.
1 De illius validitate constat ex actis,† & de
iustitia *ex pluribus decisionibus* super tam exi-
stentia, & purificatione fideicommissi quã
Descendentia Alexandri, & Cassandræ à fi-
deicommittente, bonorumque identitate
coram bon.me. Card. Panzirolo, coram Eminentiss.
D. Card. Ottobono, coram RR.PP.DD.mm. Cerro,
2 *Peuting. & Beuilaqua emanatis*, quæ bonum ius
instantis ostendunt *vt dixit Rota decis. 524. co-*
ram sa.m. Greg. XV. decis. 34. num. 3. decis. 151. n. 3
par. 7. recent. & propterea meritò deuentum
fuit ad sententiam immissionis in quinque
petijs Terræ ibidem & in dicta sententia Ro-
tali expressis, quæ docto de prædictis com-
3 petit fideicõmissario † siue ex edicto *D. Adr.*
Toll. relat. in l. fin. C. edict. Diu. Adr. Tollen. siue
ex vtili Saluiano interdicto *iux. tex. in l. fin. C.*
commun. de legat. prout sæpissimè decisum fuit in
causis relatis in Bononien. fideicommissi de Ameri-
nis 18. Maii 1648. coram R.P.D. Meltio in Fa-
nen. Bonorum 19. Iun. eiusdem anni coram b.mem.
Arguell. in Interamnen. fideicommissi 11. Martij
1654. coram R.P.D. meo Celso.

Nec dubitari potest, quin Cassandra Ale-
xandri soror & hęres prosequendo iudicium
ab eo dum viueret motũ reportare potuerit
ad sui fauorem sentẽtiam immissionis, quia
4 instantia cœpta † à defuncto transit ad hæ-
redem, *l. si operarum iud. ff. oper. libert. l. si petitor,*
ff. iudic. l. hæres absens in princ. ff. eod. cum aliis rela-
tis à Moder. Veneto de transmiss. cas. 55. num. 1. &
seqq. & in fortioribus terminis Rota dec. 141. nu. 5.
apud Pacif. de Saluian. dec. 644. num. 5. apud Mo-
der. Perus. de manut. in Senegallien. prædii 27. Iunii
1644. coram R.P.D. meo Meltio.

Et ita decisum informãte tantum Cassan-
dra citatis tamen pluries Aduersarijs.

CAVALLICEN. PAROCHIALIS.

Veneris 17. Martij 1656.

ARGVMENTVM.

Litteræ Apostolicæ non dicuntur vulneratæ per sententiam si Iudex nõ simpliciter executionem denegauit, sed ob non illarum iustificationem. Contradictor legitimus non est habens parem titulum, si ille nullus, & inualidus detegitur. Vicariæ ex Constitutione san. mem. Pij V. non prouidentur ad liberam electionem Ordinarij, sed ad nominationem eorum, in quorum Ecclesijs existunt, & contra dictam Constitutionem non valet Legatus de latere disponere, eique derogare. Legatus de latere potest de iure communi Vicarias cõferre, & quando collatio ei competit vigore Indulti non censetur dicto Indulto per Constitutionem Pianam derogatum, non facta speciali mentione.

SVMMARIVM.

1 *Executiuè procedi nequit ad executionem litterarum Apostolicarum si fuerunt per sententiã vulnerata. Declara n. 3.*
2 *Litteræ Apostolicæ dicuntur litteræ Vicelegati.*
3 *Litteræ Apostolicæ non dicuntur vulneratæ per sententiam si Iudex executionem simpliciter non denegauit, sed ob non iustificationem narratorum.*
4 Decisio 626. num. 17. par. 4. tom. 2. recent. *declaratur.*
5 *Anterior in data in concursu semper est præferendus.*
6 *Contradictor legitimus efficitur habens parem titulum ad impediendam executionem ab Aduersario petitam.*
7 *Limita conclusionem non procedere quando titulus contradictoris nullus, & inualidus detegitur.*
8 *Collatio, seu prouisio ex quibus reddatur subreptitia?*
9 *Ius nominandi Vicariũ spectat ad eum penes quem cura habitualis residet.*
10 *Derogatio iurispatronatus non trahitur ad ius nominandi, quod non competit ex gratia prout iuspatronatus, sed de iure communi, & respondetur clausula derogatoriæ, num. 11. & 12.*
Ius nominandi competens de iure communi valdè differt à iure nominandi competente ex Indulto ibidem num. 12.
13 *Ius nominandi cõpetens de iure communi non venit appellatione iuris nominandi competentis ex Indulto.*
14 *Derogatio semper restringenda est ad narrata in dispositione principali, semota omni extensione.*
15 *Vicarij perpetui ex Constitutione san. mem. Pij V. non ad liberam Ordinariorum electionem, sed ad nominatione eorum, in quorum Ecclesijs existunt deputantur.*
16 *Appellatione Ordinariorum veniunt etiam Legati de latere.*
17 *Constitutio Piana loquens de Vicarijs habet decretum irritans eique nequit à Legato de latere derogari.*
18 *Quinimò si Legatus procedit contra Constitutionem Pianam collatio deuoluitur ad Papam. Declara num. 34.*
19 *Legatus de latere conferre valet beneficia iurispatronatus Ecclesiastici.*
20 *Item valet conferre vigore Indulti Sixti IV. etiã beneficia depẽdentia à prioratibus in quibus sunt, & ad Priores, seu Monasteriorum, & Capitulorum Ecclesiarum prouisionem, seu quãuis aliam dispositionem spectantia. Declara n. 22.*
21 *Ius nominãdi Vicarios competit de iure communi. Ideoque à iurepatronatus ad ius nominandi Vicarios non infertur.*
23 *In collatione, seu prouisione fuisse factam mentionem iurispatronatus, sed etiam iuris nominãdi competentis de iure communi ex quibus verbis elicitatur?*
24 *Iuri communi faciliùs, quam priuilegio derogatũ censetur quando priuilegium est æquum, & ex iuxta causa concessum.*
25 *Verbum* Indultum, *generaliter intelligitur de* omni

omni concessione facta per viam priuilegij, vel legis vniuersalis, aut priuilegij inserti in corpore iuris.

26 *Ius nominandi supposita cura habituali comprehēditur sub nomine iurispatronatus ex lata quadam significatione.*

27 *Legatus potest ex dispositione iuris communis conferre Vicarias.*

28 *Ius conferendi Vicarias vigore Indulti si Legato competat non censetur dicto Indulto per Constitutionem Pianam derogatum tanquam requirens specialem mentionem, & redditur ratio, numero 29.*

30 *Constitutio Piana loquens de Vicarijs non comprehendit Legatos de latere, quia loquitur de collatione Ordinariorum, & licet Legatus in sua prouincia sit Ordinarius eius iurisdictio non est inducta modo ordinario, sed extraordinario, numero 31.*

Legatus de latere in sua Prouincia dicitur Ordinarius, ibid. num. 31.

32 *Dispositio loquens de Ordinarijs ideo non ligat Legatum, quia non venit appellatione Ordinariorum.*

33 *Legatus maiorem iurisdictionem habet, quam Ordinarius.*

34 Decis. 344. num. 12. par. 5. recent. *quo casu loquatur?*

35 *Parochiales ex dispositione S. Concil. Tridentini conferuntur per concursum.*

36 *Obseruantia negatiua ex quibus resultare non dicatur?*

37 *Habens parem titulum est legitimus contradictor, donec exceptio inualiditatis tituli requirentis altiorem indaginem plenius examinentur.*

DECISIO DCLXVII.

EXIBVERE vnusquisque ad sui fauorem Petrus Franciscus Baume, & Iosephus de Bonadona prouisionē D. Vicelegati Auenionis de Vicaria perpetua in Ecclesia Collegiata Villæ Insulę vacante per liberam resignationē à prædecessore factam in manibus Domini Vicelegati, & licet Petri Frācisci sit anterior in data, petijt Iosephus immissionem, & suæ prouisionis executionem coram Auditore Vicelegati qui pronunciauit gratiam Apostolicam Iosephi non esse exequendam sicque perpetuum silentium imposuit: Interposita appellatione fuit rursus in secunda instantia petita immissio, & ex duplici capite hodie denegata. Primò nempè quia executiuè ad immissionē procedi non potest † stante dicta sententia, quæ viam executiuam litteris Apostolicis (quales dicuntur † etiam litteræ Vicelegati, *gloss. in cap. si Abbatem de elect. in 6. Rota decis. 206. num. 5. par. 1. diuers. & in Nicien. Archipresbyteratus 9. Iunij 1653. coram R.P.D. meo Zarate, pluresque relati à Modern. Auenionen. quæst. benef. p. 2. cap. 3. §. 6. num. 1.*) alias competentem vulnerauit, quamuis secus dicendum esset, † si primus Iudex executionem nō simpliciter denegasset, sed ob non iustificationem narratorum, vt benè distinguendo declarauit *Rota in Meleuitana beneficij 25. Iunij 1649. coram me in Pampilonen. beneficij de Esparza 15. Decembris eiusdem anni §. finali coram bon. mem. Arguelles in decis. 365. num. 14. apud Merlin. & tradit Lotter. de re benef. lib. 3. quæst. 11. num. 114.* neque contradicit imò adstipulatur exaduerso allegata *decis. 626. num. 17. par. 4. tom. 2. recent.* quia ibi firmatur, † quod etiam vbi datur appellatio concedi potest immissio, sed quod procedendum est ordinariè non executiuè. Secundò quia cum Petrus Franciscus habeat similem prouisionem Prolegati, vel præferendus est tanquam anterior † in data iuxta tradita *in c. super eo de officio legati cap. cum cui de præb. in 6. Coccin. dec. 350. num. 1. cum alijs allegatis in Gadicen. Præstimonij 2. Decembris 1648. §. tum quia coram bon. mem. Arguelles;* vel saltem est legitimus contradictor † ad impediendā executionem ab aduersario petitam, *Argel. de leg. contrad. q. 2. num. 45. & sequitur Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 20. num. 217. Mancic. dec. 71. num. 7. Rota inter recent. dec. 366. num. 2. par. 3. & in Vicen. Parochialis 1. Iulij 1643. coram Eminentissimo Cardinali Otthobono.* Verùm quia conclusio hęc limitatur† quādo per titulus contradictoris nullus, & inualidus detegitur, *Gonz. super regul. 8. §. 3. proemial. num. 144. Menoch. de adipisc. remed. num. 42. decis. 641. numer. 1. par. 4. recen. & in dicta Gadicen. Præstimonij coram Arguelles in dicta Cōpostellana Parochialis coram D. Cardinali Otthobono,* vbi allegantur concordantes talem esse † prouisionem Petri Francisci asserebant informantes pro Iosepho, tum ex defectu volūtatis Prolegati, cui narratum non fuit vt debuit, quod Vicaria erat conferenda ad nominationem Præpositi Insulæ, penès quam residet † cura habitualis animarum, & ob id ius nominandi, vt fatetur pars aduersa, & probatur ex litteris erectionis Vicariæ data Summario Petri Francisci *num. 4.* ac ex *Constitutione san. mem. Pij V. in ordine 47. §. inter impress. Bull. tom. 2.* Nec satisfacit narrasse, quod erat de iurepatronat. Præpositi, eique fuisse derogatum, quia derogatio huiusmodi† non trahitur ad ius nominandi quippe quod non cōpetit ex gratia prout iuspatronatus, sed de iure cōmuni, vt in terminis similis derogationis decisum fuit in *Tirrasonen. iuris præsentandi 27. Maij 1588. coram Bubalo relata per Garziam de benef. par. 9. cap. 2. num. 290.* Nihil pariter suffragatur clausula derogatoria,† ibi; *seu si Episcopo, & Præposito indultum existat*, quod de huiusmodi, vel de alijs beneficijs Ecclesiasticis, vel de eorum collationem prouisionē præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem nulli valeat prouideri.

Quia refertur ad ius patronatus, supra in parte dispositiua narratum, extendendo solum ipsius derogationem etiam ad casum, quo patrono fuisset ex gratia indultum vt alteri de beneficio prouideri non possit per lit-

litteras Apostolicas non facientes plenam,
& expressam mentionem eiusdem indulti,
itaut nusquam censeatur comprehensum
12 ius nominandi,† non competens ex indul-
to,sed de iure communi quod longè differt
13 ab indulto, † & eius appellatione non ve-
nit: *cap. Abbate vers. quia cum priuilegio de verb.
signif. cap. priuileg. dist. 3. Suarez de legib. lib. 8.
cap. 1. num. 2. & seqq.* Semperq; sit restringen-
14 da derogatio † ad narrata in dispositione
principali, *Germon. de Indultis Card. §. etiam ex
eo num. 27. in fine*, semota omni extensione
*Gemin. cons. 35. num. 2. Penia decis. 1582. num. 10.
Rota dec. 13. num. 19. & seqq. dec. 584. numero 38.
& 39. par. 5. recen.* Præsertim quia acta subse-
cuta demonstrant non fuisse à cõferente, vel
prouiso cogitatum, nisi de iure patronatus
pro executione enim prouisionis articula-
tum non fuit ius nominandi cõpetens Prę-
posito, sed iuspatronatus dumtaxat summa-
rio Iosephi *num. 6.* Tum potestatis quippe
Constitutio Piana mandat Vicarios perpe-
15 tuos, † non ad liberam Ordinariorum ele-
ctionem, sed ad nominationem eorum in
quorum Ecclesijs existunt deputari; appel-
16 latione autem Ordinariorum † veniunt etiã
legati de latere, *Gambar. de potest. Legat. lib. 3.
num. 31. Gig. de pens. q. 6. numer. 18. & 21. Garz. de
benef. par. 5. cap. 8. numer. 9. Lott. de re benef. lib. 2.
q. 13. n. 43. Castro Palao oper. moral. tom. 2. tract. 13
disp. 2. puncto 25. sub nu. 2. & 5. vers. secunda sen-
tentia*, cumque Constitutio habeat decretum
17 irritans, & emanauerit à Papa per viam le-
gis vniuersalis, ei non potuit Prolegatus de-
rogare, *Rom. cons. 37. num. 2. vers. secundo quia,
Ruin. cons. 166. nu. 3. vers. quia Legatus lib. 4. Hon-
ded. cons. 43. lib. 2. Castropalao disp. 25. sub nu. 10.
Rota dec. 67. num. 16. par. 4. tom. 2. recent. decis. 672.
nu. 20. apud Modern. penes tract. de manuten.* Imò
si Legatus procedit contra formam Consti-
18 tutionis Pianæ deuoluit collationem ad Pa-
pam dixit *Rota in terminis Legati Auenionen. de-
cis. 344. num. 12. par. 5. recen.* Nec releuat quod
19 Legatus† conferre valeat beneficia iurispa-
tronatus Ecclesiastici *cap. dilectus de offic. legat.
c. cum dilectus de iurepatronat. Gigas de pens. q. 24.
nu. 1. Castropalao dicto Tract. 13. disp. 2. punct. 15.
num. 11.* & habeat à felic. recordat. Sixto V.
20 facultatem conferendi † etiam beneficia
dependentia à prioratibus in quibus sunt, &
ad priores, seu Monasteriorum, & Capitu-
lorum Ecclesiarum prouisionẽ, seù quam-
uis aliam dispositionẽ spectantia; quia iam
21 probatum fuit quod à iurepatronatus † non
potest inferri ad ius nominandi Vicarios
competens de iure communi. Indultum
22 verò Sixtinum non derogat † futuris Con-
stitutionibus, adeoq; Pianæ longè post ema-
natæ, prout etiam comprobauit obseruan-
tia resultans ex quinq; prouisionibus factis
à Prolegato ad nominationem Præpositi ab
anno 1599. & sic à die erectionis Vicariæ
perpetuæ vsque ad annum 1637. Summario
Iosephi *num. 3.* sed ad primum obiectum re-
sponderunt informantes pro Petro, Fran-
cisco nè dum iurispatronatus, sed quoque
iuris nominandi competentis Præposito, fa-
ctam esse mentionem in prouisione ad eius
fauorem, ibi, *ad eorum collationem, prouisionem,
23 præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem
spectare, glos. in Clem. fin. verbo prouisioni de elect.
Gemin. cons. 15. num. 3. Gonz. super reg. 8. gloss. 17.
num. 1. Rota dec. 791. num. 9. par. 1. diuers.* Et esto
derogatio loquatur de prouisione, seu qua-
uis alia dispositione proueniente ex indulto
fortius comprehendere competentem de
24 iure communi, cui facilius † quam priuile-
gio censetur derogatum, quando priuilegiũ
est æquum, & ex causa concessum *decis. 93.
nu. 7. lib. 3. post Iason. in l. postquam liti, col. penult.
vers. 2. nota, C. de pact. Galialula in repet. l. centu-
rio col. 22. vers. 4. vltra ff. de vulgar. & pupill.* &
verbum *Indultum* exaduerso ponderatum
25 intelligendum esse generaliter † de omni
concessione facta per viam priuilegii, vel le-
gis vniuersalis, aut priuilegij inserti in cor-
pore iuris, vt per supra allegatam decisio-
nem *37. num. 65. decis. 117. nu. 33.* Neque acta
subsecuta videlicet articulos pro iustifica-
tione gratiæ productos esse restrictos ad ius
patronatus, cum imò articulata fuerint ea
qua conuincunt curam habitualẽ esse apud
Præpositũ, & per consequens ad illum spe-
26 ctare † ius nominãdi; quod supposita cura
habituali comprehenditur, sub nomine iu-
rispatronatus ex lata quadam significatione,
vt fuit dictum *in Barchinonen. Parochialis, seu
Vicariæ 10. February 1645. §. quia, & in alys co-
ram Eminentissimo Card. Corrado*; Ad secun-
dum posse Legatum ex dispositione iuris
27 communis † conferre Vicarias; *Gambar. de
potest. Legat. lib. 3. numero 513. Azor. instit. moral.
par. 2. lib. 5. cap. 29. q. 6.* Eoque magis vigore
Indulti Sãctissimi exaduerso memorati, cui
28 per subsequentem† Constitutionem Pianã
non censetur abrogatum tanquam requi-
rens specialem mentionem, *Gamb. de potest.
leg. lib. 9. numer. 17. & lib. 8. tit. quid possit Legatus
circa indulg. num. 13. & sequent. Mandos. super reg.
Cancell. 17. q. 7. nu. 4.* vbi dicit rationem, quia
29 Legatus† personam Papæ repræsentat, & ex
eadem ratione sicuti per dictam Constitu-
tionẽ non ligantur manus Papæ ita nec eius
30 Legati de latere quem nec in verbis† Con-
stitutio comprehẽdit cum loquatur de col-
latione ordinariorum, & Legatus licet in
31 sua Prouincia Ordinarius dicatur, eius ta-
men iurisdictio non est inducta modo ordi-
nario, sed quodãmodo extraordinario quasi
superinducta ex allegatis per *Modern. Auen.
benef. quæst. par. 2. cap. 3. §. 6. sub n. 6. Castro Palao
oper. moral. tom. 2. tract. 13. disput. 2. punct. 25. sub
num. 9.* vbi signanter aduertit quod ideo di-
spositio loquens de Ordinarijs † non ligat
32 legatũ † quem nec venire appellatione Or-
dinariorum notat *gloss. in Clement. 2. verb. vo-
lumus de officio Ordin.* quia maiorem iurisdi-
33 ctionem habet † quam Ordinarius *c. 1. & 2.
de offic. Leg. in 6. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 28.
numer. 116.* Gratisque allegari, quod indulto
Sixti-

Sixtino posterior sit Constitutio Piana, siue *decis. 344. num. 12. par. 5. recent.* Firmans quod legato non obseruante formam Constitu-
34 tionis collatio deuoluatur ad Papam † sine obseruatione; quia indultum est innouatum, ac repetitum in successiuis, & modernis facultatibus Legatorum, & sufficit quod non fuerit à Constitutione abrogatum, vel quod Constitutio prouisionem legati non afficiat,
35 *decis. verò* 344. non agit de hac Constitutione sed de alia mandante Parochiales con-
35 ferri præuio concursu † vt etiam Conciliũ Trident. disponit, quod Prolegatus seruare tenetur *Castro palao dicto punto 25. nu. 13. & 16. in fine*; Obseruantia tandem retorquetur quia in Summario Petri Francisci dantur plures prouisiones Prolegati absque nominatione præpositi, vel habentium curam habitualem, & ab aliquibus prouisionibus factis ad nominationem non resultat obser-
36 uantia † negatiua, quod scilicet absque nominatione conferri non possit *Mandell. Alb. cons. 15. num. 6. Abbas in cap. Ioannes numer. 7. de Cleric. Coniug. Iason. in l. de quibus num. 96. ff. de legibus.*

Quæ Rota ponderauit non ad effectum aliquid statuendi super potestate Prolegati, & validatione prouisionis Petri Francisci, sed solum ex inde colligendi quod exceptio
37 inualidationis † requirit altiorem indaginẽ, & propterea donec plenius suo loco examinentur nõ officit, quia interim Petrus Franciscus est legitimus contradictor, *Angelus de legitt. contradict. quæst. 2. num. 56. 71. & sequent. & quæst. 15. num. 138. & sequent. vbi allegat concordantes Menoch. de Adipisc. remed. 1. sub nu. 42.*

Et ità decisum vtraq; parte informante.

LEODIEN. BONORVM.

Ven. 28. Aprilis 1656.

ARGVMENTVM.

Remissoria ad probandam obseruantiam interpetratiuam circa pactum reuersiuum apponi solitum in capitulis matrimonialibus in patria Leodiensi deneganda non est, præsertim concurrente fumo materię articulatę.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo patriæ Leodiensis circa pactum reuersiuum appositum in capitulis matrimonialibus fauore proximiorum quomodo intelligenda?*
2 *Remissoria in causis prophanis concedi solet in qualibet instantia super omnibus articulis etiamsi vnus tantum sit releuans.*
3 *Fumus ad effectum remissoriæ resultat ex fidibus extraiudicialibus.*
4 *Ad remissoriam concedendam sufficit articulos quoquomodo conferre ad victoriam causæ.*
5 *Quinimo, & releuantiam esse dubiam.*
6 *Remissoria nõ datur ad euertenda fundamenta decisionum in causa emanatarum.*
7 *Obseruantia interpetratiua attendi ac præualere bebet, quamuis intellectus iam datus sit de Iure verior, dummodo verba apertissime nõ repugnent.*
8 *Remissoria, quoties suspicio cessat quod illa calumniose non petitur ad euertenda fundamenta decisionum deneganda non est.*
9 *Calumniæ suspicio excluditur ex fumo materiæ articulatæ.*
10 *Remissoria denegari non debet sub prætextu, quod testes in prima instantia illam petens non examinauerit si obtinuit sententiam ideò probationibus non egebat.*
11 Decis. in Leodien. successionis prima Iulij 1654. *coram R.P.D. Cerro declaratur.*
12 *Donatio contemplatione matrimonij irreuocabilis est.*
13 *Remissoria quandoque contenditur cum retardatione vel sine arbitrio Rotæ.*

DECISIO DCLXVIII.

LEodiensis Patriæ iuxtà consuetudinem pactum reuersiuum ad fauorem dona-
1 toris, † vel proximiorum in Capitulis Matrimonialibus appositũ, in casum deficientia liberorum, non purificari, si liberi vni ex Parentibus superuiuant, quamuis alteri prædecedant, dummodo disiunctiuè seù alternatiuè collatum fuerit in tempus mortis alterius ex coniugibus, *Respondit Rot. in decis. huius causæ super negotio principali edita die 5. Iulij 1655. coram me ex rationibus ibidem adductis.*

Ideò informãtes pro Hermanno Ouers, & litis consortibus prætendentes consuetudinem indistinctè procedere, siuè pactum reuersiuum sit cõceptum indefinitè siuè alternatiuè, ad id probandum exhibuerunt articulos, petendo desuper sibi concedi re-
2 missioriam, † quæ solet in qualibet instantia concedi in causis prophanis super omnibus articulis, etiam si vnus tantum releuans esset *Caputaq. decis. 68. num. 1. par. 3. Coce. dec. 149. num. 1. Rot. coram san. mem. Greg. XV. decis. 403. num. 3. & inter rec. decis. 247. num. 1. par. 1.* faci-
3 lius dato fumo articulatorum, † quia etiam ex fidibus extraiudicialibus in casu nostro productis resultat *Rot. decis. 650. num. 6. par. 1. recent. decis. 661. num. 1. par. 2. decis. 381. num. 27. par. 4. tom. 2.*

Releuantia verò articulatæ materię satis patet, quia à dictæ consuetudinis interpetratione pendet victoria causæ ea sufficeret ad obti-
4 nendam remissoriam, † quod articuli quoquo modo ad victoriam conferrent *Caualer. decis. 232. num. 2. Rot. inter recent. decis. 720. nu. 3. par. 2. & in Marsicen. Iurisdictionis 17. Februarij* 1642. *§. si quidem coram me*, quin, & releuan-
5 tiam † esse dubiam, *vt fuit dictum in Pisauren. donationis 26. Iunij 1647. coram Eminentissimo D. Cardinali Otthobono, & in Toletana Decimarum 16. Martij 1648. coram R.P.D. meo Celso.*

Nec obstat quod Rota in supra memorata
decisione huius causę declarauerit consue-
tudini locum non esse vbi pactum est alter-
6 natiuum, nec detur Remissoria † ad euer-
tenda fundamenta decisionum in causa e-
manatarum. Quia declaratio huiusmodi
innititur legali intellectui pacti, & consue-
tudini non constito quod aliter consuetudi-
7 nē interpretatus fuerit vsus, † & obseruantia,
quæ præualet, quamuis intellectus iam da-
tus esset de Iure verior, dum de cœtero ver-
ba apertissime non repugnant. *Soccin. con-
sil. 145. nu. 1. in fin. & nu. sequenti lib. 1. Aym. con-
sil. 201. nu. 11. & seq. Add. ad san. mem. Greg. XV.
decis. 184. sub n. 8. vers. aduertendum Rot. dec. 574.
num. 3. par. 1. diuers. decis. 603. num. 6. par. 2. recent.
& in Bacchinonen. Canonicatus 15. Decemb. 1645.
§. dubitatio coram Reuerendissimo Archiepiscopo
Tarraconensi.*

Cumque propterea cesset omnis suspi-
8 cio, † quod Remissoria petatur calumniose,
ad euertenda decisionis fundamenta dene-
gari ex hoc capitè non debet *Coccin. dec. 338.
num. 2. & 3. aliique allegati in Valentina Iuris se-
dendi 15 Martij 1638. coram bon. mem. Cardinali
Panzirolo in Romana Societatis de Rotignis 5. No-
uembris 1548. coram me.* Eò minùs quia ca-
9 lumnia suspicionem † excludit etiā fumus
articulatorum, vt ponderauit *Rota in dicta
Romana Societatis de Ritignis in firmana nullius
executionis 28. Iunij 1651. coram me.*

Nihil refragante quod pendente hac lite
in partibus nunquam, talis consuetudo fue-
rit articulata, aut probata; quia in prima
instantia cōsuetudo fuit admissa absquè alia
probatione, & Iudex protulit sententiam
ad fauorem instantis, quàm cum postea se-
cundus Iudex reuocauerit. Instans in tertia
instantia exhibuit articulos ad probandam
consuetudinem per Testes, quos tertius Iu-
dex adimisit, & Gerardus, & Guglielmus
Robyns ab illorum admissione appellarunt
adhoc Sacrum Tribunal. Vndè nihil impu-
10 tari potest † instanti si suas probationes nō
fecit, præsertim, quia ille non possidet, vt
per *Buratt. decis. 816. num. 5.* & obtinuit primā
sententiam fauorabilem ex allegatis *per ad-
den. ad Buratt. decis. 23. littera B. & in dec. 677.
num. 5. par. 1. recent.*

Non obstat quod ad probandam similem
consuetudinem denegata alias fuerit remis-
soria in *Leodien. Successionis prima Iulij* 1654.
11 *coram R. P. D. meo Cerro* † quia ibi non ageba-
tur de consuetudine circa intelligentiam
pacti reuersiui, alternatiuè, vel coniunctiuè
concepti, sed circa comprehensionem bono-
rum, an scilicet appellatione bonorum pro-
uenientium ex latere Patris venirent, tàm
bona prouenientia à maioribus eiusdem Pa-
tris, quam ab ipso Patre acquisita; Quæ ve-
rò dicuntur de Testamento Gasparis non fa-
ciunt ad rem, quià ipse censetur disposuis-
se de bonis suis, non autem de ante donatis
Corrado filio ex causa matrimonij per do-
12 nationē quam † irreuocabilem esse decisum
fuit *sub die 2. Martij 1653. coram me.*

Quapropter vtraque parte informante
DD. censuerunt dandam esse remissoriam
13 cum retardatione † vel sine arbitrio Rotę,
vt seruatum fuit in *Theatina, seù nullius Abba-
tiæ 15. Martij 1645. coram me.*

CALAGVRITANA BENEFICII DE BILBAO

Lun. 15. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Quando non agitur de priuando aliquem be-
neficio iam obtento sed de illum repellendo
ab assecutione sufficit sola diffamatio Simo-
niæ, & exquibus adhunc effectum diffama-
tio probetur? Sententia absolutoria reportata
à diffamato de simonia non suffragatur nec
diffamationem tollit, si illa emanauit nō ex
capite innocentiæ sed ob non factas proba-
tiones, & diffamatum condemnat in expen-
sis.

SVMMARIVM.

1 *Symonia ad effectum priuationis beneficij est con-
cludenter probanda; ad effectum verò obtinendi
institutionem seu collationem sufficit diffamatio.*

2 *Beneficium habetur pro collato habenti qualitates
à constitutione super collatione beneficiorum re-
quisitas si se opposuit, & ad examen fuit ad-
missus.*

3 *Declara cōclusionem procedere quando vnus tan-
tum habens qualitates requisitas se opponit, secus
verò si concurrunt alij oppositores, tunc enim
oppositio, & illius admissio nullum Ius tribuit
donec sequatur actus institutionis.*

4 *Adiudicatio Beneficij licet sit debita digniori ha-
benti qualitates requisitas adeffectum prælationis
nihilominus qualitates nō attenduntur quoties est
de Simonia diffamatus.*

5 *Ius ad rem ex oppositione resultans est considera-
bile ad effectū vt præseruatum dicatur per clau-
sulam,* Dummodo tempore datę præsentiū
non sit alteri Ius quæsitum *appositam in po-
steriori prouisione.*

6 *Secus verò adeffectum vt ex tali Iure beneficium
dicatur acquisitum; itàut illo priuatus censeatur
beneficio iam obtento, præsertim in materia Sy-
monia vbi plena probatio requiritur quando agi-
tur de priuatione beneficij iam obtenti.*

7 *Ius in re non acquiritur per quoscunque actus col-
lationem præcedentes.*

8 *Institutio deneganda est ex sola suspicione Symo-
nia ad euitandum scandalum in populo, & quia
opinio promouendi ad beneficia in nullo debet
vacillare.*

9 *Episcopus electus si de multis criminibus est dif-
famatus admittendus non est.*

10 *Amplia quamuis per electionem fuisset quæsitum
Ius ad rem.*

11 *Diffamatio de simonia resultat ex pluribus coniec-
turis ac testibus de publica voce, & fama, &*

ex

ex inquisitione siue denunciatione Criminali, quæ sola sufficit.
12 *Ex sola diffamatione Symoniæ scandalum oriretur si diffamatus beneficium essequeretur.*
13 *Diffamatio nõ tollitur per sententiam absolutoriã reportatam à diffamato in iudicio Criminali, quoties condemnatur in expensis, nec illa emanauit ex capite innocentiæ, sed ob non factas probationes.*
14 *Ratio est quia tunc remanent vestigia prioris indicij, & potest absolutus superuenientibus inditijs quandocunque vexari.*
15 *Appellatio effectum sententiæ suspendit.*

DECISIO DCLXIX.

OBesse Antonio de Goiri nè Beneficium controuersum assequatur diffamationem symoniæ super hoc ipso beneficio commissæ, & probationes ad illam ostendendam adductas censuerunt iterum Domini, amplectendo præsertim distinctionem, quam in §. *hæc tamen affert prima decisio huius causæ ædita sub die 5. Iulij proximè præteriti*, quod
1 scilicet aut agitur de priuando † aliquem ex capite symoniæ beneficio iam obtento, & requiritur plena probatio symoniæ, aut de deneganda institutione, seu Collatione beneficij obtinendi, & sufficit symoniæ diffamatio, & coniecturæ, eandemque distinctionem vltra allegationes in d. §. *Hæc tamen sequitur Ripa de symonia par. 3. art. 6. num. 2. & 3. Rot. apud Seraph. dec. 1029. num. 1. vers. quicquid fit dec. 22. num. 2. inter impress. post 2. vol. cons. Farin. aliique relati ab add. ad. Buratt. dec. 445. nu. 15. à Modern. Auenionen. resol. benef. par. 2. cap. 5. §. 1. nu. 13. & à Modern. Tudert. var. lucubr. tit. 4. c. 19. num. 121.*

Et licet Informantes pro Antonio afferant, nos versari in primo membro distinctionis, eo quod, cũ ille habeat omnes qua-
2 litates à Constitutione Clementina † in huiusmodi beneficijs requisitas, ac se opposuerit, fueritque ad examen admissus, habendus videtur, ac si beneficium ei fuisset collatũ, iuxta tradita per *Mandos. conf. 51. nu. 5. & seqq Buratt. dec. 55. nu. 4. Rota in Calag. beneficij S. Ioannis de Molinar 17. Nouembris 1651. coram R. P. D. meo Cerro. Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 51. num. 38. & seqq.*

Responsum fuit primo, adducta per Mandosium posse admitti quando vnus tantùm
3 adest oppositor † habens qualitates à lege, vel ab homine requisitas, secùs verò si concurrunt alij Oppositores ex prouisione legis, vel fundationis admittendi, tunc enim oppositio, & illius admissio nullum ius tribuit, donec sequatur actus authorizabilis superioris habentis conferre, vel instituere, vt declarasse Rotam testatur *Mandos. dict. consil. 51. in fin.* & tradit *Lother. de re benef. lib. 2. quæst. 51. nu. 38. & 43. vers. tertius est casus Garz. de benef. par. 4. cap. 3. num. 71. Gonzal. super reg. 8. Cancell. glos. 9. §. 1. num. 58. & 93. Pelarz. de maiorat. par. 4. quæst. 1. num. 61. Escobar. de purit. sang. par. 1. quæst. 7 num. 17. & seqq. Castropal. oper. moral. tom. 2. tract. 13. disput. 2. par. 1. num. 17. Mohed. decis. 1. de præbend.*

Et hic est casus noster, quia adest etiam oppositio Ignatij, qui est filius Patrimonialis, fuit in examine approbatus, omnibusq; alijs qualitatibus est præditus, quas præcipit Constitutio Clementina, & quamuis Antonius iactet se digniorem tanquam ętate seniorem, Sacerdotem, ac aliàs ad audien-
4 das confessiones approbatum, † hæ qualitates prælationem nõ tribuunt, dum est de symonia diffamatus *Calder. cons. 9. de probat. Rota diuer. decis. 655. num. 2. par. 4. Caputaq. dec. 201. part. 1. decis. 238. num. 3. par. 3. Seraph. decis. 767. num. 4. Rota decis. 219. num. 3. in fin. par. 3. recent. & in Beneuentana Parochialis 13. Iunij 1590. coram Orano, impress. apud Marches. de commiss. tom. 1. fol. 293. sub numer. 3. vers. cum sola suspicio decis. 119. num. 1. & seq. coram Comitulo.*

Secundo, Responsum fuit esto quod oppositio admissa ius tribueret, illud esse tan-
5 tùm ad rem, † & considerabile ad alios effectus puta, vt præseruatum dicatur per clausulam *dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum* appositam in posteriori prouisione, in quibus terminis loquuntur ex aduerso allegati, nusquam
6 tamen dici potest ex iure huiusmodi † resultare acquisitionem beneficij ad effectum, vt qui illo priuatur, censeatur priuatus beneficio iam obtento in subiecta materia symoniæ, eius quippe plena probatio, vbi agitur de priuatione Beneficij obtenti, exigitur, ob grauius præiudicium, quod infert priuatio iuris plenè quæsiti, & à Superiore iam authorizati; Aequale verò non est præiudicium, quod infertur Oppositori nondum Collationem assecuto, quia per quoscumq;
7 actus† Collationem præcedentes nunquam acquiritur ius in re, *cap. vlt. de conceß. præbend. in 6. Lother. in his terminis de re benef. lib. 2. qu. 51. num. 35. & seqq. Seraph. decis. 1091. nu. 1. & seqq. decis. 1356. num. 11.* dumque Superior alium præfert, non dicitur priuare symoniacum; sed abstinere ab illius institutione, vt debet etiam ex sola suspicione symoniæ ad euitã-
8 dum scandalum, † quod aliàs prębiturus esset, & quia opinio promouendi ad beneficia Ecclesiastica in nullo debet vacillare *cap. Laici 33. distinct. Hostien. in cap. accusatum num. 3. de symon. Abb. in cap. cum iniunctis sub n. 4. circa fin. vers. quia non debet de elect.* & nulla nota, vel infamia esse maculata *cap. fin. de furt.* latè *Garz. de benef. par. 7. cap. 8. num. 2.* Vnde in fortioribus terminis non esse admittendum
9 Episcopum † iam electum si de multis criminibus erat diffamatus, disponit *text. in Can. tantis Daniel. 81. distinct.* & probat *Abb. in cap. 1. num. 8. in cap. per Inquisitionem num. 11. de elect. Felin. in cap. nihil num. 12. vers. decimotertio de præscript. Seraphin. decis. 516. num. 4. Rota diuers.*
10 *decis. 655. num. 2. par. 4.* Et si per † electionem

fuisset quæsitum Ius ad rem *Rebuff. in prax. super reg. de iur. quæsit. non toll. glos. 6. num. 37. & seq. Cassad. decis. 18. num. 4. de prebend. cum alijs allegatis per modern. Pisanum de iurepatr. part. 2. lib. 3. cap. 8. num. 18.*

Quæ bene omnia applicantur casui nostro, quia diffamatio Antonij de commissa
11 symonia, † eiusque coniecturæ resultant ex pluribus testibus deponentibus quoque da publica voce, & fama, & ex inquisitione, siue denunciatione criminali, quæ sola sufficeret *c. 4. de accusat. Lotber. de re benefic. lib. 2. quæst. 31. num. 145. Rot. decis. 2. num. 1. de accusat. in antiq.* aduertendo maximè quod ad effectum de quo agitur satis est probare, vel sy-
12 moniam, vel symoniæ diffamationem, † à qua oriretur scandalum, si diffamatus promoueretur. Et tantum abest, quod diffa-
13 mationem euacuet sententia† absolutoria reportata in Iudicio criminali, quod imò illam auget, dum inquisitum condemnauit in expensis, vel saltem præseruat ex quo nō emanauit ex capite innocentiæ, sed ob non factas probationes, vt in puncto respondit *Rota decis. 219. sub num. 3.* vbi dicit rationem,
14 quia tunc remanent vestigia prioris†iudicij, & potest absolutus superuenientibus inditijs quandocumque vexari *par. 3. recent. cum alijs allegatis in prima decisione huius causæ §. nihil refragante*, vltra quod sententia est suspen-
15 sa † per appellationem, *vt in §. & hæc faciliùs ponderat eadem prima decisio.*

Quam propterea confirmandam esse resolutum fuit, causa bis proposita sub die 7. Februarij proximè præteriti, & hodiæ vtraque parte informante.

BONONIEN. PRIMOGENITVRAE.

Ven. 26. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario non potest denegari immissio constito de purificatione fideicommissi ad eius fauorem & de identitate bonorum, & ex quibus identitas probetur? Detractiones quo casu prætendi nequeant ab hærede grauato prout etiam meliotamenta facta in bonis fideicommissi? Constitutiones Apostolicæ prohibent ne bona status Ecclesiastici possint distrahi in Forenses. Exceptio tamen distractionis opponi solum potest à fisco, ea ratione quia constitutiones ad fauorem Cameræ emanarunt, & quando à priuato etiam opponi valeat?

SVMMARIVM.

1 *Immissio passim conceditur fideicommissario ex Edicto diu. Adrian. tollend. siue ex Sa. uiano interdicto consito de purificatione fideicommissi, ac identitate bonorum.*

2 *Identitas bonorum fideicommissi quod illa scilicet fuerint à fideicommittente possessa tempore obitus, quodque à Reo conuento possideantur ex quibus probetur. & nu. 3. 5. & 6.*

4 *Identitas bonorum hæreditariorum probatur ex contractibus initis inter hæredes occasione dd. bonorum.*

5 *Confessio plenè probat contra confitentem & habentes ab eo causam.*

6 *Bona ab hærede possessa præsumuntur olim fuisse à testatore possessa.*

7 *Præsertim quando existunt in eodem loco vbi possidebat testator non docto de particularibus acquisitionibus intermedijs.*

8 *Testator quod disponere voluit de re propria tantum resultat ex modo disponendi puta si vsus fuit verbo* suum *vel* sua.

9 *Secus verò si aliunde apparet Testatorem disponere etiam voluisse de re non propria, sed ad hæredem spectante de qua disponere potest, & huiusmodi voluntas ex quibus desumatur? num. 10 & 11.*

12 *Heres grauatus censetur acquirere etiam pro fideicommissarijs, quando concurrit praceptum testatoris quamuis stipulatio sit concepta pro se, & hæredibus.*

13 *Hæres simpliciter adiens hæreditatem tenetur habere ratum factum sui authoris.*

14 *Detractiones faciendæ non sunt ex bonis particulari fideicommisso subiectis, si alia bona existunt.*

15 *Detractiones prætendi nequeunt à grauato quando constat hæreditatem adiuisse sine beneficio inuentarii, & aliqua bona hæreditaria alienasse, quia tunc de dictis alienationibus satisfactus præsumitur.*

16 *Hæres hæreditatem abque beneficio Inuentarij adiens tenetur quatenus opus sit legata soluere de proprio.*

17 *Melioramenta consistentia in reparationibus factis à grauato in bonis fideicommissi prætendi nequeunt.*

18 *Melioramenta, vt refici debeant constare debet de statu antiquo rei, & quid impensum & quid melioratum.*

19 *Melioramenta quo casu compensanda sunt cum fructibus perceptis?*

20 *Constitiones Apostolicæ Sixti V. Clementis VIII. Pauli V. & Vrbani VIII. prohibent distractionem bonorum status Ecclesiastici in forenses.*

21 *Dicta tamen Constitutiones facultatem testandi tribuunt ad fauorem consanguineorum dummodo infra biennium veniant ad habitandum in statu Ecclesiastico.*

22 *Constitutiones Apostolicæ prohibentes distractionem bonorum in forenses emanarunt non in fauorem priuatorum, sed Cameræ, ideo solus fiscus de illis excipere potest.*

23 *Quicquid contrarium dicendum sit si forenses inhabilitarentur principaliter fauore aliorum Ciuium.*
Menoch. cons. 175. num. 17. & seqq. *in quibus terminis loquatur ibid.*

24 *Forensis per speciale indultum habilitatus ad succedendum in bonis sitis in statu Ecclesiastico donec discutitur an tale indultum sit deinde per aliam subsequentem constitutionem Apostolicam reuo-*

reuocatum interim debet ad successionem admitti.

25 *Restitutio in integrum datur minori pro reditu ad concordiam à qua fuerat recessum, etiamsi post eam litem prosecutus fuerit, & succubuerit.*

26 *Limita non procedere quando concordia continet pactum resolutiuum in casum non obtenti beneplaciti infra terminum præfixum tunc enim sicuti non admittitur purgatio moræ ita nec restitutio in integrum fauore minoris.*

27 *Restitutio in integrum non datur quando res non est amplius integra.*

28 *Purgatio moræ non datur si res non est amplius integra.*

DECISIO DCLXX.

DOMINO Ioanni Cellesio Semideæ filio vti vocato ad Primogenituram à bo. m. Cardinali de Podijs constitutam, censuit hodie Rota in possessionem Palatij cum domũculis eis contiguis positi Bononiæ in Parochia Sanctæ Mariæ Magdalenæ in contrata Sancti Donati, necnon bonorum existentiũ in loco nuncupato il Castelletto dandam esse immissionem, † quæ docto de purificatione fideicommissi ad fauorem petentis, & bonorum identitate passim concedi solet siue ex edicto Diui Adriani, siue ex Saluiano interdicto *Gabr. conf. 44. num. 30. lib. 2.* alijque relati *in Fanen. Bonor. 19. Iuny 1648. coram bon. me. Arguell. in Interamn. fideicom. 11. Martij 1654. coram R.P.D. meo Celso.*

1 (marginal number at "esse immissionem")

Purificatio enim primogenituræ ad fauorem Ioannis canonizata fuit per duas decisiones sub die 1. Iulij 1654. & 25. Iunij 1655 coram me, Identitas verò quod nempè bona petita fuerint à Cardinali viuente possessa tempore obitus, † & nunc à Dominis de Montecuccolis Aduersarijs possideantur, probatur tum ex assertione ipsius Testatoris in eius testamento, iuxta deducta per *Fusar. de subst. qu. 618. num. 30. & per tot. Rot. dec. 312. nu. 2 par. 7. rec. & in Bonon. fideicom. de Amorinis 18. Maij 1648. coram R.P.D. meo Meltio,* tum ex instrumento concordiæ† inter Christophorum primogenitum, & fratres hæredes à Cardinali institutos inita de anno 1560. in qua dd. fratres Christophoro tamquam primogenito Palatium, ac domunculas vti hereditaria Cardinalis cesserunt; magni namque momenti sunt † ad probandam identitatem similes contractus inter hæredes celebrati *Rota coram Merlin. dec. 244. num. 12. decis. 299. in princ. & inter recent. dec. 125. num. 2. & 3. par. 6. dec. 88. num. 12. par. 7.* Tum ex confessione Ioannis Podij † filij primogeniti d. Christophori emissa in instrumento venditionis factæ Marchioni Francisco Aduersariorum authori, quæ optimè probat contra confitẽtes, & habentes ab eo causam *Ruin. conf. 128. num. 16. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 53. num. 36. Buratt. dec. 243. num. 7. Rota in Bononien. fideicom. 16. Iunii 1651. coram R.P.D. meo Celso.*

Ex eodem supracitato testamento, & instrumento concordiæ, ac venditionis patet identitas bonorum Castelletti, iuncta locatione de illis facta ab ipso Cardinali siue eius Procuratore. Cumque & palatium, & bona Castelletti deuenerint in Christophorum, deinde in Ioannem eius filium primogenitum, à quo causam habet Marchio Franciscus, cuius DD. Aduersarij sunt hæredes, præ-
6 sumuntur eademmet olim possessa † à Testatore *Natt. conf. 235. num. 17. Card. Mellin. dec. 374. num. 21. Rota inter rec. decis. 88. num. 12. & 13 par. 7.* præsertim cum sint in eodem loco vbi
7 possidebat Testator† exinde siquidem resultat præsumptio pro identitate, dum ex aduerso non docetur de particularibus acquisitionibus *Peregr. de fideicom. art. 44. nu. 22. Rota decis. 129. num. 2. par. 5. rec. & in Perusina bonorum 14. Iunij 1647. coram R.P.D. meo Cerro, in Bononien. fideicommissi 5. Decembris 1650. coram R.P. D. meo Celso,* de quibus non docetur excepto quodam prædiolo de quo hodie non agitur.

Nec dubitari potest quin integrum palatium, & omnia bona Castelletti cadant sub primogenitura, & si pro aliqua rata essent communia Alexandro Card. fratri; restrictio enim dispositionis ad bona, quæ erant
8 propria Testatoris, præsertim, † si ille vsus fuit verbo *suum, vel sua,* iuxt. text. *in l. sticum qui meus erit, ff. de leg. 1. Bart. in l. serui electione, §. cum fundus n. 3. eodem tit. Aldobr. conf. 25. n. 36. lib. 1. Rota in Bonon. bonorum 18. Martij 1652. coram Reuerendiss. D. meo Decano,* non habet lo-
9 cum, † quando abunde constat Testatorem voluisse disponere etiam de re non propria, sed ad heredem spectante, de qua potuit disponere. *l. vnum ex familia, §. Sed & si fundum, l. Imperator, §. si centum, l. cum pater, ff. leg. 2. Rota decis. 93. num. 1. & 2. coram Duran. decis. 38. nu. 22. par. 5. rec.*

10 Hęc autem voluntas † euidens est in casu nostro, quia Testator hęredes Alexandri fratris prędefuncti à se quoque institutos absoluit à reddenda ratione bonorum ad se spectantium, & à præfato Alexandro administratorum sub expressa conditione; quod Christophoro ad primogenituram vocato, alijsque successiuè primogenitis molestiam aliquam super bonis inferre non possint aliqua ratione, vel causa, & signanter, *quia forte prætenderent in dd. Bonis, vel aliqua illorum parte eumdem q. Alexãdrum habuisse aliquam par-*
11 *tem,* & sic voluit etiam partem, † quam desuper Alexander prętendere posset esse subiectam primogeniturę in recompensam absolutionis à redditione rationis, vt benè ponderat *Natt. conf. 110. num. 3. & seqq. Peregr. d. fideicom. art. 35. num. 4. Fusar. de subst. qu. 648. num. 8. & seqq.* quod etiam agnouerunt Alexandri hęredes, qui in executionem pręcepti huiusmodi omnia bona Castelletti, & integrum palatium in supra memorata cõcordia anni 1560. renunciarunt Christophoro

ro primogenito, ibi, *omnia & quæcunque iura &c. in suprascriptis bonis omnibus del Castelletto, tam emptis per dictumque Illustrissimum D. Cardinalem, quam eorum communem Patrem (videlicet Alexandrum) palatioque magno, &c. cedere, &c.* Cumq; Christophorus in hac parte gereret negocium primogenituræ inhęrendo
12 pręcepto Testatoris † censetur cessionem acceptasse pro se, & successoribus Cardinalis fideicommittentis, quamuis pro se, & hæredibus stipulatus fuerit *Fusar. q. 627. n. 27. Peregr. decis. Patauina 2. num. 9. Rota in Bononien. bonorum 28. Febr. 1642. coram R.P.D. meo Cerro.* Nihil refragante quod de anno 1590. Ioannes, & alij filij Christofori bona Castelletti, bona olim Alexandri eorum Aui paterni voluerint inter ipsos esse communia, quia pręiudicare non potuerunt iuri quæsito primogenituræ ex testamento Cardinalis, ex præcedenti concordia de anno 1560. inita inter eorum authores, quorum hęreditatem
13 cum adiuerint † simpliciter ratum habere teneantur quicquid ab illis gestum fuit *Socc. iun. cons. 107. num. 56. lib. 3. Menoch. cons. 89. n. 38. & seqq. Rot. dec. 169. num. 1. decis. 265. n. 3. par. 3. recent.*

Hinc cessat prætensa detractio partium in dd. bonis olim Alexandro competentium, pariterque cessat detractio dotis Ludouicæ in summa pro qua Cardinalis Testator se obligauit, nec non legatorum, & ęris alieni Testatoris à Christophoro, vel eius hæredibus soluti, quia Christophorus hoc onus accollauerat in sępè memorata concordia anni 1560. per quam alia bona hæreditaria Cardinalis vltrà ea primogenituræ subiecta acquisiuerat, & cum versemur in fideicom-
14 misso particulari † ex illo non sunt faciendæ detractiones, dum alia bona adsunt *Natt. cons. 199. num. 9. & seq. Peregrin. de fideicom. ar. 4. num. 22. & 28. Buratt. decis. 693. num. 10. cum aliis allegatis in Romana fideicommissi de Zucchariis 4. Feb. 1650. §. Tertia coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Eo minus quia cum hæredes Cardinalis, & hæredum hęredes authores Dominorum de Monteuccolis hæreditatem adiue-
15 rint sine beneficio Inuentarij, † & aliqua bona hæreditaria alienauerint præsumuntur soluisse de bonis hæreditarijs, & satisfacti de omnibus detractionibus, ex allegatis in *Perusina fideicommissi de Gratianis 28. Iunij 1640. coram clar. me. Coccin. Bntina fideicommissi 16. Maij 1641. in Perusina bonorum 14. Iunij 1647. coram R.P.D. meo Cerro, in Bononien fideicommissi 5. Decembris 1650. coram R.P.D. meo Celso,* tenentur-
16 que † quatenus opus sit legata soluere de proprio, *l. fin. §. si vero postquam Cod. iur. deliber. Peregr. de fideicom. art. 40. nu. 29. Fusar. q. 541. sub num. 22. aliique relati in Bonon. fideicommissi, seu domus 30. Apr. 1646. coram me.*

Idem respondetur ad asserta melioramenta facta in palatio, quorum præterea plera-
17 que † cum consistant potius in reparationibus, & reaptationibus reficienda non sũt, *Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 109. num. 18. & 19. Rota decis. 607. nu. 3. par. 1. diuers.* resistente pręsertim voluntate Testatoris, qui reaptationes, & melioramenta mandauit fieri ex pẽsionibus aliarum domorum. Vltra quod
18 nec probatur status antiquus rei, † & quid impensum, aut melioratum, vt debet *Curt. iun. cons. 165. num. 20. Seraph. decis. 952. numer. 2. Buratt. decis. 839. num. 11. Rota in Romana fideicommissi de Spiritibus 22. Maij 1645. §. & quamuis coram me,* & in omnem euentum meliora-
19 menta † compensarentur cum fructibus perceptis actori restituẽdis *l. sumptus, ff. rei vindic. Rota decis. 547. num. 22. par. 5. rec. & in Romana fideicomissi de Campagnolis 26. Iunii 1648. coram R.P.D. meo Peuting. in d. Bonon. fideicommissi 5. Decembris 1650. coram R.P.D. Celso.*

Non obstant Constitutiones fel. rec. Sixti V. Clem. VIII. Pauli V. & Vrbani VIII. pro-
20 hibentes † distractionem bonorum Status Ecclesiastici in forenses, qualis est Cellesius, nam illas tribuere facultatem testandi ad fauorem consanguineorum, dummodo infra
21 biennium † veniant ad habitandum in Statu Ecclesiastico decisum fuit in *Ferrarien. de Pendasiis 10. Febr. 1648. coram Reuerendiss. Archiepisc. Tarracon.* & cum editæ fuerint non
22 in fauorem priuatorum, † sed Cameræ Apostolicæ, solus fiscus potest de illis excipere *Bald. cons. 480. num. 4. lib. 1. Cephal. cons. 706. num. 26. Rimin. cons. 193. num. 22. lib. 1. Surd. cons. 48. num. 21. & cons. 93. nu. 15.* vbi ait, quod cõtraria distinctio Alciati est verbalis, non autem fundamentalis *Peregr. cons. 19. num. 25. & per tot. lib. 3. Ciriac. contrau. 205. nu. 170. & n. 195. Rota in Ferrarien. manutentionis 14. Iunii 1641.*
23 *coram b. me. Piron.* quicquid dicendum † esset, si forenses inhabilitarentur principaliter fauore aliorum Ciuium, in quibus terminis loquitur *Menoch. cons. 175. nu. 17. & seq. Rimin. iun. cons. 363. num. 342. & seq.* Vel saltem quia
24 Cellesius per speciale indultum Vrb. VIII. † habilitatus fuit ad succedẽdum in his bonis, donec discutiatur, an illud fuerit reuocatum per subsequẽtem Constitutionem Innoc. X. ac dictis Constitutionibus ligetur, non est interim retardanda immissio, vt fuit dictum in *Fanen. seu Senogallien. bonorum super immissione 14. Maij 1646. coram R.P.D. meo Meltio.*

Tandem non obstat concordia inter has partes alias inita, super qua nuperrime obtenta fuit confirmatio Apostolica, quia eam non obstare decisum fuit sub die 14. Februarij proxime præteriti, ob non obtentum beneplacitum Apostolicum in tempore præfixo, & recessum vtriusque partis ab illa, & licet inter Aduersariorũ aliqui sint mino-
25 res †, quibus pro reditu ad concordiam cõpetere restitutionem in integrum, etiam si post eam prosecuti fuissent litem, & succubuerint voluit *Bart. in l. si ex causa, §. nunc videndum nu. 2. ff. minorib.* quem sequitur *Guglielm. de Benedictis in cap. Raynutius verbo mortuo itaque is primo nu. 235. de testam. Nevizzan. cons. 17. numer. 34. Rebuff. ad const. Regiom. 2. tit. de restit. integr. art. 1. glos. 3. num. 20. Conti de inouenti poss. limit. 5.*

mit.5.num.16.Boer. dec.63.sub nu.6.

26 Hoc tamen non procedit quando, † vt in casu nostro, concordia continet pactum resolutiuum in casum non obtenti beneplaciti infra terminum præfixum, tunc enim sicut non admittitur purgatio moræ, ita nec restitutio in integrum fauore minoris *Grat.discept.*515.*nu.*27.*Ciriac. contr.*240.*nu.*14. *& seqq.* vbi pluribus comprobat *Antonin.var. resol.lib.*1.*resol.*61.*sub num.*18. *Bardell. cons.*14. *Caputaq.decis.*136.*num.*1.*part.*2. *Rota in Rauennaten.seu Terracinen. decimarum* 5. *Martii* 1649. *R.P.D. meo Meltio*. Præsertim cum medio tempore prædecesserit Laura, & Barbara, quarum superuiuentia ob discordes Dominorum sententias concordiæ causam dederat, & subsecuta mors Cellesio parauerit facilem victoriam, hæc enim variatio status causæ fauore Cellesii efficit ne res sit inte-
27 gra, † & per consequens excludit restitutionem in integrum non secus, ac purga-
28 tionem moræ † *l. quod si minor, §. non semper vers. Scæuola noster, ff. minor. Menoch.cons.*100.*numer.*253.*cons.*714.*num.*4. *Bardell cons.*62.*num.*23 *Ciriac.d.contr.*240.*n.*24.*& seqq. vbi allegat concordantes*.

Et ita decisum vtraque parte informante.

FIRMANA PECVNIARIA SEV DAMNORVM, ET INTERESSE.

Lunæ 2. *Iunij* 1656.

ARGVMENTVM.

In Iudicio repetitionis indebiti soluti veniunt etiam damna, & interesse, quæ indebitum soluens passus est, nec adhunc effectum necessaria sunt requisita *Castrens. in l. 2. ff. de eo quod cert.loc.* quę solum requiruntur quando agitur de lucro cessante, non autem de damno emergenti. Reliqua circa hanc materiã desume ex summariis.

SVMMARIVM.

1 *Damna, & interesse debentur ei, qui indebitè soluit repetitione indebiti.*

2 *Præsertim quando in actu solutionis indebiti præcessit protestatio licet necessaria non sit pro refectione damni emergentis iuxta opinionem* Scacc. de Camb. *à qua dissentiunt relati à* Gratian. discept. 987. num.8.

3 *Requisita* Castrens. in l.2.ff. de eo quod cert. loco *necessaria sunt quando agitur de lucro cessante, secus verò quando agitur de damno emergenti quod omni Iure reficiendum est damnum passo.*

4 *Damna, & interesse in Iudicio repetitionis indebiti veniunt nedum quæ sunt immediata, sed mediata, & multiplicata hoc est pecunia pro soluendis vsuris accepta sub aliis vsuris quæ repeti possunt non secus ac illa pro solutione capitalis fuerunt exposita.*

5 *Vsura vsurarum quando dicantur? & quando damnum damni ad effectum vt refici debeat?*

6 *Pecuniæ identitas præsumitur ex actuum vicinitate.*

7 *Indebitum exigens statim euadit debitor erga eum qui soluit, & pro repetitione agit.*

8 *Scientia solutionis indebiti ex quibus conuincatur in eo, pro quo solutio facta fuit?*

DECISIO DCLXXI.

Postquam fuit resolutum per tres sententias conformes Sauinum esse reintegrandum de scu. 1814. ab ipso indebitè, & coactè solutis Ciuitati pro affictu Annonę frumentariæ, fuit hodie dubitatum, an ei debeantur damna, & interesse, occasione huiusmodi solutionis passa, & affirmatiuè Domini responderunt.

Nam constat quod Sauinus pro soluendis Ciuitati scu. 1814. debitis à Bentiuolo, & Paccarono pro affictu primæ depositariæ coactus fuit plures census imponere, ac fructus illorum persoluere, vt constat ex Iuribus in eius Summ. relatis numer. 4. 9. & 10.
1 quare potest illos integrè repetere † ab eadem Ciuitate in solidum condemnata cum Paccarono *ad l.*3. *§. vltimo vers in hanc ff. de eo quod certo loco Bald. in l.*2. *num.*2. *lib.*1. *Ruin. cons.*103.*num.*4. *circà med.vers. ex quibus in foro lib.*1. *Afflict.decis.*22.*sub num.*2. *& seq. Vrsill. ad eundem dec.*291.*n.*6.*Scacc.de Camb. §.* 7. *gloss.*7. *num.*61.*Rot. coram Cardinale Seraph. decis.*973. *num.*9.

Præsertim stantibus protestationibus à Sa-
2 uino præmissis, † nedum in actu solutionis sed etiam ante impositiones Censuum dicto Summ.num.2.3.6.11. & 12. licet illas non esse necessarias pro refectione damni emergentis late defendat *Scacc. de Camb.§.*1.*quæst.*7. *par.*2.*ampliat.*8.*num.*263. à quo tamen dissentiunt relati per *Gratian. discept.*987. *num.* 8. *& seq. Larrea decis. Granaten.*84.*num.*16. *post med. vers. tamen illud necesse esse*.

3 Nec est opus adhunc effectum † probare requisita *Castren. in l.*2.*ff. de eo quod certo loco*. Quia illorum concursus est quidem necessarius, quando agitur de lucro cessante, secus verò si quæstio est de damno emergente quando omni Iure est reficiendum cuiuscumque damnum passo absque huiusmodi probatione *Felician.de Societ.cap.*24.*numer.*37. *Gratian.discept for. cap.*63. *num.*23. *& cap.*987. *num.* 7. *Rot. coram Cardinali Seraph. decis.*1234. *num.*3.*decis.*185.*num.*5.*par.*3.*recent.*

Et comprehendit nedum damna imme-
4 diata, † sed & mediata, & multiplicata, hoc est etiam pecunias pro soluendis vsuris acceptis sub aliis vsuris, quæ repeti possunt, nõ secus, ac illa pro solutione capitalis expositæ iuxta

iuxta tradita *per Rom.cons.94. sub num. 1. vers. Item secundò, & cons.101. per tot. Alex.cons.145. num.3. lib.5. Roland.cons.35. num.2.lib.1. Rimin. Iun.cons.67. nu.1. lib.1. Honded.cons.50.num.16. lib.1. Castill. controuers. quotid.lib.2.num.81. Rot. Gen.decis.87.nu.9. Larrea dicta dec.84. sub. n.14. vers. idemque probat.*

Neque hinc intrat inspectio de vsuris vsu-
5 rarum, † quià procedit inter Creditorem, & debitorem, inter quos fructus semper retinent naturam fructuum, & accessionum, non autem cum tertio, qui pro alio soluit, & pro solutione tàm Capitalis quàm fructuum coactus fuit pecunias sub vsuris accipere, eius namque respectu non dicuntur vsuræ vsurarum, sed damnum damni, quod obtinent vicem sortis, ac totum refici debet, vt rectè declarat *Faber.in Cod.lib.4 tit.24. desinit.23. vers. neque enim Franch.decis.252.sub numer.14. vers. quod tamen intelligimus Milanen. dec.8.nu.356.lib.1. Monach. in Addit.ad Minand. decis.17.num.8. Stayban.de interesse lib.1. quæst.6. num.11. & seq. Vssembech.cons.72.num.12.vers. vt quando Berlinch. decis.268.num.34. Fontanell. decis.204. num.16. cum seq.*

Non obstat quod nō iustificatur pecunias sub vsuris acceptas esse easdem in hanc causam erogatas.

Quia illorum identitas satis apparere visa fuit. Tùm quia summæ ad Censum acceptæ correspondent solutionibus successiuè factis Ciuitati, tùm quià à die illarum receptionis ad diem solutionis breue tempus intercessit. Nàm partita scutorum 500. habita sub die 7. Iulij 1631. fuit soluta in eadem quantitate diè 22. Augusti sequentis. Alia scut 400. recepta sub die 7. Octobris apparet soluta die sequenti. Alia verò scut. 300. & 250. vtpotè sub die 21. & 26. Octobris probantur solutæ die 29. eiusdem mensis. Ex hac enim summarum vniformitate, ac receptionum, & solutionum vicini-
6 tate vehemens oritur præsumptio, † quod pecuniæ sint illæmet sub vsuris præcedenter acceptę iuxtà tradita per *Cuman. in l. Imperator 70. §.fin.propè fin.vers.sed quomodo potest sciri ff.de legat.2. Rot.coram Cardinali Seraph.decis.1093. num.2. & seq. coram Buratt. decis.361. num.5. & in Bonon. legati 19. Aprilis 1649. coram Reuerendissimo Tarraconen. §. tunc etiam quia &c.*

Fortius quia in aliquibus censibus accessit Bentiuolus principalis debitor, qui tamen fructus nunquam soluit ac declarauit semper fuisse solutas à Sanino dicto Summ. 9.

Minus obstat, quod respectu Ciuitatis nulla possit considerari mora, ex quo ipsa non erat debitrix sed creditrix, quia erat quidem creditrix, sed Bentiuoli, & Paccaroni, non autem Sanini, à quo cum coactè inde-
7 bitum exegerit, † hinc euasit debitrix illius cū eisdem obligationibus quibus ipsi erant obstricti, vt firmatum fuit in omnibus causæ decisionibus, & refert *vltima decisio sub die 4. Decembris 1651.*

Et ipsam quoque Ciuitatem fuisse interpellatam super indebita solutione ac damnis, & interesse apparet ex protestationibus relatis in dicto Summario num.2.11. & 12. Quę in alijs subsequentibus contrà Bentiuolum, & Paccaronum emissis fuerunt repetitæ, vt habetur in alia decisione ædita sub die 3. Iunij 1656. *§. nec non quid.*

Respectu verò Paccaroni gratis allegatur ignorantia dictæ solutionis. Quia scientia
8 conuincitur † ex protestationibus contrà eum specialiter factis de indebita vexatione ex quo solutio ad ipsum spectaret, vti fideiussorem dicto Summario num. 2.3.6.11. & 12. Ac vlterius, quia tàm prima sententia bon. mem. Antonij Cerri, quam secunda bon. mem. Card. Panziroli fuerunt nominatim contra eam obtenta præuijs *decisionibus 598. 68. par. 5. tom.2. recent.* Et in cœteris successiuè prolatis fuit semper legitimè citatus, & condemnatus.

Atque ità resolutum fuit vtraque parte informante &c.

MEDIOLANEN. OPTIONIS.

Veneris 23. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Quæritur in hac decisione an Canonicus coadiutus habēs coadiutorem cum futura successione valeat optare præbendam pinguiorem? resoluitur affirmatiuè, reiecta distinctione *Gonzal. gloss.34.nu.97. & seqq.* & ponderatur ratio resolutionis contra *Gonzal.* & Rota amplectitur opinionē *Garziæ* vti veriorem.

SVMMARIVM.

1 *Optio pendet à voluntate optantis ideo fieri nequit à Procuratore absque speciali mandato.*
2 *Optio præbendæ competit antiquiori.*
3 *Canonicus coadiutus habens coadiutorem cum futura successione an impediatur optare præbendam pinguiorem?*
4 Gonzal. gloss. 34. num.97. *affirmat quando futura successio est concessa coadiutori quoad permum aptatam, quia tunc nullum adest inconueniens, quod obstet, nec gratia coadiutoria quæ est principaliter ad fauorem illius concessa debet illi esse nociua.*
5 *Secus verò quando futura concessio est concessa in gratia coadiutoris quoad Canonicatum, & præbendam ordinariam illi annexam dumtaxat absque illa præbenda in qua cadit optio, & ratio redditur num.6.*
7 *Et hanc Gonzal. distinctionem sequitur Castropalao qui etiam ponderat rationem secundæ partis dictæ distinctionis. Contrà num.8. vbi distinctio Gonzal. reijcitur, & firmatur posse coadiutum vtroque casu optare.*
9 *Præbenda optata subrogatur loco dimissæ.*
10 *Canonicatus coadiuti quemadmodū transit in coadiutorem*

adiutorem ita transit præbenda per coadiutum optata ex vi subrogationis.

11 Subrogatio in optionibus simpliciter inducitur cũ non cadat subiectum aliquod spirituale, sed temporale spirituali annexum, & num. 12.

13 Distinctio Gonzal. de qua supra numero 4. non est practicabilis ex sententia Lotter.

14 Gratia coadiutoriæ non conceditur ita coarctata ad præbendam iam optatam vt coadiutus aliam non possit optare.

15 Papa si aliquam præbendam reseruat non impeditur possessor aliam pinguiorem optare, & reseruatio præbendæ dimissæ transit in optatam.

16 Quicquid dicendum sit quando agitur de optando beneficio reseruato.

17 Manutentio datur possidenti quando illius possessio ex pluribus simul iunctis abundè probatur.

18 Possessio posterior præfertur anteriori aduersarij dum incontinenti constat de eius malo iure.

19 Bonum ius ex sententia resultat.

DECISIO DCLXXII.

PRAEBENDA per obitum Iulij Cæsaris Summi in Ecclesia Collegiata Sãcti Stephani in Brolio Mediolani fuit primum optata nomine Iosephi Aliferi ab Aloysio eius coadiutore cum speciali mandato, vt
1 requiritur quia pendet à voluntate optantis *Gemin. in cap. fin. num. 5. de consuetud. in 6. Gonz. super reg. 8. Cancell. gloss. 34. n. 123. Garz. de benef. part. 4. cap. 5. sub num. 119. Castropal. oper moral. tom. 2. tract. 13. disp. 1. punct. 10. sub num. 26.* Deindè à Ioanne Baptista Carentio proximo
2 in antianitate iuxta quam † regulatur optio *ad cap. fin.* & ibi *gloss. verb. gradatim de consuetud. in 6. Azor. inst. moral. tom. 2. par. 2. lib. 6. c. 20. q. 14. Caual. dec. 109. num. 1.* & vterque præbendæ possessionem accepit.

Vnde orta inter vtrumque iudiciali controuersia D. Vicarius Generalis Mediolani, præbendam spectare ad Aliferum vti antiquiorem Canonicum pronunciauit per sententiam diffinitiuam, qua ad me deuoluta per appellationem exaduerso interpositam, emersit in primis quæstio in summarijssimo possessorio, cui nempè ex competitoribus dandum esset mandatum de manutenendo eaq; examinata sub die 9. mensis currentis Domini mandarunt, quod videatur de bono iure etiam ad effectum manutentionis pendet etiam bonum ius ab vnica
3 inspectione, an videlicet Alifer, † qui de cœtero antiquior; & habilis adoptandum non negatur, impediretur optare ex quo habebat coadiutorem perpetuum cum futura sucsessione.

Gonz. d. gloss. 34. nu. 97. cum duobus seqq.
4 affirmatiuè † respondit quando futura successio est cõcessa coadiutori quoad per eum optatam, quia tunc nulla adest ratio, vel inconueniens quod obstet, nec gratia coadiutoriæ quę est principaliter ad fauorem illius cõcessa debet illi esse nociua, *cap. quod ob gratiam de reg. iur. in 6.* Negatiuè verò quando
5 futura successio † est concessa in gratia coadiutoriæ quoad Canonicatum, & præbendam Ordinariam illi annexam dũtaxat, absque illa Præbenda in qua cadit optio, dicitque
6 rationem, † quia cum coadiutus dimittere non possit d. præbendam, quam antè coadiutoriã optauerat, ex quo per gratiam coadiutoriæ est adiudicata coadiutori futuro successori à quo auferri non potest, & consequenter cesset optio quæ est, vt si ego opto maiorem præbendam, illius etiam Modernior optet illam minorem à me dimissam nulla ratio permittit quod optioni locus sit nè alias optionis ordo præuertatur testaturque ita seruari, eamdem distin-
7 ctionem † *sequitur Castropal. oper. moral. tom. 2. tract. 13. disp. 13. punct. 16. num. 28.* vbi vlterius ponderat, quod si secundo casu daretur optio coadiutor priuaretur iure concesso succedendi, siquidem non succederet in præbenda de nouo optata à coadiuto, quia illa sibi adiudicata non fuit in gratia coadiutoriæ, nec pariter succederet in præbẽda quam coadiutor dimittit in ea enim modernior Canonicus succedere debet.

8 Sed reiecta hac distinctione † posse coadiutum optare vtroque casu firmant infra allegandi, ea ratione, quia præbenda optata sub-
9 rogatur † loco dimissæ, & sicuti Canonica-
10 tus transit in coadiutorem, † ita & præbenda per coadiutum optata ex vi subrogationis huiusmodi quæ simpliciter inducitur,
11 cum † in optionibus non cadat subiectum aliquod spirituale, sed temporale spirituali annexum, & annexio primæ præbendæ esset
12 reuocabilis, † & variabilis per optionem reddi posset, nec ex reuocabilitate excludatur quin adereat spiritualitati respectu Canonicatus ità *Garz. de benef. par. 4. cap. 5. n. 118. & seqq. quem sequitur Lotther. de re benef. lib. 2. q. 25. num. 18. & seqq. qui sub num. 59. in fine,* aduertit distinctionem Gonzalis † non esse practi-
13 cabilem de facto, † quia nusquam concedi-
14 tur talis gratia † coarctata ad præbendam iam optatam, vt coadiutus non possit aliam optare, *Monet. de opt. cap. 4. quæst. 3. num. 159. & seqq. & opinionem Garz. vti veriorem amplexa est Rota in dec. 140. num. 18. & seq.* vbi ponderatur quod alias sequeretur gratiam factam in fauorem coadiuti in illius damnũ retorqueri, *& num. 34. par. 4. tom. 2. recen.*

15 Sic in simili si Papa reseruat † aliquam præbendam non impeditur possessor aliam pinguiorem optare, & reseruatio à præbenda dimissa transit in optatam *Card. cons. 526. num. 7.* vbi ait quod hæc quæstio parum habet dubij *Collect. in cap. dilecto quæst. 7. de præben. Simonet. de reseruatione q. 45. sub nu. 8. Garz. dicto cap. 5. num. 120. & par. 5. cap. 1. num. 161. in fin. & num. 162. vers. neque etiam Lotther. d. quæst. 25. numero 61. Rot. d. dec. 14. num. 19. par. 4. tom. 2. rec.*
16 quicquid dicendum esset † si ageretur de optando beneficio reseruato, in quibus terminis

minis loquitur *Azor.instit.moral.par.2.lib.6.cap.26.quæst.14.vers. porro Add.ad dec.45.de præben. in nouis*.

Hinc resolutum hodie fuit constare de bono iure Aliferi, eò magis, quia verba coadiutoriæ videntur relata ad præbendam, quam mediante optione in futurum obtineret, eidemque Alifero, concedendam esse
17 manutentionem † in possessione præbendæ optatæ, quia ex publico Instrumento, nec non pluribus recognitionibus inquilinorũ illius possessio abundè probatur, *Seraph. decis.342. num.1. Pen.decis.341.num.7. Merlin. decis.106.num.1.& seq.* Præferenda possessioni
18 Aduersarij, licet anteriori, † dum incontinenti constat de eius malo iure, & de bono
19 iure Aliferi, † qui vltrò reportauit à primo Iudice sententiam fauorabilem, *Menoch. de retinen.remed.3.num.730.Rot.dec.493.num.5. inter impress.apud Modern.de manut.*

Et ita decisum informante solum Alifero &c.

F I N I S.

INDEX

RERVM, ET MATERIARVM

Quæ in primo, & secundo Tomo decisionum bo:me: R.P.D. Cœlij Bichij Senensis S. Rotæ Romanæ Auditoris continentur.

A

Exceptio

Adiudi-

Alie-

Appel-

sum

Et

At-

BACCA-

B

lum

Bene-

Bene-

nullæ

Et

Bulla

Cal-

In

Cam-

siue

diploma

Con-

Cessio-

CITA-

absque

Præ-

Pra-

In

tor

tor etiam ante redditas rationes. Et quare? *ibidem num.* 12. *&* 13.

Præsertim quando debitor non valet allegare debiti ignorantiam etiam ante redditas rationes, vt potè quia apud se retinuit libros, in quibus redditus, & impensæ adnotantur, *ibid. num.* 14.

Et ad hunc effectum incapacitas passiua ipso Iure inducta obstat etiam si sit occulta, quicquid sit de incapacitate actiua, *ibid. num.* 5.

Incapacitas passiua licet sit occulta, nihilominus quoad ipsum incapacem habet suum effectum, nec illi debet eius malitia suffragari, *ibid. num.* 16.

Statutum 24. S. Religionis quod comprehendat etiam Receptores communis ærarij sancitum fuit *in ordinatione* 77. *eodem titulo*, quæ vlterius procedit ad priuationem commendæ, quam receptor Religionis debitor possidet, *ibid. num.* 17.

Et dicta ordinatio multo magis demonstrat incapacitatem debitoris ad commendas obtinēdas, nam si tollit Ius in re quod est potentiùs multo fortius tollit Ius ad rem, quod est debilius, *ibid. num.* 18.

Tempus smutitionis attenditur ad effectum incapacitatis, *dec.* 238. *num.* 7.

Debitor communis ærarij efficitur *ex statuto* 50. qui exigere neglexit à debitoribus communis ærarij, *ibid. num.* 19.

Ordinatio 77. imponit pœnam priuationis receptoribus non soluentibus debita, quibus pro solidatione computorum satisfacere tenebatur, nulla expectata sentētia, vt in statuto 38. cauetur quod ijdem receptores ex ipsa die, qua rationem reddiderunt sint incapaces, *dec.* 238. *nu.* 21. *&* 22.

Reliqua circa hanc materiam incapacitatis, vide in verbo *statutum S. Religionis*, & in verbo *Ordinatio S. Religionis*.

Incapacitas non dicitur incursa si tempore smutitionis commendæ, adhuc pendet terminus sex mensium receptoribus præfixus ad reddendam rationem, quo pendente dici nequit constare de debito, *dec.* 257. *num.* 19.

Incapacitas ad commendam obtinendam ex dispositione statuti 38. *de commun. ærar.* incipit post mēsem à die sequutæ condemnationis, *ibid. nu.* 20.

Ad commendam assequendam ex ordinationibus Religionis Hierosolymitanæ requiritur antianitas, & capacitas, *dec.* 270. *num.* 14.

COMES. Multi appellantur Comites, & Marchiones, quamuis Comitatum, & Marchionatum non habeant *dec.* 155. *num.* 7.

COMMISSIO appellationis ligat manus Iudicis à quo, itaut non possit amplius in causa se ingerere, *dec.* 124. *num.* 2.

Censetur circumducta per rescriptum Signaturæ mandans, vt Iudex à quo iterum audiat, *ibidem num.* 3.

Etiamsi sit obtenta in plena Signatura nō deuoluit Iurisdictionem Iudicis à quo nisi appellans dicta commissione vtatur, *dec.* 617. *num.* 6.

Commissio appellationis cum clausula *subministratis sumptibus litis*, vide in verbo *Appellatio*, & in verbo clausula *subministratis*.

Commissio appellationis continens clausulas amplissimas *cum inciden. dependen. emergen. &c.* efficit, vt lis pendere dicatur super omnibus à principali dependen. quamuis ad speciem deducta non fuerint, *decis.* 462. *num.* 2. *&* 3.

Commissio ante illius incapsationem, & citationē ad dicendum contra non efficitur communis, nec causat attentata minusque litis pendentiam inducit, *decis.* 384. *num.* 3.

Commissio admissionis ad causam munita clausulis *quam, & quas cum inciden. & emergen. &c.* porrigitur etiam ad liquidationem fructuum, vti de appendiciis causæ, *decis.* 536. *num.* 10.

Præsertim quando fructus, quorum liquidatio petitur sunt pars integralis litis principaliter motæ *ibid. num.* 11.

Commissio auocatoria operatur statim absque alia citatione ad dicendum contra ea ratione, quia Princeps auocando inhibere videtur Iudici in partibus, *decis.* 384. *num.* 14.

Declara non procedere, quando commissio auocatoria emanauit ad instantiam partis, tunc enim non operatur, nisi pars rescripto auocatorio vtatur, *ibid. num.* 15.

Commissio auocatoria operatur, vt omnia postea gesta sint attentata, quia per eam ligantur manus inferiorum, etiam absque alia citatione ad dicendum contra, nam Princeps auocando causam inhibere dicitur, *dec.* 592. *num.* 3.

Commissio auocatoria obtenta postquam fuit attentatum in spretum inhibitionis Rotalis attentata non tollit, *decis.* 623. *num.* 9.

Præsertim si præcedentia attentata non fuerunt in commissione narrata, *ibid. num.* 10.

Item si commissio continet in ventre conditionē dummodò in Rota causa non sit instructa, qua non purificata, nihil ponit in esse, *ibid. nu.* 11.

Commissio coram Regente Cancellariæ infra decem dies præsentata probatur ex illius subscriptione in calce commissionis, *decis.* 9. *num.* 4.

Commissio continens clausulam *Ita quod inhibitio non afficiat, quatenus actum sit vigore obligationis Cameralis, vel alterius processus executiui operatur*, vt inhibitio illius vigore obtenta non afficiat executionem factam, *decis.* 331. *num.* 2.

In commissione obtenta vt dicitur *sotto la banca* regulariter apponitur clausula præseruatiua obligationis Cameralis, ac processus executiui, *ibid. num.* 9.

Item apponi etiam solet præseruatio Iudicij possessorij, quando ab appellante fuit expositum fuisse actum iudicio possessorio, *ibid. nu.* 10. *&* 13.

In commissione quamuis adsit clausula præseruatiua *processus executiui*, non tamen ex ea præseruatum censetur iudicium possessorium, *ibid. nu.* 16.

Commissio causæ in partibus non facta mentione litis in Rota est nulla tamquam sapiens auocationem, *dec.* 370. *num.* 23.

Commissio communis effecta dicitur mediante citatione ad dicendum contra, *decis.* 465. *num.* 7.

Commissio generalis, ac independens cum clausulis *quam & quas totoque negotio principali* operatur, vt vigore dd. clausularum inchoari possit nouū iudicium independènter à quocunque alio præcedenti, *decis.* 198. *num.* 6.

Commissio obtenta si fuit contra aliquem non vti particularem personam, sed vti habentem aliquam dignitatem, tunc commissionis effectus & lis ad successores transit, *dec.* 12. *num.* 3.

Commissio obtenta à Signatura vtraque parte informante quoad reum litem non inducit nam rescriptum Signaturæ habet in ventre tacitam conditionem quatenus impetrans eo vti vellit, *decis.* 384. *nu.* 5.

Nec talis conditio purificatur, nisi postquam per cita-

Com-

Con-

Condi-

Con-

Con-

cum consanguineis admissus fuit ad præsentandum. *ibid.nu.*11.

Consanguineus proximior si à Testatore vocatus in defectum omnium descendentium ex masculis, tunc appellatione consanguinei comprehenditur etiam consanguineus ex fœmina, *dec.* 622.*nu.*12.

Maxime quando testator iniunxit onus assumendi arma & familiam, quod applicari nequit nisi cognatis, cum agnati assumptione huiusmodi opus non habeant, *ibidem num.*13.

CONSAGVINEI. Præsentatio in defectum cõsanguineorum, vide in verbo *Præsentatio.*

Inter consanguineos insimul cohabitantes possessio Iure familiaritatis præsumitur, non autem inter extraneos, *dec.*124. *nu.*6.

Consanguineorum cõsensus in donatione mulieris requisitus à statuto Tiburis, vide circa hanc materiam in verbo *statutum Tiburis.*

Consanguineorum deficientia probata videtur si omnes citati ad interessendum, & præstandum consensum contractui non comparuerunt, *dec.* 165.*nu.*16.

Nam paria sunt, quod existant, vel non compareant, præsertim quando eorum existentia consideratur à statuto ad certum effectum scilicet interessendi contractui, *ibid.nu.*17.

Ob consanguineorum non interuentum si quis contractum impugnat probare tenetur nedum existentiam, sed etiam quod non habeant impedimentum, vel saltim eorum habilitatem naturalem scilicet sanitatem in die celebrati contractis, *ibidem num.*18.

Ex consanguineis mulieris si aliquis non fuit citatus ex quo erat Prior, vel officialis ciuitatis iuxta solitum non citandi in similibus casibus solitum verũ præsumitur si Iudex interposuit suum decretum in contractu, *ibid. num.*19.

CONSAGVINITAS, seu parentela ad effectum præsentationis probanda est per gradus distinctos *decis.*106. *num.*15.

Fallit, quando vocatio consanguineorum non est limitata ad certum gradum, sed generica, nec alius comparet, qui se consanguineum prætendat, *decis.*154. *num.*15. *& decis.*189.*n.*6.

Consanguinitas articulanda est per gradus distinctos, quando adest concursus alterius consanguinei, *decis.*212.*num.*10.

Consanguinitas à testatore requisita si fuit probata respectu vnius fratris talis probatio suffragatur quoad alium fratrem in eodem gradu existen. *dec.*189.*n.*5.

CONSENSVS alicuius si in inuestimẽto faciendo requiritur, censetur requisitus fauore ipsius consentire debentis, *decis.*175. *num.*5.

Consensus consanguineorum requisitus in donatione mulieris ex statuto Tyburis, vide hãc materiam in verbo *Statutum Tyburis.*

Consensus Capitis militię & Priorum requisitus ex statuto Tyburis in defectum consanguineorum, vide eandem materiam in dicto verbo *Statutum Tyburis.*

Consensus consanguineorum requisitus in aliquo contractu nequit à decreto Iudicis suppleri, si illud à statuto copulatiue requiritur, *decis.*165. *num.*10.

Consensus Capituli necessarius est in vnione siue Episcopus vnit authoritate ordinaria propter consortium, quod est inter ipsum & capitulum, siue tanquam Sedis Apostolicæ delegatus vigore Concil. Trid.sess.21.de reform.cap.5.*decis.*140 *num.*6.*&* 8.

Consensus capituli in vnione non requiritur ob eius interesse, sed pro solemnitate vnionis ob publicam vtilitatem ne passim, ac temere vniones fiant, *ibid. num.*12.

Ad consentiendum potest capitulum compelli, quando iusta causa vnionis concurrit, *ibidem num.*13.

Iusta causa vnionis reputatur insufficientia redditus vtriusque Ecclesiæ ad substentandum Rectorem, *ibid.n.*14.

Et talis insufficientia probanda est ab allegante vnionem, *ibid.num.*16.

Et quidem nõ simpliciter, sed habito respectu quãtitatis assignatæ à principio fũdationis alias non releuat, *ibid. num.*17.

Consensus capituli, vbi requiritur non sic de facili potest obtineri cum possent Canonici differre tempora ad se congregandum, *decis.*541. *num.*3.

Consensus Episcopi licet requiratur, quãdo Iuspatronatus trãsfertur nominatim & principaliter, secus si accessorie cum vniuersitate bonorum transferatur, *decis.*15.*num.*5. vbi redditur ratio.

Consensus Episcopi, an & quando post factam donationem Iurispatronatus, & post mortem donatoris possit accedere? *decis.*277. *num.*8. 9.10. *&* 11.

Consensus Emptoris super inuestimento faciendo si est adhibendus haberi debet pro præstito, seu præstare differat si recuset sine causa, de qua partibus non concordantibus Iudex summarie cognoscere poterit, *decis.*230.*num.*6.

Nec ab eius Iudicio licitum erit cuiquam ex partibus appellare, seu quoquomodo reclamare, *ibid.num.*7.

Et recursus ad Iudicem super cognitione causæ cum sit facilis nullum aut modicum ex eo cõsiderari potest præiudicium, *ibid. num.*8.

Consensus Emptoris adhibendus in Inuestimẽto faciẽdo non grauat, sed vtilis erit fideicommissariis, ac tacite inest pacto inuestiendi cum sciẽtia emptoris, *ibid.num.*10.

Consensus ex accollatione resultans operatur tacitam obligationem ad fauorem creditorum, *decis.*319. *num.*4.

Consensus & sola præsentia non præsumitur, quãdo ex facti circumstantijs contrarium suadetur, *decis.*422.*num.*8.

Consensus in iurisdictionem Iudicis resultat ex comparitione coram eo, itaut amplius non possit illius iurisdictio impugnari, vide in verbo *Iurisdictio.*

Cõsensus in iurisdictionem excluditur per comparitionem si appellando, & prouocãdo quis cõparuit, *decis.*524.*num.*6.

Consensus lite pendente præstitus resignationi ante litem motam factæ non est attentatus, *decis.* 351. *num.*23.

Consensus non trahitur ad ignorata, *decis.* 452. *num.*20.

Consensus ordinarii requiritur ad acquisitionem Iurispatronatus, *decis.*162.*num.*15.

Præsumitur ex diuturnitate, longissimi temporis iuncta fama, & communi reputatione, *ib.num.*16

menti

Con-

Declara

non

CON-

cti, *dec.*37.*nu.*4. Declara *nu.*7.*& seqq.*

Creditori existenti in quasi possessione exigendi impediri potest manutentio ab herede beneficiato, quando vel habuit se pro spoliato, vel iusta causa denegandi est clara, *ibidem num.*6.

Non tamen impediri potest manutentio, nisi simul constet bona hæreditaria non esse sufficientia pro vtriusque crediti satisfactione, *ibid.num.*7.

Et donec hæres probauerit bona hæreditaria non esse sufficientia interim datur manutentio creditori posteriori in quasi possessione exigendi, *ibidem num.*9.

Creditor etiam in Iudicijs executiuis tenetur liquidare interesse, *dec.*191.*nu.*15.

Creditor facultatem habens distrahendi bona debitoris propria authoritate, si iudicem adit absq; aliqua præseruatiua censetur à via facti recessisse & viam Iuris elegisse, nec potest amplius Iudiciũ inchoatum euertere, *dec.*281.*nu.*7.

Secus vero dicendum est si Iudicem adijt, ac extraiudicialiter petijt assistentiam, & familiam ad euitandas rixas, & scandala, *ibidem num.*8.

Vel præseruauit sibi facultatem vendendi propria authoritate non attenta productione Instrumenti in quo talis facultas continetur, nam aliud est petere à Iudice executionem contentorum in Instrumento aliud præseruare viam facti ex Instrumento competenti, *ibid.num.*9.

Etsi Iudex nulliter processit non dicitur ex hoc amissa facultas vendendi propria authoritate, *ibidem num.*11.

Declara hoc procedere, quando Iudex fuit aditus nemine citato, & sic eius officium imploratur extraiudicialiter, *ibid.nu.*12.

Creditor hæreditarius in concursu præferendus est creditori hæredis super bonis defuncti, *decis.*321. *num.*35.

Creditor hypotecarius potest immediatè, ac recta via creditum exigere ex quibusuis bonis etiam particulari fideicommisso subiectis, prout ante fideicommissum exigere potest: *dec.*510.*nu.*17.

Ratio est, quia debitor subijciendo eius bona fideicommisso non valet creditorum hypotecis præiudicare, *ibid.nu.*18.

Creditor hypotecarius recta via agere potest vtili actione contra debitorem fructuum spectantium ad suum debitorem, *dec.*536.*num.*7.

Creditor habens hypotecam anteriorem præfertur in concursu, *decis.*258.*nu.*20.

Creditor habens obligatum virum ex promissione de rato nomine vxoris sibi imputet si constante matrimonio non curauit ratificationem, *decis.*5. *num.*22.

Creditor habet intentionem fundatam super credito, & mora debitoris eo ipso quod debitor solutiones debiti non probat, *dec.*53.*nu.*4.

Creditor in pecunia non tenetur recipere insolutum bona debitoris, *dec.*484.*nu.*8. Declara *num.*9. *& seqq.*

Creditor immissus in Saluiano tenetur in suum creditum imputare, nedum fructus perceptos, sed & quos propria negligentia non percepit, *decis.*504.*num.*17.

Creditor liquidationi fructuum ad debitorem spectantium interuenire potest pro eius interesse, *dec.*536.*num.*6.

Creditor non dicitur emere à tertio licitatore, quãdo nomen licitatoris fuit ab initio simulatè appositum, sed stante dicta simulatione personæ habetur, ac si venditio immediatè facta sit ipsi creditori, *decis.*95.*num.*22.

Creditor non potest cogi ad præstãdam cautionem restituendi pecunias exactas creditoribus prioribus, & potioribus, *dec.*321.*n.*19.

Fallit conclusio in actione tributoria, & inter Mercatores, aut in casu concursus aliorum creditorum, qui videtur adesse, quando agitur de debitore suspecto de decoctione, *dec.*321.*num.*20.

Etsi creditor teneretur cautionem præstare esset in damno, *ibid.nu.*24.

Ferdinand Arr. de Mesa plures enumerat casus, quibus creditor tenetur præstare cautionem, *ibidem num.*27.

Creditor cautionem præstare dumtaxat tenetur, quando instat pro subhastatione bonorum debitoris, secus si pecuniæ offerantur à possessore, vel posteriori creditore, tunc enim cauere non tenetur cum inuitus cogatur pecunias recipere, *ibid. num.*28.

Creditor non dicitur de fructibus integraliter satisfactus, licet illos petierit respectu certi temporis si petitio dictiones illatiuas omnium terminorũ preteritorum non continet, *dec.*552.*nu.*17.

Creditor pro debito hæredis grauati non potest vltra eius vitam bona fideicommisso subiecta retinere in præiudicium vocatorum, *dec.*161.*num.*22.

Creditori posteriori aduersus anteriorem non datur immissio ex vtili Saluiano, *decis.*10.*num.*1. *& decis.*504.*num.*2.

Creditor posterior non repellitur à consecutione sui crediti ex credito anteriori hæredis, quia si bona hæreditaria sufficiunt, vt sufficere præsumitur vtrique satisfieri debet de dictis bonis, *dec.*37. *num.*10.

Et donec creditor iustificauerit bona non sufficere pro satisfactione vtriusque crediti interim impedire nequit sub prætextu crediti anterioris posteriores creditores ne agant contra bona hæreditaria, *ibid.nu.*11.

Creditori posteriori an competat Ius offerendi aduersus emptorem iure creditoris? vide in verbo *Ius offerendi.*

Et quando competat aduersus primum creditorẽ, vide in dicto verbo *Ius offerendi.*

Creditor posterior soluens anteriori tenetur ipse anterior ei cedere Iura ad fauorem posterioris, talia qualia translatiuè, & non extinctiuè dummodò contra cedentem retorqueri non possint, *decis.*504.*num.*18.

Creditor posterior si bona fide fructus ex bonis debitoris percepit illosque consumpsit, non potest à creditore anteriori molestari, *decis.*532.*nu.*4.

Creditor posterior immissus in Saluiano possidens fundum censitum potest offerre creditori census soluere fructus decurrendos, quando dies solutionis venerit, & bona possederit, quod sufficit pro securitate creditoris census, *ibid.num.*5.

Creditori posteriori aduersus anteriorem bona debitoris possidentem competit Ius offerendi, *decis.*504.*num.*14.

Creditor penes se retinere debet scripturam obligationis ad sui fauorem, etsi penes tertium existit insurgit præsumptio simulationis, *decis.* 49. *num.*19.

Item simulationis præsumptio insurgit si apoca debiti non existit penes creditorem, *ibid.nu.*20.

Iu-

D

Et

non

solo

tiona-

alias

Do-

Ad

Domi-

Domi-

EC-

E

Fallit

In

de

Domini

nis, ex quo ille solus, cuius nomine res empta fuit eam semper possedit, administrauit, ac fructus percepit, *ibid.num.*11.

Et si aliunde constat voluisse rem emptam non sibi, sed alteri acquirere, tunc res empta ei acquisita censetur, & nomen emptoris præsumitur in Instrumento simulatè appositum, *ibid.n.*6.

Itaut omnes actus ab emptore gesti, tanquam consecutiui ad emptionem præcedentem, & in qua eius nomen fuerat simulate oppositum, simulati quoque præsumantur, *ibid.num.*7.

Et ex quibus desumatur intentio contrahentium simulandi nomen emptoris? *ibidem num.*10.

Emptor agere nequit contra venditorem, qui promisit rem venditam esse liberam, quæ tamen talis non erat, nisi in quantum assertio dolosa venditoris sit ei præiudicialis, *decis.* 183. *num.* 2.

Emptor agere potest contra venditorem si res vendita detegitur fideicommisso subiecta, *dec.* 343. *num.*27.

Emptor agere potest contra possessores bonorum venditoris stante promissione de euictione, & de reficiendo expensas, ac omnia damna, *decis.*497. *num.*7. *& dec.*531 *num.* 1. *& seqq.*

Emptor, vt agere possit contra venditorem de euictione, sufficit quod euictio immineat, ac de facili reparari non possit quāuis actualis sequuta non fuerit, *ibid.num.*8.

Emptor acquirit rei emptæ dominium etiam ante solutum prætium, quando fuit habita fides de prætio, *decis.*552.*num.*4.

Et fides de prætio dicitur habita si emptori fuit data dilatio ad soluebdum prætium, & interim fructus recompensatiuos, & sufficit ad hunc effectum, quod venditor sciat statim solui non posse, *ibidem num.*5.

Emptor acquirit rei emptæ dominium etiam ante solutum prætium non obstante pacto, quod soluto prætio statim res vendita sit in pleno dominio emptoris, quia dicta verba intelliguntur de dominio pleno respectu liberæ perceptionis fructuum absque onere soluendi fructus recompensatiuos, *ibidem num.*6. *&* 7.

Emptor ante solutionem prætij non acquirit dominium rei emptæ, & traditæ etiam cessante speciali reseruatione fauore venditoris, *decis.*204. *num.*5. *& decis.*330.*nu.*4.

Emptor ante solutionem prætij acquirit rei emptæ dominiū, si fuit habita fides de prætio, & veditor illud sibi specialiter non reseruauit, *decis.* 204. *num.* 16.

Emptor bonorum fideicommissi efficitur securus, si alienatio emanauit authoritate Papæ, seù Principis, *decis.*98.*num.*11.

Itaut fideicomissario non competat amplius regressus ad rem alienatam, sed solum ad inuestimenta, eius loco subrogata, *ibidem num.* 12. *& decis.*175.*num.*10.

Amplia etiamsi inuestimenta nullatenus fierent, *d. dec.*175.*nu.*11.

Emptor bonorum fideicommissi tenetur esse sollicitus de versione, si Pontifex in derogatione fideicommissi mandauit prætium reinuestiri, *ibid. num.*12.

Secus vero si Pontifex liberauit emptorem ab onere procurandi inuestimentorum effectuationem, *ibidem num.*13.

Emptor bonorum fideicommissi beneficium derogationis amittit ob non seruatam formam Breuis, *ibidem num.*15.

Emptor bonorum fideicommissi est legitimus contradictor ad impidien. immissionem fideicommissario si alienatio emanauit pro exoluendo ære alieno fideicommittentis, *decis.* 454. *num.*2.

Emptor rei fideicommissariæ pro soluendo ære alieno Testatoris, ac etiam pro legitima, & Trebellianica hæredis grauati est legitimus contradictor ad impediendam immissionem fideicommissario, itaut contra eum ordinarie, non autem in iudicio summario procedi debet, *dec.*559. *num.* 5.

Fallit quando titulus emptoris detegitur incontinenti nullus *ibid nu.*6.

Et nullitas resultat stante expressa prohibitione alienationis, *ibid.nu.*7.

Emptor rei hæreditariæ non est legittimus contradictor ad impediendam immissionem hæredi, si venditio est euidenter nulla tanquam facta à nonhabente potestatem vendendi, & non seruata forma præcepti testatoris, *dec.*380.*num.*1.

Amplia etiamsi emptor bona fide emerit ab eo, quem Dominum esse putabat, nam esto quod hoc prodesse posset ad præscribendum, dum incontinenti constet de non dominio, & iure venditoris, *ibid.nu.*2.

Ratio est quia titulus huiusmodi non est compatibilis cum titulo hæredis, nec dicitur apparens, dum detegitur nullus, *ibid.n.*3.

Et præsumitur elegisse quod melius est, *decis.* 423. *num.*3.

Emptor ignarus de qualitatibus, & oneribus rei emptæ debet à venditore certiori non sub inuolucro verborum, sed nominatim, & in specie, *decis.*41 *nu.*21.

Alioquin vendita censetur res tanquam libera, *ibid.nu*22.

Emptor si emit mediante decreto Iudicis, tunc ei sufficit ostendere emptionem factam cum decreto, *dec.* 58. *nu.*12.

Amplia quamuis Iudex causam non exprimat in decreto. *ibidem num.*13.

Itaut contrarium asserenti incumbat onus probandi, *ibid.num.*14.

Emptor in bonis emptis non potest per subsequentes conuentiones præiudicare hypothecis contractis fauore creditorum tempore emptionis, *dec.*204.*num.*25.

Emptor si consentire tenetur inuestimento faciendo, tunc consensus habetur pro præstito, si illam præstare differat, vel sine causa recuset, de qua partibus non concordantibus Iudex summariè cognoscere poterit, *decis.*230.*num.*6.

Nec ab eius iudicio licitum erit cuiquam ex partibus appellare, seù quoquomodo reclamare, *ibid.nu.*7.

Et recursus ad Iudicem super cognitione causæ cum sit facilis, nullum, aut modicum ex eo considerari potest præiudicium, *ibid.nu.*8.

Consensus emptoris adhibendus in inuestimento faciendo non grauat, sed vtilis est fideicommissarijs, ac tacitè inest pacto inuestiendi cum scientia emptoris, *ibid.nu.*10.

Emptor qui passus est euictionē agere potest nedū ad prætium solutum, sed etiam ad damna, & interesse, *decis.*315.*num.*5.

EXA-

Nec

ab

Expensæ litis, quæ debentur ratione victoriæ à victo victori distinguuntur ab expensis, quæ debentur ratione consortij administrationis, vel promissionis, *decis.73.num.*10.

Et quæ repetitur à litis cõsorte, vel ab administratore à principali, vel à promissore refectionis expensarum refici debent etiam hæ, quæ alias reficiendæ non essent, *ibid.nu.*11.

Expensæ litis debitæ ratione victoriæ non solent taxari nisi consuetæ, & in hoc neque iudicium spolij est priuilegiatum, *ibid.nu.*13.

Expensę litis vbi debentur ratione victorię peti nequeunt à victore, nisi in ea quantitate, quas verè erogauit, *decis.*123.*num.*2.

Itaut neque habenda sit ratio damnorum, quæ victor passus fuisset quando agitur de simplici condemnatione ad expensas ratione victoriæ, *ibidem numer.*3.

Quicquid dicẽdum sit de damnis circa personam, *decis.*123.*num.*4.

Expensæ litis superfluæ reficiendæ non sunt, *decis.*125.*num.*14.

Expensæ litis subministrari debent concurrentibus paupertate, & præsumptione boni Iuris, *dec.*141. *numer.*3.

Bonum Ius ad effectum consequendi expensas litis ex quibus resultet? *decis.*141. *num.*4. *& seqq.*

Expensæ litis, quando subministrandæ veniunt à diuite, pauperi tunc illarum quantitas arbitrio Iudicis taxatur, *ibidem nu.*14.

Expensæ litis tam processales, quàm in Aduocatis, & Procuratoribus veniunt appellatione damnorum, & interesse, *dec.*497.*num.*12.

Rota pro expensis Sollicitatoris, Procuratoris, & Aduocatorum solet taxare arbitrio suo scuta decem pro qualibet instantia, *decis.*73.*num.*3. *& decis.*240.*num.*34.

Rota semper condemnat victum in expensis, non attento, an temerariè, vel iusta causa litigauerit, *decis.*73. *numer.*4.

Licet in alijs Tribunalibus iusta causa litigandi excuset ab expensis, *ibid.nu.*5.

Expensæ in copijs scripturarum, & in propinis solutis Iudicibus in Rota non solent refici iuxta inueteratum stylum Tribunalis, *ibid.num.*6.

Stylus Tribunalis in materia taxationis expensarum, in quo litigatur attendi debet, *ibid.num.*7.

Expensæ tripliciter dicuntur necessariæ, nempe respectu rei, personæ, ac mixtæ, *dec.*374.*num.*5.

Expensę refici debent ab attẽtante pro integra purgatione attentatorum, quamuis non adsit in decreto explicita condemnatio, *decis.*534. *num.*1. *& seqq.* vbi redditur ratio, & *sub num.* 8. *&* 9. declarantur contraria quo casu procedant.

Alias audiri nequit in negotio principali, & quando ipse attentans teneatur expensas liquidare, vel præfigere terminum aduersario ad liquidandum, vide in verbo *Attentans*, vbi traditur distinctio, quando agitur de expensis extraiudicialibus, & iudicialibus.

Expensæ factæ à grauato, vel fideicommissario in lite pro defensione fideicommissi quando ei refici debeant, vide materiam in verbo *Fideicommissarius*, & in verbo *Hæres grauatus*.

Expensæ pro defensione rei communis solui etiam debent à socio, *dec.*644.*nu.*21.

Vt refici debeant à consocio quid probandum veniat? *ibid.nu.*23.

Expensæ pro cultura fructuum detrahendæ sunt *dec.*580.*num.*36.

Expensæ recollectæ faciendæ sunt ab eo, qui fructus percipit, *dec.* 628. *nu.*10.

Expensę reficiendę sunt à recurrente ad Iudices laicos, *decis.*73.*num.*12.

Expensæ superfluæ refici non debent, *decis.* 534. *num.*20.

Expensæ, siue melioramenta, vide in verbo *Melioramenta*.

Expensæ victoriæ debentur Officio Iudicis, *dec.*123. *numer.*11.

Expensæ quando sunt debitæ ratione victoriæ tunc de stylo Rotæ victus ad expensas viuas, idest iudiciales solum condemnatur, secus verò quando debentur ratione recursus ad laicos, tunc ad omnes tenetur, *dec.*389.*nu.*9.

Expensæ ex valore beneficij deducendæ non sunt, quæ dantur pro factore, & pro retentione duorum Capellanorum, si onus adimpleri potest per vnum Capellanum, *decis.*86.*nu.*14. *&* 16.

Expensæ ordinariæ, & necessariæ tantum deducendæ sunt ex valore beneficii, *ibid. nu.*18.

Ad expensas, & damna necessaria est condemnatio in Iudicio Spolij, *dec.*534.*num.*9.

Ad expensas, condemnatio si fuit in sententia omissa habetur pro denegata, nec potest suppleri, aut dici, quod sit executio sententiæ latæ, *ibidem num.*11. vbi traditur distinctio inter condemnationem, & taxationem expensarum.

Expensarum taxatio est pars executionis rei iudicatæ, quando in sententia victus fuit condemnatus. *dec.*544. *num.*18.

Sub simplici condemnatione expensarum non veniunt damna, *decis.*73. *num.*18. *& dec.*123.*num.*3.

Condemnatio in expẽsis intelligitur de iustis, ac moderatis, *ibid.num.*10.

Acceptatio excessiuæ taxationis expensarum, vt inducta dicatur, requiritur, quod acceptans habuerit specificam scientiam excessus, alias enim credere potuit tantum fuisse ab actore expensum, *ibidem num.*13.

Appellatio ab excessiua taxatione expensarum datur, *ibid.sub num.*1.

EXPEDITIO Sententiæ potest in relationibus causarum in Rota demãdari etiam super damnis, & fructibus quando præcessit disputatio negotij principalis, *dec.*468.*n.*10.

EXPRESSIO eius, quod tacitè inest nihil operatur, *dec.* 74.*num.*38.

Expressio Curæ animarum omninò facienda est in gratia, *dec.* 244. *num.*9.

Declara vt *num.*50.

Expressio Curæ facienda non est in gratia, quando non incumbit beneficio in proprietate, sed tantum in exercitio, *decis.*409. *num.*7.

Expressio falsa vitiat gratiam, quando contingit in his, quæ de iure necessario sunt exprimenda, *ibid. num.*8.

Expressio falsa quod beneficium est curatum vitiat gratiam, *ibidem num.* 17.

Expressio falsa qualitatis adiectæ causa demonstrationis, non autem taxationis gratiam non vitiat quando constat de certo corpore beneficij, quod Papa voluit conferre, *ibid. nu.*40.

Et qualitas dicitur adiecta causa demõstrationis, nisi aliũde colligatur mẽtẽ cõcedẽtis fuisse causa taxationis, quæ mens in dubio præsumitur, *ib.n.*41.

F

Facul-

Fi-

particularis mentio, nam illa veniunt appellatione rei principalis fideicommisso subiectæ, *decis.* 506. *num.* 25.

Præsertim, quando Testator ad augendum fideicommissum ei subiecit alia corpora separata, vndè fortius censetur voluisse includere vnita, alias esset incongruum ab expressa mentione corporum separatorum facta ad augendum fideicommissum illius diminutionem educere. *ibid. nu.* 26.

Fideicommissum particulare non dicitur expirasse per consensum præstitum à Principe alienationi rei fideicommissariæ, cuius seruitio dicta res à Testatore erat supposita, quia potest Princeps remittere onus seruitij super re imposita, sed non fideicommissum in præiudicium fideicommissarij, *decis.* 559. *num.* 4.

Fideicommissum particulare super aliquo prædio inductum à Testatore censetur quoties mandauit de eo curam agi vt ad alios perueniat, *decis.* 608. *num.* 3.

Item inductum dicitur ex onere perpetuo iniuncto subueniendi pauperibus, *ibid. nu.* 4.

Fideicommissum particulare distinctum ab vniuersali non inducitur ex dispositione particulari super aliqua re fauore vocatorum in præcedenti fideicommisso vniuersali, *ibid. nu.* 9.

Declara hoc procedere, quando fideicommissum particulare desumitur, ex quo in eodem testamento prohibita sit alienari res aliqua particularis, *ibid. n.* 10.

Secus verò, quando per dispositionem separatam Testator iniunxit perpetuam conseruationem alicuius corporis in sua descendentia, & gratificari voluit personis non vocatis ad fideicommissum vniuersale, *ibid. num.* 11.

Fideicommissum particulare inductum super aliqua re contemplatione alicuius personæ contemplatæ, an expiret? *ibid. num.* 14.

Fideicommissum remissum censetur per diuisionem ex facultate liberè disponendi, quæ incompatibilis est cum fideicommisso, *decis.* 134. *nu.* 1.

Et eo magis remissum censetur si diuidentes in prohemio dixerunt deuenire ad diuisionem, vt quilibet eorum disponere valeat de bonis assignandis, & in dispositiua adsunt vltra clausulam *ad habendum* aliæ prægnantissimæ, *ibid. num.* 2.

Fideicommissum remissum dicitur nedum in vita, sed in futurum, & post mortem diuidentium quando facultas liberè disponendi fuit stipulata etiam pro hæredibus, & successoribus, *ibidem nu.* 5.

Amplia, etiamsi diuidentes non alienassent, nam non ideò dici potest fideicommissum firmum remanere, cum alienare possint illorum hæredes, *ibid. nu.* 6.

Pro fideicommissi effectiua remissione licet requiratur actus alienationis, satis alienatio sequuta dicitur per institutionem hæredis contentam in testamento à diuidentibus condito, *ibid. num.* 7.

Fideicommissum remissum non censetur ex facultate alienandi inter diuidentes cum illa restringatur ad bona libera dumtaxat, de quibus loquitur diuisio, *decis.* 158. *n.* 1. declara, *num.* 9.

Vel potest referri ad dissolutionem communionis pro terminandis differentijs inter contrahentes, *ibid. num.* 5. declara *n.* 12. & 13.

Maximè si nusquam apparet quod sequuta fuerit alienatio actualis, *ibid. num.* 6. declara *nu.* 16.

Facultas alienandi in Instrumento diuisionis restringi, ac limitari debet ad vitam diuidentium, *ibid. nu.* 7. declara *nu.* 20. & *seqq.*

Voluntas diuidentium renunciandi fideicommisso reciproco resultat ex facultate liberè disponendi & faciendi quicquid placuerit, *dec.* 134. *n.* 3.

Præsertim quando facultas disponendi, & quicquid placuerit faciendi est perpetua, nam impossibile est dari aliquod tempus, in quo fideicommissum suffragetur, *ibid. nu.* 4.

Animus euertendi fideicommissum etiam in præteritum tempore diuisionis, ex quibus arguatur? *ibid. numer.* 10.

In diuisione fideicommissi reciproci, & coequalis non cadit læsio, aut fraus, *ibi num.* 14.

Fideicommissum non censetur remissum ex facultate alienandi si diuidentes nullam de eo scientiam habuerunt, *dec.* 158. *nu.* 8.

Et fideicommissi scientia in diuidentibus, ex quibus arguatur vide? *decis.* 134. *nu.* 8. & *seqq.*

Fideicommissum censetur remissum attentis clausulis amplissimis importantibus facultatem alienandi inter diuidentes respicientibus tempus futurum, & personas hæredum, & successorum *decis.* 158. *num.* 15.

Fideicommissum non censetur remissum ad vitã diuidentium tantum, quando diuidentes voluerunt fideicommissum esse remissum etiam post eorum mortem in præiudicium vocatorum, *ibid. num.* 20.

Fideicommissum remissum censetur etiam quoad hæredes diuidentium, quando in diuisione non steterunt in terminis simplicis stipulationis pro se, & successoribus, sed vlterius fuit data facultas hæredibus disponendi de bonis diuisis, *ibid. nu.* 22. 23. & 24.

Amplia, præsertim quando stipulatio est concepta nedum pro hæredibus, sed etiam pro successoribus, *ibid. num.* 25.

Fideicommissum remitti potest à Testatore in præiudicium vocatorum quando sunt illius hæredes ea ratione nam potest Testator disponere de bonis proprijs hæredum; eoque magis potest de bonis hæredi ex fideicommisso restituendis, *ibid. nu.* 27.

Et tunc hæres acceptando simpliciter hæreditatem obligatur stare dispositioni testatoris circa remissionem fideicommissi quamuis ad illud ex propria persona esset vocatus, *ibid. num.* 28.

Quicquid contrarium dicendum sit si non est hæres renunciantis, vel non constat de voluntate disponendi de fideicommisso in præiudicium vocatorum, nec concurrit stipulatio *pro hæredibus & successoribus*, *ibid. nu.* 29. & 30.

Aditio hæreditatis diuidentium æquipollet expressæ renunciationi fideicommissi, *ibid. num.* 31.

Fdeicommissi renunciatio tenet in præiudicium vocatorum, *ibid. n.* 32.

Renunciatio fideicommissi resultat si hæres acceptauit testamentum, in quo adest præceptum renunciandi fideicommisso, *ibid. nu.* 33.

Quod diuidentes habuerint scientiam fideicommissi clarè resultat si soluerunt legata in eodem testamento relicta, in quo hæredes fuerunt instituti, nam quemadmodum videntur in testamento

cum

ad

Fru-

Funda-

ctis intra quadrimestre pro habenda institutione *ibid.nu.*15.

Gratificatio extraiudicialiter concedi solet,*dec.*422. *numer.*5.

Gratificatio locum habet vbi voces non sunt æquales,*decis.*154.*num.*9.

Gratificatio in casu discordiæ concessa Episcopo nō est extendenda ad exclusionem præsentati à maiori parte patronorum habentis Ius ad rem, *decis.* 422. *num.*14.

Gratificatio Episcopo concessa in casu discordiæ non tollit Ius ad rem quæsitum præsentato à maiori parte patronorum, *ibid.n.*15.

Gratificatio in casu discordiæ concessa intelligitur, seruata Iuris communis dispositione videlicet, quod præsentatus à maiori parte patronorum præferatur, & sic arbitrio boni viri, *ibid.n.*16.

Gratificatio inter duos prouisos debetur possidenti, & nullum beneficium Ecclesiasticum habenti ex Regul. 17. Cancell. de Concurrentibus in Data *decis.*436. *num.*22.

Gratificatio siue collatio iniuncta Episcopo cum parte maiori, vel duabus fieri nequit nisi maior, vel duæ partes æque principaliter cum Episcopo votum proferant in gratificatione, siue collatione,*dec.*422.*num.*10.

Gratificationi quādo locus est tunc nemini ex præsentatis dicitur Ius quæsitum,*decis.*196 *num.*37.

à Gratificatione per Episcopum facta, quod non possit reclamari si à statuto prohibeatur intelligi debet de gratificatione extraiudiciali,non autem de iudiciali de qua nominatim non loquitur,*dec.* 422.*num.*5.

Habens gratificationem Apostolicam quamuis sit simplex Clericus præfertur Sacerdoti eam non habenti,*decis.*467.*nu.*34.

GRAVAMEN illatum ab Examinatoribus de partibus detegitur ex subsecuta approbatione reportata ab Examinatoribus Vrbis, *decis.* 338. *num.*8.

GRAVATVS alienans bona fideicommissi quando imputet in detractiones legitimæ & Tribellianicæ,vide in verbo *Alienatio bonorum fideicommissi*, in verbo *Bona*, in verbo *fideicōmissum*,& in verbo *Detractiones*.

Grauatus nedum Inuentarium conficere tenetur, sed etiam eius substitutus, *decis.* 251. *num.*14.

Grauatus non confecto Inuentario tenetur integre soluere legata, & fideicommissa particularia, *ibid.nu.*18.

Amplia quamuis vires hæreditariæ non sufficiant, *dec.* 278.*num.*24.

Grauatus si non confecit Inuentarium non potest sub prætextu æris alieni Testatoris recusare solutionem fideicommissi particularis, sed illud integrè præstare tenetur de proprio etiamsi vires hæreditariæ non suppetant, *dec.*559.*num.* 14.

Grauatus quando agitur de fideicommisso vniuersali non tenetur vltra vires hæreditarias, etiamsi Inuentarium non confecit,*decis.*251.*num.*23.

Grauatus tenetur legata & fideicommissa particularia integre persoluere non obstante exceptione detractionis legitimæ, quæ ob non confectum Inuentarium ex alijs bonis detracta præsumitur, *decis.*559.*num.*13.

Grauatus quemadmodum alienando contra prohibitionem Testatoris præiudicare nequit fideicommissario, ità nec confitendo id, ex quo alienatio valida reddatur, *ibid.num.*16.

Grauatus pro defensione fideicommissi si litem substinuit, & expensas fecit, eas repetit à successore in fideicommisso, *dec.*583.*nu.*2.

Tenetur tamen probare expensas fuisse factas nomine fideicommissi non ad vtilitatem priuatam pro exclusione competitoris,*ibid.nu.*3.*& seqq.*

Grauatus nequit trāsigendo fideicommissario præiudicare,*decis.*595.*num.*12.

Grauatus præsumitur soluisse legata à fideicommittente relicta ex bonis liberis si adsunt ex quibus solui debent,*decis.*627.*num.*5.

Grauatus censetur acquirere etiam pro fideicommissarijs, quando concurrit præceptum Testatoris, quamuis stipulatio sit concepta pro se, & hæredibus,*decis.*670.*num.*12.

Reliqua vide in verbo *hæres grauatus*.

GREGORIVS XII. Pontifex pro bono pacis pontificatui renunciauit in Concilio Constantiensi, *decis.*57.*nu.*7.

Omnia tamen illius gesta, & indulta ante renunciationem fuerunt ex certa scientia in eodem Concilio ratificata & approbata,*ibid.n.*8.

H

HABILITAS ad beneficium obtinendum probatur ex subsecuta institutione Ordinarij, nam alias ordinarius non instituisset, *decis.* 264. *num.*17.

Habilitas à Testatore requisita in præsentato adesse debet tempore præsentationis, secus vero si respiciunt præsentationis prosecutionem,tunc enim sufficit, quod habilitas adsit aptitudine,& deinde actu superueniat, *decis.*313.*num.*5.

Habilitas à principio quoties requiritur satis non est quod postea interueniat, *ibid.num.*9.

Præsertim postquam alteri fuit Ius quæsitum, *ibidem num.*10.

Habilitas minor requiritur ad confessiones audiendas, quam ad exercitium curæ animarum, *decis.*507.*num.*2.

Habilitas prouisi probatur ex sententia executoris, cuius conscientiæ illius iustificatio commissa fuit, *dec.*558.*num.*2.

Item ex approbatione examinatorum Vrbis, *decis.*561.*num.*6.

Habilitas præsumitur in eo qui alias fuit examinatus, & approbatus, *dec.*377.*num.*16.

Habilitas, seu capacitas succedendi, vide in verbo *Successio*.

Habilitas, seu idoneitas ex quibus probetur? *decis.*189.*num.*7.

HAEREDITAS alteri delata non potest sine speciali mandato adiri, *decis.*6.*num.*32.

Hæreditas ad certum tempus dari non potest, quia semel hæres non potest desinere esse hæres, *decis.*15.*num.*22.

Item nec ex die certa ne Testator decedat pro vno tempore intestatus, & pro alio testatus, *ibidem num.*23.

Declara neutro casu diem certam vitiare institutionem, sed vitio temporis sublato remanet institutio pura, *ibid.num.*24.

Hæreditas opulenta præsumitur, *decis.*37.*num.*8.

Donec contrarium probetur, *dec.*449.*nu.*6.

Item

I

In-

Stipu-

misit

Item

Ius

Ius

Conie-

Coniecturæ plures debent ad hunc effectum simul iungi ad assequendam Testatoris voluntatem, *ibid.num.*20.

Iuspatronatus cadit sub fideicommisso quando ita suadet præsumpta Testatoris voluntas, & forma primeuæ acquisitionis non repugnat, *dec.* 361. *num.*10.

Et voluntas resultat eo ipso quod Testator mandauit, quod vno ex hæredibus decedente sine liberis superstes sit hæres insolidum ad omnimodas hæreditates, nam verbum *hæres* ex vi proprietatis porrigitur ad iuspatronatus, *ibid.nu.*11.

Et de verbo *insolidum*, quod denotat totalem translationem iurium in superstitem, *ibid. num.*12.

Item voluntas desumitur non solum, quando agitur de fideicommisso vniuersali, sed vlterius quando adsunt verba vniuersalia, & geminata, nempè quod omnia deueniant ad substitutos, *ibid.nu.*13.

Iuspatronatus regulatur per fideicommissum, quamuis vniuersale non transfertur, sed remanet penes hæredem directum, *dec.*387.*num.*2.

Fallit regula quando ex coniecturis constat de voluntate Testatoris, quod substituti per fideicommissum etiam in iure patronatus succedant *ibid. num.*2.

Iuspatronatus transit in fideicommissarium, quando constat Testatorem voluisse esse nedum hæredem insolidum, sed vlterius ad omnimodas suas voluntates, & sic esse hæredem etiam iurispatronatus, *ibidem nu.*7.

Iuspatronatus venit etiam in restitutione fideicōmissi, quando Testator voluit omnem hæreditatem indistinctè, & nullo iure retento restitui fideicommissario, quia ab vniuerso vna res vacare non potest, *ibid.num.*12.

Item si vltra vniuersalem translationem hæreditatis in fideicommissarium voluit etiam eidem restitui fructus à grauato ex hæreditate perceptos vsque ad purificationem fideicommissi, *ibid. nu.*13.

Iuspatronatus indiuiduum est, quoad proprietatem, quia est incorporale, *decis.* 106. *numer.*7.

Est tamen diuiduum quoad actum præsentationis, *ibid.num.*8.

Iuspatronatus non dicitur purificatum ad fauorē alterius, nisi post mortem illius, pro quo fuit reseruatum, *dec.*277.*n.*25.

Iuspatronatus habetur pro erecto ex sola destinatione, *dec.*376.*num.*12.

Iuspatronatus non acquiritur ex assignatione decimarum facta Ecclesiæ, cui de iure communi debentur, cum talis actus ex necessitate Iuris nō excludat liberalitatem dantis, *dec.*382. *num.*10.

Iuspatronatus quod sit inter patronos diuisum, ac etiam ius præsentandi per Turnum declaratur ex concordia inter patronos inita, quamuis sit ineffectuata, *ibid.num.*28.

Iuspatronatus quando agitur de libertate beneficij & Ordinarius non est in causa probatur leuioribus probationibus, *decis.*444.*nu.*3.

Iuspatronatus, quando ad Confraternitatem spectat, tunc præsentatio fieri debet à maiori parte, *dec.*461.*num.*18.

Iuspatronatus, quando transfertur nominatim, & principaliter, tunc requiritur consensus Ordinarij, secus verò si accessoria cum vniuersitate bonorum transferatur, & redditur ratio, *decis.* 15. *num.*5.

Iuspatronatus priuatorum, in quo non cadit suspicio vsurpationis sufficienter probatur ex fundatione, & dotatione stante centenaria quasi possessione præsentandi, *decis.*118.*num.*1.

Iuspatronatus probatur ex sententia ordinarij, qui non solet de facili pronunciare pro patronatu, cum præiudicet eius collationi, *ibid. num.*6.

Iurispatronatus probatio non inficitur ex sententia lata super spolio, *ibid.num.*7.

Iuspatronatus probatur ex quadragenaria cum fama, vel adminiculis vbi non inerat præsumptio vsurpationis, *ibid.num.*8.

Item probatur leuioribus probationibus, quando agitur ad effectum iuris honorifici, *decis.*162.*n.*1.

Item probatur reædificatione Cappellæ, & apparatu sacræ supellectilis ad eius cultum necessario, *ibid.nu.*11.

Item ex Testibus deponentibus aliquem semper fuisse habitum pro vero patrono, *ibid.nu.*12.

Item ex publica voce, & fama, quæ in antiquis valde inducit ad illius probationem concurrentibus etiam adminiculis, *ibid. numer.*13.& 14.

Item probatur ex Instrumento fundationis, *decis.* 189.*num.*3.

Item probatur ex præsentationibus spatio 40. annorum, & talis probatio iuncta etiam fama, & adminiculis sufficit, quando non militat præsumptio vsurpationis, *dec.*270.*nu.*15.

Talis namque præsumptio non militat in personis Ecclesiasticis non habentibus iurisdictionem in loco, quia sunt ad instar personæ priuatæ, *ibid.num.*6.

Iuspatronatus probatur ex partium confessione, dum ordinarius non est in causa, & agitur solum de præiudicio confitentium, *decis.* 361. *num.*2.

Item probatur ex præsentationibus spacio 40. annorum effectum sortitis cum adminiculis, *decis.* 282.*nu.*3.5.& 6.

Item plenè probatur ex sententijs antiquis Ordinariorum, qui qualitates beneficiorum suæ Diœcesis benè nosse censentur nec facile patronis fauent, *ibid.nu.*7.

Et tales sententiæ præsumptionem inducunt, quod fuerit acquisitum ex fundatione, vel dotatione, prout in dubio præsumitur, *ibid.num.*8.

Ius patronatus præsumitur ex vsurpatione in habentibus iurisdictionē in loco beneficij iuxtà dispositionem *S. Concil. Tridentini sess.* 25. *de reformat. cap.* 9. quæ conciliaris dispositio procedit tàm in petitorio, quàm in possessorio, *decis.*155. *nu.*1. *& decis.*188.*nu.*2.

Limita conciliarem dispositionem non habere locum quando Ordinarius non est in causa, nec quæstio est super existentia Iurispatronatus, sed tantum super pertinentia inter patronos, inter quos Concilium nihil voluit innouare, *decis.*155. *num.*2. *& decis.*188.*num.*3.*& decis.*382.*num.*1. *&* 2.

Item nec locum habere quando constat de instrumento fundationis, *ibid. nu.*10.

Iurispatronatus probatio in personis priuatis non fuit à Concilio Tridentino alterata, vel innouata, *ibidem num.*3.

Iuspatronatus in dubio præsumitur ex fundatione, vel dotatione, *dec.*382.*num.*8.

L

à Lau-

tos

Nec

rentes

Et

Literæ

Literæ

M

Con-

titorio latam citra labem attentati, *dec.*348.*nu.*9.

Item datur Pensionario exigendi integram possessionem finito tempore reductionis, si reductio erat temporalis, *dec.*216.*nu.*18.

Item datur Pensionario existenti in quasi possessione exigendi Pensionem, quamuis adsint Testes hinc inde in contrarium, quia an dicta Testium releuent cognoscendum erit in petitorio, & interim probatio probationem non excludit, *decis.*236.*num.*12.

Manutentio danda est Pensionario in possessione exigendi non obstante sententia contra reum lata declarante Pensionem expirasse si dicta sententia fuit in gradu restitutionis in integrum reuocata, & adhuc pendet controuersia, an Pensio expirauerit, *decis.*657.*num.*7.

Manutentio datur Domino directo ratione ciuilis possessionis finito tẽpore emphyteusis per mortem emphyteutæ aduersus illius successores, *decis.*216.*num.*18.*&* *decis.*403.*num.*1. Declara *nu.*2.

Non tamen competit Domino directo finita emphiteusi, quoties renouationi locus est, *decis.*411.*nu.*1.

Nec tenetur qui renouationem petit bona emphiteutica à se possessa dimittere Domino directo, vt iterum ab eodem sibi restituantur, *ibid.num.*2.

Et datur Domino directo in possessione bonorũ emphiteuticorum ex capite deuolutionis ob lineam finitam, *ibid.num.*3.*&* 22.

Item datur locatori finita locatione aduersus successores conductoris, *ibid.num.*20.

Manutentio datur ei qui ex superuenienti nouo titulo mutauit causam possessionis, *dec.*260.*nu.*13.

Item datur non obstante decreto irritanti, quando dubitari potest an ei locus sit, *decis.*206.*num.*10.

Manutentio danda est potiùs hæredi ex testamento quam ab intestato in concursu vtriusque possessionis, quicquid dicendum est si dubitetur de viribus testamenti, *decis.*309.*num.*5.*&* 6.

Datur tamen hæredi ab intestato, non autem hæredi scripto, quando statutum continuatiuum possessionis defuncti non operatur in instanti, & non prodest, nisi vero hæredi, donec cognoscatur de viribus testamenti ei non suffragatur, *decis.*533.*num.*16.

Alias si contra testamentum nulla affertur exceptio datur manutentio hæredi scripto, *ibid.num.*17. *&* 18.

Manutentio danda est nedum ex assistentia Iuris, sed eo magis quando cõcurrit particularis quasi possessio, *dec.*386.*num.*1.

Manutentio danda est donatario vigore clausulæ *constituti* adiectæ in donatione pendente lite super nullitate eiusdem donationis, *dec.*426.*num.*7.

Declara hoc procedere, quando ex processu, & probationibus factis constat Iudici de nullitate donationis, ita quod non egeat altiori indagine, secus si nullitas non est probata, sed probanda, tunc reijcitur ad petitorium, *decis.*426.*num.*8.

Manutentio datur hodie mihi, cras tibi, *decis.*475. *num.*8.

Manutentio datur in quasi possessione seruitutis, *dec.*542.*num.*5.

Item datur in possessione exercendi officium ei, qui ex propria aduersarii confessione docet de eius possessione tempore motæ litis, *decis.*592. *numer.*11.

Et passim datur manutentio in possessione officij, donec plenius discutiatur an illud sit amouibile, vel adsit legitima causa amouendi, *ibid.num.* 12.

Manutentio datur vxori si docet vna cum viro bona possedisse tanquam propria reiecta ad petitorium exceptione dominij, *dec.*600.*num.*16.

Manutentio datur aduersus factum Iudicis iniustè procedentis ratione ciuilis possessionis, si possessor numquam se habuit pro spoliato, *dec.*5.*nu.*4. *&* *dec.*217.*num.*23.

Manutentio datur Parocho ex assistentia Iuris pro decimis suæ Parochiæ, *decis.*169.*num.*18.

Limita non procedere, quando alter est in possessione percipiendi à tempore immemorabili, *ibid. num.*19.

Item limita non procedere, quando dubium est, an locus decimatorius sit intra fines Parochiæ, *ibid.num.*20.

Manutentio non datur nõ possidenti, *decis.*155.*n.*14.

Manutentio non datur Procuratori, si possidet iure familiaritatis, *decis.*172.*num.*1.

Manutentio non datur possessori habenti contra se decretum irritans, *decis.*128.*num.*17.

Ea ratione, quia possessio habetur pro vacua, & pro non possessione, *decis.*203.*num.*12.

Item secundo possessori, licet posteriori danda sit manutentio: Sufficit tamen quod possit dubitari, an decretum irritans locum habeat, vt interim anteriori possessori non sit deneganda manutentio, *dec.* 203.*num.*13.*&* 16.

Manutentio danda non est officiali ad nutum amouibili postea amoto, *dec.*210.*num.*7.

Manutentio non datur conductori lapso tempore locationis, *dec.*210.*num.*10.

Item nec beneficiato manuali reuocato beneplacito, *ibidem num.*11.

Manutentio non datur in quasi possessione exemptionis à solutione decimarum, etiamsi priuilegium, vel immemorabilis concurrat, quando quasi possessio non est probata, & concurrit possessio contraria tàm vniuersalis, quàm particularis, *dec.*386.*num.*12.*&* 13.

Manutentio in possessione exigendi decimas, non retardatur sub prætextu priuilegiorum, vel immemorabilis, sed illorum discussio reijcitur ad petitorium, *ibidem num.*14.

Limita primo, quando priuilegia sunt clara, & indubitata, *ibid.num.*15. Intellige *nu.*23.

Limita secundo, quando reus conuentus habens pro se immemorabilem est in quasi possessione, vel is qui manutentionem petit nititur immemorabili, *ibidem numer.*21.

Manutentio in quasi possessione exigendi decimas non retardatur sub prætextu priuilegiorũ, quando non sunt clara, vel fuerunt à Rota reiecta, *ibid.num.*16.

Manutentio non datur subrogato, sed tantum immissio, *decis.*181.*num.*3.

Manutentio non datur subrogato ex possessione defuncti, *decis.*479.*num.*19.

Datur tamen ex propria subrogati possessione, quãdo eam actualiter cœpit, non secus ac datur cuicumque successori, *ibid.num.*20.

Quamuis possessio capta fuisset vigore litterarum vitio subreptionis laborantium, quia ad hunc effectum sufficit sola possibilitas, quod alias titulus superuenerit, *ibid.num.*21.

Manutentio concedi potest subrogato gratiosè loco immissionis ad confirmandam priorem possessionem à subrogato captam, *ibid.num.*22.

tur

Mari-

MAS-

Melio-

Men-

Mulier

N

Nega-

No-

O

dicta

Obli-

tractu

Ordi-

P

Pactum

Parti-

quia

expe-

Posses-

Præ-

Præ-

Prę-

sunt

Pro-

Pro-

Con-

Pro-

Fallit,

Q

R

Rati-

Pos-

Datur

per

Re-

Amplia

REVE-

S

In

Scri-

Causa

Sen-

Si-

So-

Solu-

Inter

Dor-

Semel

In

ſtatis, cum ſit conditum ꝑ Perſonis à Papa de-putatis, ſed voluntatis, *ibid.num.* 15.

Non exprimit in verbis, quod ſeruetur inter Ciues, & incolas, & in omnibus Curijs, *ibidem num.* 38.

Lib. 1. *cap.* 113. quo caſu loquatur? *dec.* 588. *nu.* 14.

Lib. 2. *cap.* 134. concedens mulieri facultatem teſtandi pro anima de decima parte dotis tantum loquitur vbicumque morte mulieris maritus dotem lucretur exiſtentibus filijs, *decis.* 56. *num.* 3.

Iſta tamen conceſſio decimæ partis, & tacita denegatio in reliquo cenſetur reſtricta ad terminos lucri fauore mariti, & ad euitandum præiudiciū circa lucrum ſi vxor vltrà decimam partem teſtaretur, non autem filiorum, quorum fauore ſtatuentes nihil diſponere voluerunt, *ibidem num.* 4.

Declara ſtatutum non habere locum, quando maritus prædeceſſit vxori, & ſic ceſſauit præiudicium ratione lucri, nam tunc poteſt vxor ad libitum de bonis ſuis diſponere relicta filijs legitima, *ibidem num.* 5.

Lib. 1. *cap.* 137. taxat fructus dotales ad rationem ſeptem cum dimidio, *decis.* 99. *num.* 2. fallit *num.* 3. & vide *num.* 4. 5. & 6.

Permittens ſolutionem fructuum fauore mulieris viduæ præcedente interpellatione locum non habet in viro vxore præmortua, *dec.* 487. *nu.* 29.

Lib. 1. *cap.* 141. diſponit, quod filiæ dotatæ acquieſcant teſtamento paterno, *dec.* 610. *nu.* 40.

Lib. 1. *cap.* 142. de filijs in conditione poſitis non requirit an filij ſint vocati per vulgarem, ſeù fideicommiſſariam, ſed hoc relinquit diſpoſitioni iuris communis, quo filij compendioſe ſubſtiti ſuccedunt per vulgarem, *decis.* 17. *num.* 17.

Lib. 1. *cap.* 144. prohibet patri ne filio legitimato exiſtente filio legitimo, & naturali vltrà medietatem bonorum relinquat, *dec.* 54. *nu.* 26.

Vt dictum ſtatutum locum habeat requiritur vtraque ſubiecto perſonæ, & bonorum, *ibid.num.* 27.

Lib. 1. *cap.* 145. excludit ab hæreditate matris filiam à patre dotatam, *dec.* 80. *nu.* 3. & quando dicatur dotata vide in verbo *filia*,

Excluſiuum fœminarum reſpicit fauorem agnationis, *decis.* 80. *num.* 6. & 9.

procedit tam in caſu inteſtati, quam conditi teſtamenti, *ibid.num.* 11.

Excludit ab hæreditate matris fœminas excluſas ab hæreditate patris, *decis.* 137. *nu.* 2.

Dictum ſtatutum poſtquam diſtinxit caſus excluſionis ab hæreditate patris tranſit continuatiue ad hæreditatem matris, *ibid.num.* 3.

Relatiua, *quæ & ſupradictis* contenta in verbis dicti ſtatuti excluſiui ab hæreditate matris reſtringit diſpoſitiones ad caſus præcedentes excluſionis ab hæreditate paterna, *ibid nu.* 4.

Dictum ſtatutum filiam excludit ſi pater in vltima voluntate ei dotem conſtituit ſcilicet certum quid in quantitate, ſiue in corpore relinquendo, expreſſo nec ne titulo dotis, *ibid. num.* 7.

Secus verò ſi filiam inſtituit hęredem vniuerſalem cum maſculis ratio diuerſitatis eſt, nam primo caſu relictum ſuccedit loco dotis, cum qua teſtator præſumitur voluiſſe compenſari, etiamſi titulo inſtitutionis reliquiſſet.

Secundo verò caſu inſtitutio vniuerſalis habet in ventre dotationem, formaliter verò importat repræſentationem Teſtatoris in perſona filiæ inſtitutæ, *ibid.nu.* 8. & 9. & ratio redditur *nu.* 10.

Et poteſt Pater non obſtante dicto ſtatuto filiam à ſucceſſione nō excludere, quia illud patrem non cogit, ſed eius voluntati famulatur, *ibidem num.* 11.

Lib. 1. *cap.* 145. excludit filias non maritatas, nec dotatas, quibus nō fuit cōſtituta dos per patrem in ſua vltima voluntate, quamuis pater ſit paratu dotare, *ibid.num.* 19. intellige *num.* 20.

Et dictum ſtatutum non loquitur de dotata à matre, ſed à patre, vel auo, nec filiam excludit ab hæreditate matris, niſi excluſam ab hæreditate patris, *ibid.nu.* 26.

Nec ad cauſam dotationis de bonis maternis ergà filiam inſtitutam hęredem à patre porrigi poteſt citrà extenſionem de perſona ad perſonam dotantis, quæ non admittitur, *ibid.num.* 27.

Excludit filiam quamuis à patre non dotatam, quoties frater paratus eſt eam dotare, *dec.* 80. *num.* 14.

Loquens de muliere non maritata, nec dotata compræhendit viduam, quæ maritata non eſt eamque excludit, *ibid. num.* 15. & 16.

Excludens filiam non dotatam à patre dummodo frater ſit paratus dotare ſi dos aliunde, quam à patre proueniat non releuat, *ibidem nu.* 17. declara *num.* 18.

Iniungit maſculo onus dotandi ſororem indotatam, *decis.* 38. *nu.* 3.

Lib. 1. *cap.* 147. continuatiuum poſſeſſionis defuncti in hæredem loquitur de hærede ſuo cum taxatiua tantum, *decis.* 51. *num.* 10.

Nec locum habet in hæredibus matris, quibus deeſt ſuitas, *ibid.num.* 11.

Lib. 1. *cap.* 149. locum habet etiam in remiſſionibus donationem importantibus, ac etiam inter patrem, & filiam, *dec.* 492. *nu.* 3.

Lib. 1. *cap.* 150. requirit in donatione inſinuationem, ac alias ſolemnitates, *decis.* 207. *num.* 25.

Limita non procedere in donatione ob cauſam, quæ reſpicit commodum donantis, *ibid. n.* 27.

Lib. 1. *cap.* 151. præſumit iuramentum interpoſitum in contractibus mulierum, & minorum dolo extortum, niſi concurrat cauſa legitima, & à Iudice cognita, *decis.* 240. *num.* 7.

Requirit ſolemnitates in contractu pupilli, *dec.* 492. *num.* 30.

Lib. 1. *cap.* 152. irritans contractus filiorum familias, quas limitationes contineat in ventre? *decis.* 568. *num.* 3. & 4

Lib. 1. *c.* 158. de præſcriptione inducit præſumtionē ſolutionis per lapſum temporis, *decis.* 311. *nu.* 21.

Excipit in verbis contractus cenſuales, *ibidem num.* 23.

Et ſub dicta exceptione cenſetur etiam comprehenſum pactum dendi fideiuſſorem in contractu cenſus appoſitum, ſiue illud conſideretur tanquam informatum à contractu, & tanquam pars illius, ſiue tanquam acceſſorium accidentale contractui, *ibidem nu.* 24. & 28.

Et tale pactum cenſetur præſeruatum quouſque durat ipſe contractus, *ibid.num.* 25.

Inducens præſcriptionem etiamſi creditor habeat hypothecam generalem, & ſpecialem, niſi pignoris, & hypothecæ poſſeſſionem adeptus fuerit videtur tollere actionem hypothecariam, *ibid.nu.* 32. Intellige *num.* 33. & 36.

Et

Com-

primi

SVPPLI-

T

Ter-

Et

non

In-

Tran-

Nec

V

V A-

Valor

Ven-

Item

tale

per

FINIS.